# DOMINI LVD. MERCATI, MEDICI A CVBICVLO PHILIPPI II. ET III. HISPANIARVM INDIARVMQVE REGVM POTENTISSIMORVM, ATQVE EORVNDEM PROTOMEDICI, ET

in Vallesoletana Academia primariæ Cathedræ Professoris emeriti,

## OPERVM TOMVS II.

In Quinque Partes diuisus,

I. *De recto Præsidiorum Artis Medicæ vsu.*
II. *De Febrium essentia, caussis, differentiis, dignotione, & curatione.*
III. *De Pulsus Arte & Harmonia.*
IV. *De Morbi Gallici natura & curatione.*
V. *De Morbis hæreditariis.*

RELECTVS, EMACVLATVS, BREVIBVS Epitomis ac INDICE locuplete donatus,

*A ZACHARIA PALTHENIO PHILOS. D.*

CVM PRIVILEGIO SAC. CÆS. MAIEST.



*FRANCOFVRTI,*

Typis Hartmanni Palthenij, Sumptibus Hæredum D. Zachariæ Palthenij.

*ANNO M. DC. XIX.*

## EX^mo, CLARISSIMOQVE LERMÆ DVCI D.D. FRANCISCO A SANDOVAL ET ROIAS, PHILIPPI III. HISPANIARVM

Indiarumq; Regis potentissimi Status œconomiasti prudentissimo, atq; eiusdem Sumillerio de corps fidissimo: Castellæ Commendatario maximo, Equestris militaris ordinis Hispaniæ totius Præfecto, ac fidei Catholicæ vindici acerrimo.

*LVDOVICVS MERCATVS MEDICVS à cubiculo & Protomedicus generalis S.*

*PERDIFFICILE profectò alicui videri poterat, Dux Excellentissime, potestate atque sapientia insignis, munus nimirum non petenti offerre, laudis historiam citra multorum inuidiam conscribere, atque virtutem absque æmulatione laudare. Verumtamen id mihi nunc in te leue onus factum erit, qui & præclara multa cum virtute coniuncta, tua ex parte habeam tanquam calcar, & animi mei erga te antiquissimam propensionem. Quibus profectò libere & confidenter vtrumq; opus aggredi, nulli fore molestum ac difficile arbitror: nam rem mihi felicissimã successisse existimabo, si munus hoc meum leue patrocinio protegendum suscipere non dedignaberis: ea enim est natiua hominum cõditio, vt illud semper magnifaciant & æmulentur, quod Heroes & viri Principes fauore aliquo prosequuntur. Tuum ergo erit, Dux clarissime, pignus hoc amoris mei erga te grato animo suscipere, vt omnes deinceps tuo exemplo idem quoq; efficiant. Nam quis beneuolo amicoq; animo non suscipiet & venerabitur, quod tibi semel placuisse viderit? qui sapientia, potestate, virtutibus & generis antiquitate ac splendore maxime effulgeas. Quippe maiorum tuorum stemmata & præclara trophæa nunc missa facio: nam quis te præsente memorare audebit tuorum facta? quis gloriosam famam, & Regalia principia à clarissimo illo Comite Ferdinando Gonsalo Hispaniæ fidissimo protectore exorta? quẽ profectò ex nobilissima Regum Anglariæ progenie ortum duxisse fidissima testimonia proclamant. Accessit etiam ad tui generis claritatem ex coniugali matrimonio illustrissimus sanguis magni illius Comitis D. Petri Ansurii, qui huius Vallesoletanæ ciuitatis primus fuit conditor, & antiquissimus possessor, & vsq; in hodiernum diem benefactor, gentes quidem antiquissimæ nobilitatis, armisq; potentes, ac ciuitatum, populorum, & terrarum maxime diuites. Quid insuper tuorum maiorũ memorem dignitates, officia, principatus apud Castellæ, Arragoniæq; Reges? cum nihil honoris, celsitudinis & confidentiæ fuerit, quod ipsi non obtinuerint. Quid præterea beneficia ac dona, à tempore Regis Ildefonsi Sexti, vsq; in hodiernam diem illis collata memorem? Satius*

*er[illegible]n duxi ſubticere, quàm breui hæc ſcribendi ſtylo diminute proferre. H[illegible] tamen vnum non patitur animus celare, cum id fama immorta[illegible] nomine per vniuerſum terrarum orbem ingenti honore prædicet: nim[illegible]rum qualis fuerit Didacus ille Gomez à Sandoual, præclarum exemplar, ac decus, & ornamentum illuſtrium virorum. Quis namque verbis, aut calamo eius facta, virtutes, animi fortitudinem, ac dotes numerare poterit? Huic etenim Reges Aragoniæ & Caſtellæ educandos filios commiſerunt. Hic Caſtellæ fuit Præfectus, Siciliæ Seneſcalus, hic Regiæ domus fuit magnus œconomus, ac moderator, hic pacis & belli fidiſſimus fuit Conſiliator, & Dux, ac moderator ſapientiſſimus, & fortiſſimus. Quis vnquam trabe ſolum intermedia inimicorũ exercitui reſiſtere potuit, niſi magnus ille & ſtrenuus miles, ea fortitudine, & aduerſariorum cæde, quod amiſſam victoriã ſolus recuperauit, quo meruit glorioſo ſtemmate, & digniſſimo nomine Sandoual deinceps inſigniri? Præterea hic non ſatis laudatus heros regnorum Caſtellæ, regnante Domino Joanne II. fuit ſapientiſſimus Gubernator, & Aragoniæ regnum regis Ferdinandi tempore incredibili prudentia protexit. Hic deniq; lites regum compoſuit, pacem ſemper & vnanimitatem exquirens, bellaq; omnia ſuo tempore commota, in victorias feliciſſimas terminauit, eripuitque, ac reſtituit non ſine magna Sarracenorum clade Antiquariam ciuitatem prædicto regi. Sed quid multa referã? ſatis profecto mihi erit, ſi dixero, ita de regibus & Principibus horum regnorum fuiſſe bene meritum, ac ſumme dilectum, vt eum condecorauerint titulo Comitis de Caſtro, Marchionis de Denia, & Comitis Lermæ, inſignierintq; mille donis & priuilegiis prærogatiuis ac aliis innumeris beneficiis, quæ regia priuilegia illi conceſſa & confirmata fideliter atteſtantur.*

*Hæc omnia dixi, Dux excellentiſſime, vt euidentius conſtet præclarum tui principium, & quantum non ſolum in his omnibus, ſed mille aliis dotibus cœleſti munere tibi conceſſis, eos omnes ſuperes, & poſteram progeniem excellentius condecorare poſſis; ita vt ſi quis futuris ſeculis quæſierit, quale fuerit tui nominis principium, non opus ſit ad glorioſam tuorum memoriam confugere. Nam quo magis ſtupenda, mirandaq; fuit, & velut poteſtatis, ac magnitudinis portentum, tanto tibi ex te maior maieſtas ſuccreſcit, qui eorum facta, & celebrata tot ſeculis ſtemmata glorioſius ſuperas, ſiquidem propriis meritis te Ducem Lermæ, & cariſſimum tuum primogenitũ Ceæ Ducem conſtituerit inuictiſſimus rex noſter Philippus Tertius. Nam quis non mirabitur, te cum tanta generis claritate, tantiſque animi dotibus tantam virtutem coniunxiſſe, tantam morum integritatem, ardentiſſimam etiam erga Deum pietatem, & Chriſtianam prudentiam, atque animi tui bonitatem vſque ad inimicos protenſam: cum horum Regnorum habitatores in te vno ſuorum laborum conſtet præmia inueniſſe, quia pauperum factus es refugium, miſerorum ſolatium, viduarum*

*duarũ præsidium, & orphanorũ tutela. Sed quid singula memorẽ? cum illud mihi & omnibus sufficere videatur, tanquã maximum & fidissimũ horum omniũ testimonium, nimirum te potentissimum Catholicissimumq. Philippum Tertium Regem nostrum firmissima confidentia, & incredibili amore a teneris annis fuisse prosequutum, idq. non immerito, cum ex reciproco amore, & omnium Regnorum laboriosa gubernatione fideliter & sapienter magno & indefesso labore compensas.*

*Sed quis non mirabitur tuam Christianam pietatem, & mille laudibus publico præconio non extollet? cum in medio tantorum laborum ita animum tuum Deo Optimo Maximoq. adhibeas, quod nec tibi desit tempus his quæ saluti animi videntur conferre, neq. desit bonorum tam ingens copia, quod tu solus plura magnificaq. templa erexeris, quã multis adhinc seculis adeo breui tempore visa sint cõstituta. fidissimum profecto tuæ pietatis testimonium. Et vt ab insigni religiosissimoq. Beati Pauli cœnobio huius Vallesoletanæ ciuitatis incipiam, euidentissimum est, te ipsum ingentibus dotationibus ditasse, reædificasseque adeo liberali manu, mirabili ornamento & arte, vt veluti nouum fecisse videaris, quale decebat ad sepulcrum tantæ nobilitatis & præclaræ familiæ, fabrefactum quidem sepulcris marmoreo lapide, iaspide & porphydo, ornamentis etiam auro, gemmis, & mille aliis rebus fabrefactis, eo sumtu & liberalissimis expensis, quod verus & vnicus Patronus dici iure optimo possis. Pari etiam caritatis & sanctitatis amore in hac eadem ciuitate monasterium ac domum illam de Bethlehem religiosissimarum virginum sanctitate & nobilitate insignem tuorum maiorum antiquissimum Patronatum, renouatione & fundatione Ecclesiæ, atque aliis donationibus ita illustrasti, vt te solum Patronum, & nouum fundatorem teneatur suscipere. Insuper in hac eadem ciuitate, tanquam in origine tuorum maiorum, veluti insignis progenies sui primi conditoris, cœnobium Beati Didaci Ordinis recollectorum S. Francisci, à fundamentis mirabili celeritate, magnifico ædificio, & singulari ornamento, ac sumtibus illustratum erexisti, & sustines tanquam tibi & animi tui deuotissimi carissimum domicilium, & tuorum laborum requiem & solatium. Præter quæ omnia in oppido tui Maioratus (ea nuncupato, monasterium de Trianos Ordinis Prædicatorum, tuorum maiorum sepulcrum, & sapientiæ, ac sanctarum literarum domicilium, mille nouis dotationibus ita liberaliter noua reparatione exornasti, vt iam tu solus Patronus & fundator videaris. Insuper antiquissimum illud Collegiale templum beatissimæ Virginis Mariæ de Vsillos, à tuis maioribus constructũ, curasti diligenter transferri in oppidũ Empudiæ, vbi maiori sumtu in beneficiũ tuorũ nouiter & noua illustratione locasti. Item in eodem populo à primis fundamẽtis ædificasti monasterium ex recollectione & nomine sancti Francisci, & mille ornamẽtis ac beneficiis sustines. Præterea in Lermæ oppido*

*Collegialem Ecclesiam magno sumtu, pio animo & liberali manu fundasti. Et ne quid, quod sanctum & pium sit, tuis desit, in eodem oppido monasterium Virginum ex recollectione S. Francisci et construxisti, ad laudem & gloriam sanctissimæ Conceptionis, quod magna liberalitate sustines, exornas & semper adauges. Nec deest tibi cura iuuentutis tuorum [illegible] duorum, siquidem vt virtute & literis instituantur in eodem oppido magnificum Seminarium magnis sumptibus ædificasti. Nec rursus pauperum & miserum oblitus es, cum in eadem parte piissimum fundasti hospitium in solatium & medelam laborantium tuorum populorum, & vt charitas & amor tuus erga subditos, ad omnes sese extendat, in Denia etiam recollectionis S. Francisci monasterium a radice ædificasti Beato Antonio dicatum. In quo etiam populo, ad laudem & gloriam sacratissimæ Virginis de Lorito, alium miro sumtu exstruxisti, in quo religiosissimæ virgines recollectionis S. Augustini mirabili obseruantia Deum incessanter laudent. Præterea in populo iuxta mare sito, Xauia nuncupato, aliud cœnobium construere curasti, & consecrasti gloriosissimæ Virgini Mariæ ex recollectione Carmelitarum, magno cum animarum illius populi beneficio.*

*Sed quid multa referam, qui te, vir singulari pietate insignis, non nouit, his profecto fructibus & signis cognoscet. Parce igitur, heros virtutibus & potestate excellentissime, si ne à limine quidē tuas laudes, tuasq; animi dotes & morum celsitudinem salutauerim, nam id nec Demosthenes quidem: verum cum tu nil horum cures, hilari animo tibi vni præcipuo offerendum esse duxi, quod tuo fauore protectum, in magnum vsum legentibus cessurum spero. Concede ergo, Principum omnium exemplar, & tu[illegible]rum omniū decus, hæc scripta sub tuo nomine in publicum exire, vt tui nominis splēdore illustrata apud omnes in maiori pretio habeantur, & fac vt illud & me à maleuolorum inuidia vbiq; tuearis. Firmet Deus Opt. Maximus dignitatem qua frueris, & te semper tueatur, incolumemq; diutissime custodiat.*

*Vale.*

AD

# AD LECTOREM.

VETVS illud est, quod passim a Philosophis, tum ab historicis, oratoribus [illegible] circumfertur, [illegible] homines non solum sibi natos, sed Diis, patriae, parentibus [illegible] Quae vir tres antiq[illegible] [illegible] adegit, vt maxima quaeque auderent, consequerentur que [illegible] quos fertur, Curtium Romanum fortissimum, & bonae spei [illegible] adolescentem ab luatu quodam post importunam tempestatem in Romana vrbe relicto, quo tota periclitari videbatur, forte, vt se in [illegible] proiiceret, vocatum fuisse spe [illegible] totius reipublicae ruentis qui patriae miseriis maluit mortem pati, quàm Roma [illegible] bita, vita turpiter & cum dedecore frui. Accedens tamen stetit [illegible] in margine hiatus dicens: T[illegible]s, sed [illegible] morti accedo, nam certa salus patriae dulcior mihi est, & iugi viuere fama. Quid igitur mirum, si hoc eodem amore, pietateque affectus, ego etiam pro patria, pro communi hominum salute, si non vitae, at honoris saltem, & propriae aestimationis omnimodam facere iacturam nō dubitem, nedum periculum quoduis aliud subire. Cum hoc tamen me quoque titubantem suspensumque diu retinuit, in primo huius laboris accessu, hinc maledicentium hominum acies, quos sat scio, hunc laborem meum non tantum improbaturos, (vt perpetuo [illegible] homines sunt alienae laudis inuidētes) verum incredibili insuper rugientes inuidia, velut opus omnino superfluum [illegible] atris calumniis hostiliter damnaturos. Altera vero ex parte religiosa pietas vrget, quae (cum homo homini natus sit) non permittit, ea quę profutura esse cognouerit, aut oscitāter praeterire, aut inuidia recondere: cum vnusquisque nostrum pro ratione vitae suae, semper debeat quantum potest, in vsus communes conferre. Namque hos bonarum artium hostes, eorundemque oblocutiones hilari animo contemnere volui, vt vitae in hac parte aliquid prodesse possim. Quapropter quando tot seculis bonos viros ab institutis egregiis depellere nequaquam viri litigatores potuerunt, non est etiam quod animum meum communi vtilitati potius, quàm propriae gloriae con[illegible]tem, atque illis imparem labefactent. Quin pro veritate consequenda, ac publicae vtilitatis amore male gratos aliquot experiri, calumniasque subinde ineuitabiles tolerare, gloriosum penes viros excellentes ac celebres semper habitum est: adde tali iniuria saepe hominem ab homine iuuari, quod doctissimus Plutarchus in eo libro cui titulum praefixit, Quibus rationibus quis iuuari ab inimico possit, ostēdit. Verum quid obsecro difficilius, quàm variis tot lectorum iudiciis, vel minima ex parte satisfacere. Quibusdam enim fortassē videbitur opus rustica & barbara Latinitate donatum, qui maiorem elegantiam requirentes, ob Latinae maiestatis condignam à me rationem non habitam, diem mihi dicent: sed intelligat hoc hominum genus, satis mihi esse Latine vtcunque scripsisse, qui non elegantiam sermonis, sed medicae artis perspicuitatem & veritatem intendo. Aliis profecto nequaquam arridebit scribendi stylus: nam licet quae noua sunt, multis esse gratiora constet ex eo quidem, qui Zoilum agere assuescunt, occasionem maledicendi sibi laudique rabido ore arripient, dicentes nouam me effingere artem, & vt aliquid videar egisse, antiquam laudabilemque scribendi rationem euertere, quos equidem (si aequiori animo essent) libenter docerem, eo miseriae medicam artem deuenisse, vt caecutientes malint medici in quibusuis actionibus perficiendis, quae scriptores (variis ac saepe cōtrariis opinionibus incomprehensibiles) dixerint, exsequi, quam veram artem addiscentes certo & indubitanter, vt artis sors tulit, quae vsui sunt proficua, nosse. Qui enim fit, vt vnico eodemque praesidio, ab vnico eodemque auctore decerpto medicus peritus plures sanitati restituat; alter vero, qui minus artis intelligit, eodem plures perdat? Id profecto factum esse censeo, quia aliud est medicum artificem esse: aliud vero auctorū verba & mentem satis tenere, illud sane quid agendum, aut non agendū, incredibili certitudine docet: hoc vero fidem tantum praestat iis, quae ab arte ipsa praescribunt. Sed proh dolor quis haec audebit loqui, aut publice proferre? quibus rationibus medicorum vulgo haec suaderi poterunt? Verum vnum hoc certo sciat medicorum schola, interim dum artis artificium, & veram cuiusque rei rationem non quaesierint, minime posse ad debitum noscendi, aut agendi quicquam stadium peruenire, etiam si legerint, perlegerintve auctores, quod non damno, nam iis fidem arti, & principia artifici praestant: vt videntur sonare verba illa Hippocr. quae in hunc modum profert. Magnam artis partem esse arbitror de his quae recte scripta sunt, posse considerationem facere ac iudicare. Qui enim hoc nouit, & his vtitur, non videtur mihi in arte multum falli posse. Sic ex auctorum sententiis & dogmatibus iterum

*Lib. de decenti orna.*

*Opinio in Medicina maxime inimica veritati.*

*Lib. diebus iudic.*

16. de Regno.

tum concinnare artem mente oportet, & hoc primum [illegible]quisito, mox deinceps facile erit rationabiliter quouis præsidio vti: quod videtur [illegible]isse Plato, dum inquit, necessum esse quid aliud præterea quæ scripta sunt, in quauis arte docere. Namq; citra artem vti auctorum præsidiis, & ipsam contemnere, & auctorum auctoritati derogare, & vltimo hominum saluti minime consulere, procul dubio est: sentiat quisque aliter, hæc mea mens est, in cuius firmitudinem pensitet cordatus Medicus hæc deinceps diligentius, & reperiet facile, plur[illegible] felicius successisse, si potius arti, quàm arti[illegible]: Ars quidem inquit Plato, omnia ad r[illegible]udinem redigit. Aliis quoque displicebunt ex meis sententiis plures & ex eis quæ aut noua, aut a veteribus prætermissa, vel praue adducta sunt, pleraq; damnantes meam opinionem, ex calumniandi rabie tanquam inutilem, & parui momenti reiicientes. Sed quid moror? quotidiana me docuit experientia & rerum vsus, etiam quæ optima sunt, neq; omnibus placere: quod indocti omnes corrupto sint iudicio, ex doctis vero aliqui æmulatione, aut sophistarum artibus gratiave seducti maligne, aut frigide quandoq; pronuncient. Quod pulcra quadam sententia Hippoc. monstrauerat dicens: Vnusquisq; enim ex his quæ ipse non habet, iudicat id qu[o]d in alio abundat superfluum esse. Sed venia quidem digni erunt, si mihi retulerint, quæ sibi minus grata fuerint: qui si iure optimo meam damnauerint sententiam, tantũ abest, vt ægre feram, quod polliceor in eorum gratiam & felicem memoriam, & ob publicam etiam vtilitatem, ea huic operi affigere, & iterum typo mandare: nam pari animo à beneuolis gratiam, ac ab omnibus aliis correctionem recipiam. Eo etiam deuenire humana miseria, ne dicam inuidia, solet, vt si quis ardenti desiderio, & indefesso labore aliquid toto conatu in Reipublicæ gratiam edere tentet, protinus vulgatum habeat in scribentium contemptum & opprobrium, Nil dictũ quod prius dictum non fuisset: & facile esse librum ex libris conficere, ac integras paginas transscribere, & vt fertur, alienis plumis quisq; se personatum efficere. Sed proh Deum immortalem quo pergit liuor? quid enim in omnibus artibus præstantius, quid laude dignius, quàm ea quæ à maioribus nostris, & primis medicinæ conditoribus probe dicta sunt, imitari: quæ diminuta, in integrum restituere, quæ obscura, apertius docere, & vltimo quæ cõfusa & citra ordinem tradita sunt, methodo complecti, sicut quæ ipsi prætermiserunt addere: Nam vt Hippocrates testatur, Scientiæ votum, ac opus est inuenire aliquid eorum quæ nondum inuẽta sunt, similiter & semiperfecta ad finem perducere & absoluere. Artes quidem omnes, vt auctorum constanti assertione patet, tum per additamenta summam perfectionem nactæ sunt: tum vero per nouam propagationem. Namque natiuum hominis ingenium est, naturã ipsam æmulari, quæ vel cupida nouitatis, vel primæ materiæ nimium tenax, res omnes nouis ac miris subinde modis quasi renouans induit, & veluti nouam generationem ex antiquo semine effingit. Hinc viri docti in eo studio versantur: nam ingeniorum alia breuibus atque concisis, alia contrariis videntur delectari. Quare neminem arbitror mirum videri posse, si post tot illustres scriptores, quos h[a]ctenus stetisse constat, ipse quoque volue[ri]m calamo manum admouere, præsertim cum earum rerum susceperim scriptionem, quarum nullus ante me methodo & ratione meminerit. Sed quis obsecro, viri studiosi, timore non exhorrescet, si hæc & longe maiora pericula mente concipiat, & animo frequenter euoluat. Verum absit, quod fœmineo hoc terrore correptus, diu patiar, quæ multis profutura spero, celari. Proinde ego quoque maiorum laudatissimis vestigiis inhærens, & veritatem pariter & communem salutem spectans, non est, cur aliqua occasione ab incepto commouear. Adegit me quidem in hunc laborem sententia quædam Aristotelis, quæ in hunc modum se habet: Nam illic quoque mel, vinum, elleborum, vstionem & sectionem cognoscere facile est, sed quomodo, & cui, & quando ad sanitatem adhibenda sint scire, ita magnum & operosum est, vt Medicum esse: qua profecto nos monet, & veluti ab antiquo somno excitat, ne his quæ communia & generalia sunt in arte cõtenti, curationem exsequi conemur: nam ab his cætera omnia & difficiliora & vtiliora longe esse: præterquam quod passim reperies tyrones & quosuis idiotas, sicuti etiam ex aliis, qui se Medicos venditant, plures, qui priusquam in medica arte satis discipuli esse cœperint, suam iam existimant, & eam audacter profitentur, innitẽtes principiis quibusdam, quæ veluti fundamentum & sceleton totius artificii sunt. Qui equidem si forte cognouerint in morbo vacuandum, alterandumve, aut quoduis aliud officium exsequendum esse, cui vero, quando, quantum & quomodo, minime ex principiis quæ ab Academiis afferunt, aut ex auctoribus decerpunt, ita facile intelligere perdiscereq; poterunt, nisi aut longo rerum vsu, aut doctissimorum virorum commercio, qui neque ita facile, neque vbique reperiuntur. Quo fit, vt perpetratis primo mille erroribus, non citra magnum reipublicæ damnum & multo[illegible] virorum dispendium, tandem longissimo temporis interuallo aliquid

Marginal notes: De Alcibiade. — Epist. ad Dionys. — Lib. de Arte — Lib. 5. Ethicor. c. 9

quid, idque leue & vulgare in medico vsu ass[illegible]quantur, ita [illegible] [illegible], si se difficile [illegible] [illegible] obtulerit, vt frequenter accidere sole[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]nentur & hæsitent, si cordati sunt, aut ignorantia audaciores facti in præcipitium deferant laborantem. Preterquam quod ipsi superbia ex ignoratione turgentes, non [illegible] quæ ignorant, intel[illegible] quamobrem in perpetuo errore & caligine indies magis ve[illegible]ntur, credentes ni[illegible] in arte esse perdiscendum, quàm aut purgandum, sanguinemve mittendum, aut alterandum. Quod pulc[illegible] quadam sententia damnauerat idem Aristoteles dicens: Quemadmodum [illegible] ue-deri & sanare, non est inscindere, vel nõ inscindere, aut medicam[illegible]tum dare, vel non dare, sed sic affectum hæc præstare. Ex quibus iam patere arbitror, quanti momenti ratio me compulerit, graue hoc onus meis humeris imponere, siquidem maior Medicorum pars necessario hoc indiget subsidio, quibus non solum vtile, sed necessarium omnino esse censeo, vi[illegible]s tamen doctis & grauissimis memoriæ tantum gratia proficuum. Quo quidem volumine facile reperiet lector in quouis huius artis præsidio veram indicationem, & vtendi methodum, qua citra maximam difficultatem exhauriet, quæ non nisi longa experientia & cœcutienti vsu edisci possunt, atque id perspicaci quadam docendi lege, arte ac methodo reperiet, in quibus omnibus nõ pro arbitrio, sed artificiosa quadam ratione, quæ cuique affectuum, corporum, temporum, & aliarum rerum quæ mira varietate ludunt, & Medicos quosuis, vel doctos deludunt, proficua sunt, iuxta artis principia, aperta oratione refulgent. Accipe igitur candide Lector, & meis laboribus bonis auibus fruere. Nam primo tomo reperies vniuersam facultatem medicam à primis elementis ex rei natura ad vnguem disputatam. Hoc secundo lib. De pulsus arte & harmonia, de febribus, & de recto præsidiorum vsu, & de morbo Gallico, ac de morbis hereditariis. Tertio volumine de morbis mulierum, & de morbis curandis, & in huius operis initio tres methodos constitutas, quarum vna particula affectas docet cognoscere. Secunda morborum dignotionem patefacit. Tertia vero methodum curandi instituit, quibus facilius auxiliorum omnium rectum vsum exsequeris. Præter hæc autem particulariter scripsi de Peste, de Algebra, & Institutiones medicas, & chirurgicas ad examen Medicorum.

# LVDOVICI MERCATI,

## MEDICI A CVBICVLO PHILIPPI TERTII HISPANIARVM REGIS, &c.

### Methodus Vniuersalis in Tres partes dissecta.

## METHODVS PRIMA IN DIGNOSCENDIS locis Patientibus.

A Artium perpetua mutatio vnde.

DVBITAT Aristoteles, quanam ratione perpetua successione artes mutentur, ac nouis theorematibus & regulis indies magis floreant: cum reipublicæ leges immobiles perpetua stabilitate permaneant. Suspicatur quidem id esse factum, quia tota artium vis & ratio consistit in natura ipsa, cuius cognitio & notitia illucescit indies magis magisque. Quo fit, vt iuxta rationem minoris aut maioris illius notitiæ, contingat artium præcepta variis modis immutari, immobili semper manente natura. Verum, quia tota legum potestas & efficacia in obseruatione & antiqua consuetudine consistit: ob id quidem oportuit nunquam mutari, ne leges nouitate sanctionis vim & efficaciam amitterent, sicq; & instabiles ac infirmiores fierent: nam quæ assueta sunt, etsi grauia, insuetis facilius tolerantur. Qua quidem ratione

B mirum non esse debet, si nouis quotidie voluminibus tædium viris doctis parere videamur. Siquidem benignissimum est opus, & ingenuo animo plenum, quæ denuo ex naturæ abditis (non citra magnum laborem) cognoscuntur, in studiosorum gratiam patefacere: præsertim cum ea sit optimi medici conditio, vt amore veritatis captus, ei tuta vita (spretis ceteris omnibus, quæ vulgo studiose expetita sunt) sedulam operam innitens nauare tantum intendat. Quod egregie docuerat Gal. *lib. 1. de constit. ar. medic.* referens, quæ futuro medico inesse debeat. Quib. etiam addit, *necessum esse quandam methodum perdiscere, qua verum & falsum discernitur.* Haud enim ad earum rerum, quas quærimus, inuentione satis erit, duntaxat veritatis desiderio teneri, sed & facultatem quandam inueniendi paratam habere. Cui item adiecit præter hæc omnia, exercere methodum, qua non solum ipsam cognoscere, sed vti quoq; ea liceat. Si igitur ad veritate viam affectanti dictorum vnum desit, æquũ est, quicquam eorum, quæ cupit assequi admodum, non

C speret. Quod si suppetant omnia, quid verum scrutari, cum bona subsit spes, vetat? *Primum* itaque, medendi vniuersali ratione instructe tyrones oportet, vt quę metrum sit & mensura particularium omnium actionum: cuius gratia patientium locorum notitiam breui quadam ratione præmittere æquum esse duxi: *deinceps* affectionum omnium notas præscribere: *tandem* medendi compendiosam methodum docere, quibus futurus medicus doctior factus, facilius ad particularia descender.

Propositum auctoris.

Medicinam, prima illa & suprema partitione, in *Significantem partem & Agentem* distributã esse, mille in locis testantur Hippocrates, & Gal. Rursus Significans, in Inquisitionem præteritorum, præsentium & futurorum, ab eisdem iure optimo diuiditur. Deinceps pręsentis affectus indagatio, & locum laborantẽ inuestigat, & affectus speciem, & qualitatem ac caussam ipsam: nisi enim de affectu tria hæc explorata habeantur, frustra curationis speratur optatus finis. Quod vero primo loco nosse est necessum, docendi ratio monstrat particulas affectas esse, quarum quidẽ notitia tam est vtilis & necessaria, vt non dubitarit Gal. asserere, totam artem nõ sex mensib. tantum, sed sex dieb. comprehendi posse, si eam, quę ad particulas attinet, tractationem adimas. Est enim vtilis hæc primu ad præsagandi rationem: nam tantum affectus sunt debiles, quantũ particulæ præstantia dignior aut communior. Præstat item in curatione nõ minorem partem: nam licet affectus natura auxilij genus præscribat, particulæ tamen conditio & materiam & modum auxilij sola docet. Non enim sat est nosse, morbũ exposcere vacuatioonẽ, aut repletionem, alterationẽve, ni exacte medicus nouerit, ex qua materia auxilium cõfici, aut quousq; operari queat: & rursus qua figura & modo, quæ omnia particula ipsa docet. Quantum autem difficultatis hæc res

E Medicinæ distributio.

F obtineat, egregie depingit Hippocrat. dicens, *lib. de Arte: Quæcunq; enim oculorum conspectum effugiunt,* (recensuerat paulo ante, qualia sunt) *ea mentis oculo obtinentur & superantur. Quæcunque vero, ob id, quod non statim cognoscantur, ægri mala perpetiuntur, ea non ad medicos curantes ipsos, tanquam ad ipsorum auctores referenda sunt, sed ad naturam ipsius ægri, itidemque ipsius morbi: medicus enim cum non possit malum nec visu assequi, nec audiendo, ex aliorum narrationibus co-*

Particularũ affectarum doctrina ad quid prosit.

A *gnoscere, ratiocinatione ipsum persequitur. etenim ipsi quoque agri, qui obscuro morbo laborant, si conantur medicis de morbis suis narrare, ex opinione magis quam scientia narrantur*, (& paucis interpositis inquit) *Quando igitur, nec ex agri narrationibus ad infallibilem certitudinem peruenire possit, alio certe respicere medicum necesse est.* Qua sententia aperte nos monet, ad specialia signa confugere, vt in re tam graui & abdita certiores promptius simus.

*Affecta particula quib. signis dignoscatur.*

Totam autem rationem dignoscendi affectã particulam, Gal. *lib. 1. de loc. aff. & 2.* ex tribus tantum signorum generibus desumit: nimirum Ex actionibus cuiusuis particulæ læsis, Ex iis quæ præter naturam retinentur aut excernuntur: & tertio Ex mutatis qualitatibus. Atqui cum non sit satis, tria hæc rerum capita nosse, nisi ad singularium cognitionem & exercitationem deueniẽ sit, æquũ esse duxi, vnumquodq; signum in singulas partiri species. & exemplis ex Hipp. & Galen. desumptis probare. Sic actio læsa, quæ primo loco sese offert, vt quæ primo particulam affectam monstrare valet, diuiditur in eum particulæ affectum, in quo aut Vna læditur actio, aut

*Actio læsa vt cognoscatur.*

I. Omnes. Rursus cum vna actio læditur tantum, B aut læsio illa partis est vnius, *vt deiectio inuita musculi, vesica, aut ani, qua mictum efficit, aut deiectio inuoluntaria, musculis resolutis, vel discissis.* Aut læduntur actiones partium simul plurium affectarum, *vt respiratione vel voce læsa, vna vel pluribus, vel omnibus partibus respirationi & voci seruientibus læsis, vt diaphragmate, thorace cum suis musculis, pulmonibus, aspera arteria, musculis octo epigastrii, vel iis, qua cum dictis mouentur.* Cognoscitur etiam hoc deiectione læsa, quibusdam, vel omnibus eam iuuantibus læsis, *vt intestinis, musculis octo epigastrii, diaphragmate.* Atrophia etiam totius ventriculi, intestinorum, hepatis, venarum, singularum partium læsio monstratur. Cum vero ex multis actionibus læsis partem affectam rimari nitimur, eas rursus partiri oportet in læsiones plures par-C tis vnius affectæ; *vt visione & oculi motione simul læsa, gustu, tactu, motu linguæ simul læsis, tactu etiam, motu musculorum, & tendonum*: quod etiam ostenditur *in tractione, retentione, coctione, & expulsione* ventriculi (vel alterius partis) simul læsis, aut partium simul plurium affectarum: *vt animali, vitali, naturali, omnium corporis partium his actionibus præditarum læsa*: in febribus omnibus magis & minus, prout febrium in sua essentia, & supra vires magnitudine, licet intueri: aut etiam in tactu & motu læso, in toto corpore, aut media eius parte.

II. Aliter rursus licet cõsiderare actionem læsam, nimirum dum actio ipsius instrumenti læditur, quod vno trium modorũ contingit, affecta quidem parte aliqua simulari, à qua primo fit actio: *qualis in oculo humor crystallinus.* Secundo, affecta ea, quæ ad actionem est vtilis, licet ipsa per se nõ præstet actionem, sed vsum: quales sunt *tunica & reliqui oculorum humores.* Tertio læditur partitione actio, toto ipso instrumento vitioso facto: minori nimirum iusto aut maiori reddito, dislo-D cato aut difformi alia figura affecto. Itaq; omnes actiones cuiusuis speciei ex dictis sint, facile aut totum instrumentum, aut partem eius affectam designant. Præterea coniectandum est, easdem actiones posse læsas censeri, cum aut ex toto abolentur, aut partim diminuuntur, aut corrumpuntur. Ob idq; æstimandum est in singulis instrumentis, iuxta modum læsionis, quantum ea recedant ab integra & perfecta sanitate. Cui vsui præstat etiã expendere, actionem nõ modo lædi, læsis eã efficientibus, vel ei ministrantibus, partibus, sed etiam connexis & adhærentibus, *vt in respiratione constat, affecto vtero aut ventriculo.*

*Excreta quid denotent.*

Excreta quoq; è corpore multa nobis ostendunt, sicuti & ipsa sunt varia: nam ex his, quędam excernuntur per meatũ naturalem, *vt aures, oculos, nares, os, gulam, guttur, sedem, collum vteri, vesica, & poros corporis*: quædam rursus per meatum non naturalem, *vt vlcus, aut vulnus.*

*Excreta quotuplicia, & quid demonstrent.*

I. Quæ omnia rursus subdiuiduntur in ea: Quæ E excernuntur, quæ à propria partis substantia soluta vel dissecta prosiliunt: Vel in res contentas in spatio secundum naturam. Primi exemplum sunt, *bronchia parua, vasa magna. caro mollis & rara*: quæ vbi conspiciuntur, pulmonem erosum, *vt Hippocrates lib. 5. Aphoris. 13. testatur*, significant. Item, *bronchia magna, vasa parua etiam excreta*, asperam in collo arteriam erosam, aut putrem ostendunt. Præterea magna & crassa tunica per secessum expulsa, crassorum intestinorum vlcus, seu dysenteriam, sicuti parua & tenuis, tenuium exulcerationem significat. Crassa pari modo & viscosa tunica epiglottidem aut linguam, tenuis & glutinosa asperam arteriam, vel œsophagum, vel ventriculum erosum esse aperte monstrant. Ceterum illa tussi, hęc vero vomitu excerni debent: vt affecta pars distinctius cognoscatur. Membranosa item hypostasis, *vt ex Hippocrate lib. quarto Aphoris. 81 constat*, vesicæ vlcus designat. Fur-F furacea quidem, vesicæ scabiem, *vt idem auctor libr. 4. Aphoris. 77. etiam docet*: sicuti carnosa, renum vlcus, *vt apud eundem auctorem, lib 4. Aphoris. 76. quiuis facile colliget.* Secundi autem diuisionis membri exempla sunt (earum videlicet rerum, quæ in spatio secundum naturam continentur) *furfures*, qui caput plenum prauis ichoribus significant, *vt ex Galen. libr. 2. loca. phar. videtur constare.* Lippitudo item multa, insolens, *mucus nasi multus, tenuis, crudus*, affectum indicant esse cerebrum. Sordes aurium copiosior, vt quæ deiectiones biliosas finit, aurem læsam significat: *vt facile Hippocratis lib. 4. Aphor. 28. testimonio probari potest.* Vrina eodem modo per vulnus aut vlcus reddita, vesicam, vreteres, renes discissos esse: sed quæ harum sit, situs vulneris è regione affectæ partis facile monstrabit. Præterea vrinarum in substantia & contentis differentia, affectus varios venosi generis & viarum vrinæ facile commonstrant, *quales sunt, quos in prognosticis apud Hippocratem & Gal facile reperies.* Stercus per vulnus ex-G cretum, vel in vulnere stercoris odor, pertusum intestinum significat. Stercus item variũ varios intestinorum affectus, & interdum corporis totius commonstrat: *vt Hippoc. lib. 2. prognos. prolixa oratione ostendit.* Sputum etiam partium spiritualium, dum tussiendo reiicitur, varios monstrat affectus, iuxta sputi varietatem. Aborsus pariter, vteri vitium aliquando significat, *vt Hippoc lib. 5. Aph. 45. aperte docet*, nimirum vteri acceptacula esse humore plena. Similiter lac è mammis grauidæ multum fluens imbecillum esse fœtum commonstrat: *id etiam asserente Hippocrat.*

Semen

A Semen quoq; viri aut mulieris sponte profluens, liquidius esse, aut vasa spermatica affici citra dubitationem ostendit: menses pari lege largiores, pauciores, decolores solito si profluant, affectũ vterum patefaciunt, *vt mille in locis testatum est Hipp. lib. 5. Aphor. 57. 60. 61. lib. 6. Aphor. 2.* Cibus item, potus, chylus per vulnus excreta ventriculũ perforatum esse significant. Ceterum chylus etiam tenuia intestina confossa esse commonstrat. Interstinguere tamen id licet: nam cum ex aperto ventriculo decidit, plurimum eructant laborantes, cum ex intestinis, cum flatu & crepitu per infernã aluum excreto distinguetur. Omentũ vltimo, vel intestinum vel hepatis lobus aut portio aliqua partium aliarum ventris per vulnus prodiens, pertusum peritonæum ostendit.

Verum quia *(licet aliquis hæc omnia nosciat)* non fat est, ad particulam affectam *(dum abdita est)* dignoscendam: operæ pretium duxi, adhuc distin-B guere inter ea, quæ à corpore pelluntur: res enim excreta, quæ in aliquo spatio continebatur, duplici eget consideratione, quia aut in spatio contenta erat secundum naturam, aut in loco præter naturam. Exemplum quidem primi est, *spiritus per vulnus exspirãdo efflatus, vel pulmonis lobi portio per id excidens, quæ thoracem perfossum esse aperte docent.* Item *cerebri portio in vulnere reperta*, membranas esse diruptas ostendit. *Sanguis* item *calidior, tenuior, flauior, cum diastole excretus*, è discissa arteria prosilit, sanguis tamen ab hoc diuersus, his omnibus conditionibus, & citra saltum profluens, venam sanguinis esse diruptam commonstrant, etiamsi in ventrem aliquem sanguis is aut arteriosus dilabatur, *vt ex Hippoc. lib. 6. apho. 20. aperte videtur constare.* Sanguis igitur dum tussi reiicitur à pulmone prodit: per nares aut palatum reiectus percusso valenter capite, meningem aut eius vasa læsa significat: per venas, renes, vreteres, vesicam, vretram læsam significat: *vt mille in locis testatus est Hippoc. lib. 4. Aph. 57. 78. 80. 81.* Secundi C exemplum est, *calculus, pus, sanguinis grumus*, quæ ex vesica vreteribus discissis perpetuo decidunt: *vt Hippo. etiam aperte monstrare videtur, lib. 4. Aph. 75.* Sed à qua harum partium prodeat, idem auctor alibi docet, *lib. 5. Aphor. 5. 8.* Arenosa item hypostasis calculum renum aut vesicæ citra dubitationem ostendit: cuius testis est idem auctor. *lib. 4. Aph. 79.* Capilli eodem modo, *testimonio eiusdem Hippocratis, lib. 4. Aph. 76.* cum vrina excreti, renes affici commonstrant: & iudicio nostro potius vreteres quam renes, nam coniectabilius est, in illis potius, quam in renibus posse gigni, ob pilorũ longitudinem, quam vreteres æmulantur. Pus simili modo ex pulmone, thorace, grando identidem, & è sinibus in summa larynge binis, citra dubitationem prodit. Grumus etiam sanguinis, vel quæuis alia substantia tussi excreta, ab eadem parte certo decidit. Expendere etiam decet, in his excretorum differentiis, vt certius nobis partis affectæ præstent notitiam, tempus excretionis, & excretæ rei magnitudinem, numerum, frigus, calorem, odorem, colorem, figuram & mixtionis modum: quæ citra dubitationem, locum D affectum etiam distinguunt.

Excreta res duplici eget consideratione.

I.

II.

In excretis quæ consideranda.

De Qualitate mutata.

Color quoq; vitiosus, & à naturali mutatus, & affectum ipsum & partẽ affectam facile monstrare valet: modo sit in Parte, modo in Excrementis, modo in Toto corpore. Nam hac trimembri diuisione comprehenduntur ea, quæ ex vitioso colore in morbis aliquid indicare valent. Vitiosus vero partis color est, *vt oculis in hyposphragmate, ictero, fluxu hæmorrhoidum, aut vteri.* Lingua item in febribus, in morphea vulgo *also*, albo & nigro. In colore etiam omnium tumorum, non leuis futuri euentus & præsentis status coniectura exsistit. Excrementorum vero vitiatus color, vt *in lippitudine & muco, viridis, liuidus, & niger; in sputo flauus color diu perseuerans*, tabem pleuriticorum & peripneumaticorum, pro morbi temporibus & caussa, color alius atque alius. In vomitu etiam, pallidus, flauus, cruentus, porraceus, æruginosus, liuidus & niger. In alui deiectione, eodem prorsus modo: & in vrina & eius contentis. Color itaque quiuis ab ægri natura dum E valebat, multum recedens, in sudore & in vrina: ita & menses decolores in fœminis, neque eodem tempore semper excreti, purgationem necessariam ostendunt, *vt aperte ex Hippocrate, lib. 5. Aphor. 36. videtur constare.* Est in lacte ab albo colore, omnis malus, sicuti in semine & pure, ne quis cum Herodoto putet, *nigros Æthiopes ob id esse, quod eorum semen esset nigrum, cum animalium debeat esse album.*

Coloris mutatio quid importet in parte: in excrementis.

Herodoti error.

Tertio consideratur color in toto corpore, vt *in ictero flauus, in ictero nigro niger, in hydrope plumbeus, aut pallidus*: & sic iuxta naturam redundantis humoris, hoc aut illo colore corpus fœdatur. Ex quibus coloris vitiis, licet præcipue affectus caussa dignoscatur, cum hoc tamẽ non minori certitudine particulam affectam poteris cognoscere.

In toto corpore.

Consideratur etiam odor præter naturam partis totius, aut excrementi, quod coniicere iubet Hipp. ipse, *lib. 5. Aph. 81.* sicuti & consistentiã, F & excrementorum quorundam saporem, vt *lactis & sudoris*: quæ quidem partem præter naturam etiam affectam monstrare quoq; valent: *sic spiritualia sputo, ventrem inferiorem deiectione, venosum genus vrina, cerebrum lippitudine, aut muco*, facile innotescunt.

Odor præter naturam.

Præter tria hæc prima signorum genera, quibus facile monstrantur laborantes particulæ, signa alia recensent Hippocrat. & Galen. *variis in locis*, quæ prædictis adiuncta maiorem præstant fidem, minoremque certitudinem in particularum cognitione, qualia sunt, quæ ab adhærentibus particulæ affectæ desumuntur, vti est *ichor*, hoc est, *sanies serosa, liuor, ossis ramenta quædam & asperitas*, cariem ipsius ossis demonstrantia in vlcere. *Fungi* etiam craneo fracto adnati, læsam meningem significant: *spumam sanguinis* per os excreti cum tussi, pulmonis vas aliquod diruptum esse, aperte monstrare refert Hippocrates *lib. 5. Aphor. 13.* *Furfuracea* item *hypostasis* cum vrina excreta, vel scabie, vesicam laborare significat, G vel genus venosum, & in eo sanguinem aduri à flammea febris caliditate, *vt etiam Hippocrates, lib. quarto. Aphor. 77. docet.* Sic *granula quædam* in lingua, quæ curari nullis auxiliis queunt, elephantiasim ostendunt: atque ob id interiora membra huiusmodi morbosum apparatum obtinere. Sic *habitudo corporis*, aut partis, parentum etiam notitia: nam quas partes vt *cerebrum, articulos*, aut *oculos* parentes imbecillas habent, filii fere seruant: qua enim ratione, in iis, quæ secundũ

Signa alia particulas affectas monstrantia.

Ichor.

Fungi.

Furfures.

Granula.

Habitudo corporis.

naturam ſunt, ſimiles parentibus euadũt, eadem & in iis, quæ præter naturam: mancum enim ſæpe mutilus generat fœtus.

*Ætas.* Ætas pari lege ſuam affectarum partiũ præſtat notitiam. Pueri enim dentiendo dolore gingiuarũ cruciantur: adulti vero dolore & cane dentium afficiuntur: præterea puerorum veſica facilius lapide laborat, adultorum verò renes.

*Sexus.* Sexus item certam præſtat locorum affectorũ notitiam: nam fœminis ſuffocationes ex vtero ſuboriuntur: lac aut lactis affectus ex mammis: viris vero & gonorrhœa & priapiſmus, & in barba ac pudendo viria quędam propria accidunt: conſuetudo l:bo randi, hac aut illa parte, eandem facilius poſſe pati, oſtendit.

*Partes anni. Regiones.* Partes etiam anni nonnihil ad id iuuant: ſicuti & regiones, in quibus peculiariter aliquod membrum ſua ſponte patitur, vt ex *Hippocrate, libro de loc. aqua & aere facile conſtat.*

*Victus.* Victus item forma, B aut ventriculum, aut iecur pati oſtendere poteſt, *ſic lepus marinus pulmones, cantharides veſicam, & alimenta craſſa ac lenta renes. & veſicam* pati debere commonſtrant.

*Vitæ conditio.* Vitæ quoque conditio & ſors, aliquam huic rei afferunt vtilitatem, nam iuxta potentias, quæ in quouis officio magis operantur, aut patiuntur, neceſſum eſt ipſas partes quibus inſunt, potiſſimum affici.

*Morbi graſſantes.* Inſectores enim phtiſi periclitantur, deauratores verò & mineralium foſſores, tremore. Populariter etiam graſſantes morbi eandem gratiam præſtãt: nam par eſt conijcere, eaſdem partes affici in ſingulis, ac in vniuerſis.

*Iuuantia & nocentia.* Quibus omnibus accedit non parua notitia à iuuantibus & nocentibus, licet ab eiſdem præcipue affectus natura dignoſcatur. Cum hoc tamen artificioſa quadẽ coniectura particula etiam dignoſcitur: nam quæ excalfacta ſunt, & reſpiratione refrigerantur, thoraci inneſſe conſtat: quæ potu, ventriculo, quæ clyſteribus, inteſtinis. Et pari ratione de omnibus aliis C particulis, quibus datum eſt, quibuſdam medicamentis gaudere, & alia renuere.

Supereſt præterea, ex ſitu & connexione partium (ſpecialius adhuc) particulam affectã noſſe

*Situs partium.* monſtrare: Nam Situs primo modo conſideratur Partis ipſius affectæ, quia *ſi affectus aliquis eſt intus ſub hypochondrio dextro hepar: ſiniſtro lienem affici* I. ſignificat, *ſi ad latera lumborum profundius, renes, ſi in pectine intus, veſicam læſam, ſi adhuc profundius, ſuper inteſtinum rectum, in fœmina vterum.* II. Secundo modo ſitus conſideratur, non partis, ſed tumoris. Tumor enim *durus ſub dextro hypochondrio, notat eſſe affectũ hepatis, in ſiniſtro lienis:* tumor circumſcriptus & ſublimis, *in altero hypochondrio, vel abdomine,* ad ipſius muſculos pertinere videtur: *tumor in latere ſenſui perſpicuus,* calore, rubore, aut tenſione, ad muſculos ſupernotes thoracis, vel intercoſtales D exterios pertinet: *ſenſus verò occultus,* in tunica eſt coſtas ſubcingente, aut muſculis intercoſtalibus internis: *tumor etiã in pube circumſcriptus* per iſchuriam, obſtructionem meatus vrinarij ſignificat. Ab excretione etiam partis, ſitus partis facile nimis poteſt: nam in ilibus dextris tumor mollis in dextrum cubantum vrinis purulentis in ſiniſtrum vaneſcens, abſceſſum renum, non hepatis lobi alicuius certo ſignificat, & ſub loco craſſiori, præſertim ſi craſſum eſt pus non ionoteſcit: *vt ex Hippocrate lib. 6. Aphoriſ. videtur conſtare.* Pari quidem lege, ex connexione meatus, per quem fit excretio, facile eluceſcit affecta particula: nam membranoſa tunica excreta, vlcus eſſe in aliqua parte oſtendit, ſed in qua ſit, ſitus & connexio meatus, per quem excernitur, demonſtrant: nam reiecta vomitu, gulæ, aut ventriculi vlcus ſignificat, tuſſi aſperæ arteriæ, excreatu faucium, mictu eorum, vreterum, veſicæ, & meatus vrinarij.

*Connexio partium.* Deiectione inteſtinorum craſſorum, vel tenuiũ, pro ramenti quantitate, mixtionis modo, tempore excretionis poſt ſenſum torminum: per muliebria verò vteri vlcus oſtendit. Eodem prorſus E modo ex doloris ſitu, ſitus etiam partis, & pars ipſa dignoſci poteſt.

*Doloris ſitus quid monſtret.* Nam dolor parte anteriori & inferiori perceptus ad hypochondria, ventriculi, ſuperiori & poſteriori ad metaphrenum, gulæ vlcus oſtendit. Percipitur autem maxime dolor, aliquo acri & erodenti deuorato, ſi in ventriculo eſt, vel inter degluendum, ſi in gula: Eadem ratione ſi vlcus in aſpera arteria eſſe oſtendit reiecta tuſſi membrana, inſpiratus aër frigidus, aut fumus, vel fumi vapor eandem partem mordendo doloré excitauerit, ibi vlcus eſt. Dolor in ventre inferiori perceptus, ſi infra vmbilicũ ſentiatur, craſſa inteſtina exedi commõſtrat, ſi ſupra, tenuia: dolor præterea intra craneum profundus, extra verũ ſenſui perſpicuus: dolores item ventris ſublimis, id eſt, in muſculis epigaſtrii, leuiores, non ſublimis, id eſt, profundi in ventriculo ſcilicet ac inteſtinis, *vt ex Hippocr. lib. 7. Aphor. 6. conſtat,* fortiores. Dolor quoque in imo ventre, pectine & perineo veſicã laborare ſigni- F ficat, *teſte etiam Hippocrate lib. 4. Aphor. 80.* Dolor etiam ceu cinguli, adſtrictiores ſub ventriculo, eſt in vaſe venoſo ad lienem.

A partis etiam affectæ natura, facile per quædam ſigna in cognitionem ipſius affectæ deuenimus, vt *dolor grauis pulmonum, hepatis, lienis, renum carnis, vaſorum autem tuens, & tunicarum dolor eſt tenſiuus & pungens.* Tunica etiam craſſa excreta, eſt à craſſis inteſtinis, à tenuibus tenuis, ab epiglottide & gula viſcoſa, ab aſpera arteria ſunt bronchia, à renibus carunculæ. Cordis quoq; natura oſtendit, ipſum inſignem reſnge rationem aut tumorem ferre non poſſe, *vt aperte Galen. lib. de vſu pul. & de vſu part. docet.* Dolor prętereà pungitiuus, tenſiuus, pulſatorius intra craneum eſt in meningibus, aut earum vaſis, non in cerebro, quia id tactu caret. Dolor profundus in latere ad membranam ſubcingentẽ coſtas, ſublimis & pulſatorius, ad muſculos intercoſtales arteriis vicinos pertinere videtur. Dolor etiam in epigaſtrio, leuis eſt G ob carnem: in ventriculo, inteſtinis, & partibus neruoſis, eſt valentior. Ex quo etiam ſignorum genere ſuboritur, ob partis naturam, veſicam diſciſſam non coaleſcere.

*Signorum aliud genus particulæ proprium.* Supereſt quidem præter dicta, aliud ſignorum genus, quod ad cuiuſque partis accidentia pertinere videtur: Inſunt enim cuique particularum propria quædam ſymptomata, quæ illis accidunt, aut ratione officii Partis ipſius, aut ratione Partium quibus conſtat. Sic cerebro, eo quod ſedes ſit ſentientium potentiarum, *phrenitis, epilepſia, apoplexia* ſuboritur, naribus *ozena, polypus, ſuffuſio, argema, glaucoma* oculis, *cynanche* muſcu- A lis laryngis, *malatia* fœminis: ori ventriculi, *fames, ſitis:* ventriculo ipſi *nauſea, vomitus, ſingultus:* rubor

*tuber maxillarum*, peripneumonicis: deiectio similis loturæ c[ar]nis recen[ter] mactatæ, iecur esse summe imbec[il]lum ostendit, hydropis omnis species, iecoris sanguificandi potentiam esse languidam.

Doloris etiam natura, seu conditio, incredibili certitudine affectam partem commonstrat: quapropter diuidere dolorem ipsum in suas species, & quarundam tantum meminisse operæpretium duxi. Sed primum sese offert *punctorius*, siue *fodicans* dolor, qui fingitur potissimum in membranis inflammatis, ad easq; iure pertinet, *vt videre est in pleuritide*. Acutus quidem huic finitimus, vt ceu acu aut terebro perforante aut palo infixo pars diuelli videatur, *vt crassum intestinum in dolore coli, Gal. à pituita vitrea facto, & in quibusdam cephalæis & à calculo præcipue inæquali acuto, vel obstructione renū, capacitatem vreterum obstruente, vasa & tunicam renum, hepatis, lienis contrectante*: hic autem dolor neq; continuus est, neq; per omnes partes æqualiter porrectus.

*Dolor punctorius.*

*Acutus.*

B. *Stimulans* item dolor, omnibus partibus sentientibus, ab humore mordaci eas erodenti fit. *Vlcerosus* huic similis est, fitque ab humore acri, modo cutim, modo partes imas vsq; ossa affligēs: sed obtusior & remissior est acuto. *Pruriginosus* ad cutim tantum fixus, sed per accidēs, id est, per cutis densitatem, non primo & propria ipsius natura, fitque pruriginosus ab acri humore, sed minus ob id vlcerosum præcedit. *Pulsatorius* dolor fit, cum diastole arteriarum, vel inflammatarum, vel inflammatas partes comprimentium, contūdentium & vulnerantium. Est enim symptoma

*Stimulans.*

*Vlcerosus.*

*Pruriginosus.*

*Pulsatorius.*

C. inflammationum magnarum, etiam sine magnis arteriis, vel cum eisdem, & in parte sensu tactus prædita: vt musculis parte pulsatorio dolori expositissima, est enim arteriarum tantum *pulsatorius dolor*, per magnas inflammationes (quales sunt quædam initio, omnes in suppuratione) per erysipelata, abscessus cū dolore pulsantiū ob loci angustiam à vicina carne compressatum, & partē inflammatam sentientem percutiendo prementium: Non est igitur pulsatorius dolor *in peripneumonia, phlegmone hepatis, lienis, renum, glandularum, scyrrho, œdemate*, quia viscera, vt tumores ii, sensu carent: non est in cute, neque in pleuritide, quia cutis & membranæ arteriis carent, arteriæ autem intercostales in profundo latent, longe à tunica costali dissitæ, quarum motum non sentit pleuriticus, ergo neq; earum dolorem, nisi inflammatio musculos intercostales attingat. Altera doloris differentia est *Grauis*, in quo partium grauitatem quandam, seu ponderis partibus subiectis incumbentis, vel à superioribus pendentis ægri

*Grauis.*

D. sentiunt, *vt pulmonis, hepatis, lienis, renum inflammatorum, si febris adest, obstructorum, vel Scyrrho affectorū.* Dolor fit grauis, quando horum carnosa pars afficitur: acutus vero, vbi membranæ hæc viscera ambientes, venæ, arteriæ, cauitates renum, ortus vreterum inflammantur, vel obstruuntur, *vt Hippoc. refert lib. 5. Aph. 6.* Grauis etiam dolor cerebri à pituita, & aliorum humorum copia, & oris ventriculi pituita vel crudo succo, ceu luto, lapide, plumbo [illegible], compressi, constricti, vesicæ ad peritonæum [ ] calculo. Grauitatis vero sensus est in partibus sentientibus, vt membranis, à quibus illa pendent, vel aliis quibus partes plenæ incumbunt, aliis atq; aliis pro situ corporum vario. *Tensiuus* dolor fit à plethora, quando sponte fit lassitudo tensiua, *vt ex Gal. lib. 4. sanit. tu. constat.* A repletione item, seu humore, vel flatu multo, vel vapore, quo tempore symptoma est commune phlegmonarum, erysipelatum, & aliorum tumorum, præcipue calidorum,

*Tensiuus.*

E. in quibus etiam a[ca]lore fit dolor, in usque venæ, arteriæ, nerui sie sæpe intenduntur, vt per totos artus ab inflammat[o l]oco vsque alas, vel inguina tensio, rubor, calor, dolor percipiatur: præcipue si superficiales sint phlegmones, vt hæ partes tangantur. nam in magna tensione pars etiam non mota dole[t], in leuiore mota tantum & tacta. In pulmonis item hepatis, lienis, renum tumoribus, membrana ambiens tensa dolet, & cutis extima, omnes membranæ, glandulæ etiam maxime inflammatæ tensione dolent, à multo humore intra se contento, vt vesica vrina plena per ischuriam, vterus fœtu grandiori, ventriculus cibo largiori distentus. Est autem, quando tendens, & comprimens humor est extra partem tensam, vt in ascite, & tympania tensum peritonæum cutim & thoracem tēdit. Contingit etiam contra naturam carne tensa, sed minus neruis & vasis dolor fit tensiuus & lacerans, ac diuellens, ob membranas per carnem mediam plurimas inæqualiter insertas, & eam quoque circumdantes. Fit etiam is tensiuus dolor

F. *à siccitate partium internarum, à caussa aliqua externa, interna per se, vel per accidens vacuante*, vnde nerui vt fides citharæ, vt repletione, sic inanitione valenter versus principium & finem tenduntur: interdum vsque ad caput, tuncq; fit totius corporis conuulsio & distensio, non ante futura, quam nerui tensio cerebrum attingat. Fieri autem potest hic dolor tensiuus vterque in omni parte sentiente, cum aliæ dictæ dolorum species, quibusdam partibus accidant, quibusdam non. Fit etiam à multa excretione, per quam fibræ musculorum supra modum tensæ, etiamsi nunc per quietem desinant, tendi tamē, ceu tensæ adhuc sentiuntur: hæc in totos cadit musculos, vt etiam carnes eorum attingat: *vt ex Galeno dici potest.*

Sunt aliæ quædam dolorum species, per quasdam prædictarum differentiarum distributæ, *vt dolor profundus* ab accidente dictus, quod partium

*Profundus.*

G. sit in profundo sitarum, vt tensiuus neruorum sub arteriis & venis conditorum: pulsatorius meningis, & magis eo choroidis in finibus inflammatæ punctorius: & etiam tensiuus à plenitudine, frigore, calore magis periosthi, in quo etiam ossa dolere quibusdam videntur, vnde *osteocopos*, id est, *ossium dolores & labores* à multis dicuntur, suntque ii omnes profundi. Contrarius huic est *sublimis*, seu *superficialis*, vt tensiuus tendonum digitos extendentium & flectentium, pulsatorius musculorum intercostalium inflammatorum, *vt Hippocrat. libr. 5. Aphor. 6. & 7. docet.* Dolor item pericranei, & cutis, ac partium ei propinquarum sublimis est. Est etiam alia do-

*Sublimis.*

A. loris accidentalis differentia, vti est *Latus* dolor, qui propriæ membranarum est, per easdem sparsus, seu latus & æqualis, quod earum corpus latum est & æquale, sed interdum inæqualis ac dissimilis per accidens: quia partes sibi conti-

*Latus.*

*nu ʃpere phthiʃis, à febre erratica quartana, à diarrhea biliosa dysenteria, à dysenteria tenesmus, ab hepatica dysenteria hydrops proficiscitur:* & pari lege ex certis causis, morbis, aut symptomati certa quædam symptomata, aut morbi suboriuntur. Itaq; danda est opera, vt omnia etiã minima attente perpendamus, colligamusq; & reuocemus in memoriam, quæ præterierè, vt tanq; ex vnguibus leonè conijcremus. Quare in memoriam reuocare oportet caussas internas & externas, quæ præcessêrũt, & morbos excitare natas. Et tandè deuenie dũ est

B ad caussæ principium, vt ex Galen. docet sed expressius his verbis Hippoc. *lib. 2. popul. p. 4. Verum ad caussam deuenire oportet, & caussæ principium.* Eandem sententiam docet alibi, *lib. popu. p.* dicens. *Occasiones, vnde quis ægrotare cœpit, considerare oportet, vt præcedentem annos constitutionem, victus rationem, tum præcedentem, tum præsentem. vita etiam institutum, sexum, morbos eo tempore grassantes.* Item æger rogandus est, vel adstantes de omnibus, quæ præcesserunt. tunc quidem ex hisce quæ apparent, medicus tacite consi[illegible] netur vel ex illis omnibus aliquam occasionem inueniet, vel aliquod accidens cui [illegible], ex quo inuestigation s initium i[illegible] valeat.

Quod si morbi alicuius suspicio nasci videatur, ex [illegible] ius caussæ contemplatione, oportet, quod factu est, ad eam referre, & diligen e inuestigare, si illius caussæ effectus hic esse possit, per resolutionem inuestigationè facta: vel si symptoma aliquod appareat, etiam videndum est, cuius morbi aut partis esse soleat symptoma. Quod si ex symptomatis pathognomonica aliqua sint,

C (quantumuis debilia) sperare tenemur: & quo certiores simus, oportet alium morbum similem huic proponere, & eadem ratione examinare, si ea, quæ apparent, vel quæ à nobis concepta sunt, simili huic morbo conueniant, vel cui plus, cui-ve melius, à quibus facile est genus morbi inuenire præsentis, aut futuri. Verum quia hæc veluti proœmium huius tractationis sunt, necessium est, præmissa huiusmodi exercitatione, breuiori & vtiliori quadam methodo rem hanc diligentius expendere.

Huius doctrinæ grana nosse decet, tot esse in hac re signorum genera, quot sint, quæ in humano corpore eisdem mon[illegible] [illegible] ostunt: nam hac lege & futurum & præsens, & [illegible] eterni vestigium facilius cognoscuntur. Sunt [illegible] enim corporis constitutio, & caussa constitut[illegible]nis, & effectus constitutionis eiusdem: sic toti[illegible] [illegible]

D signorum genera, quædam quę constitutionè [illegible] plurima quæ caussas, alia rursus quæ effectus commonstrant. Verum quia neq; corporis conditio, seu constitutio, neq; caussa, neque effectus vnus est, ad partitionem harum rerum partiri etiam signa decet: Partimur quidem nostri corporis conditionem, in *sanam*, seu *naturalem*, in *præternaturalem*, seu *morbosam*, & in *neutram*: quã diuisione secamus etiam caussas & effectus constitutionis. Quo fit, vt ex signis quædam sint, quæ constitutionem naturalem, quædam quæ morbosam, ac plura etiam quæ neutram dispositionè ostendant: quod quidem in caussis & effectibus, (sanis, ægris, & neutris) pari lege euenire conspicitur. Verum quia nobis nó est in animo, omnia signorum genera, seu differentias percurrere:

*Corporis conditio triplex.*

tantum hac in parte eorum signorum meminisse expediet, quibus status, seu conditio morbosa, caussa, & eius effectus aperte cognoscuntur. Circa quæ prius nosse ac distinguere oportet *morbosum ipsum statum à sana constitutione* [illegible] unde *quibus morborum generibus status ille constet* [illegible] *& quot sint differentiæ. quibus genus quodlibet morbi in species diuidatur.* [illegible] Inuito vero perdi[illegible] re expediet, *quibus signis inniti oporteat, ad quæsiti inuentionem:* nam in morbis plura nosse est necessium: numerũ E morbi naturam, magnitudinem, motum, motem, & vltimo partes.

Primum diuisionis nimus membrum docet in genere morbosum [illegible] u cognoscere quod quidem Hipp. *lib. 1. de morbis vulg p 3 text.* aperte docuerat dicens: *Morbos dignoscimus ex communi omnium natura, & cuiusq; propria* & c. Quo loco aperte communem omnium hominum naturam expedire prius nosse refert, si quidem [illegible] usque propriam ad manum habere est [illegible] cum sæpe ignoti laborantes in medicorum m[illegible] incidant, quorum naturam cum omnino ignorent, vniuersalem nosse expediet. Præstat hoc Hippoc. præceptum facile m aditum ad primum artis diagnosticæ principiũ & theorema. Nam quemadmodum cur. tiua artis pars suum habet probatum principium, quod nemo non probat, videlicet, *contrariorum contraria sunt remedia*, ita diagnostica suo gaudet probato principio, quod adfert Hippo. *lib. de chirurgi officina*, quo loco inquit: F *A maximis, & facillimis, similia, aut dissimilia sint, considerandum*: qua parte totam dignoscendi status rationem in similitudinem, aut dissimilitudinem gerit. Itaque cognita vniuersali hominum natura, & cuiusque propria, facile erit nosse quantum distet, & dissimilis sit status huius hominis, quem curandũ suscepimus, à se sano, si eum antea cognouerimus: sin autem à communi omnium hominum conditione, quod etiam docuerat Hippoc. *lib. 1. prog. tex 3.* dicens: *Inprimis faciem ægri contemplabis, si sanorum similis sit.* Verum quia non sat erat, hæc vniuersalia nosse, docuit quidem Galen. *lib. de diff. mor.* apertissimis verbis morbosum statum intersinguere, quo loco ex professo inquit: *Tunc enim sanum esse hominem arbitramur, cum munera ad vitam necessaria citra noxam fungi potest.* Depingit quidem his verbis euidentissima quædam signa, quibus naturalem omnium hominum, ac sanam constitutionem à morbosa distinguerèmus: nam si citra manifestam læsionem propriis actionibus minime vti valet homo, tunc G procul dubio laborare, aut statu morboso comprehensum esse dicemus. Quibus etiam verbis constat, quid præstet vniuersalis illa, & particularis hominum conditio, & huiusmodi similitudo, aut dissimilitudo, & à quibus debeat peti aut exquiri. Verum licet actionum tantum Galen. meminerit loco paulo superius citato, eis addere decet, vel eiusdem Gal. testimonio, *Excreta & Qualitates*, quæ omnia si sano homini sint simillima, corporis optime valere monstratur: si vero dissimilia, non solum corpus esse affectum, sed tantum creuisse affectionem, quantum ipsa à sanis dissident, & dissimilia sint. Ecce quibus signis corpus affici monstratur, quæ quidem omnium consensu certa esse constat. A

*Morbosus status quomodo dignoscatur à sano.*

Secundũ diuisionis membrũ pollicetur monstrare

ſtrare ſumma morborum genera, quæ, *vt ex Galeni lib. de diff. morb. conſtat*, triplicia ſunt. *Primum* quidem genus continet omnes diſtemperiei ſpecies, Simplices & Complicatas. *Secundum* complures omnibus iis morbis, qui ad ſtructuram, ſeu organizationem pertinent. *Tertium* vero ad vtraſque referturpartes, tam ſimplices, quam organicas, appellaturque *Solutio continui*. Primum itaque genus præſtat prius in tria ſubiecta ſecare. Merito enim Gal. *lib. 1. de diff. feb.* caloris, ſicut & omnium aliarum diſtemperierum, triplex eſſe ſubiectum, ſub hoc ænigmate exponit, *continentia, contenta, & impetum facientia*: intelligens ex Hippoc. *lib. de flat.* mente per continentia, *membra ſolida*: per contenta *humores*, & per impetum facientia *ſpiritus*. Hæc enim ſunt, quæ in noſtro

*Morborum genera ſumma triplicia.*

*Diſtemperierum triplex ſubiectum.*

B corpore quamuis diſtemperie pati poſſunt: licet ſola ea diſtemperies, quæ in ſolidis membris ſita eſt, morbos in diſtemperie conſtituat: nam aliæ partes vt non viuunt, ita morbi rationem conſtituere nequeunt. Hoc tamen habent ad cognitionem facile diſtemperies, quod dum totum corporis ambitum occupant, facile tactu dignoſcitur: neq; ſigno alio opus eſt. Verum cum interna eſt diſtemperies, haud leuis artificioſa coniectura neceſſaria eſt, quæ veritati ſit propinqua, qualis illa, quæ ex membri deprauata actione colligitur. Verum non quæuis actio læſa in particula, eius diſtemperiem commonſtrat, ſed ea tantum, qua natura ſimplicium particularum perficitur, qualis eſt actio omnis, quæ ad alimoniam pertinet: veluti *potentia trahens, retinens, concoquens, & expellens*: nam has tantum perficit partes temperamentum, quas ſi quando aberrare à proprio fine conſpexerimus, modo in capite, modo in ventriculo, iecore, renibus, ſplene, vtero, carne, & quibuſuis aliis viuentibus partibus, iure optimo

C tenemur conijcere, partē, cuius eſt actio, diſtemperatam eſſe. Diſtemperiei vero ſpecies cognoſces, calidane ſit, frigida, humida, an ſicca, non in actione deprauata in genere ſolum, ſed ex deprauationis modo. Cruda enim ſunt omnia, quæ acida ſuperſunt, frigiditatem tamen oſtendunt: ſicut nidoroſa, quæ licet eiuſdem facultatis vitio prodeant, calorem in parte abundare referunt. Sic defluxiones modo ex retinente languida, ob humiditatem immodice prodeant, modo plus iuſto detineantur, aut retinente ob ſiccitatem plus iuſto operante, aut expellente præ humiditate languida: calor quidem dum præter naturam adauctus eſt, & cor attingit, aut in eodem primo moratur, vnum habet ſibi propnum & peculiare ſignum, nimirum pulſus mutationem in magnitudinem, celeritatem & frequentiam. Quod pari ratione contingit in frigida diſtemperie: ceterum di pari ſigno: nam pulſus redditur tardus, rarus, & paruus, quibus ſignis alia adiunguntur, quæ certius adauctam diſtemperiem [illegible] ſtantur, veluti *ſitis, vigilia, corporis & mentis agilitas*: quæ nulli humorum moles interueniat, calorem ſupereſſe monſtrant, & iis

*Diſtemperiei ſpecies vt cognoſcantur.*

D contraria frigiditatem. Paſſiuæ vero diſtemperantiæ difficilius cognoſcuntur in principio, quia ſenſim & leniter fiunt. Ceterum procedente aliquantulum diſtemperie, eo tantum apertius ſe oſtendunt, quanto difficilius curari poſſunt. Sunt tamen alia ſigna, quæ ſimul temperiem

*Diſtemperies paſſiua.*

partis, aut totius oſtendunt, & humorem ſibi adiunctum. Atqui cum tanti ſit momenti vtrumque ſimul noſſe, placuit, ſigna quædam referre, quibus humorem abundare cognoſcamus, & ex conſequenti diſtemperiem, quam ſibi comitem quiſque humorum habet, dum à mediocritate recedit.

Sanguinem itaq; redundare, facile cognoſcetre docerani mæ & corporis pathemata, quæ corporis temperiem ſequi ſolent, vt *ſimplicitas & ſtupiditas*, ſicut ex Gal. *lib. de natur. hu.* facile conſtat. *Senſus itē in expedi. cogitatio tarda, oſcitatio, pandiculatio, hilaris homo, facetus, ridibundus, liberalis, craſſi tardus, libidinoſus, vrina craſſa, rubra, multa, ſudor multus, corpus carnoſum, faciei & corporis color rubicundus, amplitudo vaſorum, laſſitudo ſpontanea, à calido laſſo:* quæ omnia facile atteſtantur corpus eſſe calidū, calore ſanguinis redundantis.

*Sanguinis abundantis vt cognoſcatur.*

E

Corpus aut partem calidum eſſe, & abundans calore bilis, commōſtrat *animi dexteritas, preceps ad omnia homo, aſtutus fallax, iracundus, audax, & temerarius, gloria appetens, vltor iniuriarum, hirſutus, ſiccus, macer, gracilis: color totius faciei & oculorum pallidus, ruffus, flauus, qualis ictericorum, puſtula biliosa, & eryſipelata frequentia: febris item tertiana & ardens, vigilia, mœrores, cura, cogitationes magna, multa, longa, inquietudo per ſomnum leuem, intolerantia mediæ, delectatio à frigidis aſſumtis, pulſus magnus, vehemens, velox, frequens, durus, vrina flaua, ignea, mordax: ſudor flauus, in linteo amarus, aut ſalſus ſudantis percepius, delectio biliosa, flauior, acrior, recens, pinguis, tormenoſa, appetentia cibi delecta, vt nobis aſtate: ſitis vehemēs, quæ frigidis ſedatur, amaritudo ſaliua & ſputum, lingua ſicca, aſpera, mens vt iratum pauens, pallidus, ruſus, ſomnia ignis incendiorum.*

*Bilis abundantiā quæ docent.*

*Temperamenti calidi ſigna.*

F

Corpora autem temperamentum, & humorem frigida eſſe atteſtantur, *ſenſus hebes, tarditas ad motum & ſegnities, pigritia, mentis torpor & oblinio, prompta ad ſomnum & lapſio, pulſus paruus, tardus, mollis, totum corpus albicans, molle, frigidum tactu, color plumbeus, liuidus, habitudo corporis obeſior, caput graue, facies tumida, lingua alba, mollis, ſaliua dulcis, inſipida, acida, multa, ſicut mucus, appetentia deprauata, ructus acidi, vrina alba, pallida, turbida, nunc tenuis, nunc craſſa, delectio pituitoſa, frigidior, humidior, cruda, aquoſa, alba, mucoſa, lenta, ſomnia aquarum, pluuia & niuis, quæ omnia frigidum & humidum temperamentum, ſeu humorem facile monſtrant.*

*Temperamenti frigidi quæ ſig.*

Corpus vero, temperamentum ſeu humorem ſiccum, oſtendit *integer & grauis homo, malignus interdum, timidus, fraudulentus, auarus, timidus, mœſtus, taciturnus, cogitabundus, ſolitarius, ingenioſus, propoſiti tenax, color palpebrarum & totius corporis fuſcus, vireſcens, totum corpus emaciatum, hirſutum, venis latis, vigilia, inſomnia, pulſus paruus, tardus, rarus, ſubdurus: vrina fuſca, craſſa, interdum fuſca, nigra, vireſcens: delectio nigra, ſputum paucum: ructus acidus, acer, & mordax interdum:* quæ quidem omnia ſigna, non ſolum corpora his humoribus & temperamentis ſecundum naturam conſtituta, oſtendere queunt, ſed etiam præter naturam eiſdem affecta facillime monſtrant. Sunt tamen alia ſigna, quæ ſpecialius affectum ab eiſdem prodeuntem patefaciunt: quæ potius ad aliam, quam ad præſentem tractationem pertinere videntur, quapropter conſulto prætermitto.

*Temperamenti ſicci ſigna.*

G

A

Secundum morbi genus, quod ad partium ſtructu-

A structuram pertinere diximus, hoc habet proprium, & peculiare, vt facilius dignosci possit, quod præcipue actiones animales vitiare habeat. Nam quemadmodum naturales actiones solo vitio temperamenti partium simplicium id efficere habent, ita animales, mutata optima figura, & compositione. Quamobrem morbos huius generis cognoscimus ex deprauatis actionibus animalibus, & eis omnibus, quæ organo corporeo operantur, etiamsi temperamentum hoc sibi peculiare habeat priuilegium, vt licet actiones animales non efficiat, nihilominus tamen, aut perficere, aut deprauare, nata sit: sic enim calore aut frigore abundantibus difficilius fiunt animales motus. Preterea, morbos structuræ facile ostendunt ea, quæ excernuntur, vt prima methodi parte abundè diximus. Qualis verò sit partium instrumentalium affectus, quæ excernuntur, & vitiatus color, ac læsionis actionum conditio, facile monstrant: nam signa quædam sunt, quæ non solum affectam partem, sed aut obstructam, aut apertam, dislocatam, aut praua alia figura affectam, patefaciunt qualia sunt, quæ iam diximus.

Secundum morborum genus vt cognoscatur.

B

Partium instrumentalium adfectus quæ ostendant.

Tertium vero genus morbi, quod in continui solutione consistere diximus, dum externam occupat corporis regionem, facile oculis subijcitur, ac per consequens signis non eget. In partibus verò internis si fuerit, cognoscetur facile ex dolore, ex fluxu sanguinis, spiritus, aut alterius familiaris substantiæ: ex situ partis dolentis (præsertim si præcessit occasio, aut aliqua ex his, quæ continuū soluere valent) veluti est *ictus, percussio, casus, luctatio, pugna, aut vehemens aliquis motus, qui potentiam habeat rumpendi vas aliquod, aut dilacerandi membranam, scīdendive tendonem aut musculū*: ex quibus & alijs plurimis huius census facile solutam partem internam erit nosse.

Tertiū morborū genus, Solutio continui vt cognoscatur.

C

Quod tertio loco disputandum proposuimus, est, singula genera in suas species secare, ac signis monstrare cuiusuis affectus naturam seu speciem. Verùm quia id ad vnguem exsequi, esset longum contexere certamen, & ab instituto recedere, placuit silentio prætermittere cuiusvis morbi particularia signa: siquidem methodo comprehendi nulla ratione possunt, & ab auctoribus passim cuiusvis affectus signa *pathognomonica* promulgantur.

Quarto verò loco, post cognitionem generis morbi, instituimus docere, quibus signis in quouis affectu innitendū sit. Sunt enim signa omnia, quæ in morbis expendere decet, quinario numero comprehensa: nam quædam morbi *magnitudinem*, seu *vehementiam*: nonnulla *motum*: alia *morem* seu *conditionem*: alia rursus *instans iudicium* ostendunt, quæ *crisima* appellantur. Quæ verò propriæ cuiusvis morbi signa dici merentur, ea sunt, quæ *pathognomonica* appellamus, quibus proprium est passionem vnam ab alia per propria signa distinguere. Sic pleuritis (vt Galeni exemplo vtar) ab alijs affectibus distinguitur, *ex tussi sicca, ex difficili respiratione, ex febri ardenti, ex pulsu serrino, & ex pungenti lateris dolore.* Quæ quidem signa nulli alteri affectui ex toto conueniunt, sed hunc tantū (velut digito) cōmonstrant. Pari lege febris ardens, tertiana, phreritis, peripneumonia, iecoris inflāmatio, nephritis, & omnes alij affectus sua habēt

Signa morborū quincuplicia.

D

Signa pathognomonica.

pathognomonica signa, quæ simul iuncta soli & semper conueniunt proprio affectui, *quemadmodum de signis pleuritidis dictum est.* Cum hoc tamen accidit sæpe, vt vnicum & idem signum in varijs & diuersis affectibus reperiatur, velut tussis sicca, quæ & pleuritidem, & iecoris inflammationē ostendit, sed pleuritidem non semper, nisi dum omnibus alijs signis adiungitur. Denique necessum est, simul vniuersa signa vnius affectus pathognomonica coniungi ad ostensionem eius: nam quodvis per se variè in varijs affectib. significare habet. Hoc enim signorum genus præcipuū est ad nonnonem affectus: ceterum in eisdem nō sat est, ad rectam curandi rationem, affectus ipsos cognouisse, ni exacte medicus tenuerit morbi cuiusvis magnitudinem. Nam qua ratione morbi naturam inuenisse ad generis auxilij inuentionem oportet, eadem & magnitudinem ad vehementiam auxilij præscribendam, & motum morbi ipsius, ad occasionem exhibendi auxilium: sicuti morem ad peculiarem quandam conditionem auxilijs addendam: crisima vero & alia, quę in morbis exspectantur, ad præsagitionē, & tempus durationis morbi. Ob id necessum esse duximus, horum signorum breui quadam methodo meminisse: tum ob nuper dictas rationes: tum verò ne tyrones signorum confusione decipiantur, & vt exactè queant distinguere inter signa, quæ morbum designant, & in morbo aliquid valent monstrare.

E

F

Signa, quæ magnitudinem morbi ostendunt, etiamsi Galenus & omnes fere medici per se annumerent, aut pathognomonicis adauctis, aut diminutis adscribant, tamen quia nusquam magnitudinem morbi indicantia sunt, nisi quatenus assident morbo magna, aut parua, non citra rationem connumerari possunt inter ea, quæ *assidentia* à medicis appellantur: quæ quidem in triplici differentia consistunt. Nam ex iis quædam cum morbo inuadunt, nonnunquam superueniunt, ac aliquando absunt. Quæ propriis cum morbo inuadere dicuntur, morbi proprium aliquod, aut differentiam ostendunt: veluti *in pleuritide, dolorem ad clauiculam ascendere, seu ad hypochondria vergere*, quo quidem signo medici, licet curationem ex toto non varient, mutant tamen aliquo modo. Cui signorum generi finitimum est, quod magnitudinem in morbis ostendit. Continet autem hoc signa omnia cuiusvis morbi *pathognomonica*, quæ tantum morbum creuisse ostendunt, quantum ipsa ab actionibus, & alijs signis, secundum naturam degenerant. Sic *respiratio difficilis tantum ostendit morbum esse magnum, quantum ipsa fuerit difficilior. Sic dolor pari ratione, quantum ipse fuerit toleratu grauior*: Qua etiam methodo de omnibus alijs signis rem intelligere decet. Huic etiam generi assidentium signorum pertinere videtur illud, quod *morem* morbi, seu *conditionem* posse monstrare diximus. Est enim longe deterior deprauata conditio magnitudine in morbis. Signa verò: quæ id ostendunt (vt vulgari vtar exemplo) sunt, veluti in pleuritide *posse ægrum cubare supra latus dextrum, aut sinistrum, & in omnibus alijs affectibus, male aut bene se habere ad oblationes, mente constare, aut desipere*, & huiusmodi alia, quæ neque passionem ostendunt, vt *pathognomonica*,

Signa magnitudinem morbi ostēdentia.

Assistentiū sig. orum triplex differentia.

G

Signa moris morbi ostendentia.

A *monica*, neque tempus, *aut* securitatem iudicii, vt *mox apparentia*; neq; differentiam, aut magnitudinem, vt *assistentia*: sed conditionem aliquam his omnibus additam monstrare valent.

Signa motũ morbi ostendentia.

Est aliud genus signorum, quod complectitur signa, quæ motum morbi ostendunt, nimirum *morbum longum, aut breuem fore*, & alia quæ securitatem iudicii, & certam salutem, aut contrarium ostendunt, quæ quidem appellantur *mox apparentia*. Sunt autem hæc inter alia præ- B cipue Coctionis & Cruditatis signa, quæ citra dubitationem futurum morbi successum, & quando, commonstrant: *vt ex Hippocr. lib. 1. Aphor.* 12. aperte constat, quo loco innuit: *Sed ex iis, quæ mox apparent, iudicia sumuntur, quemadmodum in morbo laterali, si statim sputum appareat, morbum breuiat, si postea, producit.* Quo loco monstrat, quando morbus debeat finiri: cæterum quo modo, alibi *lib. 1. de morb. vul. p. 2. cap. 45.* docet, dicens: *Coctiones celeritatem iudicii, & morbi securitatem ostendunt.* Qua parte Hippocr. vtrumque coctionis vsum est complexus, nimirum *quando & quomodo*. Quibus locis adstipulatur Galen. *lib. 3. de crisib.* dicens: *Mille adfui iudiciis, neminem tamen vidi perire ex iis, qui iudicati sunt cum signis coctionis.*

Signa coctionis an verum possint ex propria natura tempus iudicii ostendere.

Quod intelligere oportet, dum potentia, cui munus est, illud coctum & superatum expellere, non sit alterius naturæ, ac fortis, ac est concoctrix, vt in pleuritide conspicimus, in qua cum signis coctionis contingit ægrum mori defectu animalis potentiæ, cui munus est sputum à tho- C race expellere. Vnum tamen in hac re iudicio nostro summopere videtur expendendum contra vulgi opinionem, videlicet signa coctionis ex propria natura non posse tempus iudicii, aut solutionis morbi ostendere, *vt vulgo falso fertur*: Nam tantum ostendunt ex propria conditione bonum, vel malum iudicium: tempus autem iudicij, non nisi ex tempore, quo signa coctionis apparent, timan decet, *vt ex eodem Hippocrat. colligitur*, cum inquit: *Sed ex iis, quæ mox apparent, iudicia sumuntur, quemadmodum in morbo laterali, si statim sputum appareat* (hoc est, si statim in primis diebus appareat coctio) *morbum breuiat, si vero postea apparuerit, producit.* Quo loco aperte colligitur, tempus iudicij, non ex signis coctionis, sed ex tempore, quo apparent, debere exquiri, vt monstrat sententia sequens. *Longos aut breues fore morbos ostendit.* Qua ratione, quemadmodum ex tempore apparitionis, licet tempus iudicii colligere, eadem ex propria signorum natura & conditione, bonam aut malam fore crisin, iuxta illud Hippocr. *Coctiones celeritatem iudicii & morbi* D *securitatem ostendunt.* Nam tempus per illud verbum, *Celeritatem*, præscribitur: bona aut mala crisis, per illud, *securitatem*. Cruditas vero in morbis, non semper morbi diuturnitatẽ ostendit, nisi dum diu durat, neq; simpliciter malum, nisi dum virium imbecillitati iungitur, & morbus celeriter mouetur. Signa vero contraria coctioni (quouis tempore appareant) semper malum portendunt, quemadmodum signa coctionis semper salutem.

Signa critica.

Vltimum signorum genus iis constat signis, quæ à medicis *crisima* appellantur, quibus in morbis instans iudicium, seu crisis monstrantur: ceterum hæc non sunt vnius rationis & naturæ, sed varia: iuxta *crisis naturam*, aut partis, per quam fieri debet. Quædam enim sunt signa, quæ *crisim* fore per sudorem significant, alia, quæ per vomitum, nonnulla per fluxum sanguinis narium, multa per aluum, aliqua rursus per vrinam. Quorum omnium signorum placet veritatem vnico exemplo probare. Sic quæ crisim E futuram per vomitum ostendunt, sunt veluti *nausea, ventriculi subuersio, & tremor labri inferioris*: quę vero fieri per fluxum sanguinis narium commonstrant, sunt *dolor capitis grauatiuus, venarum plenitudo, oculorum prominentia, & venarum ipsarum rubor, pruritus narium, & stilla aliqua profluens.* Monstrat sudorem *pulsus plenitudo, vndositas & mollities, totius corporis pruritus, corporis confractio, & inquietudo citra manifestam caussam, suppressio etiam aliorum excrementorum secundum naturam.* Aluum fluxuram ostendunt *ventris ipsius murmur, dolor, & inflammatio, vrina suppressio, & ea quæ excernuntur liquida.* Expendere vltimo oportet, aliud esse in morbis signa quærere, quibus licet cognoscere, an morbus debeat terminari per crisim, an per paulatinam solutionem, & aliud considerare signa critica: nam illud ex morbi specie & natura exquiri debet, adhuc in morbi principio: hoc vero non nisi instante crisi, ex signis & accidentibus, quæ sequuntur naturæ motum, & ipsius materiæ vacuationem antecedunt. Sunt F enim signa, quæ accidunt, postquam natura est aggressa materiæ motum & agitationem, *iuxta Hippocratis sententiam, lib. 2. & 4. Aphor. Quibus crisis futura est, &c. Septenorum quartus est index.* Præter quæ omnia signa adducit Hippoc. *libr. de morbis*, alia, quibus ostendit, ac distinguit morbos mortales ab his, qui non semper tales existunt, & ab aliis, qui mutilant aliqua particula corpus, eos etiam qui in alios transeunt, qui necessario sequuntur, qui celeriter iudicantur, qui tarde mouentur, & huius census plures, quos breuitatis studio prætereo. Quod si neque his omnibus quis affectum nosse quiuerit, tutius quidem est, naturæ negotium committere optima & moderata vitæ institutione, quam falsa alterius morbi specie deceptum, alienam præscribere curationem.

## Tertia Methodvs Circa medendi rationem.

INtellectis affectibus, & patientibus G particulis, ipsa docendi ratio postulat, curandi methodum exsequi. Nam vt omnium medicinæ partium est postrema, sic certe fine & effectu, longe vtilissimam esse, ac veluti reliquarum omnium finem, Gal. & omnium medicinæ auctorum, communi assertione patere arbitror. Verum cum hæc medendi ratio tam varia sit, quam pene incomprehensibilia, quæ aliquid ad curationem monstrare possunt, factum quidem est, vt non semper sibi in omnibus locis de curatiua methodo auctores cohæreant: quam equidem (inter ceteros scriptores) Argenterium egregie docuisse constat: cum hoc tamen omnia, quæ medicus ad rectam medendi rationem tenetur nosse, placuit breuiori & clariori methodo complecti: vt quiuis facile deinceps peculiares curandi rationes teneat, quod est summum medici officium:

Methodus curandi longe vtilissima.

Argenterii laus

A ficium: vt his verbis dixerat Hippoc. pulcre, *lib. de decenti ornat. Sint & in memoria tibi morborum curationes, & harum modi, quotupliciter & quomodo singuli se habent: hoc enim principium est in medicina, & medium & finis.*

Habent enim singulæ artes rationem quandã communem, qua munia sua quæq; exercere valent, & à qua agendorum, ceu à fonte quodam, B singulæ rationem capiunt atq; scopum: quæ profecto communis ratio in singulis artibus *Methodus* nuncupatur. Ceterum vt quis quem intendit in arte finem, facilius consequatur, hoc est, à morbis liberare, & sanitati (vbi amissa fuerit) congruis auxiliis corpora restituere, hæc omnia expendat oportet. *Officia* nimirum, quæ medicus in propria arte exercere tenetur: *instrumenta* quibus inuenire queat, quæ in vnoquoq; statu corporis scitu sunt necessaria ad finis conseruationem: *considerationes*, quas debet præmittere, antequam officium aggrediatur: *conditiones*, sine quibus nihil tuto & secundum rationem perficeret: *materiam*, qua debet vti in exequendis officiis: quibus veluti præuiis, medicus curationem aggrediatur, est necessum. Quod si vulis, in memoriam reuocate longiorem medendi artem, & eius constitutionum leges, quas scripsimus *tom. 1. p. 3. in princip.* nam hac in parte hæc sunt magis necessaria.

Medico expendenda quæ.

Sunt autem medici officia tot, quot sunt corporis nostri status, seu dispositiones. Namq; corC pus nostrum nunc optima fruitur sanitate, ex debita simplicium commensuratione, & ex optima instrumentalium partium structura: nunc vero male se habet in altera, aut vtraque parte, nonnunquam è morbo conualescit, ac sæpe senectute premitur. Itaq; tot erunt medici officia, quot corpus potest pati dispositiones præter naturam: siquidem medici institutum est corpus ad naturalem dispositionem reducere, itaque cum sana vtitur dispositione, corpus conseruari in eadem desiderat: & hoc est primum officium. Cum vero præternaturali statu apprehenditur, mutari: & hoc est secundum officium. Expendere tamẽ oportet caussam, quæ affectum infert, nam hæc aut morbum minatur, & præcautionem expostulat, quod est tertium officium: aut actu morbum efficit, & curari desiderat, & hoc est quartũ. Rursus, quia in morbis symptomata sæpe euenire solent, mitigatione opus est, quæ quintum cõD stituit officium. Vltimo vero corpus aut morbo conualescit, aut senectute dilabitur, quo statu refectionem iure optimo expostulat. Hæc tamen est differentia inter vtrusq; refectionẽ, quod cõualescentes ad pristinum statum refectione deueniunt, senes vero in eodem conseruantur. Ex quibus constat, vt *Argenterius egregie* docuit, sex esse medici officia, nimirum *cõseruare, mutare, præcauere, curare, mitigare, & reficere*: quæ quidem variantur iuxta corporis varietatẽ. Nam modo hoc, modo illo, prout corporis status præsens aut imminens exposcit, vti cogimur.

Medici officia sex sunt.

Sese offerunt considerationes (quas *scopos* auctores artis appellant) quibus peritus medicus quoduis officium aggredi tenetur: quarum prima est (cognito tamen prius officio, quod exsequendum est) *an aliquid in eo sit agendum*, cuius principium sumitur ex Gal. *libr. de opt. sect. ad Thras.* dicente: *ex his, quæ in humano corpore moliuntur, quadam à sola fieri natura, quædam à sola arte, quædam rursus ab vtraque.* Natura enim sola coctionis & carE nis generationem molitur, ars vero citra naturæ adminiculum luxata in pristinum statũ reducit, dissoluta vero licet non vniat, coniungit tamen: Vtraq; rursus ad febrium curationem concurrit. Medicus enim arte sanguinem extrahit, porrigit etiam purgans medicamentum, cui natura ad vacuationem adminiculatur, facta prius coctione ab eadem natura sola: ex quo quidem principio intentum facile elicitur: quod etiam ab Hippocrate *libro 2. Aphor.* facillime innuitur dicente: *Quæ iudicantur integre, neque mouere, sed sinere oportet*: item alibi *libr. de articul. Optimum esse aliquando medicamentum, nullo vti medicamento.* Galenus vero *libro 1. de loc. affe. paruos morbos à sola natura curari* scribit, *prius an affectus exposcat remedium*, necne, considerandum præcipiens. Verum quia hæc non satis sunt, vt quis, an aliquid sit agendum, exacte noscat, operæ pretium est nosse quæ sint, quæ indicent vnumquenque scopum F agendorum: Hoc tamen apud Galenum *lib. de san. miss.* animaduerti velim, sæpe *scopos* appellari ab eo ea, quæ nos *indicantia* appellamus: sic *scopos sanguinis mittendi*, magnitudinem morbi, robur, & ætatem cum Hippocrate *libro de vict. acut.* statuit, sed vbi res intelligatur, nihil interest, hoc aut illo modo sermonem proferre: hoc vnum tamen asserimus, affectum ipsum, an aliquid sit agendum ex se monstrare, non tamen simpliciter & semper, sed aliquando, facta collatione ad vires ipsas, quæ si eundem aliquo signo superauerint affectum, solæ citra artis adminiculum sufficiunt: sin aliter (aut id medicus dubitauerit) eo citra dubitationem indigent. Illud autem difficilius videtur, quod à Galen. *lib. de opt. sect.* multis variisque probatur modis: ab affectu vtilem indicationem curatoriam non posse desumi: id quod Argenterius mille abhorret argumentis, curatricem indicationem asserens etiam cum Galeno *libro 1. de offic. med. 2. cap. 11.* ab ipso morbo duntaxat erui, à caussa vero præcautoriã, à symptomate mitigatoriam, atq; vt vno verbo dicam, huic etiam visui Argenterius non parum vtilis est, (inter plura alia, quæ præstat) quod G vigilantiores nos in Galeni lectione reddit, nequit tamen sua redarguendi vis ab antiqui magistri via facile nos deflectere. Non enim negat Galen. *curatricem indicationem* exacte dictam è solo sumi morbo: id quidem libenter fatetur: hoc vnum tamen suadere nititur, quod vbi affectus à caussa dependet, insufficientissima indicatio est, quæ ab affectu, potissima vero, quæ à caussa petitur: quamquam hæc *curatiua* dicatur, vbi morbus præsens adest. Nec aliud voluit significare Galenus, quam quod vbi caussæ indicatio, & ea quæ morbi est, simul iunguntur, potissima sit, quæ à caussa proficiscitur, quæ quidem etsi præcautoria sit, curatrix tamen, quia præsentis morbi est, dici meretur. Qua autẽm ratione, & à quibus indicantibus, prædictus scopus (nimirum an aliquid sit agendum) indicetur, ex dictis constat, & ex his, quæ mox inferam, quæ sunt procul dubio, à quibus indicatio exoritur, vt *morbus, morbi caussa, locus* atq; *facultas*, qua omnia inter se conferri debent, vt præbere, aut ne-

Medici considerationes. Consideratio prima.

A aut negare auxiliares manus affectui citra dubitationem possimus. Quæ omnia vt rectius intelligantur, quædam ex Galeni principiis, velut fundamēta animaduersione digna subiicienda sunt. Primo quæ *secundum naturam sunt, sui tutelam, quæ præter naturam, sui remotionem indicare.* Secundo, *vnum duntaxat vnum indicare.* Tertio, *vt genus constitutionis indicat genus auxilii, ita differentia differentiam, & species speciem induabit.* Quarto, *nullum remedium, nisi ab statu, præter naturam indicari: quare neque facultas, nec partis natura remedii est indicatrix, sed solum tutelæ.* Quamobrem conferenda hæc ad inuicem sunt, & quantum quælibet reliquam superet, pensitandum, vt pro vincentis in præsenti, aut in futurum ratione auxilium porrigere, aut negare possimus. Constat enim perfecta medela, in eorum, quæ præter naturam sunt, depulsione, & eorum, quæ secundum naturam sunt, con-

Medela perfecta in quibus consister.

B seruatione: ac propterea auxilij occasionem statuit Galenus *libro de opt. sect.* exordiri ex re poscente remedium, & non prohibente virtute. Itaq; an aliquid sit agendum in summa, præmissis quæ mox diximus, ex morbi quantitate (*vt sic loquar*) seu magnitudine quærendum est: quæ si adeo ingens est, & naturalia superat, vt citra medici opem à natura superari nequeat, agendum esse præscribit, siquidem ars tribus constat, dicente Hippoc. *lib. 6. popul.* ægro, morbo, & medico naturæ ministro. Præsertim cum ex medicæ artis operibus, alia sint solius naturæ, alia solius medici, alia vero vtriusq; simul, *vt superius abunde diximus.* Semper enim nobis proponendum est, vt quicquid à solo medico fieri potest, semper à medico fiat, quod vero à natura, id naturæ relinquamus, quæ vero vtriusque sunt opera, à nobis adiuuentur, quæque sola natura ex his perfecte sufficit consequi, illi soli permittamus. Quod

Ars tribus constat.

C quam vtile sit, ad ægrotum placidam curationē, neminem latet eorum, qui quotidie conspiciunt non solum paruos morbos citra auxilia externa curari: verum etiam magnos, sanabiles tamen omni ex parte, in quibus statim in vrina, atq; aliis, naturæ victoria apertissime sese profert, nullaq; insignis plenitudo subest: sed ea humoris portio, quæ putrescit, febremque acutam accendit, duntaxat exsuperat, alioquin benigna. Quo morbo superfluum arbitror esse, aut purgare, aut sanguinem mittere, vbi spes aperta est futuræ victoriæ: quod minime non pauci aduertentes, sæpe auxiliares manus præsidiis refertas naturæ dant, quibus certe natura non indiget. Quo fit, vt ab his lacessita ab opere optimo desistat, & ipsi morbū alias sanabilem periculosum reddant: aut suapte natura breuissimum, in longum tempus producant, quamobrem non minus beneficium præstat, an al[illegible] dum nosse, quam cætera auxilia, quæ in arte præstantur, vbi recte ad-

D ministrari contingat.

Consideratio II.

Secunda consideratio mox ab hac sese offert, nimirum dato *quod aliquid sit agendum, id quid futurum sit, vacuandumne, an replendum, an alterandum?* siquidem, *vt ex Hippoc libr. de flat. constat*, ipsa ars medica circa adiectionem, & subtractionem versatur. Quapropter medicus tenetur ante considerare, *quid horum sit agendum*: quod aperte monstrat morbosus corporis apparatus. Nam si sanguine, aut humore quouis abundat, vacuandū: si vero inanitione laborat, replendum: sicuti si distemperies præualet, citra vacuationem, aut repletionem, alterandum: itaque quid agere expediat, ab affectione ipsa, & potissimum ab ipsius caussa cognoscetur.

Tertio etiam considerare expedit, *qua re sit agendum*: nam cognita corporis dispositione vacuationem exposcente, expendere mox decet, *an ea fieri debeat sanguinis missione, expurganti medicamento, vomitu, sudore, aut vrina*, quod ex humorum redundantium idea, seu natura Gal. *lib. 9. meth. lib. de opt. sect. ad Tra.* cognoscere docuit.

Consideratio III.

E

Cui cōsiderationi quarta adiungitur, quæ docet, *qualis sit agendum*: iuxta illud vulgare medicorum axioma: *Contrariorum contraria sunt remedia*: non enim sat est nosse, affectum esse distemperiem, sed qualis sit, nouisse oportet, vt iuxta eius contrarietatem auxilia adhibeantur. Quod pari ratione obseruandum est in humoribus expurgandis: aliud quidem medicamentum sibi vendicat flaua bilis, aliud pituita. Iuxta illud Hipp. *lib. de med exper Biliosis quæ bilem, pituitosis quæ pituitam expurgent, dare oportet.* itaq; qualitas auxiliorum ab affectionis caussæq; qualitate citra dubitationem indicatur.

Consideratio IV.

Quinta autem consideratio, *quantum, & quousq; sit agendum* rimari nititur. Quæ quidem æque difficilis est ac necessaria, *vt ex Gal. lib. de sangu. missio. constat*, qui refert, nihil esse in arte, quod iam eam reddat coniecturalem, quam quantitas exhibendorum remediorum: siquidem non minus peccatum est infra subsistere quam vltra progredi, tam in auxiliis, quæ vacuationem moliuntur, quam in eis, quæ alterationem. Nam plusquam par est alterare, plurimum natura pertimescit, sicuti debilioribus (præter id, quod nihil iuuatur) assuescit facile, & ea contemnit: præstat tamen, certam auxiliorum mensuram ex tribus decerpere (quæ longius & specialius, *cap. de sanguinis missione, & aliis cap.* monstrantur) primum ex virtutis robore, *vt ex Gal. lib. ad Tras. constat*, & è recessu à naturali statu seu temperamento. Hæc enim sunt, quæ certas leges ad quantitatem præscribunt: quia cognitis his, statim morbi recessus sese ostendit in ordine, ad quem recessum, quantitatem auxilii metiri oportet. Ex quo fit, virtutem consentire, quantum auxilium postulauerit affectus, temperiem vero idem coindicare, sicut partis ipsius reliquas cōsiderationes, vt natura, officium, & huius census. Quamobrem semper pristini habitus memores, in eumque intenti, eo vsq; curationem promouebimus, dum in eum factus sit regressus: eo quippe redire consilium est, vnde morbus exordium duxit, & pariter virtutem custodire, ne maiori præsidio quā par est, dissipata, ocyssime succumbat. Secundo, quantitatem metimur ex morbi materiæ copia, quæ radicitus euelli desiderat, & minoribus vacuationibus nusquam gaudet. Ceterum quia neque partis conditio, neque laborantis robur, neque materiæ peccantis natura, has subitas vacuationes semper ferre queunt, ob id docuit ars vacuationes partiri, vt ex pluribus paruis vnica fiat humoris vacuatio, copiæ humoris respondens. Tertio vero quantitatē metimur ex morbi ipsius vehementia: nam hæc, vt sæuior est, ita sibi æqualem vehemētia exposcit vacuationem, aut al-

Consideratio V.

F

Auxiliorum mensura seu quantitas vnde sumenda.

I.

G

II.

III.

aut alterationem, iuxta illud Hipp. lib. 1. *aph. comm. 21. Extremis morbis extrema exquisite remedia optima sunt.* Sic enim consuluit Gal. *quo magis morbus inducias dederit exspectandi, eo mitius esse agendum:* & vt generatim complectar, *aduersus omnem affectum præter naturam, adhibendum eo vsq; contrarium est remedium, donec in naturalem, aut certe in pristinum habitum sit regressus.* Id autem alias semel & vniuersim fit, alias sensim & paulatim. Remedium porro, quod par morbo exsistit, quodq; tanto recessu, quanto & morbus à naturali distat, cum quidē omnino, & vniuersim eximit, atque persanat. At verò quod impar infirmiusque morbo est, hunc quidem minuit, eaq; ratione iuuat, sed nec protsus tollit, neque persanat. Curando igitur affectui contrarium remedium, alias quidē par, alias infirmius adhibendum: his tamen legibus: *Lentior affectus,*

B

*pari contrario semel vniuersimq; summoueri potest: mediocris verò affectus, quoniam nec praeceps est, nec periculosus lente paulatimq; tutius eximitur:* Ob id enim dixit Hippoc. *vniuersim, & repente, vel vacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare,* vel alio quouis modo corpus mouere, periculosum: Omne enim nimium naturæ inimicum.

Nimium omne naturæ inimicum.

Cùm enim lente ac paulatim curatio fit, naturæ & morbo simul consulitur: Bifariam tamen lente paulatimq; curationem fieri contingit: *Primo,* æqualibus in gradu, sed exigua quantitate: *Secundo,* remissioribus, repetitis tamen. Curandū tamē in quauis actione, ne vsq; adeo imbecillæ & languidæ sint remediorum vires, vt nihil fere proficiant: Nam remediorū blandimentis sæpè morbus exasperatur. Nec rursus tam rigide agendum est, vt natura & antiquus habitus euertatur: Tuta siquidem ea est, ac iucunda curatio, & quæ sat cito fit, sit sat bene. Expendisse tamen in hac re decet, diuturnos affectus, paulatinas iure sibi exposcere vacuationes, & alterationes, quemadmodum & natura ipsa paulatim eosdem solet finire, veluti cōtrario modo in acutis, quos ipsa subitò, & per crisin soluit, ita medicus manifesta, subita & confertim facta vacuatione, tenetur eosdē aggredi, si naturæ imitator gaudet fieri. Hoc vnum superest in hac re, consideratione dignum, nimirum, quod licet æqualia semper viribus sint adhibenda præsidia; Cum hoc tamen æqualitatem considerare possumus duobus modis. Vno quidem in *gradu,* alia verò in *efficacia*: *Æqualia in gradu* semper maximis & vehemētissimis morbis adhibēda sunt, vt præstita efficacia & actionis principio ab animalis potentia & viribus, facilè morbi sæuitia non solum tanquam ab æquali contrario frænetur compenseturque, sed radicitus auferatur, & superetur. Quæ verò æqualia sunt in potentia, ea dicuntur, quorum defectus, aut remissio, ab æqualitate cū morbo contrario adimpletur potentia, & calore naturali viuentis animalis: Calor enim animantium, dum rectè se habet, vim præstat & efficaciam auxiliis, quæ ab arte præstantur: Hoc enim est naturam habere adminiculantem. Ob id quidem imbecillibus affectibus, & his, qui inducias præstant exspectandi, *remissiora auxilia* sufficiunt, quia supplet viuentis calor auxilij defectū. Deest tamen in hac re quæsitū illud, de quo dubitari solet, *possitne blandum ac lene remedium iteratum id sensim præstare, quod validius semel & vniuersim, huiusq; vehementia compensari crebritate & copia leuioris?* Habet tamen hīc veritatē in his remediis, quæ nec genere, nec agendi modo naturaque, sed ordine solo distāt. Nam plantago, vel copia, vel crebro vsu æque refrigerare potest, ac sempervivū semel, aut parcius admotū. At verò non id efficiet, quod opium: Neq; agaricus crebriori vsu, id quod semel colocynthis. In omni porro, siue repente, siue paulatim suscepta curatione, prouidendū est, ne morbi quicquā indiscussum maneat, neve contrarium morbi genus inducatur, mediocritate transmissa.

Curatio lēta paulatimq; fit bifariam.

Curatio iucunda quæ.

C

Æqualitas præsidiorū duplex.

Æqualia gradu.

Æqualia potentia.

D

Quæstio.

Obseruatio.

E

Consideratio VI.

Sexta quidem consideratio docet modum exhibendi auxilia, qualis vero is sit futurus, nondū est perspicuum: Nam 3. Aph. *comment.* 27. modus appellatur, id quod fieri debet, ita semel aut per vices fiat. Multo quidem aliter a Gal. *lib. de opt. sect.* acceptus est, cum inquit: *A loco vtendi modum eliciendum,* subticeo tamen alias acceptiones, quæ ab Argenterio *lib. 5. vict. od.* adducuntur, existimante, quod extra qualitatem & quantitatē est, sub modo comprehendi, quemadmodū constat variis in locis ex Galen. *lib. 1. ad Glauc. cap. 1.* ita vt per modum, & medicamenti variam compositionē, & item *cuiusuis auxilii partitionem, ac simultaneam applicationem* intelligat: nec enim parui momenti est nosse, per partitas vices & interualla, an subito & affatim auxilia debeant adhiberi. Quod Gal. *lib. 2. de rat. vict.* ex caussæ & facultatis collatione metiri optime docet loco superius citato, sed clarius alibi, indicatione videlicet sumta à cōsuetudine, natura, ætate, & vitæ more: Quæ omnia cū morbo confert, & pro vincenti, auxilii modum designat. Itaque vt vno verbo dicam, omnis ratio seu qualitas medicamenti. præter eā, quę qualitati & quantitati respondet, *Modus* à Gal. *lib. art. med.* appellatur, quē et sub qualitate alibi complexus est.

Modus quid.

F

Septima quidem consideratio circa tempus & occasionem versatur, quā docuit Hippocr. variis modis considerare. Tanti igitur est momenti in re medica occasio, vt sola vim & efficaciā ab auxiliis auferat, aut ipsis pręstet. Sępe enim leue auxilium opportune adhibitum, vehementissimos curat affectus, *vt de victu refert Celsus.* Sic *lib. art. med.* Galen. se iactat, *febres iugulasse, semel sanguine misso:* Quæ quidem auxilia, nec maiora quidē, inopportune adhibita, non solum emolumenti quicquā non adferunt, verum obesse sæpe est compertū, & necessum. Ceterum in hac re, quantumuis sit magni momenti, suboritur non leue dubium, nimirum *an indicatio occasionis ablegandæ sit à numero indicationum: aut in quantitate & qualitate includenda?* Ratio quidem huius dubii suboritur ex quodam Gal. *lib. 1. ad Glauc.* loco, quo ex professo docet, *temporis occasionem includendam esse sub quantitate & qualitate:* licet [illegible] videatur asserere aliis plerisq; locis, [illegible]: & Hip. *lib. de opt. sect.* qui peculiarem indicandi rationem occasioni tribuit. Cui tamen dubitationi, nec auctores contraria videntur protestate, dicimus cum Gal. *lib. 8. & 9. meth. occasionis indicationem includendam esse sub quantitat. & qualitat.* Ratio quidem est, quia quam semel statuerimus quantitatem & qualitatem affectui & corporis dispositioni conuenire, eam sufficere ad rectam curationem constat, citra temporis considerationem. Non quidem, quod occasio non præstet indicationem, sed quod includatur sub quantitate & qualitate: Itaq; occasionem

Consideratio VII.

Occasio in re medica maximi momenti.

Dubium.

Solutio.

A

nem metimur penes quantitatem & qualitatem, ac per consequens his cognitis non opus est alia occasione exhibendi auxilia, quæ distincta sit à quantitate & qualitate: Denique occasio non indicat quid distinctum & peculiare, sed tantum docet quantitatem & qualitatem materiæ auxiliorũ, iuxta ea, quæ eo tempore ab affectionis seu status corporis quantitate & qualitate monstrantur: Ob idque Galen. *libr. præcept.* merito eam reduxit. Separauit tamen alijs in locis, quia artificiosius erat: Nam considerata affectus duratione, *vt in libr. meth. Galen. considerat*, multa docet adhibere, quæ alioquin haud ita facile possent ministrari ex quantitatis & qualitatis consideratione: At verò *lib. ad Thrasib.* actius docet occasionem considerare, vtraq; tamẽ parte & alijs innumeris locis ei per se indicationẽ præbet distinctã à quantitate, & qualitate, id tamẽ efficit clarioris doctrinæ gratia, quippe in occasione ipsa includitur, vt affectus in sua caussa: Qua ratione solum arbitror, posse distingui, *vt Gal. loco citato*, atq; etiã coniungi, *vt 3. Thech.* quod latius *tom. 1. par. 3.* leges explicatum. Verùm licet occasio & pro morbi temporibus, *vt Gal. lib. de tot. morb. temp. docet*, aliquando sumatur: & pro idoneo tempore ad agendum, *vt ex eodem auctore lib. de opt. sect. constat*: Nos tamẽ hac in parte occasionem in duo tempora partimur, in longius nimirũ quoddam tempus idoneum ad efficiendũ id, quod volumus, & in occasionem simpliciter, quæ breue admodũ momentum designat. Quam differentiã constituit Hipp. *lib. præcept.* inter tempus & occasionem his verbis: *Tempus est, in quo occasio est, occasio verò in qua tempus non multũ.* Ex primò tamen significatu prodeunt sententiæ illæ eiusdem auctoris, nimirum: *Quum morbi incoant, &c. & concocta medicari.* Ex secundo quidem suboritur, *occasionem esse præcipitem, vt ex Gal lib. 1 ad Glauc. etiam constat*, qui *imperceptibilem* esse occasionem refert. Docet præter hæc Hipp. *lib. præcept.* occasionem experientia & ratione quærere, nec alteri eorum vsq; esse fidendum, quam tamen alibi in differentias secat, iuxta affectus varietatẽ. Inquit enim, *lib. 1. de morbu. Temporum autẽ occasiones, vt in summa dicam, multa sunt & varia in arte, quemadmodum etiam morbi, & affectiones, & horum curationes.* Quibus constat, occasionem vtroq; modo (nimirum pro extenso, & pro momentaneo tempore) medico esse cõsiderandam. Occasio itaq; faciendorũ cum vniuersalis sit, & particularis, à nullo alio indicari potest, quã ab vniuersali & particulari ægri statu, *vt superius probatum est*, & ex Gal. *lib. 1. art. med.* constat: qui refert, *quod vbi quis qualitate & quantitate vtatur, qua affectus indiget oportuna, occasione fruitur.* Neque à morbi tempore occasio desumi vlla ratione potest, vt aduersus aliquos Gal. *lib. de opt. sect.* acerrimè disputat: Non enim quod hoc, aut illo tempore laboret æger, hoc aut illo præsidio indigebit, sed ob hanc præsentẽ (qua afficitur) dispositionem. Quod si aliquando *à temporibus morbi vniuersalibus, vniuersalem occasionem, à particularibus particularem accipi* dixit, eo proculdubio id efficit, quod solent variæ dispositiones varijs temporibus materiam occupare. Quamobrem Galen. *libr. de optim. sect.* dixit, *auxilii occasionem oriri ex re poscente remedium, & non prohibente virtute*: Intellige tamen de auxilij genere, non

Occasionis diuisio.

de modo ac differentia loqui, nã hęc etiam à partis natura impediri possunt. Atqui vt Hipp. *libr. præcep.* rectè dixit, *tempus est, in quo occasio est, occasio verò, in qua tempus non multum*: Medela tempore, aliquando etiam occasione contingit. Tempus hac in parte, non quidem curationis indicatoriũ ratus, sed quod hoc aut illo tempore materiæ affectio hãc aut illam medelam expostulet: Quod tempus in se occasionẽ continere subiungit, quo loco occasionẽ rigide accipiens, pro illo fere momentaneo morbi statu, quo auxilij approximationem desiderat. Idem voluit dicens: *Vita breuis, ars longa, occasio præceps*: Adeo vt tempus *occasionem*, quam medicus passim aucupatur in curatione, compellarit, quæ pro captu medici bona est, tamen nõ omninò exacta, quin in alterutram partẽ deflectat. Quo fit, vt Hipp. dixerit, *Medicum tamen vehementer laudarum, qui parum errat.* Hæc enim est coniectura artificiosa, quæ proximè accedit veritati. Quia verò aliquando contingit hanc exactã occasionẽ agendi à medico inueniri, idcirco dixit, *medelã tempore fieri*, scilicet, *fere semper*: Aliquãdo verò (videlicet *rarò*) occasione, illa quidẽ exactè optima: Id verò quoniam, *vt inquit Gal. lib. 1. aph. 1.* corpus nunquam eodem statu perseuerans, semper aliud atq; aliud præsidij genus exposcit. Qua ratione Hipp. *libr. de art. epist. 16.* præstantissimum in arte censuit esse, *occasionem scire*: quoniã occasione elapsa, morbi interimunt. Quo fit, vt miro quodam artificio idem auctor hæc verba protulerit: *Ab omni equidem arte aliena res est dilatio, verum maxime à medicina, in qua dilatio est animæ periculum. Curationum verò animæ sunt temporum oportunitates, quarum obseruatio finis, &c.* Vt enim anima corpori essentiã totumq; robur præstat, qua ablata, corpus deforme ac nullius pretij remanet, eodem omninò pacto, vbi curationi deest occasio, curatio nomine tantum est, neque vllius momenti, imò perniciosa penitus ægrotantibus redditur. Quare subdit, *occasionum obseruationem, finẽ esse artis.* Qui enim occasionem attigerit, artis finem nanciscitur: Sic enim inquit Gal. *Ille auxilium nouit, qui occasionem inuenit.* Leges autem plura, & clariora de occasione, *tom. 1. part. 3* in indicationibus. Quibus constat, nil aliud esse occasionem agnoscere, quam exactam affectionis cognitionẽ habere: Ob idque Galenus *lib. 2. compos. pharm. loc.* docuit, *cognito affectu scient ipsi e procedere in curatione.* Quare neque Galenus *lib. artis medic.* occasionem sub qualitate & quantitate comprehendi arbitratur: Occasio autem vniuersalis sub tempore ab Hippocrate dicto videtur includi: Particularis verò, quæ à particularibus morbi temporibus sumitur, ad occasionem Hippocratis magis accedere videtur. Vbi enim inquit idem auctor: *Cocta medicari*, ocasionem vniuersalem insinuat, quæ ab vniuersali tempore morbi desumitur, vt cum dixit: *Circa initia morbi, si quid videtur mouendum, moue.* At vbi initio vniuersali mouendum est, qua die, & qua hora expeditius id fiat, hoc difficilimum est, neq; scribi calamo potest, nam tunc ex innumeris ægri proprietatibus, & morbi inenarrabilibus symptomatis, tum prægressis, tum subsequentibus debet cognosci: Quæ omnia minimè scribi ab vllo possunt, *vt ex Galeni libro ad Thrasibulum, capite 38. apertè constat.* Quod verò occasio vniuersalis vacuandi

(vt ex-

A (ut exemplo utar) in initio ex facultatis robore permittere desumatur (ut *Galenus loco citato lib.3. de off. med. insinuat*) nō omnino verum iudicat Argenterius: Primò enim id solum in vacuantibus auxiliis vere dici potest, non in alterantibus: sedo verò in iis non solum ob facultatis robur initio vacuandum, & in statu ob languorem, quiescendum esse, adversus Gal. affirmat: nam in statu ob id etiam, quod tunc coctioni vacandum, non vacuationi, est quiescendum. Cui responsum velim: *Primo*, quod solum de morbis à caussa pendentibus humorali sermonem agebat Galen. tum quia frequentius hi morbi in medicorum manus incidere solent: tum, quia ex his, qui maiori pollent artificio, leuissimo negotio reliquos simpliciores affectus intelligemus. *Secundo*, quod in his & si præcipuam caussam occasionis vacuandi in initio robur facultatis statuat, quia scilicet in statu omnia sunt fortiora, cū hoc tamen naturā tum præcedentis augmenti afflictione, tum ab ipsius vehementia labefactatā esse credendum est: cui

B labori vacuationum labor accedens, magnā virium iacturam efficeret. Attamen aliam caussam quiescendi in vigore, coctionem nimirum non paruipendit, imo plurimi habēdam censuit Gal. *de opt. sect. lib. ad Trasi. c. 40.* his verbis: *Cum naturalia morbosis caussis permissa sunt in statu, in recedendo caussis nihilominus bonorū quam vitiosorum detractio fit*, qua dictione in vigore quiescendum esse iudicat, ut coctio perficiatur, perfectaque utile ab inutili secerni possit, ac tandem aut à natura, aut ab auxiliis vacuantibus foras pelli: Imo verò & si mista quoq; sint prauis utilia, virtus noxam turbationis ferret facilius: quibus constat *initio morbi vacuandum, non solum sanguinis missione, sed & purgatione*: id verò ubi metus sit, ne caussam morbificam natura possit evincere.

Octaua consideratio Attento animo rimari docet locum, *in quo & per quem huiusmodi auxilia administrari* debeant: nam licet totum corpus cōfluxile sit, & transpirabile, nihilominus tamen

C quædam partes maiorē habent inter se connexionem & societatem, quam aliæ: præterquam, quod natura semper unum magis quā alium diligit, & insinuat locum esse vacuationi aut actioni cuipiā aptum: quod pulcre dixerat Hipp. *lib. de arte*, his verbis: *Natura autem stimulata & impulsa, artu periti, quæ facienda sunt, demōstrat.* Si ventriculus apposita ante & retro è regione sui expostulat, sumta etiam per os, intestina per clysteria: & ne longius abeam, quæuis particula propriam habet circūscriptionem, aut proprium aut commune emunctorium, aut certos & peculiares canales, per quos vacuari aut alterari desiderat.

Ordo verò agendorum ultimam circumscribit considerationem, quam facile erit cognoscere ex naturæ ordine: Gal. autem videtur ordinē

D solum ex caussa sine qua non, desumsisse, cum dixit: *At ubi turari hoc ante illud non potest, ad id, quod ordo dictat, est respiciendum*: Verum quamvis Gal. *lib. 7. meth. c. 12.* id protulerit, non ob id dixit, quod ordo à caussa sine qua non desumatur, sed etiam ab urgentiori affectu, & tertiò denique ab eo, quod habet vicem caussæ, quæ certe omnia sub caussa sine qua nō comprehendi possunt, absq; eo enim quod urgentius malum tollatur, nequibit reliquum exstirpari, neq; aliter nisi caussa efficiens, aut materialis auferri anticipauerit, affectus minimè sustolletur: ab omnibus ergò his tribus ordo sumendus. At cū omnia hæc simul affuerint, à quo incoandum sit, nondum est dictum. Et ut paucis tē complectar, *Caussa sine qua non*, primum locum tenet, ubi quod urgentius est, sine illius ablatione tolli nequit: ubi verò caussa sine qua non, sic dicitur respectu alterius caussæ, non autē respectu urgentioris, prius ab eo, quod magis urget, initium sumendum. Quod si velimus rigidè ire magere, ordo in morborum curationibus ex ipsa rei natura semper indicatur à caussæ depulsione, contra indicat tamen nonnunquam id, quod urget, aut caussa sine qua non, & impedit, quo minus ordinem debitum insequamur.

E Sic phlegmonis curatio est vacuatio eius, quæ continetur in parte: sic nulla in fluxione vexante, resoluentibus eget affectio: ubi ergo in corpore sit plenitudo, resoluentia admouenda non sunt, quia præest caussa, sine cuius ablatione non potest per resoluentia humor impactus vacuari: non aliter dolor urgens *anodyna* expetit, non tamen admouenda corpore existente plethorico.

Conditiones quibus peritus medicus sua officia tenetur perficere, tres tantum esse constat ex Galen. Namq; ut operis sui optatum finem consequatur, expedit, ut omnia moliatur tuto, celeriter, & iocundè. Verum ut tuto aliquid fiat, tria admodum necessaria esse ex Galen. constat, loco nuper citato. *Primum*, ut absolutionem operis consequatur, alioquin imperfectum & rude erit omne officiū: & quod deterius est, quo sæpè mota nocent, quæ si non mouerentur, non nocerēt. *Alterum*, quod si hoc fieri nequit, saltem ut cubātem auxilium non offendat, curandum est. *Tertium* verò ut præcaueat, quo minus morbus reuertatur: quæ omnia solent tutò curationē moli-

F ri. Ceterum *primam* harum conditionum ob labilē nostram naturam non semper consequimur. Caducū enim & corruptibile est corpus, & mille obnoxium miseriis, cum hoc tamen perpetuum est, quod fieri debet, nō tamen perpetuo sperandu salus. *Secundo* verò id sequitur ex auxiliorum electione, quæ maximè fuerint probata, à veteribusq; inuenta, & à recentiorib. longa experientia confirmata: ea etiam lege, ut ne quid temere, aut committere, aut omittere nobis usquam usu veniat. *Tertiò*, morbus non reuertetur, si quæ futura sunt in morbis, medicus cognouerit, & præcauerit. Facile enim docto medico recidiuā præcauere est, si quæ relinquuntur in morbis post iudicationē, eam posse facere, cognouerit: q facile ex signis eruditus ante crisin colligere erit: nam cruda, quibus in statu iudiciū, impossibile est, quin iterum morbū alliciant, quia cruda, quæ relinquūtur, fomentum fiunt, ut iterum affectus redeat.

I.

Secunda conditio est, quod medicus finē sui operis consequatur, quā citissimè, hoc enim est, quod laborantes attentius amant: quod quidem fiet citra dubitationem, quantum nostri natura permittit, si nullam in morbo prætermiserit occasionē agendorum: nam qua ratione debitum tempus anteuertere nūquā periculo caruit, cadem auxilij prætermittere occasionem debitam. Illud vero summopere cauendum est in morbis diuturnis, hoc quidem in acutis.

G II.

Tertia conditio cuiusvis medici officiū, nō mi- III.

Occasio vacuandi ut de summatur.

Consideratio VIII. Locus administrandorum.

Consideratio IX.

Ordo in morborum curationib. unde sumatur.

Medici periti conditiones.

Tuto ut aliquid fiat, quid requiratur.

Recidiua ne fiat.

A nus facessit, negotium, cũ iucundam in omnibus morbis commoneat curationem, in quo etiam medici dupliciter peccant, aut nimis blande tractantes morbos, ita vt auxilia nihil prosint, aut nimis acerbe, ita vt vltra metas progrediantur. Quapropter expedit, neq; plurimum laboranti [illegible], ne blandis auxiliis contenti, eo [illegible] [illegible] ctus deueniat, vt maiora deinceps admittere nequeat: Neque rursus tam immaniter, quod laborans cogatur omne formidare auxiliũ. Condonandum aliquid est laborantibus, & dum morbus dat inducias expectandi, à leuioribus incipiendum. Si verò non, sed grauiora auxilia expediat adhibere, suadentibus potius æger probabilibus rationibus est, quam coercendus.

Materia medicinæ ex variis particularibus constat.

Materia, qua medici sua exequuntur officia, constat ex variis particularibus ad certam quandam formam, cuiq; affectui congruam redactis. Nam variatur omnis medica materia pro ratione rei efficiendæ: Alia n. prærequiritur indicatione sumta ab affectu, alia ab affectus caussa, alia rursus à virtute ipsa, & alia quidẽ ab omnibus simul: B Licet ẽt nonnihil immutet debitã materiam ars, ætas, regio, victus, temperies, forma, & alia, quæ ad hæc reducuntur. Sic virtus humani corporis duplicẽ exposcit materiã. *Primam*, qua se tueatur in proprio & naturali statu, ad quam pertinet vniuersa victus & viuendi ratio, quæ licet ex accidenti aliquando morbum propellant, id tamẽ primario efficiunt, custodito virtutis robore, ac sæpius in melius mutato. *Secunda* quidem est, qua se defendit ab imminenti aliquo periculo, quæ etiã duplex existit. Vna, quæ, quod superest, demit: dum suffocatione periclitatur, sanguine misso, & expurgante medicamento adhibito, sudoribus, vrinis, vinis, & hæmorrhoidib. decenti medicamento excitatis, donec quod ipsum obruit, auferatur. Quem etiam vsum præstat parcissima victus ratio, sicuti & exercitiũ, frictio ac balnea. *Altera* verò, quę quod deest, impleat, tam per alimenta, quã per odoramenta, iuxta illud Hipp. *lib. d. alim. Principium alimenti, os, nares, guttur, pulmo,* C *& alia, respiratio.* Morbus verò sibi peculiarem exposcit materiam ex toto ei contrariã, quę quidem constat ex iis auxiliis, quę attemperãdi, quod distemperatum est, iuxta cuiusvis distemperiei cõtrarietaté, repellendi, quod influit, discutiendi, quod influxit, suppurandi, quod putruit, potentiã habeant: Hæc ẽt ad caussas reduci possunt. Caussæ verò morborum peculiaré sibi vendicant materiam, pro cuiusvis natura & varietate. Nam quæ multa est, vacuari, quæ crassa, tenuari, quæ viscida incidi medicamẽtis id efficientibus iure optimo exposcit, & ob id ad huiusmodi officia varia etiã prærequiritur materia. Quod pari lege de omnibus aliis actionibus subintelligendũ est, quibus præstitit artium hæc nostra præclara variam ma[illegible] [illegible], vt *missionem sanguinis, victus institutionem, evacuationem per expurgans medicamentum, & topica etiam auxilia*, quæ ex variis & particularibus materiis conficiuntur, aut simplicia adhibentur. Quę omnia longissima satis oratione docentur toto hoc opere, adhibitis etiam considerationibus cuique, vt vere fiat sanitatis materia, necessariis: Qua D [illegible] hac in parte supersedeo.

Instrumenta quatuor.

Quod vltimo loco plurimũ interesse vsui medico diximus, est *Instrumenta* nosse, quibus aliquid venamur efficiendum aut non, circa ægrotantẽ. Sunt quidem instrumẽta hæc in vniuersum quatuor, *Ratio*, nimirum, *Analogismus*, *Obseruatio* & *Indicatio*, sine quibus nõ est in arte medica quicquã inuenire, ex iis, quæ aut fieri, aut per præsagationem monstrari debent. Partimur quidem hæc quatuor instrumenta in duas classes, duo prima, Ratio videlicet & Analogismus, quę cognitu necessaria sunt in ignotis corporibus, & occultis affectibus, commonstrant: Duo verò, quæ supersunt, in vulgaribus & notis morbis suam pręstant notitiam: Nam hac etiam diuisione secantur affectus omnes. Quidam enim sunt nobis conspicui, quorum naturam, & omnia alia facilè est inuenire, citra maximam considerationem: quidam verò occulti, quorum non licet quicquam nosse citra discursum seu ratiocinationem, aut a- E nalogismum. Hac etiam diuisione oportet secare artis medicæ instrumenta, vt iuxta optimã methodum eisdem vti possimus.

Ratio quid.

In qualibet arte, siue nobili, siue ignobili, duplicẽ esse habitum fatetur Arist. *lib. 1. de part. anim. cap. 1. Peritiam* nimirum & *Scientiam*: Per *Peritiam* quidem intelligẽs modum tradendi illam facultaté, semoto veritatis examine: Per *Scientiam* verò intelligit cognitionem illius cõtemplationis, ac ostendit, aliquem posse esse peritum, vbi no sit sciens: Quinimo ego suspicor, peritiam iuuare plurimum ad acquirendam scientiam & rectum iudicium in qualitate operationis, cum hoc tamẽ censeo rationem esse potissimum in arte medica instrumẽtum, etiamsi Arist. *proœm. metaph.* asserat, initium arti dedisse experientiam: Rationem verò sequutam artem complesse. Gal. namq; præcepit medico, vt vniuersim ratione inueniat: Experimẽto verò iudicium de inuentis ferat: Quos F tamen grauissimos viros visum est hac lege componere. Artis constitutio ad theoremata statuenda confirmandaq; cum sint vniuersalia, à singularium experimentis orditur, in vniuersalem rationis conceptum terminata: Cum verò inquiritur, quid ægrotanti Petro, aut cuiuis alii indiuiduo adhibendum, aut quale sano illi consilium: Initium à iudicio iuxta artis dogmata sumendũ est. Quamobrem vtroq; pede incedere per hanc artem oportet, alioquin claudicare est necessum. Itaq; tanta inest rationi vis & efficacia in arte medica, vt sola alteram artis partem adinueniat cõstituatque. Dixerat enim Gal *lib. 4 met. ratione & experientia omnia constare.* Adinuenit quidem ratio in hac arte plura, tum ad cognitionem pręsentiũ, præteritorum & futurorum: tum verò ad rectam veramq; medendi rationẽ. Est tamen huiusmodi ratio difficilis, vt Hip. testatur, dicens: *Experimentũ periculosum, iudicium, hoc est ratio, difficile.* Quamobrem ars propria ratione longior efficitur: Nam recta ratione vti in coniecturalibus, quæ parum certi habent, difficile admodum est: Præsertim cum in medicina nullum terminum esse certum referat Hip *lib. 1. de fract. tex. 42.* ob id, quod valde distet natura à natura, & ætas ab ætate. Cum hoc G tamen, in his, quæ sunt nobis occulta, ratio ipsa docet, licet difficulter quid nosse, quidve fieri debeat. Dificit quidem ratiocinatione, *vt Hippoc lib. precept refert*, nam hæc memoria quædam est, quæ cõponit ea, quæ per sensum sunt percepta, (quod eleganti quadẽ oratione, quo pacto fiat, eo loco

com-

A cõmonstrat) illa vera rectum est de rebus iudicium. Est itaq; ratio, *vt plerisque Aristotelicorum placet*, ipsa rei diffinitio & quidditas, quamobrem contraria contrariis curari ratione venamur, cum eorum natura sit, seu diffinitio, seu ratio, vt in eodẽ subiecto se compari non possint. Eodem quoq; modo suadet ratio, citra alterius instrumenti adminiculum, affectus, qui ex plenitudine constant, inanitione curari. Ex quo principio etiam prodit, contraria debere esse efficacia, & potentia æqualia. Sic in diagnostica artis parte ratio ipsa docet, ex propriis cuiusuis morbi accidentibus eundem expedire nosse. Rursus & ex magnitudine periculum, sicut ex paruitate securitatem: Hac enim lege Hippocr. *lib. 3. prog.* ratione tantũ ductus inquit: *Mitissimæ enim febres, ac signis firmata securissimis, quarto die aut citius finiuntur.* Pari pensu in complicatis affectibus, qui etiam cognitu sunt difficiles, ratio quid agendum, quidue non agẽdum consulit: Nam licet plura vni affectui conueniant, alter tamen, cui complicatur, maiorem aut aliquam auxiliorum partẽ aufert, id suadente

Ratio quid.

B alterius affectus natura. Verbi gratia, *in febre cõtinua hydropi adiuncta, hæsitat quidem medicus, quid sit agendum, cum hi affectus inter se contraria expostulent, quæ citra vtriusq; damnum adhiberi nequeunt: nam quæ sicca sunt, licet hydropi prosint, febrem tamen intendunt: quæ vero frigida & humida, etsi febrem iuvẽt, augent tamen hydropem.* In quo ancipiti casu potentissima ratio docet vtrique simul consulendum esse, nimirum adhibitis mixtis auxiliis, aut nunc, quæ febrem respiciant, nunc vero, quæ hydropem, ne alterum affectum curantes, reliquum grauiorem efficiamus. Quod quidem pari ratione fieri debet, vbi virtus languida auxilii vehementiam nõ tolerat, licet morbus extremum expostulet: suadet eo tempore ratio prouidens, ne aut morbus augeatur, aut labatur virtus, paulatim & frequẽtius adhibere præsidia. Hæc itaque sunt & plura alia, quæ ratio in dubiis, incognitis, in obscuris, quorum neque experientia, neque analogismus quicquam ducere possunt, facile adinuenit: Ex

Ratio difficilis, at certissima.

C quibus equidem constat, rationẽ esse difficilem, verum certissimam, experientiam vero faciliorem, sed non æque certam. Quamobrem suspicor dixisse Celsum loquentem de auxiliis, quæ *Experimenta* apud vulgus appellantur: *Non quod non cõtingat sanescant, sed quod sæpius fallat salus*: quod ob incertitudinem dixisse constat.

Obseruatio seu experientia quid.

Secundum instrumentum *Obseruatio* est, seu *Experientia*, quæ, vt ex Galeno *lib. de opt. sect. ad Traian.* constat, *nihil aliud est, quam id, quod sæpe eodẽ modo accidisse compertum est.* Est namque hęc altera totius artis pars, est enim, vt ex Galeno *lib. 1 de comp. phar. loc.* constat, vniuersa ars ratio, & experimentum. Ceterum quælibet harum partium diuerso modo constituit artem: Nam ratio adinuenit ex principiis artis, quid efficere, aut non, oporteat: experientia, quod inuentum est, quotidiano vsu confirmat. Quamobrem merito Galenus *in proœm. de morb. vulg.* dixit; *Artes inueniuntur ex operibus, in-*

D *ueniuntur ex principiis: experientiæ quidem tota artis fides debetur.* Est tamen experientia duplex: Altera rudis & fortuita, & quæ nulla ratione progreditur, qua vtuntur hodierna die Empirici omnes, non sine magno Reipublicæ damno, & medicæ artis opprobrio, quam sæpe reiicit Galenus *libr. 3. de cris. cap. 8.* Altera vero, quæ cum ratione procedit, cuius Galenus etiam meminit, dicens, *libr. de sec. Impossibile est, experientiam sine ratione posse procedere.* Quæ rursus duplex est, altera, quæ adinuenit iuxta methodum & principia artis, de qua dixit Hippocr. *lib. de opt. sec. ad Traian. Experimentum periculosum*: Nam verbum illud, *periculosum*, non debet intelligi de vera experientia: Aliud namque est, expertis vti, aliud incognita experiri: Hoc enim est experimentum, quod Hippocrates periculosum appellat, caret enim omni fide. Altera vero iure optimo *experientia* appellatur, quæ, licet non habeat, quo se tueatur, nisi longo vsu, nihilominus tamen tantam sibi fidem (eo quod semper eodem modo accidere est compertum) acquisiuit, quod solo vsu creduntur omnia, quæ

Experientia duplex.

E in arte medica quotidie ex auxiliis eueniunt. Cuius duplicis experientiæ meminerat Galenus *lib. de suffig. Empi.* pulcra quadam sententia: *Vtuntur quidem hoc instrumento Empirici in omnibus affectibus tam occultis, quam manifestis: Quo pari lege rationales vtuntur, nam Empiricos abuti eo potius, quam vti, est credendum. Etiamsi altera experientiæ parte, quæ rudis & fortuita est, medici rationales idem vtantur.* Sic Celsus, *vbi ratio non iuuat*, inquit, *temeritas adiuuat*, & Aetius, qui *in desperatis vsq; ad experimentum* iubet procedere. Ex quo loco & ex ipsa rei ratione facile elicitur, in his etiam affectibus, quorũ caussas nouerimus, experimentis licere vti, significato nuper dicto, ratione nimirum & vsu probato, iuxta Hippocratis *lib. de decenti ornatu*, decretum, qui ita expresse inquit, *Euentum ex experientia, prius decernere oportet.* Nihilominus tamen, vbi aut hæc non prosunt, aut lente operantur, aut laborans earenuit, non est extra rationem & optimũ consilium, aliis, nempe minus expertis vti: præsertim in diuturnis grauibus, ægre curabilibus, & de-

F speratis affectibus. Quod, qui ignorauerit, aut methodis, aut theorematibus, & regulis, ac præceptis artis, solum fuerit adstrictus, fateatur se haud mediocrem artis partem ignorare.

Tertium instrumentum Analogismus est, qui Galeno teste *lib. de opt. sec. ad Traian.* nihil aliud est, quam *à similibus ad similia transitus.* Appellant id Dialectici à simili argumentum: Hoc etiam instrumento, quod ignotum est & obscurum, facile innotescit. Cum enim medicus ignorat, qualis naturæ sit morbus, quẽ curandum suscipit, qualiave debeant adhiberi præsidia, facile à simili morbo sumto argumento, in notitiam cognitionis & curationis deuenit. Sic maiores nostri rectam medendi rationem in morbo Gallico adinuenerunt, indicatione nimirum sumta ab elephãtiasi, psora, & aliis affectibus, qui corruptionem factam obtinent. Quo factum est, vt quam primum cœpit grassari is in vrbus, ignorãtes medici, cuiusnam esset naturæ, nulla alia via id adinuenerint, quam à simili morbo sumta ratione.

Analogismus quid.

G Quod eadem lege contingit nostræ ætatis medicis in morbo, quem vulgus appellat, *sarpadillo*, cui insunt exanthemata illa per totam cutim, sic appellata: cui etiam adinuenit analogismus præsidium per similitudinem febrium pestilentium, quas huiusmodi affectus plurimum æmulatur. Denique in manifestis & occultis affectibus analogismus multa docet, præsertim vbi semper quæramus eos affectus, qui maiorẽ in omnibus

Sarpadillo morbus quid.

habeant cum affectu nobis ignoto similitudinẽ: etiamsi similitudo sæpissime fallere soleat, quãobrem attento animo eam expendere oportet, inquit enim Hippocrates *libr.6.popul. Bonis autem medicis similitudines pariunt errores ac difficultates.* Quare ne nos decipiat similitudo, cauendum est, inspectis pluribus, quibus insit conuenientia maxima & similitudo.

Indicatio quid.

QVARTVM & vltimum instrumentum, quo ea quæ potiora sunt in arte medica venamur, Indicatio est: quæ quidem tanti est momenti, vt nulla ratione quicquam boni in medicis operib. sperari citra ipsam possit. Est enim hoc instrumẽtum ex his, quæ aliquid agendum, aut non agendum commonstrant, in his affectibus, quorum naturam & caussam exacte nouerimus. Cuius naturam, vt recte expendamus, nosse oportet indicationis nomine cõprehendi posse Indicationem ipsam, Coindicationem, Contraindicationem, & Repugnantiam. Quarum meminisse seorsum operæpretium erit, vt cuiusque natura apertius innotescat. Indicatio igitur variis in locis diffinitur à Galeno, *lib.2.method. libr. de opt. sec. ad Traian.* Inquit enim: *Indicatio est comprehensio iuuantis, simul cum comprehensione lædentis, sine obseruatione & ratiocinio.* Ponit quidem Galenus in hac diffinitione, *Sine obseruatione*: quia ex propriis principiis procedit, ita vt experientia nullum indicationi præstet vsum, præterquam facilitatem ad eliciendum iudicium de rebus, & ad venandas indicationes ipsas. Ponit etiam, *Sine ratiocinio*, quod difficilius videtur, quia ratiocinium procedit à sensui manifestis, & his, quæ accidentaria sunt: indicatio vero ab ipsa rei substantia & natura. Quamobrem nobis ratiocinantibus, & coniecturam veritati propinquam efficientibus, contingit sæpe falli, procedentibus tamen per indicationem nusquam aut raro: quia ratiocinium procedit ab his, quæ quodam modo mutari possunt, aut aliter se habere, indicatio vero ab his, quæ perpetua & stabilia sunt, quales rerum diffinitiones & essentiæ, à quibus indicatio sumit notam & principium, ad aliquid efficiendũ aut non efficiendum, licet sæpe ratiocinium summopere conferat ad rei naturam indagandam, ex qua tãdem patefit indicatio, non autem ex ratiocinio. Quod exemplo quodam facili probari potest: *In febribus vera indicatio est frigidis esse vtendum, ceterum ratiocinium adinuenit, sanguinis missionem id posse præstare, imminuta nimirum quantitate, & ventilato calore: quod constat nõ per indicationem, sed ratiocinio potius venari.*

Galeni diffinitio examinatur.

Verum quia grauis admodum & vtilis est prima hæc diffinitionis pars, placet paulo diligẽtius eam expendere. Circa cuius intelligentiam non leuis suboritur controuersia inter iuniores quosdam præstantissimos. Inquit enim Argenterius per verba illa: *Est comprehensio iuuantis simul cũ comprehensione nocentis adueniens*: debere intelligi comprehensionem, seu notitiam auxilii, quod fieri debet, aut quod fugere expedit: deniq; iuxta huius auctoris mentem, comprehensionem iuuãtis appellat supra *auxilium*, quod fieri debet. Quæ verba Donatus Antonius aliter intelligit, nimirum comprehensionem iuuantis, significare *salutem*, comprehensionem vero nocentis, significare *statum præter naturam, seu morbum*. Quantum vero vterque suis rationibus valeat, aliis disputãdum relinquo: mea tamen in hac re sententia est, Galenum intelligere voluisse per verbum illud, *comprehensio nocentis*, notitiam, seu comprehensionem affectus præter naturam, in ordine ad quem, & cuius gratia suboritur indicatio iuuantis auxilii. Nam prior est quoq; in affectu eius notitia, quæ tanquam lædentis est, ex cuius natura & essentia suboritur iuuantis notitia, hoc est, auxilii. Et hæc est germana Galeni mẽs & sententia. Elucescit etiam huius indicationis vis, aut efficacia ex his, quæ in humano corpore ipsa designat: Nam potest ea omnia monstrare, quę corporis status poposcerit: Veluti si secundum naturam corpus sit, conseruationem indicat, si vero præter naturam curationem, vel si neutra dispositione degat, præseruationem. Verum quia status præter naturam, maius sæpe nobis negotium facessit, ob id indicationes omnes, quas in morbis licet expendere, rimari oportet. Cum autem rei natura sit, à qua indicatio sumitur, tria ob id sunt, quæ in morbis indicationem præstant, quę admodum apertissimis rationibus probat Galenus, *lib. de optima sect. ad Traianum*, *Caussa* nimirum *morbi*, *Affecta particula*, & *Naturæ robur*. Caussa quidẽ auxilii genus pręscribit, veluti *si plenitudo fuerit, euacuationem indicare compertum est.* Affecta tamen particula auxilii modum, iuxta ea, quæ in quauis particula licet considerare. A virium vero robore, auxilii mensura præscribitur. Ex quo Galeni loco facile colligitur, *nullum morbum ad sui curationem præstare indicationem.* Cui loco idem auctor *lib. 9.method.* aduersatur, dicens, *Indicationem sumi in morbis à morbo ipso, à laborantis natura, seu temperamẽto, & ab aere ambiente.* Verum ne longius abeam, hunc nodum breuiter soluere placet, nimirum asserendo, primam illam Galeni sententiam, nõ vt iacet, esse intelligendam, neq; secũdam: Nam prima non excludit morbum ab indicatione, sed postponit eius indicationem indicationi caussæ, sine cuius ablatione nullus affectus curari potest: quo factum est, vt merito in morbis, tãquam potissimam indicationem, eam, quæ à caussa desumitur, Galenus insinuauerit. In secundo vero loco, licet nullius caussæ, nec loci meminerit, ob id esse factum suspicor, quia cum eo libro tantum febres curare intendat, hæ vero nullam habeant peculiarem particulam, cui insint, hac ratione obliuiscitur indicationis, quæ à particula sumitur. Rursus cum distemperies sit in huiusmodi affectu, quæ potiorem sibi exposcit curationem, hinc factum est, quod præcipue meminerit affectus, quam caussæ. Reminiscitur tamen temperamenti, aut eo quod temperamentum ad facultates reducatur, aut quod perspecta illius natura intensioneque, facile quantum morbus ab ipso recedat, intelligamus. Itaque si quis rem paulo attentius inuestiget, ad morbi potius integram cognitionem, quam ad curationem temperamentum spectare reperiet: id quod Galenus eodem loco in hunc modum scribens approbat. *Qui enim supra, quam par est, calidum morbum refrigerat, is sanitatis mediocritate transmissa, alium excitabit morbum, qui sit frigidus.* Quod quominus accidat, naturam curandi corporis scias oportet, qua cognita, quantum morbus ab illius symmetria discesserit intelligens, mensuram refrigerantis pręsidio imponas: At fieri nõ potest, vt

Indicationem tria præstant.

Galenus conciliatus.

quantum

quantum à se inuicem distēt, inuenias, nisi comp... um habeas, quam esset corpus humidū, aut frigidum. Quibus constat temperamentum, vt naturam, siu custodiam indicare, & morbi magnitudinem ostendere. In consequentiā quoq; trahit ætatem, non tanquam primo indicantem, A sed tanquam coindicantem simul cum morbo. Vires enim & externæ caussæ nullam præstant indicationem, siquidem neq; virtus, neq; aër curari possunt. Absurdum enim est inquit Gal. *lib. 3. meth. aliud esse quod indicet, & aliud quod curetur.* Indicatio igitur curatiua à morbo, à morbi caussa, & à morbi loco tantum colligenda est. Ætatem verò, regionem, anni tempus, consuetudinem, & reliqua huius census, suo loco disputabimus. Quid verò vnumquodq; ex tribus primo indicantibus monstrare habeat, iam expendendum est, à virtute initio sumto, quæ maius infert dubium, an indicare possit, licet verè indicantibus adiungatur. Nam etsi à facultate indicationem desumserit Galen. *lib de opt. sect. ad Trasi.* mensuram remediorum ex ea metiens, non quod vera curatrix sit indicatio, credēdum, cum eodem B *Gal. auctore, lib. 9. meth. cap. 15.* non sit de numero curatricium indicationum, sed eo inter indicationes connumerauit, quod omnium sit dignissima: Nec enim vt valeamus, *inquit id' m auctor, lib. 4 meth.* nec vt à morbis liberemur, ab ea quippiam primū desumimus, sed vt viuamus. Differt enim indicationum dignitas ab earumdem magnitudine, *vt Gal placuit lib. 11. meth. cap. 3.* nam dignitatem indicantium, vel Vitæ, vel Sanitatis respectu iudicandam prot... sit, magnitudinem verò, vel propriæ Substantiæ, vel Declinationis à naturali habitu. Quod alibi *lib 8 meth. cap 9.* expressius ducuit dicens *febrem sui ratione magnum esse indicans*; quod idem est cum propriæ substantiæ ratione. Quoniam verò febris magna similiter, indicationis magnitudinem ostendit, quod idem est cum declinatione à naturali habitu, quanquam hæc à naturali habitu declinatio magna potest esse multifariam: aut per cacoethiam tumirū, aut per intentionem: Morbus enim tri- C fariam est grauis: vnde magnitudo indicationis desumitur, *teste Gal. lib. 7. meth. cap. 12.* aut ex læsæ actionis præstantia, aut ex propria effectus essentia, aut ex facultate læsum corpus gubernante: quæ tria sub propriæ substantiæ ratione, & declinatione à naturali habitū comprehenduntur. Id quod alijs verbis explicuit dicens, *libr. 4 meth. cap 6. propter afflictæ partis præstantiam, vel propter affectus magnitudinem, vel quia est cacoethes seu malignum, morbus dicitur magnus.* Sub declinatione enim à naturali habitu, morbi vtcunque magni intensionem intellexit: sub propriæ substantiæ ratione, morbum simpliciter magnum insinuauit. At quod *lib. 7 meth. cap. 12.* læsæ actionis prēstantiam scripsit, *4. methods*, afflictæ partis præstantiam: quod vero 7. propriam affectus essentiam; *4. methods*, affectus magnitudinem: quod tandem *7. methods*, facultatis læsum corpus gubernantis indicationem, *4. methods*, sæpe *cacoethes* nomine comprehendit, siquidem ob facultatis altricis defectum, sæpe *cacoethe morbi* suboriuntur. Ex quibus omnibus constat, facultatem iuxta periculi magnitudinem, aut dignitatem auxilia metiri, idq; duplici ratione. *Prima*, quia tota moles & vis auxilii petenda est ex morbi magnitudine & vehementia: quam quidē metimur ex læsione, quam in potentias affectas infert: tantū enim D affectum vehementem & grauem existimamus, quantum pulsus, excrementa alui, & hi tum ... alia quibus facultates esse subuersas cognoscimus) mutari contingit, *vt paulò ante latius probauimus*: Qua ratione virtus inter indicationes morbi merito reponitur: siquidem non minoris momenti est quantitatem auxilii, quam auxilium ipsum indicare. *Secundo* modo auxilium metiri dicimus, quia licet affectus exactè cognoscatur, & quantum & quousq; sit agendum (quod paucis vsu venit) nihilominus tamen, minimum auxilij præscribi præstare decet, quantū facultas ipsa tolerauerit, modo auxilium morbo æquale sit, modu secus. Vtcunq; tamen, eatenus vacuandū, replendum, aut alterandum est, quatenus facultas auxilium præsenserit vltra proprias vires esse. Itaq; licet facultas in morbis non curetur, & ob id à consortio indicantium ablegandam esse plerisq; videatur, commodius videtur, morborum indicationi iungendam esse. Particula etiā mo- E dum ponit auxiliis, idq; multis modis, nimirum iuxta rationem *temperamenti, officii, situs, figuræ, aut sensus acrimonia.* Cum hoc tamen vnum in hac re velim aduerti, à particula indicationem curatiuam non simpliciter sumi: particula enim, & quę ad eam attinere diximus, conseruatiuam solum insinuant: ac prout hoc, aut illu modu afficitur, dicitur indicare. Cum autem Gal. indicationem à particula inter veras indicationes statuerit, facultatem verò non item, sed reductiue, veniat mihi in mentem, ob id à Gal. ita scriptum esse, quoniam à facultate nulla morbi differentia videtur ordiri, à particula autem maxime. Inflammatio enim aliam hac, aliam in alia parte exoritur, quæ morbi differentia certè est: modo verū *ex libro ad Thrasibulum* constat, ex genere morbi genus auxilii, ex specie speciem, atque ex differentia differentiam nasci. Cetera verò quę huic parti necessaria videntur, facilè reperies, *2. huius operis libro.* Caussa verò affectus nulli dubium est, quin primum obtineat in indicationibus curatricibus locum, hæc enim est, cui primo auxilia præstare oportet, nam licet morbum primam præstare in- F dicationem, Gal. & ferè omnes medici fateantur, id duobus modis subintelligi debet, nimirū aut in morbis, qui non dependent à caussa, aut si in omnibus, id quidem in intentione: nam in executione primam indicationem præstat caussa, citra quam nequit affectus curari.

Dictum iam est, indicationis nomine Contraindicationem etiam comprehendi, cuius natura nō est tam cognitu facilis, quam Neotericorum nonnulli censent: nam existimant, *Contraindicationem* nil aliud esse, quam impedimentum eius, quod ab indicatione monstratur. Ita vt si alicui accidat ex plenitudine morbus, natura caussę indicat euacuationē, virtus tamē debilis auxilium impedit, quod quidem impedimentum *contraindicationem* appellāt. Verum iudicio nostro longè G à veritate aberrant: namq; aliud est, *contraindicare*, & aliud *impedire*: non enim re vera contraindicatio id est, quod impedit, sed id quod contrariū iubet ei, quod ab indicatione monstratur: verbi gratia, *designat indicatio sanguinem esse mittendū,*

Indicatio vnde sumenda.

Indicationū dignitas & magnitudo differunt.

Declinatio à naturali habitu multifariam magna est.

Auxilia metimur iuxta periculi magnitudinem

aut dignitatem duplici ratione.

Particula quo pacto indicationē curatiuam præstet.

Morb. quibus modis præstet indicationem.

Contraindicatio quid.

*cui vera tantum erit contraindicatio, quæ repletionẽ alimenti seu refectionem indicet: contraria enim sunt replere & vacuare.* Deniq; tota contraindicationis natura stat in eo, quod omnino contrarium est ei, quod ab indicatione proponitur, vt si *indicatio refrigerationem proponat, contraindicatio calfactionem*, & sic de alijs, inter quę est vera contrarietas, nam inter vacuationem & virtutem nulla est, licet vacuationem impediat. Quamobrẽ maxime in arte medica eius ediscere prouidentiam conuenit, ne adhibito pro morbi natura decenti auxilio, ex ignorantia contraindicationis nos turpiter decipiamur, & laborantes miserè pereant.

Coindicatio quid.

Sequitur iam Coindicatio, quæ ex parte indicationis se tenet, & nil aliud est, quã caussa, quæ indicationi vim & efficaciam auget, *veluti si quis plenitudinem patiens sanguinis missionem exposcat: vt eã facilè ferat, & liberalius fieri possit, inspicere etiam oportet, an sit aliquid quod eandem coindicet*: Coindicat enim corporis habitudo, quę si obesa fuerit, vim auget plenitudini indicanti sanguinis missioné. Præcedens etiam vitæ ratio indicationi consentit, veluti *si quis moderato deditus exercitio plurimo vtatur alimento.* Ex parte quoque coindicationis sunt aliæ plures caussæ, quæ licet nec indicent, nec coindicent sanguinis missionem, eam tamẽ toleratu faciliorem efficiunt: veluti *ætas*, quæ etiam si sua sponte non exposcat sanguinis missionem, facilius tamen ferre efficit, si iuuenilis fuerit & media: *anni* etiam *tempus*, & *cœli status*, & *regionis conditio* eodem modo beneficium præstãt aut renuunt. Pari lege consuetudo neq; necessitatẽ auxilij adfert, nec ipsum indicat, sed ex assuetudine facit, vt quæ grauiora sunt, facilius ferat natura. Quapropter dum omnia hæc ad sanguinẽ mittendum, aut alia his similia ad quodvis aliud auxilium exsequendum, in vnum coeunt, citra dubitationem profuturum esse, & tuto fieri posse commonstrant. Sicuti dum vnum aut plura deficiunt, tantò magis pertimescere æquum esse, quantò plura ex his defuerint: verbi gratia, si alicui insit humoris ad vacuationem sufficiens copia, habitu existenti gracili, vita etiam parca & laboriosa, suspicandum profecto est plus mali, quam boni suffecturam vacuationem, præsertim si per sanguinis missionem fiat, etiamsi affectus ex humorum redundantia fiat: nam habitui & vitæ parsimoniæ aliquid semper esse condonandũ, consulit ipsa ratio & Hippocratis decretum: aut saltem si affectus plurimum vrget, non quantum exsuperat, aut expostulat detrahendũ, sed parum infra subsistendum est, vt in conualescentibus, & alio morbo confectis, & æstate, & autumno, & vehementibus frigoribus Hippocrates ipse aperte monstrat.

Correpugnantia quid.

*Correpugnantia* quidem est, quæ vim auget & efficaciam contraindicationi: atq; è directo opponitur coindicationi: nam si quis eo affectu laborans; qui expurgans medicamentum expostulet, mox contraindicationem sentiet ad huiusmodi vacuationem, si sudor dissipans eius obsesserit corpus, cui etiã vim contraindicandi auget ventriculi natura, qui adeo assumtis medicamẽtis horret, vt nullo modo ea admittere queat, quę tamen ventriculi conditio non contrariatur vacuationi, quæ fit per expurgans medicamentum, sed ei correpugnat, & vim auget contraindicationi. Cui etiam correpugnantiæ plura alia addere oportet, quæ licet verè non correpugnẽt, se tamen ex parte contraindicationis tenent, vt anni tempus, iuxta illud Hippoc. *Sub Cane & ante Canem medicationes difficiles*, & illud etiam eiusdem auctoris: *Sane habentes corpora, medicationes difficile ferunt.* Quæ omnia etiamsi sua sponte non contraindicent, modũ tamen quendam obseruant in correpugnantia, quæ licet non augeant vim contraindicationi, moderantur tamen vacuationem ipsam: namq; anni tempus nil habet, quod vacuationi repugnet: ponit tamen naturæ certum quendã modum, cuius ratione plus aut minus vacuare decet: nã si quævis vacuatio pro naturæ viribus fieri debet, & has quidem anni tempus quodammodo augeat, tunc tempus coindicare dicitur: aut minuit, & eo tempore correpugnat. Ex quibus manifestè constat, quid propriè sit *Contraindicatio*, & quanam ratione eius vires augeat *correpugnantia*, & quid intersit interea, quæ correpugnant, qualis est præexsistẽs vacuatio (*iuxta illud Galen. libr. 1. de arte curand. ad Glauconem, quod si cum alui profluuio febris coniungatur, non opus est alia vacuatione*) & interea, quæ licet videantur correpugnare: verè quidem non repugnant, sed quantitatem metiuntur.

Methodus medendi quo tendat.

Verum ne quid citra finem & vtilitatem dixisse videar, expẽdere oportet, vniuersam hanc medendi rationẽ eo tendere, *vt quisq; quem curet, quid curet, qualiter curet*, exactè discat. Quarum considerationum prima ostendit, *quam particulam affectus obsideat*, ne quis turpiter deceptus, inculpatis auxilia adhibeat, quod in occultis corporis affectibus frequenter vsuvenit. Conqueruntur enim, vel peritissimi medici, quod auxilijs iuxta artis leges adhibitis, affectus sæpissime non cedant, ignorantes non sat id esse, ni prius quod membrum curent, nouerint. Nec id quidẽ sufficit, siquidẽ dolenti capiti, ventriculo, aut iecori, remedijs adhibitis, frequenter suo fine frustantur: nõ quod particulam affectam ignorent, sed quod affectum exactè cognoscere nequeãt: nec adhuc hæc nouisse, experientia comperitur, siquidẽ cognitis particula & affectu, & remediorũ adhibitione, deterius se habent laborantes. Ratio quidem est, quia neq; quantum, neq; quale, neque quando, aut qua lege liceat auxilium adhibere, exactè tenent. Hoc enim est peritissimi medici officium, vt non solum quid agendum sit, noscat, sed inter paria selectiora eligat, opportune adhibeat, & quantum sat sit: neque rursus id perito medico sufficit, ni etiam consideret an aliquid sit, quod auxilii inuenti adhibitionem remoretur: siquidem in affectibus, & in laborantium corporibus contraria frequenter sese offerunt, quorum quæ potiora, digniorave sunt, & ad indicandum validiora, sunt eligenda, ab eisque sumta indicatione, alijs non neglectis, omne licet aggredi officium.

DE

# DE RECTO PRAESIDIORVM ARTIS MEDICÆ VSV, LIBRI DVO.

## *LIBER PRIMVS.*

### CAPVT I.

### *DE RECTA VICTVS INSTITVTIONE ET VSV.*

A ETSI QVIDEM cum vitam necessarium Deorum depositū (*vt Plutarchus in Oratione Consolatoria ad Apolloniū ait*) habeamus, eaq; nobis diuino quodā munere ad cognitionē à Deo data sit, quid nobis ille magis præstitit, quam id, quod nobis cognitionis rerum omniū caussa contributum est: aut quid diligentius seruari, quam id, quod quando defectum sit nescias. Cum namq; sit ea vitæ nostræ certissimi, nec prorsus aliud vita sit (*vt Senec lib. de breuitate vitæ docet*) quam ad mortem iter: in quo igitur magis operam nostrā, studium, curamq; adhibere conuenit, quam in vita seruanda, & qua homini datū est, proferenda, & salubriter degenda? Atqui cū omnibus compertū sit, nihil æque hoc vitæ beneficiū præstare, quam inter cetera alia victus omnis curam, necessum quidem est, diligenti animo id expendisse. Miratur equidem Philosophorum perplures seduli diligentiam & mirā curā, quam quisq; in pecudū bestiarumq; alimentis gerit, & plerrim quam studiose vbiq; gentium, homines tū vrbani, tum agrestes consulant eorū cibatus, quo factum est, vt nouerint rustici alia equino, alia bouino cibaria debere præberi. Adde quod viridia quandoq; pabula, quandoq; sicca esse commoda, & pro conditione locorū & temporum oportere dari. Sed ego quidem magis miror Romanos, Græcos, ac Philosophos omnes, qui tam negligenter hominū cibaria, cultum & vtendi ratione præscripserint. Homo namq; animantiū superbissimū, & vitæ auidissimū, per quæ viuat, scire negliget? Homo inquā, qui tam accurate brutorum alimenta excolit, colligit ac recōdit, quiq; omnibus imperat, sine delectu cibos ingeret, ac nesciet, quæ noxia sunt declinare. Opprobrium profecto est homini, alimenta, quibus necessario indiget, cognita non habere: sicuti & legibus, quibus ea me in valear, carere. Grillus

*Vita quid.*

*Philosophi taxantur ob negligentiā in cibarijs adhibitam.*

C quidem, apud Plutarchum in eo lib. quo quærit, *an bruta ratio vtāt*, contendit *bruta plus rationis habere in cupiditatibus necessarijs vt ciborum & potuū, quam homines: quoniam hi feruntur ad omnia voluptate ducti, omniaq; experiuntur & ... ant: solumq; hominem vult, ex omnibus animantibus, omnium voratorē factum.* Plato ob necessariū alimentū, immensa negotia corpus nobis exhibere testatus est. Cum hoc tamen inuenias fa..., priscos illos Græcos, studiosius copiosiusq; de escis pertractasse: verum neq; ipsi rem (vt par erat) absoluisse comperiuntur, etiam si res tanti esset momenti: id quod ex Gal doctissimis commentarijs discere quisq; possit. Hippocrates sanè partē illam medicinæ primus illustrauit, sed tamen ita breuiter, vt diuino Galeni ingenio planè indiguerit. Qui enim ante Galenū senis illius admirabilis scripta interpretari tentarunt, mitam mortalibus caliginem offuderunt: vt in Athenæi cænis facilè est intueri, ac in scriptis priscorū Philosophorum, quos ipse passim citat. Quo quidē factum est, vt quisq; iure optimo paulò diligentius rēm hanc, alioquin præstantissimam & necessariam, toto animo expendere teneatur: inquit enim Hipp *lib. 6. popul. Victus rationes quantum fieri potest cognoscendæ. nam non nosse, multarum calamitatum res est.* Est equidē apertissima huius rei

D ratio, & quæ ex principijs naturæ nostræ sua deducit principia. Namque cum tota animantium moles in perpetuo sit fluore, *vt inquit Galen lib. 1. de sanit. tu. cap. 2.* nisi similis altera substantia pro ea, quæ defluxit, restituta sit: euaporabitur certè, atque dissipabitur vniuersi in sanis corporibus, ac multo quidem magis in laborantibus. Quo fit, vt necessum sit, quotidiana renutritione eam reficere ac restaurare. Constat autem hæc substantia, qua vires nostræ fulciunt suam firmitudinē, ex spiritu videl. carnosa specie, atq; solidis membris. Quæ omnia per similia suam custodiam expostulant: spiritus per respirationem, & per eum qui ex sanguine transmittitur vaporem: solidorū genus per solidum nutrimentum. Carnosa verò substantia, per eam naturam restauratur, quæ in medio humidorum ac solidorum corporū est,

*Victus ratio cognoscenda.*

E *vt Galeni est mens lib. 11 meth cap. 1.* quod ante ea dixerat Hippoc. *lib. 1. de aliment. Principium videlicet alimenti, os, nares, guttur, pulmo & alia respiratio:* insinuans ex alimenti diuersitate variam aliti partium naturam. Verum cum non solum in sanis, sed vrgentiori adhuc ratione in laborantibus ob virium videlicet custodiam primum obtineat locum, siquidē id potissimum per cibum & potum fit, in vtrisq; rem ad vnguem expendere par est, præmissa cibi indicatione, ea nimirū quæ ab eo tanquam à medicamento quodā desumitur. Quippe certum est alimentū duobus modis prodesse posse, vt Medicamentū nimirum, & vt Alimentū. Sed vt rem à primis principijs disceptandam aggrediar, coniectandum est, victū omnem duplicem sui præstare considerationem vnā quidem quatenus alimētum est, qua consideramus eius formā, quantitatem, qualitatem, & vtendi modum, ac exhibendi oportunitatē, de quibus latius mox sum disceptaturus: reliquam verò petitā à corpore alendo. In quo sane quatuor insuper coniicere licet, *vires nimirū corporis ipsius, substantiā, Circumstantias etiam quasdā*, ac vltimo *Morbū*, quo afficitur homo. Quibus euidenter constat, has quatuor considerationes longissimis differre interuallis ab his, quas alimentum præstat, quippe vires, vt tales sunt, solum sic consideratæ victum expostulant, non hunc, aut illum, sed solū materiam, qua refici possint, qualisve futurus sit victus, aut vt rectius loquar, quantus modus, seu dispositio ipsarū virium expostulat, ac designat.

*Alimentum duobus modis prodest*

*Victus dupliciter considerandus.*

F

*In Corpore alendo quæ quid postulent.*

Nam

A Nam sanorũ vires semper augeri desiderant: corporum verò qui diuturno morbo contabescunt, eodem cõseruari statu: certum has quæ in morbo acuto correptis præstant, seruari etiã, verũ diminutas expedit. At corporis natura, seu substantia, tria etiã considerare docet ad victum constituendum, nimirum *formam*, seu *substantiam* ipsius, quæ, ꝓportione & similitudine substantiæ alendi corporis similiari sit, & correspondeat: item *qualitatem* eius, qua rutius & præstantius cõseruatur. Vltimò *varietatem*, *quæ* sufficiens sit varietati corpus componentium respondere. Præterea circumstãtias necessum est considerare, vt ætatem, iuxta illud Hipp. *Qui crescunt, plurimo egẽt alimento*: regionẽ & anni tempus, vt consuluerat idem auctor dicens: *Æstate, & Autumno cibos difficile ferũt, & ventres Hyeme & Vere copiosora expostulant alimenta*. Item consuetudinem, quæ maioris solet esse momenti, vt mox referam. Vltimò tamen morbum quo corpus afficitur, considerabis: in quo tria licet expẽdere, primum quã morbus est, quo tempore solum expostulat victũ vt medicamentũ, B *vt mox sum probaturus*: secundùm, qua tale morbi genus, nimirum, qua morbus est in defectu; quo tempore victũ indicat, *quod etiam mox probabo*: tertiò verò, qua talis morbi species est. Qua quidẽ consideratione talẽ postulat victũ, qualis fuerit morbi conditio, & modus illatus à morbi natura, quo tempore morbus nullo prædictorũ modorum victum indicat, sed virtus taliter, vel taliter à morbo modificata, nam hac sola ratione morbum consideramus, *vt mox sum probaturus*. Sed ad primam diuisionem redeamus.

Non quidem minus à morbis ipsis alimentum indicatur, dum medicamẽta vices gerit, quã maximum quoduis, & vltimũ artis præsidiũ, & ipsis omnino contrariũ, sed veluti indicantur omnia alia artis auxilia, ita eudem prorsus modo hoc, vt *Gal. est expressa sententia, lib. 1. de rat. vict. cõmpend.* 18. Co. 17. quod contingit prodesse dupliciter, quantitate nempe, & qualitate. Quantitatem enim, vt remedium considerat Gal. 1. Aphor. quo loco inquit: C *Quibus virtus valida fuerit, cum humorum corruptione, vel defectu, multum alimenti, & multotiens adhibere expedit, quia multis indiget affectio, vt qua in defectu consistat*. Nam morbus qui ex inanitione oritur, nullam aliã curandi rationem primo expostulat, quam quæ per adiectionem eius, quod deest, exercetur, vt ex Hippocrate licet probare. 2. *Aphorif. tex* 2. dicente: *Quæcunq. morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio, &c.* Quod etiam Gal. *in commento*. manifestè probat. Nam defectus nulla alia ratione adimpleri potest, quam per adiectionem, vt *Hippocrat. etiam docet, libr. de flatibus* diffiniens *medicam artem per adiectionem & subtractionem*. Ex quibus manifestè constat, alimenti quantitatem tanquam præsidium indicari à morbis. Qualitatem item alimenti considerat, vt remediũ attemperans Gal. *lib.* 1. *Aphor* 17. Nam humoribus corruptis, attemperamenti gratia, valente aut inualente facultate, plurimo vti cibo præcipit, vt copia, aut qualitate corruptio, si fieri potest, comD pescatur. Nam cum Gal. dixerit. 9. *method. cap.* 20. *semper vires languidas corruptela humorum adiungi*, ob idq; æquum foret epicrasi vti (*vt qua paulatim corruptum euacuat, & vires paulatim quoque reficit*) hac verò in parte loco euacuationis, quam Gal. hoc loco fieri posse tuto, negat, vtimur attemperatione, qualitate, & copia alimenti, vt miscella optimi simul compescatur virium corruptelæ, & euacuetur eius aliqua pars, simul cum excrementis alimentorum: nam dum maxima est corruptela, potior, & vtilior est attemperatio, & miscella alimentorum, quando euacuationi ob virium impotentiam locus non datur: *vt cuata Gal. sententia ipsa euidenter statuit*. Quo fit, vt in hepaticis dysentericis, & in aliis morbis, in quibus corrupti humores abundant, præsentaneum sit remedium, valentibus viribus vti plurimo cibo, inualentib. verò minori quantitate, sed pluries exhibito, idque attemperamenti gratia, *vt Cal. eod. loc. refert*, docens à morbo etiam expedire indicationem sumere ad id, quod proposuit, proposuerat tamẽ victus indicationes, quarum vna est, quod victus sua qualitate morbo sit contrarius. Qua etiam ratione Hippocrates *libr. de ration. vict.* 18. tanti fecit qualitatem in ptysanæ, rum aliorum alimentorum. Itaque qualitate attemperat & E copia. Neque obstet Hippocratis dictum: *Non pura corpora, quo magis nutries, magis lædes*: quia illud intelligitur de omnimoda corruptione, quę nullo remedio corrigi potest: hoc verò de ea, quæ cũ omnimoda non sit, corrigitur. Licet placeat magis alio modo intelligere dictum Hippocratis, videlicet quod impurum corpus eo loco appellet, *non quod humores habet corruptos, sed quod scatet plurimis excrementis*: siquidem inquit: *Quo magis nutries, magis lædes*, eò, quod ex nutritione & frequẽti ciborum adhibitione, plurima superfint excrementa, quibus corpus impurius redditur.

Quatenus verò victus, vt alimentum instituitur, vnicam tantum habet indicationem, videlicet virtutem vitalem seruare ac custodire, *vt Gal. docet aperte, lib.* 1 *de rat vict.* 45. namque ex accidenti competit illi, aut sanitatem conseruare, aut profligare morbos. Quatenus enim virtutem conseruamus, nulla præcedentium habetur ratio, vt apertè docet Galenus *lib.* 9. *meth.* 13. his verbis: *Nam neque vt valeamus, neque vt à morbo liberemur, ab ea quicquam desumimus, sed vt viuamus*. Quo fit, vt etsi alimentum noceat, & neque sanitatem F conseruet, neque à morbo liberet, consequitur tamen finem per se intentum, nimirum virtutis vitalis custodiam. Licet aliquando à medico dirigatur, vt sanitatem tueatur, vt *Galen. placet, lib.* 1. *de sanit. tu.* decet tamen intelligere huiusmodi sententiam, morbo non prohibente, vt exprefsè docet Galen. *lib.* 1. *de rat. vict.* 45. his verbis: *Ob id morbi affectionem non tanquam cibi indicatricem contemplamur*, sicut & reliqua auxilia quæ desumuntur à morbo, non prohibente virtute, vt Galen. docet *lib. de opt. sect. ad Tras*. aperta satis sententia. Inquit enim: *Tempus auxilii cognoscitur ex re posscente remedium, & non prohibente virtute*. Sed adhuc clarius loquens de victu quatenus est præsidium, inquit, *lib.* 1. *Aph. com.* 17. *Quibus virtus debilis fuerit, cum humorum corruptione, vel defectu, parum & sæpe: Sæpe*, inquit, quia multis indiget affectio: *parum*, quia imbecillis est facultas, quæ non poterit multum alimenti copiam simul sustinere. Ex quibus constat, quod licet à morbo indicetur re- G medium, id debet esse virtute non prohibente, etiam si remedium sit victus. Inquit enim, quia facultas non potent multum alimenti sustinere, hoc

1. Quid natura corporis.

3. Quid circumstantiæ.

4. Quid morbus.

Alimenti quantitas præsidii vicẽ obtinet.

Alimenti qualitas vicem remedii obtinet.

Victus, vt alimentum, vnicam tantum habet indicationẽ.

hoc est, non consentit adauctæ quantitati, licet morbus eam exposcat. Verum custodia virtutis in morbo diuersificatur, vt virtus etiam ipsa variatur à morbis. Namq; non semper eodem perstat tenore, neq; eandem seruat constantiam ac statum, sed modo augeri desiderat, modo conseruari, modo minui, præcauendo tamen ne omnino cadat. Quos quidem virtutis status, docet *lib. de fract. com. 45.* Hipp. metiri, indicatione sumta à conditione & varietate morborum.

*Victus exposcitur plenus bene se corpore habente.*

Ceterum antequàm hinc discedam, operæ pretium duxi, docere, corpus quo tempore bene se habet, exposcere semper victum plenū, vires videlicet adaugentem secundum consuetudinem, naturam, ætatem, sexum, regionem, & anni tempus. Quæ quodammodo etiam in sanis victum metiuntur. Inquit enim Hipp. *lib. 1. Aph. 17. & lib. 2. de rat. vict. Qui crescunt, plurimo egent alimento. senes paucis fomitibus egent: & ventres hyeme, & vere copiosa alimenta exposcunt, sicuti æstate & autumno cibos difficile ferunt.* Pernecessariam etiam Hippoc. victum in sanis minuere, propterea inquit: *Periculosus existit valde sanis victus tenuis.* Consuetudo enim non minus sui custodiam commonstrat, iuxta illud Hip. *Condonandum aliquid, &c.*

Verum quo tempore corpus morbis premitur, non vnica erit victus indicatio, sed varia, iuxta mutationem virtutis illatam à morbis ipsis. Cuius gratia, circa laborantium victum quinque considerare oportere, dictum antea est, nimirum

*In victu laborantium quinq; consideranda.*

*Victus formam, Quantitatem, Qualitatem, Occasionem, & exhibendi Modum*, quæ omnia metiri iure optimo debemus penes collationem virtutis ad morbum. Nam quemadmodum summam totius præsagitionis desumit Galenus ex collatione virtutis ad morbum: haud dissimili ratione victus modum desumere expedit, eadem collatione facta. *Conectari autem* (inquit Hippocrates *lib. 1. Aphor. 9.*) *oportet, an æger cum eo victu sufficiat perdurare, &c. vel morbus ante deficiat, atq; hebetescat.* Quo fit, vt expediat semper modum virtutis considerare, collatione facta ad morbi vires, quantum videlicet superent corporum facultatem, aut superentur ab ea. Et rursus qualiter mutetur virtus à vi morbi, nam talis futura est virium custodia, cum victu, qualis fuerit earum modus à vi morbi contractus. Qua ratione expedit, seorsum cuiusvis harum quinque partium meminisse, vt facile earum natura innotescat.

*Victus forma quid designet.*

Forma igitur nihil aliud designat, quam eam victus rationem, qua vires citra quantitatis considerationem conseruantur, iuxta diuersam virium laborantis rationem. Quam iure optimo partitus est Galenus, *lib. 1. Aphor. 4* in *Crassum, Tenuem* & *Symmetrū.* Crassum appellans victum vires adaugere valentem: tenuem minuere, seruare symmetram. Ceterum huiusmodi victus speciem clarius adhuc docuit Hippocrates in tres partes diuidens, *lib. de vet. med.* ea nimirum, *quæ comeduntur*, & *quæ sorbentur*, & *quæ potantur*, quibus & quartum addit in *Aphorismis*, & *in libr. de ratione victus*, omnimodam nimirum abstinentiam. Quæ quidem diuisio Galeni diuisioni planè conuenit. Plenus enim & conseruans comprehenduntur ab Hippocrate *primo membro*, iis nimirum, quæ comeduntur. Gradus autem tenuitas, significauit sorbitione & potu, & omnimoda inedia. Victus tamen tenuis quatuor gradus statuit Galen. *lib. 1. Aph. 4.* tenuissimum exactè, tenuissimum absolutè, tenuem exactè, & tenuem absolutè. Primus fit per *mediam* omnimodam, secundus per *aquam mulsam & oxymelitem*, tertius per *cremorem hordei*, quartus per *ptysanam non colatam*, quibus è directo respondent, *ius aut caro pulli, panatella & oua sorbilia, aut pyrum sacharo conditum, aut assum*: sicut ex oleribus coctis aliqua, quibus ob hominū consuetudinem, & viuendi modum frequenter vtimur loco cibariorum, quæ Hippocrates præcipit: nam hæc, vt quæ minus probe parare scimus, recesserunt iam ab vsu.

*Victus tenuis quatuor gradus*

*Victus formam quid monstrent*

Ceterū, vt his victus differentiis, seu speciebus probe vti valeamus, nosse decet, victus formam quirendam esse à morbi ipsius constitutione, & ab ægrotantis robore, & ab status distantia, *vt Gal. lib. 1. Aph. 11. 12. aperte docet.* Nā etsi victus institutio ex viribus tantū debeat sumi, morborum tamen cōstitutiones licet cōsiderare, quæ vt variæ sunt, ita variè disponūt virtutē, in ordine ad cuius dispositionē victus modificari ac institui debet. Quippe virtutē victum indicare absolutē, omnibus esse compertum diximus: hunc vero aut illum, & speciem morbi & status distantiā monstrare, proculdubio credibile est. Nomine tamen constitutionis licet intelligere, & distantiam status, & dispositionē morbi, quo ad symptomata. Ceterum per vires non solum decet intelligere dispositionem præsentē, quæ ex pulsu cognoscitur, sed & imminentem, quę ex tenuitate succorū, & raritate aut densitate cutis, & ex facili aut difficili ínediç tolerantia colligitur: Ex quib. haud obscurū erit metiri, quę victus forma singulis morbi constitutionibus sit adhibenda: facta tū hac collatione, q̃ *victus plenus*, cui propriū esse diximus vires adaugere, sanis corporibus ꝑpriè debetur: *victus symmeter*, cuius munus est vires in eodē statu conseruare, citra dubitationē diuturnis conuenit affectibus: at *tenuis*, qui ex ꝑpria natura vires comminuere habet, acutis tñ affectibus est proficuus. Verum quia huiusmodi tenuis victus iuxta acutorū morborum varias species étsecatur, necessum est clariori oratione easdē monstrare. Sic tenuissimus victus exactè, morbis qui in quarta die terminantur, adæquari iure optimo debet: Tenuissimus absolutè, iis qui septima finiuntur die. Tenuis verò exactè propinari quidem debet, vbi ad vndecimā extēditur morbus, sicuti qui tenuis absolutè iis, qui ad quartamdecimā ꝑrogantur. Neq; erit ab re tenuem simpliciter acutis simpliciter ꝑbere, qui, *vt Gal. est mens*, ad vigesimum extenditur. In quibus omnib. à cōstitutione morbi & robore ægrotātis, vna cū status distantia victus forma inuenitur: namq; virtus pro sui custodia omnē cibum indicat, quē appetere possit: ab hoc morbus omne abscindit, circa quē vltra vigorem durare queat ægrotans, iuxta illud Hip. *Conectari autē oportet, an æger cū eo victu queat perdurare. &c.* Ex quibus constat, virtutē, morbi speciem, & status distantiā, victu formam monstrare. Verum quia hæc obscuriora quidem sunt, quam tyrones deceat, & difficilia multa in se continent, nodos quosdam absoluisse hac in parte decet.

*Victus plenus, symmeter tenuis, cui conueniant.*

*Victus tenuis diuisio varia.*

Si igitur victus formā à duob. inuestigandā definiuimus, nēpe à *virtutis robore* & à *morbi constitutione*, in qua duo cōprehendimus, nēpe *morbi dispositio-*

*Victus forma a duob. inuestigāda.*

*positionem*, peracutus tumirum, an acutus sit, & distantiam status: ob id profecto huius rei gratia oportet, quæ nam symptomata morbi simul afferant, considerare: vt ex iis an ad quartum, an ad septimum, vndecimum, aut decimumquartum morbus terminari debeat, facile innotescat, in ordine, ad quem victus forma cuiq; aperta eligatur, & quando ad statum peruenturus sit, vt Hippocrates sententia illa docet, *Conuectare antè oportet*: iuxta eius distantiam aut aliquid aliud, quod in ipso licet considerare, *vt paulò inferius docebo*. secundi quod ipse longe aut prope est, victus formam inuestigandam esse docuimus, quod solet medicis vulgatissimum esse, licet non satis intellectum. Quamobrem necessum quidem est ostendere, quid per statum liceat in morbis intelligere: nam tria per hoc verbum, inter se aliquo modo diuersa solet monstrare Galenus, nempe *crisim, terminum* & *statum*. Ceterum quod crisis nulla ratione præscribat victus formam (modo pugnam, modo vacuationem, aut subitam mutationem significet) iam constat: nam si à crisis distantia formam victus sumeres, necessum est, vt quanto propius ægrotans crisis horæ accesserit, tanto subtiliorem victum ei ministres: & quanto longius, crassiorē, vt vulgata medicorum omnium est sententia. Sed huius contrarium docet Hippocrat. *lib. 1. de rat. vict.* per hæc verba: *Et quanto maior fuerit expurgatio, tanto magis ad crisim vsq; dare oportet.* Præterea in textu immediate quarto loco præcedenti, ita ait: *Nempe si morbus siccior, quā vt quispiam existimet, fuerit, non multum dare oportet, sed ante sorbitionem, vel vinum, vel mulsam dare decet.* Siccitas verò morbi cruditatem ostendit, & distantiam à crisi: cum hoc tamen parum dare consulit. Reliquum est igitur, à crisis distantia minus licere victus formam inuestigare, sicuti neque à crisis natura, prout subitam mutationem, aut evacuationem designat. Terminum præterea, quem etiam proposuimus victus formæ indicem posse esse, intelligo illum dierum numerū, qui bus ægrotantis robur morbi acumen & eius symptomata ferre possit citra alicuius crisis considerationem: vt exempli caussa: *si quis aliqua continentium febrium cum vigiliis continuis laboret, æstate, iuuenis, calidi temperamenti, constiusq; ægrotantem vltra septimum ferre non posse prædicti morbi vehementiam, hunc diem septimum terminum esse victus formam indicantem dicimus, cum hoc tamen non sit hac acceptio status exquisitus terminus formæ victus: nam sæpe cognito morbi termino plus minusve alimenti porrigimus, pro morbi vehementia & symptomatis.* Superest nunc vltimò verus morbi status, quem vehementissimam ipsius partem, & summum morbi vigorem omnes iure optimo appellant, in ordine ad quem citra dubitationem victus formam instituere decet, iuxta illud Hippocratis, *lib. 1. Aphor. 9. Conuectari autem oportet, an æger cum eo victu perdurare possit, donec morbus consistat.* De quo etiam statu ab dubitare adhuc oportet, siquidem ipsum partitus est Hippocrates, & post ipsum Galenus in tres acceptiones, nimirum in statū, quoad coctionem, cuius meminit *lib. de Crisibus*, & de totius morbi temporibus, penes coctionē & cruditatem distinguens omnia tempora: & in statum quoad dispositionē affectus, cuius meminit *tertio de ratione victus, prope finem*, & *libro de totius morbi temporibus*, tempora cōsiderans penes affectus dispositionem, vt dum inflammatio est, distinguitur penes maioris magnitudinis incrementum, vt apertis verbis ex Galeno eo loco licet colligere, vltimo in statū quoad accidentia, cuius multis in locis Galenus *primo Aphorismorum* meminit: qua verò harū acceptionum liceat victum metiri, nosse decet. Quoad coctionem verò, id non posse quicquam certum monstrare, constat: nam status quo ad materiæ coctionem, in nullo morbo certum nec definitum tempus habet. *Primò* ob materiam morbi, si diuersæ substantiæ sit, vt sæpius accidit: *secundò* ob vires laborantis, quæ initio validæ erant, procedente autem morbo ob aliquam caussam vlt a opinionem imbecilliores fiunt: nam inter initia æstimato ægrotantis robore, morbi coctionem ad talem dierum numerum metiri facile erat: frustrabimur tamen ob naturæ [illegible]ratam imbecillitatem. *Tertiò* verò ob tempus, quo natura vacat humorum coctioni, quo diutius immorabitur, si crasso, citius tamen perficiet, si tenui vtamur. *Quartò* ob diuersum vniuscuiusque morbi motum. Nam sæpe accidit lente in principio moueri, promittitq; diuturnum certamen: postquam tamen semel aggressa est vniuersam materiam, protinus eam superat, & citius finit morbū, quam à principio promiserat: Ex quo constat huius temporis quoad coctionem varietas: quo fit, vt super rem tam instabilem nequeat firmum construi fundamentum. Insuper dictum illud Hippoc. *Conuecere antè oportet*: nullum obtineret verū, siquidem fallax est, præceptum. Quibus fidem etiam præstant, quæ ipse alibi, *lib. 1. de rat. vict.* dixit: vbi crassiorem victum & copiosiorem ministrat, quanto morbus ad coctionem festinat, vt apertis verbis alibi, *lib. 1. de rat. vict. text. 23.* docet, dicens: *At si ot madescat, sorbitionem augere oportet*: ut quidem contrarium in Aphorismis dixisset, si de statu quo ad coctionem verba eius intelligantur. Ceterum dispositionis statū non recugisse, ostendere opus non esse arbitror, cum dispositio per se nullum præbeat indicium, nisi quatenus actiones lædat, quæ quidem læsiones ad symptomata potius pertinere videntur. Ad hæc non est medicorum antiquorum vllus, qui penes dispositionis status naturam, victus formam inuestigandam pronuntiet, sed quantitatem. Superest igitur quo ad symptomata, cuius Hippocratem meminisse constat: quibus fidem præstant, quæcunque Galen. de morbi temporibus in Aphorismis, secundum mentem Hippocratis, scripsit, nempe statum morbi maxime esse in symptomatibus. Præterea in eo, circa principia & fines omnia imbecilliora. De principio etiā quoad symptomata locutus est sententia illa: *Concocta medicari atq; mouere, non cruda neque in principio.* Vbi aperte ostendit, per principium morborum, aliud quam cruditatē humoris intellexisse: verum quod firmius est, ipsa rei ratio monstrat, aliter fieri non posse, quin ab accidentium statu victus forma dependeat. Nam cum tota victus institutio pendeat ex modo virtutis, quem diuersum efficit, nō morbi conditio solum, non tempus, non naturæ ipsius actio in materiam morbificam, sed tantum accidentiū morbi sæuitia, & immanitas, ideo ab accidentium temporibus & statu, victus formam instituere citra dubitationem oportet, vt celebris illa Hip-

Status nomine quid in morbis intelligere liceat.

Status morbi victum indicet victū, & quis.

G illa Hippocr. lib. 1. Aph. 7. sententia: *Extremis morbis extrema exquisite remedia optima sunt.* Et paulò inferius subdit, exponens quid appellet extremos morbos: *vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & extreme tenuissimo victu vtendum est: vbi verò non, sed pleniorem victum contingit adhibere, tantũ cibi indulgendum est, quantum morbus extremis est mollior:* quo loco quid apertius monstrari potest, quam ex accidentium statu, quærendam esse victus formam? præterquam quod Galenus id apertis verbis *in commento* monstrat, sicut & sequẽtibus duobus, apertius ab vtroque monstratur.

Extremus morbus quis.

25 A Cum hoc tamen constat, non esse alienum a ratione, etiam coctionem considerare, & morbi constitutionem, vt facta ex omnibus collatione, facilius liceat, citius, & tutius debitã victus formam instituere: quod etiam ex eisdem auctoribus facile est diligentia colligere.

Cum igitur ostensum sit, per morbi vigorem, statum quoad symptomata intellexisse Hippocratem, superest considerare, de quonã symptomatum genere maximè sit intelligendum: siquidem status, quantum ad symptomata attinet, tribus morbi temporibus haberi potest, vt in morbi principio, nempè *cum materia cruda est:* aliquando posterius, *vt cum admodum complentur coctiones:* sunt & morbi, qui intermedio tempore vigent. Cuius speculationis primus auctor fuit Hippocrates, qui in hunc modum refert *libr. 1. de morb. vulg.* B *p. 3. text. 10. Sunt modi & constitutiones, & proximi cuiuslibet harum febrium, similiter continuarum intermittentium. Statim enim continua est, quibus incipit. floret, & viget maxime, & ad difficiliùs ducit: circa crisim verò, & simul in crisi minuitur. Sunt quæ incipiunt leniter & summissim, subincrescunt verò, & exacerbantur, secundum singulos dies: circa crisim verò, & simul in crisi abunde lucent. Sunt quæ incipiunt leniter, augentur verò, & exacerbantur, ad certum augentes terminum, rursus remittunt ad crisim vsque, & circa crisim: Accidunt hæc, & fiunt in omni febre, & in omni morbo:* & subiungit statim: *Oportet ex horum consideratione offerre victum.* Hæc sunt Hippocratis verba. Ex quibus constat, triplicem esse quoad accidentia statum: nam hæc prodeunt ab vna trium caussarum, nimirum ab humorum multitudine & cruditate, vt contingit in principiis omnium morborum, præsertim in pleuritide, peripneumonia, & in omni inflammatione, quę in his corporis partibus fit, quæ ad motum à natura ordinatæ sunt. Quapropter cum huiusmodi partes inflammationib. corripiuntur, materia cruda existente, inter initia grauiora patiuntur laborantes symptomata, & C periculosiora, quam cum morbus coctionem recipit: qua ratione merito dixit Hippoc. *lib. 1. de rat. vict. Dolores pleuriticorum confestim sponte desinunt, vbi aliquid affatu dignum, tum exspui, tum expurgari cœperit.* In febribus similiter, ratione multitudinis & crassitiei, deteriora fiũt principia, cum coctionis vestigium in materia conspicitur, & multitudo imminui incipit, & crassities materiæ attenuari, *vt à Galeno etiam scriptum est, lib. de totius morb. tempor.* In omni prætetea febre secundum accessiones aut exacerbationes inuadente, cum à multa ortum habet materia, aut minus crassa, deteriora fiunt morbi principia: cuius signum est illud quod Galenus *lib. 3. de cri. ca. 9.* scripsit, nempè *in principiis accessionum contingere mori ægrotantes, ob multitudinem materiæ, & ob eius crassitiem, aut inflammationis magnitudinem. Scis enim mortem semper in deteriori paroxysmi parte fieri.* Cum igitur ob dictas caussas grauiora fiunt accessionum principia particularia, manifestum est, eadem ratione totius morbi vniuersale principiũ fore deterius. D Sic in pleuritide aut peripneumonia, dũ morbus coqui incipit, minus grauat inflammatio membra spiritus: tũ quia coctione leuior fit, tum quia materia per halitum, & per excreatum imminuitur. In quibus igitur morbis, victus formam, non à distantia status, neq; à duratione ipsorum, sed à coctione morbi sumendam esse constat. ita vt cũ morbus crudus omnino est, tenui aut tenuissimo vti victu oporteat. Verùm non à coctione solum & simpliciter, sed ab accidentibus, qui ante coctionem & in eius principio maxime vigẽt. Cum autẽ coquitur, plus concedẽdum, & iuxta maiorem coctionem magis ministrandum. Primum ostendit Hippocrates *lib. 1. de rat. vict.* cum dixit: *Nempe si morbus siccior, quam vt quispiam existimet fuerit, non multum dare oportet:* secundum ostendit in iis quæ sequuntur verbis, vbi ita ait: *At si os madescat, & quæ a pulmone exspuuntur talia sint, qualia esse oportet, sorbitionis quantitatem adaugere conuenit:* Tertium similiter ostendit, cum statim scribit: Et *quanto fuerit expurgatio maior, tanto magis ad iudicationem vsq; dare oportet.* Neque id præter ra- E tionem est, nã in huiusmodi morbis, qui ab initio vigent, grauiora inter initia accidunt symptomata, ob materiæ cruditatem, aut multitudinẽ, aut acrem qualitatem: vtrumq; autem coctione euanescit. Quo fit, vt in his parcius à principio & minus cibari oporteat, ob materiæ copiam & ob cruditatem, atq; etiam ob accidentia, quæ eo tempore accidũt, quorum ratione, natura magis alimento defatigatur. Ac si quis dixerit, *eodem modo debere fieri in omnibus morbis, quia eadẽ inest materiæ abundantia & cruditas:* intelligat velim, secus res se habere in morbis, quorum materia seruatur ad vnam criticam expulsionem, *vt mox dicemus.* Sunt etiam alii affectus, quorũ symptomata in initiis morborum debilia sunt & parua, augentur tamẽ indies, & exacerbantur, circa crisim verò & in crisi, abunde elucent, hoc est, eo tempore, quo maxime complentur coctiones, & in maxima sunt vehementia: fiuntq́ue eo tempore grauissima symptomata ob duplicẽ caussam, ob materiæ nimirũ putredinem, & ob maximũ cer- F tamen naturæ cum morbo, iuxta illud Hippocr. *Dum pus conficitur, &c.* Ex quo fit, vt accidentia prodeant eo tempore à morbo, à natura & ab vtroq; simul, ac ab humorũ plenitudine, quæ quidem non vera est plenitudo, velut ea, quæ principiis accedit, sed apparens, ex sola humorũ rarefactione & executione, ob efferuescentiam & ebullitionẽ, quæ eo tempore vigent. De quo statu intelligenda est Hippocratis sententia: *Quando morbus in suo vigore constiterit, tunc victu tenuissimo vti oportet.* Cuius quidem status meminit Hippocr. in Aphorismis, vbi docet, *victum inuestigandũ,* hoc est, *victus quantitatem inuestigandam secundum status distãtiam, & morbi constitutionem: in ordine ad quem statũ,* nulla facta aliorum mentione, medicorum vulgus victum instituit. Quo significato, citra accidentium mentionem solum de copia alimenti disseritur, non de forma. Nam forma variari non

Vigoris morbi nomine quid intellexerit Hipp.

Status quãtũ ad symptomata triplex.

Obiectio.

G debet, quantitas verò mutari potest. Id etiam docentibus Hippocrate & Galeno 1. *sect. Aphor.* licet eo loco non desit sententia, qua vtriusq; status eos meminisse constet. Ceterum in status acceptione victum instituere oportet, *vt Gal. & Hipp. in eo loco docent*, & vulgariter fit: vberius quidē in principio, in statu verò & antè illum, cibus subtrahendus: tertio verò & vltimo, intermedio tempore, in augmento nimirū, grauissima symptomata sæpe accidunt, & statum constituunt commotionis humorum caussa, quæ à vi morbi eo tempore fit, in quo humores praui cum bonis commixti sunt: dissidet tamen hæc commotio

Victus in statu morbi qualis adhibendus.

26 A ab ea, quæ fit à natura tristantes humores conante expellere. Ceterum in huiusmodi morbi statu, accidentia propè crisim minuuntur: quapropter in principio morbi paulò vberius, in augmento, in quo est status accidentium, tenuius alimentum porrigere decet: in crisi verò, & propè ipsam mediocre.

Dubium.

Suboritur quidem ex iis, quæ diximus, nō leuis difficultas, & pugna inter Galen. & Hipp. dicta: nam alibi, *cum os madescit, victum esse adaugendū* consuluit, cum id sit status tempus: alibi verò docet, *in statu victu esse vtendum tenui.* Cui dubitationi & aliis, quæ ex auctorū dictis in hac re passim sese offerunt, ac vtēt quantitatis indicationē ab indicatione formæ separare facile possimus, dicimus, indicatione sumta ab statu, diuerso modo victum esse instituendum, quū morbus in vnam criticā expulsionē terminaturus est, veluti

Solutio.

B cum siccior à principio apparet, ac quū paulatim expurgatur: vt dum Hipp. inquit: *At si os madescat*, cuius distinctionis gratia, duplicem ad victus institutionem dicimus esse status considerationē: vna quidē est ex distantia status, quoad accidentia desumta: alia verò ex natura ipsius status, nimirum ea accidentibus. Ex distantia quidē, quę ex constitutione morbi innotescat, monstratur victus forma, iuxta illud Hipp. *Coniectari autem oportet*, quæ quidē forma semper à principio ad finem seruari debet, vt mox probabo, ita vt quo propius fuit status, eo tenuius cibare oporteat. Et quo longius, vberius. Ex natura verò status eius qui accidentium consideratione præstat, semper quantitas victus monstratur, nam in statu & parum ante illū, cibus subtrahendus est. Itaq; eadē forma, quam distantia status monstrat, à principio in maiori quātitate debet adhiberi, & in statu, & parū ante, in minori, aut ex toto subtrahendum esse cibū commonstrat: & hęc est pulcra admodū huius rei distinctio. Hoc tñ habent cōmune ii tres status quoad accidentia, ꝙ in omnibus victum oporteat instituere, indicatione sumta à collatione inter virtutē & morbum, prout magis vrget, & exposcit alimētum, aut renuit vnus quā

Status consideratio duplex.

C alter: Sic cum natura plurimū vrget, ob vinum lapsum instantē aut futurum (ꝙ ex accidentium natura facilè colligitur, nimirū ex iis, quæ ipsam vehementer exsoluunt, vt vacuatio nimia est, *dolor, anxietas*, & huiusmodi) vberius oportet victū porrigere. Dum verò facultas non lapsa admodum est, & morbus plurimum vrget (hoc est, celenter mouetur, aut admodum est acutus, & denìq; vltimos habet labores) tenuiorem eo tempore expediet victum porrigere. Atqui iuxta gradus vrgentiæ, virtutis aut morbi, gradus

Gradus victus metiendi iuxta gradus vrgentiæ virtutis aut morbi.

etiam, seu species victus metiri possumus: nam vterque maximè, multum, mediocriter, aut parum vrgere poterit: & sic pro vrgentiæ gradu, adhibere poterimus abstinentiam, pocula, tenues sorbitiones aut crassas. Hoc vno in omnibus seruato, quod virtutis vrgentia semper exposcit eum victum, cum quo facilius possit refici, iuxta gradus vrgentiæ, ita vt quo plus vrget, citius refici exoptat: quo fit, vt aliquando crassas sorbitiones, aliquando tenues, & nonnunquam pocula desideret. Morbi verò vrgentia, D quo maior fuerit, eo tenuius exoptat alimentum, vt dum maximè abstinentiam, si verò multum, pocula, si mediocriter, tenues sorbitiones, si verò parum, crassas facile admittit. Quibus exactè pensatis, facile est dum vterq; vrget, gradus etiam medios alimenti seligere, quæ omnia sub aliis verbis aperte ab Hippoc. *lib. de rat. vict. text.* 14. 15. 16. *& lib* 4. 41. docentur. Expendisse tamen hac in parte decet, virtutem duplicem præstare considerationem: Vnam tempore sanitatis, quæ quo vires obtinuerit robustiores, eo vberius alimentum præscribit: Alteram verò, dum corpus laborat, quo tempore, quo vires fuerint imbecilliores, eo vberius aut crassius alimentum exoptant, ne ante morbi statum, aut in ipso virtus labatur: quo verò fuerint validiores, eo minorem quantitatem, aut tenuiorem formam præbere decet.

Victus dupliciter consideratur.

Expendere hac in parte necessum est, quod E quemadmodum forma victus ex morbi specie & distantia status (siue accidentium tempore, aut aliter sumatur) præscribi necessario tenetur: ita toto morbi tempore seruanda est, nec temere & inconsulto varianda, sed à principio ad finem morbi, eadē vti oportet: quod his verbis scripsit Hipp. *lib. de rat. vict.* 36. *Coniicere autem oportet, & robur, & cuiusq; morbi speciem. hominis item naturam, atque ægrotantis in victu consuetudinem, nō in cibis solum, verum etiam in potionibus:* quibus verbis patet, vt ex Gal. *in commento* apertè constat, *non esse permutandam victus speciem, in morbi etiam species permutetur:* Constare enim huius sententiæ veritas ex iis, quæ nuper diximus. Nam si pro quacunque morbi specie, vna exstat victus forma, perperam medici ignorantes huius sententiæ rationem, in principiis crassiorem, & vrgente morbo tenuiorem victum porrigunt. Siquidem crassus à tenui specie hac in parte differt, morbus autem, in quo id efficiunt, non differt à se ipso, dum crescit, aut viget. Quapropter, si neq; morbus speciem mutat suorum temporum varietate, nec victus forma mutanda est per omne tempus morbi. Quod apertè docet Hipp. *lib. 2. de rat. vict.* 36. *Gal. in com.* etiamsi F consulat eodem loco, *seruata victus forma quantitatem adaugere aut minuere, pro temporum varietate*, vt dixerat sententia illa: *Quando morbus in suo vigore constiterit, tum victu tenuissimo vti oportet, & in accessionibus à cibo abstinere oportet*, & in illa rursus: *In statu & parum ante illum, cibus subtrahendus est.* Quibus locis de quantitate loqui est intelligendum, quam docet minuere, aut adaugere iuxta morbi temporum varietatem, Instat tamen in hac re argumentum, quod se habet in hunc modum: *Licet species morbi omnibus eius temporibus sit vna, iuxta Galen. sententiam lib. 1. de rat. vict. 35. cum hoc tamen victus forma mutanda est. quia virtus,*

Victus forma ex morbi specie & distantia status præscripta, non temere varianda.

cuius

*cuius gratia victus adhibetur, non est in omni morbi tempore vna, est varia pro varietate accidentium quæ singulis temporibus suboriuntur: vt diximus satis esse variationem virtutis, quam etiam variare pro accidentium magnitudine, aut paruitate: vt supra de statu, quoad accidentia, diximus.* Præterquam quod cognita morbi specie ea victus forma instituenda est, quæ non solum vires præsentes respiciat, sed & futuras, habito etiam respectu ad accidentia futura.

Victus formæ quid habeant proprium.

Expendere etiam decet, hoc vnum habere proprium has omnes victus formas, quod quæ crassior est, supplere nunquam potest vicem tenuioris, etiamsi minori adhibeatur quantitate: sicuti neque tenuis, vberiori copia exhibita, habet modum crassioris, hoc tamen summopere obseruato, quod ob errata, quæ ægris accidunt, satius est crassiorem iusto, quam tenuiorem victum porrigere, quia melius hæc tolerantur ab eo, qui paulò fuerit vsus pleniori quam econtra.

27 A Licet quatenus pertinet ad quantitatem, potius sit subtractioni intendendum, quam adiectioni, vt apertis verbis ex Hipp. constat, *Adiectione ciborum vtendum multo minus.* Inquit enim Gal. commento illius loci: *Quod magis est, noxas inemendabiles facit, quod verò minus, eas emendabiliores:* sic in statu cibum subtrahere docet, hoc est, *quantitatē imminuere,* siquidem eadem victus forma, donec morbus soluatur, seruanda est: namq; supplere victus formam tenuem crassiori victu, etsi minori quantitate, periculosum & graue esse dixerat Hipp. *lib. de ve. med.* per hæc verba: *Quicunque verò homines in hac affectione exsistētes* (loquebatur de febribus & doloribus) *siccū cibum assumunt, aut mazā, aut panem, etiamsi valdè modicum decuplo magis & manifestius læduntur, quam si sorbitione vsi essent, ob nullam aliam caussam, quam fortitudinem eduli ad affectionem.* Etsi Galen. contrarium videatur asserere *lib. 1. Aph. com. 4.* dicens: *Quod si natura roboris nō satis fidamus, ptysana vtimur succo:* docens, *victum crassiorem in minori quantitate, supplere victum tenuē.*

Victus forma eadem seruanda.

B Verum id de cura coacta intelligendum est, & vbi occasio aliqua adest vrgentissima, *vt sonant verba Gal.* Ratio est, quia indicationes quantitatis & formæ victus sunt diuersæ, & ob id altera alterius defectum nequit supplere. Cuius doctrinæ gratia expendendum est, longè diuersa esse principia mensurandi victus quantitatem, à principiis, quæ formam victus circumscribūt & expostulant. Quippe quantitatem eius monstrant morborum tempora, at verò formam solum metiuntur morbi cōstitutiones. Ratio profectò huius diuersitatis est, pulcra quædam differentia, quæ elucet in natura ipsa (tanquā semper victus indicatrice) cum alterum horum expostulat. Nam victus forma solum circumscribitur à naturę seu facultatū passiōne illata à morbo ipsam modificante ac lædente: & hac lege intelligere oportet dictū fuisse, *formam victus institui pro morbi constitutionis varietatem,* nam morbus victum nō expostulat, nec circumscribit, sed victus, cæterum modificata à morbi vi, efficacia & acutie, quā à morbus quadruplex est, acutus

Quantitas & qualitas in victu lōge differunt.

C & peracutus, exactè aut non exactè, ita & victus forma quadruplex quoq; existit, pro modo virtutis comparato à quouis prædictorum morborū. Qui [illegible] è modus talis efficitur, qualis est modus substantiæ, quam conterit morbi vehementia: & quia quadruplex potest [illegible] substantia [illegible] uiuorum *spirituosa, humoralis, carnosa, aut magis solida* ita profectò refectionis modus quadruplex est, vnicuiq; iuxta substantiarum & similitudinem vna proficua & necessaria [illegible] a [illegible] hoc modo instituatur, longè maiore [illegible] in naturam passionē, quo fit, [illegible] dictarum formarū alia forma in maiori aut minori quantitate suppleri possit, quia dissimilis [illegible] stantiæ ei, quæ deperditur morbi acuti aut peracuti efficacia.

Victus forma quadruplex.

At verò quantitatem huius aut illius formæ victus solum circumscribunt ministeria & actiones naturæ, fientes aut futuræ, [illegible] quanto minus agit aut sit effectura, ac minus ob id laboret & minus distrahatur à coctione alimentorum, longè maiorem quantitatem eorum postulat, & potest

Quantitatē formæ victus quæ monstrent.

D innocue conficere. Sic, profectò in principiis morborum, quia parum concoquit, & parū agit circa materiā morbificam, vberius agendū est, vt consuluit Hipp. Cū verò morbus crescit, minus, quia magis addistricta est coctioni humorū: in statu verò, quia in eo & propè ipsum tenentur cœctiones vigere, cibum subtrahere oportet: occupata admodū est in eo opere, à quo non licet eam distrahere. Denique, forma victus monstratur à passione naturæ illata à morbo: quantitas verò ab actione naturæ in morbum, seu caussam eius: quæ sanè actio est quæ tempora morborum circumscribit, quia hæc tempora nil aliud sunt, quā motiones naturæ in materiam morbi: & ob id in accessionibus à cibo abstinere oportet, quia in ipsa tenetur sensibiliter, ac insensibiliter materiam superare. Itaq; cum minus agit natura, plus alimēti potest conficere, cum magis laborat in agendo, minus. Sic & in forma, cū minus patitur, vt in morbis 14. dierum, crassiorē victus formam potest tolerare, cū verò magis patitur, vt in peracutis, longè te-

E nuiorem expostulat. Quibus constat euidenter, nulla lege formā victus vni morbi constitutioni debitā alia posse suppleri, neq; in maiori, neq; in minori quantitate. Quæ sanè doctrina nō excludit coactā victus instituendi rationē, *vt de Gal dictum est superius.* Atqui etiamsi in animo fuerit, in his, quæ hucusq; diximus, speciem victus & eius indicationem monstrare: monitū tamen hac in parte lectorem velim, me quantitatis & occasionis etiam meminisse, id exposcente orationis ductu, & ipsa rationis necessitate, quæ sæpe cogit diuersa texere, & contraria vno loco concludere. Hæc dixi, ne forsan quis miretur, inter victus formas, plura de Quantitate intertexta fuisse.

Nota.

Cum victus species secundum antiquorum mentē mutanda non sit, durante eadem morbi constitutione: reliquū est, ex omnium communi consensu, vt quantitas [illegible] mutetur, prout morbus incrementum ac [illegible] etiam tempora susceperit: quantum verò cuiq; morborum tempori sit

De Quantitate victus.

F indulgendum, haud leue est dubium, siquidem nil est in arte medica, quod tantum facessat negotium, tanque reddat artem coniecturalem, ac auxiliorum quantitas. Verum cum id præcipue in victu necessarium sit (licet artis præcepta inuiolabilia sint) monstrare oportet, & necessitatis rationem, & quantitatis mensuram, & vtriusque indicationē. Primo [illegible] quantitatis variatio necessaria est, tum ob [illegible] mutationem, tum verò ob facultatis diuersum robur, iuxta plus

Quantitatis victus variatio necessaria.

aut minus, quod suffecturam speramus. Rationi enim consentaneum videtur, vt minus eo exhibeatur tempore, cũ laborans magis morbo molestatur, quã cum mediocriter. Nam dum molestatur symptomatũ grauitate, natura eis tantum vacare, nec cibis distrahi exoptat. Dum verò mediocriter, quia cibnrũ coctioni eo tempore magis est intenta, eos auidius appetit, & facilius sustinet. *Sic in principio morborum, cum ægrotantes vtcunq; moderatius habeant, plus cibi indulgendũ est: apud statum verò, quia morbi symptomata in maxima sunt vehementia, nihil esse exhibendum constat*: vtrunque tamen ex Hippoc. *lib. 1. de rat. vict. tex. 21. lib. 1. Aph. 8.* probari potest. Inquit enim: *Inter initia neq; multã, neq; crassam admodum dare oportet: sed quantum & ob consuetudinem, & ne multa vasorum inanitio fiat, ingerere oportet.* Secundo, quando morbus in suo vigore consistent, tunc victu tenuissimo vtendum est. At intermedio tempore inter statum & principium, mediocrem ministrabimus quantitatem. Neq; obstet Hippocratis sententia *libr. de rat. vict. 23. At si os madescat, & quæ à pulmone exspuuntur, talia sint, qualia esse oportet, sorbitionis qualitatem adaugere oportet*: & infra statim inquit: *Et quanto maior fuerit expurgatio, tanto magis ad iudicationem vsq; dare oportet*: nam hæc sententia solum intelligitur de morbis, qui in principio vigent, nam in aliis, qui postea sunt habituri vigorem, transacto principio, minuere semper quantitatem decet, & quo magis accidentia crescunt, vt in ipso status tempore, tũ ob id, tũ verò, ne ab incepta coctione distrahatur natura, eo tempore, quo ipsam est perfectura, victũ minuere oportet: itaq; in principio plus cibi indulgendum est, ne casus superuenientes plus lædant, *vt ex Hippocrate aperte constat.* Cauere tamen oportet principia omnium inflammationum, maximè partium principaliũ, & quæ fluxionem habẽt adiunctam, quibus minus in principio porrigere oportet & plus dum os madescit, hoc est, cum aliquid euacuari incipit: quod forsan dixit, quia incipit inclinatio eius, quod intra inflammationem erat contentũ, vt sonant omnia verba Hipp. *libr. 1. Aphor. 5. Secus tamen res se habet, si talis inflammatio fiat subito, & careat caussa fouente*, nam tunc plurimum errabis, si plus cibi porrexeris, vt in turgentibus siccis comperimus, qui subito in phrenitidem migrant, & morbus forsan plus sit duraturus, quam vires sub inediam in principio ferre possunt. Abdubitare tamen hac in parte decet, *an semper quouis morbo incipiente, liceat plus cibi porrigere*, ob eas, quas mox adduximus caussas. Cui dubitationi breuiter dicimus, non semper id esse verum, sed dum corpus nullo alio apparatu morboso afficitur: nam dum in prima corporis regione crudus cibus, aut quæuis alia excrementa præsunt, satius est, tenuiori vti victus institutione à principio, donec cruditas victus parsimonia euanescat: vt vulgus (quamuis imperitum) quouis affectu incipiente protinus efficit: quod etiam vterque Hipp. *lib. 2. c. 16.* consuluerat. Inquit enim Celsus: *Initia morborũ primum famẽ, sitimq; desiderant*, intelligentes nusquã quemq; ita moderate aut parce vixisse, quin aliquid amplius quam par sit sumat, ita vt quid crudũ, aut excrementorum supersit, cuius ratione in principiis morborũ parsimonia ciborũ vtendũ sit. At Hipp. *lib. 1. de rat. vict. tex. 32.* hanc eandẽ sententiam his verbis exprimit: *Quibus enim cibus statim inclusus, si quis non euacuato sorbitionẽ dederit, dolorẽ, si adest, adaugebit, si non adest, protinus indncit, frequentiorẽq; reddunt spiritus, quod malum est.* Eandem sententiã quoq; profert *Text. 42.* dicens: *Si nuper pasto, & aluo cuipiam oneribus haudquaquam purgato febris vel cum dolore, vel sine dolore inceperit, à sorbitione tantisper est temperandum, donec cibum ad infernam intestini partẽ descendisse coniectum fuerit.* Quod clarius adhuc dixit eodem libro, per hæc verba *Tex. 45. At si nuper cibato cibus prior non descenderit, virtusq; valida fuerit, & floruerit ætas, subducere oportet, si vero virtus imbecilla fuerit, glande est vtendum, nisi aluus sua sponte probe deiecerit*: quibus omnib. locis auctores consuluisse constat, crudis exsistentibus primis venis, aut tenui vtendum esse victu, aut prius vacuandum, antequã cruditates illæ, aut primas subingrediantur, aut alimento exhibito, grauiora fiant symptomata: quam ob rem cõsultissimum est, alterum dictorũ efficere: purgare nimirum in grauioribus affectibus, vti verò victus parsimonia in leuissimis, & iis, quos citra artis aliud auxiliũ natura sola deuincere valet.

At verò quantum sit detrahendum, quantumve à principio indulgendum, quod secundo loco proposueram, difficile quidem est, qua ratione solicitos admodum reddit Hippocr. *lib. de vet. med.* medicos in quantitatis perceptione, quã ipse certiori mensura expendere docet, ex *sensu* nimirum *corporis*: nam quantitas difficulter iudicari potest, nisi in actu ipsius auxilii: sic *sanguinis educendi copia impetu ipsius fluentis à mutatione coloris cognoscitur.* Quantitas etiam humoris purgandi, ex conferentia & tolerantia: eodem prorsus modo alimenti copiam ex bona corporis tolerantia (nam id appellat Hippocrates *corporis sensum*) facile metimur, ita vt neque corpus grauet nimio pondere, neque præ inopia marcescat. Atqui licet alia sint, quæ quodammodo videantur quãtitatem metiri, placuit reducere ad ea, quibus quantitas indicatur, quæ tertio loco sese offerũt. Indicant etenim victus quantitatem consuetudo, & morbi vehementia, vt his verbis docet Hippoc. *lib. 1. de rat. vict. 11. Inter initia neq; multam, neque crassam dare oportet: sed quantum ob consuetudinem, & ne multa vasorum inanitio fiat, ingerere oportet.* Morbi præterea constitutio, ab ea, quam consuetudo indicauit, quantitate detrahit, ita vt consuetudo maiorem copiam, morbi verò natura minorem perpetuo indicet. Ceterum hæc est differentia, quod consuetudo in morborum initiis maiorem obtinet locum, *vt si Socrati laboranti victus formam tenues sorbitiones esse definieris: tantum earum offeres inter initia, quantum solidiori cibo bona vtebatur valetudine.* Morbus verò potiorem præstat indicationem, & in ea præualet (hoc est ciborum ablatione) propè statum: proinde vt morbus eius symptomata cuncta fuerint, ita ab ea, quam cõsuetudo iudicauit, quantitate detrahendum est, vt si manifesto incremento morbi symptomata exacerbata fuerint, penes vehemẽtiam & durationẽ, sensibiliter ab ea victus quantitate, quã primis obtulimus diebus, minuemus. Sic accessiones morborũ particulares ex toto victus quantitatem demunt: iuxta illud Hippocr. *In accessionibus à cibo abstinere oportet.* Sunt prætereà alia multa, quæ quodammodo quantitatem indicant,

Victus quãdo multus, quãdo paucus adhibendus.

Cibus in principio morborum quantus adhibendus.

Quantitas cibi in principio morbi adhibenda vnde metienda.

Victus quantitatem quæ indicent.

G indicant, & ſæpè eam metiuntur, quod apertè mõſtrant [illegible], iuxta Hippocratis ſententiam lib. 1. *Aph.* *Qui [illegible] plurimum habent calidi innati, plurimoq; egent alimento. Senes quidem, quia facilè ſenium tolerant, paucis fomitibus egent.* Pari etiam ratione anni tempus & regionis temperies, ſuo modo quantitatem indicant. ſiquidem æſtate aut autumno, quia cibos difficile ferunt laborantes, minorem iure optimo expoſtulãt quantitatem: ſicuti hyeme & vere copioſiora exoptãt alimenta, quia ventres hiſce temporibus natura calidiſſimi ſunt: quibus accedere oportet eam collationem, quam Gal. [illegible] *Aphor.* 17. adducit inter *virtutem & morbum*. qui locus ab vtroq; ſumit indicatione, quantitatem præbere docet: vt cum virtus valida fuerit, cum humorum corruptione vel defectu, multum & ſæpè dare oportet, quia facultas & morbus id ſimul exoptant.

A Sese offert in hac parte vulgaris illa difficultas, *an grauius ſit peccatum, maiorem porrigere victus quantitatem, quam par eſt, an minorem?* Ratio dubitationis ex eo orta eſt, quia iuſtam menſuram alimenti, aut cuiuſuis alterius auxilii quantitatem, altius difficiliusq; eſt, quam pro hominis captu. Quapropter cum defectu neceſſum [illegible] difficultas [illegible]tur. Cui dubitationi duplex ſuboritur reſponſio. Prima quæ in vniuerſum quærit, quale ſit maius peccatum: cui reſpondet Hippocrates per hæc verba: *Adiectione ciborum intendendum multo minus, ſubtrahere verò omnino ſæpenumero expedit.* Galenus tamen commento illius loci, *lib. 2. de rat. vict* 37. probans Hippocratis ſententiam inquit: *Quod magis eſt, noxas inemendabiles facit: quod verò minus, eas emendabiliores.* Et ne quis exiſtimet Hippocratem contrarium proferre, cum inquit *lib. 1. Aph. 5.* *In tenui victu ægri delinquũt, quo fit, vt magis lædantur:* intelligat hac in parte de forma victus loqui, in illa verò de quantitate. Quo fit, vt nulla interſit contrarietas. Secunda verò dubitatio quærit, *quale ſit grauius peccatum, plus minusve exhibere in*

B *principio, an in ſtatu?* Pro cuius enodatione certum eſt, grauius multo eſſe, prope ſtatum errare, quã in quouis alio affectus tempore, vt ex Hippocrate conſtat, & ex Galeno *lib. 2 de rat. vict. & 1. Aphor.* apertis verbis. *Cum inter initia*, inquit, *minus quam iuſtum eſt, offerimus, virtutem imbecilliorem reddimus, ita vt apud morbi ſtatum omnimodam ſuſtinere mediam non poſſit. Quare cibum tunc temporis offerre cogemur. quod multo grauius eſt, quam ſi inter initia vberius ægrũ reficeremus.* Quapropter ſumma huius rei hæc: grauius eſſe peccatum, in principio minus exhibere, quam plus, & grauius in ſtatu plus quam minus. Qua quidem lege intelligere oportet ſententiam illam Hipp. *lib. de re med.* qua inquit: *Non minor eſt error, nec minus hominem lædit, ſi quis det, propinetve, minus tardiusve, quam ſat is eſt & expediat: quã plus.* Quibus verbis oſtendit, & iis quæ ſequuntur, vtrunque eſſe par peccatum, dum abſolute

C conſideratur. Ceterum reſpectu temporum morbi, qua diximus ratione.

*De Victus Qualitate.*

Tanti enim eſt momenti victus qualitatẽ exactè noſſe, vt hæc ſola & naturam & morbum pariter reſpiciat. Hoc enim habet hæc proprium

*Victus qualitas quid præſtat.*

& peculiare, vt non ſolũ vires cuſtodiat, cuſtoditas nimirum laborantis natura, verũ etiã morbos propellat, non vt cetera, quæ in victu conſiderantur, per priuationem, ſed poſitiue: manifeſtis videlicet quibuſdam qualitatibus, morbo quidem ſuperato deuictoque, vt cetera auxilia, quæ illi opponuntur, efficere queunt. Quapropter duplex erit indicatio qualitatis victus: altera quæ laborantis naturam tueatur, altera verò quæ aduerſus morbum pugnet: quarũ omnium meminit Hip dicens: *Victus humidus febricitantibus omnibus conuenit.* Qua parte oſtendit, quantum poſſit alimenti qualitas in propellendis febribus, quarum finis eſt corpus ſiccitate minuere. Pergit tamen dicens: *Præſertim pueris & iis, qui tali victu vti*

*Qualitatis victus indicatio duplex.*

D *conſueuerunt*, quo oſtendere [illegible], præcipuam qualitatis victus indicationem eſſe naturæ [illegible], ſeu conſuetudine acquiſitam conſeruare. Ceterum ſubaudire oportet nomine affectus ſeu morbi, eius cauſſam: nomine verò naturæ ægrotãtis, ætatem, conſuetudinem, regionem, anni tempus, & cœli ſtatum, quæ quidem ſi temperata ſint, ſimilia, vt natura ipſa expoſcunt alimenta, ſi verò intemperata, contraria. Ac licet hæc [illegible] vera ſint, & hac lege fieri debeant, dum [illegible] morbus & natura, & ea quæ ex parte naturæ ſe [illegible], contraria inter ſe fuerint, in maximas conijciunt vel medicos quoſvis doctos anguſtias: ergo exercitatũ & natura prudentẽ eſſe medicum conuenit, vt cuiuſq; indicationis poteſtate diligenter conſiderata, omnibuſq; inter ſe collatis, vnã idonei victus ſummã, quę laboranti ſit commoda, comparet. Cuius gratia præmittere oportet Galeni ſententiã, quæ in hunc modũ ſe habet, *lib 8 meth. cap. vlt. Vbi ſtatus cœli, & regio intemperata ſunt, cõtraria ſemper indicant: Ætas verò & natura etſi ſint intemperata ſint, non abſolute indicant contraria, ſed m[illegible] dante conſuetudine: vbi verò prædicta temperata ſunt, ſimilia indicant, ſiue valeant homines, ſiue ægrotent. Quod ſi in vno*

E *conueniant, facilis eſt qualitatis victus inueſtigatio: vbi verò diſſona ſunt, quæ maiora digniorãq; eſſe cognoueris, ſunt præferenda.* Quæ omnia facilè probabimus ex iis, quæ ab Hipp. & Gal. didicimus, nã conſuetudinis indicatio poteſtate dignior eſt indicatione proprii temperamenti & ætatis: eo quod ſi quiſpiam ſit ſiccus temperamento, ætate conſiſtens, humido aſſuetus victui, ſiccum ei dabis, ratione proprii temperamenti & ætatis. Ceterum cõſuetudinem magis ſeruare teneris: vt Hip. refert, qui ita ſcribit: *Cibos quibus vti conſueuerunt, facile ferunt, tãetſi natura haud quaquã boni fuerint. ſimiliter & potus Cibos verò quibus vti non conſueuerunt, etſi mali non fuerint, moleſte ferũt. conſimili modo & potus:* in quorũ expoſitione Gal. ita ait: *Cõſuetudo maxime prodeſt, repentinaq; ab ea digreſſio non parũ offendit. Ab ætate igitur & natura intemperatis, non abſolute contraria indicantur, ſed cum conſuetudine: regio verò, anni tempus, & cœli ſtatus, intemperata, contraria ſemper commonſtrãt.*

F Ex quibus manifeſtum eſt, omnes indicationes qualitatis victus ad tres reduci poſſe: nempe ad *Morbum, Conſuetudinem, & Corporis temperiem.* Nec opus eſt hac in parte cauſſam ipſam reſpicere, ſiquidem cauſſarum negotium potius ad prophylacticã artis partem, quam ad eam, quæ morbos curare docet, pertinere videtur. Cum ergo virtus id ſolũ, quod a corpore exolutũ eſt, reponere, aut id, quod alteratũ eſt, reducere debeat: manifeſtum eſt, nõ eſſe neceſſarium aliment[illegible] ſ[illegible] ſis reſpicere. Cui doctrinæ adhæret commutatio quadam aëris [illegible]nſideratio. [illegible] temperies nihil indicat, niſi prou[illegible] [illegible] afficit corpus,

*Indicationes qualitatis victus à tribus ſumuntur.*

namq; tantum indicationis sortitur, quantum corpus ab illo mutatur: Manifestum igitur est, indicationē continentis nos aeris ab ea sumendā esse mutatione, qua nostra afficit corpora. Itaq; id solum scire conuenit, ad quod extremū alteratum sit corpus, an versus calidum & siccū, an versus frigidum & humidum, an parum aut multū à naturali symmetria recesserit: Quod haud difficulter inuenies, si considerationem consuetudinis in medium afferas, vt prudentissime Gal. lib. 9. meth. monuit: *Videtur*, inquit, *nō sicut alia quædam exiguam leuemq; , sed plane maximam maximeq; principalem potestatem habere consuetudinem, vt quæ singulorum corporum naturam ostendat.* & statim inquit: *Sane ipsi via rationeq; ab ea procedētes, fatemur, nos partium affectuum inuenire, deinde ex illo rursus ad faciendorum indicationem venire.* In hoc quoq; pars hæc, quæ de victus qualitate agit, ab ea medicæ artis parte, quæ singularum aut simplicium partium morbos curat, differt: quod hæc quantitatem recessus à naturali temperie nosse desiderat, vt æquali contraria gradu applicet remedia; illa verò solum quærit, versus quam qualitatē in temperamentum sit corpus & aut multum, aut parū recesserit.

Scilicet.

Ab Affectione: Consuetudine & Temperamento.

A tribus igitur qualitas victus desumitur, ab *Affectione*, à *Consuetudine*, & à *naturali Temperamento*: quod varie ab aëre etiam nos ambiente mutatur. Atqui cum hæc in vnum consentiunt, quod simul indicauerint, statim est exhibendum: verum constat contraindicare posse affectum & consuetudinem solum, nam naturale temperamentum semper cum affectu in indicatione qualitatis victus consentit, quia affectus indicat im ablationē, per quam ad temperamentum pristinum ægrotans redditur. Cui indicationi naturalis ægrotantis temperies semper cōsentit. Duo igitur sunt, quæ contraria indicare possunt, nempe *Affectus & Cōsuetudo*, vt si affectus calidus & siccus exposcat humidum victum, consuetudo verò prohibeat: nam calidis & siccis assuetus erat cibis. In hac dictionum contrarietate inquirendum est, *an calidis & siccis assuetus esset*, ob id quod male ex frigidorum vsu, aut quia melius calidis & siccis quam frigidis & humidis haberet, aut à frigidis & humidis nihil incommodi perciperet: si primum contingat, eo esse vtendū victu, qui temperatus sit, aut admixtis adinuicem contrariarum qualitatū alimentis cōficiendo, siquidē dum sanus erat, calidis & siccis opus sibi erat cibariis, vt inculpate viueret. Febre verò correptum, calidū & siccum iam effectum, frigidis & humidis lædes, aut nunc, aut cum febris abierit, nam id præstitit affectus, quod calidis & siccis cibariis quærebatur. Quapropter si tunc iuste ea, quæ calefaciebāt & exsiccabant amplectebatur, non est cur nunc caliditaté & siccitatem affectus frigidis & humidis euertas, nisi multum exsuperet: quod si contingat, victu medio vtendum est, quo excessus securissime refrangatur. Quod si secundum eueniat, dandum est aliquid consuetudini, minus tamen quàm prædicto eo vtentes victu, qui refrigerare & humectare moderate valeat: quod liberalius agere licet, si tertium contingat. Ad tres igitur iure optimo redocere oportet indicationes omnes, nā regionē, & anni tempus, compertū est nō agere, nisi status cœli interuentu, hic autem nihil indicat ex se, sed in quantum corpus afficit. In vno igitur affectu corporis, regionis, anni temporis, status cœli, & morbi, tēperamenti ægrotantis, ætatisq; vires, siue actiones potestate sunt, & id quod tandē ab eorum actionibus & reactionibus, & alterius supra alterū exsuperantia superest, in vno affecto corpore cōspicitur. At cum omnes tres in vnum cōsentiunt, pentum victum audacter porrigere oportet, vt apertis verbis multis locis demonstrat Gal. *lib. 3. de sanit. tot. & l. 8. meth. c. vlt.*

Occasio victus quid præstet.

Non minus facessit negotium, exhibendorū victuum & aliorum auxiliorum occasio, quā eorum quantitas. Nam qua ratione hæc anxiū vehementerq; coniectantē reddit medicū, ob eam quæ in quantitate exhibenda est incertitudinē, sic in occasione exquirenda apprehendendave, (vt quæ præceps sit, nō minor est coniectura, licet certioribus indiciis, hanc quam illā nosse, viro docto & mediocriter exercitato detur. Sūma autem huius rei includitur vniuersa tribus capitibus: in *Consuetudine* nimirum, in *Tolerantia*, & in *temporis morbi Conditione*, seu *Temperantia*. Quorū gratia nosse expedit, aliud esse, occasiones exhibendi victum quærere in continuis affectibus, aliud in interpolatis: nam cōtinuæ febres duo iure optimo sibi expostulant, primum id tempus eligere, quo laborans dū valuit assueuit alimentum sumere: ceterum quæ vnicam à principio ad finem occasionem habent, (nam de his præsens sermo est) victum exoptāt, secundum consuetudinem & faciliorem tolerantiam, quando cibus illis eo tempore est offerendus, quo facilius quā in ceteris morbum tolerent, eoq; potissimū diei tempore, quo prius cibati sunt assueti: Et hæc est Galeni sententia.

Occasio in quibus consistat.

Occasio duplex.

Consuetudo & tolerantia interdum dissentiunt.

Verum scire oportet, quod aliquando consuetudo, & facilis tolerantia in indicatione temporis dissentiunt, quod eo tempore natura, quo erat assueta, alimentum tolerare nequeat: quia febris vehementia tunc vigens id interdicit: quapropter si facilior tolerantia manifesta nō detur, à sola consuetudine, in continentibus febribus tempus nutriendi idoneum sumendum est, sicuti si vincat tolerandi facilitas, ea sola tempus præscribere nata est. Namq; vlla ad id est morbi temporū ratio, nam vt optime ex Hippocratis mente Gal. aduertit, *morborū tempora sui ratione minimè valent victus quicquā indicare.* Inquit enim, *lib. de opt. sec. ad Tra. c. 39. Non enim tempus propositum faciens Hippoc. hanc victus rationem instituit, verū à tempore facultatē mensus est, à facultatis mensura cibi, qualitatem accepit*: id verò ex iis, quæ subiungit declarauit: *Coniectandum enim*, inquit, *an æger duraturus sit: plerunq; enim tempora, quod à facultate requiritur, interuertunt, & ne accipiatur impediunt, nunquam autem quid faciendum sit, edocent.* Itaq; facultatis dispositio, tam in his, quam in interpolatis, quæ ex temporum varietate variantur, facilè docet victus mutationes, & occasiones: quo etiam loco facultatem fatetur, quantitatem & qualitatē victus indicare, quod maximam quidem requirit considerationem. At in interpolatis affectib. longè aliter res se habet, siquidem consuetudo nullum in eis locum obtinet, ob accessionū naturam, quæ statui morborum perpetuo assimilatur in ciborum adhibitione: vt Hippoc. consulit, inquit enim *lib. 1. Aph. 11. & 19. A cibo abstinere oportet*, & rursus. *In, qui per circuitum accessiones habent, nihil*

*nihil dare oportet*: prohibent enim victum initia, incrementa, & status accessionum, tum propter alia, tum vero quia his temporibus natura, aut impedita coctione humoris, velut in statu, aut oppressa multitudine, velut in principio, plurimum laborat: quare hac ratione commodius est, incoante inclinatione cibum exhibere, quam prope accessionem, iuxta Hipp. sententiam, *lib. 1. de rat. vict. text. 46.* quæ in hunc modum se habet. *Nam si pedes frigidi fuerint, non ab sorbitionibus modo verum quoq; maxime a potu temperandum*, quod etiam dixerat alio loco per hæc verba: *Frigentibus ergo pe-* G *dibus neq; potum, neq; sorbitionem, neq; aliud quippiam huiusmodi dabis: frigiditas siquidem pedum, febris accessura signum exsistit. Quo tempore si quid porrigas, maxime prorsus peccabis, nempe morbum non parum augebis.* Atque idem etiam in [illegible] *lib. 4. de rat. vict. cap. 39.* tefert: nempe *cum pedes frigidi fuerint, venter de necessitate calet, fastiditque cibum, intenditur hypochondrium, iactatur propter internam turbationem corpus, mens fixa non est, dolet æger, lancinatur, vellicaturq; vomitu affe-* 31 A *ctat. & si mala vomuerit, dolet.* Quibus collat, quantum sit malum cibum in principiis, aut statu accessionum porrigere. Quapropter supersunt tantum duo tempora, victui exhibendo opportunissima, quorum alterum est *Inclinatio*: Alterum vero *Interuallum*, quæ hac lege sunt in vsum dirigenda: In omnibus quidem, quorum accessio vna ita extenditur, vt citra quietis tempus alteram excipiat, in declinatione ipsa victum porrigere decet, vt apertis verbis ex Gal. *libr. 1. de rat. vict. prop. fin. & 4.* constat, *Opportunum igitur*, inquit, *exhibendi victū tempus fuerit, cum caliditas ad pedes descenderit viscera iam deserens.* Et rursus aperta oratione alia in parte inquit: *In declinatione accessionis dare expedit, non tamen statim victus formam, quam ægrotanti definieris, exhibere, sed magis tenuem, vt si sorbitionibus ægrotantem alere decreueris, satis sit, si potiunculam incoante inclinatione ministraueris, postmodum aut febre cessante, si vsus fuerit natura, aut manifeste remittente, sorbitionem exhibeto*, quod etiam, vt arbitror, scripsit Hippocrates *lib. 1. de rat. vict.* dicens: *Cum calor ad pedes descenderit,* B *tum dare expedit.* Et subiungit statim, *Vtere primum & maxime cremore, postea ptysana.* Quo loco aperte eandem sententiam innuit, vt talem generet sensum: quod si sorbitionibus ægrotantem nutrire debeamus, melius esse inclināte febre à tenui sorbitione incipere, ne ab vnius diei media, ad crassiusculum cibum mutatione subita lædatur ægrotantis natura: Curantes primum, vt quam longissime à præcedentis accessionis incremento, & sequentis principio recedamus. Nam si id spatium amplum fuerit, facile erit idoneum tempus inuenire: Sin exiguum, his coniecturis vti oportet: Considerare enim hac in re differentiam expedit inter acutos & diuturnos morbos, vt Gal. *etiam considerat lib. 4. de rat. vict. 13. lib. 1. 13. text. 4. 15.* Præcipit namque in diuturnis potiorem declinationis partem exspectare, quia satis amplum suppeditatur spatium, ab accessionis varietate: In acutis vero ob earum frequentiam, remissio quidem sufficit. Ceterum dum accessio, *vt diximus*, alteram excipit, pensitare etiam oportet an C maiora obtineat accidentia inclinatio ipsa, quam accessionis principium: Nam in quibusdam grauior sæpe est declinatio principio ipso, in aliis vero è conuerso. Quo tempore [illegible] tempus oportet ad victus exhibitionem [illegible] tu luerint accidentia, in nos nimia [illegible] imbecillitas compulerit, debitum temp[illegible] uerte[illegible], *vt Gal. lib. 11. meth. c. vlt. optime mo*[illegible] re oportet vtrumq; malum, sed p[illegible] maxime, præsertim si in corpore vel [illegible] redundantia subsit. Hac enim occasione cauenda est ante accessionem cibatio, ceu res maxime noxia. Secus quidē res se habeat, cum ob retentionem mordentis halitus aliquis febricitat, aut in corporibus, quæ calida & sicca sunt natura, & gracili constant habitu: Tunc enim, *vt ex Gal. constat*, cibo conuenienti corpore humectiori ac temperatiori reddito, acrium excrementorum minor commouetur copia, & cutis mollior redditur. Quo fit, vt ii, qui incoante horrore per cutim corporis, ab acri excremento mordentes feruntur fumi, cibi & potionis dulci halitu mitiores reddantur: Vnde ob dictas caussas febrilem non concipiunt calorem. Ob id Gal. cibum his durāte horrore concedit, minime autem cum iam calorem febrilem patiuntur: Quod cauendum est in corporibus, quæ à putrido humore febricitant, licet gracilia corpora minus lædantur hoc tempore, quam quæ alterius sunt habitus. Nam hominibus, in quibus corporis intemperies ad calidum & siccum conuersa febres accendit, præsertim vbi vel Solis feruor, vel fatigatio, labor, inedia, vigiliæ, tristitia, solicitudo aliaque huius generis præcesserint, quæ corpus exsiccant, & cæteris coniuncta, acrimoniam intendunt, simul etiam vires deiiciunt: his, inquam, vt primum horrescere, ac febricitare cœperint, alimentum protinus præbere teneris: In nullo namque calido affectu, commode definitur accessio prius, quam illi ex victu humectatio accesserit.

Cibatio ante accessionem cauenda.

Victus ad-hibendi tēpora opportunissima duo.

D

Modum quidem vtendi victu (hoc est, *an repetitis vicibus, & per interualla, an semel & confertim debeat exhiberi*) præscribunt & virtus & morbus simul, secundum illud Hipp *lib. 2 aph. 17.* Et quibus semel aut bis, plura ne an pauciora oporteat offerre alimenta, considerandum. Inquit namq; Gal. *in comm. Quibus virtus valida fuerit, cum humorū corruptione vel defectu multoties & multum cibi adhibere conuenit: Namque multitudo & frequentia ab vtrisque simul exquiritur, quia & multis indiget affectio, & multa potest natura sustinere.* Quo loco Gal. plures alias describit combinationes, à morbo & virtute desumptas, in quibus morbus & virtus idem indicat, aut contrarium: Verum ex vtriusque indicatione, vnica tantum resultat victus ratio. Ceterum hoc vnum superest inter alia, quæ clarioris doctrinæ gratia consulto prætermitto, nimirum non satis esse, quid conueniat morbosis affectibus nosse, sed quid etiam natura ferre possit. Maxima enim opus est prudentia, ne plus aut minus naturæ tribuas, quam ipsa exigat, aut permittat curatio: nam vbi ipsa valida est, audacter præstare possumus, quæ curatio præscribit: Vbi vero vires F labuntur, illis potissimum succurrendum est: At si nec plane debiles, nec firmæ omnino fuerint, sed permiserint cum quadam moderatione fieri, quæ dictat curandi ratio, ita moderari rem oportet, vt nec morbum nec virtutem contempsisse videaris.

E

Victus verū per interualla, an semel exhibendus.

### Consilium circa victus institutionem.

Optimi quidem consilii est ea lex & conditio, vt certitura tantum, & cum prudentia consulat; siquidem proferente Arist. *libr. 9. Eth. consiliũ ex iis est, quæ possunt aliter se habere*: Certiora quidẽ, ne consultoris auctoritati fidentes decipiamur; cum prudẽtia verò, ne quid temere aut committere, aut prætermittere nobis vsquam vsu veniat.

*Consilium ex quibus fiat certum.*

Certum porro consilium fit, dum ex his profertur, quæ longa obseruatione & diuturna rerum experientia eodem modo semper euenisse conspiciuntur. Sic *Prudentia* multa consulit, quæ vulgi opinione veluti desperata videntur: alia rursus pertimescere docet, quæ cuiuis facillima apparẽt: quæ quidem aggredi, tam esset temerarium, quã alia vulgi terrore prætermittere. Quo fit, vt peritissimi medici grauissimos etiam affectus sola victus ratione audeant deuincere, id pertimescentibus vulgaribus: Rursus etiam leuissimos quosdam morbos validioribus aggrediantur auxiliis, renuente vulgi opinione, quia malum aliquod latitare in huiusmodi affectibus præcognoscunt. Atqui cum nõ solum hoc bonum, sed innumera pene alia debita victus institutio promittat, necessum est, paulo diligentius huius capitis negotium expendere, præsertim cum grauis cura, & totum ferè negotium in prisca illa medicina esset, & salutis tuendæ & recuperandæ gratia, victum debitè instituere: Sicut & in hac nostra, quę cum illa vna est, & eadem ratione & experimento inuenta, *vt acutißimè probauerat Hippocr. lib. de vet. med.* Quapropter necessum est, præter traditam, in sanis & laborantibus corporibus instituendi victum vniuersalem rationem, particularibus quibusdam considerationibus & consiliis, quæ à generali methodo effugiunt, tyrones instituere: vt facile & veluti experientia docti, quid agere aut fugere teneantur, perdiscant: Præsertim cũ ita oscitanter hoc tempore, quæ ad victum pertinent, medicos quosdam præterire conspiciatur, vt quis aut nullius esse momenti, aut facilitatis maximæ, iure optimo existimet.

*I. Victus sanorum sit moderatus.*

Ceterum in sanis primum consilium præstat Hippocrates, *libr. 2. aphor.* docens, *eam nimirum semper esse cibi quantitatem ingerẽdam, quæ grauitatem ventriculo non inferat.* Li[illegible]. *lib 6. epid. part. 4. text. 20. Sanitatis*, inquit, *studium est, non satiari cibis, & ad labores impigrum esse.* Ponit etiam legem ciborum quantitati, dicens, *lib. 1. & 3. de diæt. Alimẽti tantum est ingerendum, quantum par sit laboribus.* Sed clarius adhuc in hæc verba prorumpit: *libr. de flatib. Cum quis plures cibos, quam ipse ferre poßit, neque laborem aliquem ciborum multitudini parem adiungit, mala diæta huiusmodi est.*

*Literatorũ in victu error.*

Quo fit, vt plurimum peccent, qui vitam sedentariam agentes, & spiritalibus laboribus, ac literarum exercitiis deditam, plurimam variamque ciborum copiam ingerunt. Verum quia, *vt Hippocr. refert*, impossibile est huiusmodi mensuram præscribere, (inquit enim *lib. 1. & 3. de diæt. De diæta humana exactè quid conscribere, vt ad ciborum copiam laborum commensuratio ac symmetria fiat, non est poßibile: multa enim sunt impedimenta.* Nam mensuram ac proportionem laborum ad multitudinem ciborum metiri oportet, penes hominis naturam, & corporis staturas, ac ætates & mutationem ventorum, & situs regionum, in quibus degunt, & anni constitutionem, cœli statum, & alia pleraque, quæ eisdem locis diligenter considerat. Tantum ob id cibi cuique sanorum porrigere oportet, quantum ipse meretur Hipp. *libr. de vet. med.* per hęc verba: *Modum autem neq; pondus, neque numerum aliquem, ad quem referas, cognosces, certitudinem enim exactam non reperies aliam, quam corporis sensum.* Quapropter inquit: *Operosum est, ita exactè conijcere, vt paruni in alterutram partem delinquas.* Ex cruditate etiam aut prospera coctione, dum ob alimenti vitium cruditas non proueniat, metiri eandem quantitatem consulit Hippo. *lib. de loc. in ho.* dicens: *Cibos offeramus ea copia, quantum corpus, cui offertur, superare valeat*: quod aliis verbis protulit Auic. *lib. 1. fen. 3. doc. 2. c. 7. non esse numerum ingerendũ vsq; ad satietatem integram, sed reliquiis famis nondum cessantibus, surgendum esse a mensa*: item eadem parte inquit: *Non sumatur vsque ad respirationis paruitatem, pulsus vero magnitudinem.* Atqui licet Gal. contrariũ sentire videatur, qui ventriculo temperato tantũ concedit, quantum appetit, & calido plus, quia minus appetit, quã concoquat: Cum hoc tamen Auicen. sententia verum tenet, non solum in frigido ventriculo, qui plus appetit, quam concoquat, sed in omnibus. Ratio est, quia pene vniuersos homines potius trahit alimenti voluptas, quàm vera fames. Quapropter consulit Auic. ne appetitui ex toto concedamus, illi inquam appetitui, qui imaginationẽ & memoriam retroactæ voluptatis sequitur, no veræ ventriculi appetentiæ, de qua iuxta variam eius temperaturam sentiendum est, iuxta Gal. sententiam. Quod vero de pulsu profert Auic. nullam habet excusationem, quia, *vt Gal. lib. 3. de caus. puls. docet*, moderata cibi quantitas pulsus edit maiores, & vehementiores; immoderata vero inæquales potius, quam maiores.

*2. Victus prauus fugiendus.*

II. Consilium est, nihil esse æquè in victu homini necessarium, quã à prauo victu fugere, quod his verbis monstrat Galen. *lib. 2. de alim. facul. de cucumere: Illud perpetuo memorandum est, quod pertinacis cuiusq; eduli natura, quamuis faciliter à quopiam conficiatur, succus tamen ipse in corpus digestus, antiquam naturam mordicus sit retenturus.* Proinde omnibus praui succi edulis, quamuis probe ac per particularem substantiæ proprietatem à quibusdam conficiantur, abstinere in totum consulerim: Clam enim sensimque longa dierum serie, prauis in venis succus ex ipsis suggeritur, qui leuissima accepta occasione, morbos sæuissimos, & mire contumaces excitauit. Auic. *lib. 1. fen. 3. doct. 2. c. 3. 9.* etiam asserit, *in senecta lui adolescentia peccata*: quod etiam antea docuerat Hippocrates.

*Adolescentiæ peccata luuntur in senecta.*

Cum hoc tamen delectationis non parua cura habenda est. *Parum deterior*, inquit Hippocrates, *lib. de affectionibus, cibus ac potus, modo iucundus sit & gratus, bono & iocundo omnino præferendus est*: Suauiorem enim cibum melius ventriculus amplectitur, atque adeo rectius conficit, vt verum sit illud Auicennæ; *Quod sapit nutrit.* Dimitto etiam, quæ consueta sunt. Nam vt minus solent molestare, ita facilius superantur.

*3. Victus robustorum non sit exquisitus, sed mediocris.*

III. Verò consilium sit, eos, qui temperata robustaq; natura sunt, non teneri exquisito & perpetuo selecto vti victu, sed mediocri: In quo licet leues vtrinque excessus committantur, facilè natura tolerabit. Nam temperatura benigna & robur

bit errores illos citra noxam emendabit: Siquidem [illegible] est ex [illegible]tudine commodum, quàm exerto [illegible] dannum. Sani enim homines, *vt refert Celsus*, non tenentur ita religiosè huiusmodi [illegible] præcepta obseruare, sicuti consulendum esse censeo, iis, qui aut vitio totius, aut partis intemperamento facto laborant. Quos equidem decet hac lege viuere, ne quod morbosum est, deterius fiat, & si quid boni superest, etiam sua sponte pereat. Pari lege in laborantibus consulit Hippocrates *lib. de affectionibus* cibis vti, quibus sanitatis tempore ipsi vtebantur, dummodo correctione antea præparentur, iuxta affectus naturam. Inquit enim: *Quibuscunque cibis, aut potibus homines sani in victu vtuntur, ex his oportet præsentibus vti ad ægros, ita vt præparet calidos & frigidos, & humidos, & siccos, ex frigidis quidem calidos, & calidos ex non calidis, &* G *siccos ex non siccis, & reliquos eodem modo. Neque vero de præsentibus desperare oportet, tanquam nihil possint, & absentes quærere, qui nullam vtilitatem ægro afferant:* Et in fine eiusdem libr. inquit amplius id elucidans: *Quæcunque sanis commoda sunt, ea etiam ægrotis exhibita fortiora sunt, & oportet detracto ipsorum rigore ea dare, alioquin non fert ipsa corpus, sed magis lædunt, quam prosunt.*

Ad artis præcepta viuant pauci.

A Placet etiam omnibus consulere, eam esse sumendi cibum præstantiorem horam, in qua priori cibo homines leuatos, ventriculoque exonerato confecisse priorem cibum percipimus, fameque ad expetendum cibum commouentur.

Hora sumendi cibi præstantior quæ.

Cum huc tamen consuetam horam in prandio seruare, optimum est consilium. Nam qua ratione eam anteuertere, cruditatis est caussa, eandem protrahere, etiam est morbosum. Tolerare namque famem, ventriculum prauis implet humoribus. Ac si consueta hora importuna fuerit, eam in meliorem sensum immutare oportet, iuxta vitæ institutum, & negotiorum indigentiam. Quapropter non displicet eorum sententia, qui in viris optimatibus, magistratum & Reipublicæ administrationem gerentibus, perpetuo meridianum prandium dehortantur, & mane leui aliquo ingesto cibo opiparam cœnam magis probant: quia eo tempore somno superueniente, & silentibus negotiis, facilius plus alimenti con- B ficitur. Verum in quibus aut propter vxorem, aut familiam id commode fieri nequit, cœnam ex toto auferre tutissimum est, vt quod interdiu concoquere non valuerunt, citra noui alimenti (quod sæpe est maioris cruditatis caussa) sumptionem facile concoqui possit.

Ceterum, quod ad cibationis tempus attinet, per diem in æstate, in aliis temporibus, & potissimum in hyeme, etiam in prima noctis parte cibari conducit. Nec eos imitari licet, qui totam noctem in conuiuiis & potationibus consumunt, adeo vt, antequam cibus vnus aut potus assumatur, præcedentes cocti sint. Quoties autem in die edere conueniat, inter Doctores non conuenit. Quidam ter in die esse comedendum dixere, alii bis in die, alii semel, nonnulli etiam, inter quos Auicennas & Auerrhoes, ter in duobus diebus. Galenus videtur approbare, vt ter in die cibemur. Prima cibatio sit modica ad tertiam diei horam: secunda ad sextam pro prandio verius esse edendum: tertia vero post septem aut nouem C horas cœnare. Qui semel in die comedunt, vt apud antiquos olim fieri solebat, [illegible] bis in vsu ad noctem, ita vt solum cœnarent [illegible] etiam apud nos prandent, sed non [illegible] bis in die cibantur, prout variat dies, ita etiam horam variant. Tempestiuius in æstate prandent [illegible] cœnant, sed per hyemem tardius. Sed [illegible] numerus magis laudetur. Profecto bis in die comedere pro sanitate conuenientius est, sicuti temporibus nostris in [illegible]sum venit. Nam vna cibatio in die, teste Hippocrate, aluũ sistit, & corpus gracile reddit. Cum enim, qui semel in die comedunt, cibum copiosum cogantur assumere, non potest natura illud bene ferre. Ex alia parte, qui ter in die comedunt magis occupant naturã, quam deceat. Qui vero ter duob. diebus comedendum autumant, melius dic[illegible]t, quam illi, qui ter in die id faciendum esse aff[illegible]mant. Hæc dicta tamen esse volo de perfecta æt[illegible]te & temperatis hominibus. Nam temperamenti, ætatis, loci, aut victus diuersitates facere possunt, vt variet cibi numerus, quia ter in die comedere pueris, & valde senibus conducit magis, quam bis: & sic An- D tiochus medicus & Telephorus Grammaticus viuebant, & Galenus eos sequutus. Verum adeo erat parcus cibus primus, vt vix pro cibatione numerari posset. Æstate etiam, & his, qui valde exercentur, calidis hominibus ac pictocholis, ter in die comedere magis cõducit, quam bis. Temperatis autem bis, ceteris tẽporibus, hyeme vero semel. Sed terna cibatio, & ea in duob. diebus, ita vt altera die semel, altera vero bis saturentur per interualla, conducit sanitati. In his præcipue, qui plurimũ edunt ac bibũt ad repletiones curãdas. Atq; hæc de cibationis tempore & numero dicta sufficiant. Nunc de ciborũ quãtitate verba faciã.

Ad valetudinem autem tuendam, nõ satis est bono vti alimento, & detestari prauos cibos, nisi ita moderetur eius quantitas, vt fiat error ad excessum vel defectum: sed frequentius peccatur in excessu ob naturæ auiditatem. Quamobrem bene adagio fertur, *plures occidere gulam, quam gladium.* Quæ vero debeat esse cibi & potus quanti- E tas, exacte describi nequit, cum ea variet pro diuersitate naturæ, temperamenti, ætatis, temporis, regionis, consuetudinis, artium & multorum aliorum. Hippoc. nullam aliam mensuram adhibendam esse statuit, quam corporis cuiusq; sensum, quia vnusquisque sui alimenti mensuram, quam ferre potest, statum, & sic in effectu statuere debet, vt neq; cruditatem, neq; nauseam, aut eructationes ex copia sentiat. Cauẽdum est etiã, ne ob inopiam extenuentur. Porro quantitas alimenti mensuretur ex quãtitate laborum & exercitii. Agricolæ igitur milites, fabri, artifices manuarii, nautæ, prœlia torquentes multum edant. Literati vero, religiosi & senatores parce viuant. Breuiter tantũ temperatus & sanus homo comedat, quantũ appetit. Quantũ n. appetit coquere potest: vltra nihil. Succedit iam ciborũ varietas.

Fugiendum etiam fere omnes medici censent, à ciborum (præsertim diuersæ naturæ) varietate: quod doctissimus ille Dissanus medicus apud Macrob. *lib. Saturn. c. 4.* sapiẽtissime admonebat. Et Socrates suadere solitus erat, *illos cibos potusque vitandos, qui vltra sitim, aut famem sedandum, appetentiam producerent.* Nam cum diuersorum ciborum diuersa sit natura, efficitur, vt alii [illegible] celerius, F tardi-

Ciborum varietas vitanda.

tardiusve cóficiantur, quod cum accidit, mirum generat in ventriculo cruditatem, & in venis corruptelam. Quod etiam aperte damnauerat Hip. lib. de flat. his verbis: *Cibos varios, & dissimiles inter se simul assumere, ad prauam victus rationem pertinet. seditionem enim mouent, quæ sunt inæqualia, aliaque citius, alia difficilius coquuntur.* Cum hoc tamen non desunt, qui libere audent asserere, alimentorum varietatem potius, quam simplicitatem probãdam esse. Quod conãtur elicere ex nostræ naturæ dissimilibus principiis, quorum vnumquodque peculiare sibi exoptat alimentum: & sic varius natura nostra gaudet. Quod etiam probant quotidiano vsu, quia nullus est, qui in quacunque cibatione non vtatur pane, carne, oleribus, vino & fructibus. Ceterum, vt ego censeo, ciborũ multiplicitas necessaria est, sed non ea, quæ in magnatum mensis quotidie reperitur, licet si quis eis assuescet, nihil mali persentiet) Sat enim ea est, pro corporum variis principiis, quæ in pane, carne, & vino, ac aliis communibus edulis reperitur. Ceterum probo magis mutationem à variis & diuersis, ad vulgaria, quam è conuerso, quia id grauius fert natura.

G

Nocet etiam minus (si id sors tulerit) alimentorum varietas, si recto ordine ingerantur. Nam quæ tenuia sunt, vt quæ facilius superantur, præire debẽt, eo quod antequam crassa aliquid mali perpetrantur, locum adeunt inferiorem, in quo facilius coquuntur, vt quæ sempi præparata iam sint, à ventris superiori parte. At si quis, aut deprauato more, aut ciborum illectamentis, plusculum ingerat, optimum est consilium (præter somnum, quietem, & crastina die lentam deambulationem) vnica die in hebdomada, videlicet à meridie in meridiem, cibum ex toto circumcidere. Conterit enim hoc relictas ab indebita victus ratione cruditates, ac præcauet maximos grauissimosque & continuos morbos. Qua equidem viuendi ratione plurimos cognouimus, multos annos integra valetudine vixisse.

34 A — Cruditatem qua demã: 1.

2\. Obseruatione etiam probatum habeo, & magnopere expendendum est, si quis ob copiam, aut vitium alimenti, cruditatem insolitam patiatur, parum iterum alimenti sumere, quod melioris sit substantiæ, cruditatem enim aufert. Quod equidem licet alienum à ratione primo accessu, & ab auctorum testimoniis esse videatur, cũ hoc tamen verissimum est, quia natura iterum noui alimenti aduentu (cum id ex propria lege habet efficere) coctionem aggreditur: Et quod antea non valuit perficere, nouo accessu coctioné præexistentis alimenti, & nouiter assumti feliciter perficit, nam crudum, quod super indigestum, morbum generat, id tantum est, quod iterum superat ventriculi vires: At quod in parua quantitate est, quæ solum valeat naturã ad coctionem iterum reuocare, tantum abest, vt morbum efficiat, quod potius cruditatem demat. De victus vero ratione iuxta ætates, regiones, & alia his similia, quia importunum esset agere, merito Aëtium lib. 1. sect. 3. c. 29. legere consulo, qui id ad vnguem disputare conspicatur.

B

Victus morbosorum qualis & quantus esse debeat.

Ceterum ad morbosa corpora tempestiuum est iam deuenire, quorum gratia diximus vniuersalia omnia, quæ præcedenti capite traduntur, dum in genere affectus considerantur. Verũ quia particulares quidã morbi peculiaria sibi dogmata exquirunt, quæ obseruatione ex vsu esse cognouimus, decreui circa difficiliores, quæ proficua esse scio consulere. *Plus enim*, inquit Hippocrates, *lib. de vet. medicin. morbosis, quam in sanis corporibus elucescunt in victu errores: Quapropter plus cauere oportet. Sæpe quidem ob improbam victus institutionem quantitate, occasione, aut vitio lapsam affectus diuturniores, aut grauiores fiunt, medicis caussam ignorantibus.* In primis febris causus, modo à bile, modo à salso humore prodeat, præter vniuersalia præcepta, contrariæ qualitatis victum perpetuo exoptat, videlicet, *sorbitionem, quæ ex aqua hordei, prunis, aceto*, & aliis paratur, dum vires plurimum constant: Quibus ego parum auderem fidere, in affectu, cuius efficacia ad vires dissoluendas tanta est, præsertim dum ex salsa pituita procedit. Quo tempore crassius exposcit alimentum, vt *ptysana*, aut *acrem ptysana*, quæ *addito saccharo, & pauco, tempo acetoso probe conficitur*, aut *panatella, ex succo granatorum, & decoctione hordei cum saccharo confecta.* Quapropter in causo de ex flaua bile his vteter libenter, & aliis edulis, quæ frigida & humida sunt: In eo vero, qui ex salsa pituita fit, præter ea, quæ nuper diximus, decoctum pulli, aut pullum ipsum, animum præberem, additis, quæ refrigerant, & humectãt, præsertim quæ citra adstrictionem acetosa sunt. At si aluus turbata fuerit, crassiore adhuc vtar victu, præsertim si laborans habitu sit raro, & plurimum exsoluatur: Nam compertum habeo in huiusmodi affectu, vires multum vigere. Duo præterea, quæ maximi sunt momenti, expendere oportet, circa hunc affectum. Primum, quid sibi velit Hipp. per illud verbum. *attractorias potiones*, quibus in his iubet vti. Ac ne longius abeam, licet Gal. *lib. 4. de rat. vict.* absque interpretatione reliquerit, subaudire oportet, *sorbitiones trahẽti pharmaco mixtas*, vt mos erat antiquis medicis miscere, & ipse etiam Gal. *lib. 13. meth.* in phlegmonis iecoris curatione, *cortice Ellebori in ptysana, mercuriali, & philunla* vtitur. Quod quidem non est vulgate præceptum in vehementi, aut maligna febre, præsertim dum purgatio admodum est necessaria, timeatq; medicus ne ægrotantis vires labantur: Nam sorbitionibus mixta medicamenta, minus commouebunt, calefacient, & exsiccabunt, quod non est in pestilentibus & malignis febrib. tutissimum. Inquit enim Gal. *lib. 2. aph. com. 13. Nonnimus plures esse ex ægrotis malos, quam mortuos, nisi pestilens sit constitutio.* In iudicatione autem natura irritantes humores ad expulsioné mouet: In qua quidem commotione solet in plurib. victrix exire, nisi dum pestilens morbus fuerit. Cauendum ergo hac ratione est à puris pharmacis in pestilẽti constitutione: Ab vtroq; enim, & à pestilenti humore moto, & à pharmaco, ægrotãtis robur absumitur: Prudẽtissime igitur Hippocrates in maligni causi curatione, *sorbitiones attractorias* ministrari iubet. Secundo vero monẽdus mihi lector est, ne adstringentibus in legitimo causo vtatur, neque plurimum frigidis, siquidem & fluxu sanguinis, & sudore huiusmodi affectus soluuntur, *vt ex Hippocrate lib. 4. de rat. vict. aperte constat.* Quæ autem potentia nimis frigida sunt, sicut ea, quæ adstringunt, vtriq; obstant terminationi, multoque minus eis licet vti in non legitimo, siquidem humor huius febris difficilis est coctionis, idque maxime

C — Victus in causo.

D — Cautio I. Potiones attractoriæ quid.

E — Cautio II.

maxime quia à frigida, crassa, & glutinosa pituita fit, quapropter abscessu solet hæc febris terminari: *et à Galeno libr. 4. de ratione victus, scriptum est:* Quare omnia, quæ potentia frigida valde sunt, incommoda esse censeo.

*Victus in synochis febribus.*

In synochis vero febribus cum semper hæ viribus robustis iungantur tenuem licet porrigere victum. Sed postquam putredo inceperit, vberius oportet laborantem alere, id exposcente humorum corruptione, *iuxta Galeni decretum libr. 11. meth. & 1. aphor. 17.* Alioquin periculosum est, & competum facile vincetur. Item cauendum est à plurimum frigidis cibis, nisi dum caloris sæuitia, posthabitis aliis indicis, id exposcit. Nam hæc humores incrassant, & vias arctant. Atqui tota curandi ratio in feruoris humorum extinctione (*qua potu aquæ frigidæ fit*) consistit. Aut bullientes humores per corpus, hæc libere transpirare docet: Nam febris remissio, ex efferuescentium humorum transpiratione fit, quam duplici arte moliri possumus, nempe cum aut pori totius corporis aperiuntur, aut humores æqualiter G minuuntur, quo fit, vt adstringentia & nimis frigida in victus ratione (secus se habet de potu) omnino à ratione & vsu aliena sint. Quapropter ante iudicationem ets non oportet vti: Nam sæ-35 pe contingit crises fieri infelicius, natura ex frigiditate obtusa, & poris fere occlusis.

*Victus in interpolatis ex bile.*

In interpolatis vero ex bile, sæpe ob victus indexterum vsum ab accessione iterum incalescũt laborantes. Quod factum esse suspicor, quia diuersa vtuntur victus forma: Nam in die quietis A carnem præbẽt, vt pullum, aut similem huic victum: In die vero accessionis, lactucam aut aliud tenuius, quod antea verum esse, in proba victus ratione monstrauimus: Siquidem eadem victus forma toto morbi tẽpore seruãda est, etiam si ab omnimoda inedia (*qua in accessionibus vtimur*) ad crassius alimentum transire non detur, *vt paruin antea probauimus*, sed parum ante integrum prandium, quid tenuius porrigere oportet, ceterum consulere semper vires decet. In *tertianis* vero *exquisitis* cum ingens sit calor, & duplex necessitas, ac tum non sit tanta meatus, & poros aperiendi necessitas, vt in continentibus, in quibus maior præest plenitudo, audacius licebit refrigerare, licet etiam in hoc modum seruare oporteat, ne in notham degeneret. Prodest nanque *panem* præbere *infusum aqua cichorii per duas horas, superspersio sacchararo, & succo arantiorum*: Est enim præstantissimũ alimentum & medicamentum. Ceterũ duplex illa B siccitas, quarũ altera positiua ex bilis natura, altera vero priuatiua ex sanguinis cõsumtione est, duplicis naturæ alimentũ præscribit. Primũ non tenuem ac exquisitam, *vt multi falso existimant*, sed pulli carnẽ præbere oportet, qua facile reficiatur, quod quotidiana dissolutione deperditur. Secundũ vero humidum, vt iius est, & ex oleribus plurima, quæ quod flauæ bilis actione exsiccatum est, humectent & refrigerent. Ceterũ non decet plurimũ hortensis fructibus vti; Nã substantiæ sunt corruptibilis, quo etiã fit, vt ii, qui vtraq; die, accessionis videlicet & quietis, laborãtes tenui victu nutriunt, in marasmum (præsertim eos, qui gracilis sunt habitus) facile ducant: Alios vero in nothã tertianã, quapropter, licet die accessionis minus sit exhibendum, eiusdem substantiæ sit oportet.

*In febre pituitosa.*

In febre quidem pituitosa cauendum est protinus à principio, ab iis, quæ poros aperiunt, præsertim ante corporis vacuationem. Ceterũ transactis vacuationibus, cibariis alia tenuium partium admiscere conuenit, & alimentum parare actu siccum, & solidæ substantiæ, tamen potentia humidum, quale est, quod ex assis carnibus paratur. C Censeo quidem assa omnia humiditate interna ac propria humidiora esse, quam elixa, quod à crusta foris ab igne inducta, interna humiditas seruetur: Contra, elixa humiditatis alienæ plus habẽt, quod sint aqua incocta, & minus propriæ, quod exhalet à continuo feruore & dissipetur, quod ex Aristotel. *part. 1. probl. 53* aperte colligitur his verbis: *Quantum enim humoris in superficie residet, aboletur, quantum intestinum est, manet intactum*, qua ratione quoq; carnes assæ elixis humidiores sunt: Latẽret enim hæ febres humiditatem te soluunt: Quo fit, vt more febris hecticæ, cui valde similantur, præsertim ea, quæ apud vulgus *lattica* appellatur, victum, qui maxime virtutem corporis augere possit, exposcunt: Quia harum febrium caliditas & superflua humiditas per totũ ad inimas vsque partes dispersa est, & more naturalis D humiditatis vagatur: Quo fit, vt natura eius separationem & expulsionem non curet, sed eam ob mixtionem ad minima cum naturali, humiditate, seruet. Vnde hos neque euacuatione ventris, nec fluxu sanguinis sanatos vidimus: Quinimo si sponte, aut à medico imperito, aluus moueatur, deteriores redduntur. Quod si aliquandiu manserint euacuato bono simul cum malo, separatione non facta, moriuntur. Quapropter scopus curationis in iis fuerit, eos more hecticæ nutrire. Oportet enim totum id, quod in iis de humiditatibus est superfluum, sensim absumere, ciboq; salubriore reficere, & præstantiores inducere qualitates, quæ eas humoris conditiones, quibus corpus affectum est, contrariis successiuis euertant. Sed, pro Deum immortalem, quoties (si medicus vt prudens hæc consuluit) rudis plebecula conqueritur, ac eum turpiter carpit, tanquam nihil agentem; sed quisq; quod ex arte est, tantum eligat, posthabitis quæ vulgaria sunt.

*Radix Indicæ.*

Nec silentio prætercam, in his febribus radicis Indicæ decoctum esse vtile, ac sæpe vt laborantes sudent vtilius. Sicuti in cibis miscere allium,

*Allii laudes.*

E cuius laudes facile reperies apud Dioscoridem huic febri esse accõmodatissimas: roborat namque naturales facultates, putridos humores corrigit, præterea à centro ad circumferẽtiam facile ducit, quæ omnia in huiusce naturæ febribus admodum proficua sunt.

In aliis quidem pituitosis febribus, cibis admiscere oportet, tum quæ attenuent, tum quæ incidant, tum vero quæ calefaciant medicamenta, & alimenta, prout pituitam peccare visum fuerit, crassitie, lentore, aut frigiditate. Cum hoc tamen non est, iis, qui febre pituitosa laborant, tenuior victus adhibendus, quam iis, qui tertiana, vt aliqui autumant, credentes, maius facessere negotium labores tertianarum, & maxime vires prosternere, quarum ratione vberius nutrire oportet, siquidem pituitosæ, & minus labefactãt facultates, & plus habent humoris crudi. Ignorant quidem ii, victum non solum esse pro præsentis facultatis statu instituẽdum (vt in tertianis,

in qui-

in quibus licet facultas langueat, cito morbos finiturus est) sed & propter futurum, qualis est, qui F in quotidianis & pituitosis aliis speratur, ob longam & assiduam defatigationem; Namque non minus ad tempus labefactat naturã assiduus labor, ac diuturnus, quinimo plus, quã vehemens, dum intermittit aut breui cessat tempore. Ceterum expendendum est hac in parte, difficile admodum esse in his febribus, debitum instituere victum, vt palam monstrat auctorum in hac re varietas. Quod censeo esse ob diuersam huius humoris naturam & conditionem, ac corporis etiã diuersum statum. Quapropter expedit, semper prospicere virtutem, & eum victũ porrigere, quo possit ad statum peruenire. Quare cruditates in primis venis existẽtes, potius clystcribus, aut lenienti medicamento extrahendas esse existimo, quam tenui victu discutiendas. Humores vero tenaces, crassos, frigidos, & aliis prauis qualitatibus affectos, corrigendos potius suis contrariis, quam ob tenuem victus coquendus, vt multi existimant, licet aliquando maiorem aut minorem G cibi quantitatẽ porrigere oporteat, prout corpus robustius & plenius, aut imbecillius fuerit. Hæc quidẽ dixerim, vt admonitos habeam studiosos, ne decipiantur in mira auctorum varietate circa victus administrationẽ, in huiusmodi febribus.

In quartana.

In quartana vero febre licet varias etiam reperire in victus ratione opiniones facile sit, semper mihi vt optimum consilium probaui, in iis, quæ ex aliis degenerarunt affectibus, crassiusculum victum porrigere. Non enim est, quod virtutem multum defatigatam præcedente febre, tenui vi-A ctu exsoluamus: Nam in huiusmodi quartanis, 36 quæ post alias succedũt febres, semper ab intemperie aliquod viscus molestari compertum est, quo morbos fouetur, & durationis eius fiat caussa. Quo fit, vt duplex sit sanandi scopus, vnus virtutem custodire ex præcedenti morbo languentem, & pręsenti fatigatam victu, coqui virtuti vrgenti debetur: Alter vero alterantia medicamẽta porrigere, quibus viscera ad pristinam reducantur temperiem, ceterum hæc misceri alimẽtis debent, vt antea docuimus; Nam præstantius quidem est, quam si nuda exhibeamus. Hac enim ratione viscera veluti renutriuntur, & simul, quod præter naturam est, aufertur. Fugiendũ igitur est à [illegible]iis medicamentis, & pręsertim à reiteratione, quã non solum non prudesse tunc temporis, sed nocere certum est, cum multoties per illa cibos fastidiant laborantes, & imbecilliores reddãtur, quo fit, vt res inprospere succedat. At in febre quartanæ, quæ repente & à se ipsa incipit, tenuem victum, vtpote qui faciliois coctionis sit, vsq; ad B dies viginti, qui septẽ periodos continẽt, probo. Sed expendat hac in parte lector, ne omnino ea, quæ ignorat, tanquã inutilia, aut iocosa damnet, vt apud medicorum vulgus passim fit: Nam cum in quartana febre compertum sit, cibaria diuersa & prauæ substantiæ (vt *ficus virides*, *vuas nocturno rore madidas*, *porcinas carnes*, *& huiusmodi alia*) liberare multoties eos, qui hac febre laborant, citra vllam rationem, & casu id factum esse existimant, præstare potius occasionem cognoscere, quo id fieri necessum est: vt si quando adfuerit, ea vti sciat. Qua ratione in memoriam reuocare oportet modum, quo accessiones in morbis, qui repe-

Ficus virides, vuæ madidæ cur liberent à quartana.

tunt, per paroxismos fiunt, nimirũ natura irritata à caussa, quæ indies aggregatur, iuxta humoris conditionẽ: veluti in quartana quarto quoq; die aliquid accrescit, & natura irritatur, vt id expellat. Quo fit, vt intercipiatur accessio, & deficiat dupliciter, aut ratione facultatis expultricis, aut ratione superflui aggregati: Ob facultatem quidem, aut quia non irritat, sensu facto obtusiore, aut vehementi animi passione expultricem ab opere suo perturbantem. C Ad primum modum reducuntur medicamenta, quæ vires habent narcoticas, vt *theriaca*, *athanasia*, *philonium Romanum*, *& huius census alia*, quæ sanare quartanas febres, ex Galeno & aliis præstantissimis auctoribus, ac experientia compertum est. Ad secundum reducitur, quod vulgo fertur, ob vehementem lętitiam aut timorem, plures à quartana euasisse, sensoria facultate munere suo non fungente, ex quibus constat, nulla facta expulsione ob facultatis detentionem, interrupta accessione morbum subsidere. Ratione vero superflui, id etiam contingit, aut quia non aggregatur humor, aut quia euacuatur: Primo modo adhuc dupliciter, aut ob vigorem virtutis coctricis, aut ob defectũ caussæ aggregantis. Atq; hoc etiam dupliciter, aut vt efficiens, aut vt materia: Ob materiam, quando febre quartana correptum, iis alimẽtis alimus, quæ suapte natura in melancholiam verti nequeunt; D vt calida & humida, quæ non sunt crassioris substantiæ, quod præcipue cõsequitur, dum adiungitur coctricis facultatis robur, quo huiusmodi alimenta facile deuincere queat. Vtroque enim modo quartanæ febres euanescunt, nempe efficientis caussæ, & materiæ ratione, illa, quæ vt validior aggregat, hęc vero, quę vt benignior & ineptior ad melancholiæ generationem materiam non suppeditat: Hac lege *oleum amygdalarum dulce, cum croco, & pauco aceto mistum* sanat quartanas, & etiam *stillationem ex vino & lacte* plures sanasse constat. Roborare etiam facultatem, sæpe est vltimum præsidium, quod quidẽ robur dupliciter comparatur, aut absolute, aut respectu alicuius cibi & potus, qua quidẽ ratione fit, ea quæ nimis delectant, & placent, melius à coctrice coqui, ab attractrice trahi, à retentrice retineri, & vberius multo nutrire, & minus superflui ab eis, quam ab aliis implacido suppeditari. Hoc modo cibum, quem auidissime febricitantes appetunt, quartanam posse sanare, experientia compertum est: Qua quidẽ via plurimos *carnis porcinæ*, aut huius naturæ cibi vsu, à quartana liberatos vidimus. E Quia enim nimis appetitur, recte coquitur in vẽtriculo, iecore, & venis. Quo fit, vt parum excrementi ex eo colligatur, & intemperiem siccam mite corrigat. Sic vinum, quia absolute roborat naturales actiones, pręsertim odoriferũ, ebrietate inducta, sæpe soluit quartanas. Curãtur etiam ex superflui expulsione, vt medicamenta melancholiam educenda probe efficiunt. Sic plures fructus, vt vuas & ficus nocturno rore imbutas ventrem mouentes id perficere constat. Ceterum ea lege fieri debent hæc omnia, vt præmittãtur, quę pro morbi ratione, ex vsu sunt alimẽta. Præterea diligenter inquirito, quemnam ex cibis febricitantes ardẽter appetãt, ac si ex his fuerit, qui qualitati atrabilariæ cõtrarius est, & talis substantiæ, vt difficulter in melancholiam commutetur,

Quartanæ cura.

Quartana curatur acidissimo cibi appetitu, vt & vino odorifero, &c.

Nota.

mate[illegible], [illegible] bor[illegible] por[illegible] hec [illegible] con[illegible]cta [illegible] quæ binutio venturæ accessio[illegible], quod cum horis distet, comedatq; pro appe[illegible] ra saturitatem, verùm si cibus, qu[illegible] in appe[illegible], melancholicæ naturæ sit, considerare tum opus est signa

F

coctionis: Quæ si [illegible] sint, d. [illegible] loco, quo diximus modo: quod si non, modicum illius abnegare noli, sciens nonnulla fieri, & plura posse citra rationem homini manifestam.

Victus in hæmitritæo.

In hemitritæo quidem non, vt nonnulli falso censent, temperatum vi[illegible] um inter vtriusq; humoris naturam (*constat enim ex tertiana & quotidiana*) medium porrigere oportet: Nam facile huiusmodi in bilem vertitur, & maioris mali caussa est. Quapropter miscere expedit contraria alimenta, vt vtrinq; humori prodesse possit: Quibus sæpe æquum est admiscere, quæ aperire & incidere, & attenuare valeant, pro vincentis humoris natura. Sic in ea febre, in qua exteriora frigent, & interiora calent, tenuiorem oportet porrigere cibum, refrigerantemque, cui admisceantur ea, quæ aperire valenter, & incidere queant: Hoc quidem ob materiæ crassitiem, illud vero ob ingentem viscerum calorem; tenuis tamen victus sit, oportet, ne caloris effluxus ad externa amplius prohibeatur.

G

In hectica & morbis immaterialibus.

In hectica vero febre, & morbis aliis immaterialibus, quo morbus fuerit ab statu distantior, eo tenuior victus desideratur. At in statu ipso, & quo magis morbus vltra pergit, eo crassiorem victum porrigere decet; quia eo tempore crassior, quam in principiis dissipatur corporis substantia, & sic alimentum debet esse deperdito simile, vt virtus, cuius gratia victus instituitur, ex æquo

A
37

reficiatur. Ceterũ quia vires hoc tempore inualidæ sunt, minorem oportet quantitatem porrigere, sed pluries: quia status in iis affectibus longior est, quàm in iis, qui materiales sunt.

In morbis malignis.
Malitia morbi duplex.

In morbis quidem malignis longe aliter res se habet. Est enim morbi malitia duplex. Actionis nimirũ, aut Resistentiæ. *Primo* modo malignum dicimus morbum, cùm substantiam spiritus, qui naturæ vnicum est instrumẽtum, violenta actione exsoluit, aut sanguinem ad eorum generationem non disponit. *Secundo*, quia pertinaci resistentia vires coquentis facultatis obtundit, quorum aperte meminit Galenus diuersis in locis, *Libro, 4. de rat. vic. in expositione illius & refrigerare extrema &, 4. metho. in vlcere cacoetico*, Sic *pestilentes febres primo modo malignæ sunt, vtroque autem febres, quæ à carbunculi inflammatione originem habent.* Quantum verò sit difficile his febribus victum præscribere, iam audies. Tenuis etenim victus in his non con

B

uenit: *Primò*, quia eo exhibetur, vt natura vacet circa materiæ morbificæ pugnam. At in pestilentibus & malignis febribus id diligenter curamus, vt bellum inter naturam & pestilentem humorem caueamus: nam vt plurimum ex tali certamine natura vincitur, vt varia auctorum testimonia commonstrant, & Galen. *Libro 2. Aph. com.* 13. aperte docet. *Secundò*, quia victus tenuis & facillimæ coctionis, promtius à pestilentis contagii vi, quàm à natura vincetur: quapropter etsi id plurimum esset vtile & necessarium ob spirituum generationem, quos in huiusmodi morbis maxime amat natura, cum hoc tamen non licet eis vti. Crassa verò cibaria exhibenda non sunt, quia à

naturali [illegible], vt po[illegible] ang[illegible] non possint, etiam quia spiritibu[illegible] mate[illegible] non suppeditant, & mali caussam adaugent, licet necessaria sint, ob maiorem in corrumpend[illegible] sistentiam. Qua ratione consulo ea miscere, quæ spirituum ma[illegible] tinam copiam præstant, & facilioris coctionis sunt, cum iis, quæ pestilenti contagio obsistunt: qualia esse constat, quæ natura sunt si[illegible]ca, & in altum corporis cita penetratione se immergunt, exsiccantem facultatem toti cõmunican

C

tia: quod si etiam adstrictoriæ facultatis nonnihil obtineant, vtile etiam erit. Quapropter sal & salsugineosa omnia, præsertim quæ tenuis sunt substantiæ, sicut & acetosa omnia, mirè prosunt. Neque obstat, febrem intendere, quæ salsuginem sapiunt. Præstat quidem putredinem compescere, & substantiam potius reparare, quàm obsit febrem nonnihil intendere. Neque adhuc præter rationem est sitim inducere: nam optabilius quid esse potest in febre pestilenti & maligna? Sitis enim primò indicat actionem sensoriæ facultatis oris ventriculi incolumem esse, secundò sitiens frigida delectabitur, & ipsam copiosius ingeret, quod summum est in his febribus præsidium. Dimitto quidem in hac parte controuersiam, quam de allio in his morbis exhibendo nonnulli mouent, firmiter asserens, multis rationibus prodesse: nam licet calorem adaugeat, scio minus mali pati laborantes, quàm à pestilentis putredinis additione: ceterum hæc consulto prætereo.

D

In febre colliquante.

Febris præterea colliquantis victum, refrigerantem & modicè adstringentem & crassiorem (quam pro morbi ratione par erat) esse oportet, vt ex *Hippocrate, lib. 4. de rat. vict. constat*, qui cùm de febrium curatione ageret cum aluo liquida, absumente, & contabefaciente corpus, iis sorbitiones frigidiores & crassiores exhibendas docet.

In morbillis & variolis.

In morbillis autem, & variolis, cum vterq; affectus ex sanguinis ebullitione prodeat, natura prauum ab eo, quod purum est, separante, & ad cutem detrudente, crasso cibo, aut multo, aut duræ coctionis vti nunquam decet, ne ab incœpto opere natura distrahatur: vt verò opus melius compleat, & ab internis ad cutim commodius noxios humores depellat, & ne ad aliquam interiorum partium humor detrudatur, cibum parum refrigerantem, & leuiter adstringentem iis ministrare oportet. Qui etenim est huiusmodi, particulas roborat, vt validius à se, quod cõtristat depellant, vim præterea repellendi calidum hu

E

morem habet. Quapropter ius aut potus lẽtium cum acetosa, oleo, & sale, & modico croci ius cõuenit: cucurbita etiam cum agresta, oleo, aceto, & sale. Facta tamen euacuatione totius, nisi copiose erumpant, bonum erit in cibis miscere ea, quæ adstringunt, & eorum, quæ aperire valent, aliquid imponere, vt folia apii & petroselini. Nec probo quidem ficuum aridarum exhibitionem, nam ob id, quod medici commendãt, ego damnarem. Aiunt quidem, ficuum vsu materias ab

Ficuum decoctũ in morbillis nihil prodest.
Ficus scabiem inducunt.

intro ad extra pellere: sed profecto ipsa experientia decipiuntur. Non enim id agunt ficus, quia prauos humores ab intro pellant, sed quia eos nimis calfacientes ebullitionis modum eis præstant, quod summè solet graue esse: & ob id vulgus fert ficus scabiem & pruritum inducere. Cum hoc tamen senibus, si quando id contigerit, vti

les sunt, quib... ob propriam naturam ... minus, quam pueris ter... ingun..., sed non est ita ... hac in parte exquirere, quam in ratione pisces salitos, qui morbillis laborant, vtiles sint. Inquit enim Aristoteles, *non vanam esse omnino famā, quam vulgo ferat.* Qui ... ne non erit præter institutum inquirere, an firmo aliquo fundamento huiusmodi assertum innitatur. Ratio tamē hæc est:

*Pisces salsi cur morbillis prosint.*

Præceptum quidē ex quotidiano vsu habemus: salitos pisces pruritum inducere, eo quod ebullitionem sanguinis excitant: in omni autem ebullitione crassos humores in tenues solui, tenues in fumum dirigi, fumum & fuligines ad cutem migrare, compertum est. Quo fit, vt dubium non sit, quin aliquando in his morbis saliti pisces locum habeant, nempe cum natura segniter opus expulsionis aggrediatur, præsertim dum humores crassi inepti que fuerint, & viæ angustiores: quodcunq; horum adsit, aut omnia, salitos pisces prodesse ratio demonstrat. Cum ergo in frigido natura corpore non satis variolæ erumpāt, ob aliquam trium dictarum occasionum, febrili calore non obstante, dandos esse pisces salitos erit Lusitana plebe, cui hoc vulgatum est, sentio: aliter verò minime, atque id etiam cum præmeditatione: nam in succo acetosæ per diem integrum eos prius macerare oportet. Verum si forte euenerit, pustulas intro erumpi, profecto nullo medicamine efficacius rumpes, sanié purgabis, exsiccabis putredinem inde manantem: nullo etiam alio citius castigabis, ne vlteriorem concipiat corruptionem, sanas tandem particulas nullo alio quam ex salitis piscibus cibo incolumes, ne emanantis corruptionis contagio afficiantur, seruabis. Neq; abs re fuerit, vt cum intro erumpunt, pro eatum maturatione ficus aridas primo vorare, & deinde piscibus vti consulas.

*Piscium salitorū præparatio & mirus vsus in variolis.*

Meminisse tamen oportet, in morbillis cauendum esse piscium salitorum vsum, potius quam in variolis, sicut in ijs, qui calidæ & siccæ sunt naturæ.

*In pectoris & pulmonis, ventriculi, iecoris, ac viscerum affectibus.*

In pectoris quidē & pulmonis affectionibus, perpetuo totum robur, quod conciliare oportet, alimentis est perficiendum. Quo fit, vt plus in ijs porrigere oporteat. In illis vero, quæ ventriculum & iecur ac nutritioni talia viscera obsident malis, roborare adstringentibus oportet, & semper alimenti quantitatem minuere, *vt aperte docet Galenus libr. 11. meth.* Ii quidem pectori coctum deuenit alimentum: in ventre vero & iecore coquitur, quo fit, vt dum borum aliquod affectum est, alimentis magis lædatur. In dysenteria etiam expendisse oportet, neque cibis adstringentibus, neque acribus, neque assis esse vtendum: nam id consulit quoque his verbis Hippocr. *lib. 2. de morb. mul. alim carnibus vtatur coctis* (loquebatur de albi fluore, ex immodica fluxione ad ipsam & ad vterum, qua vtraq; pars exulcerabatur.)

*Victus rationem quando euertant symptomata.*

Meminisse etiam hac in parte oportet, accidentia quæ morbis supprueniunt vt sæpe solent, curandi rationem euertere & sibi aptare, ita & victus rationem. Verùm quia longissimum esset omnia singulatim percurrere, hoc nouissime ... sit, accidentia dum nihil in morbis indicant, non e... ere debitam cuiq; morbo victus rationem: veru... dum plurimum vrgent, vno trium ... odorum victum mutare. Nam aut hæc morbum augent, & ipsum plurimum vigere faciunt, quapropter victum minuere decet, vt morbus sua natura magn... xposcat, aut eius qualitatem intendunt, calidiorem, frigidiorem ve reddunt: & victus qualitatem mutare etiam oportet: aut denique facultatem prosternunt, vt *vigilia, dolor situ, alui fluxus*, & huiusmodi alia, quo tempore facultatem plurimum vrgere constat. Quapropter crassiorem victus formam porrigere oportet, vt virtus tanto malo sufficiat, quod in doloribus non est semper verum, scientes in hora doloris, cibum quemcunq; culpa non vacare. Ingens siquidem malum est, si ob dolorem, aut acumen morbi imbecillitato porrigat quis potus, vel sorbitionis plus, vel esculentum, *vt mille in locis Galenus Hippocratesq; testantur.* Hoc tamen certo scio, quod licet facultas his accidentibus lassata, nequeat eo tempore, & in vigiliis plus conficere, cum hoc tamen plus ad proprias vires roborandas indicat. Quapropter parum & sæpius porrigere oportet, vt facile conficiat, & sæpius reficiatur: si quidem id semel fieri nequit. Sic in vteri suffocatione inediam esse perniciosam, videtur asserere Hippocrates *lib. de mor. mul.* his verbis: *Fit autem potissimum tunc (loquebatur de suffocatione) vbi mulieri vasa euacuata fuerint, aut plus solito laborarit, resiccati a labore vteri conuertuntur, vt qui vacui sint ac leues, est enim ipsis locus spatiosus, vt conuertantur, vtpote ventre vacuo exsistente:* hinc fortasse vulgus inediam damnat in vteri affectis, & ipsi à cibo leuari videntur.

*Victus ratio in morbis lethalibus, non exposcitur certa.*

Vltimò expendisse etiam oportet, morbos lethales non exposcere certam & determinatam victus rationem: neq; methodum, quàm Hippocrates docet in alendis ægris, vllquam illis conuenire posse. Quod quidem aperte consulit ipsa rei ratio, præterquam quod est expressa sententia Galeni *lib. 1. aphor. com. 8.* his verbis: *Nunc vero de his tantum morbis sermo transigitur, in quibus omnino & curationem, & victus intendimus rationem: ii vero sunt, in quibus post vigorem sequitur declinatio. Nam quorum summum vigorem excipit mors in hac parte artis vtimur, quæ prognostica nominatur, id quod futurum sit prænunciantes, ne euentus rerū nostro adscribatur errori.* Quod etiam alijs verbis docuerat Aristoteles dicens: *Malis desperatis omnia nocent.* Et id clarius probo ratione. Victus ratio in conualituris est, vt virtutem vsque ad statum diminutam tueamur, vt expeditius morbum deuincere queat: at in morituris tantum mens est virtutem augere, vt diutius durare possit: sed ea victus ratio, & vniuersa alia artis auxilia, quæ conualituris debentur, potius minuunt virtutem, quam augeant. Igitur morituris nulla præscribenda est victus ratio, aut saltem longe diuersa ab ea, quam Hippocrates ceteris morbis adscribit. Atq; hæc sufficiant de victus institutione, ex multis aliis, quæ breuitatis studio silentio prætermitto.

## Capvt II.

### De recta potus institutione & vsu.

In tota equidem rerum naturalium contemplatione nusquam mirabilior apparet naturæ maiestas, quam in aquarum potuumq; omnium varietate, quos hominibus belluisque omnibus sedula parat diligentia: sed mirabilior profecto

ars,

[illegible] & po[illegible] fe[illegible] propagat. Namq[illegible] primum fuisse [illegible] conic[illegible] n[illegible]tum fit, [illegible]tos fuisse, in [illegible] postea ta[illegible] moribus [illegible] vergente, præter [illegible] cœperunt homines aquæ quoque [illegible] docere, eam infinitis pene ingeniis [illegible] quæ numerare, vt opinor, nemo [illegible] queat. Nec alia in parte natura & [illegible] quot [illegible] afuere, neque hodie sunt quam in excogitando potus varietatem, aut, vt rectius loquar, ebrietatem: quare in contemptum forte naturæ fecisse luxuria æstimabitur. Verùm si quis rem altius diligentiusque penlitet, facile inueniet, in peculiares quosdam, ac certos potius naturæ languidæ & tuentis vsus id esse factum quam gulæ indulgendæ gratia, ni hominum deprauati mores in corruptionem & deteriorem statum id duxissent. Verùm quantum in hac re mortalibus suggeritur beneficii, dum optima ratione & exposcente vsu fit, tantum equidem periculi, dum citra debitam considerationem & indigentiam ea vtimur. Certum equidem est, ingentia ab aquis & potibus ignotis, aut indextere adhibitis, pericula mortalibus contingere: quæ etiam magnos exercitus equitatu orbarunt, sicut rempublicam omnem præstantissimis hominibus. Quapropter nos, vt vitæ etiam in hac parte prodesse valeamus, curiosius id seruabimur, à potus indicatione & vsu initio sumto.

Aquæ quot primus potus.

Pericula ab aquis & potib. ignotis ingentia.

Vt magna quidem res est potus, & tertiam nostri alimenti ac vitæ partem continens: siquidem aere, potu & cibo viuimus, ita magnum præstat vsum, & pro vsus differentia etiam insignes suscipit species. Namque cum hominum corpora ex quatuor elementis certa quadam proportione mixtis constituta sint, si ea diu valere debent, elementorum substantias, seu qualitates in eadem temperie perpetuo seruare oportet. Quare cum eorum dissipatio, *vt Galenus lib. 1. de sanit. tuen. aduertit*, assiduo quodam, quod vitari non potest, substantiæ nostræ effluuio fiat, sicut cibo, quod calidum siccumque in nobis est, resarcitur; ita potu frigidum, humidumque instaurare necessum fuit. Ex quo sequitur (vt breuiter hanc quæstionem dirimam) potum omnem (*aquæ etiam, dum purum elementum non fit*) cibo acceptum, eique permixtum, nos alere: licet contrarium monstret aliquibus locis Galenus dicens *lib. 4. de vsu part. lib. 4. aph. comm. 13. Aqua neque epota, neq. extrinsecus occursans, natura apta est solidas corporis partes humectare*: Quod equidem de sola aqua esse acceptum existimo: præterquam quod solidas refert non humectari, non quidem negat humidas & tenuiores posse, *vt latius expositum est, tom.* 1. vbi statuimus, raro aquam reperiri in sua puritate: secus enim res se habet, dum alimentis miscetur. Cum hoc tamen humectationem corpori præstare, etiam ex Galeni mente, omnibus conspicuum est, licet aliqui de simplici humectatione id intelligant, non de substantifica. Cæterum iudicio nostro vtramque præstare potest: substantificam videlicet, dum cibis miscetur, qualitatiuam verò, dum intus sola aut extra adhibetur: ex eisdem

Potuum differentia & vsus.

Potus alere.

equidem o[illegible] constamus, nisi [illegible] nutrin, quam [illegible] Pr[illegible] esse ratione [illegible] Q[illegible] dum cibis misce[illegible] pri[illegible] inis [illegible] dein caussam [illegible] pectetur quæ [illegible] lenius expo[illegible] Suntque eius [illegible] nuæ duæ, animalis [illegible] & natur[illegible] que symptomata. Quo[illegible] prosum sit à natura, dup[illegible] incesse appetitus, quorum alter est ad potum, alter verò ad cibum, nullus tamen ad reliquas qualitates, quia vita prima est calidi in humido participatio. Quæ à primo ortu obtinuerunt omnia viuentia calidi modum cuique sufficientem, solo ergo egent ad durationem humido pingui, nam calidum augere non oportuit, neque frigidum, neque adhuc siccum, quia calidum sustinere non poterat, quod in cinere apparet. Solum igitur superest, humidum lentum, calidi pabulum, quod fame & siti expetitur: humidum enim roridum dum calore dissipatur, veram naturalemque sitim excitat: sic vero dum humidum substantificum, famem: atque hæc est prima communisque cum cibo potus ipsius indicatio. Confert item potus alimentis deferendis, sitim etiam sedat, compescitque. Qua equidem ratione placuit vniuersam huius rei tractationem tribus capitibus complecti, iuxta tres potus partitiones, quibus etiam vsus magis elucescet. Potus enim quidam est siti naturali, ac vsui cibariorum proficuus: quidam siti præter naturam: alius vero morbis est ex vsu. Quapropter cuiusq; seorsum meminisse oportet, vt facile quiuis intelligat, quantum in vnoquoq; sit vtile, necessarium, ac difficile.

Potus ad quid conferat.

Potus multiplex.

Ex his quæ diximus, addubitare in primis oportet (si potu quod humidum est, resarcitur, cibo quod siccum) qui fieri possit, vt homines nondum naturaliter sitiant, donec cibos sumpserint, si quidem facilius consumitur rorida illa humiditas, quæ potum expetit, quàm sicca substantia, quæ cibum. Quotidiana enim experientia constat, sitim non ingruere ante cibi sumptionem, sed à cibo ingesto statim inuadere tantam, vt oporteat frequenti potu respondere: quamobrem fortasse dixit Hippocrates, *lib. de salub. diæta. Quousque vero sitis corripuerit, his & cibi & labores detrahendi sunt*, existimans ex ciborum assumptione maiorem succrescere sitim. Quàm difficultatem dirimere visum est, asserendo duplicem esse sitim naturalem: Vnam, quæ defectu humidi roridi suboritur, quam non dubitamus ante famem insurgere, esseque toleratu grauiorem, licet minus periculosam, si quidem fame multos perisse constat, citiusque, siti verò nullos, aut paucos, eosque longo temporis tractu. Quod factum esse suspicior, quia fames solidam illam humiditatem depascitur, omnium quidem facultatum fundamentum: sitis verò roridam substantiam, cuius defectus, licet molestiam inferat maximam, aut facile sedatur aut nullum adfert periculum. Quapropter huiusmodi sitis difficilius toleratur, sed securius: fames vero facilius, cæterum periculosius, nisi dum etiam sitis ei adiungitur, nam eo tempore grauius fertur, sicuti

De potu pro siti naturali & cibo.

Sitis cur non ingruat ante cibum.

Sitis duplex.

Sitis difficilius toleratur quam fames.

F [illegible] efficitur, dum famés sitis adiungitur. Sic Cornelius benignius consulit ferre errorem in nimio potu, quam in nimio cibo, quia sitis difficilius toleratur. Itaq; necessum est vtraq; causa, siti videlicet & fame naturali, concurrente, sitim hanc naturale primo fieri, famē vero subsequi. Sed antequā hinc discedā, dubitare oportet,

Dubiū. *qua via & lege facultas sentiens in ventriculo huiusmodi defectum roridæ substantiæ percipiat, si quidē priuationes sensib. non percipiuntur?* Atqui licet non desint, qui asserant, id fieri à sensibus ipsis: nam sicut visus est lucis & tenebrarum, & auditus soni & silentii, ita tactus oris ventriculi, est humidi roridi præsentis & deficientis: iudicio tamē nostro falluntur, quia priuationes à sensibus non percipiuntur necessario, nec semper, cum non sint obiecta iu primo ea, sed à sensu accedente: Ita enim percipimus auribus silentium, si iungitur vis animæ aduertés ad eliciendum huiusmodi iudicium, ex eo, quod sensorium sanum cum sit, nihil externum persentiat. Secus quidem res se habet in siti: nam siticulosus, velit nolit, sitim persentiet, etiamsi cogatur non aduertere. Potissima quidem huius ratio est, quia in siti dolor adest, cuius positiua causa est distemperies, aut soluta vnitas. Oportet ergo sentire, vel siccitatem magnam in ore ventris, vel suctionem sui generis, quā natura dignoscit, separatā [illegible] suctione, qua appetitur substantificum. Sugit autem vel tractio vasorum [illegible] toto, vbi in totó dee[illegible] humidum illud: vel natura ipsa oris ventriculi [illegible] entes alterum dictorum. Atq; is est primus vsus, primaq; potus indicatio, iuxta primam sitis naturalis acceptionem. Altera tertius est sitis na-

G

II. turalis differentia, quæ ex vsu cibariorū resultat. Namq;, *vt aperte diximus*, quotidiana monstrat experientia, homines mox à cibo sitire. Cuius sitis, non est dubiū asserere, ante cibū nihil esse, huius tñ re ip[illegible] sima causa est (nam hoc ciuā expēdere, maxim in hac re est momēti) natura gnara & prouida non solum operis fingendi, sed etiā vsus ab eo opere inientiū. Cū ergo tendat sitis in subsidiū cibi merito ad ingestū ciborū insurgit, nō ante, & pro alimenti modo: nā tanta sitis est, quantū alimentū. Cæterū natura ob quosdā vsus cogitur, inuitaq; trahitur ad potus appetentiam eo tempore: quos equidem hac in parte ad vnguem docere par est.

40 A

Præter vsum, quē primo loco potui tribuimus (videlicet *resumtionem humidi roridi*) tanquā naturalis sitis potissimā causam, supersunt alii duo adhuc, quorū alter sitim naturalē in secundo significatu explet, alter vero cibis ad ventriculū, & in venitrem [illegible] proficuus est. Primus equidē in duos diuiditur, nam secundus (prætermisso primo) humidum illud pingue crassumq; per angusta vasa, & meatus ad omnia membra idoneus [illegible]. Sit vrinalis substantia, quæ ex potu etiā suboritur, per singula defertur vasa, hunc præstatura vsum, cuius ex [illegible] defectu naturalis hæc prodit sitis, quæ exhibito potu delatoq; per vasa mox cessat. Alter vero hu[illegible] [illegible] sidæ [illegible] n's vsus ēst, vt permixtione potus remoretur velocitas humidi ex calido inflammationem. Quem vsum præstat [illegible] vehementer al[illegible] & ole[illegible] lucernæ [illegible] [illegible] [illegible] ditas, [illegible] du[illegible] et. Q[illegible] ratione aquæ potores pinguiores longæuiq; [illegible].

Potuum alii vsus

B

Quo vsus si demte[illegible] tu demiseris, facile inspicies homines in naturalis illius sitis modum incidere. Nam sicut pulsans facultas, licet sensu careat, nō solum nouit mouere arteria, sed & agnoscit vsus huius motus, & pro vario vsu varie mouet, modo in sanitate moderate eleuans, modo per febrem impense, & velociter distendens, sic vis ventriculi appetens potum, nouit vsus suos, & tunc eam mouet, imprimitque ventriculó, cum potionis vsus auctus est ex cibo: tum vero cessat, cum propter inediam non est illis vsibus locus: licet altera sitis accedat causa, exsiccatio videlicet vētriculi, quæ ex consumpto rore ventriculi suboritur. Expendere etiam decet, quod huiusmodi ros etiam à cibo assumpto consumitur, ob molem, aut siccitatem alimenti, quod etiam sitis causam auget.

C

Cæterum tanta est adhuc potionum omnium vtilitas & gratia, vt non solum succis iam verum alimentum futuris, à iecore in tertiæ corporis regionis vasa delatis (*vt nuper diximus*) impense prosit, verum cibariis ipsis, dum ad ventriculum deuehuntur, aut ibidem præsunt, suam impartiantur vtilitatem, citra quam fere vētriculus munus suum perficere vsquam nequit: quam equidem duplicē esse, omnes vno consensu fatentur. *Prima* itaq; vtilitas est, cibaria omnia diuersi etiam generis, in vētriculo ita cōmisceri, liquari, ac fundi, vt facilius vndiq; omnia coctionem suscipiant; liquat enim prius natura cibos, funditq; ac commiscet, quam chili formam inducat: quapropter oportuit eos ad inuicem potu miscere, & liquare, vt facilius natura finem consequi valeat. *Secunda* quidem vtilitas est, alimentum (hoc est confecta iam & in chilum conuersa cibaria) ad iecur deferre. Sæpe etenim ob certas quasdam caussas, eo hæc cibaria in ventre remorantur, vt vstionē, aut aliam corruptionis labem facile subeant. Quapropter necessum est eo vti potu, & eo tempore quo facilius descendat, subeatq; minima illa vasa, per quæ ad iecur ipsum permeare tenetur. Sed rationi etiam consonum mihi videtur, alium adhuc Tertium vsum præstantissimū, & magis vsui cibariorum necessarium, his addere: Est quidem, vt attenuatione alimentorum veri succi eliciantur, & premātur nutritura humiditas, exsuccenturq; ex toto ab eisdē alimentis. Id quod faciunt artifices *in extrahendo oleo ab oliuis, dum eis aquam calidam admiscent.* Premitur enim sic dentibus alimentum, delabiturq; ad ventriculum, ac perfunditur multa aqua, vt in oleo extrahendo fit, atq; ita integer alimenti succus exhauritur, extracta enim subtiliori substantia; quicquid reliquum est, per intestina descēdit, vtile vero ad vasa defertur. Quartum adhuc addere vsum oportet, videlicet, vt alimenta in ventriculo elixentur, minimeq; assationem subeant: quod fieri est necessum, si ventriculus potu careat.

Potionū quanta vtilitas.

D

i.

2.

3.

E

Hi enim sunt in vniuersum vsus potionis pro alimento & pro siti naturali. Superest nunc docere, *qualis potus cuique sit profuturus, quantus & quo tempore:* Sic potus pro siti naturali, quæ ex humidæ substantiæ defectu prodit, maximi sit & certissimi nutrimenti oportet, & nullo non tempore exhibitus. Sunt etenim huius census stillatitii liquores, & succi ex carnibus & piscibus, & alius innumeris cibarius confecti: vinum item, & aqua mulsa,

Potus qualis, quantus & quo tempore sit cuiq; profuturus.

mulsa & deniq; omnia quæ potantur, & aqua ip[...] *dum aromatibus & calidis non miscetur)* cibis ad hu[...] ad[...]ra, ceterum in maiori quátitate, quàm consuetudo[...] oportet. Itaque in his, qui ex marco[...] natura[...] [...]tucantur, aut plurimam aquam alimentis [...]iscere, aut alentibus potibus vti est necessarium. Nam hac lege facultatibus non summe la[...]uentibus, facile humiditas illa reficitur, & si[...] [...]npescitur. Verùm si facultas languida sit, fre[...]entius, parcius tamen potum porrigere oportet.

Potus pro distributione substantiæ nutritatæ.

Potus vero, qui distributioni pinguosæ nutrituræq; substantiæ deseruit, quiuis citra dele[...]ctum [...]ligi potest, dummodo admixtam obtinear [...]nuem, facileque permeantem facultatem. Sic *cinnamomum, vinum, mel, & aromata omnia* potui [...]iecte, huiusmodi vsum mire præstar, qua ratione hos potus exoptant corpora, quæ angustos habét iecoris, & venosi generis meatus: nam fac[...], quæ in venis condoentur alimenta, dilutio [...]it, citra multam aquositatem, & meatus etiam [...]trantur. In his tamen corporibus largum potum vitare oportet, vtpote quæ parum per vniuersum ambitum dissipantur, aut discutiuntur, quæ supersunt humiditates. Quapropter pertimescendum est, ne fluctuatio humorum in membris nutrimentalibus contingat, quę viciatam efficiat coctionem. Tempus verò idoneum nullum aliud est, quamdiu cibus ingeritur: nam tenuior fluxibiliorq; à prima, secunda[...] coctione superest, etiamsi ventriculo ieiuno sæpe sit ex vsu huiusmodi potum porrigere: nisi in his qui retentricem ventriculi facultatem languidam obtinét. Periculum namq; esset eo tempore, ne alimenta ante integram confectionem delaberentur à ventriculo ipso, quod esset profectu maius malũ: cauere n. hæc omnia oportet.

Potus ad prohibēdā vstionem alimenti.

Verùm potus, qui gratia prohibendæ vstionis alimenti, in calidis & biliosis corporibus adhibetur, aut dum alimenta plurimum sunt tenuia, ita vt facile à calore dissipentur, ex aqua sit oportet, aut ex dilutissimo vino, aut hordei decocto: tandem iis potus omnes prosunt, qui alimento commixti, nõ solum suo liquore citissimam dissipationem impediant, verùm etiam qualitate resistant calori superanti. Ceterum in sanis corporibus sat est, potum frigidæ exhibere, præsertim si aqua chalybeata fuerit, aut auro sæpe extincto præparata: in corporibus vero quæ nimio calore contabescunt, secus res se habet: nãq; non sat est potum ad vsum dictũ porrigere, sed & frigidum & medicatum, quo velocis dissipationis caussa compescatur, refrigereturq;: quem potum cibo permiscere oportet, ac largius porrigere, dum corpus iusto calidius fuerit: nam solum prębere, periculosum est in his corporibus.

At dum pro alimentis, quæ adhuc in ventre morantur, potus exhibetur, cuiusuis sit naturæ, sufficit: nam liquidam, fluidamq; substantiam sat est esse. Ceterum consuetudinem in hac re maxime seruare oportet, siue aquam, siue vinum ea exposcat: nam quatenus consueta sunt, naturam tuentur, quatenus vero liquida, permixtionem efficiunt. At hæc tempore & quantitate (iuxta variam hominum ex consuetudine naturam) variari est necessum. Nam à quibusdam sumitur huiusmodi commixtiuus potus iam ingesto cibo, quòd equidem minime laudare p[...]ssim, sicut neq; parce, aut bis bibere in spl[...]ndi[...] mensa, iuxta consuetudinem obseruatá ui parca ac moderata mensa: in splendido etenim conuiuio, respódere potus tenetur ciborum ingestorũ quantitati. Melius namque miscentur & eliquant[...], vbi sæpius bibatur, quàm vbi semel aut raro. quia huiusmodi bibendi modus, præter id quod ex acte comminuit, & miscet alimenta, os, palatum, & linguam abluit à præcedentis alimenti qualitate, vt sequens melius degustetur. Itaq; qui [...]piosum sumit alimentum, copioso etiã eget potu, verùm quia frequentius vsu venit, potus frigidum vinum, aut aquam ingerere (præsertim in magnatum mensis) quàm calidum aut moderatum, hac ratione potum impertiri opus est, & sæpius pro ratione quantitatis ciborum ipsum repetere, quantitate tamen iusta non variata. Frigida enim potio, si confertim subitoq; ingeratur, præterquam quod coctionem tardat, cibos recrudescere facit, fluctuareque etiam cogit: quapropter partiri potus frigidos sæpe laudaui, sed probo amplius ea moderatione cibos sumere, quæ moderatam etiam potus quantitatem exoptet: ceterum vtrunque moderari decet, penes consuetudinem, & ventriculi robur, ac firmitudinem in conficiendis cibis.

Bibendũ sæpius, non semel.

Po[...] co[...] p[...]ol[...] qui indigeat.

Potio frigida confertim ingesta nocet.

Potus ad deferendum alimentum.

Potus tamen qui ad deferendum alimentum ingeritur, nullam quatenus ad hunc vsum pertinet, differentiam obtinet. Vnum tamen habet proprium, vt his rebus teneatur constare, quibus facile arctas corporis vias permeare queat. Quapropter *cinnamomum, fœniculum, citri corticem*, & alia aromata aqua incoquere, aut macerare, in hunc vsum oportet, aut stillatitiam co[...]re, aut lapidibus percolare, vt crassis partibus separatis, oullo negono permeet, deuehatque secum alimenta, ne plus iusto in ventriculo immorentur: quo tamen opus genere omnes non egent, sed ij tantum, à quorum ventribus non facile descendit cibus: alij etiam eo non egent, aut quoniam abunde liquatus est in eorum ventre cibus, & ea ratione liquore nullo opus habent, aut quoniam cibus natura sua liquidus erat: nisi huiusmodi cibus valde calidus & acris, ac medicamentosus natura fuerit. Alij adhuc huiusmodi potum renuunt, quia illis insunt satis ampli meatus, aut facultatis expultricis robur, aut iecoris vehemens tractio: quibus vero contrariæ insunt caussæ, potu delatiuo citra dubitationem erit opus. Qua quidem in re expendere etiam oportet, *qua hora, quoue tempore* eo vti deceat. Namq; tantum suam præstat gratiam huiusmodi potus, post integram atq; perfectam in ventriculo coctionem, quia si antea adhibueris, crudos cibos à ventriculo extrahes. Cognosciturq; debitum ac iustum tempus ad id esse, vbi fructus nullam ciborum qualitatem referat: aut sexta septimaue hora à cibo fuerit trãsacta. Quo tempore si grauitatem quispiam senserit, aut siti molestetur, opportune biber, quod fiet citra alicuius cibi sumtionem, non quidem vt perperam medicorum vulgus consulit, & indocta plebecula vtitur, nisi forte ventriculus ægre sustinuerit frigidæ potionis contactũ; nam eo tempore rationabile est; aliquo vti alimento, ne confestim ac subito frigida potio ventriculum irruat, nam aliter deferet secum citra

dubitationem alimentum illud, antequam conficiatur. Quod si ipsum non deferat, quia [illegible] ventriculus denuo amplectitur nouum cibum & potum, neque coctum adhuc alimentum (quod intendimus) deferet, quod esset minus incōueniēs.

Potus pro elixatione alimenti.

Verùm quia potus etiam elixationis alimenti gratia sumitur, dum ea lege ventriculus & eo robore constitutus fuerit, vt solum ad huiusmodi elixationem potum exoptet, tantummodo consuetum potum porrigere decet, & ea quantitate, quæ alimentorum quantitati è directo respondeat, nec plurimam esse oportet, ne alimenta in ventre fluctuent, amplectiq; minime queat, neq; minimam, ne loco elixationis assatio vstione succedat.

Potus pro extrahēdis succis ab alimentis.

Dum gratia extrahendi succos ab alimentis potus exhibetur, maiorem præstat vsum in iis, qui ex natura debilem obtinent facultatem ventris, ita vt nequeat satis alimentum exprimere, ex succareque: quiquidem homines fluctuationem a cibo persentiunt, & perpetuo de ventre ob hanc causam cōqueruntur. Qui etenim potus, vt suam gratiam facilius præstet, calidus actu citra dubitationem porrigendus est, vt facilius sese suo calore in alimenti substantiā insinuet, ac secū extrahat alimenti succū: alioquin necessum est his superuenire alimentorū crudorū, semicoctorumve egestiones. Tempus verò idoneum est secunda mensa, nam hi prandium claudere tenentur potu aquæ moderate frigidæ, ne tepido, calidove hausto ventriculo robur deiiciatur. Qua quidē lege plures ex iis, qui *flatus ventris & cruditates* patiūtur, citra alterius auxilii adminiculum curatos vidi.

Potus pro siti ne sint medicati.

Hoc tamen monere hac in parte decet, nimirum potus omnes, qui pro siti naturali exhibentur, & alimentorum ratione, minime debere esse medicatos: sinceriores enim exoptat naturalis sitis, & alimentorum cōmercium, nisi aliqua suboriatur peculiaris ratio, quæ aliquid commiscere præcipiat. Nā quo puriores sincerioresq; huiusmodi potus fuerint, eo gustui sunt gratiores & ventriculo vtiliores.

Potus calidus, an frigidus sit exhibendus.

Ceterum antequam hinc discedam, ex animo est, de frigido & calido potu in genere disserere: siquidem omnibus potuum differentiis vtile est & necessarium. Non enim sat est, qualem potum cuiq; pro sitis aut ciborum ratione oporteat præbere, nosse, quantum & quo tempore, sed qua etiam qualitate actuali præditum. Cui vsui oportet scire, solum hominem inter cuncta animalia calidos sequi potus, idq; valetudinis potius, quā libidinis gratia: similiter nam modo valetudinis & libidinis iussu frigidum exoptat potum. Verum cum omnibus perspicuum sit, plurima à necessariis orta, ad nimium proclinus deuenire; æquum est, duxi, methodo & ratione docere vsum & indicationem calidorum, frigidorumve potuum: ne quis licentiosius eis vtatur, aut rustico timore perterritus, irrationabiliter ab his, quæ vsui proficua esse possunt, arceatur. Calidos tamen potus in tertiam partem huius capitis differo, siquidem tantum exoptantur ab his ventriculis, qui vitio aliquo afficiuntur. Superest igitur frigida potio, circa quam corporibus administrandam, tanta est, tamque grauis controuersia, vt tot passim inuenias sententias, quot ventris varietate quibus nunc prodest, nunc obest, nunc medio modo afficit. Ita quisque prout ventriculum habet à frigido potu alteratum, eo sententiam profert, & quod de ventriculo suo expertus est, tanquam vniuersalem & omnibus communem ac proficuam vendicat. Adducit vide alter Galenum, rursus aliquando contrarium sentit: alter Auicennam, aut alium quemuis auctorem, quo suam fulciat sententiam. Nam hæc est artis cuiusuis conditio, vt semel ignoratis illius fundamentis & rationibus, passim contraria de eadem re apud auctores reperiatur sententia. Verum si quis altius rem hanc diligentiusque inquirat, reperiet facile aut nullam esse inter auctorum verba controuersiā, aut nullo negotio dirimet. Ceterum, vt rem hanc à primis principiis expendamus, ab dubitare oportet, *an frigida vltra modum sanis corporibus proficua sit:* Secundò, *quo ingenio tutius frigidam parare oporteat:* Vltimò verò *quibus legibus conditionibusve frigidam bibere deceat, vt prodesse, & nobis suam gratiam & beneficium impertiri possit.* Verùm licet non ita facile primam controuersiam dirimere, paucis tamen verbis, quæ sentio, dicam. Rei enim difficultas stat in calidorum, frigidorumve potuum incommodis, quæ millies depingunt Hippocrates & Galenus: nam calidus potus hæc mala parit, *fastidia generat, cibique auiditatem minuit, viscera contristat, deiicitq; eorum vires, neruos effœminat, mentis torporem efficit, animi deliquia, sanguinis profusiones,* quæ omnia tepida subaudire decet. Nam calidioribus potib. nullus assuescit, nisi morboso aliquo affectu percitus: qui etiam sua præstant vitia, nam vt ex Galeno *libr. de sanit. tuend.* facile colligi potest, *obdurant contrahunt siccantq; ventrem, & quas tangunt partes, vt carnes semilixata commonstrant, quæ ante integram coctionem duriores persistunt.*

I. Potus calidi mala.

Frigidus vero potus *spirandi difficultatem, tusses, sanguinis fluxiones, pulmonis vasis diruptis constrictisq;*, ob frigiditatem inducit: *inualidat etiam cerebrum, ac fluxionis inde contristat, ventriculum imbecillitat, intestina, vesicam, & neruos reddit languidos, dentib. stuporem inducit,* tandem alia multa, quæ Hippocr. *lib. 5. aph.* præsagit his, qui frigida vtuntur. Tanta itaq; est huius rei difficultas, vt non immerito quis magna adhuc consideratione, & maturo consilio pertimescat, in re tam dubia quid sentiat, proferre. Quaprópter, vt mea fert sententia, distinctione oportet dirimere, meminerimq;, vtrum horum sit commodius. Itaq; iuxta *respirationis temperiem* & conditionem, hunc aut illum potum eligere oportet. Nam quæ calidum spirāt corpora, iure optimo sibi frigidum potum exoptant: quæ vero frigidum, ad mensuram frigiditatis calidum desiderant. Quam equidem vtrunque horum obtineat rationem, nullus certe ignorat, siquidem in subsidium sitis naturalis potus expetitur. Qualis enim insurgit bibendi appetitus, talis eligendus est potus, ac talis insurgit, qualis calor est, qui intus alimentū subagit, commiscetque: rursus talis calor est, qualis monstrat respirationis conditio, & sic calida frigidum, frigida calidum potum exoptant. Quo fit, vt neque omnes tenuere, nec temere accipere possint. Verum vt rem diligentius expendamus, nosse decet, frigidum potum in sanis corporib. necessarium, vtilioremq; esse omnibus aliis, rationi esse consonum, quod suo more his verbis docuerat Auic. *lib. 1. fen. 2. doc. 2. 16. : quæ præterea temperata quātitate frigida, aqua melior est aquis omnibus, licet neruos impe-*

Frigidi potus incōmoda.

Indicantia, vtrum potus calidus an frigidus sit exhibendus.

Frigidus potus sanis vtilior.

*dias,*

*viat, & apostema in interioribus habentes lædat, & est ex eis, quæ appetitum excitant, & stomachum fortem efficit:* cui etiā ratio adstipulatur. Si verò potus sitis gratia adhibetur, & hæc ab appetitu frigidæ prodit, (aut ipsa est ipse appetitus) rationabile quidē est, frigidos debere esse potus: si quidē omnis sitis naturalis causa, à calore, quo animātia viuunt, suboritur: ergo sitis subsidiū iure optimo tenetur esse frigidum. Quo fit, vt frigida potio, ob oris vētris corrugationem, appetitum ad cibum excitet, robustioremq; efficiat naturalē calorem, actionesque omnes roboret, & ciborum assationem impediat, demiq; principalia omnia mēbra temperet, sitim citius extinguat, & minore potus quantitate, ac per longius interuallū. Vltimo quidem frigidis potibus membra nostri corporis diutius persistunt in naturali dispositione. & prohibetur præter naturalis effluxus: tandem spiritus minori dispendio in corpus distribuuntur. Quo etiam fit, vt robustiores queant efficere actiones, quia corpus ea temperie frigido potu tuemur, qualē tempore veris ipsum obtinet (etiamsi sub Sole feruido degat) citra languorem & facultatum iacturam. Præterquam quod ad sitim commodius attendam, frigidissimo aquosissimoq; vti vino cōsuluit Hippocr. *lib. de salub. diæta.* hæc verba referens: *Quoscunq, vero sitis corripuerit, his & cibi & labores detrahendi sunt, & vinum bibant aquosum & quam frigidissimum.* Prætermitto quidem in hac re consulto, quam plurima Gal. & Hipp. consilia, quib. præcipiunt potus refrigerare. Prætereo etiam Romanorum & antiquorum omniū exempla, quib. probari facile potest, quantam curam impēderit apud eosdem frigidorum potuum necessitas. Satyrici namq; non semel testati sunt, apud Romanos gelidæ calidæq; ministros fuisse in mensis: refertq; Athenæus varios refrigerandi potuum modos & vsus: præterquam quod apertis verbis frigidum potum in sanis non renuat Gal. *Lib. de cib. bo. & ma. su. prope fin.* ac non solum potus, sed & fructus, & cibaria pleraq; non obstantibus, quæ primo loco proposuimus, malis orti ex frigidis, ac Gal. & Hipp. proferre videntur, quæ nulla ratione potum frigidū interdicunt, vt nonnulli falso censent, sed solum aut ex niue & gelu stillatitiam aquam, aut eisdem commistam, vt aperte innuit his verbis Hipp. *Lib. de locis, aere & aquis. At verò aqua ex niue & glacie fientes, omnes malæ sunt*: quo etiā loco pulcram eiusdem rei rationem reddit. Quod testatur etiam Auic. *Aut largum aqua potum supra modum frigida, qualis nix & glacies*: nam hac lege intelligere licet auctorum sententias, quibus videtur interdici frigidus potus, nulla causa quæ contrarium expetat superueniente, frigidos potus sanis hominibus porrigere oportet. Non equidem sat est nosse, commodius esse vti frigido potu in sanis potius, quàm calido aut temperato, siquidem non minor est de modo refrigerationis controuersia. Varii namque reperiuntur refrigerationis modi: ex quibus multi vnum, alii verò alium, & tandem quisque pro voto suum, vt sibi placet, aut prodest, eligit: itaque vnus refrigerationem ex aqua puteali eligit magis, alter in profundum puteum aquam immergit, multi in subterraneis locis & specubus eam recondunt, item alii pernoctare in altis domus locis aquam sinūt, postea ante solis ortum asseruant. Nec desunt qui agit [illegible] aqua [illegible] gerent, sicuti & alii sunt, qui per noct[illegible] aquam [illegible] dam super amphorā spargunt, p[illegible] opertam recondunt. E[illegible] apud [illegible] ualuit plurimum, potus refrigerat[illegible]. Cæterum hi omnes refrigerandi modi & faciles sunt & non plurimum graues, aut periculosi (licet profundis puteis refrigerare haud tutum sit, ob crassam iam & nebulosam humiditatem, quam aquæ ex puteis suscepiant) præterquam quod minus sunt suaues. Quapropter humana curiositas (*vt nihil palato desit*) aliam refrigerandi potus adinuenit modum, quem acceptum esse ex Nerone Romanorum Principe suspicor: qui decoctas aquas vitreis vasis docuit primus sub niue recondi, *vt ex Plinio lib. 31. cap. 3. constat*: quod existimo factum fuisse Andromachi consilio, licet Galenus etiam id Senensis imperatoribus consuluerit. Acetiam Alexander, vbi Petræ ciuitatis Indiæ obsidionem parasset, triginta magnas fossas excauauit, quas cum niue repleuisset, *vt Athenæus refert*, ramos quercinos superiniecit, vt diu durasse posset, ad potus delicias militibus comparandas. Denique refrigerandi per niuem modus, ita vt ea vasculis circumponerentur, (nam niuem in potum inijcere, vt perniciosum & detestabile, reiiciendum puto) valde frequens Romæ fuit: ac per eam vina cæterosq; potus, item fructus refrigerabant, præsertim quidem decoctam aquam, quam inde *decoctam* appellabant. Quod probauerat etiam his verbis Auicen. *lib. 1. fen. 2. tract. 2. cap 16 Quod si aqua glacialis ex aquis malis fuerit, aut fuerit nix vertuosa contrahens malam, & extraneam a locis in quibus cadit, erit melius vt cum ea infrigidetur aqua, exterius prohibendo ipsam à permistione eius.* Cæterum hoc nostro seculo, tantum vsus refrigerationis potuum per niuē creuit, vt licet delectis simul & saluti commodior tutiorq; sua natura sit, abusus quidem & nimius hominum luxus, præstantissimum hoc vitæ præsidium indies perdidit, pertimescēdumq; efficit, ob indexteram inordinatamq; vtendi rationem. Quo fit, vt multi alieno malo perterriti, fugiant, quæ alioqui essent proficua: sicuti alii plus iusto audaces, non solùm aquā ex niue refrigeratā, verum & niuē ipsam, aut glacie, non citra suppliciū superbibunt. Quo fit, vt ex medicis quidā ex toto niuis vsum auferant, ob ea quæ incautis succrescunt pericula: ac credentes quibusdam Hipp. & Gal. locis perperam intellectis: quib. videtur frigidorum, vt niuis & glaciei, vsum reouere. Quæ quidem sententiæ de potu niuosæ aquæ, aut quæ ex gelu instillatur, (nā hę perniciosæ sunt, & damnandæ) subintelligendæ sunt. Niue enim se refrigerare vasculis circuinposita, ipse docuit Gal. locis nuper citatis. Ex hoc quidem refrigerationis modo nihil mali aqua acquirit, sed tantùm impensè frigida; gustuiq; suauior redditur, & tandē refrigerari potest, quantū quisq; exoptat. Itaq; nullus est refrigerationis modus, sua natura salubrior, & omnib. commodior, si quidem vnusquisq; metiri potest, quantam velit in potibus refrigerationem, quod in aliis modis minime reperitur.

Frigidæ potionis commoditates.

Sitis vt arcenda.

Frigidam quo ingenio potius parare oporteat.

Niuis potus per niciosus.

Potum niue refrigerare docuit Galenus.

Verùm ne videar refragarius malis, quæ quotidiana experientia commonstrat, si quidem per plures vidimus, solo aquæ niue refrigeratæ potu, immatura morte correptos: alios item, quibus ventriculum perdidit, thoracem cōpressit, fauces

Aquæ niue refrigeratæ pericula putatiua.

exasperauit, articulos etiam & totum corpus vlF tra modum refrigerauit, tormina commouit, & alia pene innumera mala, quæ passim apud incautos visuntur. expendisse hac in parte oportet, potum refrigeratum per se id minime efficere, sed improbam bibendi rationem, & index rerum vsum: quibus sæpe etiam eadem mala alimentis familiarissimis, & temperatis potibus, superueniunt: vt de intempestiuo potu ab exercitio Hippoc. *lib. 6. pop. part. 6. prope fin.* refertur inquit enim: *In Abderis palestra castas, qui Sthenens dicebatur, multum luctatus aduersus fortiorem, & in caput lapsus, digressus multam bibit frigidam aquam, tandem post varia accidentia tertia die mortuus est.* Quapropter, vt quisque huiusmodi potu libere & citra aliquod periculum, quinimo maximo sui commodo vti valeat, leges ac methodum, & indicationem aptius expendat oportet, quibus tutò id fieri possit.

*Frigida quibus legibus ac conditionibus bibenda*

I Prima quidé est anni temporis conditio: Nam huiusmodi potus iure optimo expostulant calida æstuantiaq; tempora, quale est *a medio vere, aut vltima eius parte, ad primam aut mediam autumni*: præsertim dum in calida, aut æstuanti tempenie perseuerauerint, & quo magis aduentauerit autumnus, aut calidam tempeniem mutauerit, eo plus remittere oportet frigiditatem, quinimo eo tempore ob iniurias ab inæquali temporis varietate illatas, temperatis oportet vti potibus, vt vtriusq; excessus suo temperamento compescatur: alioG quin facile est, fructuum, qui eo tempore maturescunt, abundantia, & frigido potu, in grauissimos morbos incidere, quales autumnus alere solet. Quapropter tantum remittere frigiditatis oportet, quantum tempus ad frigiditatem accesserit. Quod etiam de regionibus subaudire licet. nam in calidis & æstuantibus locis liberalius audaciusq; licebit hos potus porrigere.

II Secunda enim ratio, seu lex, desumitur à corporis natura, & conditione, cui potus huiusmodi 44 A porriguntur: Potum enim frigidum tantum concedit Galen. *lib. de cib. bon. & ma. su.* corporibus exercitatis: nam tradens hoc præceptum, inquit. *Sed hæc illis præcepta traduntur, qui in eo vitæ genere versantur, quod assiduis laboribus impeditur, vt qui regendo populo, & administrandæ reipublicæ præsunt, horumq; potissimum satellites, & ministri. Itidem quoq; se habent, tum quos bellicus labor exercet, tum quos viarum & itinerum longitudo fatigat qui verò huiusmodi negotiis vacant, solutiq; sunt, quam rarissime frigido egent potu, si exercitatione vti solent Qui minime exercentur summa æstate, cum vehementi calore vrgentur, fontis aquam bibant, niuisq; vsum vitent. Hæc enim quamuis protinus nullam iuuenum corporibus sensibilem læsionem inferat, sensim tamen, occulteq; crescente vitio, cum iam ætas progressu temporis inclinarit articulos, neruosq; & viscera in morbis vexat, qui difficulter admodum, vel omnino tolli non possunt: neq; id quidem temere. namq; ea pars corporis quæ natura imbecillissima est, à lædente quolibet patitur.*

B Quibus verbis aperte constat, qualia teneantur esse corpora, quæ frigidi potus occursum sustinere queant. nã pueros & senes ab huiusmodi potu hinc constat arcendos: siquidẽ qua ratione vt ea quæ ætas nequit optime sanguinis missionem sustinere ob imbecillas nempe vires, eadem neque fri[illegible]dæ potum. Itaq; qui pueritiam præterierunt, & [illegible]ondu[illegible] agesimum [illegible] ou[illegible] attingunt, libe[illegible]rè [illegible] ossu[illegible] [illegible]nus bene[illegible]cio: audaciusq; adhuc

*Pueri & senes & [illegible] ta frigi[illegible] o potu [illegible] cendi.*

qui inter hos calidiori sunt téperaméto, aut plurimo exercitio dediti, robustiq; natura sorte. Imbecilles verò, aut qui vitam agunt sedentariam, omnino ab hoc potu abstineant oportet.

Tertia quidem lex ex vẽtriculi & viscerũ conditione petitur. Plures namq; facile reperies, mediam adhuc ætatem agẽtes, & bono corporis habitu, quatenus sensus iudicare valet, præditos, quorum viscera, & vẽtriculus, aut ob naturalem à principiis constitutionem, aut ob aliquod vitæ erratum, aut affectum aliquem tam sunt imbecilla & languida, & mille aliis affectionibus deprauata, vt nulla ratione frigidæ potum sustinere queant: quinimo potius ab eo læduntur: Qua raC tione respondere interiora exterioribus tenentur, vt frigidi potus locum obtineant: ac rursus è conuerso plura alia reperies corpora, quæ etsi senectute sint confecta, & exteriori corporis apparatu, niuis contactum renuant: cum hoc tamen eo habent robustiora, & ventris calorẽ validum, vt citra aliquod damnum frigidissimos potus facile sustineant: quinimo sæpe iure optimo eos expostulent, iuuenturque, ac sentiant eis ab æstu leuamen, ac delectationem maximam.

IV. Quartò verò, vt citra damnum frigidum potum corpora sustineant, expendisse oportet refrigerationis mensuram: siquidem nullis corporibus est proficuus, dum niuis frigiditatem æmulatur: quapropter paulo remissius potu oi refrigerare oportet, aut ante potum à niue separare: non enim omnino gustui est indulgendum. Ceterum quisq; prout senserit à frigido potu alterari, affici ve, aut iuuari, poterit maiorem, minoremve refrigerationem in potu exquirere. Rimari enim oD portet, cooferat ne coctioni, aut bene feratur à vẽtriculo, vt iuxta eius affectum ac tolerantiã intensius remissiusve refrigerare liceat. Damnauerat namq; Hippocrates *Lib. 1. de diæta.* impensam à potibus frigiditatẽ his verbis: *At verò & spiritus & cibus & potus humiditatem, in corpore congelant, si excellenter frigida fuerint, & per congelationem ac frigiditatem aluos sistunt*: quod aliis verbis etiam dixerat, *Lib. 6. pop. part. 5. text. 27.* nimirum, *frigiditas ea quæ in ventre sunt indurat*, licet non sit intelligendum, vt multi falso censent, videlicet *congelat in partibus internis*, nam id viuente animali fieri nequit, sed diminuto calore, & cessantibus coctione & expulsione alimentorum, fit facile, vt reclusa intus, veluti congelata, crudave supersint.

*Frigiditas in potu nimia damnatur.*

V. Quintò etiam bibendi modum, ne frigidissimus potus noceat, perdiscere oportet: namque facilius est maiorem frigiditatem sustinere, vbi lente & paulatim ingeratur potus, quàm minorem, vbi confertim & subitò. Itaq; is, qui palato E plurimum indulgere cupit, lente bibat, vt quantum superat ventriculi vires potionis frigiditas, tantùm os, & œsophagus, lento illo motu, suo calore compescant & attemperent, ita vt gustus instrumenta frigidæ potus gratiam suscipient, ventriculus verò excessum non persentiat.

VI. Sextò quidem, cõsiderare frigidi potus quantitatem nimium conducit: præter id quod largus potus in sanis, sua natura nullum præstet vsum, sed fluctuationem efficit, coctionem vitiat, acidum eructare cogit, & ven[illegible]bur deiicit. Paruam verò quantitatem frigidissimæ adhuc aquæ

facilè

[illegible] susceperat, sustinetq; [illegible], & tanquã multis vsibus proficuam auide complectitur.

Septimo item, frigidæ potum facilius sustinet ventriculus ab assumpto cibo, quàm cum ex toto alimentis caret. Namq; neruea illa & membranosa substantia facile a frigidæ aquæ contactu alteratur, corrumpiturq;. Quapropter qui frigidam bibere cupiunt, id sine cibo pertentare [illegible]: facilius enim tolerat frigiditatis [illegible] venter, dum cibo aliquo obductus, protegitur; quam dum nudus eam susceperat. Atq; [illegible] quidẽ sunt, quibus pericula illa, quæ quotidie [illegible] vitantur, facile vitari possunt, quæ qui non expenderit, nihil mirum est, si maiora inceperit.

Potus pro siti non naturali duplex considerator.

Sitis quidem nõ naturalis, quæ citra cibi sumptionem aduenit, duplici consideratione venit in examen: Vna dum per se affectum constituit, & nulli alteri affectui coniungitur: Altera vero, dum morbis, passionibusq; quam plurimis succrescit: *cuius meminero tertia huius capitis parte.* Alterius vero, quę sola citra affectus complexum, homines apprehendit, hac in parte. Hæc itaq; fit aut caloris ventriculi copia, aut propriæ humiditatis inopia, aut eiusdem humiditatis iuxta os ventriculi efferuescẽtia. Quæ omnia iterum prodeunt, sitimq; inferunt, aut à causa principioque, vt fertur, extrinseco, aut intrinseco, licet manifesto, aut lege consortij ob aliquod membrum ventriculo vicinum, cuius etiam sit humidum & frigidum appetere, qualis *pulmo* est: nam huiusmodi appetitum in ventriculo, *sitim* appellamus. Ea tamen constituta differentia inter famem & sitim; quod fames propria est ventriculi passio, sitis vero oriri etiam potest ex affectionibus ipsius pulmonis. Fames item fieri nequit sine euacuatione facta in ventriculo, in quo opere nihil potest efficere pulmo. Sitis vero non naturalis, non solum ipsius orificij ventriculi passio est, sed etiam gulę, & omnium partium, quę [illegible] in ore, quas pulmo alterare potest, dum à se emittit fuliginosa excrementa à corde suscepta, quæ etiã sitim efficiunt.

G

Fames & sitis quid differant.

45 A

Sitim sedandi ratio varia.

Quapropter non est vnica sedandi eiusdem ratio & via, sed varia, pro ratione causæ, & operandi diuersitate. Externæ vero causæ, *vt aeris caliditas, & æstus, aut ignis: & fumi, aut pulueris approximatio, exercitium, ira, ac dolor, labor, & omnia, quæ calorem suscitare, & æstum in corpore excitare valent.* Item *vsus ciborum sale aut fumo exsiccatorum, pipere etiam, ac varijs aromatibus & speciebus conditorum, sicuti acerba aliarum rei vsus, aut vini meracioris, aut calidiorum medicamenta:* hæ etenim omnes causæ citra dubitationem, aut calorem feruoremq; aut cõsumptionem molliepies in oris ventriculi humido aut partibus ventriculo proximis sitim maximam & sæpe intolerabilem excitant. At internam causam, quæ manifesta est, *nonnunquam biliosi humores complent, sæpe salsi ac adusti confluentes ad ventriculi os.* Itaq; sic huiusmodi sitis, *vt ex Archigenis mente aperte Gal. lib. 6. epid. par. 4. com. 22. docet*, incalescentibus nonnunquam particulis, per quas ab ore ad ventriculum humor delabitur: quo fit, vt primum communissimumq; huius sitis præsidium sit somnus: *vt eo loco Gal. refert*, corporis quidem penitioribus, atq; iam dictis locis madefactis, vtpote per somnum sanguine ad interiora delapso: vel quia idem somnus humores concoquit, humectatque (dum modicus est) viscera omnia:

Sitim excitantia.

B

Somnus quibus sitientibus prosit.

Verum non satis est nosse, frigidum plurimum prodesse, sed potum pro causæ diuersitate, & ratione docere [illegible] cuius gratia expendere oportet, potus differentiam monstrari à caussæ varietate, & agendi ratione. Itaq; ij, quibus sitis pulmonis aut thoracis vitio subortur, respiratu & frequẽti aeris frigidi attractione leuantur potius quam potu. Quapropter his nullum excogitare potum oportet, sed aerem omni ingenio refrigerare, vt frigido ponantur, & libere respirent. Quibus etiã prodest sola oris ablutio ex frigida aqua. Qui vero alijs de caussis sitiunt, varios bibẽdi modos ac potus exoptant, (si memora prius, quæ sitim excitauerat causa.) Nam quibus sitis oritur defectu humidioris ventriculi, lente paulatimque, ac sæpius bibant oportet, vtentes sibi consueto potu, aut dilutissimo vino, vt humectiore hac lege facto ventriculi ore, sitire facilius desinant madefacit enim liberalius potus lente sæpiusque sumptus, quam in maiori copia, si confertim & subito ingeratur. At si huiusmodi humiditates, ob aliquam ex dictis caussis efferbuerint, frigidam, niue adhuc amplius refrigeratam, propinare oportet. Quæ licet subito confertimque sit exhibenda, copiosa tamen non sit oportet, ne simul cum efferuescentia nõ naturali, familiare etiam, & naturale calidum extinguatur, pereatque: nam id sæpe contingit, aut alia ob eandem rationem mala) ijs qui incaute iter agentes aut alio modo defessi, æstuantesque hoc vtuntur potu: Quod euenisset minime, si quantitatem imminuerent, & modum bibendi nõscere curassent. Quod si aliquis ventriculum forte obnoxium imbecillum, vinum dilutissimũ præsumat oportet. Verum si quis ob caloris copiam siti cruciatur, frigidum & confertim sumat potum decet: nam hac via facilius extinguitur *phlogosis*, vnde sitis prodijt, vt aperte consulit Hippocrates *lib. de salub. diæt.* his verbis: *Quoscunque vero sitis corripuerit, his & cibi & labores detrahendi sunt, & vinum bibant aquosum & quam frigidissimum.* Cæterùm si bibendi necessitas solo ventriculi aut oris partibus supra modum aridis & calefactis suboriatur, bibere eo tempore oportet frigidam aquam, aut cereuisiam citra alicuius rei calidæ & aromaticæ mixtionem: nam his partibus sitientibus, potus plurimum immorari oportet, vt sitis facilius mitescat, quam equidem moram impediunt aromata, & alia pleraque quæ potibus misceri solent. At dum sitis totius corporis calore suboritur, consentaneum rationi videtur eos potus exhibere, qui præter id quod frigidi sint, celeriter etiam totum corpus permeent, refrigerentque: qualis *cinnamomi aqua*, aut dilutum illud ex aromatibus conditum *hydromel*, quod vulgariter apud nostros Hispanos in publicis officinis venditur, in gratiam huiusmodi vsus: quemadmodum etiam alij potus parantur aromatibus, & ijs quæ tenuem virtutem obtinent: hi etenim potus vt cito permeant mixtione aromatum, ita citra aliquod damnum ocyssime refrigerant. In ijs etiam corporibus, quæ siti vexantur, ob salsuginosi humoris inundationem; præsertim cum prope os ventriculi, & partium oris immorantur, temperatum oportet porrigere ex aqua potum: quem lente paulatimque, ac per vices ingerere decet, vt facilius ad ni-

Sitis ex vitio pulmonis, vt pellenda.

C

Ex defectu humidioris ventriculi.

D

Cautio.

Ex caloris copia.

Ex arefacto ore aut ventriculo.

E

Ex calore totius corporis.

Ex salsugine & humoris inundatione.

vicem

F inuicem misceantur p[illegible] a ventriculo inhærent, & potus qui deli[illegible]tur: nam hoc modo facilius sitis extinguitur, quam si subito, confertimque potus deferatur, nam promtius è ventriculo profluit. Verùm si ob biliosos, acres, mordaces ac serosos humores, quis sitim patiatur, calidos potus [illegible]umat oportet, frequentius tamen ac lente, vt promtius misceatur, ac ocyssime attemperetur e[illegible] terrima illa qualitas, cuius ratione sitis oritur: quod mirum in modum efficit calidus potus, tam in his, quàm in omnibus aliis: qui medicamenti tum aliquod acre sumserunt: quibus maiorem potus quantitatem porrigere oportet, vt non solum medicamēti vis retundatur, sed etiam totum ipsum abluat, deferatq; suo impetu secū.

Ex acribus humoribus.

Vt varii quidem sunt hominū mores, variæq; nationes, ita de variis quisq; pro regionis sorte, aut vitæ instituto assuescit potibus: Sic Flandri, Galli, & Ang[li] omnes *cereuisia*. Cantabri *sidra*. Hispani *hydromellite*, Indorum fere omnes nationes *vino ex Palmulis, & Maiz* confecto. Omnes tamen aqua. & vino ex vitis vtuntur. Quapropter quid in vtroque; seruandum sit, quidue considerandum, vt suum vsum & gratiam corporibus impertiantur, hac in parte expendisse oportet.

Potus omnium communis & cuiusque proprius qui nam sit.

Aquæ v[su]m omnium animantium generi vtilissimum es[se], omnibus compertum est. Præsertim vero ho[mi]num generi pernecessarium nemo negauerit. Quare senera antiquitas his, quos acerbissime mulctatos volebat, interdicebat aqua & igne; neq; immerito Viuius Serenus exsilio damnatus, insulas aspernatus est, quæ essem aquarum egentes, dicens *dandos esse vitæ vsus, cui vita concederetur*. Atqui cum tanti sit hominibus momenti aqua, eius electionem & dotes timari prius decet, ac vltimo quibus sit proficua. Licet plurima sint aquarum genera (sint enim *pluuiæ, fontanæ, fluuiales, puteanæ, stagninæ, aut ex niue, & gelu liquatæ*) omnia tamen v[n]ico electionis modo sunt æstimanda, etiamsi inter has aquas aliæ aliis sint præstantiores, vt *pluuiales*, quæ apud plerosq; probatur, præsertim si ex serena pluuia, & citra tempestatem sit collecta, licet contrarium sentiant Paulus & Auicenna, verùm quisq; pro locorum, & cœli natura aliam probat extollitque. At ea cuiuscuis sit generis probatissima est, quæ visu, gustu, olfactu pura sinceraque distinguitur. Quod eleganter Plinius significat, dum inquit, *Aquam salubrem aeri quam simillimam esse oportet, quippe sincerus aer nec visus, nec olfactus, nec gustus vllas qualitates offert*. Visu quidem limpidissima, & valde pellucida, & in qua nulla externa substantia innatet: gustu, quæ nullum referat saporem: odorem etiam nullum edat extraneum oportet. Præter quas conditiones, aliam ab experimento explorarunt Galenus & prisci alii, quæ videlicet à cibariorum coctura desumitur. Si enim *carnes, fructus, poma, fruges, oleraque, & quæ legumina difficulter coquantur in aqua*, indubitatum improbæ aquæ signum esse: sane optima maximeq; laudabilis ocyssime ea coquit. Probatur etiam aqua, vbi ex coctura, aut diuturna in phialis mora, nihil residentiæ habet. Verum superest adhuc alia probandi ratio, quæ statera tantùm perficitur: quod equidem plus [d]iligentiæ, quam [v]eritatis, si hoc solo signo [t]eneamur, obtinere iudico: nam leuitas [illegible] aq[uæ] probatissimis expetitur, nō sta

G

Aqua omnium animantiū potus.

46 A

Aqua probatissima quæ.

B

Aquæ improbæ signa

tera, sed fa[c]tio [nort]adhuc d[il]igētia exploratur, nisi velimus conferre aquas à mineralib. profluentes specubus, his quæ potabiles sunt, nā illæ his sunt grauiores propter mixtionē mineralium maximam, quam secū deferunt. Autumnat n. Plinius tanquam rarum, leuiorem esse aliquā. Licet pondere differre proferat Hippocrates, etiamsi non eo liceat colligere ex pondere bonitatē, sed differentiā, *vt idem auctor refert*: Item Erasistratus apud Athæneum decipi eos putat, qui tali vtuntur libræ experimento: atq; se expertum in aqua Amphiarati, atq; Erehtriæ, quarum altera vitiosa, altera vero optima erat, nullum autem discrimen in pondere deprehendisse fatetur. Nec mirádum est, adeo inualuisse animos hominum in hac re hoc nostro seculo, vt Regum, Principumq; potibus aquas destinatas, examinandas probandasq; illa trutinæ liberatione ministris committant, siquidem in eadem caligine superiora vixerunt secula. Gal. etenim arbitratur, si ad alia bonitatis argumenta illud quoque accesserit, non obesse; alias id parum moratur, docens fidendū esse magis, ad verā aquæ electionem, ipsius scaturiginis principiu, & ventis, versus quos aqua defluit: itē considerare docens transitum ipsius, & fluxum ipsum versus Orientem, aut Occidentem, & alia pleraq; quæ consulto prætereo. Ceterum iudicio nostro aquæ leuitatem non licet statera metiri, sed vt aperte consulit sapientissimus ille Hippoc. qui eam esse leuissimam, tenuissimamq; indicat, quæ cito incalescit, & cito refrigeratur: quā quidem probationem ego semper inter cæteras magnifeci, vt quæ ex primis naturæ aquæ principiis originē trahat. Itaq; his conditionib. & hac præsertim vltima, aquā potui aptam eligere oportet.

C

Aquæ proba per librā nullius momētu.

D

Aqua lectissima quæ.

Quibus vero aqua sit necessaria, iam disces, si prius dixero, tanti fuisse momenti apud Romanos aquæ potores, vt virtutis esse certissimum signum existimarent aquam bibere, ab aliisq; potibus abstemios esse. Sic fœminas Romanas abstemias fuisse inuenio, quod scilicet non liceret eis vinum bibere, nisi valetudinis caussa, ideoq; exempla sunt, quæ deprehēsas in potu vini morte punitas, ne dum dote mulctatas docēt. Abstemios fuisse non paucos nemini dubiū est, vel valetudine ita poscente: vel podagra, vel literarum studio: vt Demosthenem, vel alia quadam causa fastidii, vel beneficii. Aqua enim nulli non ætati necessaria exsistit: Galenus profecto pueros aquā bibere voluit, quoniam vini succus præterquam quod illis nihil confert, grauissime nocet, ideoq; à cibo, & per feruores frigidam potare consuluit: adultos vero iam vinum dilutius bibere non dehortatur, sed parcius propinandum monet. His autem qui natura, aut ætate temperamentum immodice calidum nacti sunt, aquæ potum saluberrimum esse idem docuit. Quod verò senio confectis aqua non innoxie potetur, satis constat, licet aquæ potores salubriter & longissime viuere constet, Aquam enim *edacem* dixit Hippo. quod *bibita cibi auiditatem augeat*, itaq; hæc & mille alia aquæ potores obtinent bona: nisi aquæ etiam ebrietatem doceret humana curiositas, quæ ea citra debitam mensuram, tempus & modum, vti consuluit: à quibus potius suborientur varia mala, quam ipsa aqua sua sponte efficere valeat. Quapropter qui salubriter ea vti volet, consulat

Aquæ potores in magno honore.

Aqua omni ætati prodest.

E

Aquæ potores longissime viuunt.

prius

F [illegible] naturam propr[illegible]m, ventri robur & [illegible]ne in coquendo appe[illegible] vini necesse totius hominis temperamentum iuxta Hippocratis di[illegible]tum, *lib. 6 pop.* co[illegible] calenti *calidæ naturæ refrigerationem, & aquæ potionem: & quod si ei assuescat, vt cuiusq; actionibus prosit, & tantum ingerat, quod nec fluctuationem efficiat,* [illegible] *optime à virium ventris robore feratur.* Sed humana fragilitas eo iam deuenit, vt pauci adhuc existant, qui aquam innoxie bibere possint, ob eum quem à principus aut improbo bibendi modo contrahunt languorem.

Aqua[m] sine noxa cur pauci bibant

Vini encomia

Vinum apud omnes maiores gentes in summo honore semper fuisse, omniũ fere nationum testantur monumenta, quibus accedit magnus ille Ambrosius *Lib. 3. Exa.* (sicuti & sacræ scripturæ varia testimonia) cuius verba hic subiicere optimum duximus: *Deus, inquit, qui sciret quod vinum sobrie potatum sanitatem daret, augeret prudentiam: immodice sumtum ad vitia caussas daret, creaturam dedit, abundantiam hum[ano] arbitrio reseruauit. vt parsimonia naturæ esset magisterium sobrietatis. abundantia noxium lapsum temulentum sibi adscriberet.* Prætereo hic consulto breuitatis caussa, laudes, sicuti & plura alia, quæ passim apud priscos de vino reperiuntur: nã mihi tantum est in animo rectum eius vsum docere. Vinorum namq; naturam, vires & miram varietatem aliis disputãdum ad vnguẽ relinquo. Sat enim hac in parte est nosse, alimentum esse, & potum, aut vt rectius loquar, potũ refectorium.

G Vtimur enim vino tãquam vitæ maximo præstantissimoque subsidio, & pro Potu, & pro Alimento, & pro Medicamento, *vino*, inquit Plinius *lib. 4. cap. 5. natura est haustu accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi.* Potatum autem gratiam ac beneficiũ efficacius præstat vinum, quam quiuis alius liquor: nam defert ob celerem mo-

Vini vsus rectus.

47 A tum, quem ob tenuem substantiam obtinet: miscet alimenta ob eandem substantiæ tenuitatem, qua facile in omne alimentũ sese insinuat, & tandem cuiusuis potus omnia bona facilius præstat, præsertim in iis, in quibus ob aliquod ventriculi vitium ea negligentius perficiuntur. Quo quidem factum est, vt aqua sæpe misceatur: nã merũ per se nullus auctorũ ad potus officiũ cõsulit, qua ratione expendere hac in parte decet, cur vsui antiquitas mixtionẽ hãc tamdiu cõmendauerit.

Vini vires.

Fertur quidem apud Plinium, Staphylum Sileni filium, vinum aqua primũ miscere inuenisse. Athenæus scribit, *lib. 2. Dipnosophist.* Staphylũ *vini temperationem Melampodis inuentum esse*, tradidisse literis. Idem vero prodit, *lib. 5. Philocorum scripsisse, Amphictionem Athenensium Regem didicisse apud Dyonisium vinum miscere, ac temperare.* Certum quidem est, ab homine prudente, & medicinæ non ignaro excogitatam illam temperationem, vt feruor,

Vini mixtionem cũ aqua quis inuenerit.

B furorq; vini aquæ accessu hebetaretur. Sic enim plures audent vino vti, qui meracius sustinere nequeunt: hac etiam mixtione, & potus officium præstantius perficit, & alimentum citius præstat. Nouimus enim quosdam dilutius potare assuetos, qui meraciori epoto, vel pusillo lædantur, sicuti etiam alios meracius bibere assuetos, quibus ventriculus potione dilutiori protinus subuertatur. Nam vt Hippocrates *lib. 2. acutor.* refert. *Illud enim humiditatem in superno ventre inducit & flatum in inferno: hoc vero venarum palpitationem, & capitis grauitatem, ac sitim*, præterquam quod eodem loco vinorum mutationem [illegible].

Vini temperatura diuersa pro diuersitate subiectorum.

Porro animaduertere [illegible] hic partem [illegible] ægrotantibus [illegible] aquæ mixturam. Vi[illegible] bus in morbis quidem [illegible] veluti [illegible] rationem, quæ ad [illegible] in corpus [illegible] in hecticis & [illegible] corporib[us] par est. A[illegible] plus vini add[illegible] dum videlicet in animo est, coctionem iuuare. [illegible]anorum quidem maxima pars vinum dilutum potat. Verum aquam vinum vincere, non est ne-

C cesse, præterquam quod plurimi sunt, qui meraciori vtuntur. Neque igitur protinus (quod sæpe fieri hodie video) ebriosi aut vinolenti censendi sunt, quibus potus meracior in vsu est: nam multis quidem adeo superstiot ex morbis mẽbra languida, aut humores ita crassi abundant, vt ad robur & coctionem iuuandam id sit necessum. Verùm id tantum recuperandæ salutis gratia optimum esse censeo: *Meracum enim*, dicit Hippocrates, *lib. de vet. med. imbecillos reddit homines.* At in conseruationis ratione commodius tutiusq; est, semper ipsum temperare: præsertim in iis, quorum

D ætas, aut consuetudo, natura, aut capitis imbecillitas vino repugnat: quibus ob aliquem affectum conceditur, non omnibus quidẽ par mensura seruanda est, sed inspectis natura, temperamento, ætate, regione, & consuetudine, vt iuxta cuiusque indigentiam vini temperationem metiamur. In iis enim quibus caput facile tentatur diluere vinum oportet ante potũ tempore multo, aut micam panis inicere, vt quod in eo halitnosum est, facile euanescat. Quin & vis, naturaque vini ipsius, consideranda est, vt plus minusve attẽperetur, pro vini virib. & robore. Itaq; vinum temperare oportet, tũ ad sobrie bibendũ, tum vt vini vsus promtius fiant ad cuiusuis indulgentiã.

Pro alimento quidem frequentius vtiliusve maior hominum pars vino vtitur. Quapropter hac in parte expendisse oportet, *num omnibus corporibus vinum citra discrimen conueniat.* Atqui licet ex Hippocratis & Galeni testimoniis, diuersa in hac re facile sit colligere, iudicio tamen nostro, rei natura in hunc modum se habet. Corpora etenim calida dubitationem mouent, an vinum exoptent, nam de frigidis nemo ambigit. Ceterum in his expendere oportet, corpora lapsa ad sui reductionem inire contrariis gaudere, verum ad conuersationem solum modice contrariis: sic corpora siue ætate, siue natura calida sint, gaudent quidem & conseruantur vino, diluto tamen & modico, ita vt minus calidum supersit mixtione aquæ, quam temperamentum ipsum. Vino enim diutius in laboribus & sanitate persi-

Vinum verum omnibus corporibus conueniat, & qua lege liceat vel pro alimento.

E stere corpora calida cernimus, quæ facile aquæ potu labuntur, tanquam ex toto contrario, licet in morbis, præsertim febrilibus, frigidam facilius sustineant, quia lapsa temperies reductionẽ, quæ contrariis perficitur, exoptat. His facile intellectis, haud graue est auctorum de hac re variam sententiam dirimere, si quidem ad varia respiciẽtes, diuersa proferunt, *vt doctissime aduertit Christop. Vega lib. de art. med.* Qui vero calida admodũ constant natura, aquam bibere sunt cogendi, aut dilutissimum vinum, ceterum rarius, etiamsi calidis naturis vinum molle & album proximum sit aquæ, vt ex Hipp. *lib. 1. de Diet.* constat. Inquit enim:

*Vinum*

*Vinum molle & album: quod aquæ sit proximum* loquebatur de calidis naturis: In ætatibus verò res ita se habet. Arcendos enim pueros à vino omnino monent clarissimi Philosophi ac Medici: modicum verò iã adultis præberi vtiliter censent. Platoetenim *lib. de leg. dial. 2.* lege sanxit, *vt pueri vsq; ad duodevigesimum annum, vini vsum prorsus ignorent, ne ignem igni in corpus atq; animum suggerant, antequam viri effecti subire labores incipiant: Furiosum namq; iuuentutis habitum caueri* inquit, *oportet*: deinde *vino modico vti* præcipit, *vsq; ad annum ætatis trigesimum, sed cum quadragesimũ transierint, liberalius eo vti oportet*. Itaq; iis qui adolescunt, omnino aduersum est vinum: siquidem feruentem naturam eorum vehementerq; agitatam, plus iusto calfacit, & ad insanos, absurdosque & fennos motus perducit. Prætereà cum vinum humectet, caputq; repleat vaporibus, atque totum corpus, & pueri suapte natura his periculis abundent, facile in ea incidunt, nisi salutis gratia id exhibere vsu veniat, vt consulere videtur Hippocrates *lib. de salub. diæt.* per hæc verba: *Ceterum puerulos infantes per multum tempus in aqua calida madefacere oportet, & vinum bibendum dare aquosum, & non penitus frigidum*: quod dixisse constat ad arcendos vomitus, & ad conuulsionem præcauendam: nam mox subdit: *Hæc autem facere oportet, vt & conuulsionibus minus corripiantur, & maiores fiant, ac meliorem calorem adipiscantur*. Ex quibus constat in sanis optimo corporis habitu constitutis, minime eo esse vtendum. Senibus enim amicissimum, pariterque vtilissimum esse, omnibus est proclamatum: his quidem duo potissimum commoda ex vini potione accedunt: alterum videlicet, quod omnia ipsorum membra calfacit: alterum quod per vesicam, & vrinas sanguinis serum, quo scatent, purgat. Præter hæc enim inquit Plato *eodem loco*: *Vinum quasi remedium aduersus senectutis duritiem nobis est concessum, vt reiuuenescere videamur, & mæstitiæ nos obliuio capiat, ipsaq; affectio animi, sicuti ferrum in igne ex duritie in mollitiem deducta, flexibilior fiat*. Itaque per ætates hac lege vinum porrigere decet. Verùm si senes valetudinarii fuit, podagrici, vel defluxionibus à capite tentati, aut vesicæ ardore, vel renum calculis infestati, vt salubrius viuant, vinum interdicere conuenit, quippe his crassos, ac viscidos solũ humores fundere, attenuare, & in salsuginem agere natum est, vel vrinæ calculum addere, quo fluxiones, & prædicta mala acerbius irruunt, natura nequeunte fusos ac frigidos succos pariter, nec vinum conficere: maximeq; hoc præceptum ex vsu erit his, quibus iecur calidum est, & alui excrementa duriuscula excernuntur. Quod si ventriculi imbecillitate & calore, eius defectu aluus humectiora excreuerit, tunc quidem vino indulgere oportet modico, vel saltem in prima mensa, aut pane ligato. Sic etiam & hominum exercitia vini mensuram, & modum præscribunt, *vt ex Platone constat loco nuper citato*, qui ducib. & militibus, nautis & magistratibus, atque iudicibus munus suum obituris, vinum interdicit, sicuti & deliberaturis de rebus non omnino negligendis: tandem omnibus, quibus caput tentatur, si os vino colluatur. Itaque, vt rem summatim dicam, in vini vsu firmum, aut infirmum caput contemplandum esse censeo, & iuxta capitis naturam vinum porrigere, aut negare, erit æquum: tandem tantum dare, quantum robustum caput permittere vtilium fuerit: idq; in iis corporibus, quæ exercitiis plurimum dedita sunt, in aliis verò moderatius & dilutius, quantum videlicet sat sit ad corporis alimoniam præstandam. Namq; pro alimento frequẽtius & commodius maior hominum pars; vino vtitur, ita vt, curiosa antiquitas præstãtiorem vinorum differentiã ex alendi diuersitate & modo diligenter obseruauerit. Reperitur namque aquosum exiguum præstare alimentum, crassum & subrubrum multo quidem magis corpus nutrire, sed tantum à nigris vincuntur in alẽdo plurimum quantum præstant in alendo vniuersim, & velociter: quæ verò candida sunt, sed crassa, lenius quidem his alunt, plus autem tenuibus & albis, sed nec velociter, neque vniuersim: quantum verò in his discrepant, tantum & excretione distant: quippe aquosa ocyssimè per vesicam excernuntur, cetera non item. Rubentia simul & crassa sanguini gignendo sunt accommodatissima, vt quæ minima egeant mutatione, ab his nigra, crassaq; & dulcia, tum colore quidem rubra & nigra, sunt consistentia crassa vnà cum adstringendi facultate: his autem minus alunt suapte natura, quæ alba sunt, simul & crassa, & acerba. Omnium autem minime alunt colore alba & consistentia tenuia: dulcia verò in ventriculo facilius conficiuntur, ac distribuuntur, quàm austera, quoniam sunt calidiora, si tamen ventriculus bibentis eo sit robore, vt conficere ea accurate valeat, nam hoc pacto vberius nutriunt. Ex quibus differentiis & nutriendi viribus facile cuiq; erit indicationem elicere vtilem & necessariam eis, qui alimenti gratia vinum sunt potaturi. Nam qui robusto sunt habitu, & laboriosam, plurimisque exercitiis deditam agunt vitã, vino nigro, & crassioris substantiæ vti iure optimo tenentur, vt corporis moles robustior, solidiorq; fiat, ac difficilius laboribus dissipetur: quæ etiam corpora vti tenentur vino nouo potius, quam antiquo, quia diutius durat, & plus alit. At qui vitam agunt sedẽtariam, & molles sunt carne, paucissimi nutrimenti, vt maioris caloris vinum eligant oportet, quale tenue est & albũ: habent enĩ hoc peculiare mollissima corpora ob vitæ institutum, & alimẽtorum naturam, vt facile laboribus dissipentur: quapropter vinũ desiderãt album ac tenue, mox à labore sumtum: vt citò renutriantur, sicut nigrum, ac crassiusculum aliquando, vt huiusmodi corpora difficilius dissipentur: calidiora etiam exoptant, vt coctionem, quàm nequeunt probe perficere, suo calore præstent. Corporibus item, quæ optime nequeunt ob pororum angustiam & solidarum partium contexturam, alimoniam suscipere, vinis albis & tenuib. & quæ citò permeent, secumq; deuehant alimentum, vti oportet, sicuti ea quæ raræ sunt contexturæ, & quib. facile alimentũ labitur, vino nigro. Ventriculus etiam qui ocyssime coquit alimenta (in quo periculum est, ne aliquando alimenta superassentur, saltem quæ tenuia sunt) vino vtatur aquosiori, aut nigro plurimum diluto: Is verò qui tardè sua perficit munia albo & meraciore. Ceterum qui ex vino alimentũ exquirunt, attentè obseruent oportet, vt vinũ, quod ingerunt, in ventriculo coquatur, alioquin neq; alimentũ præstabit, neq; calorem: quinimo facile frigidos affectus gignet, *vt ex Gal. lib. 3.*

Pueri à vino arcendi.

Senibus vinum est amicissimũ.

Quibus senibus vinum interdicendum.

Caput firmum aut infirmum in vini vsu contemplandum.

Vinum quod nã magis alat.

Vinum quod nã cuiq; competat.

Vinum in ventriculo non coctum nec alimẽtum, nec calorem præstat.

[illegible] temperam[illegible]. N[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] F [illegible] [illegible] & fi mu[illegible] [illegible] po. tin[illegible] [illegible] nod[illegible] [illegible] refrigerabunt [illegible] iudicio [illegible] qua l[illegible] liceat vini vti,dum a[illegible] [illegible] conamur.

Vini et[illegible] [illegible] tanqua[illegible] [illegible] ac præstantiss[illegible] [illegible] pendere opo[illegible] vino [illegible] [illegible] vt iuxta affectus cuiu[illegible] naturam cog[illegible] ini etiam conditione, quo i vtile comm[illegible] q; fore existimauerimus, vniciq; tribuatur. [illegible] differentias igitur naturales à *Sapore,Gustu,Colore,Consistentia,Odore & Viribus, Potestate*, sumuntur Gustus vero in *Dulcem & Austerum diuiditur*, & ex his medium,h[illegible] est, quod n[illegible] [illegible] ha[illegible] qualitatum manifeste repræsent[illegible] aut quod vtriuſq; sit particeps. Verum, si Plinio credimus, plures aliam hoc succo repeririuntur sapores, namque in eo & austerum,& acerum,& dulcem,& suauem reperiri restatur. Colores item in vinis album, nigrū, fuluum,flauum & rubrum inesse Galenus testatur.

Vini differentiæ multiplices.

G & alios medios esse. At vt colores, *ita* & vires habere varias docet Hippocrates. Ceterum à consistantia,alia aquosa,alia tenuia,alia crassa:in quibus media quoq; statuuntur,& inueniuntur discrimina. Ad hæc vina quædam Suauem spirant odorem,alia Ingratum, & protinus nares ipsas offendunt: nonnulla vero odoris penitus experta.Postremo alia Valida & Vehementia,alia autem Imbecilla & leuia:in quibus etiam numerosiores differentiæ reperiuntur. Sed harū quidem differentiarum illæ,quæ sumuntur à colore & o-

49 A dore,non considerantur primo & per se,sed ex accidenti. Quibus itē conditionibus accedit tempus,seu ætas vini,quia eius qualitates tempus citra vllam dubitationem mutat.Ex quibus cōstat, præter alendi vim, vina omnia alterandi etiā potentiam obtinere.Secundo etenim ordine calida sunt,etsi vetustiora sint,tertio licet non omnia vina calida esse constet, *vt ex innumeris Galeni testimoniis facile probari posset*, neq; adhuc vetustissima, nam aliqua ex propria natura vt alba tenuia, & noua crassa, & nigra austera, quæ refert vim habere refrigerandi,ac nonnulla etiā vetusta,quæ, præ antiquitate resolutis virib.& igneo elemēto, languere compertum est. Vina enim flaua & fulua,& antiqua calida sunt,*vt inquit Paulus*,licet fallatur, afferens omnia vina calida esse, *fitute & Aetius*.In qua quidem dubitatione ego censeo,vina refrigerare,nō dici absolute , sed aut respectu calidiorum quorundam corporum,aut aliorum vinorum quæ calidissima sunt,aut ex eo quod non

Vina alterādi etiam potentiam obtinent.

Vina non omnia calida.

B probe cōficiantur à pusillo corporis calore.Quin fit,vt aliquo modo frigida esse videatur. Sed expendere in hac re oportet cuiusvis differentiæ vinorū efficaciam & vim,vt facile pateat quibus indicationibus & morbis expoleendis vti deceat. Vnam enim imprimis communissimam habēt virtutem vina omnia moderate sumta. Nimirum vt vitam [illegible] sanam & longam: eo[illegible] enim etiam ceterorum alimentorum [illegible] distributionem præstent,sanguinis [illegible] augent, nutritioni materiam supp[illegible] [illegible] alant,robur & firmitudinem p[illegible] [illegible] dam

Vina quatenus refrigerent.

Vinorum omnium cōmunissima virtus.

tamen [illegible] quædam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Harte[illegible] & [illegible] sple[illegible] [illegible] tu [illegible] [illegible] [illegible] tam h[illegible] [illegible] Vant.Pro[illegible] [illegible] pulm[illegible] beat, nam ampl[illegible] [illegible] meatus [illegible] struere:biliosis [illegible] [illegible] uns[illegible] niunt. Vinum ver[illegible] [illegible] diutius immoratur,fluxio[illegible] [illegible] conducit.At vina [illegible] & [illegible] C bent fuluum & flau[illegible] [illegible] calida quidem sunt [illegible] licet ventri [illegible] tamen. Quapropter quæ [illegible] mimus caput tenuant [illegible] *Rabadauia, & Cantal*[illegible] vtilia:licet his alia,*in Bætica H*[illegible] [illegible] reperiuntur [illegible] *Geresana,& de Caz*[illegible] gris quidem vinis tenuia [illegible] *vt Tllanea* [illegible] sunt,& tenis vti[illegible] q vero crassa [illegible] sunt, sanguinem multum & melancholicum generat. Vinum item *protropum*,quod ex vuis non expressis [illegible] nimis est,& obstructionib. idoneum, ac quia facile alteratur, sanguini gignendo commodum. Quæ omnia breuissimis verbis docuerat Hippocrates,*lib.2.de diæt.ra* omnes vinorum vires aperte tissime depingens, tum quatenus ad alimentum pertinet,tum vero quatenus ad medicamentum. Verum vinorum omnium vim & efficaciā aperte docet Gal.*lib.3 de alim fac.* quapropter breuitati D indulgentes,hæc satis esse existimamus,qui salutis gratia vinum porrigere student. Nam iuxta affectus conditionem, & vini naturam facile est cuique affectui vinū,quod vtile sit,eligere. Alias enim vinorum cōditiones laborantibus vtiles facile reperies,quas in tertiam huius capitis partem consulto differo.

Varias vinorum differentias humana cu[illegible] [illegible] ras,aut necessitas adinuenit,aut cons[illegible] do[illegible] cuit:quas omnes hic[illegible] consuetudo facilius ferat, minus [illegible] tamen [illegible] lubiis ex propria natura censeo. *Cereuisiam* equidem, quam multi *ceruisiam* appellant,quæ apud Dioscorid.*Zythum*,apud Sophoclem *Brutū* appellatur,à Dionysio Ægyptio Suidas inuentā fuisse refert: Hanc etenim varie cōficiunt Angli, & ceteræ nationes quæ ea vtuntur, modo ex *tritico*,modo ex *hordeo*,simpliciterve,aut aromatibus seu speciebus quibusdam compositam,& omnibus modis ex lupulis confectam.E quā quidē triplex paratur potus easdē fere vires obtinens, quas & vina omnia obtinere [illegible] diximus. Primus nempe *aquosus*, quem *simpliciter cereuisiam* dicunt,medius,quem *Tribapenum*:potens,quē *duplam cereuisiam* nuncupāt. *Simplex* eisdem affectus parti,quos vinum aquosum. *Potens* potenter calfacit, vt potens vinum: *Tribapenum* mediæ est naturæ.Itaq; æquiualent vini po[illegible]bus. & sæpe in salute & morbis eundem vsum [illegible] [illegible]ant, *vt paulo inferius docebo*. Verum licet cereui[illegible] gustui primo accedit ingrata,vsu tamē suauior redditur, et tali apta sit gignere succos mel[illegible] chol[illegible] [illegible] [illegible] etiam tenuin,& vesicæ:[illegible] [illegible] est [illegible] & excremētosæ [illegible] caput implet [illegible] atq; inebriat,& co[illegible] [illegible] [illegible]

Cereuisia à quo inuēta.

E

Cereuisiæ triplex potus.

Cereuisiæ incōmoda.

Q[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mæ apud [illegible] co[illegible] [illegible]

Vinū palmulis & [illegible]

nibus accendi sunt, qui penelicantur in hæc mala incidere, licett ... bus hominibus, & laboriosis proficua sint, & plurimu nutrimentum præstent.

Docet autem Plin. lib. 14. c. 16. quanam ratione ex palmulis vinum fiat: ... & incommoda alibi lib. 14. c. 1. refert, ... ce... *in tedium omittat aut & palmeum capiti nocivum, ventriq. tantum molliendo, & sanguinem exscreantibus non in...*

Sidra quid.

Sidra equidem ... pomorum succis prælo extractus ... temet ... tiam, ac fæculentiam separ... , cuius etiam Plin. lib. 14. c. 1. meminit. Cæterum cal... remanet à feruore, aut frigida, prout poma fuerint dulcia, aut acida, vtraq; tamen flatus gi... e ... ... nam penes, sed gustu est suauis. Æstuan ... imp... bus, quæ ... pomis salubrior ... frigidis, quæ ex dulcibus atq; ... dum acor ... non ... trahit salubrior mihi videtur, qua cereuisia, ... numq; etiam præstat robo... ... omnibus ... trimenti, quibus ego suspicor esse proficuam, licet sapori grata omnibus sit grata.

Sidra salubrior quam cereuisia.

G In ... tia & vltima huius capitis parte, potus differentiam & rationem nosse oportet, pro fin ... ea, quæ ... morbis suboritur, ac prosperorum ... ctuum medela. Cuius quidem potus differentia exquiritur à cōditione morbi ipsius, à caussæ natura, & a finis vrgentia. Ceterum fitis in morbis, dum tamen viget, vt potum sui ratione exquirat, mingari quidē per eos potus desiderat, quos secunda huius capitus pa... e diximus: dum autem morbi tempus, aut caussæ morbificæ conditio id non vetuerint: nam in principiis accessionū potum prohibere, sicut in statu largius porrigere oportet, *vt auctores papim docere constat*. Ego sane dū cerno aliquem improba siti vexari, intempestiue A etiam in ipsa accessione non dubito aquam temperatam largiri, licet alius sitim compescere sit tutius, verū hnc aliquando tutissimū est, & salubre.

Potus pro fin morbo- sa Et pro morbis- pis qualis esse oporte- at, & quan- do exhiben- dus.

Ceterum quia de aquæ frigidæ potu ... ex febre propinando, tantū inter auctores dissentit, placet hic paruū immorari, hoc ... um certo sciens, nulli vsquam laborantium licere frigidā porrigere, si ad amussim auctorum leges seruare quis velit. Cum hoc tamen Arabes omnes ita sunt in frigido potu lhecioti, & audaces (*vt qui æstuantissimam incoluere regionem*), vt periculum sit, ne aliquando eorū præcepta secuti, turpiter decipiamur. Græci vero (*qui frigidi in habitarunt solum*) tam religiosè cauent frigidæ potum, totq; sanctus legibus, vt vix laborantem inuenias vllum, cui iure optimo dari possit: nam plura veteres ex frigidę potu damna, cauēt ne laborātes visceris alicuius obstructione sint affecti, aut humor putridus insit adhuc crudus, tumorve aut dolor in viscere B præcipuo, aut imbecillitas aliqua, maxime ventriculi, lec... is, aut lienis, corporis etiam habitus nimiū gracilis. Quapropter potū frigid ... deshortantur, nisi cocto ... humore, & corpore ab his malis immuni. Interdicunt etiam in principio, & augmento ... & adhuc in statu, dū quæ diximus ma... ap... At Arabes medici fiduciam ... bris vehementia, ex iuuen... ætate, ex bono ... habitu ex ... & ... hominibus ... tu ... dulgent: præte... cana ... one, in ... hu... uperfint ... ræca regione, aut crassiores, aut multa pituita mixti

Frigida verū laborantib. porrigenda

sponte fiunt. H... in cōtrouersiā adduc... facile admodum esse constat, quando ... indulgendu ..., & febris ardor, quando vero ... omnib. quæ aquæ potum renuunt: in qua quidem re ego ita sentio. Ex vtraq; quidē secta colligitur, ingentem sitim & accidentia ad calorem, quę ... frigidæ exoptant, in principiis, & au... nēto morborum aduenire posse: aut du coctiones vigent, *vt in morbi statu*: si in principiis, morbi efficaciam C augent, intenduntq;, aut tolerabil... sint. Si vero adeò morbū intendant, ... periculum sit maioris mali, aut laborans sita... vt nequeat citra maximam molestiam ea ferre, indubitāt... ... Affirmatur. habens, quę superuenire possunt. malis, præsertim in calidis, regione, tempore, natura, ac ætate, frigidam præbere oportet, saltem temperatā, minori tamen quātitate, quam Græci & Arabes ... tu concedunt: quod etiam in augmento subaudire decet: Tutius etenim est recrudescere morbum, quam quod corpus contabescat. Dixi tamen, *minori quantitate, ut sic hac lege securius, (etiamsi a Gale. & a. lduct. de obstructione, & viscerum inflammatione, ac imbecillitate, in corpore præsint)* adhiberi potest. Si verò placide laborans huiusmodi sitim & acci- Negatur. dentia tolerauerit, tutissimū mihi videtur Græcorum consilium, quo docent potum differre, donec materia cocta sit: nam eo tempore philo- D gosis non redditura facilius extinguitur, & mali materia ad vacuationem promptior redditur. Sic enim experientia compertum est, plures sudasse, vomuisse, aut aluum habuisse solutam, mox à frigidæ potu: quos à grauissimis morbis citra expectationem liberatos vidimus. Cum hoc tamē ita potus laborantibus disponatur, ne nimia siti cruentientur, aut morbus fiat intentior, ac ipsi cogan... tur clam licentiolius bibere: & ne etiam pl... mum indigentes, in ægri perniciem eis morem geramus.

Hoc itē nouisse oportet, liberalius licere aquā porrigere affluctis per secundam valetudinē vberius ea vti: præsertim, vbi periculū iminet ex cultæ colliquationis, dissipationisve maximæ, animi deliquiū tiam, aut consumtionis ob ingentē calotis copiam, aut malignam: quo quidem tempore, etiamsi laborans non postulet, liberalius porrigere oportet. Præstat n. ex malis quod minus est eligere: nec decet quidem, in huiusmodi æstuantibus affectibus paulatim bibere, nec plurimum nec frigidum, nisi admodum valentibus viribus, sed temperatum, & quātitate modicum, ne mox efferuescat, succendaturq; iterum calor, aut protinus recrudescant humores, aut interna partes, quæ frigidam renuunt, sensibiliter lædantur: multa etenim sunt, quæ licet fieri nequeant citra aliquod inconueniens, dum moderate & cum prudentia adhibentur, prosunt. E

Aqua quib. liberalius porrigenda.

At dum ob morbi rationem potus instituitur, longe difficilius, præstantiúsq; est, nosse ipsum quantum, qualem, & quando conueniat exhibere: namq; easdem exoptāt potus in morbis indicationes quas victum præstare diximus: cuius ratione ass... mus, duplici nomine potū laborā... ... us ... tiam impertiri. P... potus *Curans* ... cando, qua *Roborans* ... hæc duo ... ... xime, in ... præstant bona. ... dur quidē huius ... di ... ex potionis substā... qua corp... nutri ... u est, roborāq; facultates, quales in vino & cereuisia, & decoctis aquis

Potus laborantium duplex.

[illegible] quantitate [illegible] impera- [illegible] in po- [illegible] *fulticia rima, & medula* [illegible] *potione* [illegible] *multu modu paratur a perritu* [illegible] & eius caussæ contrarius [illegible] potum esse dicimus, quē [illegible] acutis & ve- [illegible] febribus [illegible], tex Galen lib. 3. de rat. [illegible] ciat. In alio [illegible] indicent, [illegible] in [illegible] is medi- [illegible] directo morbo aduer [illegible] tur: qua [illegible] comparari potest *Roborans* quo- [illegible] est, nempe vinū quod plus [illegible] minime [illegible] eq; po[illegible], iuxta [illegible] etiam vini [illegible] quantitate [illegible] aut æqua ei na- turas, [illegible] con[illegible]suetudine, morbi vehe- menti[illegible], & [illegible] quarti gr[illegible] exhibetur robo- re, metu potest [illegible]; apud omnes fere gentes vi- nū roborans est potus, verum apud Anglos, tri- plex aliter roboris paratur potus, *Cereuisiæ* nonu- ne, cuius tres diximus esse differentias, quibus in morbis ad robur cōparandū vti oportet in iis, q cereuisię sunt assueti, quemadmodū vino in aliis.

Potus cu- rans.

Potus ro- borans.

Ceterum vt his potibus quis, vt par est, in mor- bis vti valeat, expendere tantum hac in parte o- portet indicationes, quibus id metiri decet, quas equidem apertis verbis insinuat Hippoc. *libr. 2. de ra. vic. tex.* 36. in hunc modum: *Conijcere autem opor- tet, & robur, & morbi cuiusq; speciem, hominis item na- turam, atq; ægrotantis in victu consuetudinem, non in ci- bis solum, verum item & in potionibus.* Quibus verbis aperte cōstat, huiusmodi potus differētias (qua- tenus pertinet ad quātitatem, qualitatem & sub- stantiam) monstrari à virtute, & natura laboran- tis, consuetudine, & morbi vehementia. Ceterū si exacte rem teneamus, tria sat esse ad potus in- dicationem facile intelligimus, nam laborantis natura, non nisi consuetudinis interuentu indi- cat: *vt capite de victus indicatione abunde dictum est.* Æ- grotanti etenim frigidæ naturæ, potuiq; assueto, aquam non vinum ministrabimus, sunitaà con- suetudine indicatione, & non à laborantis natu- ra, neq; rursus homini calidæ naturæ ægrotanti, aquā in potu dabimus, qui perpetuo vino assue- uerit: hæc etiam Galenus docet *lib. 8. Meth.* in hunc modum: *Si quis enim non assueuit frigida, huic per febrē dare non inceperint, nisi pristina plane sanitate prius red- dita.* Indicatio igitur à consuetudine eam indica- tionem obumbrat, quæ à natura laborātis sumi- tur durante morbo. Tria igitur sunt, quæ potum indicant, nempe virtutis robur, Morbus & Con- suetudo: virtus enim cum valet, consuetudinem indicatione potus consentit, cum maxime potū indicans, quem [illegible] suetudo, cumq; [illegible] imbecillis est, quandoq; dissentit. Ex quo fit, vt ægrotanti frigidæ assueto, mnde [illegible] vini quo eius robore- tur natura, concedamus: morbus vero cum ma- gnus est & vehemens, con[illegible] is in[illegible] tio- nem obumbrat: nam laboranti acuta febre vino assueto, cum minus trabimus maxime potum, quē

Indicatio- nes quibus potus metiri decet, tres.

m[illegible] caucrit [illegible] in pro[illegible] ad [illegible] natur [illegible] *virtute neque* [illegible] te. Imbecilli[illegible] istent [illegible] abeo, quem [illegible] indicant, [illegible] scente, quæ con[illegible] re sun[illegible] indicatio, vt ex *Galeno li. 8. Meth.* [illegible] vinum vi[illegible], quam aqua [illegible] ctiones, & vrinæ ac sudorum pr[illegible] tim subiungit. *Ego* [illegible] *autem censeo huiu*[illegible] *& dum valent huiusmodi potione* [illegible] *magno- pere iuuari: nec in diaria febre* [illegible] *quibus* [illegible] *cum circumcido.* Ostensum [illegible] tur est, quod cum mor- bus & cōsuetudo diu[illegible] potus [illegible], si mor- bo magnitudo ac[illegible], cum indic[illegible] m ob- scurare eam, quæ à consuetudine sumitur. Quod si morbo nulla etiam digna accedit magnitudo, scio, indicationem à consuetudine [illegible] præua- lere. Sciendum tamen, quod cum vires [illegible] im- becillitatem vrget, eum semper indicat potum, quo maxime roborari possit, morbus vero eum, qui morbo aut eius caussæ qualitate contrarius sit. Verum licet hæc omnia ita se habeant, non dum constat, dum vires potum roborantem in- dicant, quale vinum aut cereuisiæ partem exo- ptent, aquosum videlicet, an imbecille, an me- dium, verum id natura corporis indicabit, iis si- quidem qui calido, & sicco sunt temperamento, & gracili habitu, imbecillum vinum competit, & ex cereuisia ea quæ illi respondet, iis vero qui frigida sunt natura & crasso habitu, potens aut vinosum, aut tertia cereuisiæ differentia. Itaque si imbecillitas vrgeat (non posthabita ex toto corporis natura, etiam si calida sit) vinum [illegible] nue aut dilutum porrigere oportet. Verum cum duæ ex his, aut tres indicationes ex æquo præualue- rint, & æqualem vrgentiam præstiterint, vtrisq, aut omnibus satisfacere oportet, admixtis poti- bus qui è directo omnibus satisfaciant. Nam si vires vt consuetudo plurimum vrgent, etiamsi morbus æque vrgeat, vnum adhuc in acutis fe- bribus tribus in locis concessisse Hippocratem obseruamus. Primo cū dixit: *lib. 1. de rat. vic. tex. 22. Mulsam aut vinum vtrū magis auxiliaturum putaueris.* Secundo, caussā imbecillitatis virtutis, dicens *lib. 4. de rat. vic. tex. 41. His habentibus, si venter liquidus fu- erit, corpus absumens, &c.* Tertio vero, ratione con- suetudinis. Itaq, pro ratione vrgentiotis, potum porrigere oportet: aut si ambo aut omnia vrge- ant, vinum aliis miscere, quæ vtroque respiciant. Sic dilutum oportet præbere vinum, aut cereui- siam plus minusve, mixtum *aqua hordei, petrosi li- ni, capillorum veneris, aut prunorum*, prout morbus popolscerit, & virtus [illegible] senserit: quæ omnia latè Galen. *lib. 8. & 9. meth.* multis in locis docet.

Quia potus omnes medicant, maiori ex parte morbis, & mo[illegible]rum caussis efficie[illegible] bi[illegible] uectantur, expe[illegible] re diligentius op[illegible] non- nulla, quæ ad eorum materiam & [illegible] bendis tionem proficua fore [illegible] non, vt taceat, intelligen[illegible] sententia[illegible] Hippocratis *lib. de morbis* [illegible] habet: [illegible] *ex potion* [illegible] *dato. nam* [illegible]

Potuum medicatorū vires variæ.



pote

pote adhibere. Inquit enim: *Sunt autem multarum operationum, aliæ enim mictionem inducunt, aliæ aluiegestionem, aliæ vtrumq; præstant, aliæ neutrum, aliæ solum frigefaciunt*: [illegible] subdit: *Dabis itaq; alias aliis, neq; enim dulces omnes [illegible] conducunt, neq; acerbæ, neq; eadem omnes bibere possunt*: quibus verbis paulo specialius videtur loqui, [q]uam prima propositio commonstrat, nimirum iuxta cuiusuis potionis potētiam, nam quæuis expo[scit] proprium & peculiare affectionis te[m]pus. Potus etenim omnes diuiduntur in aquam, aliquo medicamento aut alimēto decoctam, & in vinū pari ratione, aliquo simplici medicamento cofectum.

Aquæ decoctio virum vtilis sit

Aqua quidem multis modis laborantibus paratur, tum vt a propriis vitiis corrigatur, tum vero, vt alienæ virtutis aliquid acquirat. Vulgatum etenim est apud medicos, aquam decoquere, existimantes hac via fieri

C tenuiorem puriorem[q]; Verum antequam hinc discedam, expendisse oportet, quantum vtilitatis obtineat, aquam decoquere. Suspicatur ignarum vulgus, aquas omnes esse laborantibus decoquendas, tenuitatis & puritatis gratia: verum rei natura aliter se habet: nam per insensibile halitum ꝙ tenue est, ab aqua dum coquitur, transpirat, superest vero quod crassum est, præterquam quod gustui fiunt ingratiores, nescio quo ineffabili & mucido sapore: cum hoc tamē non desunt qui contrarium sentiant: ꝙ Arist. *libr 4. meth.* docuerat, dicens: *Coctione omnia crassescere præter aquā*,

52 A nam cum simplex sit, coctione minime queunt partes separari, vt in ceteris rebus mixtione constantibus, vt optime aduertit Auic. *lib. 1. Fe. 2. doc. 2. c. 16.* inquit enim: *Et torpidi quidam medicorum existimant, quod aqua cocta subtile resoluatur, & ipsius remaneat spissum*: verum licet hi auctores hæc proferāt, mihi non est dubium, quin si aqua diu coquatur, quodammodo crassescat: non enim vndiq; pura est & sincera, ita vt nequeat resolutione per coctionem facta sincerior fieri, ac per consequens crassior, resoluta aerea & tenui parte, quibus tenuior & lucidior apparebat. Nam quemadmodum vi frigoris conglaciata deterior redditur, ita & vi caloris: probat enim id Hippocr. *libr. de loc. in homi.* his verbis: *At vero aquæ ex niue & glacie fientes, omnes malæ sunt*: quum enim simul concretæ fuerint, nō amplius in pristinam naturam restituuntur, sed ꝙ quidem ex ipsa clarum ac leue & dulce est, exceritur ac disperditur, quod vero turbidissimum est, ac ponderosissimum, relinquitur. Non vero cognouerꝭ hoc modo: si enim volue-

B ris hyemis tempore, vasculum certa aquæ mensura infusa, sub dio exponere, qu[o] magis congeletur: deinde postridie in locum calidum deportatum sinere, quo magis glacies liquescat, & vbi exsoluta fuerit, aquā metiri, reperies eam multo pauciorem. Atq; hoc signum est, ꝙ a conge[latio]ne id, quod leuissimu[m], ac te[nuissi]mum est, disperditur, & nō quod graui[ssim]um ac crassissimū existat: qua sententia [de]monstrat, aquas posse crassiores fie[ri] [illegible] te [co]nglacienti. Quod par[i] lege licet [illegible] ore resoluente colli[illegible] gustui contin[illegible] am, rursus mi[illegible] diuq; collectā [illegible] ne for[illegible] am quod [illegible] at. Verum ne

[v]idear à receptissimo vsu recedere, assero, e[ti]am [illegible] tantū aquas esse coque[nd]as, quib. al[iquod] [illegible] est vitium, quod [c]octione emēdari po[test] [illegible] bus vitiosarum aquarum generibus coctionem confertæ obseruamus, cuius Plin. *libr 6.* [illegible] *p. 4.* meminit, dicens: *Aquæ vitiosæ remedium, ad dimidias partes coquere.* Primum genus est palustris aquæ, limosæ, lutulentæ, graueolentis, & alia mal[a] qua[l]itate insignis. Q[uas] omnes d[ecoqu]ere iubet Galen. quia cum re[l]i[n]qu[u]ntur, putorem qui[d] [illegible] que habent, abiiciunt, omni[s][q;] pars [illegible] facile subsidet, quæ cum tota prius qua[illegible] confusa erat. Calor n. seiungit [illegible] naturæ: nam pars hęc in vapore[m] [illegible] in spumam cogitur, alia vasis latērib. h[æret], aut fundo subsidet. Alterū genus aquar[um] [qu]od coctio emēdat, earum est, quæ nec [illegible] odore displicent, sed oculis se offerunt [illegible], quāuis in ventricu[lo] diu commorari, aut inflare, aut degrauare hypochondria percipiamus. Huiusmodi aquam si non coquendā, saltem calfaciendam esse, *Gale. lib. 1. de sanit. tuen* præcipit. Huic cognatæ sunt, quæ ex aeris corrupti mixtione vitiū

D habent, aut aliud quippiam ipsi aquæ ingenitum ab ignota caussa prouenieos, id n. optime caloris & ignis vi fugatur, atq; consumitur. Postremum quidem genus est crudarum aquarum: nā quemadmodum multa & alia pleraq; esui idonea paramus, eadem ratione & aqua in meliorem naturam coctione permutamus, quæ crudæ nocere possent. Huiusmodi quidem sunt *indomitæ* à veteribus nominatæ, quales esse videntur, quæ auersum Solem habent, nō fluentes ad Ortū, & quas Solis radii nunquam attingunt, *vt puteanea, crassiores, frigidiores, inelaborata & proinde cruda, vereq; indomita.* Ac nisi arte nostra extenuentur, irrietiāt, incalescant & veluti fermentum accipiant, perpetuo ineptæ potui sunt: quarum crassities opera ignis extenuatur, grauitas minuitur, & durities mollescit, *vt Galenus lib. 6. epi. part. 4. optime aduertit.* Calor namque facit, vt dum aqua feruet & agitatur, subiens aer in eam recipiatur, nec aliter permisceatur, quam si ab alto caderent, aut alio modo turbaretur. Hinc leuior & eo tenuior euadit,

Aquarum quæ[nam] coquendæ.

Aquæ indomitæ quæ.

E quo magis aerea cum vniuersa percepto calore diminuitur, secatur, & bullis vndequaque nascentibus discinditur. Itaque tenuissimæ, limpidissimæ, & purissimæ aquæ deteriores coctione redduntur: quæ vero contrariæ sunt, longe præstantiores & salubriores. Cum hoc tamen nō damno, aquam, vel laudatissimam, per hyemem nonnihil decoquere: aut in eam micam panis semiassatam calentem immittere, vt frigus obtundatur: quod plerisque naturis noxium esse soleat, præsertim cum ex frigore contracta crassities his dissoluatur. Nam (vt *Plutarchus egregie annotat*) clepsidræ tardius multo hyemali tempore profluunt, quam æstiuis horis, ob aquæ condensationem, ex ambienti frigore obortam. Ceterum limosam aquam, salsam & bituminosam, excolatione purgare oportet: nam hac ratione marina in littoris arena dulcis apparet. Sic nitrosam & omnino [illegible] conspurcatam ca[illegible] ges, *vt Galenus lib[illegible] simp cap. 4. docet*: Nam [illegible] Ægyptios Ni[illegible] aquas lapidib[illegible], quatere, excolare, vt puri[illegible] nt.

Aquæ frigus vt obtundatur.

Nota.

Aqua vt excutienda.

F Po[ta]mus etiam sæpe [illegible] ribus calidissimam,

Calidissima

*Quando bibéda aqua.*

mam, quãtum bibi possit, aquã: cuius indicationem præstat dolor, an[illegible]or, animi exsolutio ex flatu, aut humore nimis frigido, aut acri, & erodentium ventriculo, thorace, intestinis, & aliis visceribus. Nam calore quod frigidum est attemperatur, & compescitur: quo etiam vomiturientibus, qui nequeunt defectu caloris conficere alimenta, euocato ad ventrem natiuo calore: etiam iis quibus flatus ante, aut post cibum sumtum emergunt, & dolores excitant, aut coctionem interturbant, & fluctuationem efficiunt, prodest.

*Aqua calida quibus danda.*

Potus etiam calidos præbendos esse febrientibus, apertis verbis cōsuluerat Hippocrates, *lib. de lo in hom. c.s. de tertiana,* dicens: *Febrienti cibum ne offeras, neq; sorbitionibus subtus aluum ducas, in potu dabis aquam calidam.* Quod etiam cōsuluisse Tral. constat. Auic. vero *lib. 1. fen. 2. tr. 2. c. 16.* de aqua calida hæc refert. *Et cum si fuerit calidior quam hec, & ieiuno bibita fuerit, multotiens stomachum lauabit, & ventrem soluet,* eam tamē frequenter bibere est malū, quia stomachi debilitat virtutem, illa vero quæ multum est calfacta, quandoq; colicam resoluit, & ventositates soluit: quibus omnib. aperte constat, quanti sit momenti hoc salutare præsidium.

*Aquæ medicatæ conficiēdi mille modi.*

Mille tamen modis aquas conficimus, quas aut ob caussæ morbificæ conditionem, aut morbi naturam ita paramus: quod apertissime Hippocratem docuisse constat. Sic cum crassum humorem incindere & attenuare intendimus, *petroselino, cinnamomo, & acido aliquo simplici* incoquimus, dum incrassescere, *chalybe ignito feruere* cogimus: dum calefacere, *cortice citri, cinnamomo, melle, rore marino, dauco,* & aliis similibus: dum refrigerare, *oxalide, radice eius, buglosa radice & borragine, prunis damascenis, saccharo & cucurbitæ ramentis, aut frigidis seminibus.* Quæ quidem & alia multa è directo caussam affectus aut affectum ipsum respiciunt. Hoc vnum nosse expedit, id esse maioris momēti in longis & diuturnis affectibus, quam in acutis: ceterum sub hac lege, quod in diuturnis semper incoquamus ea medicamēta, quę aduersus morbi caussam pugnant, vt his potibus, qui lentius suam operationē produnt, morbi materia paulatim deuicta, frænetur: nā hæc est in diuturnis potior curandi ratio. In acutis vero ea potibus admiscere & coquere oportet, quæ aduersus morbi vehementiam manifeste pugnant, attemperata ea mala qualitate, cui primu morbus innititur.

*Vinorum medicatorū vires.*

Vina item medicata in summo fuere pretio apud priscos illos medicinæ parentes, qualia sunt Theophrasti apud Heracleam Arcadiæ, quæ *viros dementabāt* Athenæi apud Thasios, quæ *somnū* arcebant: Plinii Arcadia, quæ *fœcūditatem feminis* importabant, & plura alia, quæ apud Marcum Catonem, Dioscoridem, & apud Pœnorum, & Græcorum geoponicos, & medicos mira varietate parantur. Quod recte atq; prudēter factum esse suspicor, quia facultates impressorum illis medicamētorum, celeriter, tuto, ac iucunde toti corpori, essentiæ tenuitate ac familiaritate, distribuerent, & variis affectibus illud oportune liberarēt, absq; noxa, tædio, & nausea. Ceterum hæc est lex & ratio vtendi, vt sanis corporib. raru aut nusquā adhibeantur, nisi aut præcautionis gratia, aut ad exstirpationem alicuius parui & leni affectus. Morbosis vero corporibus non nisi iis, qui diuturno prolixove, aut difficili morbo laborant. Nam [illegible]um hæ paulatinam, lentam, & durantem curationē desiderent, facile fit, vt ab his gratiam & beneficium recipiant: quia vt medicamentosa morbū paulatim depopulantu[r], vt alimentosa vero, insensibiliter & corpus roborant, & vndiq; se[s]e vt alimentum insinuant, & morbi caussam quærunt, & superāt. Præterea in iis affectibus in quibus ob pertinaciam opus est frequētibus medicamentis, & hæc tædio esse omnibus, nulli sit dubiū, vina hæc medicata idē beneficiū præstant, citra molestiam & fastidium: quinimo sæpe gratiora reddūtur. In morbis vero acutis & vehemētibus, vt qui ex calida materia maiori ex parte prodeunt, vina hæc plurimu sunt inimica. Quapropter in his cum tantū vinū oporteat pbere, aut virtutis, aut cōsuetudinis gratia, quæ medicata sunt, nullum præstant vsum, aut nocent.

*Modus eā parandi.*

Parandi tamen modus apud priscos illos & sapientissimos medicinæ parentes, vulgatissimus fuit: tribusq; potissimum rationibus, Prima, *vt ab aliquo vitio expurgarentur.* Secunda, *vt citra noxam bibi possint.* Tertia, *vt commodum aliquod peculiare præstent.* Ob primam igitur rationem, vina quondam antiqui per saccum transmittebant, gratia eadem excolandi à recrementis crassitieq;, vt Martialis *lib. 12. Epigram.* inquit: *Et vt liquidum potet Alauda merum. Turbida sollicito transmittere cecuba sacco.* Secundo modo præparabant, vt vires vini castigarentur, & frangerētur, quamobrem, *vt refert Plin lib. 23. c. 1.* per saccum etiam excolabāt: inquit enim: *Vtilissima omnibus sacco viribus fractis,* atque vt alibi *lib. 4. c. 28. in aphoris.* refert: *Quinimo vt plus capiamus, sacco frangantur vires.* Martialis quoq; colonitario id etiam solitum fieri indicat dicens: *Setinos moneo nostra nunc frange trientes, Pauperiore mero tingere vina potes:* & alibi inquit: *Sextantes Caliste duos insunde Falerni, Tu super æstiuas Alcime funde niues.* Hoc enim modo bifariam, hoc est, tum per colaturam, tum per niuem frangebatur. Porro tertio modo transmittebant vina per saccum, non solum vt liquidiora & castigatiora redderentur, sed etiam vt peregrinis saporibus in saccum additis, vina tum odore, tum sapore commendatiora fierent: talia enim hodie apud Hispanos parantur vulgo, quæ *claretum* & *hippocras* appellantur. Quondam vero conditorum non dissimilis valde præparatio fuit, quæ *Condita* appellabant: vbi quædam aromatum species, velut *piper, cinnamomum, zingiber, atq; absynthium* inderentur: quædam purgatoria facta ex vino & melle, additis aliquot aromatibus, itemq; agarico aloeq; epithymo: quædam vero solis frigidis corporibus & affectibus proficua, sic Paulus, Aëtius, & reliqui veteres vinorū conditorum ad varios affectus meminerunt.

*Claretum. Hippocras. Vina condita. Purgatoria.*

*Alius modus vina medicata parandi.*

Parantur etiam hæc vina multis modis, aut dū ex musto cōficiuntur, proiectis ligatis, tritis, minutimve incisis medicamētis, quæ vsui sunt proficua, aut vino iam facto eadem infundere oportet, & per aliquod tempus permittere ibidē macerari, aut Soli feruenti diu exponere, aut duplici vase igne coquere. Præcauere tamen expedit in omni cōfectionis modo, ne vina acescant. Eis tamen medicamentis vina parantur, quæ morbū exposcere, aut caussam visum fueris. Conficiuntur quidem ex *rosis, ex anetho, ex aniso & asaro, pulegio, fœniculo, baccis lauri, petroselino, ruta, fœnu græco, hyssopo, apio absynthio, thymo, betonica, saluia, marrubio.*

*ſibi expoſtulat*, atq; hæc ita refert idē auctor. Tempeſtate namque calida, & cùm corpora feruore æſtuant, in hieme vero, & tempore frigido rediguntur in ſe, eadem ratione quemadmodum ex hyeme in ver, ſic ex vere quoq; in æſtatem tranſire congruit. epulis quidem ſubtrahendo, potibus verò adijciendo. Pari item modo annum ex æſtiua tempeſtate in brumalem inuadere, ac traducere conuenit: Per autumnum contra, potus pauciores quam æſtate, meraciores tamen: vt cum hyemis incommoda contigerit homo, poculis meracioribus, ac paucioribus vtatur.

G Par etiam lege & prudentia metiri oportet bibendi rationem per ætatis, regionis & corporis temperiem, ac habitum, vt monet etiam Hippocrat. *lib. 1. de rat. vict. Quin & album vinum & nigrum ſi quis præter conſuetudinem permiſcet, etiamſi ambo vinoſa fuerint, tamen multum corpus realterarint.* Porrò vt in cibis prudentia, ex natura ſumto ſubſidio, regulam ponit, ſic in potione: nam æſtate illa cōſulit frigidiorem potum actu & potentia, & largiorem: hyeme verò huic contrarium. Præterea vbi vehemens viget æſtus, prodeſt ijs, qui benè habent, nam maximum aëris feruorem aliter aliquando temperare non poſſumus. Ex quo etiā conſtat, ſuperſtitioſos eſſe medicos, qui *pomorum, prunorum, ceraſorum, melonum, & aliorum humidorum fructuum vſum arcent à menſis æſtate, præſertim dū moderatus eſt eorum vſus*: referunt enim, humores crudos, ac putredini obnoxios ex his alimentis procreari. Quod licet verum ſit, potius ex copia & voracitate, quam ſuapte natura, licet humore abundent, fieri exiſtimo: natura enim fruſtra eos fructus non procreauit, nam calor aëris, & bilioſus corporis ſtatus huiuſmodi poſtulat tempetiem: alioquin aquam interdicere eo tempore contra Hippocratis mentem poſſent.

*a Ratione ætatis, regionis, ac temperamenti.*

*55 A Horarii fructus æſtate non interdicendi.*

Sunt etiam, qui religioſe cauent potum ingerere citra cibi ſumtionem, quod equidem conſilium mihi etiam non placet. Nam pituitoſis, & B alijs qui bibūt ad voluptatem, nuda potio, & citra aliquem cibū obeſt: bilioſis tamen & exſiccatis corporibus, cum in ventriculo abſoluitur cōctio, plurimum prodeſt ad contemperandam craſſitiem & viſciditatem, quæ ex coctione neceſſario accidit alimento: Præterquam quod ſæpè nidoroſis aqua nidorem prohibet, non tamè dum alimētum ingeritur, ſed aut dum coquitur, aut diſtributio inſtat: præterquam quod huiuſmodi corporibus ſomnus prohibetur, vbi ſiticuloſa ad eum accedunt. Quo fit, vt ſæpè conſulat experientia & ratio, parū ante ſomnum bibere: quod nō omnibus, ſed his ſiticuloſis corporibus proficuum eſſe cenſeo: ac propterea Gal. & Hippoc. *lib. de ſan. tuen.* leuem ſitim ſomno, maiorem verò non niſi potu tolli poſſe, ſcribunt, & etiam ſuadet Galenus, poſt peractam coctionē in ventriculo, ad reddendam faciliorem diſtributionem alimenti, bibendum eſſe.

*Verum bibendum ſine cibi ſumtione.*

Quemadmodum ſani homines moleſtius ſitim, quam famē tolerant, ita & laborantes, præſertim qui acutè febriunt. Quia præter id, quod cum morbo perit appetentia, creſcit plurimum ſitis. Quapropter plus potu, quam cibo delectātur, & gaudent. Nam ex aſſumto cibo ſemper aC liquid ad calorē, & ad morbi materiam accedit, ex potu verò refrigerante compeſcitur febrilis ardor, ſiccitas corrigitur, & materiæ [illegible] naturæ motus. Cum hoc tū in acutè [illegible] haud leue negotiū eſt, quid circa potus [illegible] ſtrationē fieri oporteat noſſe, [illegible] nere decet, ne nimio humore, qui [illegible] alienus eſt, aut cruditas maior, aut ſordidior putredo, prolixiorq; ſuboriatur: aut omnia ardētiora accidentia intendantur, & corpus contabeſcat. Hoc tū vnū in laborantibus obſeruatione dignū eſt, nimirū pocula facilius cibis admixta concoqui, celerius reficere, ac minus naturam infirmam grauare: quo fit, vt primo acutę febris die, humorē omnem interdicere oporteat, niſi ita laborans ſit imbecillus, vt cibū hac ratione capere nequeat. At vltimis diebus, cū ariditas, incendiū, & acrimonia vigent, largius frigidam porrigere oportet: præſertim ſi conſpicua coctio fuerit.

*Febribus acutis ... potu ... ſtandi.*

Dum calor ad pedes deſcenderit, arbitratur D Hippocrates idoneum tempus porrigendi potū. Quod velim intelligi de deſcēſu caloris ad ipſos, temperationibus factis ſuperioribus. licet in bilioſis, & nimis ſitientibus antea liceat. In febriū verò intermittentium vigoribus, iuxta optimam rationem eſt, omnē interdicere potum, etiam ſi laborantes vehementer ſitiant: ſiquidē poſtmodum febrem quieſcere, ſitim quoq; quieturā cognoſcimus, ac longiorem ex potione fore ſperamus. Quo fit, vt facilius abſtinentia ſitire deſinant huiuſmodi laborantes, quia breuior ſit acceſſio, quā potu, quo protrahi eſt neceſſum: remoratur enim antecedens materia, & difficilius excluditur ab humore multo. Hæc tamen eſt differentia inter continuam interpolatam febrē: quod in illa materia in venis firmiter hæret, graui incendio corpus diſſipans, quo corpus periculo redditur obnoxium. In his verò maius faceſſit materia peccans negotiū. Quapropter in continuis, propter ingens, & pertimeſcendū incendium, aliquo modo poſthabita mali materia, anteuertere cogimur potus tempus, & eo largiori E frigidiorīq; vti: in interpolans verò, propter materiam, remorari eundem potum decet: in vtriq; tamen neutrum eſt negligendum. Opportunitas verò ea eſt commodior, quæ cibo exhibendo eſt, ſi abſq; hoc illa interdum dari debet, nā pari ratione cibis inconfectis tenetur carere ventriculus, vt potus in huiuſmodi febribus locū obtineat, ac præterea ſub humore appetunc ſomnus conducibilis eſt.

Ceterum, quia tantum faceſſit negotium, in acutis febribus aquam porrigere, aut aliū quemuis potum, expendiſſe hac in parte decet, *quid ſua ſponde frigida potus proſit, quid verò obſit: & quæ interſit differentia inter potum ad febris ardorem extinguendum exhibitum, & ad ſedandam ſitim, mitigandaq; alia accidentia, quibus perpetuo laborantes conqueruntur, ablcuari importune expetunt.* Reperiet enim quis paſſim apud auctores, ex aquæ potu in laborantibus, varia ſuboriri mala: quæ potius affectum & ſymptomata incendant: quam mingent & cōpeſcant. Sic multi eam damnant, quod in peri- F pneumonia videlicet, ruſſim nō lenet, nec in ceteris ſitim ſedet, ſed facilè fluctuet, ſupernatet, tarde tranſmittatur, liene, iecur & cetera viſcera, vbi phlegmone obſidentur, attollat: præſertim cum ſua ſponte hypochondriis infeſta ſit, & vacuo ventriculo peſſima: ſicuti & bilioſis naturis,

*Potus frigidæ quid proſit aut obſit in acutis febribus.*

etiam facile in bilem mutabilis, neq; ex eu vrinã moueas, neq; aluum: quia neq; incidendi, neq; tergendi vires obtinet. Quo fit, vt si ventriculus biliosus fuerit, corrumpatur & illa. Ex quo etiã oritur, vt neq; sitim sedet, neq; siccitatem corrigat, quæ omnia manifestis testimoniis Galeni & Hippocratis facile est probare. Galenus namque *biliosos aqua potu lædi plurimum*, dixit lib. 4. *aph. com.* 13. & alibi refert: *lib. 3. de fra & lib. 1. de rat. vic. Aqua sic languentibus supinat stomachum, vt subuersum sibi esse quis existimet.* Mulsam autem & vinum humectare magis quam aquam, scribit eodem commento: quod de vino aquoso & diluto postea

G exprimit. Frustra igitur, ac cum periculo ad refrigerationem & internæ sitis exstinctionem illa quotidie vtimur, cum in biliosis naturis & calidis morbis vertatur in bilem. Qua quidem caussa Hippocrates ad mulsam & vinum & oximellite se contulit in ægris, ab aqua abstinens, præsertim in senibus, quibus acuto morbo laborantibus vinum aquosum quotidie porrigebat Galenus, vini minimum aquæ stillans, vt modica esset vini repræsentatio, quæ duntaxat aquæ sinceritatem tolleret, excitaret tamen eam, & ad facilem di-

*56 Aquæ puræ potus in acutis morbis suspectus.*

A stributionem traheret. Ex quibus omnibus manifeste apparet, Hippocratẽ & Galenum suspectum habuisse in morbis acutis aquæ puræ potũ. Hæc etenim omnia dixi, non vt videar refragari iis, quæ superius dicta sunt, sed vt cuius palam sit, quantum periculi & difficultatis obtineat, intrepide acute febrientibus aquam præbere: etiamsi Galenus commento citato referat, aquam febris naturæ aduersissimam, corpus tum refrigerantem, tum humectantem, esse. Qua ratione constat, aquam multis modis prodesse, & obesse.

*Aqua multis modis prodest & obest.*

Primo in huiusmodi affectibus, vt optimũ præsidium, à Galeno mille in locis proclamatum est: non autem ad alimoniam, neq; alimenti gratia: quo fit, vt longè à pastu ab omnibus cõcedatur. Ex quo manifestum euadit, frigidę aquę potum, distribuendæ alimoniæ gratia, non admitti à veteribus, quia non tantum qualitate (nisi impense refrigeretur) quantum copia refrigerat, ex qua maior damni pars sortitur. Vt verò sitim sedet, actu frigida sit oportet, vt febribus sit pręsidium.

*Aqua quando calida aut frigida danda.*

Secundo id esse verum constat ex iis rebus, qui-

B bus aqua laborantium gratia coquitur: tum ad distributionẽ, tum ad coctionem iuuatidã, tum verò ad caussæ morbi resistentiam. Quapropter dum in vsum cibariorum sumitur in laborantibus *decoctam* esse oportet: dum verò refrigerationis & sitis extinctionis gratia, *actu frigidam*, & copiosam, sed non sæpè exhibitam. At dum voluptatis ratione, & vt laborantibus moré geramus, nulla lege licet aquam præbere (nisi dum deliriũ timemus, quod vt prohibere valeamus, multam ac frigidam aquam citra vllam considerationem adhibemus.) Qua potissimum de caussa interdicitur ab Hipp. & Gal. & aliis veteribus, nam sæpè & paulatim exhibita, mala illa, quæ primo loco retulimus, citra dubitationem infert: cuius loco, & vt ea vitentur incommoda, Hipp. vtitur *mulsa, hydrosaccharo, vino, & oxymelite aqua dilutissimu*, inspecta tamen consuetudine, præsertim in iis, qui

C aquæ suauitatem familiarem & singularem sibi habent. Nam in iis licentiosius licebit vti frigidis, & largioribus potibus.

Sunt etiam hac in parte monendi studiosi iuuenes suspectam sibi esse aquam hordei, qua frequenter medici vtuntur in febribus, nam cruda admodum & flatulenta ex leui illa coctione euadit, *vt palam monstrant Gal. & Hipp. testimonia*, qui ad ptysanam probe parandam, hordeum plurimum coqui iubent, donec flatulenta eius substantia coctione euanescat. Ex quo manifestum euadit, aquam huiusmodi leuiter coctam, qua frequenter in potu febricitantium vtimur, esse admodum flatulentam, crudam, & nullius momenti ad extinguendum febrium ardorem, vt multi falso censent. Quæ quidem si diutius coquatur, ingratior fiet. Quapropter aliis medicamentis oportet aquam decoquere, aut ptysana potius vti: nam laudes, quas Barbari de *aqua hordei* referunt, cum ptysanæ laudibus, quas Gal. & Hipp. referunt, conuenire censeo. Et ob id existimo, aut ptysana vtendum (quod raro vsu venit, nisi vice alimenti) aut aliis potibus vti loco aquæ hordei, frequenter, & perperam vsitatæ:

*Aqua hordei suspecta.*

D omni velimus ei aliquid aromaticum addere, flatibus discutiendis idoneum.

## Capvt III.

## De recta Clysterium, & glandium administratione, & vsu.

Memini me legisse apud Platonem miram quandam sententiam, qua probat, *legum conditorem, qui in constitutione legum de honestu, bonu, iustisq; aberrat, plus delinquere, quam eum, qui non sponte hominẽ occiderit.* Quare Socrates apud eundem Platonem de his legem laturus, supplex ad astra diuinę mentis legem & sapientiam, ne in legum constitutione aberret, implorat. Sed longè quidem deterius peccant, qui falsa sciendi præsumtione, *vt Langius refert*, qua nihil est ambitiosius, seducti abrogata veteri, ac recta morbos curandi lege & methodo, ac spretis, mutatisq; antiquorum remediis, ratione & diuturnu vsu spectatis, nouam curandi morbos methodum ac le-

E gem, noua deniq; & inexperta remedia, temerario vsu præscribunt. Quod equidem prudentius multo veteres egerũt Græci, qui vt omnia remedia, quibus sanitatem recuperassent, inuiolata manerent, & in similitudinem alia quotidie accrescerent, in templum Æsculapii, aut alterius Dei, qui opem attulisset, conscribebãt, *vt ex Plin. constat, lib. 29. 1. 1.* Quæ post bellum Peloponnesiacum, crematu Æsculapii templo, Hipp. noster publicasse fertur, in Æsculapii honorem, & cultum. Eodem etiam pensu Ægyptii (*vt Strabo refert, lib. 16. & 3. Geogra.* emplastra, & alia vetusta morborũ præsidia recondita in Hephæstio Vulcani sacrario seruabant, *vt Gal. refert lib. 5. forma. ge.*

*Græcorũ in medicina diligentia.*

Qui etiam pari industria, à Ciconiæ simillima aue edocti, Clysteria obseruarunt, quę aqua marina pleno & adunco rostro absurta, collo procero ad aluum eructabat. Quorum vsus apud Ægyptios, *teste Herodoto, in Euterpe*, tam fuit frequẽs, vt singulis mensibus triduo purgarẽt se vomendo, atq; intestina diluendo, gratia sanitatis. Hæc diximus omnia, quia tãtum etiam apud nos creuit Clysterium vsus, vt nullum propè malum sit,

*Clysteriorũ vsus vnde ortus.*

F cui hoc præsidium expedire non sit compertum. Quo fit, vt etiamsi iniquum sit, antiquorum au-

[illegible]

... Quæ profecto ... vt par ... dicimus, vt ... quis iure ... [illegible]

... Galenus ... [illegible] ... videlicet intestinorum ... docuit hoc ... habere prop... ipsis, & plurim... proximis partibus, nu... Quod ... merito dixerit Galenus lib. ... aphor. comm. ... *Clysteria si ri partium ... non quid in ... intestinum ... remotissimis etiam partibus*, vt alibi docuit idem Galen *lib. 6 aphor. comm.* ... consulens oculorum affectibus mederi iniectis clysteribus; profit, vt inter vacuatoria, & vniuersalia auxilia merito aliquando reponantur. Verum quod omnibus prosit intestinis, crassis videlicet, & tenuibus, docet ex professo Galen. *libr. 4 meth.* quo iterum ex vsu sit multis alijs partibus, paulò inferius aperte probabo.

Patiemur quid in vim, & facultatem clysterium iuxta commoditates, quas præstant intestinis ipsis, partibus item vicinis, ac vltimo longis & remotissimis. Cuius ratione expendere licet, quibusnam modis affectionibus intestinorum prodesse possint, & qua ratione partium vicinarum affectibus, ac rursus qua via & efficacia distantissimis opitulentur.

Clysteriorũ differentiæ.

B Quæ verò gratia affectuum intestinorum iniciuntur, aut euacuant quæ plus iusto detinentur excrementa, aut cohibent eos, qui immodice fluunt, humores, aut flatus discutiunt, ac vltimo dolores sedant, aut detergunt, lauant, exiccant ac glutinant vlceratas partes, & [illegible] intestina: nonnulla et carnem generant, & cicatricem inducunt: plura item lumbricos interficiunt, & extrahunt non pauca, ac vt rem concludam, sunt alia, quæ aduersus aliquam distemperiem, iuxta illius rationem parari possunt: vt quæ aduersus colliquantem calorem non sine magno artificio ab Actio parantur, *vt suo loco dicemus.*

Clysteria euacuantia, emollientia, lauantia.

Clysteria [illegible] quę ab intestinis euacuãt, multiformia existunt: Nam quædam quæ dura sunt emolliunt: vt facile pelli ac defluere possint: alia partes la[illegible], & quæ constricta sunt soluunt.

1. Rursus quæda[illegible] facultatem languid[illegible], aut pigram excitant, ac [illegible] fiunt ad excre[illegible]. Quę omnia et si idem c[illegible]pus ob diuersissimas tamen indicati[illegible]nes, e[illegible] vacuam conficiun-

C tur materi[illegible]: nam quæd[illegible] iunt, co[illegible]ciuntur decocto ex *malua, althea, parietar[illegible] viola, bor-*

[illegible] ... *& ... rum*, ... *dalarum* ... Con... *floribus* ... [illegible] ... *rum, & psyli*... lure hal... tuo... ... adhuc penitus ... iniectis clysteribu[illegible] tamen in humidis ... quæ vim habe[illegible] uendum præterea est ... dicamentis, nã [illegible] his verbis pulcre docuerat Hipp *lib. 2. de* [illegible] D *At si stercus educere voles, nullum pharmacum bibito. sed alius vtere, nã præter hoc quod nihil ob id magis efficitur, plus ad intestina trahens.*

1. Tertium verò genus eorum, quæ intestina expurgant clysterium, his conficitur medicamentis, quæ vim habent mordendi, & irritandi facultatem ipsam imbecillam, pigrã, aut impeditam: vt ad motum inuita inciteur, qualia sunt *mercurialis herba, sicla, atriplex, parietaria, & multo magis eorum succus. Sal item omnis generis & nitrum, alumen, & vrticæ semen, & sæpe muria ipsa.* Ex compositis, *hiera omnis, benedicta, & aliæ compositiones quæ purgandi vires obtinent.* Quibus *oleum* miscere, aut *pinguosum aliquid*, vt vulgatum est, ita alienum ab omni ratione: siquidem nulla re magis retunditur, frænaturque acrium medicamentorum vis, & sentiendi potentia, quam oleosis medicamentis. Qua ratione ab his fugiendum est, dum solũ sensum excitare conamur: nisi dum vtraq; caussa ad E aluũ suppressionem accedit: nam eo tempore vtrisq; simul mixtis vti est necessum: ijs nimirum quæ excrementa emollire valeant, & aliis quæ facultatem irritare. At dum facultas humore aliquo viscoso obtunditur, ac sentiendi perspicuitas obruitur, ita vt minime persentiscat humorũ pödus, aut acrimoniã, expediet eo tempore quæ abstergunt præmittere clysteria: post verò quæ irritent, vt remoto impedimento, facultas veluti à somno excitetur & ad motũ insurgat. Prosuntque auxilia huiusmodi in his, qui aut ob pituitæ copiam, aut flauæ bilis inopiam (solet enim hæc secundum naturã ad intestina descendere, & irritata natura excretiones moliri) improbe purgantur, vt in iis qui Regio la[illegible]orãt morbo videre est, & in iis etiam, qui plurimum bilis euomunt, ac vltimo [illegible] iis, qui adeo imbecilles facti sunt, vt nequeant, nisi quæ plurimũ irritant, persentire.

F Clysteria aluũ fluorem sistentia.

Quæ aluum immodice fluentem clysteria sistunt, varios ad id habent effectus: Nam quædã humores incrassant ac densant: quædam [illegible]s cogunt & comprimunt [illegible] acrimoniam [illegible]unduut: nonnulla lauant: alia etiã sensum obtundunt, idque aut stupefacta [illegible], aut in [illegible] intestin[illegible] coopertimento n[illegible] flu[illegible] h[illegible] rem pe[illegible]ntiscant citat[illegible] tur. [illegible] omn[illegible] mu[illegible] luenti aluo p[illegible]

oportet.

oportet. Siccos humores tantum densare licet, qui præ tenuitate facile fluunt; nam pituitam salsam, aut quemuis alium crassum & acrem humorem densare, maiorem in intestinis erosionem inferret, maioresq; dolores & diuturniorē fluxum. Nisi tamen [illegible] putarit tam esse tenuem & fluidam, [illegible] siccare, densareque etiam eam oporteat. Medicamenta verò quæ incrassant, adstringunt & densant partes ac humores ipsos, sunt vel-

G uti *[illegible] aut succus plantaginis, rhu obsoniorum, balaustiorum, corticum granatorum, hypocistidis, hordei torrefacti, foliorum & corticum pini, aut oliuæ, polygoni, consolidæ maioris, bistortæ, linguæ passerinæ, caudæ equinæ, myrthi, & plurium aliorum simplicium,* quæ breuitatis studio prætermitto, qualia sunt *galla, cupressi pilæ, myrthi fructus cum mastyche, facta post feruorem colatura:* quibus addi possunt *oleum omphacinum, myrthillorum, de mastyche, citoniorum, & huiusmodi alia.* Præstant hunc etiam vsum *bolus armenus, terra sigillata, tragacanthum, & gummi:* præsertim si tenuitas serosa, aut acris admodum fuerit, aut biliosa, & exedens: quas quidem ante com-

58 A primentium adhibitionem retundere, & attemperare oportet, ne densiores ac fixiores factæ validius erodant, & dilacerent partes. Qua ratione expedit clysteria prius inijcere, quæ ex *ptysana, aut aqua calida seu hydrelaeo & rosaceo conficiuntur, aut ex decocto hordei, corticū cucurbitæ, lactucæ, scariolæ, & florum violarum, nenupharis & borraginis confecto: ex oleo etiam rosaceo & aqua chalybeata, aut ex chalybeato etiam lacte, & expressione seminum frigidorum maiorum, & aliis huiusmodi:* ac si plurimum fluxio ipsa auxilium exposcat, ex vtrisq; licet clystere conficere, ex iis nimirū quæ adstringunt, & quæ calorem & acrimoniam retundunt & attemperant.

Clysteria lauantia.

Quæ verò lauant clysteria, vim etiam habent compescendi fluxum, namq; abluto & extracto humore qui naturam lacessit & irritat, facile venter comprimitur & subsidet, quorum paulò inferius meminero.

B Ceterum in his omnibus fluxibus, quibus exulcerationes intestinorum coniunguntur, aut graues ex erosione dolores, necessum est ea clysteria adhibere, quæ vim habeant obliniendi, & vestiendi intestina ipsa: vt humor fluens facile citra vlteriorem erosionem dilabatur: quo sæpè fieri solet, vt fluxus sistatur, cū natura ab humorum acrimonia minimè irritetur, sed quiescat, subsidatque. Conficiuntur autem hæc ex caprillo sepo, *adipe anserino, aut ex butyro, oleo atq; etiā adipe gallinaceo, aut anatis: ex mucilaginibus, aut vitellis ouorum, aut toto ouo conquassato, etiam ex lacte, ex cremore hordei, ex gummi tragacantho, amylo, & huiusmodi,* quibus intestina vestiuntur, ob idq; minus ad excretionem excitantur: hæc namq; omnia sensum obtundunt, contactum acris materiæ præcauendo. Ceterum obtunditur sensus etiam per

Clysteria oblinientia & vestientia.

Sensus vt obtundatur.

*narcotica medicamenta,* in quem vsum cōficiuntur clysteria *ex decocto portulacæ aut hordei, aut ex lacte in quo dissoluatur Philonii Persici aut Romani, ʒ j. aut magnæ theriacæ, ʒ ij. aut requiei magnæ, aut catapotiorū ex cynoglosso:* ac si plurimum necessitas vrget, *opii non-*

C *nihil,* dummodo ex vino dulci, aut aqua calida intestina postmodum abluantur: nec plurimum est in [illegible] medicamentis immorandum, ne vltra [illegible] pergat stupor.

[illegible] verò vsus, quæ vim habent discutiendi flatus, plurimus ac notissimus est in re medica: verum hæc omnia constant ex iis medicamentis, quæ calida sunt, & modice sicca, ac per inde flatus dissipant & consumunt, qualia sunt quæ conficiuntur ex decocto *anethi, chamæmeli, rutha, abrotani, saluiæ, aut roris marini, serpylli, calaminthi, origani, pulegii, thymi, hyssopi, ocimi, maioranæ, stœchados, anisi, fœniculi, cumini, dauci, & huius censiis aliis,* quæ con[illegible]to prætermitto. Ex quibus & *oleo rutaceo, anethino, chamomelino, & aliis clysteria parari possunt.* Ceterum quæ valentius discutiunt, fiunt ex *oleo communi,* quod tenuis sit substantiæ, in quo feruerit *cariophyllus, aut casia lignea, cinnamomum, nardus, calamus odoratus, cardamomum, galanga, zin-*

Discutientia flatus.

D *giber, pyretrum, piper, lignum aloes, & carpesia:* quæ omnia mirum in modum opitulari solēt, & flatus plurimum discutere colicis & iliacis affectibus, iis præsertim, quibus flatus coniungitur, mirum in modum videntur prodesse.

Quæ verò intestinorum dolorum sedant clysteria, maiorem opus habent considerationem: namque aut ob flatuosam aliquam substantiam intestina dolent, quibus prosunt, quæ mox diximus, clysteria, sicut iis, quibus dolor ex vitrea pituita concitatur: quo tempore adhibenda sunt, quæ abstergendi vim obtinent, & nonnunquam quæ *anodynam* habent facultatem, vt *oleum commune, adeps anserinum, gallinaceum, butyrū, aut tale aliquod pingue & insulsum:* atqui vbi hoc præcessent, addere oportet *mel, & ea quæ abstergendi habent vires.* Aut alius dolet ob fæcum retentionem, cui quæ emolliunt, *vt superius diximus,* necessum est adhibere.

Sedantia dolorū intestinorum.

E Si verò ob exulcerationē, quæ obliniant, ac lauent & abstergant, & eodem prorsus modo, si id contigerit ob humoris caliginem & acrimoniam: quæ præter hoc quod lauent, attemperare etiam valeant, sunt adhibenda. Verum si ob inflammationem huiusmodi dolor concitetur, ea parare clysteria decet, quæ anodynam habent facultatem: qualia in hunc vsum conficiuntur *ex succo portulacæ, vitellis ouorum, oleo rosaceo, butyro, hydrelaeo ex rosaceo,* & aliis qui dissolui possunt *decocto maluarum, althææ, violarum, & hordei, additis saccharo & casiæ fistulæ pulpa:* quæ etiam confici possunt ex *asinino, aut caprillo lacte, cum oleo amygdalarū dulcium, aut rosarum.* Ceterū præcedente inflammatione, huique non subsidente, coniectandū est, aliquid iam esse particulæ impactum, quod resolutionem exposcat. Quapropter prædictis admiscere conuenit, quæ resoluendi vires obtineant, qualia sunt *fœnugræcum, chamomilla, lini semen & anethum,* quibus sensim oportet vti, ne nimio sui calore plus ad partem, quàm discuti possit, trahatur.

Resoluentia.

F Sedantur etiam, his nihil præstantibus, dolores ex inflammatione, stupefacientibus medicamentis, *de quibus superius diximus.* Ceterum si ad suppurationem ex signis deprehendatur inflammationē peruenire, putidis pinguibusq; clysteribus satis erit vti, hisq; non crebro, ne intestini substātia corruptione periclitetur: quibus si prudenter vtamur, facilius inflammatio suppurabitur citra doloris exacerbationemq; ac citra prædictum periculum.

Dolent etiam intestina ob viscidam, crassamque pituitam ipsis adhærentem, quæ quidem admirationem auget, considerata eius [illegible]: nam ex alimento in ventriculo & iecore decocto, &

Doloris intestinorum causæ.

intra

[illegible] actio infi[illegible]niter c[illegible] cōcentus [illegible]u- [illegible] vt [illegible] o[illegible] cal[illegible]e p[illegible]r d[illegible] nō [illegible] externus [illegible], [illegible] cacabo immo[illegible]us, con[illegible]at, & lique[illegible] adhibitis p[illegible]ter[illegible] quæ c[illegible] d[illegible] vires o[illegible]nent auxiliis quapropter a[illegible] dubita- re licet [illegible] e. *an pituita [illegible] ex frigiditate, an ex ali[illegible] cau[illegible]em inferat.* Cui dubitationi di[illegible]- mu[illegible] præter rationem humor[illegible] in hunc frigid[illegible] corpore generari posse, tum quia quæ cruda per coctionem, ho[illegible] fit per diminutam ca- loris actionem, longè frigidior[illegible] ita vi ac[illegible] su- perfint, sunt his quæ incocta manent *ex cap. de ventriculi cruditate & celiaca ex Galeno probauimus,* nam vbi humor aliquis propter summam crudi- tatem, & substantiæ ineptam conditionem io alendo, naturæ elaborationem suscipere non potest, contemnitur enim, natura perterrita, nec applicatione calidi agitatur. Quo fit, vt exha- lante [illegible] quam eoni[illegible] et po[illegible]tione tenuiori, ca- lidior quo[illegible] let[illegible], & crassescat magis, donec vitri petiem ref[illegible], cum insigni frigidi- tate in [illegible] celen[illegible]ta in [illegible]. E[illegible]pendere tamen oportet, non esse solam eius frigiditatem doloris occasionem siquidem diu ibi per[illegible]tens, cum non valuit inferre: quo fit: vt non soli calorifi- ci [illegible] sedetur. sed ex n[illegible]otu, p[illegible]deat dolendi occasio. Nam dum quiescunt humores illi intestinis affi- xi, dolorem nullum inferunt, donec motu vim inferant subito & afflatum in naturam ipsam, ac per consequens dolorem, quod manifestè con- stat: nam subito ab euacuatione humorum ces- sat dolor: quasi sola fieret alteratione, nec subi- to inuaderet, neq; subsideret, cui vsui præstant ea clysteria, quæ protinus euacuandi pituitam effi- caciam habeant simul cum caliditate. Nam quę solum calfaciunt, plus solent humorem moue- re ac fundere, ac per consequens grauiores do- lores inferre: quapropter vtraq; natura constare oportet clysteria huic vsui proficua, quæ facilè quiuis parauerit, ex iis quæ calida & acria supe- rius diximus, præterquam quod prædictus hu- mor per intestinorum venas, & poros solet trans- sumi, & inter intestini tunicas congregari, idque sensim. Verum cum ad quantitatem deuenerit notatu dignam, necesse est diuelli tunicam, atq; distendi, ac dolorem inferre tantò quidem ma- iorem, quàto magis à se flatus produxerit, quos facilè nec pellere natura nec discutere possit. De- tinentur autem violenter ibidem flatus, & maio- rem caussant dolorem, quod tunicæ hæ crassę- scant, quod densæ sint & frigidi humoris conta- ctu factæ duriores: insup[illegible] quia ipse [illegible] [illegible]us den- sus est, & nebulosus, donec extenuatus & humo- res fusi facilius permeent, & excernantur viau- xiliorū & naturæ. Ex quibus constare arbitror, hunc humorem non semper hos dolores conci- tare, sed cum inter tunicas contentum ab aliqua occasione [illegible]ouetur: nam si in cauitate intestino- rum ad[illegible] vtique non id grauem, aut forsan nullum concitabit dolorem.

Verùm quia maligna vlcera intestina ipsa so- lent deuastare, & maximos cruciatus inferre, ne- cessum est ea clysteria parare, quæ abluendi, de- tergendi, & exsiccandi efficaciā habeant. Cete- rum si vlcus sordidum fuerit, quæ detergendi vim obtineant, ad[illegible]hibere oportet [illegible] autem quæ exsicc[illegible] ant[illegible], c[illegible] a[illegible] in *vinum* [illegible] defluens [illegible] t, *vinum* [illegible] *hordei, au*[illegible] *torrefacta, aut lentium* [illegible] *sacco.* Ve[illegible] hordei & lentium [illegible] coctio[illegible] *sacchari:* virtutem tame[illegible] abster[illegible] *alumen, pumex, aqua etiam oliuarum,* [illegible] *torum piscium, cortices lentium, aristolochia, panax* [illegible], *& thuris manna,* quibu[illegible] et[illegible] m f[illegible] cil[illegible] ducuntur, salicin[illegible] us quæ v[illegible]ehemen[illegible] cant. Quæ quidem omnia p[illegible]nt[illegible], in- fusa, & in puluerem redacta qui[illegible] ns[illegible] m crescenti, abst[illegible] eius foret [illegible] Ceterum abluunt intestina, qua mu[illegible] *hordei & lentium decocto cum saccharo, aut melle.* At [illegible] ster- sione facta, his oportet [illegible] quæ vim habeant corroborandi, & [illegible]dan[illegible] pa[illegible] ipsas vlceratas, quæ conficiuntur ex *vino nigro styptico facto:* aut si ea calida distemperies, & sitis p[illegible] ue- rint, decoctum fieri oportet ex *rosis, plantagine, & rhu.* cui addantur trochiscus & alia medica- menta, quæ superius diximus prodesse aluo fluenti ex calida caussā.

Quæ verò crustam inducunt, valida admodū sont medicamenta, & quæ non nisi in grauiori- bus malis citra maximum periculum adhiberi possunt: nimirum vbi tamest vlcus profundum & vasa etiam excesa, & intestinorum fibræ, et o- mnium gratia oporteat crustam inducere, quę & sanguinis fluxum cohibeat, & erosioni humorū obsistat: in quibus non incautè, & vt [illegible] neq; à quibusuis, sed à lenioribus initium sumere ex- pedit, velut ab eo, quod recipiat *aluminis partes duas, corticis mali punici partem vnam, decocti lentium, q.s.* Quæ verò valentiora sunt, recipiunt *cadmiā, calcem, alumen scissile, salem fossilem, chartam combu- stam,* trochiscos etiam, quibus barbari medici sæpius vtuntur, qui recipiunt *ammoniaci, sandara- chæ, an.* ℥ j. *s. calcis viuæ,* ℨ iij. *Charta combusta, acatia ana, .s. misce, & cum succo arnoglossa* fiant trochi- sci, quibus etiam placet ex narcoticis nonnihil semper addere, vt nonori sensibilitate & noxa huiusmodi medicamenta suas exerceant vires. Verùm si vlcera eo magnitudinis peruenerint, vt crustiferis egeant auxiliis, hoc vtor secundissi- mo clystere, *quod recipit florum rosarum, liquoris pa- pauris, acacia, gummi, balaustij, succi hypocistidis, sin- gulorum partes tres, gallarum, seminis plantaginis, cu- iusque partes duas, lycij Indici partem vnam:* leuigen- tur omnia, & cum succo plantaginis formentur trochisci quibus postea decocto aliquo dissolu- tis tuto vti possumus.

Clysteria quæ lumbricos interficiunt (nā quæ temperiem concillant, vt quæ de se conspicua sint, consulto pretermitto) haud manifestam ha- bent indicationem. Nam quædam lumbricos ad partes inferas Euoca[illegible], dum in ventriculo, & pri[illegible] venis immorantur, vt facilius intermecari possint: quædam Intermecant, quædam rursus Expellunt. Quæ verò euocant, ex rebus dulci- bus ac boni saporis conficiuntur, veluti ex *aqua mulsa, ex lacte cum melle & sale, ex iure gallinarum, saccharo, & vitellis ouorum:* vt allecti lacte & mellis dulcedine, in partes infernas irruant, vt præ- missa huius clysteris iniectione, quæ amara sunt & acida, ingratumque habent sapo[illegible]m, facilè admi-

Dubium.

Corroborā-tia & solidā-tia partes vlceratas.

Crustam in-ducentia.

Leniora.

Valentiora.

Clyster cru-stifer.

Lumbricos interficien-tia.

Euocantia.

Clysteria abluentia, detergentia & exsiccan-tia.

Intercecan. administrari possint, nam hæc promte lumbricos interficiunt & educunt: acida enim interneca[n]t, amara verò interfectos expurgant: quo fit, vt supra dictis addere oporteat oleum, in quo *absinthium, abrotanum, cuminum, nucula, aut lupini incoquantur*, aut quis solo oleo, aut succo *absinthij, mentæ, abrotani, sisimbrij, pulegij*, probe etiam clysteria confici possint: Quibus addere expedit ea, quæ non solum amarore, sed etiam vi lumbricos extrahere queant, *vt aloes, agaricus, therta-mus, rhabarbarum, hiera simplex & composita, pilulæ etiam quæ conficiuntur ex aloe, croco, & myrrha, & pilulæ de absinthio, & trochisci dissoluti etiam in liquore, aut decocto aliquo ex supradictis*, adiectis etiam pulusculis, *qui parantur ex cornu cerui vsto, ex centauro, mentha, pulegio, sisimbrio, aloe, & lupinis*, quibus addi potest *muria, & centaurij decoctum*. Ceterum ascaridas appellatos lumbricos abstergunt clysteria, quæ ex aqua, ex cinere feruefacta cum melle cōficiuntur, dummodo instrumentum quo iniiciuntur, non sit recta perforatum, sed per latera, vt rectum intestinum horum lumbricorum sedē abluant, & detergant promtius. Et tandem clysteria parare decet ex iis, quæ diximus, additis *hiera, aut benedicta* ad pituitam expurgandam in lixiuio, vrina, aut muria, vel ad pueros hoc affectu laborantes in mulsa.

Expellentia. G

60 A

Ascarides abstergentia.

Hæc itaq; sunt clysteria, quibus intestinorum affectibus mederi licet, quibus quæ rectum intestinum obsident mala curari desiderant, etiamsi propius per suppositoria huius partis vitia auferantur, quam per clysteria, *vt suo loco dicemus*. Verum in tenasmone ex vlcere, aut inflammatione, aut fæcum duritie, eisdem oportet vti clysteribus, quæ superioribus intestinis prodesse diximus: & simili prorsus modo, si ex flauabile, aut erodentibus humoribus eis, quæ abluendi & attemperandi habere facultatem docuimus. Verum si frigida distemperies huius affectus caussa fuerit, calefacientibus vti oportet, *vt vinum* est, aut decoctum aliquod ex iis, quæ flatibus discutiendis proficiunt, si verò pituita salsa, aut viscida caussa fuerit, vinum cum *rosaceo melle, & vitellis ouorum, ac oleo communi incoctum*, vtiliter administratur: in quem vsum etiam tuto adhiberi potest decoctum *lentium cum melle, aut decoctum ficuū, cum myrrha & aloe*: præter id quod omnia alia, quę detergendi vim habere diximus, prodesse plurimum possunt: in cuius auxilii administratione mihi magis placet, aut syringa sæpius rectum intestinum abluere, aut perforato tantum per latera instrumento, clysteria iniicere, quam communi instrumento vti.

In tenasmone quę vsurpanda clysteria.

B

Ceterum tam est vtile vulgatumq; hoc præsidium, vt nullum ferè morbum reperias, qui in eo suum non habeat auxilium, suamq; medicinam: nam quo tempore partes intestinis vicinæ laborant, nihil æque symptomata mitigare, aut morbis earum prodesse compertum est, quo fit, vt hoc præsidio expediat vti in vesicæ, renum, & vteri affectibus, & iis etiam, qui mis[e]reon, iecur & splenem obsederunt: ac deniq; in omnibus, qui per viciniam eodem beneficio frui possunt, licet omnibus & in singulis diuersa longè ra[tione] ... morborum differentias, quibus hæc ... possunt.

Clysteriorū vtilitas maxima.

C

Sic ... affectibus vteri, quibus menstrua purgatio largior est, ... expedit eis, quæ vires habēt infrigidandi & agglutinandi: nam in calidis temperaturis, aut tenuibus humoribus, aut quibus viæ admodum sunt patulæ, nullum aliud commodius auxilium adhiberi potest: hoc enim solum frigidum vias coarctat, humores tenues cogit, ac densat, calorem compescit, ac si quid ictu, aut casu dilaceratum est, conglutinat: conficiuntur autem clysteria hęc ex *dragacantho, gummi Arabico, mastyche in aqua frigida chalybeata, aut suffumigata mastyche dissolutis*. Prodest etiam mirum in modum *succus radicis filipendulæ clystere iniectus*, præter id quod potui data commodior est. Cauendum tamen est ab iis rebus, quæ comprimendi vim obtinent: nam cum hæ partem, cui adhibentur, comprimere habeant: repellent necessario in affectum & fluentem vterum, humores inibi morantes, ac per consequens, maiorem incitabūt fluxionem, sicuti & calida omnia actu vel potentia: quo fit, vt ... in principio frigidis, mox verò vacuato corpore, quæ agglutinandi vim obtinent vti.

Menstruæ purgationes largas supprimentia.

Cautio. D

Quæ verò calidę & mollis sunt naturæ clysteria, suppressam purgationem (dum ex plenitudine nō fit, aut ipsa iam deposita) concitant, etiam si calor siccans suppressionis caussa sæpè sit. Inquit enim Gal. *lib. 5. Simpl. Calida menses euocant, si valenter non desiccent*: sic calida cum primum humectant, quales sunt decoctiones, quæ emolliendi aluum virtutem habent, præsertim si eis addatur *serpillum, aut tanacetum, calamintha, sabina, dictamnum, asarum, costus, casia, cinnamomum, aristolochia, iris*, & huiusmodi alia, quæ dum frigida caussa fuerit, mirum in modum prosunt: nam eorum decoctum, præter id quod calfacit, ob hoc citius etiam humectat, ex quibus quæ humectiora sunt, calidis caussis sunt proficua, quæ verò calidiora cum humiditate, frigidis, nā hæc frigidos infartosq; humores diffundunt, liquāt ac dissoluunt, aut per vterum expurgari cogunt, sicuti corrugatas partes calore, ac densos humores, sua humiditate laxare, & emollire valēt, præmissis tamen, quæ totū corpus sanguine aut humoribus minuant, ne plus ad affectam partem, euacuante id calore, trahatur.

Purgationes menstruas suppressas concitantia.

E

Iis verò fœminis, quæ ob laxitatem ex humiditate inundante frequenter aboriunt, ea sunt adhibenda clysteria, quæ leues habeant corroborandi & comprimendi vires, quibus addere licet, quæ exsiccandi vim obtinent: nam hæ consumtis qui inundant humoribus, corrugationē efficiēt, qui tutior est discussis humoribus. Quapropter incoquere cum his, quæ superius comprimere diximus, oportet, *origanum, thymum, sabinam, ameos, anethum, chamæmelum, epithymum, saluiā, rosmarinum, mentham, maioranam*, & alia huius naturæ, quibus qui ibidem morantur humores, discutiantur, & pars corroborata, facilius onus sibi commissum continere queat.

Abortum inhibentia.

F

Verum si ob siccitatem fœmina non conceperit, quæ abluendi & humectandi vim habere diximus clysteria, inter alia auxilia plurimum præstare possunt: vt quæ corrugatas & siccitate densatas partes laxare, aperire & humectare valeant, quibus ad mediocritatē redacto vtero, deinceps semen facilius suscipit & amplectitur.

Aduersus sterilitatem ex siccitate.

At si ob flatum, qui ab vtero mox semē pellat, aut ob

Ex flatibus

aut ob frigidum humorem inun[illegible]ntem ſterilis fœmina fiat, ea oportet adh[illegible] clyſteria, quibus diximus ineſſe diſcutiendi, calfaciendi & exſiccandi vires: addito in principio *melle roſaceo & agarico*, & iis quæ modicè irritent, vt quodammodo humores euacuent, & pe[illegible]onem diuertant: quibus addere oportet quæ [illegible] terum ipſum ex propria natura reſpiciunt, qualis *mercurialis eſt, artemiſia, matricaria, flos anethi, ſtœchados, chamæmali*, & huiuſmodi alia.

Fœcundas facientia.

Vltimo verò eis oportet vti, quæ corroborandi, denſandi, ac conſtringendi partes vteri vicinas, vim habeant: vt continuata ratione, vterum etiam ipſum hac lege [illegible] natiorem & fœcundiorem efficiant. Quæ parare facilè erit, inſpecta quam ſuperius id præſtare materiam diximus, quæ etiam prolapſo [illegible] aſdem cautſas vteros in priſtinũ locum redigunt, conſumta & exſiccata, quæ reſolutioné efficit [illegible] materia, præſertim ſi decocto addatur *ſaluia, maiorana, mentha, ſtœchas, & alia huiuſgeneris*. Poſt quorũ omnium adminiſtrationé, quæ roborandi, & adſtringendi cũ ſiccitate vires obtine[illegible], ad ni[illegible] t.

Vteri inflammationes arcentia.

Arcent verò a[illegible] ant[illegible] inflammationes clyſteria, quæ ex ca[illegible] *oleo, pinguedine anſeris aut gallina, aut butyro conficiuntur*: præterea ſi diſſoluantur in decocto *ſeminis lini, fœnugræci, & ſimiliũ, aut in lacte*: pariq; penſi debet adminiſtrari, ac in inteſtinorum inflammationibus. Eodem prorſus modo iuxta vteri diſtemperie parari poſſunt clyſteria: ſic in calore, & pruritu, ex *aqua tepida, aut lacte, aut hordei decocto, aut expreſſione ſeminum frigidorũ*, veluti in frigida, quæ mox diximus.

Renes iuuantia.

Renes item affecti iuxta varias affectiones, variis iuuantur clyſterium formis. Nam inflammationes conſimilé expoſcunt præcedentibus formam, aut quæ ex *malua decocto* parantur, *ſemine lini, fœnugræci cum oleo & melle*, aut ex *hordei ſucco cum oleo & ſaccharo*, addito etiam *melle*: quibus ſanè indurata excrementa emolliuntur, & ad excretionem parantur: a quibus [illegible] anodyna clyſteria deuenire oportet, quæ [illegible] conſtituuntur ex *oleo anethino cum butyro, quibuſdam adipibus eliquatis, ex foliis etiam violarum & maluarũ decoctis, ex oleo item violaceo, chamæmelino, & anethino cum melle, & pulpa caſſiæ fiſtulæ*, quibus addere aut pinguedinem aut butyrum oportet. In quibus omnibus obſeruare decet, ne copia multa infundatur, namq; repletis inteſtinis, facilè eſt renes comprimi, & maiores concitari dolores. Oportet tamen hunc ordiné ſeruare in iniiciendis huiuſmodi clyſteribus: vt poſt ea, quæ anodyna ſunt, & aluum ſoluunt, quæ attemperandi, & modicè pellendi vim habẽt, præmittantur: ac dum malũ creuerit, eis oportet vti, quæ modica emollitione & reſolutione proſint: vt quod in parte continetur, facilius diſſolui poſſit. Cauendum tamen ab iis, quæ repellendi vires obtinent, nam hæ facilius in renes tranſmittunt, ſicuti ab iis, quæ trahendi, aut irritandi plurimum vires habent, plus enim concitabitur natura in expulſione ad huiuſmodi partes. Cum verò renes ob diſtemperiem dolent, facilè erit iuxta rationem diſtemperiei, ex iis, quæ diximus, clyſteria vſui idonea conficere.

Clyſteria anodyna.

Obſeruatio.

Ordo iniiciendorum clyſterium.

Cautio.

Calculi dolores pellentia.

Verùm cum ex lapide dolent, finitima exposcunt clyſteria iis, quæ colico dolori prodeſſe diximus: qualia ſunt anodyna, & quæ flatus diſcutere valent, & [illegible] potiſſimum quæ emol[illegible] & laxandi [illegible] obtin[illegible] in hac [illegible] ſit, vt quod [illegible] contin[illegible] deſluat [illegible] diate [illegible], ne renes co[illegible] u[illegible] liceuent [illegible] vti, Galeni teſti[illegible] *de lo. pat.* [illegible] qui colicorum [illegible] magis quàm nephriticorum refert, [illegible] bus. Quo loco indic[illegible] non [illegible] at clyſteria nephriti[illegible] prod[illegible] col[illegible] ſtituam affirmat. Eſt enim præ[illegible] vtile, vt ſi decenter euacuentur, [illegible] careant: quæ qui[illegible] [illegible] ctas. *lib. 6. Epid.* dixit, cibo & potu im[illegible] uari, ſicuti leuiores h[illegible] mitu[illegible] cti[illegible] ne. Verum [illegible] præmittantur, quæ [illegible] quibus quod in vas inte[illegible] contin[illegible] facilè & citra max[illegible] ne in particulam dolent[illegible] oportet, quæ [illegible] leniter poſſint [illegible] ca, quæ diſcutiend[illegible] contentũ [illegible] præ dolori [illegible] & du[illegible] aliquid ibidem collectum [illegible] habit.

Nephriticorum præſidium.

Ordo iniiciendi.

Renibus verò exulceratis [illegible] unt, quæ ex *lacte, aut aqua mulſa, aut dec[illegible] torrefacti, glycyrrhiza, [illegible] f[illegible]* n. & *aqua lactis cum melle, aut ſaccharo* co[illegible] ntur: quæ quodammodo [illegible] lorem, qui [illegible] cilé [illegible] exulceratis his partibus oritur, compeſcant, & vlcera etiam ſiccent, & ſi quid ad renes permeare poſſit, etiam extergat.

Renes exulceratos ſanantia.

At ſi veſica inflammatione, aut vlcere laboret, ea clyſteria ſunt adhibenda, quæ vt[illegible] ro & renibus inflammatis aut exulceratis prodeſſe diximus. Quod ſi viarũ anguſtia vrina ſupprimatur, quæ calculoſis & colico dolori proſunt, ad hibenda ſunt: nam hæ & partes emolliunt, & meatus dilatãt, ita vt vrinæ exeunti cedant. Verum ſi veſica reſoluatur, ob idq; nec morſum, nec pondus vrinæ perſentiant: [illegible] tanda eſt ad expulſioné facultas iis, quæ morſu [illegible] inuehant: veluti eſt *aloes non lota, cyclamini ſuccus, aut ſcila & roſarum cum ſale, melle, & nitro, & alia, quæ diuretica ſunt*. Si [illegible] laborat, ob muſculi claudentis eius [illegible] lutionem, ea proſunt medicamenta per clyſteria iniecta, quæ prolapſum vterũ in priſtinum locũ reducere poſſe diximus: qualia ſunt, quæ calfaciendi, & exſiccandi cum adſtrictione [illegible] obtinent. At in ſtillicidio vrinæ ex acrimonia, ea medicamenta proſunt, quæ attemperandi & compeſcendi malam vrinæ qualitatem vires habent: niſi in animo fuerit, a[illegible] ibus medicamentis ad inteſtina trahere acres & mordaces humores, quibus vrina vitiatur: nã eo tempore diuretionis gratia tuto fieri poteſt. alioquin minime.

Veſicæ vlcera ſanantia.

Vrinæ ſuppreſſionem tollentia.

Vrinæ fluorẽ ſiſtentia.

Stillicidium tollentia.

At ne longius abeam, in omnibus affectibus aliarum vicinarum partium, eadem methodo licet clyſteria conficere: namq; in hydrope, ventriculo affecto, iecore, ſplene, meſeræo, [illegible] omnino modo expedit, aut fluctus ducere, aut trahere, aut emollire, denſare, corrobo[illegible]re, mitigare, & alia officia peragere, iu[illegible] indigentiam, addũs etiam medicamentis, quæ

Clyſteriorũ vſus in hydrope, &c.

quodammodo partem affectam r[illegible]ciant, vt iecoraria, splenetica, & alia huiusmo[illegible] quę breuitatis studio prætermitto.

*Clysteriorū vtilitates.*

G Non solum clysteria ea, quæ nuper diximus, prosunt, sed tanta etiam sunt vtilitatis & efficaciæ, vt distantibus etiam ab iis partibus citra dubitationem opitulentur. Nam quidam ex his præstantius reuellunt, quam quoduis aliud auxiliū, siquidem ad naturales corporis cauitates, per quas humores solent pelli, eos vi & efficacia maxima trahunt, alimoniam etiam, si quando opus est, corpori præstant, somnum conciliant, corpus ab assumto veneno vindicant.

61 A Veruntamen clysteria, quæ irritandi, trahendi, atq; ob id reuellendi, & euacuandi potentiā habent, maxima egent consideratione, & maturo consilio, cum hæc omnia vim non paruam in naturam inferant. Cuius gratia expendere decet, *quibus ea modis operentur, & quibus prosint affectibus & qua ratione.*

*Clysteria acria ex quib conficiātur.*

Duplici itaque via compertum est, acria clysteria suas vires posse ostendere, aut irritata nimirum & lacessita expellente natura, aut attractis & selectis humoribus, propria & peculiari medicamentorum facultate. Quæ verò acria sunt, ex *nitro, succo sicla, rosarum, mercurialis, cucumeris asinini,* & huiusmodi aliis confici possunt, dummodo vim habeant acrem, & mordacem, quibus virtus ad consuetum munus excitetur.

*Quibus pręsint morbis.*

Hæc namq; medicamenta iis prosunt, quib. facultas consopita est, aut alio quouis modo detenta & impedita: ac iis etiam, qui medica-

B mento purgante accepto, nihil purgare queunt, & vltimo omnibus iis, quorum conamur naturā distrahere ab aliqua fluxione, quam per superiora mouet: aut dum intendimus humores sursum tendentes ad inferiores partes reuellere, per eāsdē irritata, & coacta natura, & ad infernam aluum reuocata. Quo fieri solet, vt consuetam fluxionē, aut dolores sæpius ipsa intercipiat, ad aliam distracta regionem. nam hac potissimū ratione, ab inceptis operibus natura sæpius desistit, quia aliud denuo longè diuersum aggredi cogitur, aut saltem quia minor est ad singula, cū pluribus est intenta.

*Attrahentia & eligentia humores ex quibus constent.*

Quæ verò attrahendi, & eligendi humores, potestatem habent clysteria, iis medicamentis constāt, quæ præter id, quod naturam irritēt, humores ipsos etiam eligant, vt ab aliis separatos

C natura facilius pellat. Neq; enim desunt, qui asserant, id nulla ratione posse fieri, cū hæc medicamenta desiderent prius in ventriculo actuari, quod ad eorum actionē est veluti caussa, sine qua nō, & vt ipsi censent, minime intestina huiusmodi actionē præstare possunt, neq; adhuc ad ventriculū trahuntur, imò ipse ea omnia tenuit: ergo nulla ratione videtur posse intestina hæc iniecta trahere: præter id, quod neq; Galenus, neque ex Græcorum familia quisquam ex professo hæc dixerit, licet nullus id posse fieri negauerit. Quapropter vt ex Arabum constat sententia, & etiam ratione quodammodo ꝓbari potest, id citra dubitationem certum est fieri, quia vt medicamēta hæc in actum redigantur, sat est, vt calore intestinorum calefiant, & liquescāt, vt suas vires suscipiant, & vndiq; fundant, qua ratione quas attingunt partes ab humoribus sibi familiaribus vendicant. Nam quemadmodū cum hæc in ventriculo & iecore incalescunt, humores ad se trahere possunt, eodem modo indubitanter fieri in intestinis est possibile, etiamsi ventriculus ad se non trahat huiusmodi medicamēta, quod etiam dogma facilè confirmat quotidiana experientia.

*Quibus morbis prosint.*

Habent huiusmodi auxilia etiam maximā in varius morbis vim, & efficaciam, licet in omnibus non vnica solum ratione, sed gratia reuellendi,

D atq; attrahendi peccantes humores ad contrariā aut diuersam regionem, ac nonnunquam euacuandi. Quod verò reuellendi efficaciā habeāt, ex Galeno licet probare, qui ex Archigeni, & propria mente, summopere laudat euacuationē, quæ per clysteria fit, non tantū eo nomine, quod excrementa in intestinis contenta extergant, sed reuulsionis gratia quod ea, quæ ad caput efferūtur, subtus alui deiectione diuertant. Atq; subdit idem Galenus: *In tali clystere plurimum reuulsionis est, ad hoc quod non solum ventriculum & mesaraeon euacuet: sed etiam ima hepatis expurget.* Qua ratione credendum est, medicos omnes in grauioribus & ægre curabilibus affectibus huiusmodi clysterib. iuxta optimā rationem vti, in his præsertim corporibus, in quibus crebris euacuationibus est opus: virtus tamen, aut ægri voluntas, aut morbi tempus, accidensve aliquod, id ex toto renuunt. Prosunt hæc etiam mirum in modum *in laterum*

E *doloribus,* vt fluentem materiam distrahant, ac impactam euellant. *Capitis* item *doloribus, gingiuarū fluxibus, lippitudini oculorum,* & *hebetudine laborantibus, vlceribus* & *eruptionibus,* quæ in capite fiunt, *extuberationibus* item in summitate erumpentibus, *lethargicis,* & *comitialibus. difficulter spirantibus* ob flatus & crassæ materiæ copiā. Opitulantur eodem modo febribus inordinatis, quæ non habēt vehementes & ordinatas inuasiones, quibus grauitas præsertim in intestinis adest, venterque humidus, & molle hypochondrium existit. Valent etiam in quotidiana febre, & in iis omnibus, quæ cum suffocatione fiunt, & nimia ad somnum propensione. Etiamsi Galenus solū *oleo & melle* vsus fuerit in febribus: quod factum esse existimo in us, quæ citra vllum accidens procedunt, gratia emolliendi aluum. Prosunt etiam hæc in morbis *pulmonis, angina, tetano, insania, vertigine:* habentibus etiam in ventriculo adhærescētem pituitam, & ob id malè coquentibus, denique *articulorum & coxendicis affectibus.*

*Obseruatio.*

F Ceterum in omnibus hoc licet expendere, quod nonnulli huiusmodi clysteria exposcunt ad reuulsionem, & distractionem humorum, quod præmissa aliqua communiori vacuatione, in principiis morborū potest fieri, aut citra ipsam, si morbus vrget, vt apoplexia, & comitialis, & alia huius census. Alii verò, qui crebram euacuationē, etiamsi expediat, non sustinent, vt paulatim per eam regionem, quæ minus incommodi afferat, redundans humor expurgetur, veluti in febribus diuturnis, & aliis huiusmodi malis licet videre. Alii verò id exposcunt ad vtrumque adimplendum scopum, vt in omnibus morbis, in quibus aliquod accidens periculū minatur, medicamentū verò expurgans, aut sumere, aut perferre laborans nequit, vt in febribus syncopalibus, in lethargo, apoplexia, & aliis huius farinæ, in quibus facultas tā est sopita, vt medicamentū laborātes ingerere nō possint. Præstant tñ hos vsus clysteria, quę tecipiunt *sal, nitrum, brassicam marinam, centaurea*

*succum,*

G *ſuccum, polypodij decoctum, ſenæ, & epithymi, cucumeris agreſtis ſuccum, iridis etiam: aut colocyntidem, veratrum, agaricum, turpetum, ſcammonium*, & exclectuaris quodlibet iuxta ideam, & rationem humoris peccantis, aut particulæ affectæ: namq; ſi humores craſſiores fuerint, toleraueritq; laborantis facultas, quæ valentiora ſunt, adhibere oportet: ſicuti ſi pars ab inteſtinis plurimum deſtiterit: quib. omnibus addi poſſunt ea medicamenta, quæ aut affectibus ipſis, aut partis naturæ reſpondeant. In his enim, quibus flauam bilem purgare conamur, adiicere trahentibus medicamentis oportet *ptiſanæ cremorem, lactis aquam, aut hordei decoctum*: quibus etiam dum aduſtæ bilis naturam humores ſapiunt, addere oportet, *ſenā, epithymum, polypodium, decoctum foliorum maluarum,*

63 A *& borraginis.* A quibus pituitam, *mel, oxymel, ſaluiam, ſatureiam, thymum, & anethum, & alia quæ paſſim ad huiuſmodi vſus reperiuntur.* Eodem prorſus modo capiti affecto, quæ caput reſpiciant, *vt decoctum ſtœchados, maioranæ, chamæmeli, & anethi*: ſicut ventriculo origani *decoctum, pulegij, abſynthij, hyſſopi, & menthæ.* Thoraci etiam *paſſularum decoctum, prunorū, florum cordialium, ficuū, cardui benedicti, capillorū veneris, iuiubarum, & tormentillæ.* Atq; hæc vt exemplum dixiſſe ſufficiat. Quæ unūta dū acribus medicamentis commiſcentur, mirū in modū proſunt: quia quæ talia ſunt, naturam ipſam irritant: quæ poſtea irritata pellit, quod ſibi eſt moleſtum, nimirū quod ad manum habet. Sunt verò expulſioni promtiora, quæ medicamenta ſchegentia ab alijs humoribus iam ſeparatunt.

Venenis reſiſtentia. Habent inſuper aeria clyſteria hoc peculiare, quod corpus vniuerſum ab aſſumtis venenis mire tueantur. Nam iis, qui taurinū ſanguinem biberunt,

B opitulatur *braſſicæ decoctum infuſum cum nitro & ſale, & braſſicæ ipſius ſuccus, aut ſemen cum aceto.* Iis verò, qui mortiferos fungi comederunt, *nitrum, abſynthium, & raphani ſuccus, ac rutha decoctum vtiliter iniicitur.* Iis autem, quibus lac ebibitum corruptum eſt, grauiaque ob id ſymptomata concitantur, lac aſininum iniectum, cum melle & ſale, aut aceto prodeſt.

Somnum & coctionem præſtantia. Sunt etiam inter hæc clyſteria plurima, quæ toti corpori ꝓſunt, quæ vnica & eadē vi & ratione plurimis & diuerſis affectib. opitulantur: veluti ſunt, quæ ſomnū & coctionem præſtant, & alia quæ varijs accidentibus ſubueniunt. Conciliatur autem per clyſteria ſomnus, aut ſedato per propriū contrarium accidenti, aut ſopita animali potētia. Primum fit iis clyſteribus, quæ è directo pugnent cum cauſſis vigiliæ, veluti ſi ſiccitas præſit, ea conferunt, quæ humectandi vim habent, ſi caliditas, quæ refrigerandi, & attemperandi vim

C obtineant, & ſic de alijs cauſſis, quæ vigiliam præ dolore, aut alteratione, inducere valeant. Quæ verò ſomnum conciliant, ea ſunt clyſteria, quæ *narcotica* recipiunt medicamenta, quorū ſuperius meminimus, quibus tutiſſime addi poſſunt trochiſci omnes, qui *opium* recipiūt, decocto aliquo diſſoluti iuxta affectus naturam confecto.

Clyſteria vtrum alant. Clyſteria etiam vltimo toti corpori ſuam gratiam impertiuntur, vbi ea materia conficiantur, quæ alimoniam præſtare poſſit, ſi quando id vſu venerit, etiamſi hoc clyſteribus donare, maximè ſit apud pluroſq; graue. Ceterum quia locus hic non eſt diſputationi aptus, ſat eſt noſſe, hæc maximū poſſe præſtare vſum in reficiendis corporibus, quibus alimentū eſt odioſum: namq; ſi neruus aut villi ipſius gulæ ex defluxu catharrhi, aut frigidæ potu, aut epidemiali putrefactione, aut narcoticis ſumtis, ita laxi facti fuerint, vt æger potum, iuſcula, & cibum deglutire nequiuerit: aut vbi faſtidiēs admodum fuerit, imbecilluſve, aut alio quouis ſymptomate, quo cibos deglutire non detur, affectus, nullo alio præſidio cuſtodiri laborantiū vita poteſt. Nam præter id, ꝙ quæ

D in inteſtinis continentur, *vt ex Galeni teſtimonio cōſtat, lib. 7. Aph. com.* 16. per ventriculum aliquando reijci contingat, etiamſi plurimū ventriculus ab ea abhorreat, mirum non erit, ſi quæ familiaria, & nobis amica ſunt, exurens vltro trahat, præſertim cum non parua meſaraicarū portio ad ieiuna inteſtina, & colon vſq; perueniat. Quo fit, vt etſi Gal. *lib. 3. de cauſſ. ſympt.* ad ieiunum tantū peruenire poſſe clyſteria fateatur, non ex eo ſequitur, neceſſum eſſe, deuenire non poſſe alimentum, vbi alat: liquide per dictas meſaraicas hepati facilè communicari poteſt: potiſſimum, quia etſi inteſtina ſecundum naturam ſurſum non pellant, nihil impedit præter naturam fieri poſſe: quemadmodum ventriculus neceſſitate compulſus, ſurſus etiam, quod ſibi eſt familiare, trahit.

Clyſteria nutrientia. Præſtant verò hunc vſum clyſteria, quæ conficiuntur ex iure aliquo, aut ſtillatitio, aut ex *carnis liquore, ex vitellis ouorum, ex vino*, in iis præſertim,

E qui plurimum ſunt ex frigiditate imbecilles, ex *ptyſana etiam*, aut *tritici cremore*, aut *farina & amyli ablutione*: denique ex iis conficiantur, quæ nobis familiariſſima fuerint, & boni odoris, vt auidius natura conſuetum alimentum ab inſueto loco arripiat: huius etiam notæ ſunt, quæ *ptyſana, & ouo conquaſſato cum albumine & vitello* conficiuntur, & ea etiam, quæ ex *ſucco portulacæ cum ptyſana, aut ex iure aliquo pingui, & emulſione ſeminum frigidorum, & mucilaginibus pſylij, ſeminis citoniorum, & huiuſmodi alijs.*

Glandium vſus & vtilitas. Non minorem in re medica glandes vtilitatē præſtant, nam aliquando aluum irritant, nonnunquam à diſtantiſſimis partibus trahunt, ſæpius dolorem ſedant, aut pruritum: exulcerationes item curant: quędam & aſcarides interficiūt, præſtantq; ſæpe vſum, vt clyſteria iniecta reddātur, vel vt medicamenti iuuetur actio, aut acceleretur, dū rectum inteſtinum à frigore nimio contractū ſopitumq; fuerit: glandibus ēt vtimur, cū ægri clyſteria non admittunt, præſertim ad hæmorrhoidas irritandas, ad inflammationes, ad

F ſedis & penis reſolutionem, prouocationem etiam menſium, & quando offenduntur partes clyſterium iniectione, vel in ſoporoſis affectibus, in quibus ſomni profundi ſuſpicio adeſt. Sunt etiam inſtituendæ glandes, cum clyſtere non eſt vtendum, aut quia morbus vt enterocele, aut temporis breuitas non patitur clyſtere parari, aut quia ſtercora indurata iniectiones non ſinunt penetrare.

Glandium longitudo inutilis. Expendere hac in parte oportet, inutilem eſſe vulgarem glandium extenſam longitudinem, cū facultatem expultricem nō irritent, niſi qua parte tangunt podicem, aut recti inteſtini extremū: qua quidem ratione ſatius eſt minorem effingere longitudinem: & ea craſſitie efficere, quæ nimirum digiti vtrinque acuti effigiem æmuletur.

G Quæ verò aluum irritant glandes, suum munus impertiuntur iis, quibus alui excreméta in recto sunt intestino, quibus clystere non est opus, præsertim dum facultas ad expulsioné sua sponte nō excitatur, cuius occasione aluus adstricta redditur, vt in pueris & fœminis, præcipuè menstruantibus, facilè conspicitur. Fiunt quidem in hunc vsum glandes mille modis, prout ætas aut laborantis sensibilitas exposcere videntur: ex *pice* nimirū, *cera, sapone, sepo, felle aliquo animalis, ex pinguedine porci cum sale, ex radicibus etiam raphani, caulium, althææ cum melle, aut oleo & butyro, ex ficu etiā pinguispinis trita, ex vua passa acinis detractis, ex foliis mercurialis viridibus, ex nucleo pini, ex plumis, ex butyro, ex axungia, alumine, sale, allio, aut cepa*, quæ omnia excipi possunt *oleo, lana, aut melle cum pilis leporinis*. Sed communiores qui fiūt ex *melle, sale, aut nitro, aut ex melle & hiera*, ac *aliis huiusmodi medicamentis*, iuxta rationem affectus, cuius gratia ventrem irritare intendimus, quibus semp miscere oportet, quę etiam aduersus morbi caussas aut symptomata pugnent, veluti si flatus discutere est necessum, puluerem ex *cumino, ruta, thymo, aniso, camo, anetho, & ex baccis lauri*: sic dum mensium suppressione aut diminuto fluxu aluus supprimitur, addere oportet *tanaceti, aut mercurialis succū, puluerem ve, aut cinnamomi, cassia & huiusmodi*: vbi verò vterus immodice fluit, *picem, ibus, aristolochiā*, & alia huius naturæ: & eodem prorsus modo ad alios affectus, quibus alui adstrictio coniungitur, eo immiscere expedit, quæ illis profutura existimantur.

*Glandes ex quibus fiāt.*

64 A

*Glandibus quæ adiicienda.*

B Quæ verò attrahendi vim obtinent, ex toto corpore purgant, & ex distantissimis etiam partibus reuellunt, ac ex propinquis deriuant. Sopitā item facultatem excitant, & ab humorum incursibus liberāt: quo fit, vt prosint huiusmodi glandes *febribus* quibusdā *acutis, anginæ*, & ceteris suffocationibus, *doloribus* etiam *capitis, lippitudini, vertigini, ac tenebricosis perturbationibus, soporosis item affectibus, apoplexia, paralysi, & morbo comitiali*. Ad quos quidem vsus acriores glandes parari solent, quæ irritandi, & lacessendi sensoriam, & expellentem facultatem vires obtineant: quibus sæpè est ex vsu ea medicamenta commiscere, quæ præter hoc quod irritent, humores etiam trahere possint. Primi quidem generis sunt ex *pyretro cum resina, aut sinapi & melle, aut centaurea cum pice & cera, ex grano etiam gnidio, ex panace, ex hiera Logadii*. Secundi verò generis sunt, quæ conficiuntur ex *pulpa colocynthidis, turpeto, & scammoneo, ac aliis valentioribus medicamentis*, iuxta affectus cui adhibétur vrgentiam: nam hæ, quæ validiores immittuntur, his tantū sunt ex vsu, quibus aut sopita graui somno,

*Glandium attrahentiū vires in variis morbis.*

*Irritantes.*

*Humores trahentes.*

C aut alio quouis modo est facultas, aut quib grauc aliquod imminet periculum, ac denique vbi à distantissimis partibus humores diuertere conamur. In aliis verò, quibus tantum per vicina loca deriuare intendimus, mitioribus benignioribusque vti oportet.

Verum dum necessum est intestinorum dolores sedare, si ex flatu concitentur, ex iis, quæ flatus discutere diximus, debent confici: quib. addere expedit, quæ anodynam habeant facultaté, vt *butyrum, axungia, sepum*, & huiusmodi. Sic in hęmorrhoidum doloribus cōficiuntur ex sepo, vel oui vitello indurato, vel cocto cum butyro, vel oleo amygdalarum dulcium. Vlcerum verò dolorés sedantur pauxillo opio leuiter torrefacto, & myrrha castigato, addito emplastris, vt illud est, quod ex cerusa componitur. Pars enim illa facilè resoluitur, & malum contrahitur appositione narcoticorum. Glandes vlceribus & ano determinatæ duriores esse debent, quam quæ ad hæmorrhoidum dolores, & alios tumores parātur: quo quidem modo pruritus & tenesmus curantur glandibus possunt, inspecta semper caussa, quæ affectum excitat, nam hæc medicamentorū materiam veluti digito commonstrat, sicuti pars affecta, narcoticis maxima cum præmeditatione esse vtendū, quæ mox ab adhibitione, præsertim vbi profuerint, auferri debent, & partē vino oportet abluere, ne quid mali supersit in particula.

*In intestinorū dolore sedando.*

*In hæmorrhoidum & vlcerum dolore.*

*Glandes quales esse debeat.*

D

Quæ verò recti intestini vlcera curant, ea methodo constitui debent, qua clysteria ad intestinorū exulcerationé conficidiximus. Nam vbi ex materia benigna glans conficitur, inungenda est *linimentis vnguentisve*, quæ aut abstergant, aut siccent, aut cicatricé inducant. Quę quidem omnia medicamenta valentiora sint oportet, quam ea, quę aliis partibus exulceratis debentur, quia huiusmodi pars, qua glandes immittuntur, sordidior & humidior ceteris ferè est.

*Glandes ad vlcera recti intestini.*

Lumbricos, *ascarides* appellatos, interficiunt glandes, quæ amaris, acidis, & horribilibus conficiuntur medicamentis: quales sunt, quæ conficiuntur ex *resina, & pulueribus absinthii, hyssopi, panacis, bitumine, lupino, & aloe*, quæ quidem iuxta vsus rationem variè parari possunt.

*Lumbricos interficientes.*

E

## Consilium circa Clysterium administrationem.

NIL equidem in rebus humanis tam vtilè, tam delectabile, aut necessarium est, quod ipsa rei frequentia & plurimo vsu tædium contemtumque non pariat, quod clysteribus euenisse suspicor, quæ etsi vtilia admodum sint ac necessaria, ita vt nullum ferè reperias morbum, qui suum præsidium, suamque medicinam in eis non inueniat, cum hoc tamen vulgata eorum frequentia contemptum, atque infamiam apud vulgus peperit. Namq; nihil corpori ac naturæ infestius, nihilque desperans in rebus tutius & inutilius existimat, cum sit cōtra omnibus seculis nihil inuentum mitius, nihil benignius, nihil vtilius, ac nihil æque omnibus morbis communius: sed errores hi hominum à malis medicis primum orti sunt, qui in medicamentis plus quæstus sibi, quam commodi laborantibus intendunt, quia passim, dum aliis præsidiis destituuntur, ad hoc vt sors tulit, confugiunt: cum præsidio hoc neque passim, neque omnibus, aut quibusvis liceat vti.

*Contemtus clysterorū vnde.*

*Clysteriis non passim aut quibusvis licet vti.*

F

Qua ratione nosse oportet circa huius auxilii administrationem, pinguia clysteria, quæ *communia* appellantur, confecta à Barbaris ex *malua, althæa, beta, fula, prunis, semine lini, & fœnugraco*, non omnibus esse vtilia, licet plurimis conferre compertum sit, vt aluus quotidiano vtatur vsui: eorū namque nidore fœminarum vterus commoueri solet: viris etiam nonnullis graueolentia caput tentat, aliis os ventriculi afficit, quibusdam item spiritus & humores corrumpit: vnde factum est, vt prisca illa ætas mulsa & oleo tantum in clysteribus vti contenta fuerit, veluti Hippocrates & Gale-

*Clysteria pinguia quibus obsint.*

Gal [illegible] ... credendum est [illegible] horũ medicamentorum [illegible] torẽ & inutile [illegible] retinam, his [illegible] Respexisse nil videntur veteres illi sapientiæ professores in omnibus ea, quæ cum minore noxa actiones perficiunt. At in his, quibus diu alui excrementa detinentur, non licet protinus efficacem (*in purgationem respuat affectio*) aut acrem præmittere clysterem, ne plus trahat ad obstructa intestina, & maioris mali sit caussa, sed sæpè, quæ emolliendi vim habeant, clysteria præmittere oportet, mox inijcere, quæ aliquantulum naturam irritent, vt quod præcedentibus molle & liquatum factum est, promptius expellatur. Quod si omnino formidauerit laborans clysteribus vti, fomentis res agenda est, vt aperte consulit his verbis Hippoc. *lib. de Affect. Si verò clystere non voluerit, humectum hominem facere oportet, fomento humido admoto*: fortassis enim sic stercus subeuacuari poterit, nam à ciborum nimia desiccatione hæc patitur.

Cautio.

65 A

Clysteria flatus discutientia, qua ratione administrãd.

Clysteria verò, quæ flatus discutiendi vim habent, maiorés sæpius solent excitare cruciatus, ob sinistram adhibendi rationem. Nam si flatuosus spiritus, crassus, densusq; fuerit, aut materia multa & densior, quam quæ *carminantibus* medicamentis euinci possit, eisdem potius flatus multo plures generantur: & qui præfuerant tenuiores euadunt: fit itaque, vt distenta dolentisq; pars amplius distendatur noua flatus propagatione & B attenuatione. Quare consultius esse existimo, eisdem admiscere ea medicamenta, quæ emolliendi partes dolentes vim habeant, vt facilius ac iucundius distendi possint. Quapropter nõ placet, in principio ea adhibere medicamenta, quæ *discussoria* appellantur, sed mistis iis, quæ nuper diximus, donec morbus augeatur, materia tenuiori facta, ac flatibus dissolutis.

Clysteria dysenterico-rum quam obseruationem requirant.

Considerare etiam in dysentericorum clysteribus oportet, nunquam licere iis, quæ adstringendi vim habent, admiscere (*nisi vbi materia multa fluxerit*) antequam aut corpus medicamentis purgetur, aut intestina abluantur: nam cũ huiusmodi comprimendi vires obtineant, pressius adhærere cogent intestinis ipsis humores acres & exedentes, ex quo maiores exulcerationes, intẽsioresq; dolores oriri est necessum. Quemadmodũ ex Lieni commentariis videre licet, qui inquit: *Si vlcera sint inflammationis expertia, idem genus ablutionis erit accommodatũ: verum vis adstringendi erit parum intendenda, non tamẽ multo maior esse debet, quandoquidem in his quoq; adstrictio modũ excedens, mordi-* C *cationem adfert, & vlcera prorritat, & eo adigit, vt vel inflammentur, vel humectentur: ex quo euenit, vt hisce dysenteriis ablutiones huiusmodi conuenerint*: quib. verbis apertè monstrat, quæ diximus. Nec dubitandum etiam est in dysenteria, ex inordinata clysteriorum administratione, hæc & maiora mala oriri posse: nam crebra refrigerantium iniectione, ob intestinorũ continuitatem ventriculus quoque refrigeratur, quod & flatuum multitudo & cruda excrementa commonstrant. Quod quidẽ malum adaugent, qui potiones, electaria, mixturas ex his, quæ refrigerando adstringunt, concinnant, & passim dysentericis exhibent: nõ aduertentes diminutũ assiduo fluxu, ventriculi calorem amplius ob id exstingui, & coctionem interturbari. Quo fit, vt non expediat frigida hęc

Refrigerantia dysentericis non adhibenda temere.

dysentericis temerè adhibere, nisi [illegible] caloribus, ac concoctoris castigata, quod [illegible] los sapientissimos in suis ad dysentericos medicamentis fecisse constat: quibus vel *mentam*, [illegible] D *synthium, vel hyssopum, anethum, fœniculum, anisum, daucum, nardum, cinnamomum, capiam, crocum, hus, vel myrrham, aut mastychem adiunxerunt*, quæ natiuum calorem frigidis exstingui prohiberẽt. Ceterum in abluentium frigidorum, & adstringentiũ medicamentorũ administratione expendere oportet, quo plus vlcera computrescũt, eo adstringentia adaugere æquum esse, vt partis substantia firmetur, roboreturque, cũ modica ablutione. Cũ ficiunt rur ad h[illegible] modi vsum clysteria ex vino maximè adstringenti, in quo *rhu coriariorum decoquatur, & rubi ramusculi, aut myrthi, galla, aut punici cortex, vel rhou vino dilutum*. Quo fit, vt plurimũ aberrent medici, qui in huiusmodi dysenteriis *oleosis* ac *crassis* frequenter vtuntur, nam hæc & ouorum vitella, dum plurimum dolor non vrget, vitari debent, quoniam vlceris cum mouent sua sorditie impediunt, ita vt pro benefico remedio sordium expectant nocumentum, quod ad cacoëthias & [illegible]omas plane deducat: tutius etenim E esset [illegible] gentibus [illegible], & paulatim ad adstring[illegible] & [illegible] gradum facere: nam pinguibus illis solum vtuntur symptomatis mitigandi gratia: quod Galenus *lib. 12. Meth.* expressit his verbis: *Indy entericos in dejectionibus, vbi vehementer rodunt, vel tragi succum, vel hircinum sebum, vel rosaceum ceratum per inferius indimus: quibus vtique præsidiis ipsa exulceratio intestinorum non sanatur, maximè si putrescens aliquid habeant: sed vires interim conquiescunt. Atque id est contra symptomata instare morbo interim neglecto.* Quo sermone non solum taxantur, qui purè pinguibus vtuntur, verum etiã qui *sebum hircinum*, vbi dolor non infestat, admiscent. Manifestant enim verba illa Galeni, sebum non siccare, quod Arabes putarunt: nihilominus tamen prohibendæ abrasionis gratia, sæpe sebo vti cogimur, differentes vlceris curationem, donec fluxio quieuerit. Verum si vlcus tantum creuerit, quod nec adhuc his, quæ F diximus, cedat medicamentis sed fibræ quædã, aut tunicæ intestinorum simul abscedant, conijectabile eo tempore est, internam intestinorum tunicam abradi. Nam intelligens natura imminens intestinis periculum, ex delata per ea vtraq; bile, & ea magis impura & acri, subuenit primũ, membranam intestini (licet vna villorum specie constantem) in duas separans, eodem scopo, quo partes omnes geminas constituit, ne facilè vitiũ separet, & erosio si accidit, sed vna exesa, reliqua incolumis fæces contineret: quin etiam sensu donauit illa non vulgari, ne sola natura ducẽ ad [illegible] eiectionem moueantur, sed sensaræ bilis acrimonia tandem muniuit, quoad potuit internum intestinorum, pingui concretoq; humore, qui & lenitate obtunderet, & crassitiẽ prohiberet, & lubricitate promoueret bilis descensum, sed pingue id non idem obtenderit crassis & tenuibus intestinis. crassa, quoniam amplitudine sua adipis crassitiem & molem ferebant, obtinuerunt: tenuia, ne fortè obstruerentur à fæce, non tolerarunt: quare commutauit [illegible] illis G pingue in solidius quoddam tenue magis, sed concretum, quod non aliter cauitates illorum

In clysteriũ adstringentium & abluentiũ frigidorũ administratione quæ consideranda.

Error medicorum.

Adstringentia.

Sebum non siccare.

indur, quam figulina vasa vitreo vnguine obducuntur: ex quarum substantiarum, quibus intestina constant, excretione & dysenteriæ species & periculum rimari oportet: quamobrem dum solidiores fibræ iam excernitur, quæ crustas inducunt: præterea, quæ nuper diximus, sunt adhibenda, in quibus caute admodum procedendum est. Plerumq; enim, cum vna cum putredine coniuncta sit inflammatio, à medicamentis nimium vehementibus magnopere insurgit. Ideo fit, vt non statim ad ea sit confugiendum, sed solum cum malum eo tendat, quo summa necessitas nos talibus vti cogat: quo tempore à leuioribus, quæ antea diximus, initium sumere expedit, nam medicamentis, quæ maiorem habent efficaciam, cautius est vtendum, quia si præter sententiam accidat, noxa grauis consequitur: sanus quidem est liberalibus ad stringentibus vti, licet hæc non omnino sint tuta. Monendus etiam in dysentericorum clysteribus lector est, ne liberalius aridis vtatur medicamentis, qualia sunt *sanguis draconis, corallum, trochisci albi Rhasis, & de spodio*: nam dolores maiores concitant, & sæpe nouam fluxionem. Quod si quis talibus vti velit, malior *vnguentum album Rasis* detineri, quam *trochiscis* vti: aut *vnguento ex pompholyge*, vel ea eligere, quæ sicca & lenta sint, qualia ex terra sigillata, bolo armenico, rubrica fabrili, amylo, cerusa lota, conficiuntur, quę in eorem inucere, & miscere oportet, vt pictores solent ad colores parandos. At si quando Narcoticis cogamur vti, ea neq; frequentius, neq; diutius, neque in magna quantitate esse oportet, quibus semper antidotum aliquod miscere decet, quo eorum vis frænetur, ac mitius tutiusque operari possint. Quapropter laudaui semper addere, & id veteres medici docent, *oleum chamæmeli, anethi, castorei, de baccis lauri, theriacam etiam*, aut *vinum*, & huiusmodi alia, quæ vim narcoticorum quodammodo frænent.

A leuiorib. clysteribus incipiendum.

66 A

Arida in dysentericis nō vsurpanda.

Narcoticis quomodo vtendum.

B

De acribus verò clysteribus nosse oportet, nō conuenire acutis & vehementibus febribus, neque his, quibus ventriculus aut intestina, aut his vicina membra imbecilla sunt, quorum etiā vsus fugiendus est in his, quorum vesica, aut renes, aut vterus male affecti sunt, & quibus aluus per se humecta est. Itē nec in ardentissimis temporibus conueniunt, neq; in corporibus imbecillimis, vt puerorum & fœminarum, neque in pestiferis febribus, propter calida medicamenta & acuta, quæ recipiunt, quibus animi defectionem inducunt, *vt Galenus refert, lib. 1. ad gla. cap. 14.* quoniam dissoluunt spiritus, & ob id labefactāt membra principalia, vt hepar, & illi vicinas partes. Nam *vt idem Galenus refert lib. 2. phar. loc. c. 1.* euacuatio alui per clysteria, quantum ad reuulsionem attinet, vltra hoc, quod non solum ea, quæ circa ventrem, & meseræon sont, euacuant, sed etiam, quæ circa hepatis ima hęrent. Acutum etiam clystere iniiciendum non est, nisi cruditate è primis venis depulsa & materiā iam cocta, aut in morbis longis, in quibus paulatim fit coctio, aut si quod præceps periculum imminere videatur, debitam curādi rationem euertere cogēs. Præterea vbi acres humores superuacui sunt, ab eisdem fugere oportet, ne tractis per intestina exulcerationem moliantur, vt sæpè in exquisitis tertianis euenit, in quibus rarò acribus vti licet.

Acria clysteria non conueniūt acutis affectionibus, &c.

C

Acria clystēria quando iniicienda.

In omnibus tamen clysteribus ex vsu est expendere præsertim in his, quæ ad alui cōductionem inueniuntur consuetudinem hominum, siquidem alui duobus, tribusve, aut etiam pluribus interpositis diebus, nihil deiiciunt, nonnulli nisi semel aut bis desident, caput ventremq; sibi grauari videntur. Quare pro ratione consuetudinis, aut paulò vlterius clysteria infundere oportet, nisi quid obstiterit, veluti in pueris, in quibus retentrix facultas admodum est imbecilla, & ob hanc caussam non sustinent frequenter clysteria, sicut in his contingit, quibus retinens intestinorum facultas debilis est, aut expultrix admodum acris & sentiens. In omnibus tamen nullū eorū, quæ dicta sunt, clysterium exhibere admodum copiose conuenit, vt expressis verbis Galen. docet, inquit enim: *Sequidē nonnulli in præsens gaudent, si copiosius desederint, verum quanto magis sunt vacuati, tanto his venter sequentibus diebus magis adstringitur*, quo fit, vt ipsi (si qui sunt) quibus in diuturnis morbis venter sistitur (*qualis potissimùm hyeme contingit, quibus post longam infirmitatem in conualescentia similis affectus incidit*) his aluum ducunt, non acribus per inferiora infusis, sed tantum oleo, quod etiam satius quoque, vbi venter adstringitur, securius interdum infundas, quippe quo & siccius excrementum madescit, & transitus efficitur lubricus, & corpus ipsum lenis emollitur, duris aliàs pellibus similiter vngens. Præterea idem præceptum obseruare oportet, cum purgatio partium thoracis superna viget, nam purgationes huiusmodi facilè horum vi retrahuntur, & seditiones excitant ab externis auxiliis euictæ: his anxietas, inquietudo, & varia laborantibus suboriuntur symptomata. Cauere etiam oportet nimiū clysterium vsum, quoniam hæc segnia faciunt intestina, & proprij muneris negligentia, præter id, quod cibum etiam detrahūt ante debitum tempus à ventriculo & mesaraicis, ita vt sæpe animal alitione & repletione priuent, quo fit, vt clysteria suscipientes, sequenti die nihil eliciunt, ideoque ignarum vulgus existimat, ea aluum adstringere. Præterea, clysterium quantitatē continere oportet, ad tenuium intestinorū medelā maiorē longè debere esse, quam ad crassorum, quæ postea quā iniecta sint, continere se æger in lecto debet, nec primæ cupiditati ventris statim concedere, sed abluentia horæ vnius spatio continere, mitigantia verò longiori, longissimo tamē, quæ glutinandi vim habent: nā quæ purgatoria sunt, ea per se, cum necessum fuerit, excident, ac si quando morentur, glande excitare licebit. Vltimò tamē aduertisse oportet in fluxibus ventris, qui ex vermiū erosione, aut putredine, suboriuntur, nulla ratione adhibēda esse, quæ adstringendi vim obtineant, quare detergentib. amaris vtendum est, ne vermes occisi retineantur, & putrescant. Expendere ēt conuenit, quantū decocti & aliarum rerū clysteria capere possint, nam amplo corpori & vacuo, plus exiguo aut repleto, siue aqua intercutē, siue fœtu, siue recrementis, siue flatibus, siue cibo, minus conuenit, alioquin ingentes sæpè dolores excitare solent.

Consuetudo hominum in vsu clysterum.

D

Clysteris copiosa vitāda.

Olei iniectio quando adhibenda.

E

Clysterium nimius vsus vitandus.

Clysterium quantitas pensanda.

F

Clysteria vermibus proficua.

Nutritoria verò clysteria, quæ iuribus & pinguosis constant, parua tenentur quantitate constare, nam in magna potius aluum soluunt, quam

Clysteria nutritoria quantum

*minorari debeat.* qu[illegible] nutriant, quibus ex iure e cremore hordei & sim[illegible]bus confectis, si febri non ad i[illegible] mum ad-
G dere est necessum, aluo prius re[illegible] purgata, ne eisdem admixta facile [illegible] 

## Capvt IV.

### De recta mittendi sanguinem indicatione & vsu.

*Exempli quanta vis.* INTER multa alia, quibus hominum animus difficilia quæque audacter aggreditur, vnum & efficacissi[illegible] est e[illegible] emplum, de quo verba hæc Plato refert *libr. de regno: Arduum est, inquit, o Beate, absque exemplis res magnas ostendere.* Qua ratione antiquorum omnium sapientissimi in templis
67 A d[illegible]gebant, scriptisque posteris mandabant facinora quæque ac difficilia ab aliquibus prospere exarata, [illegible] omnibus essent ad maiora calcar. Exempli enim generatio & efficacia est, *vt Plato loco adducto refert*, cum quod idem est, in [illegible] recte opinione conceptum, & [illegible] accommodatum, vnam [illegible] communi er opinionem parit. Itaq; Plato [illegible] ter [illegible] ur ad [illegible] omnes [illegible] religens [illegible] & [illegible] busque [illegible] antiquissima illa [illegible] nati natura [illegible] minime. Qui enim [illegible] 
*Exemplis vtitur natura.* tæ thesaurum fundere [illegible] rem aliquin spurcitiis [illegible] mouere vsquam tentaret? In sagacissima hæc natura ex-
B emplis docuisse, [illegible] id posse fieri.
*Hippopotamus primus sectionis venæ inuentor.* Fertur quidem obesum Hippopotamum naturā docuisse, sanguinem sauciato acutissimis iuncis corpore sibi fundere, ac humorum sarcinam viliter deponere: exemplo monstrans, quanti sit momenti sanguinem aperto vase extrahere, dum corpus humorum abundantia premitur. Atqui cum corpus hoc nostrum, quod mille premitur malis, non minus lædatur ex abundātia, quam ex defectu, his enim duob. modis suos morbos acquirit ad afferente Hipp. *lib. de Fla.* 1. qui medi-
*Medicina quid.* cam artem diffiniens, inquit: *Medicina est adiectio deficientium, & redundantium subtractio*) necessum est, exemplo sumto ab his, quæ natura vtiliter fieri monstrat, artem nostram necessitate coactam naturæ vestigia sequi, vt quod in corporibus redundauerit parti ratione demat, quod quidem fluente sanguine aperto vase facile cōsequimur. Cuius gratia expendisse prius decet, *qua istæc sit corporum plenitudo, cuius occasione venam tundere oportent, insuper ex quo vacuantium auxiliorum genere ve-*
C *nasectio sit: præterea quibus modis sanguinem e corpore fundere deceat, humo quot vsus præstet sanguinis missio, quibus conditionibus ac indicationibus fieri, vt terrique tam opportent.*

Quibus enim modis corpus nostrum humoribus abundare possit, multis in locis aperte docent Hippocrates & Galenus. Verum cū nostrum sit institutum breuitati cōsulere, satis est, id ex Galeno dicere, *libro aduersus Iulianum*, quo loco plenitudinem, seu (vt rectius loquar) Redundantiam duplicem esse fatetur: quarū altera est Qua-
*Plenitudo quid & quo duplex.* litatum, altera vero Humorum. Hæc rursus subdiuiditur in Plenitudinem & Corruptelam, vtramque nobis ostendit duorum baiulatorum exemplo, *lib. de Plen. lib. de san. tuen. quorum alter grauissimum onus sustineat, alter vero leuissimas spinas, acutissi[illegible] tamen.* Quibus verbis insinuat, & *corruptelam* [illegible] *cacochymiam*, & appellatam *Plenitudinem* [illegible] sus, quæ nostro instituto necessaria [illegible] eisdem locis in plenitudinem *Quoad vasa*, & [illegible]
*Plenitudo ad vasa & ad vires.* *ad vires*, quæ vt me afert opinio, eiusdem sunt-
D tionis, & vtraque ad vires pertinet, siquidem [illegible] possibile est, vasa humoribus tam esse plena, vt præ distensione periculum insit [illegible], quin facultates etiam grauentur, siquidem instrumenta illis donauit natura pro [illegible] bus capacissima. At cum plenitudo horum capac[illegible] excesserit, nō capit intellectus, qui [illegible] possit, facultatem non grauari: quo fit, vt in [illegible] plenitudine bonum habitum statim soluat [illegible] dias, nun, vt nonnulli [illegible] solum ne vasa rumpantur, sed aut vt corpus [illegible] nutrii incipiat, aut in corruptelam & cacochymiam non degeneret. Quod si quis d[illegible] Galenum: *in com.* statuere, *huiusmodi corpora robustissimas habere vires*, intelligat animales, non quidem naturales: vt probant verba Hippocratis. *Vt corpus rursus nutriri incipiant.* Denique ex plenitudine ad vasa, hæc
*Plenitudinis ad vasa damna.* quatuor damna succrescunt, nimirum, *periculum ruptionis vasorum, suffocationis caloris, & humorum corruptionis, ac ex consequenti quod corpus non alatur.* Quo constat, ad vires simul esse, ex necessitate
E naturæ rei. Ea nempe plenitudo, quæ quoad vasa dicitur, vasorumque capacitatem replet plus nimio, fit omnibus humoribus æqualiter adauctis, & appellatur simpliciter *plenitudo*: aut solo sanguine copiosius redundante, & appellatur *plenitudo sanguinea*: eodem prorsus modo, quando alius humor à sanguine sua quantitate symmetriam excedit, ac omnes alios exsuperat, ipsis etiam adhuc adauctis, illius humoris appellatur
*Plenitudo multiformis.* *plenitudo*. Veruntamen cum vnus humor tantum redundat, illius nuncupatur *redundantia*, quæ rectius *cacochymia* dicetur. Sanguis enim absque vitio qualitatis, potest citra dubitationem augeri: alii vero humores nequaquam. Quæ vero dicitur ad vires, ea est, quæ omnes nostri corporis facultates sua mole premit, licet præcipue in naturalem potentiam vim inferant, etiamsi sæpius contingat omnes labefactari, propter venarum contexturam & arteriarum viciniam. Nam, *vt aperte docet Galenus*, inseruntur in venis ipsis fibræ quædam arteriarum & neruo-
F rum: vt ex conspiratione & consensu illo Hippocratis facile licet probare. Quod ita sagacissima natura decreuit formare, vt omnes nostri corporis facultates sibi consentirent, & in communem passionem tr[illegible]herentur. Ex quo euenit, vt in plenitudine illa, quam distinctionis gratia ad vires appellamus, sensus quidem grauitatis in toto corpore præsit, animali potentia plus iusto grauata. Fit etiam, quod licet plenitudo hæc absque corruptela incipiat, non possit diu in eodem statu persistere, propter innati caloris laborem ac defectum, *vt Galeno libro 1. Aphor. comm. 17. placuit.* Vnde cum regulari ac deuinci nequeat, fit, vt in corruptelam protinus degeneret. Verum plenitudo illa, cuius primo loco meminimus, triplicem sui præstat considerationem: nam aliquando adeo leuis est, vt medio exercitio, aut frictionibus curari facile possit.

Cuius & plurium huiusmodi aliarum meminit multis in locis Hippocrates *lib. 3. de diæta.* quas extra sanguinis missionem curari iubet. Nam omnes fere pertinēt ad primam aut tertiam regionem, quarum excremēta raro per sanguinis missionem curari desiderant, licet mala, quæ in tertia regione sunt, cautelæ antecedentis ratione, sanguinis detractionem iure optimo expostulent.

2 *Secundo*, peccat in ea aliquando solus sanguis: ita vt licet alii humores adaucti sint, ille tamen supra omnes creuerit, quo tempore licet sanguinē detrahere expediat, non tamen sufficit, vt aut plenitudo sublata, aut affectus deleatur, absque naturæ ope, aut artis alio instrumento, quemadmodum videre est in his, quibus adhuc sufficienter sanguine misso, scabies, furunculi, aut alii tumores per corpus erumpunt: ac denique sanguis è naribus, vtero, aut hæmorrhoidibus profluit. Rei

68 A quidem huius ratio est, quia cū sanguis reliquos humores superet, & missio sanguinis ex æquo omnes euacuet, necessario illus, qui remanēt, etiam adauctus superetit sanguis, quem natura in hos furunculos & huiusmodi eruptiones transmittit, ac fluxibus aliis consumit.

3 *Tertio*, item modo plenitudo se habet, nimirum quando omnes humores ex æquo redundant, quo tempore sanguinis missio veluti vltimum est præsidium: quo illud quod superat, æqualiter etiam euacuatur.

Vacuationū differentia.

Ex euacuationibus equidem, quib. pleno corpori medemur, quædā sunt *Sensibiles*, quibus materia euacuatur sub sua forma, aliæ vero *Insensibiles*, quæ fiunt humore mutato in vaporem, quo modo media, vigilia, motus animæ & corporis nostrum corpus euacuant. Alia rursus est Æqualis, Inæqualis alia: *Æqualis* vocatur, quæ ex omnibus humoribus aliquid educit, vt facit venæ sectio: *Inæqualis* verò euacuatio est, in qua vnus vel B duo, aut plures humores, sed non omnes educūtur, huiusmodi est *purgatio & euacuatio, quæ fit per vrinas, & clysteria*. Alia denique est euacuatio Vniuersalis, alia Particularis. Illa quæ à toto corpore extrahit humores: hæc vero, quæ ab vna aut pluribus, sed non omnibus euacuat. Ex quibus diuisionibus facile constat, cuius generis vacuationū sit sanguinis missio: est quidem eius, quod æqualiter omnium humorum educit aliquid.

Sanguis quatuor modis e corpore exhauritur. Venæ sectio ne quando vitanda.

Extrahitur enim ex humanis corporibus sanguis multis modis, quorum singuli propriam & peculiarem habent in morbis indicationem & præstantiam, per venarum videlicet *Incisionem*, per *Scarificationem cutis*, per *Hæmorrhoydes*, ac demum per *Hyrudines*. Ceterum venæ sectione vtimur sæpe, vt per se prosit, nonnunquam vero vt per accidens. Per se quidem, cum solum vacuationis gratia exercetur, vt in vtraque plenitudine intueri licet. Per accidens vero, quando aliquid præC stare volumus, quod sine euacuatione fieri nequit, vt contingit in principiis febrium ardentium, quibus neque frigida potio, neque balneum, nec aliud ex externis auxilius, aut internis prodesse possunt.

Vacuationū 4. species.

Præstat quidem nobis hoc salutare præsidium suam gratiam, quadruplici ratione, iuxta quadruplicem humorum dispositionem aut sortem, vtranque tamen sub ratione præexsistentis plenitudinis: eo quod plenitudo, aut tantum Corpus occupat, aut Partem: si primum, *vacuationem* sibi

Vacuatio simplex 1.

iure optimo exposcit: si secundum, aut futura est plenitudo, cū ex motu humorū ad partem quampiam, facile præcognoscitur & timetur, cui *reuulsiua vacuatio* citra dubitationem debetur. Aut si ens est, hoc est, quod pars incipiat maiorem humorum copiam suscipere. Quæ quidem plenitudinis conditio *deriuatoria euacuatione* curatur. Aut facta iam est, permanensque in particula aliqua huiusmodi plenitudo, quæ per *vacuationem à parte* appellatam, curari desiderat. Mirabitur profecto quispiam, me quatuor vacuationum per sanguinis missionem meminisse, cùm trium tantum Galenus meminerit, & prisci omnes auctores. Verum expendat lector oportet, totam huius diuisionis rationem pendere ex humorum diuersa sorte. Nam dum inhærentes fixique iam sunt in particula aliqua, nihil aliud quā per eandem vacuari desiderant. Cum vero nondum in spatia particulæ non naturalia delapsi sunt, sed adhuc in eiusdem particulæ venis vagantur, deriuatione per proximas venas, particula ab eisdē vindicatur. Atqui cum ad particulam aliquā humores mouentur, illis competit *reuulsio*, *retractio*-*ve*, quæ Græcis *antispasis* vocatur, quæ quidem iluentem aut mox fluxurum sistit ac a loco reuocat. At licet hæc in ratione displiceant, vtpote quæ à medicine partibus aliena in probata, illis tamen merito videtur quartum genus esse addēdum: illud nempe, quod nos primo loco posuimus. Nam quo tempore tanta est vacuationi humorum plenitudo, vt timori sit, ne alia aut vires periclitentur, aut aliud graue malum immineat, licet nullum certum, neque determinatum morbum designet, vt intueri licet in corporib. athletarum, in quib. noc reuellere, nec deriuare, nec à parte affecta quæ nulla est, quicquam euacuare oportet: tum quidem aliud vacuationis genus exposcere videtur, quod ego *vacuationem simpliciter* ad differentiam vacuationis ab affecta parte appello, secundum illud Hipp. *li. 1. Aph. sex. 3.* eo loc, quo inquit: *Ibi de causa bonum habitum statim soluere expedit*. Idem docet expresse Gal. *li. 9. Met. c. 11.* confirmans Hippocratis sententiam. Hac etiam ratione, nimirū qua simplex vacuationi est auxilium, exercetur venæ sectio in febribus putridis, in quib. multis rationibus fit huiusmodi vacuatio: nempe ad demoliendam multitudinem, vt felicior postea fiat concoctio, vt Galeno *li. 2. Aph com. 29* placet, hæc verba referenti, *Quo minorem iam factam materiam natura facilius possit residuum conficere*. Itemque, vt faciliori pateat via aperientibus, aut refrigerantibus medicamentis. Item confert ad refrigerationem, quæ fit ob transpirationem & emissionē vaporum, nam hac ratione sanguinis missio omnibus putridis paulo grauioribus conuenit, quod potentissimū sit ad respirationem iuuandam auxilium, quo vniuersæ huiusmodi febres maxime opus habent, cuius ratione in omnibus febribus putridis sanguinem esse mittendū præcepit Gal *lib. 9. meth.* cuamsi in eisdē ob alios per plures vsus frequentius fiat. Ex hac etiam indicatione elicitur, sanguinis missionē, quatenus simplex auxilii vacuationum est, nullis morbis per se conuenire, neque magnis (vt vulgo fertur) neque paruis, sed quatenus dependent ex plenitudine, secundū plenitudinis ipsius modum. Nam vt ex Galen. *lib. de sanit. tu. 1. cap. 6.* constat, tantū ad sanguinem

Reuulsio. 1. Deriuatio. Vacuatio à parte. D E Vacuatio simplex quid, quib. morbis & quando adhibeatur. Venæ sectio in febribus putridis secetur. Sanguis in omnibus putridis mittendus. F

guinem mittendum, ſat eſt noſſe plenitudinis tũ quantitatem tum qualitatem: auxilij etenim ſpecies, non ex morbi accidẽtibus, ſed ex ipſius ſpecie exquirere docuit Galen. *libr. de Opt. ſect. ad Tra.*

Sanguinis miſsio per ſe ſui corporis diſpoſitioni conuenit.

Deinque cum morbi magnitudo, per ſe magnũ auxilium ac vehemens tantum in agendo exposcat, ſupereſt, ſanguinis miſſionem non niſi plenitudini deberi, ſiue magnum, ſiue paruum G efficiat morbum. Ad hanc etiam ſimplicem euacuationem pertinet, ſanguinem extrahere, qui ſingulis annis in febres, aut vniuerſales alios affectus decidunt: dummodo morbus, qui quotannis venire ſolet, non ſit alicui membro proprius ac peculiaris. Nam eo tempore, non propter ſimplicem vacuationem, ſed reuulſionis gratia extraheretur ſanguis. Itaque hæc ſimplex vacuatio ſolos reſpicit humores adauctos, citra aliquam morbi aut particulæ affectæ reſpectum. Atqui cũ affectus hic vniuerſalis vacuatione nuper dicta ſit ſanandus, aptiſſima eſt cubiti ex vena ſectio:

69 A quoniam ea vena ſecari & venis omnibus ab ea ortis, in quibus plethora intelligitur, omnino eſt viciniſſima, & magis conſentiens. Atq; hæc de ſimplici vacuatione ſufficiant.

Sanguinis miſſio quẽ locũ habeat in plenitudine particulari.

In particulari vero plenitudine tria, quæ diximus, minimo ſeparanda ſunt, & ſeorſum expendenda. *Primum*, quamdiu in parte no eſt ſupra naturam plenitudo, ſine corpore adhuc ſano, ſed in quo ob cõſuetudinem veremur, ne parti affectio aliqua ex plenitudine ſuperueniat, ſiue iam ægro defluente iam ad partem humore, ſed nõ ita obſidente eandem, vt ſignum aliquod abundantiæ in ipſa præbeat. *Secundum*, vbi hæret iam parti humor eſt, ſimplex tamen eſt affectus, citra aliquam defluxionẽ, ſiue quoniam paulatim creuit, nulla defluxione præuia, ſiue quia præceſſit quidem, ſed ceſſauit, quæ quidem omnia tantum in curatione præſtãt indicationes: prima ſane eſt ad cor-B pus ipſum, ne fluat ad partem abundãtia. Secunda ad partem ſolam, vt eius inaniatur plenitudo. *Tertia* compoſitam requirit indicationem (ſicut affectus ipſe compoſitus eſt) ex retractione & partis euacuatione. Verum quia hæc paulo ſunt communibus difficiliora, neceſſum eſt, vnamquamque partem ſeorſum conſiderare.

Reuulſio, quotuplex qualis, eius natura ac differentiæ.

Reuulſionis quidem natura, quæ primo loco in examen ſubit, duplex eſt: Nam altera citra vacuationem effatu dignam, *frictionibus, ligaturis, balneis*, & huiuſmodi alijs præſidijs exercetur: Altera quidẽ (cuius naturã mens eſt in præſenti docere) conſpicuis vacuationibus, ſuam præſtat gratiam, & præſertim ſanguine miſſo. Hanc enim Græculi ſapientiſſimi *antiſpaſin* appellarunt. Præſtat quidem hæc ad cohibendos humorum fluentium incurſus, ne confertim atq; immoderate in partem aliquam irruant, quia ad contraria retrahit, compeſcens, retrahenſque humorum impetum. Verum cum verbum hoc, *Antiſpaſis*, attractionem ad contrarium ſignificet, noſſe hac in parte C oportet, quibus nominibus eius naturam expoſuerit Galenus, nam ſæpe tractionem ad diſtantes partes eam eſſe affirmat: aliquando recurſum ad originem fluxionis ipſius: ſæpiſſime vero ad contraria retractionem. Quæ omnia licet oſcitanter à pleriſque excutiantur, non ſine magno conſilio & incredibili vtilitate à Galeno dicta exiſtimo. Præſtat enim vſum maximum in re præctica, ad diſtantiſſimas partes fluxus retrahere, quem ad contraria retractio præſtare nequit, etſi ſuum præter auxilium, quod eodem modo ad originem deducere, afferre nõ valeat etſi in affectibus ſui cenſus maximi ſit momenti: quibus conſtat, quantum diſtent inter ſe & vtilitate huiuſmodi Galeni tria verba.

Retractio ad diſtantes partes quomodo fiat, & quib. affectib. proſit.

Retrahere quidem ad diſtantiſſimas partes ei, quæ laborare aſſueuit, aut ad quam fluxio de [illegible] plura ſperatur, præcipit qu[illegible] [illegible] in locis Galenus, *libr. de ſan. miſſ. c. 19. lib.* [illegible] *met. c. 10. libr. art. med. c. 95.* docens, dum pars [illegible] laburat, ad inferas: dum vero inferior, [illegible] reuellendum eſſe. Veluti dum ſang[illegible] miſſio præ- D cautionis gratia initur, vertigini [illegible] ob- noxios ex cruribus, podagræ vero c[illegible] to eua cuat, in his enim & eis ſimilibus [illegible] ad quam di ſtantiſſimas partes oportet fluxionem auertere. Cuiusrei ratio potiſſima eſt, vt aſſueta natura diſtantiſſime parti mandare, diſſueſcat a priori, pra- uaque conſuetudine, vt conſuetudo conſuetudine facile pellatur. Aſſueſcit autem ad ſectam partem mandare natura, duplici nomine, & quia exinanita pars eo magis à toto trahit, & quia ad partem ſecari aſſuetam exonerat ſe corpus faciliime vbi ſimuli plenitudine grauatur.

Sanguinis miſſio quomodo aſſuetudinem pariat.

Quod aperte Æthiopum experimento probari poteſt, qui frequenter ſibi frontem ſcarificant: ac vbi ſanguine redundant, frontis prurity infeſtãtur: & pari ratione, qui magis aſſueuerunt ſcapularum ſcarificationi, in ſcapulis, ſicut qui cubiti ſectioni, cubiti pruritu vrgentur. Quod quidem præſidium, dum reuulſionis gratia ſolũ exſequimur, citra alicuius affectus complexum, in præcautionibus frequẽtius, propriuſq; locum habet, vt in his quibus totum corpus fluxioni cõſentit B qualia ſunt plethoricorũ corpora: & his quę diutius ſe exercuerunt, aut ceciderũt ab alto, aut percuſſi fuere, in quibus ſiue adſit, aut deſit plenitudo, propter motum ac impetum humorũ ad affectam aut imbecillam partẽ, expedit ſemper ad diſtantiſſimas partes humorum impetum reuellere, quemadmodum etiam in his, quibus præcautione, ineunte vere, ſanguis mittitur: q quidẽ aperta ſententia probat Hipp. *li. 1 de na. hu.* per hęc verba: *Venæ igitur ſectiones iuxta prædictum ſermonem facere oportet. nam ſectiones quam longiſſime a locis faciamus, vbi dolores fieri & ſanguis colligi ſolet, ſic enim mutatio magna minime repente fiet.* Quibus verbis oſtẽdit manifeſtè, ad diſtantiſſimas partes fluxiones eſſe reuellendas. Quod etiam pari modo fieri decet in leuiſſimis affectibus, quorum accidentia, aut magnitudo nullũ faceſſit negotium. Verum quod futurum eſt, impẽſius metuitur. Expendere item hac in re oportet, in eiſdẽ affectibus quamuis leuiſſimis, ſectioné venæ, quæ è directo parti F affectæ reſpondeat, plus commodi præſtituram, quam eam, quæ à diſtãtiori fiat parte, nulla communione præhabita.

Nota.

Sanguinis miſsio ad fluxionis originẽ trahens, quali-ter & vbi fieri debeat.

Probat quidem Galen. *libro tertio, art. med.* fluxiones ad ſuam originem eſſe reuellendas, nam ſicillarum impetus facilius compeſcitur. Quod quidem non ſolum à diſtantiſſimis partibus, ſed ſæpius etiam à propinquis commodè fieri poteſt, *vt idem docet Galenus, libro quinto method. cap. decimoquinto*, falſos humores, quos caput in pulmonem transmittit, cohibendos eſſe monſtrans,

admotis

admotis capiti capsia & aliis acribus medicamentis. Id etiam ex eodem Galeno *lib. 2. ad Gla. cap. 7.* colligere licet. Nam cum humores fluunt ad genu, secari præcipit venam in cubito eiusdem lateris, & non in cubito aut crure opposito. Hanc eandem sententiam videtur insinuare Hippocrates his verbis, *libr. 2. Epi. 1. te. 40. Multum interest considerare* (inquit) *occasiones, à quibus quisq; ægrotare cœperit*, quæ vt rectius interpretatus est idem G auctor, *lib. 6. Epi. p. 3. com. 18.* intelligẽda sunt hoc modo: *Perpendenda sunt, & dies, in quo cœpit morbus, & principium ex quo.* Probat non minus hanc sententiam peritissimorum auctorum vsus, quia in epilepsia per consensum, a crure affecto, & non ab alio, neq; à contrario brachiu reuulsiones moliuntur: sicut neq; in pleuritide, neq; in peripneumonia, cum ex capite plus iusto excalfacto, aut refrigerato proueniunt, partes enim sinistræ in sinistras sese exonerant, & dextræ in dextras: non tamen è contrario, quod experientia quotidiana fit conspicuum; siquidem fluxum sanguinis na- 70 A rium cõpescit, cucurbitula hypochondrio è regione partis, per quam fluit, affixa, & fluxũ mensium eadem mamis apposita sistit. Probat etiam id Hipp. *libr. 4. Acu. com. 57. nam in doloribus*, inquit, *proximum ventrem aperire oportet.* Denique videtur esse tanquam firmum & stabile præceptum, fluxiones reuellendas esse ad suam originem. Nec obstet varium fuisse Gal. *li. 11. Lo. c. 2.* in huiusmodi sectionibus, nam renibus inflamatis, à cubito aut cruribus venam secare iubet: *lib. de sam. c. 18.* in sanguinea coxendice malleolum secat, nonnunquam cubitum addit: *lib. 6. Epi. p. 1. co. 14. lib. 6. Aph. co. 39.* quod quidem dixisse suspicor, aut quia renes ambigere refert, & iecur medium collocat inter superiora membra & inferiora: quo fit, vt ex vtraq; parte sanguine misso, facile ad originem retrahatur fluxio, siquidem membra hæc mediũ obsident locum: aut (quod verius mihi videtur) primum præcipit in recẽti potius renum affectu, B propterea ꝙ ad renes possunt per venam cauam, ꝙ probabilius est, à superioribus potius defluere humores, quam à communi trunco inferiorum partium. Secundum vero præcipit, cum malum iam est inueteratum, vt quod in parte affecta & vicinis est receptum, facilius euacuemus, nã partes hæ ad id promtiores sunt. Verum ne videar à tanto auctore discedere, aut eum calumnia carpere, expendere oportet, reuulsionem duplicem esse: vnam, q̃ *Simpliciter*, aliam quæ *Localis*, appellatur. Ea vero quæ localis est, ad fluxionis origine perpetuo retrahit fluentes humores, *iuxta Galeni præceptum.* Nisi enim à fluxionis origine ad fontẽ retrahas, parum in reuellendo promoueris. Illa vero q̃ simpliciter dicitur, ad distantissimas partes, aut oppositas ei quæ afficitur, fluxiones auertit, *vt superius probauimus*, Appellatur enim *localis* reuulsio, ea quæ fit in fluxionibus, quæ designatum habent fontem & originem. *Simplex* vero reuulsio ea iure optimo dicitur, quę in his fluxionibus exercetur, quæ à toto delabuntur corpore: & C hac lege licet Galenũ subintelligere, cum variam profert in hac re sentẽtiam. Nam si hæc quis diligentius pensitet, nullum reperiet in Galeno contrarietatis vitium. Nec obstet, non omnibus dari semper, fluxionis originem rimari, siquidem raro membrum mandans à medico cognosci potest, quod quidem si verum esset, absurdum profecto fuisset. Ignorare quidem particulam transmittentem, artificis potius suæ artis ignari est, quam artis defectus. Itaque suam præstat gratiam & vtilitatem reuulsiu ad originem, quam præstare vllam ex ceteris reuulsionibus minime valet.

Sanguinis misso in epilepsia, renibus inflãmatis, in fluxu sanguinis narium, qua parte fiat, & an sit recursus ad originem in his seruandus.

Reuulsio duplex. Simplex. Localis.

Non minorem prębet in re practica vtilitatem ad contraria Retractio, quàm reliquæ omnes reuellendi rationes: quinimo maiorem sæpe: quapropter paulo diligentius eam expendere oportebit. Licet Gal. in hac re sæpe eligat ad vtiliorem reuulsionem distantiam, multis tamen in locis addit necessariam quandam determinationem: ea nimirum est, distãtissimum esse locum eligendum, contrarium item nonnunquam: seruata tamen cum affecta particula rectitudine & cõmunitate, siquidem reuulsionem diffiniunt, non so- D lum Gal. *lib. 13. Met. c. 10.* verum & prisci alii auctores, *illabentiu humoru tractum in contrarium*, vt idem Gal. *lib. Ar. me. cap. 95.* probat, *ad oppositas & maxime distantes partes*: docens eiusmodi reuulsiones efficere, veluti dum pars superior laborat, ad infernas, dum inferior, ad supernas reuellendum esse: seruatis etiam aliis oppositionibus, dextrorum ad sinistra, & è contra. Nil enim citius fluxionis impetum cohibere potest. Nam è directo reuulsio hæc, quæ ad contraria molitur, fluxionis potius quam affectus est remedium: Quapropter, vt eius vis & natura satis elucescat, expendenda sunt tria hæc verba, *contrarium* videlicet, *rectitudo*, *communitas*.

Retractio ad contraria qualis & quid præstet

Ad contrarium retrahere concitatas fluxiones, *vt nuper diximus*, impetus ipsius fluxus præsidium potius est. Quapropter qui recte velit impetum compescere, ad contrariam partem retrahat humores oportet. Hoc tamen perpendendũ est, minus commodi parti affectæ succrescere, ex E prædicta reuulsione, quam ex quauis eius specie. Nam longius distat contraria pars ab affecta, quã quod illi possit gratiam præstare aliquam, licet fluxioni vnicum sit remediũ, quia motus fluentium humorum, contrario motu excitato compescitur. Quo fit, vt natura & humores simul ab incepto motu subsideant, & qua parte nouiter euocantur vergant. Quapropter ad cohibendos impetus, ad contraria retractio vnice est vtilis. Ceterum non est ita facile dirimere, an liceat per contrarium intelligere, ad contrariam partem ei, quæ laborat, an potius ad contrarium motum humorum. Verum vt breuitati consulam, vt mea fert sententia, vtrumq; est verũ, & probare licet ex Galeni, & Hippocratis decretis, sed potissimũ designat contrarium humoris motũ: ita vt si quis sectionem affectæ partis (licet distans sit) moliatur, non mereri reuulsionis nomen, sit compertum, cum oporteat toto fluxus tempore non ab solute vacuare, sed cum reuulsione. Itaque vt vera sit, & exquisita reuulsio, aliquam tenetur im- F plere earum contrarietatum, quas reuulsionem includere, in Aphorismis Galenus scribit, *sursum* nimirum, *deorsum*, dextrorsum, sinistrorsum, *ante*, *retro*, licet non omnes eo loco recensuerit, sed in Methodo duas priores, in Aphorismis tertiam, & libro *de Reuulsione* adiecit quartam, vbi ab interioribus ad exteriora reuocatio fit, dum intra candẽ quadram seruatur oppositio. Verũ ne ab huiusmodi instituto facile discedamus, dirimere oportet

Retractio ad contraria fluxionis remedium.

Retractio ad cõtraria quã contrarietatem significet.

pone [illegible] controuersiam, qu[illegible] Gal[illegible] dicens [illegible] nantiam [illegible] fieri [illegible] *formata* [illegible] *communione.* [illegible] dubi- [illegible] quæ hę formata [illegible] one [illegible] fi[illegible], nec ven[illegible] tur [illegible] ten[illegible] bien[illegible] nea b[illegible] nod[illegible] l- lud præceptum [illegible] m

G intellig[illegible] his oppo[illegible] peribu[illegible] aut maius aliqui[illegible] designat [illegible] ro fru[illegible] & mut[illegible] tudine[illegible] exqu[illegible] Sed vt hæc magi[illegible] [illegible] cuius ite[illegible] turæ rectitud[illegible], & qu[illegible] præ[illegible].

Reuulsio seruata rectitudine qualis sit, & quibus indicantibus gaudeat.

Commen[illegible] qu[illegible] Gal. in huius[illegible] reuulsionibus, rectitudinem [illegible] mul[illegible] in locis, sed præcipue libro [illegible] Fracturis, quo loco inquit: *Contraxim semper Hippocrat[illegible] directo ponit, vt idem interpretatur dextrorum cum dextris, & sinistrorum cum sinistris.* Verum [illegible] habere [illegible] studi-

71 A nem [illegible] quam [illegible] li- ceat intelliger[illegible] adhuc non satis [illegible] nelius [illegible] ferum magnæ auctoritatis, [illegible] Hippocratis & *ephesteriam* Galeni, rectitudinem [illegible] venarum intelligit, docens, *recta venarum filamenta ad euacuationes per sanguinis missionem moliendas, vniuersum præstare negotium.* Sed quantum [illegible] figmentum a rei veritate dissideat, tam con[illegible] si probauero, villorum rectitudinem impedire potius vacuationem, quam præstare. Cuius gratia nosse oportet, triplici fibrarum genere venarum tunicas contextas esse: quarum maxima est vtilitas in quauis euacuatione perficienda. Cum venę sanguinem contineant, non more vasorum anima carentium, vt per illas veluti per lapideos canales huc & illuc distribuatur (quod in Erasistrato reprehendit Gal. *lib. de vsu pul.*) sed aliarum instrumentorum inuita prædictorum modo, quæ fa-

Rectitudo venæ quid & quem vsum præstet.

B cultatibus suis naturalibus vtēta, attrahere possunt, atque expellere: sic venarum fibræ rectæ attractionem moliuntur, obliquæ retinent, transuersæ expellunt, idque naturæ quodam instituto: quibus sic (vt vere res se habet) pensatis, manifestum esse arbitror, quantum distet fibrarum rectitudo ab expulsione: siquidem hæ attractionem potius quam expulsionem præstant: excretiones enim, & quæuis sanguinis eruptiones expultricis facultatis (quæ transuersis tantum fibris agit) opera sunt. Quid igitur recta filamenta præstat obseruare, si transuersis debetur excretio? Namque dolentes ipsę partes ad rei, quę iofestat, expulsionem sese contrahunt, compressis elabitur humor, & vel noleonibus effluit, quæ ex continuitate etiam dolere possunt, & continu[illegible] successu alius elabitur. Ridiculum enim esse dicere, ad vulneratam, & ligatura dolētem particulam, tractu potius quam pulsu sanguinem deuocire: quin ex sententia Hippo. *lib. 2. popo.* videtur posse colligi pulsu fieri, nam inquit: *Quapropter etiam deligationes in venarum sectionibus impetum faciunt,*

Sanguis ad venam sectam quare confluat.

C *fortes vero sanguinem impediunt: impetus etenim ex pulsu potius quam ex tractu fieri constat, siquidem qua trahunt, similitudine potius quam calore, aut ligatura, moueri debent, vt trahant:* oobis quidem illud videretur ab-

surdum, quippe qui persuasum habemus, [illegible] dolore humores nō t[illegible]alu: sed defluere [illegible] tes vi[illegible] maxei, quæ læsa est, veluti opem ad[illegible] cogitant. Iuuat etiam ad i[illegible] impetus [illegible] aut successio ad id quod v[illegible] tur. At[illegible] exactius attingam, ex G[illegible] in *lib. 3. Met.* [illegible] colligere, qui ex professo d[illegible], dol[illegible] fti- gare, irritareque membra, quæ ei [illegible] adiacent, ad immittendum. Præstat etiam ad id totius [illegible] generis expulsio, quam moliuntur [illegible] sese exoneret per partem, qua [illegible] ad fluxum euocatur. Ex quibus sequitur, fu[illegible] excogitare aliam rectitudinis [illegible] xiones certius in idem latus fieri poss[illegible] quidem aperte monstrat Galen. *lib. 4. de vsu par.* [illegible] dicens: *Ostensum nobis sæpius est ab Hipp. lib.* [illegible] *c. 2. dictum fuisse, quod partes* [illegible] *undum rectum sit* [illegible] *inter sese communicant & fiuuntur.* Q[illegible]

D ponit idem Galen. d[illegible]: *Si in parte dextra locorum passio sit, a dextra manu aut crure detraxeris sanguinem, si vero in sinistra, a membris quæ illic e directo sunt.* Quod libro *de sanguinis mi[illegible]*ne, clarius adhuc ostendit: asserens: *quæcunq; sanguinis eruptiones secundum rectū fiunt, ita vt iam ægrotantibus commoditatem adferunt, quæ vero contra sanguin. m[illegible] runt, nil iuuare, aut etiā nocere, potius nata sunt.* Quod exemplis ex naturæ actionibus desumptis [illegible] capite probat. In urinæ plenitudine, quæ e directo laborantis [illegible] fecta est venæ sectio, manifestam sæpe [illegible] ostēdit: quæ vero ex manu contraria, unimo obscuram, aut longo post tempore. Eandem sententiā confirmat idem Gal. *li. Acut. 28. di.* ens: *Secundū rectum costarum hypochondriorum tensio, & splenis extuberationes, & ex naribus eruptiones persoluuntur.* Idem Hip. *li. 6. Epi. p. 2. com. 12.* approbatis vacuationib. quæ seruāt rectitudinē, damnat prorsus, ceu malisaticuius præsagium, eas, quæ cōtra fiunt: & Gal. *lib. de iud. c. vlt. lib. 5. & 13. meth.* etiam mille in locis

Sanguinis missio secūdum rectum, qualiter intelligenda, & quid præstet.

E probat. Monstrat itaque totum omnium natura, & frequentissimus euentus, rectitudinem esse summopere in rebus necessariam & ad veram reuulsionem proficuam. Sic vteri dextra pars calidior, vt mares frequentius generet, nisi secus secundum rectum constiturum, perpetuo apparet. Dexter etiam testis ob eandem rationem sinistro est calidior: item idem monstrant resolutiones medietatis corporis, reliqua manente illæsa: quod fieri nequisset, ni maxima cuiusius lateris esset rectitudinis communio. Hepar etiam inflammatum sanatur facile, si ex dextra nare fluat sanguis: è contrario nusquam: sic ipso calidiore facto, dextra manus incaluit. Item sanguine misso ex sinistro latere cordis, venter sinister inanitur: dexter si ex dextro. Manifestius etiam id monstrant morborum permutationes, quæ per rectum fiunt: *vt aperte verbis probat Hippocrates libro 6 Epit. par. 2. text 12.* Ita etiam si caput ex vteru dolet, vertice dolet: quum iam e regione recta supponitur vtero: si ex ventriculo, frons, ex iecore dextrum latus vrgetur: sic partes dextræ robustiores, calidioresque sunt, præ[illegible] iecoris vicinia. Quibus rationibus & aliis, quas breuitatis studio prætereo, facile constat, quæ sit rectitudinis ratio: sed mirandum profecto est, quorsum in rectitudine hac tanta solicitudo: ratio quidem est, quia sagacissima natura prouidens indiuiduorum caducitati, non solum

Rectitudo summopere necessaria.

semina

semina produxit, quia noua quotidie propagarentur, sed & gemina, sicut in animalibus ipsa efficit: vt dum in tortupio vnus oculus, aut quoduis ex membris perit [illegible], alt[illegible] o [illegible] vita seruaretur. Quo fit, vt lateris [illegible] se [illegible] consensum [illegible] sortiuntur, obt[illegible], quam cum [illegible] quo: quod probat freque[illegible] iuuentum. Repente enim ex dextro pede in dextrum brachium permutantur affect[illegible]: ad sinistrum vero, vel rarissimum est, cum nullam habeat per canales communes tra[illegible] [illegible]tionem. Verum si quis de ingenijs quæ diximus penitus auerit, [illegible] periet facile, totam vtilitatis rationem ex [illegible]ctionibus per rectum factis, pendere ex vasorum communitate, quæ maior est cuiusq; lateris in se ipso, quam cum altero. Quapropter commodissimus hic videtur

G locus disserendi de venarum communitate, quæ huius commodi præcipua ratio est.

*Reuulsio quæ fit per venarum communionem qualis & quæ bona præstet communio.*

Quanti sit momenti in sanguinis detractione, venarū quæ scinduntur communionē cum affecta parte, *cuius gratia sanguis extrahitur* nosse, nemo sanę mentis ignorat: pauci tamen sunt, qui eam exacte perpendant. Quapropter [illegible] omnibus innotescat, aperto sermone eam oportet monstrare. Communicantur enim venæ: p[illegible] sui communione, per proximas venarum diuisiones, quæ vni [illegible] unco sunt communes. Nam vena, exempli caussa, dextri lateris interna, germi-

72 A nationes in partes vicinas [illegible]cum distribuit: à

*Communio venarum quid.*

quibus latus illud, secundum partes suas intimas fouetur, & alimentum recipiat, & cum fluentes humores, inter initia fluxionis, in venis adhuc manent, truncus ille magnus, int[illegible] videlicet vena, à quo prædicta germina fuere disseminata (& in quo etiam omnes eiusdē lateris communicant) scalpello ape[illegible] [illegible] sanguinem communi[illegible]tione, & [illegible] inflammatam partem, exsanguem efficit per minimas venulas, quæ minimis quibusque illius loci particulis inseruntur: fit itaque vt secta vena basilica sinistri brachij, partes sinistræ præsidium protinus sentiant: neque obstat disseminatio venarum à vena sine coiuge, quibus vtriusque lateris costę aluntur. Quo argumento nititur Fernelius confirmare suum de rectitudine fibrarum figmentum: quo etiam tenetur asserere, *misso sanguine ex brachio dextro, æqualem fieri reuulsionem ab vtroque latere, patientibus præsertim octo costis inferioribus*: quod esset adhuc absurdius, quam filamenta effingere. Deni-

B que proprie & vere dicuntur illæ partes communicari per venas, quæ eas habent ab eadem

*Communicar per venas quæ partes dicantur.*

proxima communitate & trunco venarum deductas. Quod aperte docet Galenus *libr. de Vena sect.* cum ait: *optimam fieri euacuationem per venas deductas ab his, quæ in partibus ipsis sunt sita.* Igitur cum pars quæ afficitur, & in qua eius vena scinditur, venas habentā communi trunco proximo deductas, illæ inter se venarum communitatem habere dicentur, ideoque altero etiam male habere, [illegible] quum scarificari iubet Galen. propter communionem venæ, quæ bifurcatur in lumborum regione, à qua ad vtrunque crus ramus descendit. Secunda tamen venarum communitas inuenitur longe ab hac diuersa: quæ tamen nec huic contrariatur, nec omnino est posthabenda: fit etenim, cum venæ eiusdem lateris ascen[illegible]tes & descendentes communicant per sua oscula: nam oscula osculis venarum eiusdem lateris [illegible] & c[illegible]unt. [illegible]nus h[illegible] v[illegible]bis aperit Hipp[illegible]. *lib. de lo. in homine* meminit, inqui[illegible]: *Communicant autem omnes venæ & confluunt inter se mutuo, & aliæ quidem sibi ipsis per [illegible] communiuntur ac coincidunt, aliæ vero per venulas à venis extentas: quæ autem carnes nutriunt, ea parte inter se consistunt.* Ex quibus ma[illegible] col-

C

*Sanguinis missio in plenitudine quare e regione lateris affecti vtilior sit.*

lig[illegible]tur, in plenitudine expedire [illegible] ab [illegible] in latere [illegible] sanguinem extrahere, tum prop[illegible], quæ supe[illegible] diximus, tum [illegible] o propter communion[illegible] hanc, quę in v[illegible] repe[illegible]r, licet [illegible]umque latus a[illegible] vena sine coniuge recipiat alimentum. Q[illegible] etiam ratione existimo dictum fuisse à Galeno: *Altera manu male habente, scarificato crus, propter communionem hanc, quæ ex venarum osculis suboritur.* Ex hac etiam communione & diuersa eius natura fit, vt quædam sint partes, quæ ob peculiarem ven[illegible] deductione[illegible], [illegible] seruata rectitudine, aut distanti[illegible] so[illegible] venarum communitate content[illegible] expostulant [illegible] suas reuulsiones: vt posterio[illegible] [illegible] dolenti[illegible] vena frontis incid[illegible]: & [illegible] raff[illegible] vno ex temporibus, venæ qua[illegible], ar[illegible] c[illegible]pite & sincipite incisæ [illegible] propt[illegible] communita-

D tem venarum, per [illegible] partes in caput affectum: nam [illegible] venæ, quæ in cerebri partibus [illegible] undum omnes situs diffe[illegible], [illegible] modo sectionem, quæ fit [illegible], *reuulsionem* liceret appellare. Præstant quidem hæ reuulsionum species diuersam inter se vtilitatē & gratiam: nam ad originem reuellere, his affectibus ex vsu est, qui ex peculiari aliquo membro originem trahunt: ad distantes vero tractio, his qui ex toto corpore fomentum suscepterunt: ad contraria vero vtrisque, nimirum ad contrariam partem ei, à qua fluit, & ei ad quam fluit: & tertio id habet peculiare, vt præcautionis gratia maximum præstet vsum, euocata natura, vt diximus, ad contrariam partē ei cui incubuit. Neq; obstat, in pcautione, & curatione easdē venas incidendas esse: siquidē hæc reuulsio humorum motui & consuetudini potius quam affectui & humori debetur. Quam-

*Reuulsio seruata quantitate venarum quid præstet.*

E obrem qui h[illegible]s reuulsionibus [illegible] volet, hac lege easdem distribuere tenetur. Itaque cum pars fluxione periclitatur ob [illegible] humores [illegible]osaui moueri solito, fluxioné p[illegible] auertere oportet, secta vena in distantissimis partibus: vt longe à parte affecta [illegible]hantur fluentes humores, aut ad fluxionis originem, aut prope ipsam, si haberi ea nequit: vt qua p[illegible] [illegible]ueriunt, ad eandem reducantur reuellanturque, aut secta in contrarijs & maxime oppositis, vt facilius sistatur impetu fluentium humorum, commoto contrario impetu: nam hæc præstat ad contraria retractio, nimirum exquisitam reuulsionem: aut in ea etiam parte secta vbi rectitudo seruetur, vt non solum reuellatur fluens humor, sed ab affecta quadantaliquid euacuetur. Verum quia, vt ostensum est, plurimum defluxiones locis communibus fiunt, sectiones ex communi vena, reuulsionis naturam, etsi non exquisite, optime tamen complent. Ex quibus constare iam arbitror differentiam indicationis, quam quiuis harum reuulsionis specierum præscribit dum vis venerit, facile quis ea vtatur, quam magis profuturam

*Reuulsio vt optime fiat, quæ præcepta exposituit.*

F existimauerit.

His

*In reuulsionibus cuius maior habenda ratio.*

His habitis, superest modum dicere, cuius maior habenda sit ratio in reuulsionibus, quod paucis verbis monstrabo. In valida quidem fluxionis caussa, vt *ictu, casu*, aut *plenitudo insignis*, quæ consonum est rationi à toto confluere, ... oportet, non ... in recto, sed in distanti, ac sæpe in contrario. Præterea vbi larga vacuatio exerceri non potest, quæ fluentem & fluxum humorem, qui iam ad particulam confluxit, extrahere sufficiat, ex proximo loco exercenda non est, quia maiorem concitat defluxum vicini loci insufficiens inanitio. Quo nomine crura ad hæmorrhoidas & menses ciendos scarificantur: *vt ex Hipp. lib. de morbis in initio li. 6. Epi. p. 2. com. 8. aperte constat.*

*Dubium.*

Sed dicet fortasse aliquis, *quid ad reuulsionē moliendam, quod in affecto loco iam continetur?* Nam id deriuatione potius aut vacuatione, quam reuulsione inaniri desiderat. Cui dicimus, Galenū summopere commendare præceptum quoddam G vtile haud omnibus cognitum, nimirum, vt non insistamus toto fluxionis tempore reuulsoriis auxiliis: sed interponatur medium tempus, aptū vacuationi noxii humoris in parte contenti: na enim fluxio cessabit, si è longe reuellentibus auertatur confluens humor: & dolor, calorq; parius, sæpe fluxionis caussæ, euacuata per communes venas proxima materia, auferantur. Præterea defluxus, quos securius auertere conamur, potius quam citius, per distantia ac diuersa vacuentur, est necessum, quos vero velocius magis quam securius, in recto comuniq; sectiones fiant oportet. Quæ omnia iuxta affectuum vrgentiam me- 73 A tiri oportet:

*Reuulsio in pleuritide qualis.*

Sic in pleuritide, quia vrgentissimus est affectus, frequentius reuellimus ab eodem latere, contenti tantum venarum comunione, per quam non solum humor reuellitur, verum & ab affecta quadra & parte plurimū extrahitur, etiam si sæpius ex vsu sit, à contrario latere sanguinem mittere, nimirum vbi humor à toto corpore defluit, aut præcautionis gratia in annua pleuritide, nisi dum à membro aliquo signato fluxio concitatur: in qua & similibus semper seruare conuenit communitatem venarum: tum eam, quæ ex trunco prodit, tum vero eam quæ osculorum ipsarum venarum, est cohærentiam & contiguitatē, quæ maximi etiam est momenti ad huiusmodi reuulsionem, obtinet. Fingunt quidem ex auctoribus plures, in sectionibus pleuritidis mille monstra: quæ consulto prætereo, quia ea est quorundam ingeniorum conditio, vt concepta semel falsa o- B pinione, malint à veritate, quam ab ea recedere.

*Reuulsionis natura.*

De reuulsionis etiam natura est, vt dum fluxio imperuose in aliquod membrum irruit, maiores venas incidendas esse velit, nisi dum loci affecti natura aut situs id non permiserint. Contendere enim auxilia oportet de celeritate, cum præcipiti humorum, qui morbum pariunt, motu.

*Reuulsio in hæmorrhagia qualis.*

Verum si statum vt hæmorrhagiam sistamus, sanguis mittitur, satis est minores venas eligere: quoniam sæpius iteranda est sanguinis missio, quæ per minores venas facta, minus dissoluit spiritus, ac propterea sæpius secari possunt. Nam pluries obturata vena ac adaperta vehementius reuellit, quia natura assueta crebris motibus reuulsoriis, eo mittit humores, & alium cui consueuerat, deserit locum: quæ quidem indicatio à fluxionis loco facile desumitur: nam si fluxiones extra corpus fiunt, vt sanguinis fluxus, longe diuersa ... ne sunt cohibendæ ab his, quæ intra corpus in aliud membrum irruunt. Nec videtur plurimum in hac re aberrare Celsum, *lib. 2. c. 10.* qui in ... C defluxione, ex propinquo loco reuulsionem ... tendit fieri: ob id quod per partem ... nam, sanguine extracto fluxio sistitur, præpediturq; quo minus ad affectam partem irruat. Quæ sententia, licet omnino vera non sit, commodi tamen nonnihil obtinet: nimirum quod in sanguinis profusionibus tutior quidem est ea reuulsio, quæ à distantissimis fit partibus: at in particularibus affectib. *tumore* videlicet, aut quouis alio ex defluxione affectu, non est semper citra rationem prope affectā partē reuulsionem tentare, *vt paulo superius de pleuritide retulimus*: Coincidit tamē hæc opinio cum ea, quæ reuulsionem, & deriuationem ex eadem parte fieri contendit. Hęc diximus, ne Celsum prætermisisse videremur: quid vero sit agendum, facile hoc capite disces.

Illud etiam in hac parte considerare oportet, licet aliquando Gale. trium vacuationum occasiones distinxerit, *reuulsionis* quidem *per recentem fluxionem, deriuationis per antiquam, vacuationis ex parte per nullam*: nihilominus tamen hacce ius sententia D non constat perpetuum ac fixum aliquid, quod perpetuo fieri debeat. Fit enim sæpe, vt recēs fluxio quia vehemens est, reuulsionem desideret, diuturnæ vero, quia languidior, satisfaciat deriuatione. Verum fit nonnunquam, vt antiqua fluxio, quia rebellis, in habitumq; versa, retractione ad remota sananda sit: ita enim Hippocrates scribit, *Diuturnum ventris profluuium vomitu sanari, & antiquas oculorum fluxiones occipitis sectione.*

*Reuulsionē quando vtendum.*

Cuius rationē nosse decet, reuulsione tunc vtendum esse, quando fluxiones sunt vehementes, & humoris magna copia: quo fit, vt in apoplexia & paralysi non liceat ad plurimum distantia reuellere, nec plurimum sanguinis extrahere.

*Reuulsio in apoplexia & paralysi qualis.*

*Primum*, quia humores non mouentur admodum impetuose: *secundum*, quia hi solent esse maiori ex parte frigidi: quare per vicina solum desiderant deriuari, vacuato prius, vt par est, vniuerso corpore: nam dū reuulsiones, aut non expediunt, vt in nuper dictis affectibus, aut non sufficiunt, tunc decet deriuationibus vti, quæ non veniunt exercendæ, donec corpus sit plenitudine destitutum: attea E enim securum nō est, per vicinos canales humores adducere: quippe cum periculum sit, circumstantes partes humore repleri, nec sperandum est humores sisti posse, sed potius excitari.

*Sanguinis missio in variolis, scabie & maculis non reuellit, sed potius propelit.*

In curandis quidem affectibus plures medici pertimescunt, ipsis iam apparentibus, ex venis sanguinem mittere, veluti in *variolis, scabie, & maculis*, quas in febribus malignis Hispani *tabardillo* appellant, existimātes à membro illo ignobiliori, ad principaliora trahi humores, sanguine misso ex venis: sit itaque, vt solum scarificationibus vtantur, aliquando non sine magno laborantium dispendio. In qua quidē re expendere oportet, φ si adhuc apparentibus maculis, venæ fuerint humore noxio refertæ, eas præstat aperire, & per latas vias subito humorem educere, ac protinus plenitudinem deponere, antequam natura per occultas vias sese frustra exonerare tētet, grauissimis symptomatis coocitatis ac improspero morbi successu. Damnauerat namque Galen. *lib.*

*prorh.comm.* 1. vacuationes apparentes & euanescentes: quales esse solent, quas nuper diximus, inquit enim: *Quæcunq; tubercula & exanthemata ad cutem ex profundo florescentia decurrunt, omnium pessima sunt, & sudores incipientes & statim cessantes, & lit praui, & deiectiones similiter. & quæcunq; per sanguinis eruptionem aut ex vtero in mulieribus euacuantur omnia enim hæc deteriora sunt his, quæ nullatenus apparent, cũ incipientia cessauerint. Nonnunquam enim euenit, naturam concoquentem, quæ contristant, nondum ad eorum excretionem excitari: in illis vero quæ ceperunt quidem, sed statim cessarunt, tanquam quidam impetus apparet naturæ præparantis ad excretionem eorum quæ contristant, & ob imbecillitatẽ nequeuntis perficere quod proposuerat.* Quamobrem optimi est artificis, prout vires tulerint, opem naturæ ferre, vt inceptum opus perficiat, deonerata ipsa per maiores venas, aut si plenitudo antea deposita fuerit, præstito illi auxilio per cucurbitulas, si maiorem non tulerit vacuationem. Nam quemadmodum quæ G euanescunt excretiones, eo loci à Galeno *lib.5. Aphorism.text.65.* damnantur & sæpe ab Hippocr. *lib.2.prorh.tex.69.* ita & omnes aliæ, quæ nec perficiuntur inceptæ, nec à morbo liberant. Quapropter quod illis deest, arte adimpleri, vt inceptum opus perficiatur, natura desiderat, deonerata ab illato humorum pondere. Quo fit, vt lõge à veritatis scopo aberrent, qui maculis aut variolis erumpentibus mox à sectione venæ subsident. Expendisse enim prius oporteret, an plenitudo deposita sit satis, vel eruptio illa potius ex morbi malitia prodeat, nam si primum, citra dubitationem, vlterius plenitudinem deponere oportet, posthabitis apparentibus maculis: si se-

74 A cundum (aut plenitudine iam deposita, vel viribus imbecillibus) tutius est cucurbitulas affigere, è regione cordis præsertim, vt virus illud longe à partibus internis & præcipuis distrahatur: sæpe tamen citra scarificationem, aliquando cũ ipsa. Nosse etiam conuenit, in variolis adhuc apparentibus, audacius licere sanguinem mittere, quia maioris plenitudinis soboles sunt, quam in morbillis, qui potius ab humorum malitia & tenuitate prodeunt. Qua ratione in variolis aperta vena præstat (dum ætas permiserit) sanguinem mittere. In morbillis vero scarificationibus vti, nisi in adultis fuerit corporibus, in quibus etiam sanguinem mittere necessum erit. Considerare etiam in hac re decet, vt sanguis tutius in his affectibus mittatur, an tempus apparitionis macularum completum sit, an tantum id opus cœperit B natura. Nam id quoque maximi est momenti, sæpe enim in huiusmodi maculis præstantissimum est, mediocriter deposita plenitudine, quo natura vergit, eo etiam vergere auxiliis artis, cucurbitulis nimirum, frictionibus, inunctionibus ex hydræleo, & modico nitri, tum per eas partes, quibus apparent, tum vero per vniuersum corpus. Hoc tamen in hac re animaduertas velim, quod licet sanguinis missione ex toto non fuerit deposita plenitudo, tutissimum cum hoc est cõsilium, vlterius sanguinem non extrahere, donec compleatur integrum apparitionis tempus: interim tamẽ expedit auxiliis nuper dictis, ad cutim euocare, & nonnihil humoris deponere: mox tamen si plenitudo supersit, licebit eam per venæ sectionem deponere, (*vt conuincento illius sententia Hippocr. Simon, qui latas pustulas habebat, expresse Galenus docet*) si vires permiserint, alioquin minime. Coniectandum enim est, malitiam morbi maius facessere negotium, ob idq; expedire magis iis vti, quæ ad externa euocent, & quæ virtutem roborent, & aliis etiam, quæ libro *de Curatione febriu malig.* abunde diximus. C

Sanguinis missio audacius fit in variolis, quã morbillis.

Sanguinis missio in variolis & maculis quando fieri debeat.

In bubonibus etiam considerandum est plurimum, qualiter fieri debeant venarum sectiones: nam si totum virus iam in parte collectum est, nullus datur reuulsioni locus. Verũ si adhuc aliquid superesse cognouerimus (quod ex symptomatis & febre deprehendere licebit) reuulsionem moliri oportet. Ceterum in bubonibus, qui ex morbo Gallico fiunt, cum motus vehementia humores careant, nulla reuellendi superest necessitas: quin potius præstat ad locum affectum totum humorem trahere, vt in bubonibus pestilentibus fieri solet, vt tota veneni vis per bubonem exspiret, nã cum aliter fit, grauiora symptomata, grauioresq; morbi pullulant. Quo fit, vt mihi persuasum semper habuerim, eos grauiter errasse, qui in huiusmodi Gallicis bubonibus resolutionem tentarunt. Nam licet tutior vacuandi modus sit, in his tamen grauioris mali caussa sæpe est: siquidem in resolutionibus, ea solum materia, quæ intra bubonem continetur, euanescit, ex quo fit, vt cum nihil materiæ peccantis in D toto corpore, & præsertim in partibus circa iecur, & iecore ipso minuatur (quemadmodum in suppuratis bubonibus solet fieri, per quos vniuersi corporis materia defluit, & expurgatur, ita vt purius supersit deinceps corpus) quod materia intus relicta *alopecias, pustulas, talpas*, grauissimosque dolores concitet. Qua ratione consultissimum esse censeo, in his omnibus suppurationem tentare, tanquam huius pessimi affectus præsentaneum remedium: in quibus tamen cum necessum est sanguinẽ mittere, seruare hoc præceptum oportet, nimirum fluxiones transferre ad eas partes, quæ nullum habent principatum, aut ad eas quæ vicinæ sunt parti mittenti: atque ideo fit, vt in fluxionibus, quæ fiunt ad ignobiles partes à capite, ex cubito sanguinem mittamus, qui si non est origo mali, origini tamen est E propinquus, & ignobilis pars, ad quam sine periculo humores trahuntur.

Sanguinis missio in bubonibus qualiter fiat.

Superest adhuc in reuulsionis natura nosse, eã non solum conuenire humorib. fluentibus, verũ & quietis, sed qui fluere in aliquam partem solẽt. Iubet namq; Galenus *lib.de ven.sec.* easdem venas secare in pseruatione, quas in principio affectus: sed in principio iubet ad distantissima reuellere, ergo & in præseruatione: quod clarius adhuc *libr.de natu. hum.* ostendit, cum idem sit humor qui in præseruatione, & qui præsente affectu reuellitur.

Reuulsio quibus conueniat.

Vt quis recte deriuatoriæ vacuationis naturam intelligat, expendat primò oportet, humores dum in corpore superabundant, tripliciter ad morbum gignendum concurrere, præter plenitudinem quam efficiunt: *Vno* modo cum in partis substantiam impactus humor est, citra fluxionis complexum: *Alio*, cum in venis illius partis humor continetur, antequam ex toto in spatia non naturalia partis, quæ afficitur, decidat. *Tertiò* vero modo, cũ ad locum humores mouẽtur, ac nisi sistãtur, affectũ generãt & augẽt.

Humores ad morbum gignendum tripliciter concurrunt.

Quibus

Quibus omnibus triplex vacuandi genus iure opponi debetur: nimirum ea, quæ in motu est, reuulsio, quæ per partis affectæ substantiam dispersum est, euacuatio à parte affecta: ea vero quæ in venis partis affectæ, aut illi proximis continetur, *deriuatoria vacuatio* ex illis est, cuius efficacia extractis contentis humoribus ab affecta parte per vicinas partes aut prope ipsas, ab effectu particulam liberat. Inquit enim Galenus *libro sexto Epid. p. 2. commen. 7. Deriuationem solet Hippocrates nominare, quando humores qui per non conuenientem regionem inceperunt ferri, ducimus, non per eam, neque per distantissimam, sed per aliam propinquam.* Quibus verbis facile diluitur controuersia, quæ ex dictis Galen. videtur oriri: nam *libro secundo ad Glauconem cap. 2. & 6.* impacto humori & partem obsidenti deriuationem consulit: quarto vero methodi durante pauco tenuique fluxu, deriuationem esse moliendam docet. Quod intelligi debet, dum pars quæ afficitur, commode secari non potest: quo tempore confugimus ad vnam ex vicinis, in qua affecta sedes exoneret. Sic affectis oculis aut lingua vomitoria negat, detectoria vero commendat: contra vero in peripleumonia, ne, phthisi, sciatica, podagra, vomitoria detectoria præfert: quod factum esse scribitur, quoniam vniuersales illæ vacuationes nouum fluxum ciendi potestatem habent, vt merito vitari debeant, etiam cessante in totum fluxu: quo tempore per proximam partem in humorem deriuare necessum erat, ni id vetarent, quæ nuper diximus. Itaque deriuationem consuluit Galenus, in impactis humoribus per vicina, dum per partem non datur humorem euacuare, in fluxionibus vero tenuibus, & citra maximum impetum, deriuationem molitur, ab ipso sic appellatam loco nuper citato: sed per paulo distantius à parte affecta, ne fluxionem maiorem exciemus per propinqua loca, quam ego *reuulsionem* appello, vt in exemplis nuper adductis videre est: verum dum fluxiones debiles sunt, & veluti cessantes, citra dubitationem eas per vicina deriuari tutissimum est. Itaque debetur huiusmodi deriuatoria vacuatio, & debilibus fluxibus, & diuturnis, quiescentibus humoribus, sed fluere assuetis, dum impetuose fluere non assuescant. Prodest etiam in his affectibus, qui aliis vacuationis generibus non cedunt, idq; duplici ratione, tum, vt quod in venis affectæ partis continetur, per partes vicinas tutius educatur: tum vero, vt quod in mandante membro indies aggregatur, paulatim antequam congregetur, per partem sibi proximam decidat. Hoc tamen prætereundum non est, nimirum ad deriuationem moliendam solum esse necessariam venarum communionem: qua ratione incisio saluatellæ dextræ in febribus & aliis viscerum inueteratis affectibus mire præstat deriuationem, in quibus par est existimare, aliquid esse impactum in venis illius visceris, cuius ratione morbus factus est diuturnior, quod deriuationem postulet, quam rectius molitur incisio huius venæ, vt quæ minorem pariat imbecillitatem, ob id quod sine magno spirituum dispendio fiat, quam maiorum venarum: vt constat consuluisse Hipp. *lib. 1. de morb. prope fin.* de eis sic loquens: *Altera appellatur splenitis: altera vero hepatitis, easq; iubet secare in peripneumonia sicca, & in sicca pleuritide.* Eandem etiam venam incidere in ardentissimis febribus, morbo progrediente, ac præmissa alia vacuatione, maximum præstat beneficium, cum feruentes humores in profundiores nostri corporis partes, & prope membra principalia sitos, ad extimas studemus deriuare potius quam vacuare: hanc etiam deriuationem exquirit etiam Gal. *lib. 9 methodi.* vbi qualitate nocens sanguis, naturæ nutrimento factus est inutilis. Quamobrem mihi experientia compertum habeo, scissionem saluatellæ, præmissa copiosiori sanguinis detractione, maximi esse momenti in malignis febribus, & his quibus maculæ illæ vulgares apparent. Sic in interiorum partium squalore, eadem vena scissa, præsidium reperitur, præsertim cum copiam sanguinis detrahere non est in animo. A capite etiam humorem prouocantem deriuamus, nasi venulis incisis, & ab anginæ loco, sectione venarum, quæ sub lingua sunt.

Simplex quidem à parte affecta vacuatio in tantum debetur his affectibus, in quibus post reuulsionem aut deriuationem, aliquid parti impactum hæret, quod maius immineat periculum, quam supputatio sit, vt videre licet inflammatis particulis, quæ in gangrænam minantur degenerare, aut in carbunculis, aut pestilentibus tumoribus aut morsib. venenatorum animalium, in quibus mens est, quod adhuc in parte fixum continetur, per eandem extrahere: namque in his graue est & periculo plenum, quod semel in porositatibus continetur, iterum ad venas remeare: præterquam quod id efficere perdifficile est. Quo etiam vtimur præsidio in *gingiuis humore tumentibus*, aut in *maculis* ac *fœdationibus* alicuius particulæ. Hoc tamen habet proprium id vacuandi genus, quod cutis scarificatione maiori ex parte fiat, nisi dum in pus sanguis degenerauit, quod *decisam cutim* desiderat.

Ante tamen, quam hinc discederem, vtile esse existimaui docere, quantum sæpe facessat negotium, quid agendum sit, differere, cum omnes tres indicationes in vnum coeunt: quod sæpe in maximis affectionibus, & his quæ grande minantur periculum, aut aliis quib. fluxio vehemens irruit, vsu venit: in quibus eam venam tundere expedit, quæ vtramq; adimpleat intentionem. In qua quidem te monitum velim lectorem, ne in vulgarem errorem dilabatur, existimans reuulsionem simul & deriuationem ex eadem vena posse fieri. Nam respectu eiusdem loci affecti, idem locus nequit esse propinquus & remotus, nec eadem materia potest esse reuulsioni & deriuationi apta, inquit enim expresse Gal. *li. 13. meth. In principio inflammationum reuellendum esse, quod influit, quod vero influxit, deriuatione tolli per vicinas partes, aut ab ipsamet parte affecta vacuandum esse:* quibus constat quantum errent, qui secta eadem vena existimant, simul deriuationem (quæ à parte propinqua & materia quiescente fieri desiderat) & reuulsionem (quæ à distantissimis partibus, & mora materia perficitur) fieri: etiamsi passim apud Galenum reperiantur reuulsio, & euacuatio simul, quæ non à parte affecta debet intelligi, dum deriuationem ei coniungit, sed à toto.

Haud secus, aut paulo morosius sanguis per scarificationem extrahitur, quam per venæ sectionem, hoc vno excepto, quod hæc vnico illato vulnere sanguinem extrahit: illa quidem cutis est ac subiectæ carnis per scalpellum dissectio, multis

Deriuatoria vacuatio quid, qualis.

75 A

Deriuatio quibus humo. ex vsu sit.

Deriuatio per propinquas venas fieri debet, & in quibus affectibus.

B

Sanguinis missio ex saluatella quare & quibus morbis prosit.

C

Saluatellæ scissio maximi momenti in maculis.

Simplex à parte affecta vacuatio. quibus affectibus prosit.

D

Reuulsio & deriuatio vtrum ex eadem vena fieri possint.

E

F

Scarificatio qualis sanguinis & quando ex vsu.

multis tamen foraminibus illatis. Ea enim non minorem præstat (in his quibus ex usu est) utilitatem, quam venæ sectio: à toto enim euacuat, plenitudinem deponit, per vicina etiam deriuat, ac rursus à parte affecta præstantius educit. Quæ omnia quamuis vena scissa ocyssime consequamur, multum tamen frequentia nocere solet, *ut ex Apollonio refert Oribasius*: ideo ea omissa, rursus est scarificationes moliri, quod hæ citra validam totius molis corporeæ commotionem, eadem commoda ac venæ sectio præstare valeant. Primum itaque præstat maximum usum in tollenda plenitudine, siue eam consuetæ excretionis suppressio, ut menstruorum aut hæmorrhoidum, siue ocium, siue alia quæuis caussa induxerit: præsertim debilibus & pueris, scarificatis nimirum scapulis, brachiis aut cruribus. Nam, *ut Celsus li. 2. c. 11. refert*, ad hoc auxilium est confugiendum, ubi opus est mittere sanguinem, vires tamen non

G

Pueris nam scarificandum.

tolerant: est enim minus vehemens, sed magis tutum, etiam si in medio febris impetu, aut existente cruditate, adhibeatur. Quod licet verum sit in omnibus, in pueris tamen secus res se habet: quia æque in illis vehemens est hoc auxilium, ac in grandioribus sanguinis missio. Nam quemadmodum sanguinem mittere ex vena, præsente cruditate, periculosum est, quia vereri oportet, ne crudus humor in venas irruat: & quemadmodum in ipso febris vigore venam secare, contrarium parit motum ei, quem natura molitur, quia eo tempore humores noxios ad extimas partes trudit, & misso sanguine ex vena, aliquando retrocedunt: ita

76 A

in pueris verendum est, ne hæc mala succrescant, licet in utrisque cucurbitulis, uti in febris vigore, æqualem præstet gratiam: nam hæ eum motum, quem natura molitur, potius iuuant, euocatis ad extimas partes humoribus. Cum hoc tamen crudis exsistentibus, pueris nulla ratione eas oportet administrare, quemadmodum neq; in adultis sanguinem mittere. Reuellitur etiam hoc præsidio humor in his corporibus quæ superius diximus, ad distantes, aut extimas partes, & ad eas quæ communionem habent: itaque si crura fluxione vexentur, si phlegmone laborent, manus scarificare conueniet, ut è contrario crura, si manus malè affectæ fuerint. Similiter si dextrum crus doleat, aut dextra manus, sinistrum crus aut sinistrã manum scarificari est æquũ: si ea altero crure male habente, ob eam quam diximus communionem alterum scarificare iubet Gal.

Scarificatio quomodo reuellat humores ad extimas partes in dolore crurum, manuum, In dolore capitis. In casibus.

B

Conducit etiam huiusmodi præsidium ad moliendam reuulsionem ex humoribus aut inflammationibus in profundo sitis. Sic quibus caput dolet ob ascendentes ad ipsum humores, scarificamus crura, & tandem si quid intus lædit, extra facile scarificationibus trahitur, si quid etiam sursum, deorsum, & sic de reliquis corporis positionibus. Quæ omnia præsertim in adultis, dum parti adhibentur, accidunt, subtus tamen cute prius scarificata. Quibus antiquitas etiam ad casum utebatur, ut ex Hippocratis *libr. 5. popu.* testimonio facile probari potest, inquit enim: *Qui in Ceramico ab equo lapsus est, cui non statim cucurbita affixa est, ustus est initio, & vigesima die recruduit malum.*

Scarificatio puerorum.

In pueris sæpe sat est cutem scarificari, citra cucurbitarum appositionem, etiam dum capite laborant, scapulis eas affigere, ex usu est. Humores etiam parti affixos deriuatione per scarificationem vacuamus, ut sæpe usu venit in mensium & hæmorrhoidum suppressione, in quibus suras ac femora scarificamus, gratia deriuandi, quod suppressione redundat: in quibus etiam sanguinis missionem repetere, haud tutum esset, quia periclitaretur corpus refrigeratione & languore, & potentia imbecillior redderetur ad suppressam vacuationem excitandam: cuius indicationis gratia, varias in corpore partes scarificamus, iuxta partis, cui mederi intendimus, naturã & situm, à parte etiam ipsa mirum in modum, quod impactum est, & adhærens, reuulsioni aut deriuationi & aliis topicis auxiliis non cedens, euacuat. Hac enim ratione in inflammationibus cerebri, laterum & aliarum partium scarificationibus quoque usi sunt veteres, coniunctæ materiæ attractionem & resolutionem exsequentes, impositis tamen ante & post scarificationem cucurbitulis. Pari lege humoribus propter crassitiem fortiter impactis, & tum resolutioni, tum suppurationi renitentibus, scarificationes plurimum proficiunt, à quibus discutientia vel suppurantia cataplasmata,

C

In mensium & hæmorrhoidum suppressione.

In inflammationibus cerebri, laterum.

D

unguenta, aut emplastra admouere solemus. Verum vacuata hoc modo particula, ante eorum appositionem detractis cucurbitulis, spongia scarificata loca tergenda, & oleo rosaceo mulcenda sunt. Præterea in maculis ac defœdationibus cutis, præmissis totius corporis vacuationibus, ut quod in cute adhuc hæret viscosi humoris euacuetur, ipsam scarificamus: etiam cutis inciditur, quibus venenosi aliquid sub ea latet.

Nota. In maculis cutaneis.

Verum ne quis ut sors tulerit, scarificationes in quouis affectu, aut corpore citra distinctionẽ efficiat, expendat oportet, quod licet diuisio ipsa multas possit habere differentias, omnes tamen ad tres tantum referri possunt, *ut ex Galeni libr. 2. ad Gla. mente aperte constat*: nam aut tenuis, & superficiaria est, aut econtra magna & profunda, aut longitudine & profunditate inter eas media: quibus omnibus Galenus in abscessuum curatione se usum fuisse prodit. Præstat enim quævis harum differentiarum longe in re practica diuersum usum: nam quæ in superficie fiunt, non trahunt è longinquo, non reuellunt, non deriuant, aut saltem morose, sed à summa cute, qua ulcuscula facta sunt, hærentem humorem educunt, nec magis morbis opitulantur. Quæ vero longiores & profundiores sunt, plurimum sanguinis exhauriunt, cuius rei Galenus *libro præsagium experi. confirmatum, & lib. de cucurbitarum scarificatione, cap. 20.* testis est, qui scarificato sibi crure, cum pestilentia laborasset, duas fere sanguinis libras inde extraxit: quo fit, ut animi deliquium aliquando inducant, & à partibus etiam remotissimis, ut à capite in crura, à crure in manum reuellant. Quæ vero ambarum mediæ sunt, earum pariter incommoda vetant, ideoque aliis præferri debent. In quem usum suspicor Hippocrat. dixisse terminum scarificationis tantum esse cutim ipsam: cæterum quisque hæc quæ nuper diximus exacte expendat oportet, antequam scarificationes moliatur, ne à scopo facile aberret, nam incisio cutis correspondere tenetur quantitati sanguinis educendi. Rursus si qui debet extrahi sanguis, tenuis fuerit, aut corporis substantia

Scarificatio qua lege administranda.

E

Quibus modis fieri possit.

F

(qualis

Scarificandi loca qualiter tractanda.

[illegible] C [illegible] cetrund [illegible] chis bus [illegible]

Scarificatio reuulsoria in qua parte fieri debeat.

*Incisiones* autem [illegible] oportet in *cruribus, abdomine, thorace, dorso, ceruice, brachiis, & capite secundum capillorum positionem, in fronte autem per transuersum*: adde, quod [illegible] quæ reuulsionis gratia instituuntur, aut vacuationis à toto corpore, haud temere aliis in partibus, quam in cruribus vsurpata est à veteribus. [illegible] nos tamen in pueris, brachia aut [illegible] scarificamus. Debent tamen scarificationes, dum fiunt, magnitudine æquales esse, & paribus distare interuallis. Scarificationis autem principium ab inferioris partibus sumendum esse, ratio suadet: vt sanguis ad superficiarias partes decurrens eam non obscuret, quæ postea scarificanda venit. Vltimo tamen expendere oportet, plus sanguinis extrahi posse cucurbitulis affixis, parti scarificatæ, & plus etiam reuellere, quam citra ipsas.

Nota. Hirudinum vsus quotuplex.

Hirudinum quoque vsus multiplex est in re practica, siquidem totum corpus inanire citra dubitationem valent, quemadmodum & vena scissa: sicut reuellere ab aliis & distantissimis corporis partibus, & sæpe efficacius quam quoduis aliud ex reuulsoriis auxiliis: sed potissimum præstant deriuationem, aut ab affecta parte vacuationem. Quæ quidem officia omnia dupliciter moliuntur: vno mododum cuti adhibentur: alio vero quo tempore venarum extremitatibus affiguntur: dum vero venis ipsis, aut osculis earum (*vt hæmorrhoidibus*) adhærent, totius plenitudinem, præsertim melancholicam, omnibus aliis auxiliis præstantius deponunt: aliquando suris affixæ idem moliuntur opus: ex eisdem etiam partibus reuulsionem præstant humorum, qui ad caput, cor, & alia viscera confluunt. Deriuant quoque ex eisdem locis, præsertim hæmorrhoidibus hærentes, & à mesareo, ab splene & iecore: idem quoque officium præstant venulis nasi affixæ, angulis oculorum, venis frontis & occipitis, aut post aures in affectibus oculorum & capitis, quibus mirum in modum prosunt humore deriuato à parte affecta per sui vicinas. Eodem beneficio opitulantur pueris dysenteria laborantibus, vbi brachiis adhibeantur, & grandioribus etiam, vbi manibus iuxta venam *saluatellam*, appellatam: quod existimo præsentaneum esse auxilium. Præstantque vltimo hæ suam gratiam in cutis fœditatibus, vt quod in parte continetur, sugendo euacuent. Habent enim maximam efficaciam, dum ani venulis admouentur, non solum in febribus ipsis diuturnis ad coctionem iuuandam, & subleuandam naturam, atque ad corporis transpirationem, si post venæ sectionem [illegible] alia præsidia adhibeantur: verum etiam in omnibus [illegible] his, dum naturam cognoscimus opp[illegible] aut [illegible] dius vincere, & concoquere noxios humores. Quod quidem præsidium non solum in v[illegible] corporibus, sed in debilibus ac exsolutis tu[illegible] st. Habet adhuc hirudinum vsus maiorem e[illegible] in diuturnis capitis doloribus, & aliis inueteratis & egregie curabilibus aff[illegible] tibus, veluti in m[illegible], n[illegible] luet [illegible], & sopotolis omnibus [illegible] [illegible] quibus humores [illegible] [illegible], qui ex *hæmorrhoides* continent [illegible] stant, me [illegible] aut vicus alui [illegible] quoque plurimum in fœminis quæ p[illegible] quod vteri vitium [illegible] continuitate [illegible] untur, nam vacuo prius corpore, dein [illegible] gratia per hæmorrhoidas vterum a corruptis humoribus liberant. Præstant enim beneficium his quibus varices plurimum [illegible] tunt, aut ne intumescant, præcautionis gratia. Manifesta etiam vtilitate prosunt iis, qui patiuntur hæmorrhoidarum tumores, aut dolores, præsertim a corporis vacuatione, & sedato quodammodo doloris impetu.

Debilibus corporibus adhiberi possunt.

C

Sanguinis extrahendi mensura, qualis & quanta.

Quantum in medicina negotium facessat auxiliorum quantitas, nemo sanæ mentis ignorat, præsertim in sanguinis detractione: hæc namque coniectricem reddit artem, non quidem *vt optime Galenus lib. de opti. sec. ad tra aduertit* [illegible] præceptis coniectrix denominatur: nam hæc perpetua sunt: sed ab actione & medentium opera, hæc enim nec certum euentum habens, coniectricem artem reddit: nam omnium artium præcepta perpetua sunt, & stabilia: verum quoniam non omnium artium finis semper attingi potest, fit, vt ipsarum nonnullæ *coniectrices* appellentur. Quare cum in curatione morborum non solum videndum sit, quid morbosis affectibus conueniat, sed quid etiam natura ferre possit, maxima ob id opus est prudentia, ne plus aut minus naturæ tribuas, quam ipsa exigat, aut permittat curatio. Nam vbi ipsa valida est, omnia audacter præstare possumus, quæ præscribit curatio: vt [illegible] perte his verbis docuerat Galenus *lib. de opti. sec. ad tra. ipsa namque per se auxilia caussas exstirpare nequeunt: sed naturæ adminiculum requirunt, & ferme solum impetum, motusque initium naturæ adiiciunt: reliqua per se natura administrat ac perficit*. Igitur valida cum sit, remediorum violentiam perfert, & bonæ ingenitæque substantiæ detractionem facile sustinet, atque ipsa diuexantia excutere potest: vbi vero vires labuntur, illis potissimum succurrendum est: ac si nec plane debiles, nec firmæ omnino sint, sed permittunt cum quadam moderatione fieri, quæ dictat curandi ratio, ita moderari rem oportet, vt nec morbum, nec virtutem contempsisse videamur. Ceterum huius rei distinctio indicatioue peti debet ex plenitudinis magnitudine, aut affectus vehementia (præsertim si ex his fuerit, qui sanguinis missionem expostulant) & ex virium robore, quod semper in vacuationibus præ oculis habere tenemur. Est tamen in hac re distinctio apprime necessaria: nam si sanguis mittitur solum præcautionis gratia, non decet extrahere quantum plenitudo expostulat, secundum illud Hippocratis: *Neque compressiones ad extremum ducenda, sed qualis natura fuerit eius, qui debet preferri, ad hoc ducere conuenit*: verum si plenitudo iam in affectum aliquem prorupent, ex arte est, plurimum sanguinis extrahere: quantum vero hoc plurimum futurum sit, non satis constat: nam licet Hippocrates præcipiat, *in ardentissimis febribus & vehementissimis doloribus, vsque ad animi deliquium sanguinem mittere*, id ego his nostris temporibus minime esse tutum existimo. Inter alia

D

E

Quantitas mittendi sanguinis vnde petenda.

F

multa, eo maxime, quia incerta admodum est huiusmodi mensura: neque enim omnes laborantes protinus animo delinquunt, & si plurimū sanguinis illis extrahatur, in quibus vltra procedere, esset potius hominem iugulare: neque rursus omnibus qui animo delinquūt, sat est sanguinis extractum, vt quotidiana monstrauit experientia. Præterea neque omnino tuta est illa Galeni mensura, quæ defluxionis impetu profertur: quia solet impetus sæpe multis de causis subsidere, antequam debita quantitas sit extracta: sicuti & vltra procedere impetu delationis & virium robore, atqui licet laborantes tūc vacuationem tolerent, postea tamen difficilius conualescunt ac reficiuntur: & fortasse morbus ex eu sumta occasione, diuturnior redditur, ac laborans deinceps accidentia quæ superueniunt, minus bene tolerare valet. Illud etiam mihi suspectum videtur, nimirum, mutationem coloris in sanguinis detractione spectandam esse: nam quo tempore fluit, difficulter cognoscitur huiusmodi coloris mutatio: cū vero iam fluxit, inspicere adhuc inutilius est, siquidem multories bis terve sanguine misso, quod in alta putredinis minera reconditur, vltimo loco extrahatur, in parua tamen quātitate, ita vt parum prodesse possit: vlteriorem tamen sanguinis detractionem (etiamsi summopere necessaria sit) laborans citra noxam tolerare nequeat. Quo fit, vt ea quantitatis mensura mihi certior videatur, quæ ex conferentia & tolerantia præcipue desumitur, quibus fidem etiam adauget, harum rerum, quas nuper diximus, consideratio. Atqui licet conferentia statim non appareat, hoc tamen habet egregium tolerantia, quod si remedium ex arte factum sit, profuturum promittat, ac reiteratum patiatur, donec morbus virtuti cedat. Qua ratione mihi placuit plurimum hodierna consuetudo, qua Hispani missionem sanguinis partiuntur, vt singulis diebus diligens medicus rimetur conferentiam, & tolerantiam, in ordine, ad quas expendat satis, progrediendumne sit vltra, an subsistendum: tutius enim mihi semper visum fuit, infra subsistere. Nam euacuationes, quæ ad extremum deueniunt, graues sunt: rationem enim reddit Galenus, cum inquit: *Ne conantes morbum dirimere, facultatem ipsam perdamus, aut ipsa impotentior reddatur ad morbi reliquias consumendas.* Sic in pleuritide probatum semper habui, non pro ratione doloris ac magnitudinis affectus sanguinem extrahere, sed paulo infra subsistere, ne vires quibus ad coctionem & expulsionem opus habemus, ante integrum & perfectum tempus labantur. Quod quidem non inspicere multorum interitus caussam suspicor citra dubitationem fuisse. Denique conferentia & tolerantia metiri certius possumus sanguinis extrahendi quantitatem: tolerantiam tamen docet Galenus, rimari ex pulsu, quia vitalis roboris certum est indicium, cuius quidē imperio aut consensu, hanc aut illam quantitatem extrahere licebit, seruato, *vt diximus*, huius virtutis tenore.

G — *Coloris mutatio in detractione sanguinis spectanda.*

98 A

*Vacuationes extremæ graues.*

B — *Sanguinis missio in pleuritide qualis, & quousque fieri debeat.*

Sunt tamen quædam, quæ nonnunquam debitam quātitatem permittunt extrahi, sæpius vero diminutam, vt regio, tempus æstiuum, aut brumale, puerilis ætas, aut iam declinans, sexus fœmineus, habitus obesus à natura, crudorum succorum copia, vigilia aut inedia diuturna, affectus etiam syncopim inducens, & adhuc multa alia, quorum Galenus *lib. de sanguinis missione*, subinde varijs in locis meminit. Ad cuius enodationem placuit Celsi sententiam *libro secundo capite decimo* huc transferre, quæ ex professo videtur nostram sententiam confirmare: inquit enim: *Sanguinem incisa vena mitti nouum non est, sed nullum pene morbum esse, in quo non mittatur, nouum est. Item mitti iunioribus & fœminis vterum non gerentibus, vetus est: in pueris vero idem experiri, in senioribus & grauidis quoque mulieribus, vetus non est: siquidem antiqui primam, vltimamque ætatem sustinere non posse hoc auxilij genus iudicabant: persuaserantque sibi, mulierem grauidam, quæ ita curata esset, aborsum esse facturam. Postea vero vsus ostendit nihil ex his esse perpetuum, aliasque potius obseruationes adhibendas esse, ad quas dirigi curantis consilium debeat: interest enim non quæ ætas sit, neque quid in corpore intus geratur, sed quæ vires sint. Ergo si iuuenis imbecillus est, aut si mulier quæ grauida non est, parum valet, male sanguis emittitur: emoritur enim vis, si qua supererat hoc modo erepta est, at firmus puer, & robustus senex, & grauida mulier valens, tuto curantur.* Ex quibus verbis, & alijs, quæ breuitatis studio prætereo, facile constat, vires solum hoc auxilium tenuere, cetera vero minime, sed quatenus viribus carent, quæ quidem tantum sanguinis detrahendum esse docent, quantum ipsas permittere visum fuerit: condonantes semper nonnihil ætati, regioni, & alijs, quæ superius diximus.

D — *Vires habitantis in sectione venæ attendendæ.*

Præter virium considerationem, quæ primas tenet in metienda quantitate, sumta etiam ab affectus magnitudine indicatione, eandem metiri certo possumus: nimirum si magna vehemensque inflammatio, aut affectio quæuis, ex maligno humore, cuius præceps sit fluxio, contracta fuerit, & locus, in quem decumbit, insignis, eximiūque sensus, plus sanguinis extrahi est necessum, ob idq; grandi vena loco vicino incidi debet, eo quod hæc plus sanguinis citiusque & validior ab affecta parte euocet. Si vero leuior exstiterit affectus, angustior vena, longinquiorq; eligēda est, quæ minus sanguinis, tardius & leuius extrahat. Ratio vtriusq; dogmatis est, quia præterquam, quod fluxionem sistit, prius etiam ex parte affecta sanguinem vitiosum & putridum, quam benignum & purum, alioquin necessarium è reliquo corpore citra nouum defluxum educit: quando n. pars ægra, magis quam reliquæ exinanita fuerit, vt eo rursus quasi indigeat, nō facile alio humorū fluxu infestabitur, nisi id ex nouo victus errore eueniat: quæ n. distant, alimenti cupidæ propriū sanguinē non sinent abstrahi. Neq; pars affecta, nisi dolor, aut calor vehemētior supersit, ab illis quicquā abducit, cū sit imbecilla, neq; multo egeat alimento: ita necessum est, æquale esse auxiliū vehementiæ & magnitudini affectus, præsertim dū ex fluxione & humorum abundantia dependet.

*Sanguinis detractionis potissima regula.*

E

F — *Sanguinis extrahendi, quo ad mensuram triplex differentia.*

At pensatis recte viribus, & cum affectus conditione collatis, quantitatem etiam sanguinis extrahendi certo metiri possumus: verum quomodo conferri debeant, iam audies: si prius dixerimus, triplicem esse inanitionis differentiam. *Primam* quidem esse integram & perfectam, quæ totam aut certe maximam morbi materiam adimit

adi[illegible] *[illegible]andam* vilem, ſed non [illegible]tegram, quæ po[illegible] quadam hum[illegible] d[illegible] tacta, reliqua effi-c[illegible] tertiam vero [illegible] exiguam, vt [illegible] [illegible] leuet. Itaque [illegible] partes [illegible] oporte[illegible] *medio[illegible]res*, ac *infractas* [illegible] integram [illegible] per[illegible] [illegible] semper [illegible] [illegible] com[illegible]odá: infractæ vero ac detectæ nullam exi[illegible] [illegible]ferunt. Por[illegible] omnes morbi vehemé tes ac magni largam [illegible] ſanguinis detracti[illegible] ne-[illegible] [illegible]postulát [illegible] [illegible] tamen [illegible] modo, aut non tuto contentur [illegible] mediocres moderatam, quæ raro neceſſaria, ſed [illegible] tantū contentur, qua morbi celerius ſecundu[illegible] [illegible] [illegible] moribus exiguam aut [illegible] nullam. Semper autem morbi magnitudo cū virium robure con-ferenda eſt, ſi tutā curationem exſequi volumus: nam ſi verò d[illegible] [illegible] ſemper & in omnibus do-ctrinis inniten [illegible] eſt, [illegible] vires prorſus [illegible]tegræ, & morbus mediocris fuerit, venæ incisio non ad-eo neceſſaria, ſed [illegible] tantum exiſtit: ſanguinis enim quantum mo[illegible] exigit, tuto mitti poteſt, non quidem [illegible] totum eſt, vires con[illegible] [illegible] & firmas nonnihil debilitare, donec morb[illegible] [illegible] tia radicitus exhauriatur: qui ipſe [illegible] [illegible] ne muratus mutatur. Si verò mediocres fuerint & vires & affectus, mediocrē educere copiā decet: verum ſi vires labentes fuerint, & affectus gra-uis, parum & iterato ſanguinē extrahere licet, ni-ſi vires ita confractæ fuerint, vt nil ferant, quibus omni ſtudio incumbendū erit, vt cibis boni ſucci recreentur reficianturq́; paulatim. Poſtquam verò refectæ fuerint, tunc commode aliquid ſan-guinis emitti poterit, vt in diuturnis morbis vſu venire plerumque ſolet: inſpicere itaque opor-tet temperaturam, corporis habitum, ætatem & reliqua quæ diximus. In quibus omnibus quan-titatis menſuris vires non ſolum præſentes, ſed futuras æſtimare oportet: nam ociitanter præ-termiſſa huiuſmodi conſideratione ſolet ex cun-uenienti, iuxta præſentem ſtatum, ſanguinis de-tractione tam ſubitus inopinatuſque fieri virium lapſus, vt & laborantem & medicum perdat: Id quidē ob accidentia & caſus, quæ ſuperueniunt: quorum etiā medicus edisc[illegible] prouidentiam te-netur, nam quemadmodū vires, quales in morbi ſtatu deſideramus, conſiderare docet Hippoc. & iuxta id victum inſtituere: ita & ſanguinis detra-ctionem eadem lege metiri eſt neceſſum, ne vir-tus ſanguinis miſſione & accidentibus, quæ ſu-perueniunt, ante deficiat atq; hebeteſcat.

Sanguinis mittendi tempus a-ptiſsimum quodnam.

Tempus verò vacuationi aptum neceſſitas vr-gens & tolerans facultas præſcribunt, nulla ha-bita de morbi temporeratione: ſecus tes ſe habet in incrementis acceſſionum, in quibus nulla lege licet peruenæ ſectionem ſanguinem mittere: nā eo tempore vitioſi humores ab internis partibus, in quibus maius malum efficiunt, ad externas, à quibus facilè euaneſcunt, pelluntur. Quo fit, vt non liceat vena ſecta, huiuſmodi motū interdi-cere: ſat enim eſt, eo tempore ſcarificationibus v-ti. Verùm in doloribus contrarium ſemper licet efficere (ſecus tes ſe habet in expurgantis medi-camenti exhibitione, *vt ex Hippocrate conſtat*, qui tempus ob accidentibus immune ad expurgatio-nem præſcribit) nam in ipſa doloris vehementia expedit ſanguinem detrahere. Ratio quidē eſt,

quia in his, quod vtile eſt ex humoribus, truditur à partibus, quibus neceſſarium erat ad propr[illegible] alimentum, tran[illegible]ntur que ad pa[illegible] bus vehemen[illegible] [illegible]tores concitat dolores. [illegible] nunc ſ[illegible] [illegible] in vehementia do[illegible] ſan-guinem oportet extr[illegible]here. Itaq. cu[illegible] [illegible] terat, *ſanguinem poſſe extrahi, & vrſq, ad vigeſimū autem, & qualibet hora diei, aut noctu*: cum huc [illegible] & [illegible] omnibus corporibus & affectibus iuxta leges ad ductas tempus idoneum exequere oportet, quę omnia in conſilio huius capitis lat[illegible] & clar[illegible] reperies: nam intempeſtiua ſanguinis detractio ſpiritum ſimul cum illo exhaurit, calo[illegible]m nati-uum eripit, principes aute [illegible] [illegible] pa[illegible]te, adeo refrigerat, & torpidas efficit, vt p[illegible] [illegible]tias actio-nes obire nequeant; vnde crudi[illegible] [illegible] malus cor-poris habitus, aqua inter cutem, al[illegible] in-commoda ſubſequuntur, quod pl[illegible] med[illegible] [illegible]pe-riti ignorantia, m[illegible] os ex ſanguinis miſſione in mortis diſcrimen deduxerunt.

Sectionis [illegible] [illegible] [illegible] modo.

Præter has autem [illegible] ſanguinis indicationes ſupereſt adhuc co[illegible]ſiderare, *an ſemel tantum liceat ſanguinem mittere, an iterato conueniat eum extrahere?* Quod docet Galenus conſid. artis conſtituentia & tolerantia, [illegible] præſentia eiuſdem neceſſitatis, cui non ſatisfactum eſt ſemel ſanguine miſſo. Sed partiri vacuationes & per epicraſin afficere, ſæpè magni eſt momenti: præſ[illegible] [illegible] vbi aut vires periclitantur, ſicut in debilibus & conualeſcen-tibus, & his qui recidiuam patiuntur, aut in qui-bus animi deliquium veremur. Pari ratione in angina, difficili reſpiratione aut quauis alia ſuf-focatione: namque in his nil profectò eſſet dete-rius, citius enim ob id ſuffocarētur, ſi conſertim ſanguis extraheretur, aut vltimo [illegible] [illegible]ticulari, affectibus, vt tantum quod in particula vagatur, aut ad ipſam conſluit, quod proprium eſt, citra totius noxam extrahatur. Nam particulares eua-cuationes cauſſam potius ex ipſis locus affectis e-lidunt: cumulata enim vniuerſimq; facta vacua-tio, animi defectionem excitat. Quamobrem tu-tiſſimū eſt, in huiuſmodi affectibus, licet ſui na-tura maturem expoſcant vacuationem, eandem partiri: & ob id, quod directius à parte trahitur, ſelecta decenti vena, & quia citra periculum ani-mi deliquium fit: itaq; in laterum & aliarum partiū inflammationibus, quorum materia è vaſis ad locum aliquem confluit, iteratio detractionis v-tilis et in diem poſterū, vel etiam vltra differtur. Vt materia vitioſa interim ex affecta ſede in ve-nas exhauſtas ſubeat: quam inde repetita ſangui-nis miſſio promtius eripiet: eoq; illa omittenda non eſt, etiamſi dolores conquieuerint: quod et fieri eſt neceſſum virium reparandarum gratia, in tumoribus verò & bubonibus peſtilentib. rei-teranda quidem ſanguinis detractio eſt, non cra-ſtinanda, ne virulenta contagio venis diutius in-hæreat. Supereſt etiam adhuc in huiuſmodi in-dicatione ſcrupulus, nimirum, *an vbi reiteratione ſanguinis opus eſt, venæ ſectio ſecunda copioſior eſſe debeat.* Nam videtur, quarto de *ſanit. tuend.* Gal. ſecun-dam copioſiorem efficere: libro autem *de vena ſectione* in reiteratione dimidium adiicere iubet: dictio certè amphibologica, ex qua multum intel-ligunt eſſe vacuandum dimidium reſpectu prio-ris: ego verò intelligo Gal. voluiſſe, ſupra prio-rem quantitatem adiiciendum eſſe dimidium,

Reiteratio-nem mitté[illegible] ſanguinis quid indi-cet.

Sanguinis detractionis partitionem quid indi-cet.

Detractio ſanguinis an prima co-pioſior eſſe debeat.

nimirum prima vice sex vncias esse extrahendas, secunda vero nouem, quamquã aduersus me est Gal. *libr. 1. de ven. sect.* 17 qui prima detractione tres libras extraxit, deinde post horam libram vnam: sed illic res vrgens, vt arbitror, coegit priore sectione plus detrahere. Res tamen hoc modo venit expendenda, nimirum quod vbi nihil impedit, & necessitas plurimum nõ vrget, tutius est à pauca incipere quantitate: præsertim vbi vires ægri non habemus expertas: ceterum vbi eas cognouerimus, & ipsæ consenserint, vrgente necessitate, plus oportet in prima vice extrahere, non obstante Galen. dicto, quæ præcipit secunda detractione dimidium addere.

Arteriarum sectiones, quando, quibus locis, & in quib. morbis fieri debeant.

G Pauci hoc tempore arterias scindunt, quod non admodum conspicuæ sint, neq; facilè sit illas consequi, verũ tamen in temporibus frequenter secari solent, vt calidæ acresq; *oculorum fluxiones* inhibeantur: iuxta aures item secantur *in vertigine, & diuturnis capitis doloribus*, præsertim ex calida & spirituosa caussa: in aliis etiam *capitis inueteratis affectibus*, & in *rubore faciei*. Arteria item, quę inter pollicem & indicem sita est, rumditur in *diuturnis laterum doloribus*, inter viscera & diaphragma positis. Quæ iuxta malleolũ sunt arteriæ, se-

80 A cantur etiam in *vetustis coxendicis doloribus*. Monendus tamen hoc loco lector est, vt eas (si quando vsu venerit) resecet arterias, quæ è directo sunt sedis affectæ: dummodo ex minimis sint: grandes enim secare arterias pertimescendum omnino est. Ego tamen in omnibus his & aliis affectibus tantum arterias secarem, in quibus diuturnus reperitur dolor, isque pulsatorius, nam hæc est vera huius auxilii indicatio, in aliis verò, aut minus tutum, aut parum vtile existimo. Quas si opus fuerit, ferro candenti tutius est diuidere, aliter enim periclitatur incompescibili fluxione laborans. Neque silentio prætereundum est, hac in parte non licere chirurgis in arteriarum vstione his, quæ escharam protinus auferant (*vt in aliis vstionibus*) vti, antequam ex toto coalescant arteriarum foramina: nam butyro & aliis, quæ hunc vsum præstant, facile eschara dilabitur, ante arteriarum reclusionem, & sanguis ineuitabiliter profluit. Cauendum igitur est tanquam à maiori malo.

Cautio chirurgorum.

B Tanti est momenti in re medica cucurbitarum scarificatio, vt sæpè locum sanguinis missionis vniliter adimpleat: quo quidem frequentius Itali in febribus & multis aliis affectibus vtuntur loco vacuationis, quæ per venæ scissionem molitur. Nam vbi corpus imbecille est, tempus've scissionem venæ renuit, aut symptoma aliquod eam interdicit, vel dum corpus vacuatũ iam est, miro modo, quod superest, aut morbum efficit, minuit. Reuellit etiam ad longissimas & distantes corporis partes: trahit item ab altis abditisque corporis sedibus ad extimam cutim: sanguinis eruptiones cohibere valet, menses item mouere & leniare, ac resiccare fluxiones. Cum hoc tamen non desunt, qui in febribus vereantur eo v- [illegible] maiorem posse concitare calorẽ attractionis vi: ego tamen existimo ob eandem caussam magis in febribus præstare beneficium: nam calorem & fuliginosa excrementa ab interioribus partibus ad extimas euocant. Eo igitur fit, vt partes interiores facilius euentari possint, ac

Scarificatio per cucurbitas quando & in quibus morbis adhibenda.

C

maximum inde suscipient præsidium. Sic in malignis febribus, præsertim in his, in quibus in cute maculæ apparent, vnicum est præsidium: nam cum maior ferè curationis pars in huiusmodi consistat, in extinctione venenosorum spirituũ, in correctioneve, aut extractione ad extimas partes, hæc vltima solum perficitur hoc præstantissimo auxilio: præsertim dum è regione cordis in dorso adhibentur: sicuti dum caput periclitatur delirio, aut phrenitide, propè ceruicem, aut in brachiis iuxta humerum. Itaq; tam est tutum & vtile hoc præsidium, vt dum à toto vacuare intẽdimus, corpore existente debili, aut aliter vacuato, deriuareve, aut à parte affecta aliquid extrahere, eo vtimur. Quæ omnia simul præstare nequit ex aliis auxiliis vllum, siquidem aut maiori virium dispendio, aut minus tutum, quodvis suum præstat munus, vt experientia constat, vena scissa, aut vtcunq; sanguine extracto, expulsiue medicamento exhibito.

Maculatis malignis vnicum præsidium scarificatio.

D Rectam tandem vtendi rationem eleganti quadam sententia primus omnium docuerat Hipp. *libr. de med.* dicens: *Cucurbitarũ porrò duo modi commodi exsistunt. Quando enim fluxus procul ab apparente carne compactus fuerit, circulum ipsius breuem esse oportet, ipsamq; non ventrosam, sed prolixam, parte ad manum vrgente, non grauem, quę enim talis est, in directum trahet, & serosos humores separatos ac distantes probe ad carnem attrahet, maiore autem dolore per carnem disperso: in reliquis quidem consimilem cucurbitam esse oportet, sed circulũ magnum: sic enim e pluribus partibus id, quod dolorem facit, educere comperies ad locum conuenientem: neq; enim magnum esse circulum putant, si non e pluribus locis caro comprehendatur ac contrahatur. At si grauis sit, ad supernos locos repit, inferne autem magis detractionem facit, vt sæpe morbi relinquantur. Lati itaque circuli vna cum incumbentibus fluxionibus, & longè distantibus à supernis locis, multa simul attrahunt de alia carne. Contingit igitur, humiditatem inde detractam appositi collectã inferne sub cucurbita serosi humoris, & quæ quidem infestant, relinqui: quæ vero nihil molestant, detrahi. Magnitudinem porrò cucurbitæ, quæ commoda sit iuxta corporis partes, quibus admouere oportuerit, coniectare oportet. Vbi verò scarificationem subter cucurbitam adhibere velis, sanguinem scarificandorum locorum conspicuum esse oportet, alias neque circulum attrahit scarificare ac percundere oportet: debilior enim est caro loci dolore affecti. Scalpris autem incuruis in summo non valde angustis vtendum est, aliquando enim serosi ac sanguinosi humores, viscosi ac crassi veniunt: periculum igitur est, ne in fissuris subsistẽt, vbi arcta fuerint incussa.* Quam quidem sententiam placuit ad verbum transferre, vt quis intelligat, quanta solertia Hippoc. docuerit vsum huius præstantissimi auxilii.

Cucurbita quanta esse debet.

E

Scalpra.

Leuis itaque cucurbitula inflationes discutit, distillationes quippe in stomachum suspendit, sanguinem attrahit, & profluentem rursus sistit, obiectis partibus admota, *vt inquit Paulus lib. 6. ca. 41.* dum scarificationi adhibetur, efficaciorem caussis perspiratum præbet, sensibiliter ex alto ea, quæ nocent, alliciens, quippe non modo sanguinem, sed alios quoq; humores vacuat.

Cucurbitulæ leuis vires.

F Cauere tamen oportet, ne propè mammillas grandis cucurbitula applicetur: nam elapsæ cucurbitulas nonnunquam mammæ & inturgescentes vehementer haud facilè ipsas relinquunt. Vtitur etiam cucurbitulis Auicenna *lib. 1. fen. 4. c. 21.* non

Cucurbitula grandis mammillis non affigenda.

citra

citra magnam rationẽ loco sanguinis missionis, & in quibusdam particularibus affectibus, quos ipse recenset & curat hoc potissimum præsidio. Non desunt quoque, qui in ea anginæ specie, quæ ex colli vertebra initio luxata suboritur, cucurbitis etiam vtantur, credentes luxatam vertebram posse trahi cucurbitarũ tractione: quod expresse damnauerat Hippocrates *libr. de articulis*, his verbis: *Quin etsi magnæ cucurbitæ affigantur, attractionis nimirum gratia, verticulorum intro repentium, magno hoc mentis errore contingit: propellunt enim magis quam attrahunt, & neq; hoc animaduertunt hi, qui ipsas affigunt. Quanto enim magis ipsas quis adegit, tanto magis repandi sunt hi, quibus affiguntur, cute simul sursum coarctata:* quamobrẽ ablegandas esse huiusmodi curationes censeo. Præterea scarificationibus vtimur, vbi corruptus & vitiosus sanguis in parte aliqua inflammata post venæ incisionẽ remanserit, aut in alio quodam tumore naturæ molestus superfuit, vt *scyrrho, gangræna, sphacelo*, & similibus inhærescit: siue is venã distendat copia, siue acrimonia excruciet: atq; in his non antea hoc genus detractionis tentandum est, quam fluxio iam constiterit, & aluus fuerit demolita.

Scarificatio- nis vsus in angina.

G

In corrupto sanguine.

81 A

## Consilium circa Sanguinis detractionem.

CVm ingenium non sit in rebus necessariis, neq; in his, quorum notitia casualiter se habet: sed in his, circa quæ consilium versatur & prudentia, atque hæc sit apprehensio agendorũ & non agendorum, necessum est, in rebus, quæ aliter accidere possunt, prudentia & maturo cõsilio prius quid agere aut non agere expediat metiri: etsi non certa ratione, saltem coniectura quadam artificiosa veritati propinqua: siquidem ars medica de his est, quorum euentus sæpè fallere solent: non quidem ex artis principiis, sed ex varia ingeniorum conditione. Qua quidem ratione nun[illegible] st nosse, sanguinis detractionem morborum omnium, quicunque ex sanguinis affluentia & vbertate, vel ex quauis illius eruptione ortum acceperunt, propriam conuenientemque medelam esse, siue præsentes hi sint, siue duntaxat immineant. Sed expendisse adhuc decet, multos superesse affectus, in quibus venam incidere, & vtile est & necessarium: namque solũ morbi magnitudinem inspicere, aut sanguinis copiam, non carere calumnia & periculo, semper mihi persuasum habui. Fit itaque, vt necessum sit, & caussarum & symptomatũ (*quæ morbis indissolubili nexu perpetuo adhærent*) vim atq; impetũ diligenter inspicere: est namque, vbi tria hæc in vnum idemq; vacuandi genus coeant: est vbi disiunctissimam maximeque diuersam exinaniendi rationem exposcant. In quo quidem rerum statu necessum est vrgentiori animum adiicere, & in illius expulsione omnem operam locare. Quocirca periculi rationes ferunt, vt alias caussæ, alias symptomati opem feramus.

Venæ incisio morborum propria medela.

B

In primis quidem expendisse decet, *an sanguis mittendus sit, viribus languidis exsistentibus*: Quam difficultatem, præterea, quæ paulò antea diximus, subdistinctione dirimendam esse censeo: nam aut humores Redundant, aut Moderati exsistunt, his quidem minimè licet sanguinem mittere, illis verò quamuis neq; vasa distendere, neque dirumpere, neq; calorem natiuum obruere possunt, tamen quia vires imbecillas pr[illegible]unt, venæ apertione tantum minui ex his potest, vt id quod reliquum manet, natura facilè dominetur, ne quis forsan humor putrescat corrumpaturque. Atq; licet ho[illegible] sit auctorũ decretum, tutius tamen extrahetur, quod superat (*nisi morbus fuerit admodum vehemens*), abstinentia, & ciborum parsimonia. Dubitatur præterea, *an sanguis mittendus sit, cum copia non adest*. Citra dubio dicimus, eodẽ modo debere fieri, si ille quacunq; de caussa in partem decumbat, aut si quis fauces difficultate spiritus strangulet, si voce subito supprimat, si ex superiore parte aliquis deciderit, si contusus sit, si ex aliquo subito casu sanguinem vomat, si ruptum aliquid intus atq; collisum sit, si intolerabilis dolor aut ardor similiaq; infestent. At si exigua quidẽ humorum collectio affligat, abstinentia & exercitio moderato, melius quam sanguinis missione id perficitur.

Sanguis an mittendus viribus languidis exsistentibus.

C

An mittendus cum copia non adest.

D

Præterea dolendum profectò est, quot viros, quantumq; eruditas fefellerit, plenitudinis aut magni morbi absentia: qui quidem posthabitis caussa & symptomate, in grauiora pericula maluerunt prius laborãtes permittere delabi, quã aduersus leges sibi statutas sanguinem mittere: Qua ratione, attento animo, totumque viribus expendere oportet, ne nimia audacia temeritateve, sanguine frustra misso, laborãtes inaniamus: aut præter rationem trepidantes, plurimos hoc auxilio destitutos perdamus. Namq; inspecta caussa in quibusdam morbis (quos medicorũ vulgus sanguine misso curari nititur) venã scindere, pertimescendũ est, vt videre licet in tertiana exquisita, quam aut bilis flauæ eductione, aut alteratione, curare docuit Gal. *lib. 1. ad Glauc.* cum hoc tamen morbi ratione, ex vsu est sanguinem mittere nimirum quatenus ventilationem præstat, quamobrem parce mittendus est. Contrà tamen fieri expedit in frigido morbo, in quo solius caussæ gratia venam incidimus. Qua ratione siue in tremore, siue in aqua inter cutẽ, siue in alio quouis frigido affectu, in viro ex hæmorrhoidũ suppressione, aut in fœmina, ex menstruis detentis oborto, citra controuersiam sanguinẽ extrahere expediet, dum præsens adhuc caussa fuerit, hærensq; in venis sanguinis copia, à quo affectus ipse quamuis frigidus foueatur: atq; id audacius quidem in vini potoribus. Quod si affectus iam factus fuisset, nulla ratione fieri id esset tutum: nam eo tempore aut morbũ augeret, aut calorẽ (vnicũ horum morborum præsidium) minueret. Dysentericũ etiam aut lientericũ alui profluuiũ cohibuit sæpè cubiti dextri vena secta, præsertim cum caussa in iecore præsit, à quo calidiore facto bilis effusa ventriculum aut in coctione interturbat, aut ad deiiciendum lacessit. Nonnunquam item magna adeo vi symptomata vrget, vt tum morbo, tum caussa prætermissis, ipsius tantum gratia venam tundamus, quod apertè conspicitur, cum ruptis, aut exesis venis, sanguis per nares, per vterum aut quoduis aliud corporis foramen immodice prorumpit, sicuti & in cruentis sputis, quemadmodum etiam in febribus ardentissimis cum sitis præest, æstusque vehemens, aut vigiliæ ægrotantem affligunt, etiamsi nulla plenitudinis, sed sanguinis pauci aut impuri nota exsistat,

Sanguis mittitur indicatione sumpta aliquando à morbo, aliquando à caussa.

E

Aliquando à symptomatibus.

F

exsistat, sanguinem mittimus: vt inde compresso ardore, atq; restincto, symptomatum sæuitia mitescat. Ad id etiam nos cogunt acerbi dolores, respirandi difficultates, & huiusmodi accidentia, quibus iuuamenti gratia sanguinis detractione mederi licet. Verùm ne quis iis, quæ diximus, licentiosior plus iusto factus, intrepide in omnibus symptomatis audacter sanguinem extrahat, etiamsi sæuissima sint, vt colicus dolor: attentius pensitet oportet, hoc præceptum semper esse verum, cum ex plenitudine initiũ sumserit symptoma: vel ex cacochymia, quæ nequeat medicamẽto purganti, ptius & conuenienter detrahi, aut ad contraria reuellere sit necessum. Itaq; vasorũ simplex cacochymia, quæ purgationi cessura nó est, vrgente symptomate secta vena demi potest, quæ quidem licet eo tempore viribus magis quã purgatio incommodet, ab impendenti periculo citius liberat. Duo tamẽ obstant tunc temporis, quo minus cacochymia facilè expurganti medicamento auferatur: vnum, cum corpus minimè ad purgationẽ expeditũ: alterum verò, cum humor longè distat à purgandi ductibus. Corpus n. tunc ineptum est purgationi, cum noxius humor crassior viscosiorq; fuerit, aut cum tanta iecoris, intestinorũ, venarumve obstructio adest, vt vix pateat via, per quã possit humor à venis per aluũ expurgari: tunc equidẽ venæ sectione agendum est, ne illic furore turgẽs humor in aliquam partem nobiliorem irruat, aut ibidem maius efficiat malum. Pari etiam lege, cum humor longè distat à communi emunctorio, venæ incisione nunc desiderat, vt dum frigidæ pituitæ distillatio, ex cerebro per ceruicem & humores, hincque in latus delabitur, & interiora aut exteriora permeans, grauissima symptomata ac penè suffocantia excitauerit, nulli dubium est, quin (*etiamsi humor frigidus sit*) secta vena eiusdem lateris à periculo vendicari ocyssime possit. Ac licet humori huic euacuando propria idoneaq; foret purgatio, partis tamen situs & venarum societas caussa est, quod venæ sectio tutius promtiusq; hæc mala caueat. Vlterius etiam expendere oportet, in *paralysi* (nisi incipiente) in *cruditate ventriculi*, in *hydrope* & huius census affectionibus etiamsi vehementissimæ sint, minimè licere sanguinem extrahere: neque in *torpida refrigeratione*, quam tantopere vulgus pertimescit, & Hippocrates primus omnium præcauet, *lib. de Coacis præno.* inquit enim: *Sanguinis detractio in perfrigeratione torpida mala est.* Namque frigidorum affectuum sæuitia potius purgatione, quam secta vena leuatur, præterquam quod ex illis sedibus nulla vena defertur, per quam humores noxii commode trahi, deriuarique possint.

Secundò animaduertisse oportet, *quo tempore fieri possit præseruans vacuatio*, quod pronunciauerat Hipp. *lib. 6. Aph. tex. 48.* his verbis: *Quibuscunq; vena sectio aut purgatio conuenit, hos verè vacuare expedit.* Ratio quidem potissima est, quia aeris temperamentum vacuationem feliciorem reddit: vires robustæ benè ferunt: hyems antecedens auxit humorum generationem, æstas sequens multò magis fusione replet: quare vna cautio in vacuatione per versita est. Ita si res non valdè vrgee, ver solum aptum est, si amplius vrget, etiam autumnus. Sed multò cautius agendum, maximè in sanguine mittendo: quæ omnia ita monstrantur: Temperamentum, licet nonnunquam etiam autumno concedatur, est tamen inæquale, & in solis actiuis: nam siccitate labitur à moderantia. Vires in autumno quibusdam infirmæ, præsertim in parũ abstinentibus, & victu intemperantibus: reliquis roborantur, sed secundo loco & minus quam in vere: quod Galen. *lib. 3 de cau. pul. c. 5. lib. 1. Aph. tex. 18. lib. 3. Aph. tex. 9.* mille in locis videtur confirmare. Itaq; ver sequitur plethora præ fusione: autumnum excipit diminutio humorum concretione. Ita apparet multis commoditatibus ver aptius esse vacuationi, autumnum ineptum. Accedit, quod humor est adustione crassus per autumnum, leui purganti nó cedit, à valido vritur magis & inflammatur: quod introrsum ex tempore vergit, extrorsum à medicamento retrahitur repugnante natura. Præterea medicamenti ope miscentis, si quid in corpore relictum est sanum & incolume, ex usti commercio vitiatur: fugienda his de caussis est per autumnum vacuatio, quia *incipiunt eo tempore humores per æstum vitiati intro repere in nobilia loca.* Quibus nõ obstantibus præstaret purgatione ad exteriora ignobiliaq; ciere, eo quod cõpatitur autumnus cacochymiæ morbis, in quibus vel opportunissima purgatio est: missionem verò sanguinis, exhaustis per æstatem, necdum in autumno reparatis, prohibet, & aëris inæqualitas offendens imbecillum corpus, & frigida & sicca temperatura sanguini aduersans. Vitanda igitur ambo, & magis missio sanguinis. Instante autem hyeme præcautioni per vacuationẽ nullus locus est, nisi fortè eo tempore morbus per interualla adoriatur: imminente enim accessione, commoda est per vacuationem reuulsio. Extollere etiam hac in parte decet, sed præcipuè in purgationibus consilium quorundã, nimirum exteriores morbos vere & æstate medicandos esse: internos verò hyeme & autumno: curare enim affectus oportet, quando vrgent, præcauere vbi nondum consistunt: sed in autumno consultissimum est, ne ante pluuiæ descensum vacuationem aggrediamur, vt deponatur humorum cruditas, & meatus purgatoriũ laxentur.

Præter hæc, quæ in vniuersum hucusque monuimus, in particularibus quibusdam affectibus nonnulla oportet perpendere, quæ aut necessaria, aut summopere vtilia fore existimamus, initio sumto ab ardenti febre, in qua vt necessarium est sanguinem mittere, ita summe est graue in eo delinquere. Inprimis nemo sane sine euidenti periculo *in acuta febre* huiusmodi præsidium prætermittet, cum hoc tamẽ id temere aggredi, grauius adhuc est: quapropter per febrem acutam, seu quemuis alium ex acutis affectum, sanguinẽ mittere paulò liberalius oportet: quia raro solẽt vires in his deesse: verum si morbi sæuitia, aliisve ex caussis, vires deiectæ fuerint, ab extrahendo sanguine abstinendum censeo. At vbi eædẽ afflictæ potius quam languidæ fuerint, attrito nimirum antiquo robore, nequaquam omittere sectionem decet: verum neque affatim, neq; multum vacuare licebit: sed iterato sanguinem detrahere, & vires interim reficere: interualla tamen hæc pro virium robore præfinire oportet. Tantum enim in hac re vires inspicere docuit Gal.

Sanguinis missione aliquando cacochymia curatur.

Quibus in casibus suppleat purgationis defectum.

In quibus non conueniat.

Sanguinis missio ad præcauendum quo tempore fieri debeat.

Autumnus vacuationi cur inimicus.

Præcautioni instante hyeme nullus locus.

Morbi interni & externi quando curandi.

Sanguinis missio qualiter & quãdo & quandiu in caussonide fieri debeat.

An competat viribus deficientibus.

Galvi non dubitarit, vbi aut deficiunt, aut ferre huiusmodi auxilium nequeunt, proferre (*contrarium aſſerente Celſo, qui anceps potius experiri docet oportere auxilium, quam nullum*) parcendum ſemper remedus eſſe, quæ & vitæ cuſtodes vires delent, & medico propriæ ſortis dedecus & calumniamq; conciliãt. Cum hoc tamen Celſi ſententia in neruorum reſolutione, & ſubita vocis priuatione, & aliis grauiſſimis affectibus, in quibus nulla ſupereſt, niſi ſanguine miſſo, ſpes certa & inuiolabilis manet, iuxta Aëtii conſilium, qui in deſperatis vſque ad experimentum iubet procedere. Verum in ſanguinis miſſione haud ita libere ſubaudire oportet huiuſmodi præcepta, vtpote quæ maximum inferat vitæ theſauri diſpendium. Sed monere hac in parte lectorem oportet, quas vires inſpicere teneamur ad ſanguinis detractionem, *animaleſne, an vitales, an naturales*: ſiquidem quæuis ſuam expoſtulat cuſtodiam, ſuam etiam rerum vacuationis quantitatem. Atqui ne in graui hoc dubio inutile quicquam miſcere videar, mõſtrabo breuiter, quæ vſui proficua fore viſa ſunt. In omnibus quidẽ euacuationibus inſpicere oportet, quę facultas morbum ſit debellatura ſine ſua pernicie, vt eius robore ſeruato ea munus facilius conſequatur, cauẽtes, ne immodicis & inordinatis vacuationibus vis illius facultatis, cuius in eo morbo



A opus eſt, ſuccumbat, ita vt deinceps non poſſit cum morbo perdurare. Sic in euacuationibus, quas in *acutis febribus* vtiles eſſe ſperamus, vitalis roboris firmitudinem attento animo inſpicere & tueri oportet: quod ſi conſtiterit, confidentius ſanguis extrahi poteſt, ſin aliter, iuxta leges, quas nuper diximus. Acutæ enim febres, vtpote quæ exiguo tempore magna vehementia corpus oppugnant, & maximis vacuationibus finiuntur, robur ſpirituum vitalium maximè proſternunt: quo fit, vt id maximè requirant. Nam licet hi morbi, veluti & ferè oẽs acuti, maximè coctione finiantur, verũ quia id natura breui tempore ſuffectura eſt, ob id poſthabita eius indicatione, (quia qualiſcunq; fuerit, breui tempore pugnare ſufficiet) in his vitale robur inſpicimus, ne crebris vacuationibus & magno ſanguinis diſpendio ſpiritus vitales ita diſſipentur, vt etiam apparente optima coctione animal intereat. In vetuſtis verò & diuturnis affectibus naturales vires

B potius inſpicere oportet: non quod hæ ſua ſponte quicquam ad vacuationem per ſanguinis miſſionem habeant præſtare, ſed quod tantum vitale robur ſeruare oportet, quantum naturam cum morbo pugnaturam cognouerimus. Atqui cum in morbis diuturnis longum texat natura certamẽ, tanto minus ſanguinis extrahere oportet, quando natura longius habet iter, ne defectu vitalis roboris, quod à principio morbi largam ſanguinis detractionem optime tolerauit, laborans in medio deficiat: namque vires in morbis diuturnis non ſunt inſpiciendæ, quales præſentes ſunt, ſed quales futuræ. Ob id igitur in diuturnorum morborum principiis non tantũ ſanguinis extrahere oportet, quantum vires tolerare poſſe conſtiterit, ſed quantum tardas coctiones permittere viſum fuerit. At in omnibus aliis morbis, in quibus omnes facultates aliquid ad morbi propulſionẽ efficere conſtat, omnes conſulere oportet ad ſanguinis detractionem, vt in

*Vinum no mine in miſſione ſanguinis quæ intelligantur.*

*Vires in miſſione ſanguinis inſpiciendæ non præſentes, ſed quales futuræ.*

pleuritide quotidiana monſtratur experientia: quæ vitale robur ad ſuſtinendam huiuſmodi vacuationem propter grauiſſimos dolores, & maximum ſpirituum vitalium diſpendium deſide

C rat: naturale quidem ad coctionẽ, diſcuſſionemque materiæ intra pleuram contentæ: animale verò ad eiuſdem expulſionem: cuius quidem defectu non minus periclitatur laborans, quam deficiente præſtantiore. Atque licet Galen. ſolius vitalis virtutis ad ſanguinis detractionẽ memincrit, eo quod ea cuſtodita fere incolumes reliquę ſuperſint, & ea deiecta omnes facile collabãtur, ob id, quod ex calore naturali (*cuius fons & origo, mediantibus ſpiritibus vitalibus, cor eſt*) omnes ſuum recipiant ſtabilimentum & robur: cum hoc tamen pro cuiuſq; morbi differentia ſingulas vires inſpicere oportet, ne poſtea ſibi & illis ſufficere nequeat vitale robur.

In quartanis verò ſcoribus expreſſe Auic. fatetur ſanguinis miſſionem prodeſſe, ea quod humores trahantur ad corporis exteriora: nam ſuſpicatur, humores in eo affectu redundantes in

D primis venis ineſſe, & ex venæ ſectione vltra recur duci: quod quidem non eſt admodum à ratione alienum. Et Fernelio viro doctiſſimo adeo hoc placitum arridet, vt omnes intermittentes febres in prima regione cauſſam habere fateatur: & ob id in illis venæ ſectionem ſemper eſſe neceſſariam refert: Ego tamen cenſeo, ſanguinis miſſionem plerumque eſſe in quartanis neceſſariam. Rationem autem Fernelii non probo, ſiquidem ratio acceſſionum in febribus interpollaris ea eſt potiſſima, nimirum quia trudit natura humores noxios extra vaſa: non igitur neceſſum eſt, ad medelam harum febrium eos ad maiora vaſa deferre: ſiquidem conectabile eſt, naturam deinceps plures facturam acceſſiones, quare alia ratione credendum eſt, ſanguinis miſſionem prodeſſe quartanis.

*Sanguinis miſſio qualiter fieri debeat in quartanis.*

E Non eſt etiam minoris momenti noſſe, *qua morbi parte ſeu occaſione liceat ſanguinem in febribus extrahere.* Atqui licet variæ ſint in hac re ſententię, nos tamẽ breuitati conſulentes, & innitentes ſolum veritati, aſſerimus: In acutis febrib. tutiſſimũ eſſe conſiliũ primis diebus ſanguinẽ mittere, ante videlicet quã natura moueat, concoquat, conficiatq; humores ipſos: ac eſſe ẽt alienũ à ratione ingraueſcentib. ſymptomatis, properãteq; morbo ad indicationem, ſanguinẽ extrahere: vt timidis quibuſdã medicis paſſim contingit, qui perterriti ſymptomatum vehementia, decepti q; vrinæ colore, ignorantes id eſſe ex naturæ pugna cũ morbo, ortum ſanguinẽ eo tempore extrahunt, non ſine magno laborantium diſpendio. Quapropter neceſſium eſt, *protinus ſanguinẽ mittere*, incipiente nimirum morbo ante, quam critica accidentia ſuperueniant. Quod ſi id ea ratione fieri nequit, aut ob alias cauſſas, quas conſulto prætereo, tranſactis primis diebus nõ ſemper ſuperſedendum eſt à ſanguinis miſſione, niſi dũ criticę

F vacuationes inſtãt, quæ etſi maxima adduxerint ſymptomata, maximoſq; labores, non ob id cogere nos debent ad ſanguinis detractionem, etiamſi antea miſſus non fuerit, aut vrina rubicundior apparuerit. In aliis verò accidentib. & in aliis morbi temporib. alienũ eſt ab omni ratione, à ſanguinis miſſione ſuperſedere. Ratio hæc eſt

*Sanguinis miſſio in qua parte morbi fieri debeat.*

*A ſanguinis miſſione quando ſuperſedendũ.*

noviſſi-

potissima, quia eo tempore natura, etsi materiam aggrediatur, pugnamq; cũ morbo ineat, nequit tamen aut proficere, aut optimè morbũ soluere, præ nimio onere pressa: quod sane onus, quouis tempore sit, tutius est deponere, quam sinere laborantem misere in perniciem tendere: præsertim cũ quod sanguinis superest, nec potu aquæ, nec expurganti medicamento, neq; quouis alio auxilio auferri potest. Monstrat enim quotidiana experientia, leuatam hoc onere naturã, promptius quam antea nequiuerat, coctioné conficere, vrinam mutare, pulsum ex intermittenti in continuum & ordinatum vertere, & tandem veluti sopitam, iam in lucem suum opos præstantius edere. Quapropter non immerito dixit Gal. *lib. de sang. miss. c. 10. vsq, ad 10. diem sanguinem licere extrahere*: quod quidem præceptum non minus in acutis & continuis febribus, quam io diuturnis & interpolatis, ipsa rei ratio intelligere docet, licet tutius sit primis dieb. id efficere. Verum necessitas deonerandi naturã cogit nos potius id aggredi extra debitum tempus, quã timor turbationis naturæ retrahat à necessaria vacuatione. Maius enim periculũ imminet ex effræni plenitudine in acutis morbis, quos cito breuiq; tempore finituros speramus, tusi protinus auferatur, etiamsi paulò tardius debitu sit, quam naturæ turbatio, quæ ex sanguinis missione intempestiua oriri pôt. Quapropter posthabito rustico timore, dũ recrudescere vrinã præ nimia plenitudine cognoscimus, pulsum intercidere, respirationé citatam esse, præsertim non pręgressa sufficienti vacuatione, audacter oportet sanguinem mittere, iuxta Gal. *lib. de Ar. cura ad Cla.* celebratissimum illud præceptum, *qui constantibus viribus & exposcente necessitate, citra dubitationem eum extrahit.* Nam qua ratione cruditas & ventriculi exacutus sensus, & alia pleraq; sanguinis missioné remorantur, & ars in his casibus permittit eã fieri adulto iam morbo: non capit intellectus, qua ratione, dum ob aliquod aliud inconueniens prætermissum fuit debitum vacuationis tempus, mitti deinceps non possit: præsertim cum maius sæpè immineat periculum, morbus perperam in principio curatus. quã hi, qui ob iustam caussam poscunt procrastinatam sanguinis missionem, ob id præsentibus, aut instantibus criticis accidentibus sanguinem non mittes: in aliis verò temporibus, aut accidentibus, poscente vsu, & facultate consentiente, libere id facies. In reliquis verò affectibus, sat est inspicere & robur, & venarum plenitudinem, aut periculi imminentiam. Sic in interpolatis febribus, quouis tempore mitti sanguis potest; præterquam in duplici tertiana, in cuius principio id fieri necessum esse docet Galenus: quia his febribus frequenter comes it plenitudo, ac ne vires onere deficiant, vt quæ diu sunt cum morbo pugnaturæ, mox à principio sanguinem extrahere tutius est: licet temporis tractu id secundo efficere, non sit ab re: quin potius sæpè vtilius est, præsertim dum malum ex crudis humoribus ortum dixit: quos in morbi processu natura fortasse in sanguinem mutauit. Qua potissimum ratione, in pituitosis febribus à principio sanguinem mittere non oportet: nam quo morbus à principio recedit, & coctionem suscepit, quod cogitur & superatur, venas irruit, & plenitudinis sæpè in medio morbi est caussa: quapropter eo tempore commodius ea deponitur, quam in principio, vbi crudorum humorum copia corpus inundat.

Sanguinis mittendi quantum iuuamen.

G

Sanguinis tuto mittẽdi nota.

84 A

Sanguis in qua febre quouis tempore mitti possit.

B

Impertiuit etiam suã gratiam hoc salubre pręsidium *siccam tussim patientibus*, (quod difficile videtur) verum non omnibus, sed iis tantum, qui ex testium affectu, aut inflammatione, aut inguinum tumoribus tussiunt: quod egregie docuerat Hipp. *lib. 4. popu. text. vlt.* dicens: *Tussim siccam tussire, qui testes affectos habent, & ex tussi, vena secta, ad testes solutio fit, & inflammati tussiunt, & in febribus ex inguinum tumoribus insuper tussiunt.* Itaque tanta est inter has partes communio, vt hoc fieri posse ex professo idem Hipp. *lib. Pop. part. 1.* fateatur, dicens: *Neq; tusses diuturnæ, quoniam vbi testis intumuit, cessant: & testis tumor à tussi cessat, & allenatur.* Quæ res commonefacit nos communionis pectorum, mammarum, genituræ, vocis. Fallopius verò huius communionis venas adinuenit: quarum vna à vena sine coniuge apertè ad renes deueniebat. altera ad hepar descendebat, quæ inflatæ calamo facile percipiebantur. Ita ex natura sumta indicatione, quæ huiusmodi permutationes solet efficere, constat, in tussientibus tutum esse sanguinem mittere ex venis alicui prædictarum partium communibus.

Sanguinis missio tussientibus qualiter prosit.

C

In nephritide quidem, siue ex calculo, siue ex renũ inflammatione prodeat, nunc ex talo, nunc verò ex brachio, venã tundere docet Gal. Quod suspicor dictum esse, quia incipiente affectu, aut in præcautione, probabilius est, per venam cauã ad affectam, aut afficiendam partem, quam per aliam delabi humores: quo fit, vt etiamsi Galen. renes ambigere dicar, nihilominus tñ sunt quidam affectus, aut certæ quædam corporis dispositiones, quibus potius medemur sanguine misso ex brachiu (*plenitudinis auferendæ gratia*) vt recentibus inflammationibus, & aliis huiusmodi affectibus. Aliæ verò sunt, quibus ex talo sanguine misso, promtius sequitur commodum, veluti inueteratis iam & adhærentibus humoribus, deriuationis præsertim gratia. Sed dicet fortasse aliquis: *Quem vsum præstare potest vena ex talo scissa in nephritico ex Lapidis dolore?* Cui dicimus id esse vtile, quia euacuato sanguine ex venis, renibus & vreteribus vicinis, apertior superest locus lapidi expellendo.

D

Sanguinis missio in nephritide ex qua parte sumi debeat.

Vena tali scissa quem vsum præstet nephriticis.

In vrinæ difficultate venam secare interiorem apertè Hipp. *lib. 6. Aph. text. 36.* præcipit. Ex quo loco duplex oritur dubitatio: Altera quidem *an ex brachio fieri debeat*: altera verò quorsum potius ab interna, quam externa pedis vena? In qua quidem re ego vtrumque verum esse existimo, nimirum existente totius plenitudine, ex brachio prius esse sanguinem mittendum: Quo quidem facto, aut absente plenitudine, ob rationes à me sæpius adductas, satius est ex venis tali sanguiné mittere. Iubet tamen ex interna potius, quam ex externa sanguinem mittere, etiamsi vtraq; vena ab eodem trunco originem ducat: (qua ratione Gal. suspicatur sententiam illam non esse Hipp.) quia licet Galen. contendat, ratione sumta ex anatome, nihil referre, hanc aut illam secare, experimentum docet non esse parem vsum sectionis ambarum. Nã etiamsi ab vnico trunco vtraque prodeat, cum hoc tamé malleolus externus

E

Sanguinis missio ex qua parte in vrinæ difficultate fieri debeat.

maio-

... habe... coxendice ... ternus & ... cum vtero ... ob tenues ... propag... anes sunt co... & externæ ... venæ. Quod ... m in interna ... a vtero affecto eodem modo contigit. Et ob id in morbis ... secamus venam internam malleolorum, & in morbis ... ad ... externam. Qua ratione dixit optime Auic. *Fen.22. 3.lib. Ad coxendicum dolores conferre missionem sanguinis de vena sciatica, quæ externa est.* Et alibi rationem subdens *lib.1.Fen.4.c.de Phlebotomia*, inquit: *Et ratio quidem facit oportere, vt sciatica & saphena simul exsistant iuuamentis, sed experimentum ... facit, vt operatio sciatica plurimum conueniat dolori sciæ, ficute si hoc esset debitum.* Itaq; in vesicæ affectibus non plurimum præualente plenitudine, ex interna tali vena sanguinem mittere est necessum, vt in vteri affectionibus. Non tamen in quouis vesicæ affectu, aut in lapide eius, sed vbi aut ardor, aut inflammatio, aut quiuis alius humoris defluxus ad ipsam repit, cui necessum sit sanguinē demere (enamsi in toto non abundet) aut partem refrigerare, aut quosuis alios humores deriuare.

G In mensium vero suppressione magnifeci semper illud Aetii consilium, quo iubet, sanguinem prius ex brachio, quam ex talo mittere. Quod esse intelligendum censeo, non simpliciter & vt iacet, sed dum plenitudo obstructionis est causa. Quapropter expendere oportet, plenitudinem præstare duplicem indicationem; alteram dum plenitudo caussa est obstructionis & suppressionis mensiū: quo tempore tutissimū est consilium ad mensium prouocationem, sanguinem ex brachio mittere, vt pleoitudine deposita, etiā & obstructio auferatur, ac protinus menses fluant: Alteram vero dum obstructio aliqua meatuū, per quos mēses profluunt, impedit, quo minus fluat, & plenitudinis causa est, quo tempore, obstructioni medentes, & humori eidē patti inundāti, tutius est & vtilius, protinus sanguinē ex talo mittere, vt impetu delationis sanguinis, per infernas consuetasq; partes menses etiam profluant.

*Sanguinis missio in mensium suppressione ex qua parte fiat.*

85 A At sanguinis ab vtero inmodica profusione, nullo alio in loco vtiliusq; vena tunditur, quàm altera manuū, ea nempe, quam *saluatellam* appellamus: Nam cum reuellere tantū eo tempore sit in animo, eam venam lcindere oportet, quæ minori spirituum dispendio, & maiori habita cum præcipuo venarū trunco cōiunione, ad distantes partes citius reuellat; Nam grandes in hoc affectu venas aperire, haud tutum est. Verum dum

*Sanguinis missio in immodico mēstruo fluxu ex qua parte fiat.*

B ex huius immoderatæ vacuationis intempestiua suppressione morbus aliquis, aut plenitudo suboritur, ei quidē medebimur vena maiori aperta, nequaquā tamen in talo, ne euocato denuo immodico fluxu, malum maiori malo curemus.

In hæmorrhoidibus suppressis, vt quæ graues capitis affectus efficere minentur, ex talo tutissimum est, sanguinem mittere, euocato nimirum sanguine ad infernas partes, & retracto per diffitantes ab his, quæ affici solent, licet in robusto & valido corpore citra alicuius mali suspicionē, ex brachio sanguinem mittere, haud abs re fit, præsertim dum ex plenitudine tument, aut dolent. Sic in fluentibus immodice hæmorrhoidibus, sanguis ex altera saluatella missus, securum præstat auxilium.

*Sanguinis missio in hæmorrhoidibus ex qua parte fiat.*

Præ... silentio prætermi... man... gina & difficili respiratione parcissime esse sanguinem mittendum, ... licet affectus ... portem expostulet q... Ratio potissima ... penes ... anima deliq... quo nihil est in his affect... deterius. Quamobrē ... timemus, tutius est parce & per interualla sanguinem mittere, quam vnum fugientes periculum, in aliud grauius præcipitare.

*Sanguinis missio in angina & difficili respiratione.*

C Item monitos vel in huius loci lectores, ne roboris virium effigie decepti plus illi tribuant, quam pareat, & sucato innitentes fundamento, turpiter decipiantur: ac pusillo animo deuicti, ac timidiores iusto facti, necessarium auxilium, vires formidantes, prætermittant. Quapropter hoc esto de viribus firmū & inuiolabile præceptum, quod si validæ quidem hæ sunt, audacter mantionem aggredi liceat, si verò pusillæ & deiectæ, penitus nullam: Verùm si mediocritatem secutæ uerint, diminutam quidem, sed vtilem sustinent. Variat tamen viriū robur hominis temperamentum, habitus, ætas, anni tempus, regio, consuetudo victus prætermissa, vitæ genus mutatū, prægressa vacuatio, & accidentium sæuitia: Quapropter id quoq; aduertisse oportet: Nam si calidum temperamentum sit, cum partibus corporis humidis fluxibilibusque, quales in pueris & diuturno morbo confectis reperiuntur, parce quidem vacuari desiderat: Quod si calidum solidumque fuerit, quale athletarum corpus est, id omnium copiosæ vacuationi idoneum est. Verùm calide moderateque siccum, quod latas habet venas, liberalius, quam frigidum humidumque, aut frigidum & siccum inaniri potest, quia vtrumq; exiguas obtinet venas, & caloris parum. Sic quæ habitu sunt corpora denso, firmiori, ac pleno, liberaliter vacuationem sustinent: Quæ vero contrario constant, vt quæ tenuium sunt venarum, & pauci sanguinis, quàm fieri potest, minimum extrahi patiuntur. Cæterùm habitus fallacem quidem ad sanguinis missionē notam præbent, quapropter virium robur attentius inspicere oportet, & venas ipsas, à quibus melius, quam ex ipso corporis habitu virium robur elucescit. Id quidem docuit rimari Celsus. Nam si latæ fuerint venæ, in habitu etiam pingui, aut laborioso, facilius missionem sanguinis corpora ferunt: Sin vero tenues, quanquam gracilia sint, grauius id genus vacuationis ferunt.

*Sanguinis missio facta collatione inter vires & morbū qualiter fieri debeat.*

D

E Sic etiam per ætates considerare licet: Nam cuiq; suum robur est, suas quoque vires habet. Pueris enim propria inest naturæ vis haud exigua, quæ etsi fluxo raroque corpusculo indita, facile labascit, admittere tamen qualemcunq; sanguinis missionem potest, cauentes antiquorum vberrimas illas sanguinis detractiones. Robur namq; non absolute coniicere oportet, sed iuxta cuiusq; naturam & conditionem: Nam quod vni robur est, alis vt imbecillitas iudicatur: Quod vero in aliis languidum apparet, multis quidem firmissimum est robur. Quapropter in sanguinis detractionibus ad hæc respexisse oportet, & per tempora anni obseruare robur conuenit, *vt antea monuimus. Sic* per labores idem considerare oportet: Nā qui parsimonia vitæ vsi sunt, & multis sese laboribus atque solicitudinibus extorserunt, iis

*Sanguinis missio facta indicatione ab ætate & laboribus qualiter fieri debeat.*

[illegible] F Hippo[illegible] *de affectibus*, con[illegible] in biliosis sanguinem detrahere ex vena splenitide iuber, sicut etiam Galenus *lib. de sanguinis missione cap. 16.* Nam facilius li[illegible]n, securve refrigeratur, & minus e[illegible] nescit virium robur, si è directo membri affecti scissio fiat.

Sanguin. missio iuxta symptomatum vehementiam quasiue. fiat. Gravi quomodo sanguis mittendus.

Pari quoq; lege metiri oportet sanguinis missionem [illegible] symptomatum vehementiam ac [illegible], quod quidem abunde docuerat Gal. [illegible], ne in immodicis vacuationibus, cuiusuis [illegible] sint, & in aliis accidentibus, quorum vis [illegible] nostras dissipare, sanguinem, vt morbus exigit, extrahamus, sed tantum remittere à iusto docuit, quantum facultas accidentium vi dissipatur, etiamsi vacuatio pro multitudinis ratione non fit. Cuius centius etiam sunt vtero gerentes, quas vt affectus exigit inanire non decet: Nam etsi hæ quoque suis vires ad vacuationem sustinendam obtineant; cum hoc tamen fœtus gratia nonnihil à debita quantitate detrahere oportet: Nam rectius est parum extrahere, & reliquum naturæ permittere, quam iusta quantitate extracta, fœtum & matrem perdere. Quapropter nec G formidandum est, in iis sanguinem mittere, dum necessitas vrget, primis & vltimis etiā mensibus; minus tamen, quam medio gestationis tempore: Primis quidem mensibus, ob ipsius fœtus alimentum: Nam quo grandior est, eo plus exposcit, & magis deficiente læditur.

Sanguin missio nō plorr us imped[illegible] abl[illegible] sanguinis fluxu.

Neq; eo, quod vacuationes ad sanguinis extractionem considerandas esse diximus, credendum protinus est, in febribus & aliis affectibus, quibus sanguinis fluxus adiungitur, supersedendum deinceps esse à sanguinis missione. Nam 86 A quamuis largius sanguinis profluuium naribus prodeat, interior tamen cubiti vena etiam incidenda erit: Quia sanguis frequenter & purus & colore laudabilis è naribus defluit, ex cubito autem impurus sordidusque detractus apparet. Qui vero ex venis ani aut vteri copiose fertur, quamuis multo melior existat, eo quod proxime ex vena caua iuxta lumbos effluit: non tamen febris ipsius radicem, quæ in venis cordi proximis consistit, plerunq; euellit: Secus tamen res se habet in aliis affectibus, qui à iecore & venis proximis fouentur. Ideo sæpe etiam cum menstrua profluunt, & puerperæ bene purgantur, sanguis ob febris ardorē è cubiti vena detrahi solet; cessantibus tamen purgationibus illis, alioquin ex vena tali. Sunt etiam alij affectus, quibus sanguinem è cubito mittere necessum est, etsi sanguis erumpat, nimirum, qui supra iecur & septum transuersum consistunt. Nam etiamsi in his [illegible] sanguis ex vtero aut ani venis profusus fuerit; nil B tamen eorum aut minimum remittitur. Ita neq; inferiorum partium morbi, ex sanguinis narium profluuio delitescunt, nisi cubiti quoq; venæ incidantur: Sicut neque sanguis ex dextra nare profusus sinistros affectus leuat, neque ex sinistra dextros: Quamobrem id etiam expendisse oportet, vt cum prudentia & parum infra, quam affectus postulat, sanguinem in his profusionibus extrahamus.

Puerperis ob febrem etiam sanguis mittendus.

### Caput III.

### De recta præparatione humorum [illegible] iudicatione & [illegible]

INVENIES quidem apud Platonem, geminas esse circa omnia, quæ fiunt, artes: Vnam quidem *generationis concausam*, veluti quæ rem ipsam non fabricat, sed fabricantibus organa subministrat: quibus absentibus institutum opus nequaquam perficietur. Alteram vero caussam potissimam ipsius artificij, quæ principaliter opus ipsum perficit, quā vero *actionis causam* appellamus. Quod C equidem huic nostræ arti in proprius actionibus pari lege accidere omnibus esse conspicuum arbitror. Siquidem in ea parte, quæ purgationes moliri docet, duplex reperitur artis potentia: Altera quidem, quæ *subministra* est, & viam purgationi & paratos humores sternit: Altera vero quæ præparatos humores per se expurgat. Sic cum tota fere ratio recuperandæ sanitatis, circa noxios humores *in morbis, quos ipsi excitarunt*) versetur, operæpretium duxi, de eorum præparatione nonnihil agere, sine qua omnis actio, quæ circa eos versatur, minus prospere procedat, est necessum. Cui vsui præstat humorum vitia, quæ à Galeno *lib. 3. artis medic.* recensentur, huc transferre. Peccant enim hi Quantitate Aucta, vel (*quod addendum est*) Deficiente: Qualitate item prima Frigoris aucti, vel Caloris [illegible] *adiiciendum est*) vel Humoris, vel Ariditatis. Secundæ vero qualitates sunt *lentor, crassities, & consimilia*. Postrema vitia substantiæ sunt, & ea vel vniuersalis mixti, D qualis *putredo* est, vel Particularis deleteria quæuis facultas. Ita vitia omnia in suas classes distributa constant Quantitatis, Qualitatis & Substantiæ vitio.

Artium causæ geminæ.

Artis purgatoriæ potētia duplex.

Humorū vitia triplicia.

Includitur quidem vniuersa humorum præparatio tribus capitibus. Primum docet *humores præparare, vt intra corpus maneant*. Secundum *viam præbet ac rationem, qua possimus eos disponere, vt promptius faciliusq; coquantur*. Tertium *humores expulsioni aptos reddere commonstrat*.

Humorū præparatio quib. constet.

Quod vero humores præparentur, vt intra corpus maneāt, duplex indicatio commonstrat: Vna ab humorum Motu: Altera ab eorum natura deducta. Nam aut humores prolixiores concitant fluxiones, dum plus iusto sua sponte euacuantur: aut [illegible] *vt in super purgationibus contingit*) vi medicamenti. Quo tempore sicut ars docet ad corporum purgationem humores fluxui paratus reddere, ita cum fluxionem sistere conatur, eosdem fluxui ineptos efficere studet. Verum cum humores, qui fluere possunt, longe inter se differant, eodem prorsus modo præparandi rationem diuersam esse oportet. Quo fit, vt licet omnem E hæmorrhagiam sistat potus frigidæ, non tamen semper prodesse possit: quia aliquando exesa vena emplastica potius desiderat medicamenta, quam ea, quæ prorsus frigida sunt. Verùm nobis hac in parte non est in animo fluxiones sistere, sed humores fluxui ineptos reddere. Euenit itaq; vt sanguis fluxui aptus, his ineptus debeat fieri, quæ ipsum frigidi[illegible]rem (*nam frigiditas mobilitatem compescit*) crassiorem ac densiorem reddant medicamen[illegible] [illegible]æ huiusmodi potes[illegible] [illegible]h beât. Quibus m[illegible]re consulit Gal. *lib. 4. meth. lib. [illegible] loc. pharm.* calida & tenuium partium, quod tant im pene-

Humores vt intra corpus maneant, qualiter præparandi.

Humores multis modis fieri possunt.

per [illegible] intelligendum est. Præ[illegible] modi præparationem [illegible]ilia, vt quæ ex [illegible] radice *symphyti rosis, sigillo beata Mariæ, terra Lemnia, bolo Armenio, lapide hæmatite* [parantur] *medicamenta*. V[erum] [qui]a acris materia sæpe fluxionis causa [ex]istit, humorem præparare oportet iis, quæ lenien[di] [&] mulcendi reddendi humorem vim habeant, qualia sunt quæ ex *portulaca, tragantha, amylo, viola, nymphæa, papauere, buglossa, hordeo, saccharo præsertim rosaceo*, quod mollientibus extollunt neoterici, & similibus facile parari possunt. Quod etiam fieri potest *stillatitio liquore albuminis ouorum, vel cum ipso oui albumine, aqua rosacea, & modico aceto permixto* licet hoc vulneri potius, quam humori prodesse existimem.

Humores quib. medicamentis præparandi.

Cautio

Cauere tamen oportet, ne refrigeratis spiritus instrumentis sanguis fluat, nam eo tempore interdicere oportet, vel ex Galeni *lib. 5. meth.* præcepto, frigida hæc ac densantia medicamenta: tunc enim circa humores nihil esse agendum ratio consulit, præterquam eos transferre ad distantes à loco fluxionis partes. Eadem prorsus methodo alios humores cogere ac incrassare oportet, hoc vno addito, quod secundum qualitatem, qua ad concitandos fluxus præualuerint, sunt alterandi: Nam si calidi fuerint, refrigerare, si acres & mordaces, retundere, si syncen ac nimium exsuccati, alimentis & potibus permiscere oportet, velutin superpurgationibus, præmissis medicamentis, quæ

Humores vt incrassentur ac exsiccentur. 1.

G ventrem abluant, & vim medicamenti superpurgantis retundant, agere necessarium est, *vt latius suo loco dicemus*.

Cogimur secundo, humores vt intra corpus maneant, præparare, nimirum cum propter illorum nimiam tenuitatem laborantes facile exsoluuntur, quo tempore eos solidioris substantiæ efficere tenemur, medicamentis, quæ densare ac cogere eosdem possint, ac eisdem etiam miscere, quæ difficilioris sint resolutionis & crassioris

2.

87 A substantiæ, sicut alios longe à parte per quam fluunt distrahere, vtile est & necessarium. Cæterum omnes hi humores (quos *ineptos* fluxui *reddere* cunamus) facilius iuniusq; id consequentur somno concitato: Nam quæ somnum conciliant, vtrumq; possunt præstare, somnum nimirum & crassitiem ac stabilitatem, nec non & hebetiorem sensum, cuius præstantia sæpe fluxus concitari solent.

Verum quo tempore naturalis potētia in perficiendis coctionibus, aut pigra, aut inepta est, tutissimum omnium medicorum est consilium, certis quibusdā instrumentis illi opē ferre: Quod equidem miro quodam artificio ars nostra efficere docet, sumta prius ab ipsa naturali potentia indicatione, dum, quæ difficiliora sunt, conatur concoquere ac euocere. Prius enim humores

Humores qualiter ad coctionē habiliorē præparandi.

B fundit ipsa ac tenuat, (*nam hoc est primum caloris opus*) vt tenuiores facti facilius calori cedāt. Quo etiam artificio vtitur natura in chilificandis cibis; Nam eos primo cōminuit, fundit, ac tenuat, mox vero coquendo eosdem ad mediocrem crassitudinem vertum reducit: Eodem modo chilosa materia in tenuiorem substantiam ope iecoris reducta, crassior coctione redditur, ac demum sanguis efficitur. Pari prorsus ratione res se habet in tertia coctione, cuius gratia sanguis & humores in certas quasdam humiditates degenerant: Ex quibus coctione solidorum membrorum substantia regignitur, quod omnibus compertum esse existimo. Nam in cœliaca passione, & aliis, in quibus chilosa substantia semiconfecta excernitur, eam quidem & alimentis & chilo tenuiorem esse, inficiabitur nemo. Cæterum quia non desunt, qui hoc referant ad potus permixtionem, aut ad [i]af-torum excrementorum separationē, idem prorsus videre licet in hepatica dysenteria, in qua excrementa similia loturæ carnis recenter mactatæ excernuntur: Quæ quidem tenuiora longe sunt

C ipso chilo, & adhuc sanguine, cuius speciem referunt, quæ postea coctione crassiora euadunt. Ratio tamen huius rei est, quia natura vt concoquat, prius comminuit, ac tenuat humorem (*vt facilius vndiq; superetur*) quam coctione inconuenientem & similē rei coquentis substantiā commutet ac conuertat. Sic alimenta in ventriculo ante chili confectionē comminuit, & attenuat: Rursus eundem chilum, antequā in sanguinem optimum commutet, in aquosum & tenuē sanguinem vertit, deniq; vsquam natura coctionem molitur, donec humores ad certum quendam apparatum, coctioni aptum reduxerit: quod etiam insinuasse videtur Gal. *lib. de opt. sect. Traian.* Ex quo factum esse existimo, facilius iudicari morbos ex tenuibus humoribus concitatos, quam eos, qui ex crassiorib. ac solidiorib. fiunt. Demq; indicatione sumta ab operib. ipsius naturæ, quibus perpetuo procedit ad moliendā coctionem, oportet humores ipsos attenuatione præparare, vt facilius munus suum subeat natura. quod insinuauerat enim Gal. *lib. 4. de sanit. tuen.* dicens: *Primo extenuare & incidere, deinde coquere oportet.*

D Quo quidem fit, vt in omnibus morbis, qui ex crassa densaq; materia concitantur, attenuantib. incidentibusq; sit procedendum: Atq; id non solum, vt humores fluxui paratos (*vt nonnulli cēsent*) reddamus, sed, vt mea fert sententia, vt coctioni reddantur paratiores: Quid enim præstaret humores hos parare ad euacuationem incidentibus & attenuantibus (*non solum non apparente perfecta coctione, verum neq, manifesta, siquidem in huiusmodi citra apparentem saltem, non expedit purgare*) nisi id iuuandæ coctionis gratia fieret. Qui ratione in morbis, qui coctione debent finiri, vt eidē promptius obediant, hac ratione procedendū esse consulit ipsa rei ratio. Nam si quo tempore natura secundum rationis legem se habens hac incedit via ad coctionem, quanto audius id desiderabit, à morbi vehementia defessa, defatigataq; saltem, vt minore labore ab inimico sese expedire possit.

Humores coctioni aptos reddunt. 1. Attenuantia incidētia.

*Secundo*, inter præsidia, quæ coctioni humores aptiores reddunt, vnum est, eorum quantitatis imminutio, quod & præsentaneum, & sufficiens sæpe esse solet: Namq; materia, quæ nimia copia exsuperat, aut penitus interdicit, aut certe tardat coctionem ipsam: Quapropter incipientibus crescentibusq; morbis, si multitudo subest (*& adhuc vigentibus, dum crisis non instet*) prodest mirum in

2. Quantitatis imminutio. Sanguinis missio.

E modum ad iuuandam coctionem sanguinis detractio, præsertim vbi symptomata leuia fuerint, ac propter vrinæ cruditatem non liceuerit optimam crisin exspectare. Hinc quidem est, quod sæpe cogamur, vbi lingua apparuerit arida, dura ac nigra, & vrina admodum flaua ex abundanti bili, leui aliquo medicamento nonnihil humoris

extrahere. Hoc etiam est, quod optime docuerat Galenus *lib. 2. aphor. com. 29.* dicens; *Circa initia vero illorum morborum, in quib. speramus ægrum conualiturum, tentandum est maiora afferre remedia*, de quibus Hippo. dixit; *Si quid tibi videtur mouendum, moue.* Sunt autem hæc maxime quidem venæ sectio, nonnunquam & purgatio, quorum neutrum oportet morbo iam cōsistente adhibere. Coctiones enim morborum tunc maxime fiunt. Vt igitur hæc citius eueniant, melius est circa principia euacuare, quo minorē iam factam materiam facilius natura concoquere possit. Ex quibus constat, quantitatis diminutionem coctioni esse apparatū, præterquam quod *ventilationi* etiam plurimum prodest, quæ quidem coctioni solet esse potissima concausa: quemadmodum & eiusdem prohibitio, humorum vitium protinus infert. Verum sicut humores huic vsui parantur attenuata materia, & imminuta quantitate, ita tertio modo qualitatibus eorū attemperatis, & ad naturalem statum reductis. Pugnamus etenim aduersus humorum qualitates, coctioni refragantes per contraria: Nam impediunt ac morantur coctionem *caliditas, frigiditas, humiditas, ac siccitas humorum putrescentium aut aliter peccantium.* Sic pituitosos humores putrescētes calfacientibus, incidentibus, extenuantibus, ac exsiccantibus paramus; melancholicos vero humectantibus, & modice calfacientibus, quemadmodum & biliosos, tenues & acres, refrigerantibus, ac humectātibus aptos coctioni reddimus. Sicut Auicenna optime dixit, *& aqua frigida facit illud.* Sic in melācholicis ac pituitosis febribus (*vbi nihil sit, quod prohibeat*) vinū porrigere, vt par est, temperatum, semper expedit: In biliosis vero ratione coctionis humorum nusquam: qua ratione in eisdem frigida & acida omnia mirū in modum prosunt, illa quidem, quæ aduersus calorē; hæc vero, quæ aduersus putridum alienum calorem pugnent. Docet etiam Hippocrates *lib. de veter. med.* bilis flauæ aut cuiusuis eius speciei præparationem, his verbis: *Non sedantur autem hæc* (loquebatur de malis, quæ ex bile effrænis suboriuntur) *prius, quam eadem expurgetur, & prosternatur, & aliis misceatur* (& subdit, vt expurgari possit, hæc verba) *Concoqui autem & permutari attenuariq́, ac crassescere, & in humorum speciem per multas & omnigenas species contingit.* Ex qua sententia aperte constat, quibus modis flaua bilis præparari debeat: Ex qua etiā fortasse colligi potest, bilē aliquando incrassandā esse, sicut re vera sæpe necessum est, vt palam probant medicamēta frigida, quæ aduersus eam adhibemus: Id tamen non ad euacuationem moliendam, sed ad motus effrænes cōpescēdos, & vt à natura attemperetur ac veluti coquatur: Nā hoc importat verbū illud Hippocr. *Concoqui.* Cum hoc tamen varias recipit præparationes, iuxta varias eius species. Nā dum meraca est, miscenda, dum mota & eleuata, incrassanda, dum acrior, mitescenda, dum purganda, vel si alicui parti impacta sit, attenuanda. Itaq; attemperatis humorum qualitatibus, quibus coctio interdicitur, sirupis & potionibus id præstantibus eos obsequio naturæ tradimus, quos ipsa domitos facilius euincit ac superat: Namque cum coctio, de qua [illegible] loquimur, per assimilationem secundum qualitates potissimum fiat, id facilius consequi habet, attemperatis quodam modo ipsis humorum qualitatibus, per ea, quæ rationi eiusdem assimilationi apta sunt. *Quarta via* & ratio [illegible] ad coctionem adiuuandi naturam, per ea fit, quæ calorē augent: qua ratione, vt longe est dictis difficilior, ita eadem vti maturiori consilio oportet: Nam si in humoribus febrem succedentibus coctio eo modo iuuari possit, quo in tumorib. præter naturam, quorum suppurationem intendimus, haud ita esset difficilis, ea namq; per emplastica & obturantia medicamenta, quæ calorē ad viscera pellant, augeantq;, perficitur: Siquidem coctionis auctor calor est halituosus, & spiritib. plenus, qualis in corporib. huiusmodi auxiliis excitari solet. Cæterum quia suffocari periclitaretur cordis & interiorum viscerum, atq; arteriarū calor, si perspiratione destituantur (*id quod non fit in suppuratione humoris contenti in vnica particula, puta in tumore præter naturam, quia vicinarum etiam partium transpiratione temperatur*) fit, vt nulla ratione hac via illis opem ferre possimus, quia non est vnde corpus vniuersum & viscera ita facile possint perspirare. Qua ratione in particulis etiam, adhibitis illis medicamentis, vbi aut maxima fuerit humorum copia, aut medicamentorum quantitas, ita vt partes hæ perspiratione priuentur, putredo omnino vincit, ac in gangrænam affectus degenerat, quo tempore nō licet amplius suppurationē moliri (*licet necessaria foret*) sed conseruationem tantum caloris ipsius, & partis substantiæ, hoc per exiccantia; illud vero per ea, quæ transpirationem tuuent. Itaque in generatione puris calor idoneus fiet ad coquendum, si conclusis intus spiritibus, halituosior reddatur. Cæterum in coctione putrescentis humoris in febrib. longe aliter res se habet: Requirit namq; calor mediocrem temperiem, pro ratione qualitatis & quantitatis humoris coquendi: Sic flaua bilis obtusiorem, pituita acriorem, melancholia calorem cum humiditate coniunctum iure optimo expostulant. Qui quidem calor iuuari tantum potest eis sirapis & medicamentis, quæ aliquid caloris nostro addere possint.

Quod quidem caute fieri debet in humoribus ac temperaturis biliosis, & in vehementibus ac æstuantibus temporibus & febribus. Periclitaretur certe eo tempore laborans, propter *incendium*, quod medicamenta hæc solēt in huiusmodi corpora inferre. Qua ratione tutius semper existimaui esse, opem ferre facultatibus, quæ necessariæ sunt ad coctionem obeundam (qualis *Concoctrix* est, ac *Retentrix*) contrario nimirum modo ei, quo ipsæ labefactantur. Vitiantur enim hæ duæ potentiæ vno è duob. modis, aut mutato quidem partis temperamento, aut dissoluta spirituosa substantia, quæ ad illarum robur plurimum conducit: Temperamentum porro vitiatum restituitur per contrarias qualitates: Spiritus vero consumpti cibis, potionibus, & odoramentis idoneis reparantur. Interim tamen cauere oportet, ne cum debili virtuti subuenire studemus, calorem (*coctionis instrumentum*) aut materiā, quæ coquenda est, deteriorem reddamus, natura ipsa ad coctionem alimenti reuocata. Hinc namq; constare arbitror erraste Manardum, qui tenet, coctionem iuuari tantum à calido & humido. nihil de coctione, quæ fit in mediocri & temperata materia,

Purgatio.

3. Coctionis. Pituitæ præp. Melancholiæ præp.

Bilis flauæ præparatio.

Bilis variæ præparatio.

4. Calorē augent.

Coctionis auctor calor.

Calorem augentibus quādo vtendum.

Coctio temperatis iuuatur.

Calor in humor. biliosis caute vtendus.

Connectricis ac retentricis quibus & quot modis vitientur. Cautio.

materia, & [illegible] attemperato calore velimus intelligere: Namque vbi humores praua sunt qualitate affecti, adhibere ea præsidia oportet, quibus eorum vitia emendari possint. Qua ratione Galenus *lib. 4. de sanitate tuenda*, *lib. 2. ad Glauconem*, *lib. 6. method.* ad coquendos pituitosos humores porrigit piper, & alibi frigidæ potũ biliosos humores posse coquere docet. Quo factum est, vt merito dixerit Hippocrates, *lib. 6. proposit. part. 2. Coctionem fieri per contraria*: & sæpe multis aliis locis calida, frigida, extenuantia, humectantia, exsiccantia, quietem, inediam & alia multa coctionem iuuare scribit, pro diuersitate coquendæ materiæ, & caloris coquentis: Nam coctio fit, cum natura vincit & assimulat materiam, quæ retinebatur, & erat dissimilis. Ob id igitur non vnicum debet esse genus eorum, quæ coctionem iuuare possunt: Siquidem non est vnicus repugnantiæ & dissimilitudinis modus.

Coctio fit per contraria & multos alios modos.

Quotidiana experientia compertum est, non satis esse, humores coctos & à natura euictos iam esse, vt commode à corpore expellantur, sed egere adhuc præparatione quadam, vt faciliori negotio id fieri possit. Quam equidem docuerat Hippocrates *lib. de internis affectibus*, pulcra quadam sententia dicens: *Præhumectare vero antea corpus ipsius oportet per fomenta, quo magis pharmacis obediat: at vero statim curam adhibere oportet.* Verũ quia expellendi eos à corpore non est vnica ratio, nec vnicus locus, item nec vnica erit præparandi via. Nam alio modo parantur humores, vt per infernam aluum, alio vt per supernam excernantur: Rursus alio, vt per thoracẽ, per sudorem, per vrinas, ac longe diuerso, vt per vterum excerni facile possint, parari desiderãt. Qua ratione cogimur docere, vnicam esse omnibus communem præparandi formam; aliam verò singulis propriam. Communis quidẽ bipartita est, quemadmodum & Potentiæ, quib. expulsiones fiunt, bipartiuntur. Nam quę à pulmone & pectore prodeunt, vt quæ vi & impulsu animalis potentiæ excerni debent, mediocrem desiderant consistentiam inter crassitiem & tenuitatem, vt commode expellantur: Quæ enim nimis crassa, aut viscida sunt, vt *pix* aut *resina*, difficulter posse proiici manifestũ est: quia impulsui animalis potentiæ tenaciter resistunt. Eodem prorsus modo, quæ leuia, aut tenuissima sunt, qualis *aqua & oleum*, quia facile dirumpuntur & peruia fiũt, vi difficulter pelli possunt. Quo fit, vt in quauis vacuatione, quæ impulsu animalis potentiæ fieri debeat, necessum sit, humores ad mediocritatem reducere. Verum vacuationes, quæ vi naturalis potentiæ fieri debẽt, quo minus humores resistunt, eo facilius secerni possunt: quo fit, vt succi, qui venarum compressione vacuãtur, mediocri attenuatione: Qui vero virtute trahente, attenuatione maiori perpetuo egeant: Quod equidem omnib. partibus, omnibusq; vacuationis speciebus commune est, præmissa hac facultatis distinctione. Est tamen haud facile intelligere, *quanam ratione, cum natura vacuationem aliquam moliri tentat, semper coctione præmissa (quæ crassiores humores reddit) procedat, si vacuatio commodius humoribus extenuatis perficitur?* Cui dubitationi respondemus, artem & naturam in humorum vacuatione motibus plane contrariis operari: natura nimirum, motu expulsorio siue

Humores qualiter ad expulsionẽ præparandi.

Dubium.

impulsorio euacuat, impetu quodã in humorem excernendum facto, qui, vt recte fiat, mediocritatem materiæ, & quodammodo crassitiem requirit: Si namq; tenuis nimium esset, facile motui in ipsum facto cederet, & irritus fieret naturæ conatus: vt quæ illũ non posset apprehendere. Qua ratione decepti Arabes medici existimarunt, humores omnes esse ad mediocritatem reducendos: Cum tantum id esset necessum in vacuationibus natura factis, aut vi animalis potentiæ. Medicamentum autẽ motu attractorio purgat, quo perficiendo, nulla materiæ crassities, seu renixus est necessarius: Quare humor à medicamento euacuandus, quanto tenuior fuerit, tanto facilius à facultate illius trahetur, expurgabiturque. Nam medicamentum in ventriculo subsistens, humorem ex omnibus corporis partibus ad se trahit, non ad illas accedit, ac per consequens, quo tenuior fuerit & facilior, eo promtius trahetur: Ergo humorem, quem natura euacuauit, mediocriter crassum fuisse oportet; illum vero quem medicamentum, potius tenuem, quam mediocrem. Atq; hæc sunt, quæ breuiter de modo, quo medicamenta purgantia operantur, pręmissa præparatione docere potui.

Quæ per infernam aluum excernenda sunt, vt quæ à medicamenti vi trahantur, iuuante etiam virtute expellente per compressionem, citra vllam dubitationẽ perpetuo attenuari desiderant: quod nõ solum in humorib. crassis videtur posse fieri, verum & in tenuibus, in quibus occasionem adhuc exquirit Galenus exhibendi decoctum *origani, tragoriganι & pulegii*: quod quidem decoctum, præter corporis, quam molitur præparationem, vlterius adhuc extenuat tenues ipsos succos; Nam hac lege facilius cedunt trahenti medicamento, & pellenti virtuti: Quod ex his, quæ in superpurgationibus contingunt, facile videre licet: Medicamentum enim postquã funditus humorem sibi familiarem extraxit, eos protinus facilius allicit, qui tenuiores fuerint, licet dissimiles, quia natura eosdem minori negotio fluere permittit: Monendus tamen mihi hac in parte lector est, circa occasionem præparandi ad huiusmodi purgationes. Nam tantum licet eos humores præparare, qui turgentes sunt, vt qui iam ad expulsionem gliscant, aut coctos euictosque, ac separatos, quos natura proprio motu conatur expellere, aut deniq; eos, qui citra coctionem expurgari debent: Nam eos præparare, qui adhuc coquuntur (*vt medicorum vulgus passim nititur*) omnino caret ratione. Præparatoria etenim medicamenta, præter id, quod humores turbant, ac mouent, facultatem etiam ante debitum tempus lacessunt, vtis lationibus factis: & quod deterius est, coctionem interturbant, quæ quiescentibus humoribus potius, quam ipsis motis fieri debet. Qua ratione: quo tempore natura coctioni est intenta, illi præsto esse opus est; Postea vero, vt quod coctione crassius factum est, expulsioni aptum reddatur, his oportet vti medicamentis, quæ extenuent, ac incidant huiusmodi humores. Crassos tamen ac densos non oportet vnica ratione tenues reddere, si quidem crassities variis fiboritur de caussis: Nam dum crassus fit humor ex abundantia terreæ substantiæ, qualis succus melancholicus est, humida extenuantia

Humores qualiter ad purgationem, quæ fit per infernam aluum, præparandi.

Admonitio. Humores ad purgationem qui nam præparandi.

F Dum vero ex concretione, vt pituita, calefacientia & fundentia facile id munus præstant: At si ex adustione, consumpta liquidiori parte, humor crassus factus sit, vt atrabilis, flaua & pituita in febribus ardentibus, quæ refrigerant & humectãt sunt extenuantia: At vero si crassum est ex multitudine substantiæ, quomodo dicimus *hominem crassum*, quod multam molem substantiæ habeat: & *humores* etiam *crassos* vocamus, quasi multos intelligamus: Præterea quæ tenuibus constant partibus, vt possint facile penetrare, vacuationem quoq; illius molis, donec ad naturalem habitum corpus reducatur, id efficere constat. Itaq; non oportet citra distinctionem hanc humores attenuare, & incidere, nisi maximo cum laborantium damnu, & medicæ artis dedecore, & ob id necessum est, prædictis vti distinctionibus, si cupimus rem ex voto accidere.

Humores qualiter præparandi

Licet quatenus pertinet ad extenuationẽ humorum, Vomitus cum alui deiectione conueniat; Dissidet tamen plurimum præparandi ratione. Nam quo tempore per vomitum purgare intendimus, exhibito vomitorio medicamento trahente, quale ex *elleboro* conficitur, satis est ad præparationem vti his, quæ incidunt & attenuãt humores: Præsertim si totum corpus laxius reddatur, prius molli aqua, inunctione, balneo calido aut modice calido & humido aere, quibus facilius humores fluant ad partes, vbi est medicamentum. Cæterum dum vomitũ mouere conamur, G quæ blande eundem excitent, nauseam ac leue irritamentũ exsiccando) *vt frequentius solet fieri, siquidẽ vehementiora vomitoria, vt quæ minus tuta sunt, recesserunt iam ab vsu*: præterea, quæ extenuãdi vim obtinent, medicamenta illa sunt adhibenda,

Vomitoria qualia adhibenda.

quæ humores suo calore fundãt, leuioresq; reddant, & ad superiores ventris partes alliciant. Velut tepida vomitoria, quale est decoctum ex *semine raphani, fœniculi, aut erucæ cum modico oxymellite*: blande etiam mouet *aqua tepida, aqua hordei, oleum* A *commune aut sesaminum, aqua mulsa cum oleo, oxymel simplex aut compositum, hydrelæon, oleum cum melle, aut cum aceto: radices etiã, semina, succi atriplicis, melonum, cucumeris, betonicæ, raphani asari, nasturtii, erucæ, & mulsa cum aceto & oleo*: quæ omnia, dũ tepida sunt, præter id, quod humores tenuare & fundere valent, ebullire etiam ac supernatare eosdẽ cogunt, & suo tempore contentricem facultatem labefactant, ac expellentem sua vi lacessunt & irritant: præter id quod totum corpus & ventriculũ laxãt & effœminant, quod maximi est momenti, ad vomitus ciendos: sicuti & ventriculum sæpius fouere, vt Hippocrates *lib. de morb. mulie.* videtur consulere, quemadmodum latius docebo capite *de Purgatione per vomitum*. Expedit etiam eosdem humores plurimis, ac variis cõmiscere cibis: tum vt eos ventriculus fixius possit vndiq; complecti: tum vero vt cibis cõmixtos facilius pellere possit B natura. Verum cibaria hęc non quæuis sint oportet, sed salsa, amara, acria, incidentia, tenuantia, aut tergentia, quæ, *vt refert Galenus, lib. 3. de vsu part.* biliosam habeant naturam, & eius officio vtantur, nimirum vt ventrem abstergant, & mundent: nam hæc omnia, præter id quod expulsioni prosunt, humores etiam ipsos ad eandem parant. Contrarium tamen prorsus debet fieri in us, quibus cruditates in ventriculo abũdant: tunc enim sat est, solum vti potibus supradictis, absq; ciborum ingestione, quæ in crudis & ventriculis suspecta perniciosa sæpe est.

Eodem prorsus modo, quę per vrinam debent excerni, extenuatione egent quæ tamen longe dissidet ab aliis præparandi rationibus, tum quia corpus aliter ad huiusmodi vacuationẽ præmuniri desiderat, tum vero quia præparationis modus longe diuersus est. Cuius gratia expendere oportet, humores huic vsui duplicem exposcere præparationem: vnam, vacuato corpore, non solum per sanguinis missionem, verum & per expurgans medicamentum, quia facilius hac lege, qui super sunt humores, huic fluxui parationes redduntur; quod multis in locis docuerat Gal. præcipiens, ne ante id *diuretica* vtamur; quia & corpus redditur apertius, & humores medicamẽtis tenuantib. facilius cedunt. Altera vero via hu- C mores parantur ad huiusmodi excretionem multiformiter, iuxta variam medicamentorum, quæ vrinas mouere nata sunt, naturã. Triplex namq; est diureticorum conditio: Prima, quæ ex eo mouet vrinam, quia magnam eius copiam medicamenta suppeditant; quę rursus triplicia sunt, nam quædam protinus in aquosam substantiam commutantur: veluti *aquosa vina, semina melonum, plantaginis & multarum rerum*, quas consulto prætermitto; trahunt tamen renes huiusmodi aquosam materiam, ex familiaritate protinus, qua & viæ patentiores fiunt, & humores, quos expurgare nitimur, tenuiores. Quædam etiam idem præstãt abstergendo humores, qui in vasis & renib. continentur; quod mirum in modum præstat *terebynthina*; cui etiam vsui radicem ononis Galen. commendat, quoniam abstergit. Quædam rursus vtrumq; præstant, *abstersionem* nimirum, & *plurimã aquositatẽ*, quod faciunt *aquæ sponte nascentes nitrosa, aut salsa*. Secunda autem diureticorum conditio D eius est naturæ, quæ noxius humores familiaritate substantiæ per vrinarios meatus trahere valet; quale est rhabarbarum, & casia, quæ biliosos humores per vrinas pellunt. Tertia vero & vltima conditio, & qua præstantiori modo medicamẽta dicuntur vrinam mouere, eorum est medicamẽtorum, quæ pituitosos humores, & quosuis crassos in venis contentos extenuare queunt, *vt latius cap. de Purgantibus per vrinam dicturi sumus*. Quibus plane intellectis, duobus modis ad expurgationem, quæ fit per meatus vrinarios, iis medicamẽtis, corpus & humores præparare oportet. *Primo*, exhibitis medicamentis, quæ multã suppeditare vrinam diximus; hæc enim miro quodam modo humores & corpus præparãt ad alia medicamenta, quæ proprie *diuretica* dicuntur, licet minorem quantitatem eorum porrigere oporteat ad præparationẽ, quam dum eisdem vrinas mouere intendimus. *Secundo*, quæ vere diuretica esse diximus, E etiam sibi humores præparant, dum in minori quantitate exhibẽtur; constat tñ eis tantum esse vtendum medicamentis ad præparationem, quæ citra exsiccationem, ac mordacitatem, humores tenuent ac fundant; quæ licet non nihil per vrinas pellant, plurimum tamen præparant, vt adhibitis acrioribus, copiosius deinceps vrina excernatur. Vtimur tamen nos præparandi gratia decocto *apii, petroselini vulgaris, adianthi, endiuiæ, & earum radicum, syrupo etiam acetoso cichorii, cum lupu-*

Humores qualiter præparandi ad expurgandum per vrinas.

Diureticorum triplex Conditio I.

II.

III.

Humorũ per vrinã expurgandorũ modus duplex. 1. 2.

Diuretica.

*lorum*

*lorum decocto*, [illegible] oportet, quæ aut fundant humores, aut aqueam substātiam augeant, idq; iuxta rationem humoris peccantis. Consulo tamen, ne vsquam his vtamur, crudis existentib. ventriculo, & primis venis, neq; adhuc in principiis morborum, nam his temporibus maioris sæpe mali solet præstare causam.

Licet in præparandis humoribus ad sudores prouocandos, opus etiam sit attenuatione (*siquidem vna est sudoris & vrinæ materia*) cum hoc tamen, quia sudor & vrina plurimum tenuitate dissidēt, ac viis, quibus vterq; expurgatur, longe gaudet; ob id diuerso modo humores extenuare oportet. Nam sudor secundum naturam, ex excremento quodam, quod transmittendi alimenti fuit vehiculum, plane superest, quod quidem officio functum, pellitur per porositates totius corporeæ molis. Ac cum tenuissimum quidē sit huiusmodi excrementum, facile sane euacitur, partim in speciem halitus ab insito calore solutū; partim violento motu confertim in aquæ speciem prorumpit. Quod profecto à calore fit, non illo, qui siccandi vim habet, sed qui humidus sit & vaporosus, vt per habitū corporis diffusus, sudoris materiam calfaciat, fundat ac tenuet, cutimq; simul emolliat & laxet; quo fit, vt sumpta à natura ipsa indicatione, iam omnibus constet, qualis futura sit huic vsui præparandi ratio. Inprimis namque corpus tribus modis;, vt sudori reddatur pronū, parari debet. *Primo*, diminuta humoris quantitate, nam immodicam medicamenta non poterūt per sudorem digerere, qua ratione frequenter exhibitis sudorificis medicamentis, fluxiones aut alia mala plurimum exacerbantur. Nam cum sudorificum medicamentum nequeat tantam humorum copiam tenuare, fluxibiliores eos reddit, citra vlteriorem resolutionem, & malum hac ratione exacerbatur; humores etenim, etsi tenues sint, vbi multitudine vias replent, neq; permeare, neq; digeri facile poterunt; quo fit, vt eorum imminutio duplicem ad præparationem præstet vsum. *Primum*, quod qui supersunt humores euacuatione facta facile tenuari possint. *Secundum*, quod tenuiores iam redditi, meatibus factis laxioribus, promptius per minimas quasuis cauitates prorumpant. *Secundo* necessum est, vt prospere sudores profluant, vniuersum corpus molle, ac laxum reddere, & poros etiam aperire, mollibus quibusdam frictionibus, & inunctione ex decocto *saluiæ, chamæmali, aut serpylli & modico oleo*, & in conclaui, cuius aer calidus existat, recondere. Cæterum cum non sat sit, apertos meatus laxumq; corpus esse, vt sudores commode prosiliant. Tertio adhuc oportet crassus humores adeo tenuare, vt per quosuis angustos meatus facile permeent. Docendum tamen est, qua via id commode fiat, siquidem frustra perplures laborantes misere torquentur, sudorificis apparatibus & cooperimentis, quibus plus fatigatur, ac labascit facultas, quam quod quid vtile illa præstare possit. atqui medicamenta, quæ id efficiunt, eadem esse oportet, quæ & sudores prouocant: quę quidem calore & humiditate humores calfaciāt, fundant, ac tenuent. Hæc tñ interest differentia, quod sumptis his medicamentis, solum præparandi gratia, laborantes nullo modo sunt cogendi ad sudorem: sed aut ad quietem, aut ad somnum, citra sudorificum apparatum. Sunt autem, quæ id possunt, veluti *mulsa, serpyllum cum mulsa, decoctum tormentillæ, cassiæ ligneæ, squinanti, radicum cinararum nostratium cum calamo aromatico, chamæmali etiam decoctum, saluiæ, chamæpyteos, betonicæ, & florum papaueris erratici*, quæ omnia, sicut multa alia, quæ consulto prætermitto, licet aliquam siccitatem obtineant (*quod summopere in sudoribus vitandum est, etiamsi sicci exterius adhibitis sæpius liceat sudorem mouere, vt proprio capite docebo*) aquis quibus coquuntur attemperantur, præsertim si addideris *radices, aut flores cordiales* appellatos. Quib. equidem hac lege ego vtor, quod accepta ex quauis harum decoctionum sufficienti quantitate supra teporem calida, eam summo mane laboranti porrigo, ac sudare interdico: similemq; potionem, multo post leuem cœnam iterum exhibeo, & sequenti die summo mane sudatorium præbeo, laborantem linteis, ac tegumentis ad sudorem præmuniendo. Miscere tamē eisdem decoctis frequenter placuit syrupum *fumariæ, lupulorum, florum papaueris erratici, capillorum Veneris, de quinq; radicibus simplicem, aut compositum, mel rosaceum, aut syrupum, de buglossa, aut quemuis alium iuxta humoris peccantis ideam*. Persuasum tamen in hac re mihi semper habui, optimum esse consilium, semel tantum in die laborantes sudare: eos namq; bis die ad sudorem cogere, graue esse & periculosum, sæpe experientia monstrauit: quum in labore & resolutione facultas plurimum labatur, cuius in sudoribus opus habemus, ad humores tenuandos, fundendos, ac expellendos: præsertim cum huiusmodi actiones proprius pertineant ad naturam, quam ad medicamenta: Quo fit, vt eius defectu sæpius, laborantes nihil, aut parum sudent, idq; potius ex vtili, quā inutili materia prorumpat, defectu facultatis non valentis nobis adminiculari. Præstat tamē hæc præparandi ratio suam gratiam indies magis, ac magis: cum ex quotidianis sudoribus, materia ipsa tractu temporis, resoluta eius tenuiori parte, crassior, solidior, ac densior fiat: qua ratione quo plus sudauerit laboris, eo diligentius his præparationibus vti oportet. Vtor tamē in lue Gallica hoc præparatorio, quod non placuit subticere, quia mihi semper fuit ex vsu, adhuc in desperatis illius morbi laborantibus, præsertim cum sudoribus inepti existunt. Quod recipit *decocti primi Guayaci paulo dilutioris soluto facti. lib. iij. foliorum senæ* ℥. iiij *rhabarbari electi* ℥. v *epithymi*. ʒ. iiij *radicum borraginis, buglossæ, liquiritiæ ana* ℥. j. *seminum anisi* ℥. ß. *florum cordialium singulorum* ℥. ß. *santhalorum alborum & flauorum. ana*. ʒ. j. ß. coquito simul omnia seruato coctionis artificio ad tertias, deinde addito sacchari, quod sufficiat ad conciliandam dulcedinem. Ex quo semel in die porrigo ℥. v: Vtor etiā *ipso Guayaci decocto, aut sarsæparillæ, aut radicis Chinæ eadem mensura*; atq; in ea diei parte, qua laborantes à sudore vacant. At in febribus longe aliter licet materiam præparare, ac sudorem ipsum prouocare, præsertim in intermittentibus ac rigentibus omnibus: nam in his, duabus horis ante accessionē, expedit *calamenthi decoctum cum castorei scrupulo adhibere, aut apii seminis, vel aristolochiæ rotundæ cum vino, aut capillorum Veneris decocto, mixto modico anethi*: quod equidem commodius fiet, si ante cutim illinias oleo *amygdalarū dulcium, vel alio modice calido*, tepidisq; pannis modice fricueris. Atqui si tenaciter hæreat bilis, vel nō sit exquisita tertiana, incidentia commode ad-

Humores ad mouendos sudores qualiter præparandi. Sudoris caussa.

Sudores vt prospere profluant, tres modi.

1.

2. Sudorifica.

3. Cautela in exercendo sudore.

Sudorifica.

Sed vt sic quæ lege adhibenda.

Sudandum semel.

Sudoris nimij incōmoda.

Sudoris præparatio in lue Venerea.

Sudor in febribus præparandus ac eliciendus.

F misceebis, cum liquore aliquo humectante, cuiusmodi est *sulep violaceum additu oxymellite, & spin.* Quem vsum etiam præstat syrupus *de visantiis de calamentho aut radicibus cum aceto*, à quibus quiete & fotu calido præcordiorum præcipit Galenus coctionem ac extenuationem humorum iuuare.

Corpus qualiter ad euacuationē quamlibet præparari debeat.

Optime quidem Galen. *lib. 6. Loca. phar. c. 1.* dixisse constat, *nihil præstare ad curationem affectuum determinationes, ni prius totum corpus parare nouerimus.* Pari quidem lege non sat est, humores parare nouisse, nisi prius, qualiter debeat ad euacuationem moliendam corpus præmuniri, notum sit. Cuius rei gratia, Primo per quos meatus quæque pars expurganda sit, nosse oportet, quæ multis quidem locis Galen. *lib. 7. 11. & 3. Meth.* docuerat. *Ventriculus* nimirum vomitu deiectioneq; purgatur: *Intestina*, iecoris caua & lieo, per inferiora: *hepatis gibba, renes, vesica & vena* omoes, per aluum, si molto vitioso succo sint referta: sin modico, per vrinas: *cerebrum* per palatum, nares & aures: *thorax & pulmo* per asperam arteriam. Quibus præmissis ad singulas vacuationes peculiaris teotanda est præparatio, *vt Gal. lib. 2. ad Gla. lib. 9 Meth. aperte docuit.* His enim quæ per aluum maiori pharmaco

G sunt educenda, viam paramus *mulsa, cibis humidis, pinguibus & dulcibus, qui aluum lubricent.* Clysteribus item, balanis, & assumtis leuioribus pharmacis, vt *cassia, manna & ceteris huius censu*: quod eui... pedire dixerat. Celsus *lib. 2. c. 12.* Diximus tanto maiori pharmaco, ná ad lenes purgationes haud magna prærequiritur præparatio: simili modo ad copiosiorem vomitum præparamus leuioribus præmissis vomitoriis, vt *aqua hordei, mulsa, oleo, & ficubus recentibus copiosius ingestis*: calfacimus etiam manus & pedes, & partes circa os ventris. Sic quę per vrinas educenda sunt, *vt superius diximus*, leuioribus medicamentis paramus: cibis etiam mitioribus & vino albo ac tenui, & fere aliis, quæ

Pharmacū maius. Purgatio leuis. Vomitus leuis.

92 A abstersiuam habeot naturam, vt *mulsa, decocto ciccrum cum radice pretroselini & aliis huius natura.* Quę tussi & sputo educendæ sunt, simili ratione arteria humefacta, & bechicis leuioribus adiuuamus, Locareq; ad huiusmodi medicamenta corpus oportet supinum, vt consulere videtur Gal. *lib. 5. de loc. aff. c. 4. lib. 5. met. c. 12.* quibus colligendum est, supinum situm in deglutitione eclegmatū thoracicorum, commendatum esse plurimum: quoniam ita constituto homine, otiantibus etiā oiusfectilis, qui gulæ præsunt, dilabitur promtius medicamentū (*eo quod antestat gula*) in arteriam ipsam, estq; patentior multo meatus: gula enim nisi musculorum deuorantium ope ingesta non admittit Qua ratione is est optimus præparandi corporis modus, præter eum, quem arteriæ couenire diximus Subotitur tamen dubitatio quædam ex

Si positus in eclegmatis thoracicis cōmoda.

B dictis Galeni de expurgando liene. Libro enim secundo ad Glauconem, *intestina* per inferiores excretiones purgari refert, quemadmodum & splenem & renes per vrinas. At lib. 13. Meth. aperte monstrat lienem per inferiora purgádum non per vrin. s, cum nulla ab eo in renes via pateat, nisi quid in hepar ex eo regurgitet, quod vrinis possit excerni. Cui dubitationi respondeo, Galenum non docere oppositum, sed quod interpres iudicio nostro male collocauit puncta. Deberet equidem scribere: Intestina autem per inferiores excretiones, quemadmodum & splenem: & renes

Lienis expurgandi ratio.

sane per vrinas. Qua quidé inscriptione vtraque sententia vera manet, & monstratur etiam, quas vias liceat præparare ad quamuis purgationem.

## Consilium Circa Humorum præparationem.

Egregie refert Galenus *lib. de opt. sect. ad Trasi prin.* singula medica præcepta & vniuersim omnia, in primis vera esse debere, secundo vtilia, tertio iactis principiis conseotiētia: inquit enim, *Ex his tribus principiis legitimum præceptum diiudices.* Qua quidem ratione, vt quæ diximus his legibus mensa, vera & perpetua sint, moneo quidem, ne quis indistincte & intrepide humorum, & corporis præparationem aggrediatur: namque non minus damni eo modo laborantib. inferet, quam vbi vacuatiooes citra vllam præparationem aggressus fuerit. Qua ratione necessum est, considerationes quasdam hic præfigere, quibus medicus huiusmodi prouidētiam tuto aggredi possit. Prima quidem sit circa modum præparandi humores immodice fluentes, quos non licet protinus ad retentionē præparare, nisi inspecto prius corporis apparatu: nam si præ nimia copia grauatum corpus eos deporiere tentauerit, quiescendum eo tempore est, donec deposita sufficiēter abun... ... viribus plusculum labentibus id tuto ... Præterea coctionem iuuare per ea, quæ calorem augent, nec omnino est contemnendū, nec in omnibus morbis est tutum: ob id igitur eis vtendum esse censeo in diuturnis malis, atque longis febribus: in acutis vero minime, nam in eis alia vigent magis, vt victum extenuare, aut caussam ipsam tollere, à qua coctio impedita est: Itaq; in omnibus frigidis affectibus, maximam habent vim huiusmodi concoctoria auxilia, eo quod omnia triplici esse conditione prædita, vt coctionem præstent, oportet: vt de nardo scribit Galen. *lib. de comp. phar. loc.* Prima, *quod tenuantia sint*, secunda *quod calorem augeant*, tertia vero *quod adstringant*: Extenuatio enim, *vt diximus*, coctioni viam parat, caliditas coctionem efficit: adstrictio quidem vim confirmat. Quas omnes fere conditiones præstant, *vt Gal. placet loco citato*, syrupus ex *succo cotoneorum cum pipere & mentha: ex corticibus citri, additis coriandro, croco, nardo & aliis quæ odorata sunt.* At si in febribus & aliis acutis affectibus coquendi necessitas plurimū vrgeat, somno, quiete, frictionibus & lauacris vtemur: in diuturnis

C

Humores temere non mouendi nec præparandi. Præparatio humorum ad sistendos fluxus quib. conditionib. fiat. Per calorificantia non omnino tuta Præpar. pharmaca in morbis crassis proficua triplici conditione prædita esse debent. Quies & somnus coctionē præparāt. Humectatio præparat plures humores & quos.

D vero, cibis & potibus modice calidis. De infrigidantium vero vsu nosse etiam oportet, in crassiore & obstruente bile miscenda esse, quæ attenuent, aut humectent: in tenoioribus vero humoribus, solum quæ humectent: vtor enim in quibusuis febribus, dum ex adusta aut obstruente bile ortum duxerint, *syrupo violaceo, addita aceti octaua parte*, quibus etiam superinicio aquæ aut decocti alicuius quantum sat sit, vt sine noxa ventriculi aut vteri bibi possit. Verum licet humoris

E & morbi ratione sæpe frigidis medicamentis agere oporteat, adeo hæc solent purgationi obsistere, vt aliquando pertimescenda sint, præsertim cum purgationis tempus instat. Qua ratiooe in biliosis etiá & acutis morbis occasionem exquirere oportet, exhibendi calida medicaméta, quale est decoctum *origani, tragorigani & pulegii.* Quapropter maturo opus est consilio, in frigidorum adhibi-

[illegible] n-[illegible] ca-[illegible] ud [illegible]: [illegible] quæ [illegible] fa[illegible] [illegible] [illegible] ta p[illegible] tiones vtem[illegible] xt[illegible] d n[illegible] pe[illegible] s, [illegible] da tantum in [illegible] ere [illegible] fi g[illegible] prius [illegible] Ne [illegible] fiet mea sententia, [illegible] que p[illegible] tur humidam [illegible] ratio[illegible], & [illegible] gidos syrupos, *si febrilis calor vrgeat* [illegible] instante vero purgatione, incident[illegible] & [illegible] tia, ut si iis eo tempore vti [illegible] dis vtaris consilio, *iuxta Galeni d[illegible] tum* [illegible] *simp. cap. 21.* quæ qui[illegible] & [illegible] a att[illegible] [illegible] etiam mixtione & rarefa[illegible] tione [illegible], ut falitem fluidiora reddunt simul & [illegible] corpus: quod iuscula mirum in modū præstare possunt. In[illegible] mios enim purgare humores antequam incidescant, periculosum est. Sæpe quidem *dysenterias, cardiacum affectum*, & grauissima alia mala oriri conspicimus, ex purgationibus, quæ citra præparationem fiunt, etiam si leuissimis clementissimisq; id moliamur medicamentis. Quapropter vereri oportet, ne aliquod ex iis malis contingat, ex humoris indomiti malitia, quod quidem postea in medici errorem aut medicamenti sæuitiam regeratur. Aliud quoque in hac re non est omittendum, nempe incidentium medicamentorum vsum nusquam statim ab initio morborum competere, sed post quietem ac relaxationem quandā, vt incidentia melius permeent, & laxantia materiam elidant, quod Galenus manifestum fecit in quotidiana febre incidētia post primos dies imperans. Quod etiam breui ratione probatur: nam extenuamus, vt eductio seu bona coctio sequatur, quæ nulla ratione in principio commode fieri possunt: merito enim non mox extenuamus, sed relaxantia cum quiete præmittimus, quæ extenuantibus viam parent, sicut extenuantia ipsa coquentibus. Quo fit, vt solis extenuantibus & leni alui subductione seu vomitu, perplures febres nothas liceat curare Galeni testimonio.

Purgare ante præparationem non est tutū. Incidentibus & attenuātib. purgare periculosum in principio.

G

93 A

## Capvt VI.

### De recto vsu & indicatione euacuationis, quæ fit per imum ventrem.

EST Quidem apud omnes fere nationes antiquā natiuaq; consuetudo & animus, vt dum ædificia magnifica ac sumtuosa efficere parant, maius in eis exquirant artificium, & omnem artis perfectionem, intelligentes artis cuiusque id esse proprium, vt in materiam, quæ sponte suapteq; natura produit in lucem, affectionem quandam & facultatem inferat, quæ sine hominum aut mente, aut manu per se ipsa non accederet. Non enim ars materiam, sed artificium in materiam extrinsecus confert. Itaq; quo ædificium pretiosius & grandius qu[illegible] struere mitit, eo maiori vtitur artificio, sciens ob id opus fieri perfectius, & mirabilius: hæc enim est artis conditio & natura, vt ex rudi & humili materia mirabile struat opus.

B

Artis natura.

I[illegible] sq[illegible] & [illegible] e n[illegible] m[illegible], [illegible] n u aliquid [illegible] moli[illegible] pra[illegible] d[illegible], [illegible] cant[illegible] & [illegible] ciosius [illegible] the[illegible] Sunt autem in medica arte d[illegible] to [illegible] a. ux[illegible], [illegible] que n[illegible] v[illegible] [illegible] *Sanguinis missio*, & expurgatio [illegible] cartificiosi expendere oporte[illegible] q, [illegible] ingenia, quid ad vnguem [illegible] c[illegible] vt opus, quod int[illegible] [illegible], in [illegible] mus, & citius perficiamus. Magnum quidem [illegible] purgatio est, & quæ dum prospere cessit, [illegible] amabilemq; parit [illegible], contra vero & opus & materiam perdit. Quapropter à primis principiis eius naturam expendisse oportet: præsertim cum corporis & humorum vitia per victum non nisi longo tempore emendari possint, ob idq; aliis au[illegible] aliis pugnandum esse iubet Galenus, *lib. 5. Ar. medi.* Ideo ars hæc ex natura indicatione sumta, quæ ab his humoribus sese exonerat per varia loca, docet modum, quo medicus possit corpora ab eisdem vendicare, his transmissis per destinata naturæ loca. Sunt autem hæ partes, per quas natura & ars suas moliūtur vacuationes, in humano corpore variæ, in præsenti tamen capite tantum eius vacuationis meminisse est in animo, quæ per imum ventrē fit.

C

Purgatio quantū moment.

Purgationis varia loca.

Indicant autem locum, per quem debent expurgari vitiosi humores, *Quantitas & Qualitas humoris lædentis, & læsionis ipsius modus, necnon & locus in quo continetur humor, partis item præstantia, ægriq; proprietas ac voluntas, & vltimo naturæ motus.* Scribit namq; Hippo. *melancholicos per inferiora vacuandos esse, & biliosos per superiora.* Verum præstantia oris ventriculi & exquisitus illius sensus, quæ non ferunt contactum acris materiæ, admonent, *securiorem esse per intestina vacuationē.* Sic vbi multi continentur in venis humores noxii, nec per vrinas, nec per sudorem facile purgari possunt, sed quæ per aluum fit purgatio, tutior est. Eodem modo locus, in quo continentur humores, ob innatam conformationem & connexionē cum aliis membris, ostendit vias, per quas cōmode educantur: hac ratione ventriculus se exonerat per *aluum & vomitum*: hepar per *vomitum* item, *deiectionem, vrinam & sudorem.* Sunt etiam ex hominibus plores, qui ad certam vacuationem, etsi commodior sit, non sunt cogendi, sed ad eam, quam ipsi expetunt, & nouerunt [illegible] commodam esse. Verum si natura irruat per aliquam partem, per eandem licebit moliri vacuationes, nisi locus sua sponte ineptus fuerit ad illius humoris expurgationem. Ex quibus omnibus si compertum habuerimus imum ventrem esse vacuationi, quam conamur moliri, optimam regionem, protinus licebit conicere, quot sint humorum vitia, quæ huiusmodi vacuationem exposcere possint.

Purgandi locum quæ indicent.

Purgatio per aluū quando tuta.

D

E

Cuius gratia præstat considerare, corpus vniuersum tribus omnino regionibus cōnecti, quæ propriis limitibus & terminis circumscriptæ, humorum distribuendorum quasi viæ sunt, & quædam receptacula. *Vna* quidem & vere prima, à gula in medias iecoris partes dirigitur, in qua ventriculus, venæ mesæraicæ, quæcunq; ad portas conscendunt, caua iecoris & lien includuntur. *Altera* à medio iecore in tenues partium singularum venas porrigitur, comprehendens connexa iecoris, venam cauam & quicquid illius in[illegible] sidit

Corporis humani tres regiones.

1.

2.

3.

inter

inter axillas & inguina. *Tertia* vero regio reliquas venarum propagines, & omnē corporis molem, quæ in singulas partes & summam cutem probetur, citra dubitationē complectitur. Hæc tamen regionum varietas, cognitu quidem necessaria est: nam quæuis earum humorum aut excrementorum vitia quædam proprie suppeditat. Regio itaq; prima, vt quæ corporis sit sentina, magna scatet excrementorum quantitate, subiectaq; est quam plurimis humorum vitiis. Nam ex proprio instituto, præter alui excrementa, alios gignit & suscipiat humores, crudam nimirum lentamq; pituitam, bilem etiā flauam ac melancholicam, si istorum aliquid præter modum increuerit, vt iam nequeat proprio receptaculo contineri, sed redundās in alias sedes irruat. Quæ sane excrementa & etiam ventriculi vitium alimenta corrumpunt, ac in intestina postmodum delabentia, dolores colicos, in tenues vero mesenterii & iecoris venas obstructiones inferunt.

Humorū regionis primæ vitia.

Bilis enim pallida & atra è folliculo fellis & splene diffluentes in iecur, in venis & habitum corporis, ac in ventriculum, mesenterium & intestina diffunditur, ac irrepit: quibus modis it humores, quos Neoterici *superuacuos* appellant, corpus labefactant quantitatis vitio. Contrahunt etiam hi humores libenter in qualitate, cū immodice tenues ac calidiores redduntur, aut cum bilis exuritur & efferuescit, ac pituita & melancholia plurimum perfrigerantur. Solet enim flaua bilis in iecoris caua in vitellinam, porraceam, æruginosam & cæruleam migrare: sicut in ventriculo etiam ex ciborum corruptela comparari porracea solet, in liene item melancholia in atram bilem redditur. Sic excrementitia pituita in suas quatuor differentias degenerat, nempe *in aqueam mucosam, & vitream*, & *gypseam* multis in locis genitam, aut in alia transmissam: quæ omnia huius regionis vitia alias cū putredine, alias citra ipsam contingere solent.

Humores superuacui.

Pituitæ differentiæ.

In secunda vero regione, quæ maiorum est vasorum, maxime & proprie sole: *Plethora* concipi, quæ ipsorum vasorum plenitudo est, pariterque in ea *cacochymia* procreatur: quæ quadruplex esse potest; Leuis nimirum, quæ ex vnius humoris redundantia fit, nam quiuis omnium sit (sanguine excepto) qui redundat, neq; laudabilis, neq; naturalis sanguis esse deinceps potest: sicut dum nimis dilutus redditur, immodico sero cōmixtus. *Altera* fit paulo deterior venarum cacochymia, quum adhuc stante æquabilitate omnium, vnus aut plures succi vel substantiam vel temperiem immutant, dum crassiores, aut tenuiores, aut intemperatiores redduntur. *Tertia* cacochymię species fit, cum è prima illa corporis regione, humores illi, quos superuacuos nuncupamus, iecur prætereuntes, in maiora vasa delabuntur: quod in morbo regio, arquato nigro, & leucophlegmatia videre licet. *Quarta* adhuc multo deterior cacochymia est, in qua humores aliquo modo vitiosi redduntur, vt per morbos exitiosos contingit, in quibus ex vitellina bile, porracea, & ex hac æruginosa, & demum atra bilis oritur: quæ quidem omnia vitia aliquando cum putredine, aliquando sine ipsa contingunt. Præter quas omnes ratio & experimentum quintam aliam adinuenerunt, quæ solum fit defectu sanguinis reliquos humores retinentis & cōtingentis: quemadmodum non raro conspicimus in diuturnis sanguinis profusionibus, in quib. licet bilis, aut pituitæ, vel melancholiæ eluceat aliqua qualitas, vel exsuperantia, coniectandū non est, esse ex humoris vbertate aut vitio, sed ex sanguinis defectu, quo necessario elucere, ac prædominari tenētur reliqui humores. Quæ sane consideratio, & cacochymię cognitio summopere necessaria est, tū ad rei naturam adipiscendam, tum vero ad verā & germanam instituēdam curationem: siquidem vbi hæc præest, nec expurganti opus est medicamento, vt in reliquis humorum vitiis, neq; qualitatis elucentis attemperatione: quippe solum per alimenta, & sanguinis tum cohibitionem, tum propagationem, curari, temperariue desiderat.

Humorū regionis secundæ vitia. Plethora. Cacochymia quotuplex. 1. 2. 3. 4.

Cacochymiæ cognitio summopere necessaria.

In tertia hac vltima regione ea succorum vitia reperiuntur, quæ ex maiorib. venis tantum deriuantur, ita vt hæc vitia finitima sint iis, quæ in secunda regione contingunt: licet cacochymiam tertiæ regionis nonnunquam appellemus vitiosos humores alicui parti impactos. Constat itaq; ex dictis, omnium humorum vitia trimembri diuisione includi: peccant enim omnes Qualitate, Quantitate, & tota Substantia: quibus omnibus iure optimo debetur expurgatio, quæ *nil aliud est, quam euacuatio humorum sua qualitate infestantiū: qua non indifferenter humorum quemlibet, sed certum quendam, aut plures selecte trahit*. Neq; obstet, ex tribus humorum vitiis id tantum sub definitione includi, quod *qualitate* fit, nam hoc verbum omnia alia vitia videtur cōplecti: siquidē vtcunq; humores alii a sanguine redundent, necessum est qualitate peccare, ita vt expurgatione necessaria egeant.

Humorū regionis tertiæ vitia. Cacochymia triplex. Purgatio quid.

Expendere tamen hoc in loco prius oportet, huiusce vacuationis hoc esse institutum, vt redūdātes humores, alios videlicet, à sanguine, vi medicamenti è corpore pellant: quo fit, vt sanis merito Hippo. *lib. 2. Aph. tex. 36. 37.* purgationem interdicat: nam cum medicamentum purgans familiarem humorem ab aliis extrahat, dum non redundauerit, certum est, naturam in eius extractione maximam vim passurā. Quod tñ non vetat in corporibus paratis in morbū incidere, præcautionis gratia id efficere, *vt idē Author & Gal. lib. 6. Aph. com. 49. aperte docent*, nisi aliud prohibuerit.

Sanis purgatio interdicta.

Sed ne quis inconsulto in quibusuis humorum vitiis, huiusmodi aggrediatur vacuationem, expendere oportet, quod aduersus vitiosos humores duplici remediorum genere pugnamus, Alteratione nimirum, & Vacuatione: neq; opus quidem vacuatione est, vbi ea sufficit alteratio, quæ minus naturā afficit. Nam intemperies sæpe nascuntur ab animi affectibus, à quib. etiam fouentur: & cutis spiratio dum prohibetur, febres succendit diarias, ac sæpe synochas sine putredine, quæ potius rarefactione, quā euacuatione curētur. Suboritur etiā calor ex obstructione ob crassitiem & viscididatem: cui subueniunt citra euacuationem incidentia, & extenuantia: quod videre licet in exquisita tertiana: cui vel Galeni testimonio medetur magis alteratio, quā euacuatio ipsa.

Humorū vitiosorum duplex remedium.

Qua quidem ratione, antequam hinc discedam, percalescere oportet, quod cum intemperies nascuntur ab humoribus, quorū euacuatio requiritur ad intemperiem auferendam, quales sunt humores *putridi, adausti, aut praua substantia affecti*,

Alienati qui debeāt humores.

qui

[illegible] non pos[illegible] o [illegible] peculiare [illegible] Sed a[illegible] tus, [illegible]. Debe[illegible] purgatio [illegible], quæ ex superantia [illegible] fiunt. [illegible] adiectio de[illegible] & [illegible] tiore[illegible] dimittium, eos solum medicamen[illegible] trahere oportet, qui copia vi[illegible] sunt [illegible] proprie purgatio vere propriè debe[illegible] & [illegible] qui redundantes [illegible] non q[illegible] sed [illegible] net sine præt[illegible] naturâ [illegible] quo [illegible] corruptio fiat. Hos enim [illegible] abun[illegible] oportet: reliquos vero, [illegible] vel non abundant [illegible] sed sola mala qualitate, aut intensâ peccant, dum corrigibiles sint, sola alteratione reducendi sunt, vel cibis, vel medicamentis: sin aliter, expurgandi quoq; sunt, quia habentur vt abundantes, & superuac[illegible], quos natura reiicit, quorum incorrigibilis quantitas est, adaucta habetur.

Qui purgari. [margin]

G

Quo quidem præstantissimo auxilio, vt quis rationabiliter vtatur, inspicere primo tenetur, *num humores, qui in corpore præsunt, faciles sint, an difficiles, tenues, an crassi, acres, rodentesq́, aut lenes, synceri, an sanguini, aut alijs quibusq́, permixti.* Deinde *num copia natura molesti infestiq́, existant:* postremo *vtrum diuersis locis agitentur, an quieti sint,* item *coctione, an crudi adhuc & coctionis prorsus expertes*: nam iuxta has etiam humorum conditiones purgandi rationem variam instruere est necessum.

Purgatio vt bene procedat, quot re quirãtur. [margin]

95 A Diuiditur itaq; hæc vacuandi ratio prima sui diuisione in *Lenem purgationem* quæ mitissimis fit medicamentis) & in *Selegentem ac plenam*, quæ per electiona medicamenta perficitur: quæ quidem diuisio ex loco seu regione, in quo humores peccantes vagantur, desumitur. Deinq; si in prima illa regione constiterint *ripote quæ ex vna ductuum constructa est*) lenissimis medicamentis sunt educendi, quæ absq; vt & electione, quicquid eorum offendent, leniendo educere valeant. Quæ quidem vacuandi ratio, præterid, quod fere in omnibus morbi téporibus locú habet, potissimum in morborum principijs fieri desiderat, præsertim si febrilis fuerit affectio, indicatione sumta à cunctis naturæ humoribus primam regionem obsidentibus. Neq; obstet illud Hipp. *Concocta medicari*, & alia eiusdem & Galeni testimonia: quoniam humores, quos per leues expurgationes educimus, superuacui sunt, & magis naturam excrementorum præ se ferentes, præterquam, quod in primis illis venis continentur, & nullam vlterius gratiam à natura recipere possunt: quia illæ partes non sunt coctioni humorum destinatæ, etiamsi dum humores in eis putrescunt, aliquod ab B eisdem & medicamentis beneficium expostulét, *vt paulo inferius docebo.* Est tamen hæc vacuandi ratio sæpissime necessaria & proficua in febribus, in quibus necessum est in principio fiat, cum in his humor non sit, qui morbum efficit, neq; qui putredinem concipit, quin potius necessaria ob id est in principio huiusmodi purgatio, præcauens ne hi humores maiores venas irruentes, materia fiant maioris mali. Nec mirum quidem videri debet, si antiquitas tantum veruerit purgationes in principio, cũ illis fuissent occulta clementia hæc medicamenta, quib. nostra ætas fruitur, nihilominus tamen blanda hac purgatione frequenter vsus fuit Hipp. *lib. de nat. mul.* nam primo fœminas

Purgatio duplex. [margin]

Purgatio blanda. cuius sit naturæ, quo mor. & tẽpore, & quibus humoribus & corporib. fieri debeat. [margin]

Purgatio blanda antiquis incognita [margin]

vt ro aff[illegible] nqu[illegible] enim *In purgationibus autem, mer[illegible] ria[illegible] ante cibos edat, & cibu[illegible] vtatur, & [illegible].* Sed apertius adhuc o[illegible] hac purgatio[illegible] p[illegible] orborũ [illegible] Nam in historia [illegible] Cidi, *lib. 7. pop.* hæc [illegible] verba: *Sexta die alui [illegible] stio à mercuriali, & calor & dolor cessasse vi[illegible]* R[illegible] eod[illegible] in historia Andicæ *lib.* [illegible] *tor. text. 45.* inqu[illegible] *Sexta à mercuriali probe eg[illegible] alum.* Et alibi etiam hæc protulit verb[illegible] *At si nuper cibato cibus prior non descenderit, virtusq́, valida fuerit, [illegible] floruerit ætas subluere oportet, si vero virtus imbecilla fuerit, glande est vtendum, nisi aluus sua sponte probe deiecerit.* Quibus constat Hippocraté primum fuisse harũ purgationum auctorem, etiamsi nostris caruerit leuissimis medicamentis. H[illegible] itaq; interdicere purgationes, in morbo[illegible] m int[illegible] is, eorum est, qui nequeunt discernere succos à venis penitioribus emanantes, ab humoribus, qui peculiari ac proprio ventriculi aut primarum venarum vitio in his colliguntur. Namq; huiu[illegible] modi purgandi via solum indicatur ab illis humoribus, quos *superuacuos* appellamus, qui in prima illa regione vagantur, & ibidem morbos procreát, aut parati sunt efficere, aut in alias partes conse- quio trahuntur, transmittunturq;, & vicinia, ac transmissione lædunt. Qua ratione, vt in omnibus fere morbis huius regionis, citra controuersiam vacuatio hæc plurimũ fit ex vsu ac tuta. Licebitq; vsum probare, ac securitatem ex potẽtis medicamentorum, quibus eam molimur, nam quædam euacuant leniendo aluum, quæd[illegible] lubricando, quædam rursus cõprimendo. Ex quibus omnibus operandi modis nulla vis, nullaq; violentia infertur naturæ. Quod esse commodissimum in omnibus vacuationibus omnes fatentur. Ex quo etiam elicitur, quod neque feruentissimus aeris flatus hanc prohibere possit, cu materia non pauca constent frigida atque humida, neque ætas vel puerilis, vel decrepita, cum vires aut nihil, aut minimum offendant. Nec obstabit consuetudo aliena ab euacuationibus, cum horum medicamẽtorum materia familiarissima sit, vt quæ ad alimentorum naturam proprius accedat: nec sexus adhuc repugnat, nam hæc etiam grauidis tuto propinantur. Cum hoc tamen his, qui nimia Venere vsi sunt, & ob id crudis abundãt succis, cassia fistula summe est aduersa, quod flatuosa sit, & torminosa: sæpe enim in his improspere successit. Quibus constare arbitror, quam sit tuta hæc purgatio, ita vt omnibus morbis, dum eius necessitas præstit, adhiberi citra periculum possit. Cæterũ vt rutius rationabiliusq; id fiat, hac decet vti distinctione: q in morbis, qui nõ oriuntur ab his superuacuis humoribus, quales *putridæ febres* sunt, & huiusmodi alij licebit in principijs citra delectum ea vti, quo quidé tempore tutior est, quam dú natura aggressa est aliorum humorũ coctionem. Quo fit, vt ea abutantur quam plurimi huius tempestatis medici, qui præmissa vacuatione per sanguinis missioné, ex tempore se fecisse arbitrantur, si ante integrã purgationé ea vsi fuerint. Quod solet *præsertim in ma lignis febribus, & his quib. maculæ per cutem erumpunt*) in grauiora pericula præcipitar[illegible] borantes, quia aut motum naturæ [illegible] ant coctionem in[illegible] bant, idque pulcra quidam senten[illegible] dixerat Hippocrates [illegible] *Quod si non ab [illegible] curan-*

C

Præsertim [illegible] ab [illegible] oc[illegible] xp[illegible] me [margin]

D

Quibus medicamentis menius fiat. [margin]

Nihil eã prohibere patet non aer, nec ætas, nec sexus. [margin]

Cassia fistula qu bus aduersa. [margin]

Purgatio blanda quibus morbis adhibenda & [margin]

*curandum susceperis, sed signis iam in lingua exsistentibus, finere oportet, donec indicationes præterierint, & linguæ signa mitiora facta fuerint. & neq; medicamentum dederis, neq; ad purgationem faciendam clysterem adhibueris, priusquam prætereant*. Quo loco signa præbet, quibus incitari huius purgationis, aut alterius tempus, quis facile noscat. Quo fit, vt sine vlla præparatione, primis diebus fieri desideret, vt quæ (*præter alia quæ præstet bona*) viam etiam sternat sanguinis extractioni, ac rursus pertimescentibus clysteria, eorum necessitatem auferat: cum hoc tamen dum aut medicus primis morbi diebus accersitus non fuerit, aut sanguinis mittendi necessitas plurimum vrget, non est extra rationem, & mentem Hippocratis, ante septimum hac vti purgatione, licet vtilius longe foret primis statim diebus: verum quia ipse refert se fecisse sexta die, dum necessitas vrget, fieri conceditur. Verum quo tempore morbus ab eisdem supervacuis humoribus, aut in propria regione, aut in quauis alia concitatus fuerit, non licet eos absq; præparatione educere: id tamen cum distinctione fieri debet. Nam aut hi putrescunt delapsi in maiora vasa: aut in propria regione, quo tempore non nisi præmissa coctione sunt educendi: aut citra putredinem aliquam morbos pariunt, vbicunque fuerint: qua profecto occasione eos præparare expediens medicamentis, quæ pugnant aduersus manifestas qualitates, vt si crassi, visci-di, tenacesq; fuerint, attenuando, extergendo & incidendo, eos præparare licebit: sicut si frigidi calfaciendo, ac si calidi, refrigerando, in quibus duobus vltimis casibus ea medicamenta licet aliis, quæ blande purgant, admiscere, quæ hos humores eligant, & ab aliena regione trahant. Ex quibus tamen constare arbitror, quæ sint, quæ huiusmodi vacuationem indicent, quibus in morbis, & quo tempore, ac quibus medicamentis id fieri debeat.

*Purgatio blanda quã admittat medicamentorũ miscellã.*

*An admittat miscellã alimentorum.*

Monendus tamen lector hac in parte est, ne dum hæc medicamenta exhibet, aut cibis indistincte & citra considerationem permisceat, aut mox cibos exhibeat: verendum namq; est, ne qui medicamento mouetur vitiosus humor, alimentis permisceatur, mixtusq; venas eodem vitioso succo repleat: quo fit, vt experientia iam probatum habuerim, assumtis illis summo mane ac superepoto iure pulli leuiter cocto, vtrumq; recte procedere, nimirum vt & vires suas promtius communicent, & neq; alimento vitiosos succos permisceant. Aliqua enim parte ius illud alimentum est naturæ magis quam cassia, aut manna familiare: alia vero ex parte vehiculum est, vt medicamentum citius dissoluatur & agat, nec sperandum est hoc iure vires medicamenti posse extingui, nisi ex his fuerit, quæ comprimendo agunt. Cæterum consulenda est in hac re laborantis natura: nam si plurimum fuerit sicca, hoc iusculo vti licebit: si vero humida, neq; hoc neq; alio alimento, donec medicamentum operari desierit: nisi peculiarem ventriculi conditionem id postulare visum fuerit: siquidem multi sunt homines, quibus medicamentum nihil agit, donec cibum sumserint: alii vero sunt, qui ita auidam habe[illegible] ventriculi facultatem, vt facile huiusmodi m[illegible]ta conficiant, & velut in alimentum commutent: in quibus non erit abs re, non nihil alimenti admiscere, tum vt natura id promtius ex familiaritate complectatur: tum vero vt natura in coquendo immoretur, & medicamentum eo tempore suas vires exerceat, ac mediante illa mora aliquid à ventriculo expellat. In aliis etiam alimentum miscere oportet, his nimirum, in quibus in animo est, à meseraicis & intestinis aliquid educere, vt auidius attracto medicamentoso illo succo, facilius eius vi, quod in eisdem immoratur, excerni possit, quod mire præstare diximus iusculum illud leuiter confectum, in aliis vero longe à pastu consultus est huiusmodi medicamenta exhibere.

*Purgatio per epicrasin quando locum habeat.*

Expendere etiam oportet, an aliqua officinarum, quæ continentur in hac prima regione, ita sit distemperata & male affecta, quod perpetua generatione ob sui vitium eosdem humores congerat, nã eo tempore per epicrasim (hoc est paulatim, & per interualla) eos educere oportet, antequam aut corrumpantur, aut alicuius grauioris mali causa sint: quemadmodum frequenter contingit in diuturnis affectibus, qui ab eisdem fouẽtur, & diuturniores, ac ægre curabiles fiunt, ni medicus id arte vetuerit.

*Somnus in leuib. purgationibus noxius.*

Interdicere etiam in leuibus purgationib. somnum oportet, quia rationi consonum est, nullã posse fieri excretionem, sopita sentiendi potentia, quæ leuissimam huius medicamenti alterationem vigilans vix persentire valet, nedum dormiens. Quod equidem optime consuluit Hipp. *lib. 3. de mort.* dicens. *Sed & mali punici dulcis vinosi succum lacte caprino modico & melle admixto, paulatim & sæpe dato & noctu, & interdiu, & somnũ, quam maxime prohibeto, quo purgatio & citius & copiosior fiat.*

*Purgatio plenior quid.*

Seligens illa purgatio (quæ *electorum* moliuntur medicamentis) in quam diuisimus superius vacuationem per expurgans medicamẽtum, ea est, quæ primum abundeq; intestina, ventriculum, viscera, & primas venas, deinde venas maiores, postremo minores, & habitum corporis euacuat. Cæterum in venarum cacochymia, siue vnus, siue plures humores vitiose se habeant, id perpetuo medentis consilium est, eum ipsum, qui viribus incommodat, eripere: aliis, qui nihil peccãt, si fieri potest, asseruatis in naturæ robur & vsum. Qua ratione illa dicitur proprie purgatio, *quæ medicamento molitur, sibi proprium & familiarem humorem eligente*. Quæ quidem purgatio, quo tempore humores eligit, in tres purgationis species diuiditur: in *Plenam* videlicet, in *Minoratiuam*, & in Paulatinam seu *per epicrasim factam*: quæ omnes à blanda illa purgatione dissident, quia in ea humores supervacui citra delectum excernuntur: in illis vero omnibus certus quidam humor (vnus aut plures) eligitur, Differunt tamen inter se ratione maioris minorisve quantitatis humoris, quàm vna quæque expellere habet. Sed conueniunt omnes, quod à seligenti fiunt medicamento: & quod à venis maioribus ac minoribus, & rursus à toto corporis habitu humores alliciant ac pellant, necnon & à quibusdam corporis signatis particulis, vt à capite, articulis & huiusmodi aliis.

*quas sortiatur diuisiones.*

*qualiter ab aliis differant & conueniant.*

*Purgatio plena qualis sit, quid efficiat, quæ requirat ad recta administrationẽ.*

Plena hæc purgatio maius facessit negotium, quàm vulgus omnino imperitum, & medicorum maxima pars existimat, licet nil audacius ab imperitis fieri reperiatur, quod summum est ignorantiæ

[illegible] Namq; [illegible] quàm ſit pec [illegible] natura [illegible] quilim [illegible] mento de F [illegible] mentio [illegible] [illegible] quæ et [illegible] occaſione, [illegible] humoris apparatu, [illegible] culare [illegible] indicare nequit, præter [illegible] omnibus adhuc cognitis, non lat [illegible] muſſim medicus [illegible] hominis [illegible] conditionẽ ac vires, & multa alia, quæ breui [illegible] ſtudio conſulto prætermitto. Quod ſi [illegible] bet, haud quaquam decet citra maximam [illegible] ſiderationem medicamẽtum expurgans porrigere. Inquit enim Hippocr. *lib. de affect.*

Quæ humorum vitia ea expoſtulent.

*Quæcunq; pharmaca purgant bilem, aut pituitã, tu his pericula ſunt, & culpa medentibus imputatur: quam maxime igitur ea vitare oportet.* Cuius gratia præſtat expendere, hac plenam ſeu eligentem purgationem expoſcere vitia humorum, qui mediam illã corporis regionem occupant: namq; humores, G qui à debito recedunt modo, ſoli maſſa ſanguinaria deſiderant exitum, aliis ſecundum naturã exiſtentibus, ſuperſtitibus. Debetur etiam huiuſmodi vacuatio [illegible] ſuperuacuis humoribus, & in toto ambitu exiſtentibus. Verùm vt vno verbo, quæ huic vacuationi ſunt propria, complectar, ea citra controuerſiam debentur humoribus quibuſvis huius regionis, aut turgentibus, aut coctis. Cruda verò nulla ratione medicari licet, tum propter alias, quas medicorum ſchola vulgatas habet rationes, tum verò quia medicamenta purgantia, quorum ope debent expelli, 97 A non habent cum huiuſmodi crudis humoribus ſimilitudinem eam, quæ inter medicamentum & humorem requiritur, vt actio proſpere fiat: putredo enim diſſimiles reddit humores.

Cruda quare non liceat purgare.

Neque obſtet, in humorum turgentia iis medicamentis licere vti, antequam coctione humores reddantur ſimiles: nam in turgentia habemus naturam adminiculantem, & minori medicamẽti negotio humores expelluntur. Itaq; hæc vacuationis ſpecies perpetuo deſiderat humores turgentes aut coctos. Quapropter decreui hoc loco docere, *quid verè ſit turgentia*, & quid *coctio*, & quomodo ſemper neceſſaria ſit ſimilitudo hæc inter humores & medicamenta, & tandem, *quæ ſit vera cruditas*, qua humores medicamentis redduntur diſſimiles.

Purgationẽ qualis turgentia expoſtulat.

De Turgentiæ itaq; natura longè diuerſa mihi eſt à vulgari ſententia. Nam turgere apud vulgus medicorum dicuntur humores, *cum vehementi motu agitantur, ac ab vno loco ad alium confluunt, & dolores, ac titillationes inferunt, quieſcereq; ægrum non permittunt*: deniq; tota ratio turgentiæ apud eos B pendet ex humorum variis ac inordinatis motibus: fit itaque vt cum non quieſcant, neq; coqui poſſint, vacuari tantum deſiderent. Ego verò, (*nec deeſt in hac re doctiſſimorum etiam ſententia*) exiſtimo turgentiam non poſſe pertinere ad humores ipſos, ſed potius ad naturam noſtram corpus gubernantem. Quod iam probare aggredior, initio ſumto ab acceptione huius vocis, *organ*, id eſt, *turgere*, qua vſus eſt Theophraſtus, *libr. 1. de Cau. plan cap. 6. 14.* vbi refert *plantas turgere*, & per hoc verbum intelligit *habere appetitum, & impetum ſeu concitationem quandam naturalem germinandi, & producendi fructus ex materia quam hyeme contraxerunt*: cuius facta collectione magna, ineunte v[illegible] ſtatu naturalis pl[illegible]rum ap[illegible] ad [illegible] dum qui quid [illegible] ap[illegible] d[illegible] Theophr[illegible] *genita*, & [illegible] inquit, *plantas turgere* [illegible] rurſus appellari [illegible] *organ* [illegible] *ad expellendum*. Apud Ariſto[illegible] *ani. cap.* [illegible] etiam [illegible] vocis, *turgere*, vbi [illegible] minis [illegible] fert *ad concubitum eas turgere* [illegible] tia genitalium partium ſunt [illegible] ad [illegible] nec non & ex frequenti nictu. V[illegible] apud Ariſtotelem etiam *turgere*, [illegible] deſiderium & inſitum appetitum [illegible] minæ concubitum quærunt, ad ſobolem propagandam.

Turgentia quid apud Hippocr.

Hippocrates etiam vſu[illegible] eſt hoc nomine, *organ*, eadem ſignificatione: nam loquens *libr. 3. de fract. tex. 18.* de fracturis, quibus o[illegible] prope[illegible] debet, inquit: *Si opſtum receſſio in hoc curationis modo futura eſt, nota hac erit. Pus copioſum ex vlcere emanat, turgereq; pars affecta videtur.* Galenus etiam in commento inquit *Quod ſi gliſcere quoq; videatur, quod organ vocat, ad excretionem feſtinare, ac incitari pars qua laborat, tunc pro certo id haberi poteſt.*

Quid apud Galenum.

D Ex quibus vtriuſq; auctoris verbis confirmare [illegible] et, hanc vocem, *turgere*, non ad humores, ſed ad partem vbi continentur, proprius pertinere: ſiquidem, vt inquit Galenus, *quando os abſceſſurum eſt, inuertuntur labia vlceris, ac intumeſcunt veluti turgentia ad expellendum.* Igitur turgere apud Hippocratẽ, Theophraſtum & Ariſtotelem eſt, quando pars aut totum corpus gliſcit, ac feruet expellendi deſiderio, quod ſibi moleſtum eſt. Eodem prorſus modo in humanis corporibus conſpectabile eſt naturam turgere, cum aut onere premitur, aut acrimonia & malitia laceſſitur, & ad vacuandum gliſcit & mouetur. Quàm ſententiam confirmat etiam Hippocrates in fœminis, quæ non probè purgantur à partu, & hac occaſione ſuccreſcunt illis febres aut alba mala, quæ eo loco idẽ auctor refert. Inquit enim *lib. de Mor. mul. Cum ſic ſe habuerit, leues cibos exhibeto: & ſi turget, pharmacum infra purgans bibendum dato.* Quibus verbis apertius adhuc monſtratur, hoc verbum, *turgere*, non ad humores, ſed ad corpus aut particulam referendũ eſſe.

Turgentia vere quid ſit.

E Quotidiana etiam experientia hanc ſententiam noſtra corpora confirmant, ſiquidem plurimum turgent, & inquieta manent, quo tempore aut alui excrementa, aut vrina plus iuſto detinentur: inſurgit enim tũ natura ac turget, vt ea è corpore pellat, licet nullo motu excrementa ſua ſponte moueantur. Quo etiam manifeſtum fit, verbum, *organ*, tantum pertinere ad naturam, cui proprium eſt appetere: minimè verò ad humores, quibus neq; appetitus, neq; mouendi poteſtas ineſt: licet Galen. *lib. 1. Aph. comm. 22. lib. 4. Aph. comm. 1. lib. 5. Aph. com.* 29. eandem vocem humoribus dederit, cuius ſententia, perperam fortaſſe intellecta, decepti medici fere omnes, humores turgere exiſtimant, aduerſus omnem ipſius rei naturam & rationem.

Turgentia quid apud Theophraſtum.

Ego tamen cenſeo non fuiſſe id temere & inconſulto à Galeno dictum; Legerat enim Hippocratem, Theophraſtum & Ariſtotelem: ſed vt oſtenderet, qualis futura ſit natura humorum, qui nulla præmiſſa coctione, debent pharmaco extrahi, quod clarius exiſtimauit ſe docuiſſe, ex irritamento & conatu, quem in naturam ipſam

totius corporis aut partes humores huiusmodi inferunt: Qui quidem cum tantum lacessierint F expellentem facultatem, vt turgere ipsam efficiant, tunc eos nulla exspectata coctione protinus extrahere licet. nam eo tempore naturam ipsam habebimus adminiculatam, vt quæ ad impulsione irritata turgeat: differre enim in his vacuationem, malū est, tum propter vim, quam ab humoribus natura sustinet, tum verò quia verendum est, ne ad principaliorem aliquam particulā eos lacessita pellat, nam id propriè appellat Gal. turgentiam 4. *Aph.* 10. vbi asserit, *quod quando in toto corpore, vel in partibus principalioribus fuerit naturæ impetus ad excretionem superfluitatum, id est, quod per verbum, turgere, consueuit Hippocrates significare.* Cum enim natura concitata est, & appetit excretiones, tunc quidem vacuare expedit, etiamsi materia cruda sit, siquidem dum se exonerare conatur, minimè sperandum est, coctionem efficere posse. Potissima namq; ratio, propter quam in morbis exspectare licet coctionem, est, vt naturā habeamus expulsioni adminiculantem: id autē fit, cum prius concoxerit, aut dum irritata tur-G get. Quo fit, vt ad expurgationem, quam citra coctionem moliri intendimus, non semper expediat hos humorum motus rimari, quos medicorum vulgus inepte considerat: sed in quā plurimis aliis morbis purgare etiam docet, vbi aut propter abundantiam aut aliam humoris deterrimam qualitatem, natura appetitu quodā concitatur, irritatur, ac insurgit, vt sese exoneret, frustra tamē, quia aut impotens sua sponte, aut grauata id perficere nequit. Sed proh Deum immortalem! quoties id miserrima natura desiderat, ac 98 A medicorum ignorantia, aut rustico timore, pondere grauata obruitur, aut dissipata & defessa labascit? Egregie enim videtur Hippoc *lib.* 1. *popul.* exhortari medicos omnes dicens: *Nihil temere, nihilq; negligenter agendum*: quare bifariam videntur deliquisse medici, tum quod temere & incōsulto purgationem anteuertant, tum verò quod nescio quo pernicioso timore perterriti, eandem præter rationis leges, non sine magno laborantium dispendio differant, ignorantia decepti, aut experientia destituti. Quapropter toto animo expendere oportet, turgere naturam posse, non solum à calidis tenuibusque ac malignis humoribus lacessitam, sed & à multis & à frigidis, quemadmodum docet Hippoc. *libr. de morb. mul.* *qui turgere fœminam refert, pituitosorum humorum copia.* Quo fit, vt sæpe natura varias incipiat vacuationes, & ab inceptis mox subsistat, & impotens auxiliū exposcat, & monstret: quibus adhuc non mouentur inexorabiles medici, sed tantū vt symptomaticas damnant, futurum periculū prædi-B centes, præcauentes autem minimè, cum sæpius consuluerit Hipp. *quo natura vergit, eo oportere ducere*: quæ sententia præter locum, quem vacuationi aptum eo nimirum monstrat, quid etiam agendū sit, natura tanquam medicorum magistra insinuat. Quod pulchra quadam sententia his verbis dixerat Hippoc. *lib. de Ar. Natura autem stimulata & impulsa artu peritu, quæ facienda sunt, demonstrat.* Idem etiam retulerat Aetius ex Antilo, *lib.* 1. *serm.* 3. *c.* 23. nam inquit: *Quum igitur purgare volueris, præattenuare oportet, ac secare crassos ac viscidos humores, & meatus aperire, per quos humores transferuntur ac trahuntur à purgatorum medicamentis* (ac subdit) *properos quidem ac tenues humores in principio morborū euacuare oportet: in crassis verò ac viscosis concoctio exspectanda est, qualis est pituita & bilis atra: sed & in omnibus diuturnis morbis semper coctionem exspectare conuenit: in acutis verò, cum commota fuerit materia, etiam in principio pharmacum exhibe, & tamen cum multa cautione.* Quibus verbis manifeste docet, quo-C modo humores turgentium vice in principio extrahere oporteat, *vt latius paulò inferius monstrabo.* Nam quorsum, obsecro, naturam potius cogere oportet ad coctionem, ipsa renuente, quam ad euacuationē iuuare, vbi ipsa ad eam irritata turget. Ego quidē indubitanter existimo defatigari magis, ac exsolui, quo tempore cogitur ad coctionē natura, quā cum ipsa ad vacuationem est propensa, isti opem ferre, cruda existenti materia. Neque obstet, nusquam expellere, quin prius concoxerit, namq; id semper fit, cū animal naturæ legib. gubernatur. Verùm quo tempore purgat aduersus noxios humores, non tenetur seruare legē & consuetū ordinem, sed quam primū se ab eisdem liberare: quo fit, vt sæpe turgeat, & vacuari desideret: Quod fit natura adminiculante, quia mouet, & motus supplet vicē coctionis, quia similes reddit humores: hoc est, paratos eductioni, licet non sint cocti: quæ est alia conditio è duab. quas ad vacuationē desiderat: nimirum humores esse D coctos, & motos, nam coctione fiunt similes, medicamento mouentur.

Verùm ne quis vulgi errore decipiatur, credēs in quauis materia furenti protinus esse vacuandum, expendat oportet, non semper id esse rectū, neq; tutum, veluti quando corpus crassis repletum cibis, aut crudis humoribus grauatū fuerit, aut quando obstructione magna & præcordiorum tensione laborat, aut si vehemēs calor illud affligat, aut si denique inflammatio vrat. Quare etiam Hipp. quosdam pestilētia laborantes, purgatione, quę nimirum furenti materiæ conuenire videbatur, offensos fuisse commemorat eo quod præcordia ipsis intenta fuissent: quare & hæc omnia obseruasse decet. Quod etiam consuluerat Gal. *lib. quos, & qua. cap.* 9. his verbis: *Quicunque informantur ex crudis cibariis multis, aut viscidis, aut crassis, similiter quibus hypochondria distenduntur, & inflantur, aut immoderate sunt calida & feruida, aut aliqua est in ipsis visceribus inflammatio, cuncti tales ad ex-E purgationem sunt inepti.*

Quid turgere sit, dictum est huc usque, *qua verò coctione debeant præparari humores, vt seligenti pharmaco excernantur*, docere nunc superest: quod quidem difficilè est nosse, ni prius quid liceat per cruditatem intelligere nouerimus. Cruditas namque multis dicitur modis: *Primo*, pro inconfecto alimento, siue in ventriculo, siue in iecore, siue in venis, quarum cruditatem nulla ratione licet exspectare coctionē, quia vnius membri defectus, nequit alienius ope emendari, saltem ex toto, quo fit, vt statim liceat euacuanti auxilio vti, præmisso tantum ad vacuationē apparatu. Quod fit per defectum nimirum caloris, & naturæ (*& hoc aut vitio alimentorum incoctibilium, aut humoris ex sua conditione, vel ex defectu naturæ, nequeuntis consuetū & coctibile alimentū conficere.* *Secundo* accipitur pro superuacuis humorib. dum aut crassiores, tenuiores, calidiores, frigidioresve facti

Margin notes:
- Turgentia verè quid.
- Turgentium vice quibus humores in principio vacuandi.
- Turgente quibus modis natura possit.
- Turgentib. humoribus quando purgatio non adhibenda sit.
- Coctio præstat humoribus beneficium, vt seligenti pharmaco excernantur.
- Cruditas quot modis dicatur.
- L
- IL

[illegible]

...les, ... dum ... posse ... qui, cu corum ... coctioni ... emendari possint. Quo fit, vt præp... solum præmissa ad expulsioné, eos expurgante medicamento extrahere liceat, nisi velimus coctioné exspectare, vt aliis cōcoctis, vitiosos facilius pellat natura: *quod paulò inferius latius monstrabo.* *Quarta* & vltima cruditatis species per putredinem contrahitur: nam putredo quæ corruptioné molitur in re quam inuadit, dissimilé eam in substantia reddit, & in qualitatibus. Quæ dissimilitudo verè cruditas dicitur, siquidé coctio est assimilatio, seu similitudo rei, quæ coquitur. Neq; obstet, quod Aristot. *frigiditatem solam esse cruditatis auctorē asserat*, nam in viuentibus aliter res se habet, quia caloretiam cruditaté quodammodo parit, vt in humoribus putrescentibus conspicuum fit, qui crudi fiunt, ac dissimiles, aucto ex prohibita transpiratione calore, & ab eodem melius postea transpirante assimilantur, & concoquūtur: hæc enim est illa cruditas, de qua inquit Hipp. *lib. 4. Meth. Non mouere cruda.* Nam cum humores dissimiles facti sint per putredinem, nullam habent cum medicamento trahenti similitudiné, & sic non cedet cruda passio, neq; naturam habebimus adminiculantem.

Qua ratione tātum turgentia licet medicari, aut cocta, hac significatione accepta, modo crassa sint, modo tenuia, serosa, biliosa, melancholica, pituitosa, superuacua, intra venas contenta, modo putrescant: in quibus omnibus inuiolabile est præceptum, coctionem exspectare: sicut in eisdé humoribus, vbi non putruerint, frustra & erroneum est, eandem exspectare ad purgationem, quia non sunt naturæ dissimiles, nisi per qualitates solum, quas expedit suis contrariis corrigere, & absq; coctione expurgare: At in putrescentibus humoribus secus res se habet, quia putredo est corruptio ed substantiæ & qualitatum ab alieno calore: qua quidem dissimiles redduntur naturę operibus res, quæ putrescunt, vnde natura rursus ea materia aggreditur emendare, ac eutnecere, q; assimilando consequitur per coctionem. Putredo namq; corruptio quædá est, & ea fit per diuisionem humidi à sicco. Coctio verò, quæ illi est cōtraria, assimilat ac vnit separatas partes. Cuius gratia meminisse oportet, tres esse in nobis ex Galeni mére alterationes: Vna est, in qua fit perfecta assimilatio secundū substantiam & qualitates, quæ tantū tendit ad nutritionem: cuius vitio pullulant illæ tres cruditatis species, quas diximus non posse amplius coctione emendari. Alia verò est alteratio, in qua nulla fit assimilatio, & illa est verè putrefactio, quæ ad corruptionem omnino tédit dissimilitudine intermedia. Alia vltimo est, in qua similitudo fit per qualitates, dissimilitudo verò manet in substātia, quā quidem

[illegible] ... *quæ facit* ... verb... opp... coctio ex permisti ... *ctura.* Sed dice... *putredini oppositam, cum tunc ... non sint: quo ... modo facit cessare putredinem ... nam ... opponitur generationi.* Cui d... notu di... duplicem esse Opposi... altera ex n... essentia ve putredinis & coctionis ... cuius ratione putredo & coctio non opponuntur; alteram vero ex caussis, quæ mediatè opponuntur: nam coctionis caussa robur est innati caloris, putredinis verò robur extranei cum innati debilitate. Itaq; coctio hæc nō potest ad nutritionem tendere, quia nequit assimilare substantiam, sed solum qualitates: quibus cum ... cessant putredinis caussæ, vt confecto pure cessat omnis putredo. Eodem prorsus modo in febribus, putrescentes humores à natura ...quuntur, & post coctionem relinquitur in venis substātia humoris putrefacti, siue concocti, qui veluti cinis est, & puri proportione respondens, quem per seligens medicamentorum euacuare docet ipsa artis ratio. Ceterum si omnino corrupta putrefactaque fuerit materia, protinus, si fieri possit, est euacuanda (id enim semper in morituris reperitur.) Ratio quidem est, quia coctio tantum facit cessare putredinem, quæ fit: nam quæ facta iam est, & in corruptionem degenerauit, emendari minimé potest, ac per consequens, neq; coctione cessare. Rectè igitur Galenus scribit: *humores in quibus accensa est putredo, coquendos prius esse, deinde euacuandos*: nam coctio facit vt substantia, quæ euacuari debet, facilius ab alia separetur, & actu fiat, quod prius erat potentia: siquidem humores putrescétes cum tota massa (vt aiunt) sunt commixti, atque natura coquendo totum illud efficit excrementum, quod vincere potuit: Qua ratione cum expurgans medicamentorum iam habeat excrementum sibi familiare, biliosum videlicet, pituitosum aut melancholicum, & natura ab eodem infestetur, tanquam ab excreméto, mutuo auxilio euacuatio fit, trahente nimirum medicamento, quod sibi est familiare, & expellente natura, quod illi est excrementum. Quibus iam constare arbitror, quid veré dicatur *turgens*, quid *crudum*, & quid *coctum*, ac denique qualis debeat esse natura humorum, qui hac plena purgatione vacuari desiderant.

Ex quibus sená manifesta fit occasió, seu tempus exhibendi, seligens hoc medicamentum: q quidem vt *refert Galen. lib. 4. Acut. comm. 76.* nulla ratione à numero dierum capi debet, sed in humorum turgentia, quo tempore apparuerit periculum alicuius partis præstantis: in humoribus verò qui vrgent, non debet moliri plena *vacuatio*, nisi præmissa coctione: quod licet intelligere (vt sæpius diximus) de crudis humoribus per putredinem. Quod alio signo monstrauerat Hipp. *lib. de loc. in hom.* dicens: *Medicamentum tandiu, donec corpus florulum est, ne propinato: non cum vacuantur vasi pariō, vtpote corpore turgente. Quum autem gracilia ... fuerit, tunc bibendum exhibe, &*

Tom. II. Ii 2 euacua-

exacerbatur. [illegible] purganti sententiæ di-xerit lib. 7. pop. [illegible] verba: *ubi purgandi sunt veri in morbis, ubi purganda natura fuerit. Infirmi quide* [illegible] *nalitiem. si non anxii fuerint, ne [illegible] grauati [illegible] dolores nimii fuerint, & cum post exacerbationes [illegible]: ut nunc vero in ipsis exacerbationibus.* Qua [illegible] monstrat, lib. 3. de morbis in febris [illegible] in vigore, quem turgentiam appel[illegible], tantum esse purgandū. Quod alii [illegible] verbis [illegible] nimirum *Cum vero impetu fertur morbus, & ægri & medicum a curationibus quiescere conuenit, ne quid mali inducatur.* Ac ne nos decipiat naturæ errans motus, necessum est expendere, in febribus mali moris, in quibus maculæ illæ in cute pullulant, aliquando naturā aliquas molin cuta vllam co[illegible] tionem vtilis vacuationes, in quibus experientia nobis compertum est, nō esse tutum expurganti medicamento eo tempore mouere, & motum n[illegible] turæ sequi: nā licet aliquādo prosint, sæpe tamen fallere solent. Quia cum plurimū sit venenosa materia, vtcunq; moueatur, magis lædit, vt videre licet adhuc in his vacuationibus, quas natura molitur. Quapropter non decet medicamento vti purgante in huiusmodi febribus, donec morbus inclinauerit, alioquin grauissima subórientur symptomata. Pari lege cauendum esse à diebus imparibus in pharmaci exhibitione aperté consulit Hipp. *lib. 4. de morb.* dicens: *Quicunq; iam à febre continua correpti, pharmaco vsi sunt in dieb. paribus hi nimirū purgati nunquā sunt: qui verò in diebus imparibus medicamento fortè vsi sunt, nimium purgati sunt: multi verò etiam perierunt nimium purgati:* proinde priores medici in huc maximè peccarunt, nescientes, quod hæc res ita se habeat, humore nunc in corpore ægroti magis turbatur in imparibus diebus, nimirum corpore humorem ad ventriculū transmittente. Et si quis iam turbatum adhuc magis perturbet medicamento immisso, nil mirum est, ex talibus hominem perire. Quamobrem huius quoque rei maxima prouidētia habenda est: nā plurima ex purgantibus medicamentis accidunt mala, quę proculdubio huc occasioni reducí possūt: qua quidem occasione inspecta, facilè vetari possunt.

> Purgationes in febribus malignis, & maculis nō tuta.

> Nec tutè in diebus imparibus.

> Humor imparibus diebus magis turbatur.

Verùm quia non satest, hæc omnia nosse, ne citra periculū liceat pleniori vti purgatione: plura adhuc licet considerare. Nam debita rerum omnium dispensatiu, quibus vita, sanitásque humani corporis aut custoditur incolumis, aut restituitur amissa, in debitā earū qualitate & quantitate inuenienda potissimum cōsistitur. Qualitas equidem seu idea medicamenti purgantis vsu experientiáq; maiorum nostrorum probata, debet nobis vsurpari iuxta humoris peccantis naturam: quod Hippocrates consuluit *lib. de med. par.* dicens: *Oportet igitur primum biliosis dare, quod bilem expurget, pituitosis quod pituitam: ea nempe qua magis regionem & vitæ moribus familiaria sint.* Quantitas quoque medicamenti comprobanda experimento est, licet de hac re nulla tradi possit certa sententia: tam enim est varia corporū proprietas & [illegible]o, nec nō rerum non naturaliū & præter naturam, vt frustra ac periculosum sæpe sit, in practicis operibus doses medicamentorum purgantium assignare. Dixit enim Hippoc. *Incerta est coniectura eorum, qui ad quantitatem in purgatione cautè procedunt.* Qua ratione interrogare oportet, num aliquando laborans medicamentū [illegible] *& an abeduxerit atum & pro voto an obstiterit pur*[illegible] *aluus*, quod [illegible] ad ventris solutionem facilem agnoue[illegible] se molli[illegible] ibus agendum est [illegible], aut in mi[illegible] copia. Siue [illegible] nihil excreuisse, aut per q[illegible] totius [illegible] medi ad eu quantitate in ordine ad corporis temperatū Deinde, quo præsens homo fuerit [illegible] aut d[illegible] hior ad ventris solutionem: ita medicamentum tenetur esse exacutum, aut debile. Verum si nusquam expurgatus fuerit homo, perdiscere oportet, quantum habeat aluum [illegible], aut huius [illegible] de sumta indicatione, doses medicamē ti certius metiamur. Vltimo verò certo mentur quantitatem exhibendi medicamenti, morbi vehementia ac virium robur, adhibita in consideratione materiæ copia, cuius indicationis meminero latius paulò inferius, & abunde etiam diximus *in method. vniuersali.*

> In medicamento purgante consideranda.

> 1. Qualitas

> 2. Quātitas.

> Doses quantitatis quomodo explorandæ.

Purgatio minoratiua ets debetur humoribus qui præter id, quod morbum efficiunt acutum, qui breui tempore est terminaturus, adeo copiosi sunt, vt non solum qualitate sint molesti, sed etiam copia adeo grauent, quod non minus sit periculum suffocationis, & exstinctionis caloris, ac plenitudo athletarum. Qua in re statuendum est, cacochymiam tribus fieri modis, & ob id triplici indigere medendi via. Fit primò quidem, dum qualitate peccant, quod eorum humorum qualitate intensæ factæ sint, aut remissæ citra quantitatis augmentum. *Alio modo*, dum qualitate etiam peccant, sed non, quod qualitates eorū intendātur, sed quod ad augmētum quantitatis, creuerūt etiam qualitates: ceterū lædit magis ob qualitatum augmentū, quam ob substantiæ copiā. *Tertio* verò *modo*, cum adeo creuit vnius, aut plurium copia, quod præter læsionē, quam qualitatibus moliuntur, longe maiorem eopiam efficiant, ita vt suffocatione pericliteturlaborās, *aut* certum sit, naturā nō posse tantā molem coquere, aut deuincere. Sic prima vice satis est attemperamentum per contraria. Secundo vacuatio præmissā coctione, si vitium ex putredine pdeat, aut citra coctionem, si putredine careant. Tertio verò sola minoratiua purgatio ex vsu est, quia ratio mali in qualitate vitiosa, cui satis nō est sanguinis detractio, sita est, præterquā quod in tanta cacochymia vires non possunt constare, & ob id minoratione opus est.

> Purgatio minoratiua quibus debeatur.

> Cacochymia sit tribus modis.

Minoratiua igitur purgatio ea est, *qua materia morbi minor redditur circa ipsius principia, molitur, & fe*[illegible] *ligenti medicamento.* Ac debetur humoribus in secunda corporis regione existentibus, quorum tanta est quantitas (siue putrescant aut secus) vt timor sit, ne natura succumbat, atq; ante integrā eorum coctionem deficiat, aut hebetescat: quo fit, vt nūnquā iam facta materia, natura reddatur potentior supra residuum, illique securius dominetur ac imperet. Sed est citra huiusmodi vacuationis speciem inter auctores non leuis controuersia, quam potius existimo ex opinione ortam, quam ratione alia probabili promulgatam. Quidam enim tenaciter asserunt, nulla lege esse in morbis minorandum, fulcientes suam opinionem quibusdam Hippocrat. & Galen. locis indicio nostro perperam intellectis: alii verò contrarium sentiunt & tuentur: A quibus tamen

> Minoratiua purgatio quid & quibus morbis debeatur.

est hæc

eſt hæ[illegible] , vt [illegible]
tius [illegible]
[illegible]
tu [illegible]
cerei. S[illegible]
expoſitā [illegible]
tempus [illegible] , quæ h[illegible]
[illegible] nunc modum. *Quicunq; igitur a febribus fortibus corripiuntur, iis medicamenta [pur]gatoria dare non oportet, donec remiſerit febris: ſin autem [illegible] non intra quatuordecim dies.* Quæ qui[illegible] iudicio nostro, non debet [illegible], & primo pater, quia videtur obli[illegible] illius præceptionis quæ medicari iubet in val[de] acutis ſi expediat eadē die: tardare enim in talibus, malum eſſe admonuit: nec non illius, quæ opportuniſſimum tempus præſidiorū putat morbi principium, *incipientibus*, inquit, *morbis, ſiquid videtur mouendum moue.* Quæ quidem expoſitore Gal. *lib. de opt. ſec. ad Tra.* luce ipſa clarius produnt, principio morbi, antequā vires ſucceſſu temporis collabantur, & morbus augeatur, debere humores febris aut alterius morbi auctores extra corpus pelli, potius quia tranſacto principio vires tum morbi vehementia, tum neceſſaria ciborum parſimonia diminutæ neutiquam remediorum vim ſuſtinere valeant, morbus quoque indies exauctus magnitudine,

G multò magis exaſperabitur medelis, quā ſi quo tempore debilis erat, profligaretur. Quod etiam Gal. confirmat *lib. de temp. morb.* dicens: *Principium morbi eſſe tempus, in quo ſimul vrget, aut purgare, aut ſecta vena vacuare licet*: nam Gal. hac ſola ratione indicauit *nullum artis præceptum eſſe inuiolabile, quando inſtat periculum vitæ.* Præſertim cum purgandi ſcopus eodem Galeno *lib. 4. Acut. comm. 46.* auctore, nulla ratione à numero dierū capiendus ſit, ſed aut à coctione, aut ipſo ſtatim principio, antequā in loco aliquo firmati ſint humores: qua ſententia angmentum morbi excluditur, præſertim

101 A quum accidentia quæ ſuperueniunt, ratione coctionis materiæ proueniunt, quo tempore vicē gerit ſtatus, quo tolerabilius eſſet, ſi aut leui pharmaco vteremur, aut accidētia ex humorū motu, aut malitia, quantitate ve prodierint, qua occaſione vicē principij gerit augmentū, & minoratiuā aut blandā purgationem facilē admitit. In principio namq; naturam ſentimus onuſtam nimis, & ceu nauſeabundam, quod ex magnis & paruis, ſeu ex horum inæqualitate conſtantibus pulſib. (quo ſigno nil pulcrius ac certius vires onere feſſas eſſe oſtendit) manifeſtatur.

Nam hac ratione dixit Hippoc. *natura autem ſtimulata & impulſa artis peritu, quæ facienda ſunt demonſtrat*: loquebatur quidem de his, quæ medicens tenetur agere, dum natura coacta nequit perficere, quod conatur. Itaq; tantam præbet naturaſuæ indigentiæ demonſtrationem, vt pulcre Hipp. *lib. de art. diæta* dixiſſe conſtet, dum inquit: *Adhuc idiotis ſubenarrare naturam quid faciendum ſit.*

B Quamobrem contingit ſæpius, vt natura humorem ſemicoctum propter eiuſdem malitiā conetur expellere, quem tamen ex vbertate copia nimio onere preſſa mouere nequit.

Quod cum ita ſit, cum purgatio non fiet principio morbi febrilis, vehementia aut multitudine grauantis ac diſſoluentis vires: ſiquidē imminuta materia, minuetur obſtructio, conſequen[ter] q[illegible] do pſa. At ego exiſtimo Hipp[illegible] ſententia [illegible] ua fulciuntur ſuam opi[illegible] [illegible] etiam te[illegible] non vetuiſſ[illegible] [illegible]onem; præſertim [tu]rgenti per[ic]u[l]o. [illegible] luiſſ[e] potius id [illegible], quam [illegible] dum ipſe inquit in Aphoriſmis *In acut[is] [illegible], & inter initia purganti medicamento vti.* Na[m] [illegible] *lib. de humorib.* in acutis tantum p[r]ohibet integram purgationem, haud quaquā eam ſimpliciter explodit dicens: *Oportet raro in acutis multos educere humores, in longitudinariis autem omnes.* Quæ ſen-

C tentia docet ap[ert]iſſime, humores la[t]itudinem inferentes, vtpote qui turgent nat[ura] [illegible] [ir]ritant, in vniuerſum fore vacuand[os] [illegible] qui abſque turgentia magnum conſtituunt [morbum], non quidem omnes, ſed paucos [illegible] [mo]rem factā cauſſarum molem natura vincat [illegible] & tutius: ac etiā quia purgantia medica[menta] [illegible], vtpote quæ calida ſunt, non ſuſtinent [illegible] morbi, calidi etiā, niſi in parua quantitate, & in principiis: aut ſi maior neceſſaria eſt medicamenti quantitas, dum remiſerit febris: Itaq; iuxta optimā rationē cenſeo, hanc Hipp. ſententiā debere tantū intelligi de plena purgatione, & non de minoratiua: aut dum nihil eſt in mo[r]bis, quod cogat anteuertere plenioris purgationis debitū tempus. Præſertim cum idem Hipp. *lib. 4. Acut. tex. 64.* primus omnium fuerit minorationis auctor, refert enim ipſemet hæc verba: *Hos ſi ab initio purgare volueris, id ante diem quintum facito, vbi venter murmurauit, ſi nō, à medicamentis abſtineto: verum ſi murmurauit, fuerintque excrementa billoſa, ſcamoneo mediocriter purgato.* Quibus verbis apertè monſtratur: *Hippocratem v-*

D *ſum fuiſſe minoranti medicamento*: quod apertius adhuc confirmat Gale. in commento, dum inquit: *Purgat igitur in morbis, qui ante decimam quartam coqui non poſſunt.* Sed clarius adhuc idem Hippocrates paulò inferius, in hunc modum prorumpit: *Nam vel ſtatim ab initio, priuſquam in partem aliquam confirmentur humores, medicandum, vel poſtea cum ad maturitatem perducti fuerint: quam ob cauſſam & prima interdum die, & ſecunda, & quarta, & interdum, quinta, medicamenta dedimus.* Quibus equidem rationibus perſuaſus exiſtimo, vſq; ad quintam diem licere vti minoranti medicamento, poſtea verò minimè: niſi aut humore cocto, aut ſaltem decima quarta die tranſacta, vt ſententia illa Hipp. iudicio noſtro præcepit, & Galenus etiam *lib. 1. Aph. comm. 24.* inſinuare videtur. Neq; obſtat illud, quod apud vulgus medicorū communitet fertur, nimirum quod omnibus illis locis, quibus Hipp. & Gal. loquuntur de purgatione in principiis, eorum ſententia debet intelligi de humoribus turgentibus, iudicio tamē noſtro longè à veritate diſtans. Ratio eſt, quia turgen-

B tes humores non ſolum in principiis, verum & in omnibus aliis temporibus protinus ſunt expurgandi: quo fit, vt aliud docere videantur illæ omnes ſententiæ. Ex quibus manifeſtè elicitur, licere in acutis morbis, vbi vetemur, ne citra maximum damnū morbus ad ſtatum perueniret poſſit, indubitanter minoranti vti medicamento: ſic profectò in pleuritide præcautionis gratia prima, ſecunda, quarta die, & interdū quinta, licet purganti medicamento vti, poſtea verò, aut cū ſluxio iam ceſſauerit, haud quaquā, ſed cum ad maturitatē peruenerit humor. Quamobrem Hipp. *lib. 4. de Acut.*

Purgatoria [illegible] [illegible] nunc modum [illegible] [ni]ſi bien de [illegible], & quo tempore.

Verum in acutis

Minoranti medicamento vſque ad quintam vti licet.

In acutis [illegible] fit.

Purgatio minoratiua verò in principio bene debeat.

de Acut. sex. 22. dixit: *Quicunque autem ea, quæ inflammantur, statim inter initia morborum, medicamenta soluere conantur, hi non solum ab intensa inflammataque parte nihil adimunt, cum non cedat cruda passio obsequaturque, verum quoque & quæ morbo aduersa & quæ sana sunt, ab-* F *sumunt.* Quibus verbis insinuat, fluxo iam humore in particulam, non licere ante maturitatem medicamentis irritare: non tamen negat, antequam firmetur, præcautionis gratia, primis diebus medicamento purganti vti. Nihilominus tamen experientia mihi est confirmatum, apparentibus tamen coctionis signis, non tamen perfectis, in pleuritico, in quo plurimum humoris redundare cognouerimus, ac periculum est, ne si in particula decidat, maius efficiat malum, prodesse plurimum parum cassiæ præbere, commixtis agarico, aut rhabarbaro. In his tamen corporibus, qui à morbo euaserunt, & ob reliquias quæ supererunt, timor est, ne iterum redeat morbus, purgare sæpe cogimur, licet non ob id credendum sit recidiuam posse interdici. Purgamus tamen minorationis gratia, ac cum certum sit fermentum illud non posse expurgari, ob id non esse porrigenda seligentia medicamenta, sed ea quæ leniter educant, vt quod futurum est postea materia mali, & mutari debet à fermento intus relicto in deteriorem naturam, facile excernatur, reliquo non agitato neque concocto, siquidem vel frustra fiet, vel maiorem efficiet turbationem.

*Minorationis gratia quando & vbi purgandum.*

G In morbis verò diuturnis, si multa fuerit materia, vt periculum sit suffocationis, consultius quidem est, medicamento vti minoranti, quam ægrum mori permittere. Verùm etiam si huiusmodi periculum abesse cognouerimus (*quod in acutis fieri non decet*) in his eodem minoratiuo expediet vti, apparente tamen coctione, quam in his, quibus periculum adest, expectare non decet: Ratio est, quia cum humores tam sint crassi & multi, vis medicamenti, ante principium coctionis, permeare non valebit, ac per consequens, neque quicquam

*Purgatio minoratiua in diuturnis quomodo, quando & quibus fieri debeat.*

102 A trahere, præterea, quæ in vis ductuum repererit: quapropter præcipua minorantis medicamenti occasio in diuturnis periculosis protinus, in non periculosis incepta coctione: In acutis verò citra coctionem, aut incepta etiam, ceterum non præseruante. Nam in his morbis, in quibus coctiones delitescunt, & occultantur, triplici ratione tenemur minoranti medicamento vti. *Prima*, vt id quod semel coctum est, è corpore excernatur, nam quod excrementitium iam est factum, etiam si euictum sit, vbi diutius detinetur, plurimum lædit. *Secunda*, quia intercepta coctio, euidens est argumentum facultatis onere pressæ, siquidem inæqualiter ipsa in propria actione mouetur. *Tertia*, quia materia aliquod minatur accidens, quod præcauere necessum sit. Itaque in his minorare oportet, expectato tamen coctionis principio, iuxta Tralliani præceptum, qui *libr. 17. cap. 7.* hanc sententiam his verbis confirmat: *Verum laborandum est, vt humores ad coctionem perueniant, neque in vetustatem venire sinendi sunt, sed purgandi. Cum enim in corpore diutius insident, magis adhuc ex omnibus præsidiis, quæ calfa-* B *ciunt & extenuant, crassi fiunt.* Denique iubet, quauis coctione apparente, adhibere medicamentum materiam minuens: nam *si purgatio differatur ad plenam* (etiam inquit) *assumto medicamento, quod copiosius purget, magnam corpori intemperiem conciliari, & potius nocere, quam iuuare.* Ceterum si morbus fuerit citra febrem, nec verendum est in ipso morbi principio humores purganti medicamento minuere.

*Minoranti medicamento ob tres caussas vtimur.*

Quod etiam iuxta optimam medendi rationem fieri potest, in quibusdam febribus & affectibus, in quibus præ humorum abundantia periculum aliquod imminet, vt in febri syncopali, humorosa, amphimerina, & aliis huius census: Quid enim stultius esse poterit, quam vbi conspexeris multis humoribus premi vires, & inæquales apparent pulsus, diutius velle differre curationem, & periclitantibus viribus dare verba, donec vires succumbentes concidant. Neque obstet dixisse *in febribus coctionis principium exspectare oportere*, C nam illud intelligitur de his, quæ non cogunt debitum tempus purgationis anteuertere. Ex quibus iam constare arbitror, licere vti minuente purgatione & in acutis & in diuturnis morbis, pensitatis prius, quæ nuper diximus. Quapropter non video cur non debeat extolli, & in maximo haberi pretio huiusmodi purgationis vsus, ac non solum in his, quæ diximus, verum & in multis aliis, in quibus loci præstantia, & doloris vehementia plurimum vigent. Sic enim Pauli, & aliorum præcepto, in doloribus capitis, & in aliis internis passionibus, statim purgamus.

De purgatione ea, quæ per epicrasim fit (quam *paulatiuam* medici appellant) tempestiuum iam esset agere, ni decreuissem, integrum caput scribere de quauis paulatina vacuatione. Interim tamen intelligat huius loci lector huiusmodi vacuandi rationem, plurimi esse momenti in his corporibus & humoribus, qui neque subito ob ineptitudinem purgari possunt, neque rursus corpus id ferre citra maximum damnum valet. In quibus hæc tam vtilis, quam tuta vacuandi ratio maxima præstat gratiam, paulatim extractis humoribus. D Nam quos semel medicamentum validum vix vacuare potest, nec citra damnum, facilè huiusmodi purgatio extrahit, simili modo corpus patienter fert huiusmodi vacuationes, cum maiores minimè ferre posset. Perficitur quidem hæc vacuandi ratio eisdem medicamentis, quibus plenam & seligentem purgationem molimur, ceterum in [illegible] quantitate, ita vt neque corpus turbet, neque humores exagitet, nonnihil tamen eorum excernat. Reliqua verò & pulcra, quæ hic desunt, reperies facilè capite huic vacuationi dicato, & lib. huius operis secundo.

*Purgatio quæ per epicrasin fit, vbi locum habeat, eiusque quanta vtilitas.*

*Quibus medicam. perficiatur.*

Fiunt quidem hæ omnes vacuationis species communi omnium hominum vsu, per expurgans medicamentum ore deuoratum, cuius naturam & conditiones docere, non est præsentis instituti: Verum dum laborans sua sponte renuit expurgans medicamentum deuorare, aut nequit deuoratum retinere, aut vltimo ob inscitiam aut mentis perturbationem, non est cogendus ad E huiusmodi præsidium: tenemur quidem id supplere per odoramenta, aut vmbilicaria medicamenta. Quæ licet ab vsu recesserint, eo necessitas sæpè deuenire solet, vt cogamur ad ea tanquam ad vltimum præsidium deuenire, in quibus omnibus expurgantia hæc medicamenta communicant suas virtutes, & species cordi, & pulmoni, ac per vmbilici arterias etiam eorum vis trahitur, quæ

*Vmbilicaria medicamenta quæ, & quando iis vtimur, quasque vires obtineant.*

[illegible]

Præstant hæ omnes vacuandi formæ, modo per hæc, modo per deuorata pharmaca fiant, nõ minorem vsum, quam ipsa sanguinis detractio: Nã vitio humorum peccantium quantitate, motui etiam ac incursibus omnium humorum aut vnius pluriumve resistunt. Sic etenim vbi multi continentur in venis humores noxii, quibus nec per sudorem, nec per vrinas facilis est exitus, per aluum tutius, & commodius expurgantur. Pari ratione vbi ad aliquam partem confluunt per ventrem, qui vere medianı constituit corporis regionem, facile retrahuntur: nam media regio quodammodo videtur extremis contraria, & distantissima: Eodem quoq; modo, dum partem aliquam obsident, si hæc sit ventri vicina, per eandem expurganti medicamento detrahamus.

## Consilium Circa Expurgationem per infernam aluum.

Cum non sat sit, quæ de purgatione diximus nosse, vt ad purganda humana corpora cuiuis illotis manibus accedere liceat, ex arte me fecisse existimo, si prius docuero ea, in quibus non modo imperitum vulgus, sed & alios perplures medicos errare video. Dimitto etiam nunc quot sit contemplaturus scopos, qui absque errore quenquam sit expurgaturus, quos constat esse propemodum infinitos: *Locum nempe patientem, temperamentum etiam, societatemque, acumen sensus, aut hebetudinem, anni tempus, regionem, ætatem, laborantis conditionem, humorum peccantium ideam, præparationem, occasionem, & morbi vehementiam, ac virtutis robur.* Præter quæ omnia, principio accitus peritus medicus diligenter inquiret, *quando in morbum inciderit, qualis is sit, ex furenti materia, an quieta, acutus an diuturnus, itemnum febris sola affligat, an alteri morbo coniuncta: Vel verum alius affectus absque febre prorsus inuaserit: deinde coctionem aggressa sit natura, an nulla adhuc eius nota appareant.* Vel num coctio quidem non sit exspectanda, sed solum tum corporis, tum

[illegible] Quæ quidem ita [illegible] bilioli corporibus, nec [illegible] morbis [illegible] medicamentum, ni que eadem quantitate [illegible] prodesse possit: Sicut neq; pleuritolis [illegible] *cassia nigra*, aliis *rhabarbarum*, aliis *manna*, quibusdam è conuerso *garicon*, *agaricum*, & demum cuiq; placere solet suum medicamentum, ac citra magnam corporis turbationem & virtutis iacturã mirum in modum prodesse. Qua ratione expedit prius hæc omnia nosse, & toto animo expendere, ne nobis vsu veniat, quod in aliis reprehendit Hippocrates, *lib. 5. pop.* qui fortasse, iis non consideratis, medicamento exhibito, veluti manu, interfecerunt laborantes. Inquit enim Hippocrates, *in historia Scamandri: Videbatur autem multo tempore morbum ferre potuisse, nisi ex pharmaci viperisset.* Item in historia eius, qui ex Eubœa venerat, inquit: *Deinde cũ putaret se purgatione sursum versum opus habere, non validam radicem veratri bibit, & post potionem quarta die mortuus est, & nihil est purgatus.* Idem refert de seruuilla, *cui à catapotio sursum quidem pauca prodibant, deorsum vero multa, nocte mortua est.* Etiam eodem libro inquit: *Mulier sana crassa à catapotio conceptus gratia accepto, post varia symptomata mox mortua est.* Antandri quoque historiam idem auctor refert, qui à catapotio accepto inquit: *Cetero sanus erat, verum non multo post mortuus est.* Quibus equidem & plerisq; aliis, quæ quotidiana monstrat experientia, medicus prudentior factus, formidare ac perspicere plurimum tenetur purgantis medicamẽti exhibitionem, & hæc omnia deinceps attẽtiori animo inspicere: Nam inquit, *libr. de art.* vt nostram audaciam, Hippocrates, ne dicam temeritatem in exhibendis pharmacis & aliis inordinatis presidiis arguat: *Turpe tamen est & in omni arte, & nõ minus in medicina, multam turbam, & multam ostentationem, & multũ rumorem concitare, & deinde nullam vtilitatem afferre: nedum dum auxilium damnum infert.* Quapropter semper mihi arrisit illa eiusdem auctoris *lib. eod.* sententia, quæ talis est. *Bonum enim aliquando medicamentum est, etiam nullum adhibere medicamentum:* Præsertim cum idem Hippocrates *libro quarto, de morbis.* hæc de

Medicamẽta eadem non omnibus conueniunt.

Purgatio varie pro corporum varietate fieri debet.

Purgationis intempestiuæ incommoda.

Purgantis exhibitio diligenter spectanda.

Scopi medici absque errore.

Purgantia medic. quãuis optima quæ mala patiant.

purgantibus medicamentis referat verba: *Quæcunq; medicamenta purgantia sunt aut superne, aut inferne, aut etiam vtrum [illegible] præstant, ea h[illegible] faciunt: Omnia valde vrunt. & fortia quidem ex ipsis, si partem aliquam teneram corporis contigerint, eam exulcerant, mitiora vero turbulentum corporis motum faciunt, quamcunq; tandem partem occuparint: Si vero aliquod ex his medicamentis in pulmonem [illegible] uenerit, videtur mihi aliquod magnũ malum inductum esse.* Atqui cum hæc tam perniciosa, tamq; [illegible] inconsiderata purgantium medicamentorum administratione passim contingãt, nil mirum est, si quis eorum vsum valde pertimescat. Verum si hæc omnia adhuc cõsiderasse non suffecerit, aut laborans medicamentis non fuerit assuetus, vt inde medicus perdiscat, quid agere oporteat, tentare prius purgationem consulo, leni aliquo subductorio, & prout aluus responderit, licebit deinceps seligendi medicamento vti, hac aut illa quantitate, forma & natura exhibito, iuxta corporis purgandi cognitam conditionem, ac humoris indicationem. Quod quidem tam est vtile, vt mortalium nemo non efflagitet id ipsum, quãdo de potando pharmaco habetur illi deliberatio, præsertim cum his leuibus medicamentis tentare, sit multis rationibus proficuum: tum quia modum præbent metiendi quantitatem seligentis medicamenti: tum vero quia vias leniunt ad humores, quos mouent, & prorsus non euacuant, & ad expurgandum deinceps paratiores reddunt. Temare denique oportet, sicuti omnes, qui aliquid incertum aggrediuntur, prudenter faciunt: Tutius enim est, purgationem aut differre, aut partiri, quam audacter laborantes in præcipitium deferre.

Purgantis medicamẽti quantitas, tentata prius laborantis conditione, exploratur.

Certiorem tamen facit nostram coniecturam, quod secundo loco proposuimus considerandum, nimirum medicamentorum purgantium exacta cognitio: Namque cum nihil temere, nihilq; negligenter sit aggrediendum, medicamẽtorum omnium naturas prius nosse oportet: Cauentes inprimis inexperta medicamenta. Tutius enim est, & crimine vacans, expertis potius atq; vsitatis à peritis medicis vti, quam inexpertis, etiamsi à vulgari & priuato quodam homine plurimum extollantur. Quod damnauerat etiam Hippocrates *li. de fract. in prin.* pulcra quadam sententia, his verbis: *Quod enim peregrinum est, quum nondum intellexerint an bonum sit, magis laudãt, quam familiare, quod iam bonum esse sciunt, & alienum magis laudant, quam probe notum.* Tantum enim, quæ nota sunt, laudat Hippocrates, *libr. de partic ul.* vt etiamsi non profuerint, eorum tamen prouidentiam habere commendet: Inquit enim; *Pulcrum enim est, etiam ea vi[illegible]scere, quæ in experimentum assumta successu caruerunt, [illegible] [illegible]ccessum non habuerint:* Quibus vt[illegible] b[illegible] ape[illegible] [illegible] stat, quanti fecerit Hippocrates, quæ probata sunt, siquidem & quæ prosunt, & quæ [illegible] [illegible] rosunt, ad vnguem exsequi docet. V[illegible] [illegible] quando compulerit nos necessitas [illegible] [illegible] vti, necessum est prius ex vetustioribus [illegible] pe[illegible] tis medicis exquirere, *qualiter corpora alterauerint istiusmodi medicamenta, ac quomodo eu[illegible] re[illegible] seq[illegible] fferit:* Nihilominus tamen in hac re semper mihi habui persuasum, satius esse vernaculis [illegible] prop[illegible] s cuiusui regionis medicamentis, (*vt quæ cum cohabitatoribus cognationem quandam & familiaritatem obtineant*) quam externis, nisi plurimum fuerint experientia comprobata: Qu[illegible] propter vernaculas medicinas probaui semper, & ex vsu habui. Alienum namq; est ab omni ratione, quæ apud alias nationes nascuntur medicamenta, velle eis præferre, quę in propria regione benigna proueniunt. Ex quibus etiam, quantum fieri possit, & morbi natura prætulerit, simpliciora adhibere conuenit: Nam præter h[illegible], quod compositis medicamentis naturæ exh[illegible] relcit, nocere sæpe potius, quam iuuare, omnibus perspicuum est: tum quia neq; ex omnibus vnica semper resultat forma, quæ agere possit, neque simplicia, præ confusione & contrariorum repugnantia, suas possunt pandere vires: quo fit, vt corpus moueant, vexent ac territent, commotis humoribus inculpatis, aut peccantibus non expulsis.

Purgantis medicamẽti natura ex vsitatis eligenda, & inusitata fugienda.

Inexpertis quomodo vtendum.

Purgantia vernacula præstãtiora peregrinis.

Purgantia quo simpliciora eo præstantiora.

Expendẽdos tertio proposui morbos, in quibus quotidie medicorum vulgus deceptum, fucata quadam apparentia, indiscriminatim purgantibus vtitur medicamentis. Nam in exquisitis tertianis & causonide ac aliis æstuantibus febribus, citra aliam considerationem adhibent, quæ bilem expurgant medicamenta, obseruantes præceptum illud Hippocratis, *lib. de medic. explic. Biliosis, quæ bilem, pituitosis, quæ pituitam expurgant, dato:* quod summore dolendum est: Siquidem, *vt superius dixi*, non omnes biliosi morbi, aut laborantes, expurgantibus sunt tractandi: Nam plures docerais ipsa alterãtibus & aliis præsidiis curare: quemadmodum Gal. *lib. 1 de morb.* aperte docet: Refert enim, in tertianis bilem vehementer moueri, & per singulas corporis partes disseminari, atq; duationis impetu per seipsam expurgari: Quo fit, vt indicatio euacuandi nõ reddat nos adeo solicitos, sicut indicatio alterandi. In quibus tormina & alia ventris signa ad expurgationem moliendam desiderat Hippocrates *lib. 1. de morb.* inquit enim: *At si os non efficiatur, verum id imũ ventrem tormen irruat, pharmacum deorsum purgans, bibendum dato.* Qua quidem lege monstrat, quando in huiusmodi vti medicamento oporteat. In causone etiam alteratio magis, quam expurgatio exigitur: nisi, *vt ait Hippocrates*, in valde acutis ita natura turgeat, vt medicari eadem die cogaris. Atqui quemadmodum in causone generosum est præsidium frigida copiosa post coctionis signa: Ita in tertianis balneum magis cõgruit, quia materia facile permeat extra vasa, & ad cutim vergit; vtrisque tamen conuenit infrigidantium vsus. Nec verendum plurimum ad ea sequi coctionis difficultatem, eo maxime, quia, *vt mea fert sententia*, hæc frigida & humida præsidia (dum præ calore extraneo languescit, & dissipatur innata caliditas) potius coctionem præstare, quam impedire valent, cuius census sunt *serapia & apozemata*, quorum superius meminimus, præter alimenta & potus frigidæ, quæ id efficacius præstant, quam aqua frigida. Namque in syrupis & reliqua victus ratione humida, aliud etiam efficimus, nempe humido nutrimento sanguinem, ne bilescat, reficere: caliditati & siccitati, quæ in solitas partes sese insinuat, occurrere, easdemque roborare, quibus sæpius hæ febres tutius comodiusque curantur, quam per expurgantia bilem, quæ fere semper in his ferenda sunt: Nam ob id dixit Hippocrates; *In acutis passionibus raro esse vtendum medicamentis.* Pari etiam ratione in religiosis virgini-

Purgãdum in exquisitis tertianis & causonide quomodo.

Purgare in causone ali[illegible] liceat.

[illegible] dicamen[illegible]bus ac vehemen[illegible] propter [illegible] ſemper vti [illegible] amſi affectus grauiores ſint [illegible] ad [illegible] lutatem cõſpexi, [illegible] ō enim eſt minoris momenti conſideratiõ, nuſquam caput febrientis eſſe purgandum, ne turbatis humoribus vi ipſius medicamenti caput feriatur: Quod aperta quadam ſententia dixerat Hippocrates *lib. de loc. in homine*, his verbis; *Febricitanti caput ne purgato, ne furioſus fiat.*

*Num in affectibus flatulentis liceat.*

Eſt etiam aliud non minus citra rationem apud pleroſq; medicos vſitatum, nimirum in quibuſuis ex flatu concitatis affectibus medicamẽta

G purgantia indiſtincte adhibere. Quemadmodum paſſim conſpicitur in *hypochondriaca* appellata *melancholia*, & in his, qui graues patiuntur capitis aut ventriculi ex flatu dolores, aut nauſeas & ſubuerſionem, & alia huiuſmodi ſymptomata: In quibus, vt citra noxam purgare liceat, diſtinguere oportet, an dolor aut ſymptoma quoduis oriatur ex flatu, quem potius generet imbecilla facultas, mediocri adhuc exiſtenti in quantitate & ſubſtantia materia, quam licet mediocris exiſtat naturæ, nequit ipſa vndiq; conficere, ac ſinceros ab ea telaros diſcutere: quod potius propter ſui impotẽtiam fit, quam propter materiæ vitium. Quo quidem tempore erroneũ maxime eſt, purgantibus vti medicamentis: & maxime etiam ab Hippocr. *lib. 4. acut. text.* 115. vetitum. Nam eidem labaſcit vlterius ac diſſipatur naturalis facultas, quæ deinceps præ impotentia ex quauis materia plures generat flatus, vt paſſim cernitur in hypochondriaca p[illegible]ſione, cui neceſſum eſt, facultates eſſe imbecillas, & humores leuibus medicamentis inobedientes, ac vehementioribus quidem eſſrænes & maligniores fieri. Q[illegible] fit, vt huiuſmodi laborantes ab bis grauius ſe habeant: tum quia hæc medicamenta neq; flatus purgant, neque morbum auferunt: tum vero, quia virtutem proſternunt, & aptiorem ad flatus gignendos efficiunt. Verum ſi flatus oriantur potius materiæ craſſioris vitio, quam facultatis iactura: Conſultiſſimum eſſe arbitror, vti medicamentis purgantibus. Quamobrem in quibus aut ventriculo aut quauis altera corporis particula, præ imbecillitate flatus generantur, tutius eſſe

B exiſtimo, corroborantibus ac diſcutientibus vti, quam expurgantibus: Sic & in his, in quibus præcipua mali cauſſa, aut diſtemperies, aut eadem facultatum impotentia fuerit, etiamſi aliquid humoris ſupe[illegible]ſſe reperiant. Pari prorſus lege fieri res debet in his capitis doloribus, ac malis, quæ ex immodica Venere oriũtur, aut ſuperfluis vacuationibus, paſſio[illegible]ſiue animæ,

*In capitis doloribus ex Venere, &c.*

Purgationes etiam formidare oportet in his, quibus inſunt *hæmorrhoides*, ac *mulieribus menſtruis fluentibus*. Item iis, qui *teneſmone*, aut alui fluo[illegible] e[illegible]ſale teutantur, & in quibus inte[illegible]ſtinum aliquod

*Purgare in hæmorrhoidibus menſtruis ac teneſmo ma-*

[illegible] *aucoph* [illegible] *ſcentibus* [illegible] *latera ac dor*[illegible] *ob curæ videntibus*, [illegible] *ibus aut* [illegible] *rina meatibus impotentibus, neq;* [illegible] *borantibus aut ventre debilibus, aut* [illegible] *ruptiones, aut tubercula habent*. [illegible] tis ſubdit: *Optimum autem hic eſt* [illegible] *in inſtituere*. Hanc retu[illegible] ſtimet, in his omnino e[illegible] nendum, ſed vt dum viſu vene[illegible] periclitentur facile pharmaco hinc præmed[illegible] one exhibito. Quibus etiam [illegible] pharmac[illegible] verendum eſſe in his, quibus aluus ita ſpo[illegible] admodum ſicca eſt: Periculum enim eſt, ne humores medicamento moti, [illegible] aliam partem præter inſtitutum irruant, renitente plurimum alui ſiccitate. Eadem quoque conſideratione cautius eſſe exiſtimo, dum tot[illegible] caput purgare nitimur, paulo valentiora adhibere pharmaca, dum vero partem aliquam eius, puta oculos, nares, & reliqua, paulo debiliora, iuxta Hippocrat. *lib. de locis in hom.* decretum, qui inquit; *Namque medicamenta caput purgantia, quæ quidem fortia ſunt, a toto capite ducunt: Quæ vero debilia, ab oculis, & hinc à vicinis naſo* D *partibus*. Pari etiam menſura coniicitare oportet in fluxibus quibuſuis, ac in articul[illegible]ibus morbis, quo tempore doloris ac mali vehem[illegible]tia viget, etſi ſanguinem mittere oporteat; nuſquam tamen tuto licere vti expurganti medicamento, ſaltem ex his, quæ c[illegible]lidiora ſunt: Nam cum hæc habeant virtutem commouẽdi humores, & proprio calore adaperiendi vias & meatus, fit facile, vt eis ſumtis, maiores cõcitentur fluxiones ac dolores: quod etiam conſuluerat his verbis Hippocrates, *lib. 1. de morbis mulierib. Quum autem*, inquit, *ipſi minus proderit, & dolores debiliores per longum tempus tenuerint, pharmacum deorſum purgans, bibendum dato, ac ſinito*. Quapropter donec mali ſæuitia quieſcat, leuioribus alis præſtabit vti medicamentis, quæ paulatim materiam minuant, corroboratione aliqua facta, quibus fluxio quodammodo ſuperſedeat, aut ad aliam trãsferatur partem, vt tutius deinceps expurganti medicamento commoti humores expellantur. Quod etiam verendum eſt, corpore exiſtente pleno: Liquantur enim vi calidioris medicamenti excremen[illegible]a, & largius in partem affluunt, vt *Galen. lib. 1. aphor. comm. 24. manifeſta oratione probat*. Præterea in huiuſmodi particularibus morbis, duobus modis B dum vſu venit, purgare oportet: Primo medicamentis, quæ humorem peccantem reſpiciant, quod fieri decet ſolummodo in principio ipſius affectus, aut in medio, ſi dolor quieuerit: Secundo medicamentis, quæ reſpiciant particulam affectam, quibus prope finem affectus tantum vti decet: Nam vbi malum ipſum, aut mali originem in aliqua parte firmari cognouerimus, particulares vacuationes adhuc in febrib. quæ huiuſmodi ſunt, plurimum laudat Hippocrates, *lib. de locis in homine*. Inquit enim: *Hoc itaque medicamentum potare oportet, quod educat, qua parte febris magis hæret, ſiue ſuperne, ſiue inferne, & ſiquidem ſuperne hæreat,*

ſuperni

*[illegible] Quo[illegible] cau[illegible] e ach[illegible] da.*

*Purgare in quibus aluus ſicca cauendum.*

*Purgare caput valentioribus quãdo & quando secus.*

*Purg. in fluxionibus vehementiſſimis doloribus & articularibus morbis quando & quomodo.*

*superne: si inferne, inferne.* Quamobrem [illegible] ulcus morbo longe aberrant [illegible] pilulis vtuntur [illegible]: quod pari lege de aliis particularibus affectibus, & medicamentis subintelligere decet.

Pilularum exhibitione quæ consideranda.

Præterea dum medicus pilulis vacuare intendit, hæc expendat oportet: nimirū ad ventriculi, hepatis, & partium [illegible] vacuationē efficiendā, pilulas, modo leues sint, vna hora ante cibū præbere præstantius est, eas vero quibus à capite aut distantioribus aliis partib. vacuare intendimus, longe à cœna licere porrigere, vt simul cum alimenti vaporibus earum vis ad caput deferatur.

Purgandum in pleuritide quomodo.

Item in pleuritide ex conspicua fluxione orta, tutius est, seligenti pharmaco purgare, quam plurimum sanguinis mittere, *vt aperte Hippoc. lib. 4. de ratione victus, text. 64. videtur docere*: Nam motos illos humores, nō minus longe distrahimus medicamento exhibito, quam sanguine misso, & fortasse minori virium dispendio.

In nephritide.

In nephritide etiam, licet vehementibus medicamentis (quale *peplion* est) ad lapidis comminutionem purgare præcipiat Hippocrates; tutius tamen existimo, lenientibus vti, quæ partes potius dilatent, quam vehemētioribus, quæ ad partem affectam forte maiorem humorum copiam alliciant: Quapropter sicut in præcautione lapidis lenioribus est vtendum, ita idem in curatione existimo.

In Ictero quando, quomodo, & quibus modis.

In Ictero item morbo Hippoc. *lib. de loc. in hom.* consuluit, nusquam licere medicamentum bilem purgans exhibere. Inquit enim: *Ceterum medicamenta bilem ducentia ne propinato, ne corpus magis conturbes.* Quod profecto mihi rationi videtur consonum, nam citatis bilis flaua eo tempore mouebitur: præterquam quod potissima mali caussa obstructio est, quæ à crassis fit & viscosis humoribus, quos potius purgare & abstergere oportet, quam flauam bilem, quæ sua sponte reseratis viis quiescit in proprio loco, quamobrem abuti purgatione non licet.

In quartana & melancholicis affectibus.

Est etiam rationi consonum, licet Galenus, quartanam febrem & humores melancholicos blande tractare doceat, eosdem transacto affectus primo impetu, paulatim & sæpius purgare; vehementissimis tamen medicamentis (*nam aliis non cedit crassissimus humor*) qualia sunt, quæ ex *elleboro* conficiuntur: Dumodo iuxta corporis purgandi rationem præparentur: modo ex *infusione ellebori in aqua borragium confecta conserua rosarum*: modo eidem commixta ellebori prius præparati aut macerati tenuissima portione, quem vsum etiam præstat peculiari quadam dote elleborismus, confectio quædam mirabilis, quam doctissimus vir Matthiolus proprio Marte adinuenit & probauit. Alia insuper ratione non semper vereri oportet huiusmodi purgationes in quartanarum & horum affectuum principiis. Nam cū quartana febris, aut alius ex melancholia morbus ex alio affectu non purgato suboritur, protinus purgare radicitus malum oportet, vt aperte consuluit Hippoc. *lib. de morbis: Quem febris quartana ex alio morbo non pu[rg]atum apprehenderit, pharmacum deorsum purgan[s] [b]ibendum dato: deinde caput purgato: postea rursus infra purgato.* Ex quibus constat, n[on] semper e[sse] abstinendum à pharmacis in initio horum affectuum.

In affectibus [illegible] splenetic[is] & melancholicis.

In affectibus [illegible] splenetic[is] & melancholicis rationi [illegible] *vt paulo superius docere cœperam* copiosas minime efficere vacuationes, tum propter humoris tenacitatem qui nequit nisi vehementissimis cedere medicamentis [illegible] his, quæ corpus [illegible] minime citra damnum potest, tum vero, quia hæc medicamenta suapte natura grauissima sunt, ne dum in magna quantitate exhibita, ea nimirum, quæ copiosa habeat efficere euacuationes. Quamobrem tutissimum est consilium, in his humorib. & affectibus eisdem validioribus medicamentis purgare (*quia aliis non cedet tenacissimus humor, nam leuia nihil nisi turbationem efficiunt*) ceterum in parua quantitate, ac frequentius, nam multum educetur peccantis humoris, aut frequentia, aut medicamenti robore: quod his verbis consuluisse Hippocratem *libro de morb.* aperte constat, dicentem: *Si vero splenetıcus fuerit, ne purges, neq; succo, neque lacte, neque sero, sed eo quod modicum ingestum, multum educit.* Itaque constāt in his humoribus purgandum esse non leuibus, neque vehementibus medicamentis in magna quantitate, sed eisdem, verum in parua, indicatione ad id sumta ac humoris natura.

In latica febre.

In latica etiam febre purgationes vereri oportet, aut minutas & maxima cum cautione efficere: Nam humor, qui hanc efficit febrem, per totum ad minimas vsq; partes dispersus est, more naturalis humiditatis: cuius coctionem & separationem natura non curat, sed eum ob mixtionem ad minima cum naturali humiditate seruat. Vnde hos neq; vacuatione ventris aut fluxu sanguinis sanatos vidimus: Quinimo si sponte ant à medico imperito aluus moueatur, deteriores redduntur, & vacuato bono simul cū malo, separatione non facta, moriūtur. Quapropter vt cōsilio *de vict. rat.* diximus, tē hanc pba victus institutione potius, quā medicamētis agere oportet.

In pestilentibus & malignis.

Purgationes item plurimum cōsiderare oportet in malignis & pestilentibus morbis, quorum coctionem aggredi, minime audet natura: Nam aut motu à medicamento concitato sæpe ipsa pugnam cogitur aggredi, aut subito pestilentes humores medicamento commoti, in partem aliquam principem irruunt, & citra exspectationem, mortis subitæ sunt caussa: etiamsi in aliquibus prospere aliquando successerit: Quapropter raro consulo id fieri.

In cutis efflorescētia.

In hac etiam re sese nobis offert non leuis difficultas: Nimirum, *an in morbis, in quibus aliquid in cute efflorescit, primo efflorescentiæ impetu, & in motus principio, aut quouis alio tempore sit medicamento purganti vtēdum.* In qua dubitatione ex medicis nonnulli perterriti copia humoris vitiosi in febribus malignis, cum maculæ erumpere incipiunt, temere ad expurgans medicamentum cōfugiunt, non citra graue periculum. Seducunt hos viros leues quædam rationes: Nam cum millies in laborantibus conspiciant, sanguinis detractiones non sufficere, sed accidentia adhuc crescere (*& non raro sanguine non sufficienter misso, quod vtilius foret*) ad expurgans medicamentum confugiunt, vt videantur magnis morbis magna auxilia præstasse, etiamsi maculæ incipiant apparere; quia sic vrgens & instans periculum censent se posse vitare: posthabentes retrocessum lethalis materiæ ad viscera, & credentes, maius posse beneficium

[illegible]

Cæterum ve[illegible] magis. [illegible] st, cutis [illegible] triplici differentia. Nam quædam [illegible] mali- gni humoris plurimum [illegible] rata, & [illegible] ac viens & præcauens, ne humores in membra principalia [illegible] uant, aut [illegible] ordinem con[illegible] ucium, & natiuum acci[illegible] onē euertere, lethalem humorem [illegible] à se pellendo, quā oblatam naturæ legibus laborantem permittere in [illegible] periculum de[illegible] abi. Huius autem censūs sunt *morbilli*, & *variolæ*, *eresypelata*, & *maculæ febrium malignarum*, & aliæ omnes excrescentiæ cutis, quæ ex humoribus febrem concitantibus prodeunt. Quædam rursus fiunt natura etiam pellēte, ceterum benigniorem materiam, & quæ febrem interius non concitat: qualis naturæ sunt *Gallica pustula*, & *scabiosæ* Simonis eminentiæ, & reliquæ aliæ, quæ sese exonerante venarum facultate, per cutem ad modum scabiei erumpunt. Item aliæ sunt, quæ ex ipsius carnis, seu tertiæ regionis vitiis, ob deprauatum alimentum in cute efflorescunt, vt in *impetigine*, & *vitiligine scabie* etiā, & *psora*, ac *pruritu cutis* contingit. Ex qua differentia sequitur, quod id, quod ad cutem pellitur, vel fit ex perniciosa humoris febrem lethalem concitantis conditione, vel ob copiam vitiosi humoris solum alitioni inepti, siue in venis præsit, siue in carne vigeat. Item id, quod per cutem erumpit, vel in carne & in cute impactum existit, pustulas ac tumorē efficiens: vel solū cutem fœdat colore, teouitate ac morbositate maxima affectū concitat in cute, præcauens maiorē in visceribus.

Cutis efflorescentiæ triplices.

1. Morbilli, variolæ, &c.

2. Pustulæ Gallicæ.

3. Impetigo.

Quibus præmissis statuendum est, in nulla cutis defœdatione incipiente, & in ipso eruptionis impetu, siue maligna sit materia, siue secus, vtendum esse medicamento expurgante: idque præcipue obseruandum in maculis febrium malignarum, morbillorum, aut variolarum: neque adhuc post completum tempus apparitionis in variolis & morbillis: Cetērum aliquādo ratione vrgentissimi periculi in febrib. malignis (quia adhuc ipsis apparentibus, magna humoris perniciosi copia, & febris pergit in augmentum) post impetū eruptionis, & continuato naturæ motu ad extima frictionibus & cucurbitulis, purgare nonnunquam licebit: licet id raro & cum præmeditatione faciendum. At in aliis cutis fœditatibus, quæ in variolis & morbillis degeneraot, neque in principio, neq; post completum eruptionis tempus, neq; vnquam purgandū est, quia humores, qui febrē concitarunt, sunt qui degenerant in variolas, & ob id cessat prurinus febris,

Purgare in variolis, morbillis & maculis, quando liceat aut nō.

[illegible] & [illegible] Nam pe[illegible] nire inceptum motum. [illegible] te purgandum [illegible] in dies magis ac magis generatur, ita & [illegible] sideRat, quia nec [illegible] tota materia simul est, nec [illegible] expellitur, sed expulsura remanet [illegible] neinac febrem, quæ coctionem desideret, aut ob vrgentiam expellenda sit, sed in impetu ipsius motus nequaquam. Quippe statutum est apud viros cordatus & prudentes, adhuc in euacuationib. quas necessario oportet cōpescere impetu irritationis & concitationis naturæ errantis, permittere, anquam compescere incipias: nedum in his euacuationib. quas natura melioris gratia ex humore lethali mouet à membris præcipuis ad ignobilia.

In qua re, ratione & experimentis ducti sapientiores omnes adeo verentur naturam ab incepto munere expulsionis iterum ad viscera expurganti medicamento reuocare, quod tutius & securius se fecisse arbitrentur, eundem naturæ motum mille modis iuuando, cucurbitulis, & scarificationibus, inunctionibus ex *oleo* & *nitro*, ac frequentib. frictionibus, donec natura ab eo munere subsideat, & eo tempore, si malum plurimum vrgeat, student purgare, vel si vires tolerēt, & sufficienter sanguis missus non est, venam tundere, aut aliter naturam leuare; siquidem id est, quod artis præcepta consulunt, & medēdi ratio dictat. Quippe ex violentia, quæ infertur in naturam, medicamento trahente ad viscera contra ipsius naturæ motum ad externa, plurimum labascit, ac defessa ex correpugnantia & retrocessu, plerumque succumbit. Præterquam quod ex retrocessu vereri oportet decubitū ad principalius aliquod membrum. Nil enim aliud lethalis turgentia est, quam prędictus retrocessus ab intimis ad cutem, contra motum naturę ab intimis ad extima, vt de eresypelate damnauerat Hippocrates. Est quidē non leuis temeritas, lethalem humorem nō permittere ad extima corporis diffundi, nedum iterum reuocare ad viscera. Præsertim cum non sit in potestate medicamenti, commotum humorē necessario ad intestina pellere: quinimo ipso reuocato ab incepto motu, in partes irruit lethali decubitu: quia natura eodē tempore non est adminiculās, sed vt se tueatur à vitio humorum, vel vbiq; pellit, aut permittit ipsos irruere. Solum n. docuit Hipp. reuellere, si quo nō oportet, humor vergit. Insuper ꝓbant hac sententia pulsus, q vel inæqualitate varia, vel paruitate aut crebritate in pessimū statum videntur moueri, tāquam natura summopere occupata & patiente interim dum maculæ erumpunt, quæ omnia & alia

Purgare turgentes humores quom legē postulet.

in

alia accidentia, quę eo tempore succrescunt [illegible] sunt post cōpletum tempus apparitionis: qua [illegible] casione videtur iniquum esse laborem labori, & passioni naturæ med[icamento] purganti addere. Præterea in hac re, nulli medici vetus sapientum, qui id in dubium reuocat, nedum scriptis huiusmodi præceptum statuat huic sententiæ contrarium. Sed ne tibi consiliū in hac re desit, [illegible] vt diligenter legas consilium *in fistulis fluxionibus*; ibi enim rationes, quæ hic desunt, reperies.

Atqui ne turgentiæ ratio, quam vulgus in humoribus exquirit ad purgandum, nos fallat, nosse primo oportet, (ne minorationis aut purgationis plenioris turpiter prætereat occasio) quod si humorem aliquo moueri cognouerimus, in aluum videlicet, aut ventriculum, aut articulos, conuenienti medicamento promptius purgandum est: Nam necessum quidem non est, inordinata motione agitari succos, sed satis est, si minus desides esse cognouerimus: quod ex Alexandro Tralliano *lib. 12. c. 6.* apertissime constat, vbi *dissolutos humores confestim vacuandos esse*, imperauit: *dissolutosq; esse tunc cognosci, cum per initia emoti, ob præcedentem victum, aliquo modo agitari incipiunt.* Quæ sane commodissima (saltem ad minorandum) mihi videtur occasio.

Expendere etiam in minorāri purgatione decet, minorationem, quæ acutis & acribus humoribus debetur, lenientibus potius debere fieri, quam seligentibus medicamentis. Nam sępe humores hi ita sunt acres, mordaces ac venenosi, quod à quauis irritatione commoti facile vberiorem efficiant purgationem. Quapropter in huiusmodi, si minorandi necessitas vrget, aut mitescere & frænare eorum acrimoniam prius decet, aut lenientibus medicamentis id agere, aut vtrumque quod tutius est, licet aliquando contingat, lenientibus exhibitis nihil purgari: quod ob id fieri existimo, quia humores mali tam sunt acres & mordaces, quod protinus pellant medicamenta hæc, antequam quid efficiant, irritata natura ab humorum acredine: quod sæpe in malignis febribus solet contingere, & certum est malignitatis, & acrimoniæ humoris indicium.

*Purgatio in acutis & malignis morbis minorātiua, quibus medicamētis fieri debeat.*

Item, in exhibendis pharmacis vti decet Hippocratis consilio, *lib. de locis in homine*, qui in hunc modum profert: *Medicamenta fortia à natura imbecillibus morbis dare non oportet: neq; paucitate medicamenti debilitatis ipsius facienda est* (licet contrarium fateatur Auicenna) *sed fortibus natura, fortibus pharmacis vtendum est: debilibus vero pharmacis non fortibus:* Rationem tamen huius reddit, dicens: *Neq; pertiendum est medicamentum, sed singulis secundum naturam: Medicamenta enim sunt omnia, quæ præsentem statum transmouent.* Quapropter cum cautione eisdem vti decet, ne plus minusve quam par est, subuertatur laborantium status, siquidem in morbis graue est & periculosum.

*R[o]busti robustis, debiles [de]b[ilibus] purgandi.*

Placet vltimo in memoriam reuocare (vt tutius rem aggrediamur) præceptum quoddam Actii *lib. [illegible] serm. [illegible] cap. 24* haud contemnendum, quod huiusmodi est; *In summa vtendum est purgatoriis medicamentis iis, quibus vires validæ sunt; & voluntas prompta est, & qui stomachum robustum habent, & multam inutilem materiam in corpore colligunt. At pingues & prægraciles ad purgationem inepti sunt, insuper & qui multo sanguine abundant, & qui assidue animo linquuntur & ægre reuocantur, & qui [illegible] vomitum ex omni occasione. Pueri item ac senes, & mulieres, quibus menses valide purgantur, & qui valde purum habent corpus, & qui certam habent victus rationem, & quibus aluus est natura adstricta, & qui dysenteria, & cœliaca affectione facile corripiuntur.* Quæ omnia [illegible] artifex imitari ante purgationem tenetur: Quæ quidem non solum in sanis vsum præstant verum & in laborantibus modum & rationem docent, ac tutiorem viam ostendunt, dum purgationem efficere est necessum.

*Purgare vt possimus optime, quæ consideranda.*

## Capvt VII.

### De recto vsu & indicatione vtriusq; auxilii simul, [mis]sionis videlicet sanguinis, & expurgationis.

MONET quidem Plato *lib. de rect. nom. rat.* circa principium statuēdum in quauis re, multa disserere oportere: Nam primo [ig]noto falsoque existenti, reliqua deinceps inuicem consonant: *Debet enim* (inquit) *quisq; circa rei cuiusq; principium statuendum disserere multa diligenterq; considerare.* Quapropter medicis quidem, qui rem grauissimam (morborum nimirum curationem) aggrediuntur, necessum est, ex animo inquirere, quod debeat esse curationis principium, eo maxime, quia anceps & ambiguum est, *an à sanguinis missione an ab expurgatione in plerisq; affectibus incoandum sit.* Nam vbi vtraque necessitas simul sese offert, haud facile est, quid primum, quidve secundum fieri debet, nosse, siquidem vicissim vtrumq; fieri posse, ex Hippocrate *lib. 1 pop. part. 1. tex. 6.* Gal. *lib. 4. acut. text. 21.* facile constat. Verum hæc, vt quæ maximum in re practica facessunt negotium, diligentius sunt expendenda. Aliter denique hæc duo auxilia considerare oportet, quo tempore prima corporis regio vacuari desiderat, & simul sanguinē mittere necessum est: Aliter vero cum à venis maiorib. plenitudinem deponere oportet, & cacochymiam, quæ pariter præest, expurgare. In primo corporis statu considere expedit, an vtraq; necessitas pariter vrgeat: Nam si æque vrgent, consultius existimo, primam regionem leniente pharmaco primum abstergere, deinde sanguinē mittere. Siquidem dum hæc scatet excrementis, haud dubie si mittatur venarum inanitio, quod in ea regione vagatur, facile venas ipsas irruet, & sua labe sanguinis massam cōspurcabit. Quod in plerisq; febribus solet sæpius esse maioris mali caussa. Verum si mittendi sanguinē necessitas plurimum vrgeat, vt in iis, qui patiuntur anginam, phrenitidem, & in iis etiam, qui ab alto ceciderūt aut percussi fuere, vt in huiusmodi aliis, aut grauioribus affectibus facile conspicitur: In quibus haud tutum ēst, sanguinis missionem differre, propter periculū imminens, citra vllam moram, proculdubio venam tundere expedit: quod Celsus egregie docuit, dicens de percussis, aut ab alto prolapsis loquens; *Cum sit minime crudo sanguis mittendus, tamen neq; id perpetuum est, neque enim semper coctionem res exspectat: Ergo si ex superiori parte aliquis decidit, si contusus est, si ex aliquo sub[ito] ... sanguinē vomit, quāuis paulo ante sumserit cibos, tamen protinus ei demenda materia est, ne si subsederit, corpus affligat, idemque etiam in aliis casibus repentinis, qui strangulabunt, dictum erit: At si morbi ratio patiatur,*

*Purgatio an sanguinis missio præmittenda.*

*Sanguinis missio quādo purgationi præmittenda.*

*tur, tum demum nulla cruditatis suspicione remanente, adsit.* Placuit ad verbum scribere Gelli dictioné, qua monstrat adhuc in venticuli cruditatibus (*quas clystere aut vomitu facile est demere*) non licere sanguinis detractionem differre, nedum in aliis, in quibus propter expurgans medicamentu diutius immorabitur auxilium. Verum quia potest aliquando contingere, vtraq; necessitate simul concurrente, quod morbus, cuius gratia auxilia desiderantur, ex his superuacuis humoribus côcitetur, existente etiam in venis plenitudine: Tunc equidem expediet humores hos superuacuos, à quibus affectus prodit, conuenienti medicamento expurgare, deinde sanguinem mittere: ne sanguis superabundans eiusdem mali deinceps fiat materia.

Purgatio quando sanguinis missioni præferenda.

Verum si humoribus (vt sæpius solet) vitium insit, ex plenitudinis & cacochymiæ permixtione: vt res maxime difficilis, maturo eget consilio. Existimanda primo est humorum, qui in venis accreuerunt, differétia: Cum enim alterutra plethora præsit, sanguis quidé largiter funditur, donec ad mediocritatem redigatur: hoc vnum subsidium grauatas vires facile citra iacturam leuat, & recreat: neq; vlla tunc purgatio ex vsu est. Ceterum dum impuriori sanguine venæ implentur, estq; ex plenitudine & cacochymia permixtum vitium, vtrumque vacuationis genus desiderat. Deniq; si qui venas implet sanguis, calidior est, ac multa bile perfunditur, extrahendus protinus est, idq; parcius & restrictius quá in simplici plethora, eo vsque solum, donec plenitudinis vitia vitentur. Quod vero adhuc superest, non venæ sectione, sed purgatione iure optimo pelli desiderat. Quę quidem post sanguinis detractionem tutius fiet: tum quia refrigeratum est misso sanguine corpus, tum vero quia metus perturbationis, vel obstructionis augendæ, demtus iam est. Melancholica etiam plenitudo venæ sectione ante purgationem minuenda est, parcius tamen quam biliosa: nam cum immoderate calida non sit, refrigerium caloris que detractio plurimum incommodat, sicut biliosæ paulo plus proficit, vt quæ refrigerari sua sponte desideret. Pituitosa tamen plenitudo omnium maxime sanguinis missionem renuit, vt quæ frigore non mediocri pollet, & viribus imbecillibus semper iungatur: qua ratione in eadem venæ sectio pertimescenda plurimum est: quod qui neglexerit, cruditatem maiorem conciliabit, & ægrum mortis discrimini obiiciet. Verum quia (vt in quotidianis febribus & aliis pituitosis affectibus videre licet) sæpe cogit necessitas sanguinem mittere, parce quidem ac partite id efficiendum est, prout vires & morbi diuturnitas permiserint. Deniq; quæcunque plenitudo pituitæ aut vtriusq; bilis, aut miscella alterius succi conspurcata, sanguinis quidem detractionem ante expostulat, ea tamen quantitate, quam cacochymiæ natura permiserit: deinde aluus cienda est, vt noxius humor, qui superest, commodius expurgetur.

Verum si maior cacochymia appareat, attento animo rimari oportet, an febris ab ea succendatur, an secus: nam si primum citra moram à sanguinis missione est auspicandum, ac purgationem, donec occasio sit, præmissa nimirum coctione (nisi humores turgeant) differre oportet: si secundum, licebit quidem sanguinem mittere (siquidem plenitudo [illegible] minor, en [illegible] adest) largius tamen ac [illegible] purgare. Deniq; eo [illegible] tius sanguis mittendus est, quo magis cacochymia inualuerit: quoniam in ea corporis & affectus constitutione partim firmæ solent [illegible] vires: qua ratione nisi venæ supra modum plenæ sint, graueque periculum impendeat; aut ita sors se habeat, *vt mox diximus*, sanguinis mittédi vicaria erit leuis expurgatio, eaq; frequenter iterata, & maxime, *vt Galenus refert, lib. 1. de sanit.* si æger venę sectionem perhorrescat.

At si sors tulerit, vt pares vises plenitudinis & cacochymiæ sortiantur, non vt nonulli censent, indistincte à quauis licet incipere, sed considerare eo tempore expediet, an hæc vasorum plenitudo obstructionem efficiat, quæ quidem duplici ratione sanguinis missionem præire cogit: tum quia ante purgationem obstructiones huiusmodi auferre oportet, quod in casu posito sanguinis missione comodius fiet: tum vero quia hæc obstructio purgantibus obest medicaméus: Namque obstructione & plenitudine stantibus, vis medicamenti permeare nequit, præsertim cum expurgans medicamentú, & calore & trahendi facultate humores exagitet, & corpus perturbet: quod cum plethoricum sit, in grauius discrimen decidit, quo fit, vt venæ sectio pręcunti iure optimo debeat: id etiam Gal. asserére, *lib. 11. Ad. g. c. vlt.* qui ab eo exordium sumere iubet, sine quo alterum tuto exsequi non valemus. Neque id adhuc sat est, sed excogitare etiam expedit, an ex huiusmodi plenitudine & cacochymia febris suboriatur, hoc enim certius nobis præmittendi sanguinem indicium præstat, nisi quid obstiterit ex iis, quæ Galen. recenset: nam imminuta plenitudine quæcúq; putrida aut aliter inquinata supersunt, per conuenientem regionem facilius exhaurire deinceps licebit. In aliis vero dum par est vtrunque vitium, & febris nó adest, haud abs re fuerit, à quouis initium sumere, dummodo alterum nó sit magis morbi caussa, quam reliquum: nam eo tempore à potiori morbi caussa curationis principium sumere oportet. Quibus constare arbitror, qua lege liceat ab altero auxiliorum incipere curationem, dum vtroque est opus.

## Consilivm Circa Vtrivsqve auxilii vsum.

Mos quidem est peritis medicis, quo tempore opus est vtroq; auxilio, si laborans alterú pertimescat (*licet primo fieri expediat*) reliquo vti: veluti si sanguinis missionem renuat, purgatione & aliis auxiliis præsto esse; qua ratione decreui rem ad vnguem exsequi ac quibus id casibus liceat fieri, & quibus periculosum sit monstrare, prout breue hoc institutum permiserit. In qua quidem re monendus mihi lector est, ne deceptus Pauli & Oribasii sententia, *lib. 4. de sanit. tuen.* ac etiam Galeni, *lib. 12. Met.* indistincte & inconsulto substitutionem horum auxiliorum aggrediatur, cum vtroque est opus, & alterum renuitur. Docent enim hi auctores, *quod si cuipiam detractus sanguis non fuerit, propter metum, voluntatem aut ætatem, oportere vel per vrinas materiæ copiam euacuare, vel per meatuum reclusionem, vel febrem lenire, aut refrigerare, aut aluum largius ducere.* Quæ sententia hoc

Purgatio qualiter suppleat vicem sanguinis missionis, & econtra.

modo intellecta medi[illegible]bus disciplinis [illegible] iudicio nostro plurimum aduersatur, siquidem dum in febribus sanguis [illegible]dat, cum purgatione demere non licet imo neque per venas [illegible] ex eodem *Galeno aperte constat lib.7.Met.* neq; adhuc per sudore[illegible] ndem causi[illegible]: quod [illegible] quand[illegible]it, tardius pro[illegible]cto ex grauius fieret, quam[illegible]bi postulat magnitudo. me[illegible]tet quidem[illegible] dies magis non vacuata plenitudine, a cum [illegible] acuatione in [illegible] per *Gal. libr.* 8. 10.*&* 11.*Meth* etiam in [illegible] alii [illegible] succi, G vt [illegible] deinceps liceat crassos & lentos detergere. Quam quidem rationem non oportet simulate ob minorem, & præstare, quæ non possunt non nocere plen[illegible] existenti corpore: nam si purgamus, æquabil[illegible] n singul[illegible]us quantitatem relinquimus: si [illegible]ud [illegible] res aut [illegible] mas mouemus, nihil magis plenitudinem [illegible] minuus. Nisi Gal. sententiam hoc modo velimus intelligere, nimirum quod si sanguis primis diebus n[illegible] mutatum, statim degenerat in alios humores, quos purgatione demere æquum est. Ceterum [illegible] hoc Galeni non intelligitur, nisi quod purgatio fiat, quo tempore debet fieri sanguinis missio. nam in 110 A febribus & purgare, & sudores & vrinas mouere necessum est, verum alterum nequit fieri loco & tempore alterius: quare cogendus est æger ad sanguinis missionem, cui si obstiterit, pronunciato periculo tutius est ad febris refrigerationem indicationem conuertere cibis aut poculis, *vt Trallianus docuit*, hirudinibusq; aut scarificationibus, quod si renuerit, ægro insalutato tutius est discedere. Verum in aliis morbis, vbi par est necessitas, quod laborans elegerit, exsequendum est, nimirum purgationem aut sanguinis detractioné: ceterum citra alterum horum auxiliorum sudores aut vrinæ citra noxam moueri nequeunt, hæc namque minime possunt necessitatem expurgandi aut mittendi sanguinem auferre. At in quibus sanguis mittitur ob dolorem, casum, aut percussionem, tuto possumus loco missionis sanguinis sudores mouere, quod sua sponte natura efficere solet maximo cum laborantium præsidio. Ve- B rum dum vtroque auxilio opus est, & vtrumque laborans tenuit, affectio eo tempore maius facessit negotium. Quo ancipite casu consilio Aetii vti oportet; inquit enim *lib.3.ser.4.c.17. Quandoquidem vero quidam adeo formidolosi sunt, & mollitie fracti, vt neque nomen venæ sectionis aut purgationis audire sustineant, non melius tantum, sed & fortunatius est, nullum talem contingere. & tamen si ad curandos ægros cogamur, prædicere oportet diuturnos dolores eis affuturos, & vigilias, articulorumque torturas & claudicationes, præsertim si crassus & multus sit sanguinis influxus.* Abstinentia quidem [illegible] iborum illis constituenda est, & clysteres moderate fortes iniiciendi, & pharmac[illegible] vmbilico [illegible]nam imponenda, *epomphalia* Græc[illegible] appellata: quæ sane vmbilico im[illegible] aluum [illegible]ucant: vtendum etiam iis, quæ se[illegible] r, glandulis videlicet, velut est *cyclaminus succus, & elaterium & similia.* Vtendum (inquit) & post aluum exsolutam *vnguentis discussoriis & fricationibus*, & omnibus, quæ superfluum [illegible] e possunt ex locis fluxi infestatis. Itaque C [illegible] h[illegible] [illegible]nciato periculo aut discedendum est, v[illegible]xi[illegible] ut leuissimis aliis agédum: nam corpore e[illegible]stente impuro, graue est particularibus

Purgationis aut sanguinis necessitatem quæ suppleant.

vehementio[illegible] bus v[illegible]: quamob[illegible]is maio[illegible] opus e[illegible] ne[illegible]ratione, ne aberres quam in v[illegible] nimentalibus, [illegible]bi necessaria sunt.

## CAPVT VIII

### De recto vsu & indicatione euacuationum, quæ per epicrasin seu paulatinam fiunt.

TANTA est naturæ solertia in gen[illegible] dis distribuendisq; humoribus, expe[illegible]ei dis[illegible] is, qui alieni à corporis cons[illegible]tio sunt, vt si quis eius opera sedula intueatur d[illegible]ige[illegible], facile perdiscere possit, veluti ex fid[illegible]simo magist[illegible], quantū & quomodo cuiusque euacuare [illegible] superest) sit necessum. Cóficit quidem h[illegible] simultanea generatione humores: distribuit singu[illegible] qu[illegible] que, prout eius est natura: ceterū expellit diuersimode, nunc confertim & subito, nunc paulatim, D nunc lente & sensim, núc vero vnum aut plures prout diuerso modo ab eisdem alteratur, aut ipsa eosdem pellere nata est. Quæ omnia peritus medicus attéto animo rimari tenetur, ne quid contra naturæ institutum vsquam aggrediatur. Super est quidem in omni vacuationis genere, præter ea, quæ de sanguinis missione & expurganti medicamento diximus, ac de omnibus aliis di[illegible]ctu[illegible] sumus, *modum minirum nosse, quo quæque fieri debeat, confertimne & subito: an paulatim & sensim.* Quamobrem placuit peculiare hoc caput iis vacuationib. quæ paul[illegible]tim & per interualla fiunt, dicare, quas *per epicrasin* communi nomine medici appellant: vacuandi quidem genus multis affectionibus & corporibus proficuum.

Purgatio per epicrasin quid. Epicrasis quid.

Sunt etiam aliæ temporum & corporum conditiones, quibus leuissima adhuc medicamenta solent esse grauia, veluti sanguinem reiicientibus, fœminis etiam, quæ vteri suffocationibus con[illegible]puntur, n[illegible] acumen [illegible] nauseabund[illegible], in [illegible] ventriculo & capite, animi deliquijs: & ijs p[illegible]m, quib. caput facili occasione solet, vt aduertit egregie Celsus *lib. 1.* I[illegible] m[illegible] omnibus, qui suffusionem suspectam habent, sicut & alijs, qui oculorum morbis afficiuntur: quos tamẽ dum [illegible] ventre affectus oritur, egregie sanat: sicut & surditatem. Consulo tamen inter vomendum oculos comprimere, & C postea aqua frigida abluere. Edat item vomens pytum *sacchara conditum*, aut nonnil[illegible] ex *cortucibus malicitri*, ac parum bibat ex *a[illegible] mast[illegible] be*, aut *odorati vini*: pari quidem lege [illegible] videtur consuluisse Hipp. *lib. 1. de mor. mu.* in fœminis, quæ hysteri[illegible]is affectib. premuntur, inquit enim: *At supernum vẽtrem ne moueto, cacutient enim, aut circa fauces turbationes & alia m[illegible]festabunt*: quo[illegible] oportet, dum ex ventriculi vitio malum non suboriatur.

[Margin: Vomitus in accessionib. vitandus.]

Ceterum ne in quibus conuen[illegible] aut natura prona apparet ad ventrem, citra modum vomitum prouocemus, monendus mihi in hac parte lector est, quod si in ipsa morbi accessione alui perturbatio ac fluxus superuenerint, ei nõ debet medicus opitulari, licet permittenda sit, interim dum cãruleat vitius, nõ tamen est iuuanda, siquidem intempestiue fit: si verò post coctionẽ apparuerit, non debet supplere defectus, quousque cessauerit, aut saltẽ deferbuerit accessio. Dispari tamẽ ratione res se habet in vomitu: namque eum excitare in accessione, & deficientem supplere, si natura nequeat, citra dubitationem possumus: quia naturam in illum passim vltrò cõcitari videmus. D

[Margin: Vomitus in acutis qualiter fieri debeat.]

Verùm si quando contigerit, quod in acutis id natura tentet, adhibeto leue vomitorium, si ventriculus reluctari videatur: nam neque vomitus quidem, neque alia fortis euacuatio tentanda est, donec absoluta coctione suo tempore prouocãda sit. Ceterum si fieri debet per vomitum solemnis expurgatio, qualis solet perfecta coctione celebrari: in nonpronis, potius spe[illegible] tare remissionis tempus: in alijs verò qui propensi sunt, si plurimum natura turgere videatur, [illegible] quodam irritamento & corpo[illegible] præparar[illegible] opem ferrem. Inquit enim H[illegible] *lib. 4. Acutorum*: *Quod si os amarum fuerit, vomere co[illegible], & ventrem soluere.* Quo loco non licet [illegible] de[illegible] per vomitum purgando, [illegible] quæ [illegible] extrahere, quod in ventriculo & partibus proximis continetur, cuius ratione os amare [illegible] est.

[Margin: Cautio. I. E]

Ceterum ad plenam purgationem, ea omnia, quæ nuper diximus licet considerare: In omnibus tamẽ cauere oportet, ne nimis acres aut corruptos humore[s] per vomitum expurgemus: nam sensus & præstantia oris ventriculi ægre fert contactum vitiosæ materiæ, ni prius admodum fuerit præparata, & alijs lenientibus & humidis medicamentis commixta.

[Margin: II.]

Vltimo expendere oportet, quod vbi potiones, quæ vomitum mouent, propinamus, largiores eas alijs, quibus stomachi vina emendare solemus, esse oportet: vt rei pondere subuertatur ventriculus: atque ita infestantes humores simul reiiciat.

[Margin: III.]

Præterea qui vomunt, non comedant, donec fortiter famescant, *vt consulunt optime Auicenna.*

Ca-

CAPVT [illegible]

[illegible]

I [illegible] et [illegible]

*Medica ars computatur [illegible]*

[illegible] ac [illegible] at, [illegible] adimant [illegible] fere [illegible] dicam [illegible] di [illegible] anno [illegible] operat. [illegible] Plato [illegible] Virgi. [illegible] tractet [illegible] te [illegible] a [illegible] ceri [illegible] c [illegible] i f. c [illegible] pa- cato [illegible] tus [illegible] pta sint co[illegible]mmenda, oo [illegible] à nat ira emergunt [illegible] necesse est, [illegible] G culari auxilio tyrone exercen[illegible] calleant *ac si experti essent* qui [illegible] vrmino negotio [illegible] metas a[illegible] , vt lipiodesse semper non possint, nusquam [illegible] noceat. Quod quidem fiet, ac rectè meden[illegible]tur, vbi vsum vimq; salubrium caussarum ex[illegible] tenuerint. Atque cum vrinam prouocare, neq; admodum sit consuetum, neq; semper tutum: ne quis temere vim auxilii huius importune & citra rationem experiatur, ob id huius doctrinæ summã tribus tantũ capi[illegible]b. complectar. Qu[illegible] primũ docebit, *quæ partes per vrinã commode expurgari queant.* Secundum, *quibus id medicamentis tuto fiat.* Tertium verò *qua ratione quove morbi tempore.*

119 A

Circa primum, quanti sit momenti ea, quæ ab affectis partibus præstatur indicatio, pro ipsorũ morborum curatione, mille in locis Galen. *libr. 13. meth.* testatus est. Scriptum enim reliquit, *nil obstare quo minus medicinam non sex mensibus tantum, sed sex diebus totam edisceas, si quis eam, quæ a partibus ipsis præstatur, indicationem adimat.* Ceterum exclusis à præsenti capite indi[illegible]ationibus, quæ à temperamento, ab actione & [illegible] particulæ sumuntur, tantum de his, quæ a figura, situ, ac connexione partium demandantur, [illegible] ere mihi [illegible] st in animo: eo quod [illegible]er qu[illegible] locum particula expurgari desideret, facile com[illegible]onstrentur. Sunt autem hæ partes omnes, quarum vitium ex vrinis licet deprehendere. Quas [illegible]dem [illegible] ultimo. es esse corporis particulas, G[illegible]len *lib. 6. de loc. affect. ca. 4.* c[illegible]fer, qui in hunc [illegible] propo[illegible] *[illegible] vbi ex sublimioribus pars aliqua a[illegible] est, excrementum vrinæ cocta [illegible] exspectarum par-*

*Per Vrinas quæ partes commode purgari queant, quæ [illegible]*

B *tium essentia com[illegible] are oportet.* [illegible] sententia constat, parte [illegible] per [illegible] expurg[illegible], quarũ affectus ex vrin[illegible] licet [illegible]arum etiam partium [illegible] natura per vrinam curet, etsi e[illegible]sset præ[illegible]re propriam notam) ex vr[illegible] in quædã partes per vrinas liberantur à m[illegible], *vt refert idem Galen. loco citato,* inquit enim. *[illegible] tur per vrinam expurgantur gibba hepatis partes, atque omnes quotquot sunt his superiores.* P[illegible] [illegible] per eand[illegible] [illegible] lib[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] C *arum [illegible] in hepate, vel ven[illegible] per vrinam, aut per [illegible]* e[illegible] [illegible] entur. Nam [illegible] tu [illegible] cultates vale[illegible] per eandem [illegible] in pulmone [illegible] nonnunqua[illegible] malignan[illegible] tes omnes, [illegible] huiusmodi [illegible] [illegible] genere [illegible] regione [illegible] ve [illegible] ticula [illegible] natura, [illegible] *[illegible] cuata per hanc regionem [illegible] resolutione euanescat* [illegible] nerauerit. Nam tu[illegible] per [illegible] rura id pellere [illegible] vide ipotest in *vomica pulmonis,* ac in *suppurati thoracis affectibus*: quos licet raro per vrinam [illegible]purgari videamus: quo tamen modo id [illegible] atur, (*licet non desint qui [illegible] in hac re contradicant*, paucis exponam. Culpatur quidem Galenus, quod impossibilia quædam *quæ vt fieri nequeant, rationis omnis reclamant* scripserit; quæ dicta sunt *lib. 6. de locis patientibus*, quo loco [illegible] thorace, & pu[illegible] omnibus contenta (*quanquam raro*) interdum per aluum, sicuti quæ sub septo transuerso sunt, per vrinas purgari solere, dixit; atque ita pulmonis aliquando abscessum, per vrinam purgatum visum esse, testari ipse non dubitarit. Quod non vsque adeo videri mirum debet, cum haud difficulter, sicut ipse ait, leuis pulmonis arteria, quod puris in seipsa recipit, ex rupto abscessu, id in sinistrum cordis ventriculum deferri possit, vnde in magnam arteriam incidens pus, per renes in vesicam transiens deferatur: nam quemadmodum ex vena caua, sic ex magna quoque arteria ramosæ quædam propagines in renes tendunt.

*[illegible] Imo & thoraces interdum per vrinam purgantur: idq; [illegible] simpliciter.*

D

*Purgari pulmonem & thoracẽ per vrinã quomodo intelligendum.*

E Mirantur quidem omnes *vno excepto Auicenna* Galenum, quod purgationem laudet per principale membrum factam, quale cor est. Argumentanturque [illegible]x maximis periculi rationibus, tu[illegible]: etiam ob particulæ præstantiam, tum verò ob [illegible] [illegible] mali[illegible] [illegible]: quibus ego respondere conabor tribus rati[illegible]nibus. *Prima*, quia absurdum est negare, quod a mul[illegible] fieri visum est, eo quod ipsi aut non viderint, aut caussam facti ignorauerint. Experientiæ enim incredulitas parere debet. *Secunda* ratio [illegible]st, v[illegible] [illegible]sse, vacuationi hui[illegible] grauia [illegible]equi [illegible]lere symptomata: ceterum hac ratione culpare [illegible]lenum [illegible] alienum etiam ess[illegible] à [illegible] n[illegible] m ipse rem, quæ fie[illegible] [illegible]est, narrarit, [illegible] et sy[illegible]ptomata non dixerit [illegible] nunquid [illegible] inde ipsu[illegible] [illegible] à dixisse dicemus, quod per cordis [illegible] abit in vesicam [illegible]us

*G[illegible] defensus.*

ca[illegible]-

existimauerit, minime, siquidem, quæ ipse vidit, scripsit, accidentia tamen subticuit: aut quia nō F erat ad eorum disputationem aptus locus, aut consulto potius quam ignorantia. Quo fit, vt nomine contradictionis non sit accusandus, eo quod dixerit *lib. 1. Aph. comm. 22.* per loca conferētia oportere ducere: quia nil aliud suadere nobis nititur, quam quod loca quæramus, per quæ cōmodius semper ac tutius duci euacuandus humor queat. Ceterum vt rē tertia ratione concludamus, ac constet, vacuationē, quę fit per cor, nō esse necessario periculosam, expendere oportet, longe aliud esse, cūm quid naturaliter fit, ac cum præter naturā: à facultate quadā an ab affectu: à parte imbecilla, aut ab ea quæ robusta est: ac vltimo longe diuersum esse, cū expellitur noxa, ac cum recipitur: contrariarū enim rerum diuersam quoq; ac contrariā esse rationē oportet. Quo fit, vt licet ex contactu materiæ illius supputatæ varia possint sequi symptomata, non ob id sequitur esse necessarium, præsertim cū materia illa quodammodo sit a natura cuicta, & ab eadem transmissa, non suscepta. Quibus exactè consideratis, id esse contingens, neq; semper admodum graue, facilè esset intelligere, quemadmodum & Galenum vera protulisse.

G Ecce, hæ sunt partes, à quibus per vrinam solet natura noxios humores pellere: etiamsi non semper liceat medico motus naturæ sequi, ac omnes quas ipsa molitur vacuationes, æmulari, vt in consilio latius probabo.

QVOD secundo loco disputare proposuimus est, nosse exactè, *quæ sint medicamenta, quæ huiusmodi vsum præstent*: Namq; vt debite quis aliquo pręsidio vti valeat, non sat est nouisse partium naturam, ac conditionē, ni affectuum speciem, & me-

120 A dicamentorum vim exactè nouerit. Prius tamen dici hanc esse differentiam inter purgationē, quę fit per vomitū, & infernam aluum, & eā, quæ per vrinā, quod illa plerumq; desiderat fieri per *electoria pharmaca*, vt quę humorem nitatur sub propria forma extrahere, nimirū bilem, pituitā, aut melancholiam: hæc verò vno tantum perficitur medicamentorum genere, omnibus humoribus proficuo. Ratio est, quia omnes humores vires habent serosam humiditatē vertere, vt facti renibus similes, ab eis trahātur, velut vrina, & excernantur, quia purgationes reliquæ fiunt vi medicamentorum: hæc verò vi renum, præcedente attenuatione, & mutatione humorū in seream substantiā. Medicamenta etenim huic vsui proficua in duplici sunt differentia: nā aliud est apud Hippocratem & Galenum, vrinam mouere, & aliud *diureticum* esse: eo modo quo aliud est genus ab specie. Quicquid enim diureticū est, vrinam mouet, nō autem commigrat ratio, vt scilicet, quicquid

B quid vrinam mouet, diureticum dici possit. Ea enim quæ verè & propriè diuretica dicuntur, acria, vehementerq; [illegible]lida & sicca esse oportet, vt sanguinem discindant, discernantq; à crassioribus partibus eas, quæ aqueæ sunt, tenues ac serosæ, quas renes trahentes, & à sanguinis partibus quibus nutriuntur excolantes, in vrinā conuertunt, quæ ad vesicā transmissa mingitur. Quod quidē opus nō, vt fertur, seroso humore separato à sanguine fit, eo modo quo serosum coagulata crassiore lactis parte: tantā enim caliditatem sustine-

Purgatio per vrinā quibus medicamentis tuto fiat, & quid differat a vomitu, &c.

Vrinam mouere & diureticum esse differunt, vt genus & species.

Diuretica vera quæ.

re natura non potuisset, sed quia huiusmodi medicamenta pituitam fundūt, ac crassos humores in aquosam substantiam mutant, & quod aqueū & serosum est, segregant, fund[illegible] & [illegible], vt idem adducit Gal. vt de more habent, quæ talia sunt, separantia, crassiora *quæ ob id talia remanent, non coagulata, vt verba sonant* à renibus lucēs, qui postea cum seroso humore faci[illegible] tur, & cum eo ad renes trahuntur. Cum hoc tamē ea peculiariter vretica dicuntur, *vt Gal. lib. 5. Simp. c. 21. refert*, siue vrinam mouentia, non quia solum C moueant vrinas, sed quia solas, absq; eo q̄ menses ac lac moueant, nam finitima sunt hæc omnia medicamenta, *vt eod. cap. Galen. docet*. Diureticum verò secundo significato, medicamentum omne est, quod vrinas mouere potētiam habet. Quod quidem est in triplici differentia. *Primum* vrinas L. mouet, quia plurimam, aquosamq; materiā corpori suppeditat, quam cum renes trahunt, simul etiam educunt humores in venis cōtentos: quomodo vina *alba & aquosa, semina plantaginis melonum & aliarum multarum rerum*, dicuntur *per vrinas expurgare*. Secundum quidem vrinam mouet, II. abstergendo humores, qui in vasis & renibus cōtinentur, quod mirum in modum præstat *terebinthina*. Sic etiam Galenus *radicem ononis* commendat, quoniam abstergit. Vltimum verò est III. quod vtrumque præstare potest: abstersionem videlicet & plurimam aquositatem: id quod faciunt aquæ sponte nascentes, nitrosæ nimirum aut salsæ. Quartum verò nō sine ratione iis addi posset, quod etiam familiaritate substātiæ hu- IV. mores noxios per vrinam trahere potest, vt *cassia & rhabarbarum*, quæ biliosos humores per vrinas D pellunt. Vtrumq; horum modorum prouocandi vrinam tangere videtur Aristoteles *prima sectione prob. pro. 41 eod. lib. pro. 49. Ea nimirum quæ humida sunt, aut quæ aqua referta, vesicam soluere* dicens. Alibi etiam inquit: *odorata omnia vrinam mouere, quia calida sunt*: quod etiam refert Paulus in Epistolis Dioclis ad Antigonum Regem *libr. quarto de morbis*. quod similiter probat Hippocrates *libro primo*, qui potiones conficiebat refrigerantes, ac sedantes sitim, & mouentes vrinam, atque alias calidas, siccas & acres.

Vretici, siue vrinam mouentia quæ. Diureticum triplex.

EX QVIBVS peculiari ratione sunt partes quędā, quæ dū afficiuntur desiderāt propriè vretica medicamenta, & omnino respuunt, quæ vrinā mouent, aut econtra, quales sunt partes, quę vrinæ des[illegible]ruunt, *vt emulgentes venæ, renes, vreteres & vesica*, in quarum affectibus nulla ratione sunt adhibenda quæ vrinam augent, vtcumque sint, plus læduntur, & obstruuntur plurima vrinæ E quantitate per eadem partes dilabente: sed desiderāt per sibi propriam regionem expurgari medicamentis, quæ valeant eas à suis affectibus vindicare, qualia sunt, quæ aliquo modo *vretica* appellantur, vt quæ callosas siue tophaceas substātias incidunt. Sunt autem hæc, *vt radices regionum asparagorum, rubi: betonica item, polium, acetum scyllinum, & radices etiam apii & fœniculi*: quod quidem & tutiori modo (licet tardius) præstare possunt, quæ la[illegible], *menses, & semen mouent*. Atqui licet hoc ita sit, vbi in eisdem partibus, quas modo retulimus, humorum crassorum ac viscidorum copia inest, ea medicamenta etiam sunt adhibenda, quæ abstergendo vrinam moueant. Quod si vlcus

Vretica qua ratione sint adhibenda, & quibus affectibus.

Vretica quodam modo.

sordi

ſordi[illegible]um etiam in eiſde[illegible] p[illegible]tib[illegible] a[illegible] hæc eadem adhibere oportet. Ca[illegible]nd[illegible]m [illegible]en eſt ab us,&alus,quæ vrinam ſupp[illegible], d[illegible] partes calculo, obſtructione [illegible]ut tumore præter naturam aſſi[illegible]iuntur.

F Diuretica qua ratione & quib. affectib. adhibenda.

DESIDERANT præterea medicamenta vere vrinam mouentia affectus qui aut totum corpus,aut aliquam ſignatim eius particulam ex iis, quas diximus,afficiunt. Nam cum hæc aliquando eligant humores bilioſos aut ſeroſos,vt de *ma ſatiua*,& de *capri folio* fertur, eis quidem vti oportebit, vt humorē tenuem per vrinam expurgent. Quæ autem potiori modo vretica dicuntur,citra reſpectum ad electoriam attractionem, affectibus iis venoſi generis iure optimo debentur, qui ex craſſis,denſis, & concretis ac frigidis humoribus ſuboriuntur: nam eoſdem in vrinam commutare hæc medicamenta propria vi & natura habent.

Vrinam mouentia quibus affectibus debeantur.

Vrinam vero mouentia iis affectibus etiā debentur, qui craſſis humoribus ob aduſtionem & ſiccitatem factis,concitantur: quales melancholia & ſibi proximi humores ſunt. Quos ea medicamēta,quæ ſuapte natura aquea ſunt, vt vinum tenue,& ſemina melonum, & eius cetiſus pleraque, cum mixtione aqueæ ſubſtantiæ fluidiores reddunt,atq; ad vrinæ officinas cōuertunt. Quo G fit, vt quæ ſolum vrinam mouent, aquoſam & multam eam efficiant: quæ vero proprie vretica ſunt,multam & craſſam,& humore peccante fœdatam.

Vretica & diuretica quando exhibenda, & qualia.

Rimari etiam expedit tempus idoneum, ſeu occaſionem expurgandi corpus per vrinā: quod in præſenti bipartitam habent conſiderationem: Vnam, quæ tempus reſpicit:alteram vero, quæ corporis diſpoſitionem. Circa primam expendere oportet, quod præmiſſis remedii Qualitate (*quæ ex affectus natura*) & Quantitate (*quæ ex magnitudine cauſſæ*) & in agendo vehementia (*quæ ex affectus magnitudine deſumi debent*) tempus idoneum 121 A vtendi hoc præſidio, debet ſumi ſecundum varia morborum tempora, ac ſecundum vim & potentiam medicamenti, quo vrinas mouere intendimus. Namq; in morbis, qui ſubito & confertim ſoluuntur, medicamenta hæc omnino à ratione aliena ſunt, eo quod hæc omnia paulatim moliuntur ſuam actionem. Morbi vero, in quibus materia vnice excernitur, medicamenta deſiderant, quæ etiam confertim euacuent. Quo fit, vt diureticis non ſolum non iuuentur, verum & offendantur plurimum: quia cum hæc calida ſint, morbum indubitāter exaſperabunt magis. Qua ratione affectus huiuſmodi ea medicamenta deſiderabunt, quæ mouere vrinas tantum diximus, atq; ea non, niſi aut tranſacto principio aut vacuatione præmiſſa. Cæterum ſi morbus ex his B fuerit qui paulatim & ſenſim ſoluuntur, proprius per vrinas vacuari deſiderabit, vt Gal. lib. 3. prog. com. 23. aperte docet. Inquit enim: *Sæpe dictum iam eſt, vt humores corporis calidiores tenuioresq; paratiſſimi ſunt ad excretionem: crudis vero & craſſis aut per abſceſſum, aut per coctionem natura medeatur: porro idipſum vt per coctionem medeatur, excretio quædam eſt, quæ ex vrina magna ex parte, raro per aluum efficiatur.* Ex quo loco facile cōſtat, morbis, qui ex tenuib. humorib. oriuntur, ea eſſe adhibēda medicamēta, quæ confertim expurgent: licet trāſacto principio expediant, quæ [illegible]iximus, mouentia vrinas: in [illegible] vero quæ ex cra[illegible] fiunt, ac lentis humoribus, vt qui paul[illegible]m & per c[illegible]ctionem exc[illegible]ment, medicamenta quæ *vere diuretica* appell[illegible]ntur, incumbere. At cum principium in huiuſmodi morbis diuturnis, quieſcendum eſſe commonstr[illegible],& ſtatus ſit tempus coctionis, & mutationis affectus, declinationem ex[illegible]mamus aptiſſimā eſſe ad huiuſmodi purgationem: hac tamen facta diſtinctione, quod in morbis in quibus coctionem C exſpectare licet, ſi med[illegible]amentu eligentes vrinās mouere conamur, coctionem (*ſaltem manifeſtam*) exſpectare expediet. Alia vero medicamenta, quæ *diuretica* ſunt, præmiſſis ſufficientibus vacuationibus, tuto adhiberi poſſunt. Cæterum in aliis morbis, in quibus non opus eſt exſpectare coctionem, haud dubie præmiſſa per aluum leui purgatione, poſſunt adminiſtrari: namque hæc calida medicamenta in morbis à craſſa & frigida materia pendentibus, & humores præparant ad coctionem, & ad expulſionem, ac paratos coctoſq; iam per vrinas pellunt. Hæc enim humores reddunt renibus familiares, eos fundendo ac attenuando, quos poſtea renes familiaritate luxuriantes trahunt tuto, ac citra corporis moleſtiam.

D Vretica non adhibenda materia exiſtente multa.

Occaſionem etiam huius auxilii præbet corporis ipſius *Diſpoſitio*, cui iure optimo reduci poſſunt anni Tempora, humorum Copia, ac corporis ipſius Denſitas, & etiam obſtructio. Verum ex his omnibus, quæ maius faceſſunt negotium in mouendis vrinis, ſunt humorum copia, & viarum anguſtia: ſi quidem nulla ratione ſunt adhibenda, quæ vrinas mouent, materia exiſtente multa, ſed illis præſtatur occaſio poſt magnas vacuationes: Ratio eſt, quia loca ad id deſtinata ita ſunt coarctata, vt materiæ magnam copiam nullo modo capere poſſint, quin periculum ſit delationis materiæ in aliquod membrum, aut obſtructionis in venis & vrinæ meatibus. Atq; ideo præſtat hoc vacuandi genus in materiæ reliquiis, & craſſis humoribus, quod ad vrinę vias facile conuertit: hos enim attenuat, & renibus familiares efficit. Eſt quidem aptiſſimum præſidium ad conſumendas humorum reliquias.

E In Vrinarum motione anguſtia viarum attēdenda cautio.

Cauere etiam oportet viarum coarctationem ac anguſtiam. Nam ſi hoc tempore vrinas mouere tentaueris, plus obſtrues & mali efficies, quam prodeſſe poſſis. Quo fit, vt in affectibus eorū membrorum, quæ per vrinam habent expurgari, veluti *gibba hepatis, renes, veſica & venæ omnes*: ſi multo vitioſo ſucco ſint referta, per aluum debeant expurgari ſin modico, per vrinas, cauendo ſemper viarum coarctationem, quæ ex multis fieri ſolet humoribus, aut ipſis delabentibus ad eas partes vi diureticorum. Hinc etiam fit, quod in viſcerum obſtructionibus caute iis vtendum ſit: Ratio eſt, quia ſi viſcera fere omnia cum obſtructionem patiuntur, naturalem vrinā, ita percolatam ac tenuem, & à quouis humore quantumuis naturali ſecretam reddunt, vt parum aut nihil ab inalterato potu diſſideat, qui fieri poteſt, vt hæ partes viam præbere poſſint humoribus, qui per eaſdem ab vreticis medicamentis vi trahuntur. Qua ratione cauere id etiam oportet.

Cautio in viſcerum obſtructionibus.

## Consilium in movendis vrinis.

Vrinam mouentia medicamenta quæ corpora non sustineāt.

F LICET in omnibus affectibus, in quibus vrina aliquod valet præstare indicium, facile mutueri possit: non tamen est perpetuo tutum, si absque alio præcepto, vt iacet intelligatur. Nam plura sunt quæ artis legibus constituta, eis natura admodum auersatur, exque ceu lethalia venena refugit: nonnulla item inutilia aut arte improbata, natura interdum desiderat, ac prosequitur, quemadmodum videre licet in pulmonis vomica, etiamsi supra pulmonem nihil indicet vrina: cum hoc tamen per eandem regionem tuto illius pus à natura expurgatur. Quod tamē nobis tentare nusquam licet: namq; natura conscia sibi est in his, quæ agit, ac docta, & operatur veluti mentem habens. Quo fit, vt plures ipsa (*vt quæ solertissima sit*) moliatur vacuationes, per abditas atque præstantissimas corporis partes, quas medicum tentare non decet, quia loca illa conferentia sunt naturæ (*quæ nihil frustra tentat, neq; necessariorum quicquam, dum naturalegibus gubernatur, prætermittit*) nobis autem id tentare minime licet. Qua ratione in quibusdam affectibus hoc vtitur vacuandi artificio, cuius opus in eisdē imitari, tutum non G est. Namq; in maiori propemodum morborum parte, etiamsi in vrina humor peccans ostendatur, non ob id in omnibus docet ars per vrinam expurgare.

Vrinam mouentia quibus prosint & obsint affectibus.

Cauere itaq; ab huiusmodi vacuatione oportet tabescentes & macie confectos, calidos item affectus, saltem donec deferbuerint. Eos insuper qui patiuntur tumorum quemuis, ac exulcerationem partium vrinæ seruientium, si quidem longissime à parte fluxione tentata reuellere oportet, nequaquam ad eam trahere. Qua ratione neque pudendis laborantibus, aut vtero, vlcere præsertim aut inflammatione affectis, adbibere conuenit, neque vrinæ suppressionibus: in qui- 122 A bus Aetii *libro primo Serm. 4. cap. 151.* consilio suppositorio vrinam prouocanti tutius est vti, præsertim cum ipsa vesica vrinæ est repleta: Quibus tamen deinceps vesica à plenitudine liberata, tuto vti possumus. In affectibus item cutaneis (*licet quæ per aluum purgant, sæpius præstent*) vreticis raro est vtendum, ne ad nobiliores regiones humores reuellantur: ac si quando id expedierit, & purgato satis corpore, & humore si mordax & acris fuerit, attemperato. Qua ratione in plurimum vitiosis humoribus hæc vitare sæpe expedit, ne in vrinæ instrumentis aliud grauius malum suboriatur, ob idq; dum necessum fuerit, miscere diuretica oportet iis, quæ aquea sunt, & vrinam augent, quemadmodum mihi semper in vsu fuit. Cæterum in quibus hoc auxilio vti necessum est, haud temere fieri debet: nam in intestinorum affectibus, etiamsi hæc medicamenta ab auctori- B bus commendentur (*vno excepto Celso*) nusquam in his, in quibus humorum acrimonia dysenteriam concitat, tutum est: quia si contigerit hæc medicamenta finem non consequi, humoris malitiam intendunt, aut morbum augent. Cum hoc tamen, vbi intestinorum affectus non adsunt, biliosis solet opitulari, vt optime consuluit Hippocrates *lib. de affect.* dicens: *Biliosis conducere medicamentis vrinam cientibus vti, retusa prius frenataque bile.*

Vretica haud temere vsurpāda.

Prosunt etiam hæc medicamenta fœminis, quibus ex vtero albæ materiæ delabuntur: in quibus licet deriuationis gratia aliquando sit ex vsu, id tamen caute fieri debet, quia fere hæc omnia menses mouent. Obstructis etiam medentur, quibus præcedere necessum est, quæ meatus ab infarctu liberant. Quibus ad auferendas iecoris C & viscerum omnium obstructiones, aperte vtitur Galenus *libro quinto Simpl. cap. 11.* Sunt autem hæc omnia calida, partium tenuium, amara ac nitrosa, quæ quidem optima ratione præcedunt iis, quæ per vrinam purgant: vt quæ calidiora sint, sicciora & acria: quæ si prius adhiberentur, siccarent potius ac condensarent humores partium cauitates obstruentes: aut maiori humorum copia ad partes concitata, maiores parerent obstructiones: Qua quidem ratione tutissimum est cōsilium eis vti prius in curandis obstructionibus, quam vere appellatis diureticis. In articularibus etiam morbis præcautionis gratia illa mire prosunt, nam morbo vigente periculum est, ne humores tenuati facilius ad articulos confluant, licet in declinatione aliquando prosint. Cæterum iis, quæ vrinam augent, in articularibus nusquam vti licet: nam præsentem morbum augent, & absentem euocant. Obsunt tamen hydropicis, & malum corporis habitum patientibus, quibus proprie diuretica mirum in modum opitulantur. Reliqua etiam citra vllam dubitationem, morbis omnibus, qui paulatim debent terminari, nam quod natura lente superat ac deuincit, hæc quidem sensim excernunt. D

Vreticis in morbo articulari nō vtendum.

## Caput XI.

### De recto vsu & indicatione purgationis, quæ fit per sputum.

HAVD immerito profecto luculenter dixit Philosophus *libro sexto cap. 5.* sapientissimus rerum æstimator, eo volumine cui titulum indidit *De moribus ad Nicomachum*, quod artifex est multo sapientior experto: quoniam artifex intellectus lumine rem cognoscit propter quid, expertus vero, quia, cum caussam penitus ignoret. Eadem omnino ratione Galenus *lib. Quod optim. Medi.* dicere consueuit: *Oportet porro eum qui arti operam Hippocrate dignam impendet, methodi rationalis studiosum esse, vt morborum, quæ genera sint, speciesq; cognoscat, vt in singulis istis, quo pacto sumenda sit remediorum indicatio, facile intelligat, pertimescens ac abhorrens plurimum præsidiorum citra discrimen & rationem, vsum.* E Atqui cum consuetudine iam constitutum sit, vt in omnibus thoracis & capitis affectibus, iis, quæ sputum educere aut facilitate queant, citra vllam methodum cuiuis vti liceat: & cum nihil frequentius apud vulgus omnino imperitum reperiatur, quam in quouis ex his affectu, medicamenta quæ lambendo sumuntur, indistincte præbere, ex ratione fecisse arbitror, si prouocandi sputum, methodum & rationem docuero. Est enim præsidium hoc, si quod aliud, & vtile, & in quam plurimis morbis commune & necessarium, ad quod, veluti ad sacram anchoram, tutum est confugere.

Purgatio per sputum quibus partibus & affectib. prosit.

Cuius gratia expendere oportet, per sputum purgari posse, caput nimirum & thoracem, ac denuq; corpus vniuersum. Nec desunt qui ventriculo

Purgatio per sputum quibus partibus & affectibus prosit.

F[illegible]culo etiam prodesse [illegible]. Quod quidem, quia difficile, graue [illegible] nonnunquam suspectum mihi videtur, [illegible] [illegible]nunle, silentio decreui præterire, ac docere *in quibus capitis morbis expediat per sputum purgare, & quibus modis, quo tempore, & qua demum ratione.* Iis tantum itaq; morbis hoc præsidium sæpe ex vsu fuit, quos pituitosi humores excitarunt, quibus aut caput imbecille in quotidiana generatione abundat, aut corporis vitio coactum susceperat, diuersa tamen ratione. Nam in his, quos caput aliunde recipit, vt ab eodem deriuet: in iis vero, quos sua sponte generat, vt euacuet. Quo fit, vt non solum in capitis affectibus, verum & in omnibus aliis, quos defluxio è capite excitat, distracta consumtaq; per os pituita, plurimum prosit: *vt in dentium dolore ex defluxu, & aliis affectibus contingit.* Pari etiam ratione, quod in partibus capiti vicinis continetur, mire deriuat. Quapropter prodest omnibus affectibus capitis, qui ex materia suboriuntur. Et rursus iis omnibus, quos defluxio à capite parit, in quamcunque decumbat partem. Tempus tamen idoneum ad huius præsidii vsum, non semper in omnibus idem est, sed pro ratione vehementiæ G morbi dissidet. Nam in longis, & iis qui tarde mouentur affectibus, suam impetitur gratiam, præmissis aliis, & pleniore per aluum purgatione, ad consumendas humorum reliquias, quibus non est aliis vacuationibus satisfactum. Ita & eodem modo in quibus indies aggregantur in capite humores, qui paulatinam & diutinam exposcunt vacuationem, vt affectus ibidem præpediatur, præcaueamusq; quominus ad inferas partes defluat, hoc vtimur præsidio. Cæterum in iis, qui acutiores grauioresq; sunt morbi, vt *apoplexia, lethargus, caro,* & similibus non solum ad consumendas humorum reliquias ex vsu est, verum

123 A & ad plenius purgandum, ac citius. Nam quæ caput infestant, dum non datur purgationi pleniori locus, tuto possunt per palatum extrahi, ea quantitate quæ fere caussæ magnitudini respondeat. Quo fit, vt etiam in eorum affectuum principiis, citra dubitationem his, quæ per palatum purgant, vti liceat: quod in aliis morbis à ratione alienum esset.

Purgantia per sputum sunt duorum generum, & quare. Caput purgia.

Quapropter expendisse decet, duorum esse generum medicamenta, quæ hos vsus præstant: Aliud quod propria & peculiari vi trahat ad se ex capite humores, quale est *turbith, colocynthidis medulla, diu in aceto cocta, aloes, agaricum, caribanum, pyrethrum, cyclamen, cucumis agrestis, vterq; elleborus, anemonis radix, & staphisagria* : quæ omnia & facultate sibi propria, & manifestis qualitatibus virtutem habent purgandi, ac cum ore manduntur, propter loci viciniam, peculiarius à capite. Aliud vero genus est eorum, quæ mediantibus primis ac manifestis qualitatibus, acrimonia nimirum & caliditate, pituitam & alios humores fundunt, & B ad palatum delabi cogunt, ac multa saliua per sputum excreta, caput purgant. Inter quæ etiam quædam mitius, nonnulla vero acrius suas vires pandere compertum est: sunt autem hæc *mastyx, lauri virentis folia, anisum, anethi semen, capparis radix, origanum, hyssopi, coma piper, caryophyllum, sales etiam omnes, sinapi ac nasturtii semen, thymus, pulegium, nux muscata, eruca, raphani semen, nigella, lauri, & vltimo lacca, & myrrha.* Ex quibus omnibus triplicem

Caput purgia triplicia.

possumus medicamentorum form[illegible] componere, *gargarismata* videlicet, *masticatoria* & *linimenta,* idque non sine magna ratione & artis consilio. nam in quibus masticare est difficile, aut propter dolorem, aut nauseam quam mouere in aliquibus solet, gargarismata prodesse possunt. Verum in iis qui facultatis impotentia, neq; gargar[illegible]mata neq; masticatoria exercere queunt, l[illegible]menta eorum necessitatem auferunt. Gargarismata quidem conficiuntur ex supra dictis simplicibus, vi C no aut aqua exceptis, addito *melle,* aut *oxymelite simplici* aut *composito,* quæ confici possunt acriora, plus minusve purgantia, iuxta rationem simplicium, quæ recipiunt. Ex quibus etiam simplicibus in puluerem redactis, masticatoria effingere licebit, exceptis quidem *cera, mastyche, terebynthi resina, pistatis etiam cum carne vuarum passarum, detractis acinis, ex quibus pilulæ possunt formari ea quantitate, qua mandi facile possint.* Vlnimo licebit eadem medicamenta in puluerem redacta, *melle rosaceo aut crudo* excipere, & linimentum conficere: quibus omnib. medicamentis addere oportet semper, quæ mucilaginosam, lenem ac temperatam habeant substantiam, gratia vitandi exulcerationem oris, quæ iis auxiliis accidere præter spem solet.

Gargarismata ex quibus fiant. Masticatoria ex quibus.

Linimenta ex quibus.

Neq; citra[a] maximam consideratione factum est, duorum esse generum medicamenta, quæ caput per os purgant, cum morborum differentia quo ad magnitudinem & vehementiam, id iure expostulet, nam cum morbus ex iis fuerit, D qui lento gradu mouentur, per mitiora medicamenta licet caput vacuare. Verum si morbi eorum fuerint, qui celerem habent motum, vt *apoplexia, caros,* & huiusmodi, valentioribus vti medicamentis necessum est: tum quia morbi magnitudo & humorum tum copia, tum pertinacia id exposcunt: tum vero quia laborantes neq; gargarismare, neq; masticatoriis, aut quouis alio expurganti medicamento propter obliuionem aut impotentiam vti possunt. Qua ratione iis tantum prosunt, quæ illita purgandi facultatem habent, vt quieta ad sui locum facile humores trahant. Ex quibus constare arbitror, in quibus morbis, quo tempore, & quibus medicamentis oporteat caput per sputum purgare.

Caput quando, quibus morbis per os purgandum.

Purgare per sputum in his affectibus, qui partes respirationi seruientes obsederunt (*quibus proprius est is purgandi modus*) tam est difficile, tamque obscurum, vt pene nullum reperias auctorem, qui recta methodo & ratione, vt rei dignitas exposcit, rem ipsam tractet, quod Galenus *libro se-* E *ptimo Phar. loc. cap.* 1. aperte monstrat, ita vt non mirum sit, si neq; ego adhuc finem rei attingere queam, qui viam inuiam excutiens aggredior. Verum vt præstantiori methodo id fiat, nosse oportet, *quibus possit thorax vniuersum, & ea, quæ intra ipsum continentur, affectibus premi, ac quibus etiam modis purgari, iuxta rationem cuiusuis affectus, aut affecti corporis, aut humorum qui vacuari debent* : vltimo etiam *quibus id medicamentis tuto possit fieri.* Primum itaq; nosse oportet instrumenta respirationi seruientia (*præter illatum vulnus à resoluente continuum*) pati posse distemperiem, tumorem præter naturam, aut inundans pus ex rupto abscessu, ac vltimo ex superantes & infarctos humores: nec non & compressionem, aut ex flatuosa substantia aut

Thorax quibus affectib. obnoxius.

F ex vicino aliquo corpore. Quod qui non nouit, fatetur se nescire rationem prouocandi sputum ab his partibus.

Nihil enim (*vt dixi*) tam est commune, quam in quauis difficili respiratione, tussi, aut quouis alio affectu, bechica statim porrigere medicamenta citra vllam distinctionem. Verum si quis diligentius rem pensiret, reperiet medicamenta, quæ iis partibus sunt ex vsu (quæ *arteriaca*, aut *bechica* vocantur) varia admodum esse, ac facultate diuersa, ita vt vnũ nulla ratione alterius loco porrigi possit, vt ex antiquis (*Galeno afferente*) plures fecerunt. Namq; ex his quædam fluxum sistunt, alia dolorem sedant, multa inflammationibus prosunt, velut dulces potiones, quæ eluendo partem iuuant, *vt aperte Hippocrates lib. de mor. docuit*: quædam item abscessus resiccant & attenuãt aut concoquunt: alia etiã vlcus abstergunt, pusq; purgant aut resiccant: nonnulla exasperata leniunt, aut læuigata persanant: adstringunt item alia, ac cum his plurima sanguinis fluxum sistunt: alterantque iuxta primas qualitates per plura: & vltimo *altera bechica*, (hoc est *tussicularia*) appellantur. Operantur quidem mira hac varietate hæc omnia auxilia iuxta rationem affectus, aut affectæ in thorace particulæ. Quapropter vt suspicor, diuisit Galen. *lib. 5. Simpl. cap.* 1. vniuersum hoc medicamentorum genus in bechicum (hoc est *tussiculare*, & *purgans a pectore*) & in pleuriticis, peripneumonicisve congruens: indicatione nimirum sumta à loco & affectionis modo, & humoris peccantis statu: Quo fit, vt non sine magna rerum distinctione eis liceat vti, *vt ipse Galenus libro 7. etiam Phar. locat. cap. 1. aperte consulit*: siquidem bechicum medicamentum solum habet tussi media è pectore purgare: reliqua vero arteriaca appellata, aut in pectore aliquod officium ex dictis operantur: aut bechicis medicamentis subministrant, suppeditatis aut præparatis humoribus ad expulsionem, quæ fieri debet per bechica medicamenta. Itaque hac ratione dissident, quod bechica solum eductioni prosunt: arteriaca vero affectibus partium, quæ tussiendo expurgantur, proficua sunt: licet aliquando Galenus varie vtatur iis nominibus: cum hoc tamen generalis & præcipua eorum differentia in hoc consistit. Cæterum inter hæc omnia nullum neque compositum reperire licet, cui vis insit purgatoria, & quæ humorem à thorace trahere queat, neque adhuc per secessum, nedum per sputum, vt ex professo Galenus *lib. 5. Simpl. cap.* 19. docet, distinguens cathartica, *in ea qua familiaritate trahunt, & ea qua alio modo*, dicens: *Nam quæ crassis lentisq; humoribus extenuandis, aut vrinam ciere possunt, aut ex pectore, pulmoneque eiiciendis excretionibus auxiliari, purgant sane & ea quidem quodammodo, verum ante dicta* (loquebatur quidem de vere purgantibus) *non similiter nuncupantur, sed alia vocantur vretica, alia bechica, alia menses vomentia, hæc re a superioribus diuersa, quod non habeant vim familiarium succorum tractricem, vt illa*. Ex quibus constat, inter omnia illa medicamentorum genera, quæ mox ex Galeni mente retulimus, nullam virtutem habere mouendi sputum primo modo: secundo vero & minus principali, solum illud, quod *vere bechicum* appellatur, quod quidem non virtute trahendi agit, sed tantum eo quod tussim moueat: nulla enim alia ratione, quæ in pulmone & thorace præter naturam continentur, purgari per sputum possunt (siquidem aliam purgationi viam iis partibus negauit natura) quam per animalem facultatem, quæ mediante tussi, vi & impetu pellat. Quo fit, vt ea medicamenta tantum valeant per sputum expurgare, quæ tussim excitare possunt. Cuius quidem naturæ hæc sint, aperte docuit his verbis Galenus: *lib. 2. Simpl. c. 16. Contingit item ad tussim impetum cieri inæqualitate quadam in gutture præter naturam proueniente*. Quippe cum spiritus per puram leuemque ferri viam consuetus, si quando in eminentia quadam impingat, tumultum quendam ac velut inæqualem concussionem in gutture efficit, atque ita ad tussim animal prouocat. Porro duplex ex affectio est, aut resiccata exasperatave, quæ in arteria est membrana, aut inæquali in ea corpore delato, siue id liquidum sit, siue solidum. At vbi vel id ipsum plusculum, vel aliud quodpiam, seu liquidum, seu solidum corpus in aspera defertur arteria, iam inde tussire necessum est, donec ab spiritus vehementia quod molestat propulsatum eiiciatur. Ex quo aperte colligitur, ea tantum tussim excitare, quæ mordacia sunt, quia gutturis exasperatione facultatem lacessunt ad tussim, quam quidem mox sequitur humoris excretio: & ea etiam quæ *oleosa* sunt & *pinguia*, quia illitu inæquali inæqualitatem pariunt, & ad tussim impetum mouent: nam quæ æqualiter oblinunt, tussim potius sedant. Deniq; duorum sunt generum medicamenta, quæ per tussim expurgant, quorum aliud acrimonia, aliud vero illitu inæqualitatem parit, & ex consequenti tussim efficit.

Sed nosse iam tempestiuum est, in quibus thoracis affectibus, ex his quos nuper diximus, hæc auxilia prodesse possint, & qua ratione, ac quibus etiam obsint, ne nobis contingat, quod Galenus *libro septimo Phar. loc. cap.* 1. in antiquis reprehendit, hoc præsidio citra vllum discrimen vtentibus, cuius gratia asserimus hoc tantum locum habere, ac prodesse in his morbis, in quibus mens est, aut sanguinis grumos, aut pus, aut lapides, qui grandius figura è thorace solent pelli, aut humorem aliquem extrahere. Quo fit, vt plurimum aberrare videantur, qui hoc vtuntur præsidio in tumore quouis harum partium. Nam cum in suppurationem, aut indurationem hi tumores degenerant, etsi difficilem efficiant respirationem, nulla ratione ea, quæ sputum moueant, adhibere oportet, vtpote quæ thoracis violento motu & vehementiores concitant dolores, & maiores ob id inflammationes, pressioresque & difficiles respirationes. Verum cum resudatione euanescunt huiusmodi tumores, appositum est remedium, quia quod ab inflammata parte prodit per sputum, mediante tussi, facile excernitur, quemadmodum vsu venit in omnibus pleuræ inflammationibus, ac in his etiam, quæ pulmonem obsederunt, dummodo cruda existente inflammatione non adhibeantur, donec aliquid per tunicas resudasse compertum sit. Alienum etiam est à ratione, eisdem vti præsidiis in nuda thoracis distemperie, etiamsi validam moueat tussim: nam præter id, quod ea

tussis

Arteriaca siue Bechica varia.

Tussicularia quæ Bechica quare sint variæ ac diuersæ naturæ inter se.

Bechica & arteriaca quid differant.

Sputum purgant, quæ tussim excitant.

Tussis duplex.

Tussim quæ excitant.

Tussicularia duplicia.

Tussicularia quibus thoracis affectibus prosint.

Quibus affectib. non conueniant.

G 124 A B C D E

tuſſis [illegible] coo[illegible] curabitur, nihil habet notatu dignum, quod euacuari poſſit: quo fit, vt fruſtra ſit maiorem tuſſim excitare. Multo etiam adhuc deterius eſt, in vlceribus & aliis continuis ſolutionibus, ſputum mouere, in quibus partes violento thoracis motu amplius dilacerantur. Et medicamenta, quæ illitu tuſſim mouent, vlcus ſordidius reddunt, ea vero, quæ acria ſunt, mordent, exaſperantq; amplius vlceratam partem. Verum ſi quando excernendi puris gratia, eo vti ſit neceſſum, mixtum debet eſſe medicamentum mediæq; naturæ: *vt Galenus lib. 7. phar. loc. cap. 2. conſulit*, qui ex antiquorum mente medicamenta arteriaca refert, triplici conſtare differentia. *Prima*, quæ omnis acrimoniæ ſunt experria, & exquiſite meatus obturant, læuigantq; aſperitates. *Altera* eorum eſt medicamentorum, quæ prædictis ſunt contraria: vt ſi ſanæ particulę adhibeantur, ipſam exaſperent, irritentq; media: *deinde* eorum eſt medicamentorum, quæ inter ambo conſiſtunt, lenia videlicet, & citra acrimooiam, ac quæ extergentis ſunt facultatis, qualia ſunt quæ in *detergendo vlcerum pure plurimum valent*. Itaque vbi opus eſt, pus, grandinem aut grumum à pectore extrahere, mediis medicamentis, & iis, quæ vtraq; facultate conſtant agendum eſt: tum vt vias leniát, lubricaſque reddant, vt facilius rei duræ cedant, minuſque offendatur natura: tum vero vt vehementius irritetur animalis facultas, maioremq; apponat conatum, ac ſuperet ea, quæ ei committuntur. In puris vero excretione neceſſum eſt etiam, vt abſtergat, attenuet, ac ad eductionem puris aptas efficiat in thorace collectiones, & vt dolores etiam ac irritamenta mulceat, ac leniat, læuigantia merito eis iunguntur. Verum vbi pus aut humorem aliquem, pulmonem ipſum ac thoracem inundantem per ſputum euacuare intendimus, maiori adhuc egemus conſideratione. Nam aut is craſſioris eſt ſubſtantiæ, aut tenuioris, infarctuſq; penitius, aut in vis ductuũ promtus, quia iuxta rationem harum differentiarum (dummodo aliud non impediat) neceſſum eſt, acrioribus mitioribuſq; vti medicamentis. Qua ratione expeodere oportet, humores, vt euacuationi ſint promtiores, nec plurimum craſſos debere eſſe (ob rationes quas capite de *Preparatione*, diximus) nec plurimum tenues, ſed mediam expedit obtinere naturam: qua de cauſſa ſuſpicor Galen. *lib. 5. Simplic. c. 19.* dixiſſe, *bechica medicamenta alia habere vim extenuandi, quæ quidem facultas in calidis & tenuium partium ſubſtantiis ſita eſt: alia vero incraſſandi, quæ in frigidis & craſſarum partium medicamentis ineſt*: quibus dixit etiam ineſſe vires & ſedandi & excitandi tuſſim. Cæterum hæc iudicio noſtro potius habent virtutem præparandi humores ad expulſionem, quam eoſdem expurgandi: nam quæ vere expurgant, aut lentorem, aut acrimoniam habere neceſſum eſt. Dixit tamen ea eſſe *bechica* Galenus, quia neceſſaria ſunt, vt faciliores fiant expulſioni humores. Quibus præmiſſis indicatione ſumta à craſſitie, aut recondita humorum ſede, his tantum licet vti medicamentis, quæ acriorem habent virtutem irritandi facultatem ad tuſſim, qualia ſunt acida omnia, *vt acetum & oxymel, ac ea etiam, quæ deterſoriam habent facultatem, cum aliqua acrimonia, vt hormini ſemen, panacis radix, acatia, & huius cenſus alia, præſertim cum acida eis admiſcentur medicamenta*, licet valde acria vitare præcipiat Hippocrates *lib. 5. de rat. vict. in acu.* his verbis: *Aliquando vero id, quod valde acre eſt, eductionem ſputi non obtinet, ſed inſuper viſcoſum id facit, & lædit, quapropter moderationem in omnibus ſeruare oportet, & paulatim incipere, donec ad iuſtum ſit deuentum*. Humores vero qui aut in apertiori ſunt loco, aut ex ſua natura tenues ſunt, ſolum gaudent expurgari iis, quibus incraſſandi, aut illiniendi potentia ineſt, qualia ſunt *malabatrum, thus, galbanum, maſtyx, palmularum decoctum, oleum, alica, gummi tragacantum, & huius claſſis pleraque*. Verum in hac re mihi fuit ex vſu in educendis humoribus craſſis vtriſque bechicis medicamentis vti, iis nempe, quæ irritandi & mordendi vim habent, & iis etiam, quæ modicè calfaciunt & exteouant, ad inuicem commixtis. Eadem prorſus ratione in tenuibus permiſcere oportet, nimirum quæ vere bechica ſunt, & illitu iuuant, cum iis, quæ incraſſandi & cogẽdi vires habent. Nam ſic citius & citius hac lege, quæ à pulmone oportet educi, pelluntur. Verum quia ſæpe expurgandi hos humores neceſſitas, aliis thoracis affectibus iungitur, in quibus eſt, aut læuigare, aut ſedare dolorem, *vt in inflammationibus*. aut diſcutere aut deſcindere aut abſtergere, ęquũ eſt coponere medicamenta, quæ vtraq; poll[illegible] virtute. Atq; cum longũ eſſet compoſita o[illegible] recenſere, placuit ſimplicia docere, ex quibus facile [illegible] cuiuis, ſecundum affectus indicatione[illegible] compoſita effingere. Sunt autem læuigantia medicamenta *lac, alica, oua, amylum, glycir. ca, gummi tragacantum, ſamius aſter, ſeſama, nux pini, butyrum, ſapa, vua paſſa, viola, & vltimo dulces omnes potiones*. Quæ vero dolorem ſedant, inter alia ſunt *crocus, myrrha, thus, & ex læuigantibus etiam*. Quæ autem concoquunt, ſunt *crocus, hypociſtis, vua paſſa, vinum paſſum, ficuum decoctum, atq; ex diſcuſſoriis nonnulla*. Sunt autem diſcuſſoria, *caricarum pinguium decoctum, amomum, nardus Celtica, flos iuncı odorati, cinnamomum, coſtus, piper album, iris illyrica, & vltimo capillus Veneris*. Abſtergunt quidem *decoctum ficuum*, etiamſi aliquantulum coocoquant & læuigent. *Mel* etiam, *faba, freſa elixa, ptyſana, ſemen lini torrefactum, reſina, terebynthina, thus, amygdala amara, erui farina, hormini ſemen, iridis & panacis radix, acatia, ariſtolochia, eryngium*. Adſtringunt quidem *malabathrum, caſſia, thus, myrrha, maſtyx, palmularum decoctum, reſina, galbanum balauſtium, roſa ſicca*. & plurima alia; quæ ex omni genere paſſim reperiri poſſunt: quæ breuitatis gratia prætermitto. Cæterum expectorant mirum in modum pituitam, *tuſſilago, pentaphylon*; tum vero *cardus ſanctus*, ex quibus & ſupra dictis confici poſſunt varia medicamenta, quæ aut vnam tantum facultatem habeant, aut ex his omnibus mixtam, ſi morbus omnibus habuerit opus. Quæ quidem poſſunt liquida, ſolida, aut mediocria confici. Ex quibus conſtat, bechicum medicamentum eſſe tantum, quod à pectore mediante tuſſi purgat, cui quidem miniſtrant fere omnia *arteriaca* appellata *pharmaca*, præſertim ea, quæ abſtergunt, incidunt, aut vtcumque materiam ſuppeditant, aut expulſioni præparant.

Diuino quodam conſilio factum eſſe exiſtimo, artem noſtram illud ſpuendi adinueniſſe præſidium, quo inhumanæ morbi Gallici calamitas, ſæuitiaque ac feritas facile deuaſtaretur:

Medicamentorum arteriacorum triplex differentia.

Bechica humores craſſos educentia.

Bechica humores tenues educentia.

Obſeruatio.

Bechica læuigantia.

Bechica anodyna.

Bechica concoquentia, diſcuſſoria, abſtergentia.

Adſtringentia.

Expectorantia.

Bechicũ medicamentum quod.

Morbi Gallici quantæ vis.

F est etiam tam effixe hoc malum, vt non nisi atrocissimis auxiliis curari queat. Cæterum tantem nostris temporibus chirurgorũ increuit peritia, vt citra vllum periculum, & hunc morbum & omnia eius symptomata, hoc solo præsidio radicitus euellant. In cuius gratiam necessum est in parte expendere, *quibus medicamentis à toto corpore purgare liceat per sputum, & quomodo, quibus in morbis, & qua ratione.* Circa primum (quod ego norim) nullum hucusq; adinuentum est præsidium, quo totum corpus per os purgari facilius possit, præter *hidrargyrum*, cuius tanta est vis & efficacia, vt eius ratione, in iis qui tenuioris sunt naturæ, puluis quem *Ioannes de Vigo* chirurgici appellant, cauis vlceribus infusus etiam per os humores pellat. Ex hydrargyro itaque varia conficiuntur medicamenta, quæ per os purgare possint: nam Quædam per suffitum purgant, quorum meminero latius capite *de Sudore*. Quædam per inunctionem quarundam corporis partium: Quædam vero in forma cerati mirum in modum id efficiunt. Verum quomodo, & quibus id queat hydrargyrum efficere, non satis est inter auctores compertum. Nos autẽ, vt nostri instituti sequamur rationem, id fieri asserimus, ob diuersas, quas habet partes, vt mixtum, quarum quædam sunt calidæ & tenues, quibus humores fundere & attenuare valet, quibus etiam permeat, & minimas ac abditas corporis particulas facile subin-

Medic. à toto corpore per os purgans.

Hydrargyri variæ vires, vnde.

G greditur. Quædam vero sunt crassæ & frigidæ, quibus quod attenuatum, & fusum est, ad communes corporis canales repellitur. Constat enim hydrargyrum ex sulphurea materia non pauca, qua perficitur, quæ nuper diximus, nec non & mobilitate, qua penitius sese inserit & insinuat in qualibet corporis partes. Constat item ex aquea materia, qua obtinet repellendi efficaciam. Nec mirum est in hac mixtione partes diuersas ita diuersimode operari: namq; regulantur præstantissima argenti forma, qua mediante hæ actiones à mixti partibus perficiuntur. Qua potissimum

Hydrargyri materia.

126 A ratione ex vsu est omnibus morbis, qui ex crassa, densa & tenaci, ac plurimum adhærenti materia oriuntur, quales sunt *elephantiasis, psora, vitiligines,* & omnes diuturni ac ægre curabiles cutis, neruorum, & articulorum affectus, vltimoq; omnibus morbo Gallico correptis. Nam in quouis horum affectuum membra nutrimentalia (*præcipue iecur, à quo omnes corporis partes suum recipiunt alimentum*) fere habitualiter laborant. Quo fit, vt externæ internæve partes alimento illo fœdissimo conspurcatæ, & connutritæ, colorem, temperiem, & optimam substantiam deperdant. Qua quidem ratione fit, vt ex eis quædam doleant, quædam exulcerentur, quædam malignos pariant & ægre curabiles tumores, quædam etiam turpes & miserabiles defœdationes. In quibus o-

Hydrargyrum quibus morbis prosit.

B mnibus hucusq; ars nostra aut debile, aut nullum adinuenit præsidium: Nec mirum est, siquidem humores, qui materiam huic malo suppeditant, veluti vniti & assimilati iam sunt partibus ipsis, & indies similiores generantur, ob ideo constabile vitium, à quibus tantum abest, vt partes commode alantur, quod has potius pariant calamitates: partim ob humorum perniciem, partim quia congeneri & veluti habituales redduntur partibus ipsis: quo fit, vt diuturnissimus sit hic morbus, & laborantes nusquam in pristinam reducantur ex eo integritatem. Ob quam etiam rationem fit, vt plurimum vehementibus medicamentis, & grauissimis accidentibus resistant, & diu durent: Ex quo item factum esse existimo, quod huic solo præsidio huiusmodi humores cedant: vt quod robustã & efficacissimam habeat facultatem eosdem incidendi, & veluti violentia quadam secandi & separandi à partibus ipsis solidis, à venis, & reliquis corporis cauitatibus. Ex quo illud etiam, quod mirum videtur, contingere existimo, quod per Sudorem, per Ventrem vtrunque, & per Sputum facile eosdem pellat, cum id sit à quouis alio medicamento alienum.

Elephantiasis ac morbus Gallicus cur tam contumaces.

Hydrargyri vis & efficacia purgatoria varia per loca in morbo Gallico.

C

Nam fere videtur à ratione absonum, per tam varias regiones, posse vnum & idem medicamentum purgare, quod in hoc vno facile est inuenire. Nam eos, qui in ambitu continentur humores infarcti, sudando pellit: qui vero in membris & cauitatibus aluo proximis, per intestina: qui rursus in venoso genere, & omnibus aliis partibus, præcipueq; circa caput & thoracem siti sunt, facile per sputum trudit. Cæterum non sat est nosse, quibus in morbis hoc præsidio expediat vti, sed quibus etiam rationibus & caussis præparari debeat, aut variari. Cuius ratione expendere oportet, quod licet hoc præsidium merito inter venena annumeretur, nihilominus tamen in huiusmodi affectibus tuto exhibetur, quia pari ratione eorum humores veneni naturam sapiunt: quo fit, vt vtriusq; attemperetur efficacia alterius ope: eo quod inter se omnino sint contraria: qua ratione in huiusmodi laborantib. hydrargyrum non est venenum, vt in corporibus sanorum, sed tantum affectuum sæuitiam retundit, ac ipsum etiam retunditur. Qua item ratione fit, vt etiamsi D neruis & articularibus morbis offensissimum sit, nihilominus tamen propugnata morbida causa, proficuum ac tutum fiat.

Hydrargyrum venenum venenosis medetur.

Paratur vt dixi, hoc præsidium in inunctionibus & Ceratis. Cæterum vehementia in vtroq; potest esse dispar, secundum maiorem aut minorem hydrargyri copiam. Præstant tamen indicationem ad hanc quantitatis varietatem metiendam, ætas, anni tempus & laborantis natura ac robur: quæ omnia maiorem aut minorẽ hydrargyri copiam sustineri posse commonstrant, iuxta cuiusuis natiuam passibilitatem, aut resistentiam. Cæterum communis parandi ratio est, cum *porcina pinguedine*, cui etiam inest virtus emolliendi & penetrandi, cogendiq; argentum viuum, ne iterum concrescat & congregetur, cum ad minima redactum est.

Hydrargyri variæ præparationes & varii correctionis modi.

Inunctio.

E

Cui parandi rationi debent addi alia medicamenta, secundum varias indicationes: nam ad tumores discutiendos, adiicere oportet *pinguedinem gallinæ, anatis*, & omnes alias, quæ vires habẽt emolliendi ac resoluendi duritiem. Ad sedandos dolores, miscere oportet *oleum liliorum: de terebynthina & de baccis lauri, & de anetho*: quia resoluto humore verius mitigant, licet anodina etiam commiscere oporteat. In his vero qui sudoribus aut animi deliquio dissipantur, necessum est addere *myrrham, mastychen, gummi Arabicum & liquidam styracem*: quia hæc etiam interiora omnia roborant. Cæterum in his, in quibus virtutis calid-

præ[illegible], præter imminutionem [illegible]icatis hydrargyri, ipſius perniciem & efficaciam retundere neceſſum eſt, additis *theriaca, mithrydato*, & ſimilibus. Compeſcit etiam corroſionem, quam in membra infert *ceruſa cum lithargyro*. Denique pro ratione temporis & ætatis & naturæ patientis, frigidiora aut calidiora medicamenta addere licet, quemadmodum & ea, quæ & optimi ſunt odoris, & gratiora reddunt medicamenta. Cæterum communis conficiendi modus, & qui variis naturis & temporibus ac variis huius morbi accidentibus ex vſu eſt, recipit *aſſungiæ ſuillæ non plurimum recentis, lib. j. butyri etiam recentis, ℥. iij. theriacæ vetuſtioris, ℥. j. s. mithrydatii, ℥. j. argenti viui. ℥. ij. s. cinnabaris. ʒ. s. lithargyri auri, ſalis communis, ſingulorum ℥. j. maſtyches, colophoniæ ſingulorum ʒ. v. olei laurini quantum ſufficit, vt fiat vnguentum*. Quod ſi gratius odorabiliuſque placuerit conficere, recipiat oportet *macis, cinnamomi, gariophyllorum ana ʒ. ij. granorum paradiſi ʒ. s. roſarum rubearum. [illegible] iiij. nucis muſchatæ numero vnam*, quæ omnia contuſa in aqua per diem debent infundi: poſtea in dicta infuſione coquatur aſſungia, qua debet ſupradictum linimentum confici, vſque ad conſumptionem aquæ. Cæterum in temperatis regionibus & naturis hoc licet vti vnguento, quod recipit *butyri recentis ſapius loti ℥. vj. aſſungiæ ſuillæ, ℥. iiij. argenti viui. ℥. iij. maſtyches, colophoniæ, caphuræ, gummi Arabici ſingulorum ʒ. iij. olei laurini. ℥. iij. myrrhæ, ſtyracis, bdellii ſingulorum ʒ. vj. quibus mixtis fiat linimentum*. Verum ſi hyemale fuerit tempus, & temperies frigida, vti expediet hac inunctione, quæ recipit *aſſungiæ ſuillæ, ℥. v. butyri loti cum aqua ſaluiæ & pinguedinis equinæ ſingulorum. ℥. iiij. olei laurini. ℥. v. myrrhæ, croci, aloes, ſtyracis, bdellii, ſingulorum. ℥. j. maſtyches. ℥. j. s. mithrydatii, theriacæ ſingulorum ℥. s. hydrargyri. ℥. iij. petrolei. ℥. iij. ſulphuris. ℥. ij.* Quibus mixtis linimentum conficiatur. Cæterum perdiſcere oportet, quod efficacius linimentum nulla ratione poteſt recipere (hac noſtra ætate) plus-

127 A quam ſex vncias *hydrargyri*: ſicuti debile non minus quam duas, hoc vno animaduerſo, quod æſtatis tempore, calidis & plurimum reſolubilibus naturis, debilibus tantum oportet vti linimentis.

Obſeruatio.

Cerata ex argento viuo et quib. ſiant.

Cerata ex argento viuo etiam conficiuntur, quæ induratis tumoribus mirum in modum opitulantur: quia hæc & fixius hærent, & vehementius humores diſcutiunt. Recipiunt quidem *pinguedinis ſuillæ. ℥. x. argenti viui. ℥. iiij. theriacæ, ſtyracis ſingulorum ℥. j.* Quod mixtis cum cera & reſina fiat ceratum, quod per quatuor aut ſex dies applicitum mire iuuat. Sed vtilius multo aliud conficitur, quod recipit *hydrargyri ℥. iiij.* (aut ſi corpus fuerit imbecille ℥. ij.) *pinguedinis anſeris ℥. vj. miſce*, & hydrargyrum probe mortificetur: quib. adde *gummi Arabici, maſtyches, colophoniæ ſingulorum ʒ. ij. caphuræ ʒ. j. mucilaginis pſyllii ℥. s. olei roſati omphacini, ceræ, reſinæ, ſingulorum q. ſ.* vt fiat ceratum.

B Verum quia ſolent varia inunctis ſuperereſcere accidentia, neceſſum eſt indicationes docere, *quibus quodque expediat mitigare*. In cuius gratiam ſcire oportet, rationem varietatis accidentium eſſe ob diuerſitatem partium, quæ inunctionem ſuſceptant. Namque ſi arteriæ inunctioné perſentiſcant, cordi communicant ſuſceptum virus, hepati, ſi venæ, necnon & cerebro, ſi nerui etiam hydrargyri labem ſuſceptent, ea quibus variæ

Hydrargyri accidentia ex inunctione qualiter mitiganda.

pullulant ſymptomatum differentiæ: nam iuxta rationem affectus harum partium, & ſyncopis, & ſpaſmus, & febris frequenter laborantibus accidunt. Quædam item alia ſuboriuntur, ex humoris qui purgatur malitia, vti *oris exulcerationes, inteſtinorum etiam & aliarum partium, nec non & graues dolores, & angina, & oris ventriculi morſus, ac alui fluxus, aut eiuſdem ſuppreſſiones, vigiliæ, & alia huiuſmodi*, quæ paſſim in laborantibus conſpiciuntur, quibus omnibus ſubuenire decet iuxta cuiuſuis rationem. Febribus quidem adhibitis, quæ modice attemperent apocemaribus, quale eſt, quod conficiantur ex *aqua bugloſſi, borraginis & endiuiæ ſingulorum ℥. v. ex aqua lupulorum & fumariæ ſingulorum vncias iij. ſyrupi borraginis, bugloſſi & endiuiæ ſingulorum ℥. j. s.* inungere etiam oportet iecur *vnguento roſaceo & ſanthalino*. Prodeſt item eclegma conficere, quod recipiat *ſacchari roſati & borraginis ana ℥. j. s. diamuſci dulcis ʒ. ſanthalorum rubeorum ſcrup. ij. miſce, & cum ſyrupo de acetoſitate citri fiat eclegma*.

Febri quomodo ſubueniendum.

C

Conuulſionibus medemur his, quæ molliant, calfaciant, ac digerant medicamentis, qualia ſunt linimenta; & infuſionibus ex *oleo amygdalarum dulcium, aſſungia gallinæ, anatis, & oleo liliorum, de ſemine lini & de anetho & ſimilibus*. Cordis vero affectus curare expedit epithematibus, quæ recipiant *aquarum roſarum, citrangulorum, borraginis ſingulorum ℥. iiij. ſucci nenupharis ℥. ij. aceti ʒ. j. muſci, ambræ, ſingulorum g. j. croci g. iiij. miſce*: *vnguento etiam infrigidanti Gal. & ſanthalorum & roſarum vti oportet*. Oris item exulcerationes curantur per oris ipſius ablutiones & gargariſmata, quod fiat oportet ea decocto *hordei, foliorum plantaginis, ac myrtillorum & roſarum*. Ex lacte etiam, & ex *aqua aluminoſa*, quibus addi poteſt, ſi vlcuſcula apparuerint, *mel roſaceum*. Verum cum reprimere eſt in animo, addamus *ſyrupum myrtinum, vel de moris, vel de papauere, aut aquam ſolani, vel plantaginis*. Verũ cum fluxio plus iuſto pergit, & repellere eſt in animo, addere eſt opus *ſuccum foliorum rubi, plantaginis, vitium*. Vtimur etiam aliquando *ptyſana hordeacea*, & ad deterſionem addimus oxymellitis probe cocti nonnihil. At ne dentes decidant, cauendum eſt, abſterſa, quæ prope radices ſita eſt, ſordite, per oleum *de ſulphure cum aqua plantaginis*: poſtea vero abluere dentes expedit *vino auſtero, decocto cum foliis plantaginis, oliuæ & ſalicis*. Cæterum in alui fluxu perpendendum eſt, an laborans citra noxam ferre poſſit: nam eo tempore præcauere tantum oportet, ne inteſtina exulcerentur, iniectis eclegmatibus ex *chalibeato lacte*, vel ex *ſola ptyſana*, vel ex *decocto hordei cum ſaccharo, & oleo roſaceo, & ſimilibus*. Verum ſi facultas crebris fluxibus labaſcit, adſtringentibus oportet vti medicamentis, de quibus late diximus capite de *clyſteribus*. Angina etiam aufertur ſanguine miſſo, pro virium tenore, & gargariſmatibus, quæ repellendi vim obtineant.

Conuulſionibus quomodo ſubueniendum.

Cordis affectib. quomodo.

Oris exulcerationi.

Inteſtinorum exulcerationi.

D

E

Anginæ.

## Consilium Circa Sputi prouocationem.

Multa quidem ſunt, quæ vniuerſali doctrina comprehenſa, particularium corporum natura & varia diſpoſitio facile mutant: nam quiſque ſibi propria & peculiaria expoſcit auxilia, iuxta

 ſuæ

F suæ naturæ rationem. Multa etiam sunt, quæ peculiaris quædam morbi conditio ab vniuersali ratione facile mutat. Sic in auxiliis, quæ caput purgant, videre licet: nam in affectibus, qui ex capitis imbecillitate, aut flatu, aut distemperie pulsulant, caute expedit iis vti, quæ per sputum purgant: nam crebris euacuationibus imbecillius redditur, crescitq; indies in ipso hac ratione affectus, dummodo ex imbecillitate illa humores non congregentur in ipsum: nam eo tempore tutissimum est paulatim macerbatos humores extrahere. Vereri etiam oportet huiusmodi vacuationes, dum caput vitiosis & acribus humoribus abundat: spectandum enim eo tempore est, palatum plurimum exulcerari. Neq; in iis etiam, quibus os est exulceratū, ea adhibere oportet, quia magis ligniora, sordidioraq; redduntur vlcera, nouæ & malignæ materiæ affluxu: sed in his duobus aut crebris purgationibus per inferiorem aluum, aut plurimis gargarismatibus & oris ablutionibus vti oportet, quibus quod exulceratum est, curetur, & quod defluit, facile attemperari possit. Pari etiam ratione, vbi caput humoribus scatet melancholicis, hoc præsidio libere vti non oportet: nam cum huiusmodi humores iis medicamentis, quæ manduntur, non facile cedant, fit quidē, vt extractis his, qui tenuiores & humectiores sunt, fixius reliqui adhæreat, qua ratione sæpe malum

G ingrauescit. Atqui nosse oportet, nullis vsquam ex iis, quæ per caput purgant, licere vti; nisi præmissa totius corporis vacuatione: ne nobis vsu veniat, quod liquata, renuaraue ac cūmota plus iusto abundanti materia, potius quam euacuata, affectus maiores fiant. At in hoc medicamentorum genere mandentes deorsum procumbere oportet, & per interualla hiare (*quod Gal. aperte docet, lib. Loc. Phar. c. 10.*) vt collectus humor facilius defluat. Post vero aqua calida in ore continenda est: quæ etiam, vbi multam perceperint laborantes mordacitatē, exhibenda, partim vt os abluatur, partim vt materia ad os confluens mitior fiat.

128 A In his vero, quæ de purgantibus à thorace medicamentis diximus, consulto prætermisi ea, quæ per suffitum pituitam & alios humores expectorant: tum quia ab vsu iam recesserunt: tum vero quia aliam suspicor præstare indicationem, præter tussis irritamentum: nimirum præparationem humorum ad expulsionem. Qua quidem ratione ego liberalius suffitibus vteter, vt quæ maximam habeant vim in extenuādis thoracis humoribus: tum ob halitus tenuitatem & calorem: tum vero quia suffituum materia id etiam præstare potest: qualis est *aristolochia, ladanum, lignum tedæ, sandaracha, vngula caballina, lacryma iuniperi, belzoinum, styrax, & similia.* Ex quibus parari possunt catapotia, quæ in igne coniecta miram habent parandi pituitam & crassos humores efficaciam. Cuius etiam naturæ est herba, quæ nuper ad nos ex Indis asportatur, quæ apud eosdem *Tabaco* appellatur, apud nos autē *Nicotiana*, cuius suffitu crassa thoracis pituita facile euanescit. Infunditur autem per longam arundinem procero existente collo, & pauco igne, ita vt non comburatur, sed solum euaporetur, licet in quauis difficili respiratione tutius sit caute vti hoc præsidio, præsertim dum medicamentum comburitur. Cum hoc tamen summopere prodest in difficilimis respirationibus, iis præsertim, in quibus ob crassitiem & lentorem etiam nihil notatu dignum excernitur, & in antiqua etiam tussi, quæ aliis remediis cedere nequit. Gallica etiam lues & prysis fœdiates desperatæ superantur suffitibus ex maligniori materia confectis, vt ex *cinnabario artificiali sandaracha Græcorum, & auripigmento*, quibus admiscere oportet, quæ aromaticam habent naturam, qualia sunt, quæ superius diximus, quorum suffitus infundere, oportet modo superius dicto, in his tamen, in quibus alia præsidia nihil profecere, & negotium desperatione destituitur. Suffitus etiam aliarum rerum, quas superius diximus, in empyemate multis rationibus ex vsu est: tum vt retundatur

C halitus putridus illius materiæ: tum vt purulenta materia quodammodo exsiccetur: tum vltimo vt pulmonis viæ facile dilatentur, per quas minori negotio pus illud expurgari queat.

Quæ quidem remedia licet his affectibus proficua sint, non ex eo coniectandum est, purgationes per inferiorē aluū in thoracis & pulmonis affectibus interdici. Nam in iis seligentes purgationes sæpe ex vsu esse possunt, vt quod partibus vicinis & toto corpore contineetur, ad affectam partem minime confluat, & ea tractione impediatur, quod minoris mali sæpe solet esse caussa. Blandæ etiam purgationes plurimum opitulantur iis, qui pectore laborant, quia quæ leuientia sunt medicamenta, & emolliendi vim habent, vicinæ ratione thoracis & asperæ arteriæ partes emolliūt, & facile spuere efficiunt. Quo fit, vt *cassia fistula, oleo amygdalarum dulcium tincta in forma dissoluta* ægre spuentibus mirum in modum prosit. Nam quæ pulmones expurgant, crassiora esse debēt, quam vt elui facile possint, quæ supinus æger, quem diutissime in ore teneat, oportet, vt omnes, quæ illinc sunt partes, laxet, remittatq;, donec paulatim in arteriam defluat, an diutina mora per vicina loca exasperatas partes leniat ac dilatet. Ve-

D rum si quis liquidioribus vti maluerit, hoc fiat oportet; ea, dum per asperæ arteriæ partes festinanter transeunt, nihil commodi afferre, quia partes non fruuntur eorum beneficio: ob id ore diutius detenta, dum in asperam arteriam paulatim instillant, proficua admodū sunt: sicut dum opus est maiori ablutione & humectatione, consultius est iis liberalius vti, vt Galenus *lib. 7. Phar. loc. cap. 6.* per hæc verba refert: *Proprium autem affectionū viscosorum humorum est, vt per attenuantia & extergentia pharmaca consumantur: ei vero qua propter tumorem abscessus similem contingit, vt per attenuantia & refrigerantia, eadem compositione fiat.* Vtrum itaq; ambabus

E *competit tenuis substantia: omnis autem potus modus iis fit in his qui alicubi abscessum habent: multis contra in his, quibus branchia viscosis ac crassis humoribus sunt obturata. Etenim pharmaca, quæ eosdem humores repurgant, necessario quidem tusses mouent: non vero facile per sputum reiicitur, quod ex purgatum est, ob crassitudinem videlicet: quapropter humectatione multa opus habent, quā facile efferantur.* Placuit ad verbum sententiam Galeni transcribere, quia non solum consulit; qualiter sit agendum in humoribus viscidis & adhærentibus, vt facile cedant tussicularibus medicamentis, verum & in his, qui infarcti sunt, & abscessum efficiunt, nam hi attenuantibus & exsiccantibus opus habent, maximeque gaudent aromatum facultatibus, quæ omnia constat esse tenu-

Margin notes: Caput purgātia caute vtendum, & cur. — Caput purgātia quibus non adhibenda. — Caput purgātia quando vti liceat. — Expectorātia per suffitum. — Catapotia pituitam parātia. — Nicotiana vis. — Suffitus vsus in morbo Gallico. — Purgationes per aluum vtrum in affectib. thoracis cōpetant. — Cassiæ fistulæ vsus. — Pectoralia quæ esse oporteat.

F[illegible] plurimi, & exsiccatoriam calfactoriamque habere vim. Cæterum in us, qui *orthopnoici* & *asthmatici* appellantur, pharmaca conueniunt siccantia citra calfactionem: quia viscosi & crassi humores nihil cómodi ab his auxiliis sentiunt, sed potius offenduntur: Quod pulcre Alexander Trallianus docuerat, loquens de tussicularibus, inquit enim: *His omnibus vtendum est, in quibus thoracem & respirationis particulas viscosi humores & crassi obstruunt infestantque: cauenda autem, quæ his valentiores vires obtinent, hæ namq; particulæ non requirunt ea, quæ efficacem habent actionem, præsertim in quibus pus spuitur, talia enim e contrario desiccant. Quare etiam quæ vrinam mouent, inimica sunt, cum sputi eductionem è thorace impediant: nam vbi seorsum per vrinam trahitur, excrementa respirationis partibus infixa ægre sursum educi possunt, præsertim vbi magis, quam par est, torrentur, & desiccescunt.* Quapropter consulo, in quibus infarctus humor, aut pus in thorace continentur, incisorium quoddam medicamentum exhibere, restringere autem ipsius vim, ne valde calfaciat, siccetq;, admiscendo ipsum succis quibusdam, aut liquoribus aliis simul incoquendo, aut contemperando, magisq; si æger sicciorem temperaturam habitumq; tenuiorem habere videatur: præterea si febris adfuerit, tunc humidiora & modice calfacientia offerre conuenit. Qua quidem sententia egregie consulit multa, in quibus passim medicorum vulgus hallucinatur.

Orthopnoicis & Asthmaticis quæ pharmaca conueniant.

Humor infarctus aut pus in thorace quomodo expellendus

G Eodem prorsus modo quæ valde refrigerant, vitanda etiam sunt: omnia enim crassefaciút & cogunt humores, eosq; insolubiles reddunt: quo fit, vt in his, *largus potus* commodior sit: nam quæ humida sunt, crassa mixtione attenuant, & viscida abluendo separant. Quamobrem in crassis & viscidis, aut ex calore resiccatis aut concretis sputis, tutissimum est consilium, partes respirationi seruiétes largo potu humectare, vt etiam consulit Hippo. *lib. 1. de mor.* dicens: *Huic potiones bibere conuenit, à quibus pulmo humectetur, & sputum reiiciat*: loquebatur quidem de pulmone & partibus respirationis resiccatis, in quibus (*vt ipse refert*) quantum pituitæ aut bilis fuerit, neq; putrescit æqualiter, neq; per sputum redditur, sed exurinur præ nimia siccitate, aut vtcunq; crassior redditur. Repetit etiam eandem sententiam alibi *lib. 3. de Morb.* dicens: *Et vbi tusses inualuerint, amplius bibendum, & quam maxime exscreandum, & potu humectandum, vt pulmo humidior factus, facilius ac citius sputum reddat, & tussis minus affligat*, quod etiam aliis verbis docuerat Hipp. *lib. 1. de affect.* dicens: *Quo vero sputum & pus ex pulmone expurgetur, dáda sunt pharmaca in potu, quibus pulmo humectetur, & sursum purgetur.*

129 A

At in inflámationibus vbi tussicularibus opus est, alia est incedendum via: nam primis diebus iuxta Hipp. sententiam, *lib. 1. de Morb.* sorbitiones dulciores præbere oportet, vt id, quod consedit & compactum est, potissime eluatur. Quarta autem die, quinta & sexta non amplius dulces, sed pingues: nam ad sputum sursum exscreandum conducunt: quibus etiam calida admiscere oportet, præsertim si tumor ex frigido prodierit humore. Quod si in suppurationem vertatur, primum iis, quæ tenuant, incidunt, & cum hoc modice leniunt, est vtendum, vt quod putris amplectitur membrana, facile attenuetur. Vbi vero ea disrupta fuerit, detergentia sunt admiscenda, ne pulmo etiam humescat, & putredinem quandam contrahat: præterquam quod locus affectus, sua natura siccior, melius se habet, cum iam pus reuci desiit, & ob id, quæ sine morsu siccant, illi sunt adhibenda: quod in hac re expendisse, maximi est momenti.

Tussicularia qualia esse debeant in inflammationibus.

B

Prouidendum etiam est, ne nos inunctiones, quibus sputum à toto corpore trahimus, terreát: nam etsi huius præsidii aspectus prima fronte & primis diebus maiores dolores, maioraq; symptomata concitet, hæc tamen fiunt, commota & attenuata materia, ac prouocata ad inconsuetam illam regionem, ceterum postea resoluta & euacuata, facile sedantur omnia. Nec minus oportet, plurimum audaces esse in prosecutione huius auxilii, ne quando contingat ægrum nouitate & sæuitia medicamenti deficere & hebetescere. Quapropter nosse oportet, quod cum accidentia tantum intenduntur, vt facultates ipsas, præsertim vitalem, labefactari compertum sit, minime vltra procedere est æquum. Nam in hoc præsidio exsequendo, maioris momenti sunt accidétia, quam quod simulari possint. Quapropter ab inunctione subsidere præstantius esse censeo, quam spe corroborandæ virtutis, vltra procedere. Quod etiam obseruandum est, cum subito & affatim varia symptomata superueniunt, aut aliud grauius malú, quod periculum minetur. Deniq; eo vsq; vngere oportet, donec euacuatio notatu digna appareat, aut saltem ea, quæ affectus magnitudini respondeat: aut si hæc non apparuerit (quod sæpe contingere solet) donec aliquod ex accidentibus superueniat. Quo tépore ab inunctione subsidere consulo, donec symptomata arte aut sponte mitescant. Qua ratione expedit tunc temporis optima victus ratione instituta, laborantem reficere. Nam cum ab hoc præsidio plurimum materiæ defluat per vnam aut plures regiones, subsidere necessum est, ne confertim flués aliquod damnum efficiat. Quapropter necessum est etiam symptomatibus quodam modo subuenire: nam in oris tumore, dolore, ac linguæ immobilitate præter vulgaria auxilia, ex vsu esse solet, numisma aliquod aureum ore continere, quo Empyricus quidam maximam hydrargyri copiam extrahebat, eratq; proficuum auxilium, nam protinus os ad pristinum statú redibat. Præterea in affectionibus, quæ totum corpus occupant, articulationes fere omnes inungere oportet, ac etiam emulctoria. In tumoribus vero præter naturam alicuius partis, & in quouis particulari affectu, sat est & particulam ipsam & emulctoria inungere. Terminus auté inunctionis præscribi minime potest, nisi quodammodo coniecturaliter, indicatione nimirum sumta à viribus, à quantitate vacuationis, & à facilitate aut difficultate spuendi: nam qui debiles sunt, etsi necessitas vrgeat, parum inungi & minori linimento desiderant, etiamsi aliquando per frequentiora interualla id fieri deceat. In his vero, qui cito & plurimum expurgantur, statim desistere oportet: in his, qui tarde, crebro & paulatim, adaucto linimenti robore. Præmissa tñ in omnib. sufficiéti per infernam aluum purgatione. Quib. etiam sæpius porrigere oportet ius pullæ, aut vinum, aut aliud vtile & facile nutrimentú, eoq in ipso vngédi tempore,

Inunctiones non adeo timendæ.

C

Inunctiones quátum intendédæ.

D

Ab inunctione quando desistendum.

Numus aureus in ore detétus oris tumores sanat.

E

Quæ membra inungenda.

Inungédú quádiu.

F pore, si vires id postulauerint, aut materiæ fluentis acrimonia, vt attemperetur: nedum in aliis temporibus, in quibus satius est, ad latus crassities accedere, quam exquisitiori victu virtutum vndiq; prosternere. Consulo etiam, finita vacuatione partes inunctas vino abluere, in quo ferbuerit vel *saluia*, vel *chamæmelum*: corpus item postea vniuersum pannis mūdissimis sæpius vestire.

Partes inunctæ abluendæ vino.

## Caput XII.

### De recto vsu & indicatione prouocandi sudores.

Ignorantia oil doctius.

COmpertum quidem est apud omnes Philosophos, ruli ignorantia doctius & audacius esse: nam quanto quis imperitior est, tanto plus in rebus arduis sibi confidere audet. Hoc dixerim, vt vulgarium medicorum in quouis auxilio exsequendo audaciam & ignorantiam arguam: nam in incautis hominibus proficua etiam auxilia ab imperitis (*quibus plurimum fidunt*) adhibita, minus posse prodesse, omnibus compertum esse censeo. Medicæ n. facultatis consilia ac leges (*quæ id certe præstant, id efficiunt, ne imbecilla hominū natura mille morborum generibus obnoxia, facile labefactetur: quinimo artis præceptis vegetior reddita, & procul morbum repellere, & si eum forte inciderit, propellere tuto possit*) vt ex vsu omnibus sint peritis & imperitis, perspicua esse debent: his vt per ea salutis suę reddantur periti, ac in seruāda valetudine fiant prudentiores: illis vero vt scientes intelligentesq; ea, & ipsi sequantur & alios sequi doceant. Quod

G quidem vt facile fieri queat, naturæ solertiā, modum & miram varietatem in docendis, quæ ars æmulari, quæve fugere debeat, intueri attento animo oportet. Hæc enim cautos ducit, & incautos homines monet exsequi, aut fugere, quæ ipsa aggreditur, aut renuit. Qua quidem ratione in cuiusuis vacuationis vsu, eius artificium rimari oportet, ac sequi, citra quod certum est, peritum medicum posse falli, & imperitum frequentius

130 A aberrare. Quod profecto luce clarius apparet in ratione prouocandi sudorem, in quo sagacissima natura miro quodam & occulto vtitur artificio: quod qui sequitur, facile in gratiam & commodum laborantis aget: qui vero ignorat, aut negligit, facilius in præcipitium laborantes ducet. Ex quo quidem fit, plures hoc salutifero pręsidio ad sanitatem fuisse restitutos: alios vero eodem in mortem, aut grauissimos affectus prolapsos. Atque ideo huius auxilii naturam ad vnguem exsequi decreui: nam præter id, quod plurimum est in vsu, sudor morbis omnibus est communis, *vt ex Hipp. aperte constat, lib. 4. Acuto. tex. 84.*

Naturæ artificiū in prouocando sudore mirum & occultū.

Primum expendere oportet circa huius præsidii naturam, &, vt indicatione sumta à natura ipsa, facile sudorem prouocare discamus, per totius corporis cutem dissipationem fieri insensilem: aut sensilem, nimirum in sudoris forma. Primo quidem è corporis habitu: secundo è venis arteriisq; grandioribus, ac etiam successione ad id, quod euacuatur, ex quauis corporis parte, exceptis cauitatibus, *ventriculi* nimirum, *intestinorum*,

Sudoris prouocatio quot præsequitur naturæ actus.

B *vteri*, & similium. Deniq; proprie & primo huiusmodi vacuatio tertiam corporis regionem inanit: & continuitate quadam aliarum etiam partium humores allicit, & expurgat, ac per consequens easdem ab omnibus morbis vindicat, *vt Hippo. nuper adducta sententia videtur ostendere, lib. 4. De sanit tu.* Quo fit, vt Galenus sudorem notam esse succorum, qui in vniuerso corpore abundāt, vrinam eorum, qui in venis, vltro fateatur. Cæterum in prouocandis sudoribus, mirum naturæ artificium ars æmulatur: illa enim nusquam semel per sudorem in febribus & aliis morbis euacuat, sed sæpius ac per interualla, quod longissima obseruatione comprobatum est. Nusquam enim natura vnico sudore morbos finit (*vt aliis vacuationibus efficit*) sed pluribus: nā licet morbus vnico sudore videatur solutus, nisi plures alii supervenerint, recidiuam necessario pariet (*etiamsi expurgantis vtatur medicamento*) à qua etiam non liberabitur laborans, nisi sudore vno aut pluribus superuenientibus eodem dierum numero, quo in radice morbus videbatur solutus. Quod qui-

Sudore vnico nusquam finit morbos internos.

Sudor cuius partis sit vacuatio.

C dem videtur insinuasse Hipp. lib. 4. *Apho.* 36. sententia illa: *Sudores febricitanti si cœperint, boni sunt tertio die & quinto, & septimo & nono*, &c. Quo loco verbum illud, *si cœperint*, sequelam aut successionem & necessitatem alterius sudoris importare videtur: siquidem nequeunt laborantes reduci ad pristinam sanitatem, si tantum sudores cœperint tertio aut quinto, nisi vltra progrediantur, donec aliis diebus vacuationem perficiant: quo fit, vt hoc vacuandi genus moliatur natura paulatim semper & per interualla, ab ipsa rei necessitate compulsa, & humoris renitentia coacta. Quod aperte ex Hippo. *lib. de Mor.* colligitur, qui *in crisibus sudores fieri fatetur*, attenuata pituitæ & flauæ bilis parte: ac, vt idem alibi *lib. de flatibus* testatur, in halitum maiori ex parte conuersa, & ob cutis densitatem in aquam concreta. Ex quo ra-

D tionem infero, nimirum totam simul attenuare materiam, quæ peccat, vt in vnicum sudorē prorumpat, naturæ esse impossibile, aut saltem difficilimum: quo fit, vt rectius prouidens paulatim attenuet, ac paulatim pellat. Hinc ars exemplo sumto, corpus etiam conatur per sudorem expurgare, in his morbis, quibus non satest vacuatio confertim per alias regiones facta, per epicrasin & sensim, vt natura artium magistra docuit.

Sudorem qualiter natura prouocet.

Dissidet tamen ars à natura in huiusmodi vacuatione, quia hæc nusquam tuto & ad salutem sudores molitur, nisi in acutis, vt qui ex humoribus fiant tenuibus, & qui adhuc vlterius tenuari facile possunt, ac in halitus naturam nullo negotio conuerti (licet etiam in frigidis ac diuturnis passionibus eosdem natura soleat mouere) pro-

Sudores mouendo qualiter ars & natura differant.

E pter nimiam tamen humiditatem in corpore collectam, *vt Galen. aperte docet, lib. 1. pop. par. 2. com. 26.* quod raro solet tuto contingere: ars vero nusquā sudores mouere iubet, nisi in difficilimis ac longis morbis, etiamsi ex crassa fiant materia. Ratio huius rei est, quia medicamenta, quæ sudores mouent, morbi acuti omnino tenuunt, & sustinere nulla lege queunt: nam cum plus iusto calidi sint, huiusmodi medicamentis, quæ etiam calida sunt, plurimum exasperari habent: longiores tamē, difficiles, ac ex crasso humore orti affectus, eadem minime desiderant medicamenta, quia eisdem proculdubio humores, quibus concitantur, huiusmodi affectus, fundi & attenuari constat. Quo fit, vt ars ipsa docuerit, naturæ modum æmulari in pellendis per sudorem humoribus paulatim quidem ac per vices attenuando, & ex

peller

[illegible] m[illegible],in qui [illegible] medi[illegible] minime [illegible]t, eiſdem ars tuto adhibet. Ratio [illegible] conuincit, quia cum in febribus natura [illegible]es mol[illegible]tur, *vt Gal. aperte docet, lib. 6. Meth. & lib. 2. de diff. feb.* h[illegible]ores ad ſummum feruoris & inflam[m]ationis venire cogit, ac vniuerſum liberan[illegible] [c]orpus tunc temporis igneum videtur, extenſa per totum [c]orpus æqualiter caliditate, veluti in ſummis morborum vigoribus contingit. quo tempore ſi humores fuerint tenuiores, potentia robuſta, corpus rarum, maxima humorũ put[re]ſcentium pars per ſudorem euacuabitur quam quidem vacuationem

F eodem tempore medicamentis aut moliri, aut iuuare, eſſet omnino in grauius diſcrimen laborantem ducere. Cæterum ſi humores craſſi fuerint, vis autem expul[tr]iua imbecillis, ac viæ anguſtæ, nil equidem per cutem fluet ſenſui manifeſtum, niſi iis vtaris medicamentis, quæ vim habent fundendi humores, laxandi ac aperiendi meatus: quibus etiam accedat, expediet, & virtutis corroboratio, & ciborum, quibus facultas nonnunquam diſtrahitur ſubtractio. Diſſident etiã ars & natura alia ratione: quia hæc nuſquam mouet vtiliter ſudorem, niſi præmiſſa aut incepta coctione, vt Hippocrates *lib. 1. Popu. part. 2. tex. 27.* refert dicens: *Sudores multi hi aderant, quiq; tantum aberat, vt recrearentur, vt etiam contra læderentur.* Cuius occaſione inquit Galenus in commento, *cauſſa in promtu eſt: Nam attribuimus crudis morbis, nec prodeſſe ſudores, nec ſignum eſſe bonum, nam vel copiam denunciant humorum, vel virium infirmitatem.* Niſi id

G aliquando contigerit in quibuſdam febribus, ex ſeto ſanguinis concitatis, quas multi ſudores à principio ſoluere ſolent citra vllam coctionem, quia ea non egent huiuſmodi humores, namque cum eos, ex quibus ſudores natura concitat, prius aut in halitum commutet, *vt Hippocratis eſt opinio,* & experientia probatur in his, qui copioſius ſudant, corpore detecto nudoque, quia prope cutim halitus ille in aquam concreſcit, aut plurimum attenuet, antequam ſudores moueat, cum id itaq; fieri minime poſſit citra coctionem, fit, vt humore incocto nuſquam prodeſſe queat. Ars vero citra vllam coctionẽ ſudores tuto mouere docet, quod vt conſequi poſſet, varias præ-

131 A bet vias mouendi *ſudores*: nec id citra maximam conſiderationem: nam & iuxta affectus varietatem, & corporis diſpoſitionem, variatur etiam prouocandi ſudorem modus.

Sudores quæ moueant in arte medica.

Præſtant quidem huiuſmodi vſum, & ſudores mouent *frictiones, exercitium, fomenta, inunctiones, ſuffitus, cerata, emplaſtra, balnea, & vltimo ea, quæ potantur.* Quæ omnia licet hoc vnum habeãt commune quod tertiæ regionis cacochymiam vniuerſe expurgent, vbi diutius agant: cum hoc tamen ſingula certas quaſdam particulas, ac deſignatos morbos primo reſpiciunt, deinde quodam conſequio ad vniuerſam regionem propagãtur, & à venoſo genere humores alliciunt. Cu-

B ius gratia expendere oportet, cacochymiam aut vaſorum extremitatibus ineſſe, aut tam eſſe adauctam, vt maiora vaſa etiam repleat, ita vt expurgantibus haud tuto demere ſit poſſibile: vel deciderit in altas & reconditas corporis particulas, aut in articulorum cauitates, aut vltimo in partes carnoſas & m[uſ]culoſas. Ex quarum partium varietate ratio etiam & modus prouocãdi ſud[orem] variantur, ſi[c] uti propter quantitatem ca[coc]h[y]miæ, aut modum. Quapropter adhuc nec[eſſariu]m eſt mox docere, quæ ratio prouocãdi ſudore vnicuiq; ſit cõmodior ab exercitio ſumto exordio, vt ex diſtinctione clarior euadet docendi ratio.

Sudori quot modis pareturs corpus.

In gratiam tamen tum exercitii, tum aliorum auxiliorum ſudorem mouentiũ, expendere primo oportet, *corpus ad ſudorem tribus modis parari poſſe.* Primo plenitudine depoſita, miſſo ex vena ſanguine, præſertim non reluctantibus virtute & affectus natura, nedum id expoſcentibus: alioquin maximum eſt inconueniens, ac graue periculũ. Nam præter id, quod natura nuſquam tuto nec ex vſu corpore exiſtẽte pleno ſudorem mouet, id medicamentis tentare, in maius diſcrimen corpus ducit, maioreſq; fluxiones, tenſiones, ac dolores & ſæpe grauiſſimas febres excitat. *Secundo* corpus præparatur, cacochymia medicamento expurgata, ne tanta vitioſorum humorum quantitas ad cutim & partes ſibi ſubiectas irruat, vt &

Frictionis commoda.

C ſudor impediatur obſtructis meatibus, & grauiora ob id mala concitentur. *Tertio & vltimo,* humores extenuare oportet *vt cap. de præparatione latius docuimus* & cutim rarefacere. Fitq; id tutius per frictionem, quæ potius præparãdi corpus, quam mouendi ſudores potentiam habet: citra quæ ſi quis ſubito ad exercitium accedat, periculum eſt, ne ſolidarum partium aliqua rumpatur, & excrementi, vehementis ſpiritus impulſu, meatus obſtruant. Quo fit, vt corpus prius deceat molliter fricare (nam frictio hæc mollis ſoluit, laxatque, vt dura ligat) & præſertim affectam partem, quã ego atq; articulationes fere omnes, linteo quodã, donec rubeſcant, fricare iubeo, ac ſæpius *oleo chamæmelino,* & ſimilibus, admixto *amygdalarum dulcium,* aut ex *ſemine lini* inungere, præſertim cum

D exercitii locus ab iniuriis aeris eſt præmunitus, nam aliter leui ſolum frictione ſum contentus: conſulens à leui quodam exercitio initium ſumere, deinde ad vehementiora paulatim peruenire.

Sudores quomodo per exercitium cõcitentur, & quibus affectib. proſint.

Habet quidem exercitium tantam in concitandis ſudoribus vim & efficaciam, vt libere de ipſo pronunciauerit Hippocrates *lib. de Diæt.* hæc verba: *Labor ſiccat, & corpus robuſtum reddit.* Subdẽs vero rationem paulo inferius inquit: *Labores enim calfacientes, ſufficientes ſunt attenuare, & depurgare id, quod impactum eſt.* Rurſus horum omnium paulo ante aliam adducit rationem, dicens: *Sudores omnes abeuntes ſiccant & attenuant, humore ex corpore deficienti.* Ex quibus inferre licet, exercitium vitus omnibus tertiæ regionis ſudore prouocato prodeſſe, dummodo inflammatio non adſit aut vlcus. Verum licet hoc ita ſit, manifeſtius ſuas vi-

E res pandit in articulorum ac muſculorum affectibus (*dummodo doloroſa affectione non laborent*) ſecundum illud Hippocratis *lib. 6. Pop. par. 5. tex. 10. Labor articulis & carnibus cibus, ſomnus viſceribus.* Quod etiam Galenus in commento apertius docet dicens: *Exercitium articulis carnibuſque veluti cibum eſſe, id eſt, alimentum, robur & adiumentum, ac per conſequens morbis harum partium præſtantiſſima medela.* Præſtat quidem exercitium hanc gratiam membris omnibus, tribus modis: *Primo,* calore natiuo adaucto, qui deinde tũ coctionem

magis

magis expedi[illegible] nutritione magis felicem producit: ex [illegible] pullulat solidorum mollities, propter humectationem, ac humidarum partium extenuationem, & meatus laxitatem: fit etiam, vt exiguæ porositates in toto corpore pateant, atq; expurgentur. *Secundo* spiritus dum vehementiori impetu feruntur, expurgati meatus omnes penitius efficiunt, & excrementa accuratius expelli, & calore & impetu in sudoris formam prorumpere. Ex quibus tertium necessario sequitur, nimirum instrumentorum mutuo inter se attritu, duritiem ac robur, consumto etiam & in sudorem soluto humore, qui ibidem morabatur. Quibus omnibus modis contingit articulos & carnosas partes suos morbos excutere, ac robur acquirere. Quod nouerat etiam Plato *in Timæo*, *lib. 1.* dum inquit: *Exercitium roborat, quies contabescit*, sicut etiam Celsus optime aduertit. Qua ratione sudorem prouocare docet exercitio, in musculorum & articulorum affectibus, & etiam iis, qui malum habent corporis habitum: nam sopitus calor reuiuiscit, ac totum corpus calefit, & humores attenuantur ac digeruntur.

*Exercitia varia quæ quibus competant.*

Verum quia exercitia varia sunt, ac variam habent in agendo vim & efficaciam, non omnia omnib. corporibus prodesse possunt, sed alia aliis magis, veluti imbecillibus ac delicatis corporibus *Cursus*, *Deambulatio*, & *Lenis brachiorum motus*: robustioribus vero, *ludus paruæ pilæ*, *aut armorum*, *lucta*, *saltus*, *aut vehementior cursus*: rursus magis robustis expedit, aut *terram fodere*, aut *arare*, aut *pondus aliquod maximum subleuare*. Verum in omnibus iis, quibus exercitiis sudorem mouere conamur, eo vsq; exercitium peruenire debet, donec corpus ex defatigatione intumescat, & color efflorescat vndiq; purpuraceus, sudore calido atque vapore guttatim vbiq; exsiliente. Namq; is est in concitandis sudoribus exercitii terminus: quo tempore oportebit corpus quieti mandare, & pannis contegere, vt totum id humoris, quod natura excitauit, libere exeat. Fiet autem exercitium sub dio rectius, quam sub tecto, & in Sole aptius quam in vmbra (si caput non vetuerit) ac depositis alui & vesicæ excrementis.

*Exercitii ad sudorem prouocandũ quis modus.*

*Exercitii locus.*

*Sudores fomentis moueri posse, & quomodo.*

Fomentis etiam sudores moueri à toto corpore possunt, etiamsi commodius à partibus affectis, quam à toto. Quo fit, vt eis vtamur in quibusdam particularibus affectibus, vt materia ibidem contenta sudorem erumpat. Atqui si corpus etiam affectioni consenserit, eisdem in toto corpore sudorem excitare poterimus, diutius tamen & frequentius adhibitis partibus prope cor & hepar. Possunt tamen fomenta multis modis parari, simplicissima nempe, vt cum *linteis calfactis sudorem elicimus*. Calor enim laxat, aperit, euocat, at[illegible]ahit, digerit, quæ plerunq; sudor sequitur. Pr[illegible]xima sunt, quæ linteo aliquid calori mouendo accommodatum inuoluunt: quæ si arida expetas, *milium* facile est omnium suauissimum, aut *defrixi furfures*, deinde *arena*, & *sal* quoque: quę & torreri omnia, & linteis sacculisq; includi arida, aliàq;, vel aquæ quippiam apte calidæ im[illegible]m[illegible] necessum est. Vinum autem in hac re ca[illegible] oportet, vtpote quod celerrime frigescit: du[illegible]ora quidem fortioraq; sunt *lateres*, *æs*, *ferrum*, [illegible] *in genere de*[illegible]*imi*, *pannis linteisq; similiter inuo*[illegible]. [illegible] fortiora adhuc sunt ea, quæ conficiuntur ex halitu, aut cineribus ignitis, in te[illegible]a caua susceptis, coopertisq; linteo, & parti appositis, quæ appellantur apud Valentinos *Tabelletes*:) verum si leuiter minus arida desiderentur, oleo calido, aut aqua vtriculum ad dimidium implere, aut in vasa fictilia, lapidea, ærea, argentea, similiaque aquam infundere cautum erit: sin etiam humectiora spectantur, *cotum* aut *lana*, aut *spongia mollis* in aquam simplicem calidamque, aut *herbis*, *radicibus*, *seminibus*, aliisq; idoneis rebus incoctis permutata, aut in oleum quoduis rei præsenti aptum immersa, competit, sunt etiam alia fomentorum genera, quæ à Celso lib. 2. & à Gal. *lib. 9. Phar. loc.* & aliis veteribus recensentur, quæ quia aut inusitata sunt, aut minus secura, consulto prætermitto.

*Fomentorum varia genera.*

*Tabelletes.*

Vtilis fomentis licet, transacto morborum impetu & principio, & ante omnem cibum, & vetere esca iam probe concocta. Sic arthritidi, & aliis articulorum affectibus, præsertim diuturnis & ægre curabilibus subuenitur: necnon & colico dolori, & aliis viscerum cruciatibus, modo ex crasso & denso, ac quouis alio spiritu, aut ex fluxili pituita fiant: habent enim vim & efficaciam maximã in prouocandis sudoribus à quauis corporis parte. Cæterum quæ à denso & viscido fiũt humore, raro his curantur, quia densior & crassior tunc temporis redditur, nisi hac vtamur distinctione, quod in huiusmodi humore crasso humidum tantum fomentum adhibeamus confectum ex decocto calidorum medicamentorũ, & eorum, quæ extenuandi vim habent, vt *salis decoctum*, *orobi*, *milii*, *ac furfuris*, quibus admiscere conuenit *chamæmelum*, *fœnum græcum*, & similia. In fluxili vero pituita siccis frequentius oportet vti, sicut in flatuosa substantia, vtrisque. Verum in biliosa cacochymia solum humidis, veluti *aqua tepida*, in qua bulliant, quæ vim habent attemperandi acrimoniam, vt *flores*, quos *cordiales* appellant.

*Fomentis quando vulgo vtendũ, & in quibus morbis.*

Concitatur etiam ad communes corporis affectus sudor, adhibitis his fomentis iuxta pedes, manus, ac latera, dummodo inflammatione aut distemperie aliquod ex visceribus non laboret. Quod si contigerit, concitato modico madore, fomenta protinus subtrahere oportet, & statim porrigere haustum *aquæ buglossi*, aut *papaueris erratici*. Verum etsi raro fomentis vtamur, ad vniuersum humorem prouocandum, laudo maxime eorum vsum ad augendã humoris copiam, præsertim in his, qui præ scabie aut plora, aut quouis alio cutis affectu, scabram, siccam ac densam admodũ habent cutim ipsam. Prosunt etiam iis, qui hyberno aut rigido tẽpore sudare coguntur.

*Fomenta quibus locis adhibenda.*

*Fomenta quibus prosint.*

Inunctionibus etiam sudores mouemus, veluti in Lue Venerea, in qua ceteris medicamentis discutientibus *argentum viuum* miscemus, magno sudorum impetu, & ob ingressum ad penitissima, magno etiam vtriusq; ventris prouocato fluxu, de quo abunde diximus capite de *Purgatione per sputum*. Præstat enim inunctio omnis duplicem vsum, nam aut corpus, cuius cutis est scabra ac densa & dura, ad sudorem præparat, aut etiam ab intimis ad exteriora humores allicit. Quo fit, vt hoc vtamur præsidio in his, quibus natura ad cutim prona apparet, & in his [illegible] in quibus non licet tuto interius administrare sudorifica medicamenta, sicut in febribus, præsertim mali-

*Sudores inunctionibus mouere licet. & quibus prosint.*

gnis

[illegible] ... [illegible] ... iuxta inguina & [illegible] ... dormiendum [illegible] ... dimus, [illegible]. Fiunt autem inunctiones ex oleo, in quo [illegible] fuerit, vel *chamæmelum aridũ tritumq́;, vel calamintha, vel [illegible]lis, pyretrum, anisum, nitrũ, aut salis flos:* [illegible] est liquor *Cyrenaicus* dilutus tepida aqua, & corpori perfricatus. Cuius loco vti possumus succo illius herbæ, quam *Angelicam* appellant, aut *decocto ex eius radicibus coctum* [illegible] id præstat: & *balsamum, aristolochia, casia, calamus aromaticus*, præsertim vbi ferbuerint oleo, aut aqua, aut vtrisque. In febribus autem hydrelæo & nitro vti licet, aut lenioni aliquo ex supradictis auxiliis.

Inunctiones ex quibus fiant.

Per cerata etiam & emplastra idem beneficiũ præstari potest, præsertim in Lue Venerea, adhibito emplastris aut vnguentis argento viuo, aut cinnabario, aut euphorbio. Habent tamen hæc auxilia vnum hoc peculiare, vt quibusdam particularibus affectibus inueteratis & difficilimis plurimum sint proficua.

Sudoris euo cato per cerata.

Suffitibus item sudores excitantur: in his præsertim, qui, ꝓpter cutis densitatem, constrictionẽ aut frigiditatem, difficulter sudare queunt, *vt ex Aetio li.1. ser.4.c.157 apertißima constat sententia.* Ceterum hæc est potissima sudandi per suffitus indicatio, nimirũ attenuatio humorũ crassorũ propter condensationem & congelationem, modo congesti sint in aliqua particula, modo plures dispersi, intus aut extra. Quo fit, vt in quouis tumore, dolore, aut affectu genuum, aut articulorũ ex condensato humore orto, præsentaneũ fit auxilium, licet propter imperitorũ inscitiã, insolentiam, ac nonnunq̃ indexterũ vsum, tam diu plurimum ab vsu recessit. Verum tantã habet vim & efficaciam aduersus huiusmodi humores, vt quibus alia auxilia nihil eõtulerunt, præsidium hoc solum plurimum valuent. Hoc namq; habet pter alia peculiare, vt calore & tenuitate penitius singulas corporis & humoris partes subingrediatur, ac mirũ in modũ fundat, liquet & attenuet, & in sudorẽ erumpere cogat: quo fit, vt humoribus & morbis supradictis plurimum sit ex vsu. Parantur enim suffumigia per *artemisia, sabina & thuris fumũ*, iacentibus in lecto laborantibus, eleuatis tamen per circulos quosdã vtrimq; operimentis, quibus copiosus humor facile per sudorem elicitur, caput extra operimenta à vapore libero. Parantur etiam suffitus alii ex *castoreo, pulegio, bdellio, vitium semine, thure, aloe, myrrha, cinnamomo, cypero, styrace, nuce muscata, ambra arabica, schinanto, gariophyllis, ligno aloe, gallia muscata & cubebis*, ex quibus pulverizatis, aut ex al[illegible] quibus [illegible] cochleare vno, suffitus fieri [illegible]sunt. Ex quibus etiam formantur pastil[illegible] *terebynthina, ladano, & belzoino*, quæ quidem efficaciora sunt potentia. Cum hoc tamen tuto eis v[illegible] licet, non solum in supradictis affectibus, verum etiam in

Sudoris excitatio per suffitus quibus modis pro fit.

133 A

Suffumigia ex quibus parantur.

d[illegible] [illegible] articulorum [illegible] ac [illegible] & neruis [illegible] & [illegible].

In Lue [illegible] Venerea [illegible] Chirurgi [illegible] ob [illegible] quo [illegible] constat, [illegible] per sud[illegible] & [illegible] expurgare v[illegible] per meatus [illegible] quod *hydrargyrum* [illegible] mo [illegible] viscera on[illegible] per venas, neruos & arterias [illegible] potest [illegible] calidum & efficacius [illegible] medicamenta, quæ corpori [illegible] ad-hibentur & hac ratione [illegible] mentius & celerius corpori eo [illegible] quibus constat, graue & periculosum [illegible] & quod non nisi in robustis corporibus [illegible] adhibendum, ac in inueteratis affectibus, & quæ [illegible] his remediis minimè cedunt, vt qui ex densa & congelata pituita constat. Quapropter pmunito prius corpore, si quando contigerit eo vti, sufficiente per expurgãs medicamentum vacuatione facta, & sumto prius mane p tres horas ante suffumigium victu optimi nutrimenti, ad præsidiũ hoc accedere licet, coopertis vniuerso corpore & capite, ore excepto: præcauendo semper, ne laborans in animi deliquium incidat, abluta facie vino, aut aqua frigida, ac si non inciderit, sudore iam effluente, pannis licet laborantem contegere, & in lecto & conclaui mediocriter calido recondere, vt sudor ibidẽ perficiatur. Suffimus tamẽ non omnibus continuis diebus, sed tertio aut quarto quoq; die: eo tñ vsq; suffire oportet, donec aut aluus soluatur, aut humor per palatũ defluat: quo tempore non est vltra ꝓgrediendũ, sed subsistendum ante, ob maximum virium dispendium. Solet autem in aliquibus satis esse septem aut octo diebus suffire: nam graue admodum remedium est, & quod facultatem plurimum dissipare habet, ita vt etiam in ipso sudore, ius aut victum aliũ sæpius administrare cogamur.

Suffumigia in Lue c[illegible]

Caute adhibendum.

C

Suffire quando & quoties conueniat.

D

Suffumigia quæ in hunc vsum parari solent, ex supradictis simplicibus cooficiuntur, addito aut *cinnabario, aut castoreo, aut euphorbio*, ita vt pulueris aut pastillorũ supra dictorũ sint quatuor partes, *cinnabaris* vero *quinta*. Ceterum si castoreum tñ aut euphorbium inuicere magis placuerit, tertiã partem addere oportebit. Hæc sunt, quæ in hoc præsidio, methodo, & ratione docere placuit. Verum ne quis inconsultò eo vtatur, consilium circa sudandi rationem legat hortor.

Suffumigia in lue venerea ex quib. conficiunt.

Mirum ẽt in modum per balnea sudores mouere solemus, non solum in cutaneis, verum & in abditis & internis corporis affectibus.

Sudoris pro uocatio per balnea.

Ceterum quia de balneis proprium caput placuit scribere, modo in eis nihil immorabor.

Vulgarius quidem apud omnes medicos (atq; id non otii magna ratione) per epota mouentur sudores: an quotum gratiam omnia ferè præsidia, quæ diximus, solent tanquam *præparatoria* administrari, vt corpus & humores ad sudorẽ moueri incipiant. Prosunt quidem hæc & egregie opitulantur omnibus difficilimis affectibus, cuiuslibet sint partis, veluti *frigidis distillationibus maxime ventriculi lapsus, frigide item cephalea, epilepsia, paralysi, ischiadico affectui, & oculorum inueteratæ lippitudini, &* *omnibus*

E

Sudores per epota pharmaca commoti quibus affectibus [illegible]

*omnibus etiam ex [illegible] geratione viscerum & articulorũ affectibus*. Item podagricis a frigida distemperie, diuturnisque; febriculis, quæ [illegible] lento & frigido hu[illegible] [illegible] ac [illegible] o omnibus affectibus [illegible] quæ ex Venereo contagione [illegible] & denique omnibus [illegible] ac frigidis affectibus. Præstat et suam gratiam hoc [illegible] *diuturnis ventris fluxibus*, reuul[illegible] [illegible] & pluribus alijs defluxionibus, nõ [illegible] ad [illegible] tractionem, verum & ad corroboratione [illegible] imbecillæ partis, quæ ob id aut affectum [illegible] acceptat aut generat.

Sudorifica pharmaca varia iuxta varios corporis affectus.

Ceterum medica, quæ intus sumuntur, communi omnium consensu hæc præstent bona, ipsa tamen inter se varia sunt, & varijs modis debent ad varios affectus præparari. Vtimur namq; *Guaiaci ligni decocto, similiter & asperæ, radici Chinæ aqua aut vino excepto*: vtimur etiam *serapijs* ex quouis horũ confectis, qui licet plurimum sudorem non moueant, præparant tamen ad ipsum. Item vtimur ad nuper dictos affectus pulueribus, pastillis & conf[illegible]ctionibus ex *saccharo rosacco, borraginato, & buglossato commixtis*, & ptisanis cum supradictis sudorificis, aut cum radice *angelica*, cui maximè inest in prouocandis sudoribus vis & efficacia, præsertim in frigidis affectibus, sicut eius decoctum

G mire ostendit. Ceterum hoc discrimine ijs auxilijs vti oportet: radicem quidem Chinæ adhibemus in viscerum omniũ affectibus, & ijs, qui ab ipsis prodeunt, vt quæ eadem viscera roborandi maximã potentiam obtineat: similacẽ vero asperam, aut in corporibus quę imbecilliora sunt, aut in leuiorib. affectibus, aut in febribus ijs, quibus hoc p̃sidium prodesse diximus. In alijs verò affectibus, qui aut sæuiores, difficilioresve aut antiquiores sunt, ligno vtimur Guaiaco, vtpote quod maiorem habet in agendo efficaciam.

134 A

Sudorifica quare variè parentur, & quomodo.

Verùm quia semper in affectibus, quibus hoc præsidium adhibemus, aliquid aliud adiungitur, cuius gratia aut intendere, aut remittere, aut alijs qualitatibus id miscere conuenit, ob id quidem varijs modis parari decocta necessum est, sicut & omnia alia, quæ intus posse sumi diximus: quæ omnia metiri oportet, secundum exigentiã complicati affectus, aut laborantis particulæ, aut corporis, cuius gratia medicamentum paramus. Verum cõmuniter decoctum ex ligno paratur cortice & aqua, hac mensura: Excipe *ligni rasi libram j. corticis lib. ß. aquæ libr. xvj. coquantur omnia ad consumtionem duarum tertiarum*. Ceterum ijs quib. visceris alicuius roborandi, aut euacuandi gratia paratur, prædicto decocto addere expedit *vini optimi lib. j.* nam absq; aqua decoctum ex ligno Guaiaco conficere, præterquam quod rationi est aduersum, insuaue admodum & inutile efficitur. Communi autem decoctioni addi possunt ea medicamenta quæ partem affectam respiciant: quemad[illegible]mod[illegible] thorace affectis prodest, media in decoctione infundere *carduum benedictum, betonicam, pentap[illegible]llon, violas, iuiubas, & similia*. Sic neruorum affe[illegible]ibus confert *saluia, rosmarinum, flos stæchados, &* [illegible] [illegible]dialia. sicuti in an[illegible]sarca &

Decoctum Guaiaci.

B [illegible] corporis habitu, *radices enula, iridis, & abra[illegible] marina, aut ejulus herba*.

P[illegible] alijs affectibus secundum cuiusq; naturam [illegible] [illegible] admiscere quæ [illegible] ge[illegible] humorem pe[illegible] em vires habeant,

quales endiuia est, borrago, lupulus, buglossa, & alia [illegible] centus efficere valent. Sic enim cui [illegible] expedit [illegible] gior facto decoctu [illegible] fiet, aut admixtis tum radicibus, tum herbis, ac seminibus quæ compescere [illegible] ratem decoctu queant. Similacis asperæ tam est vulgare decoctum, vt nostra n[illegible] egeat expositione: [illegible] aliquãdo expedit vt vtilius fiat, admiscere ipsius ligni Guaiaci *corticem aut scobem*, eo quod [illegible] maiores vires præstare facil[illegible] habeat. Idem de *radice Chinæ* mihi est in animo docere, pr[illegible] er id quod ad eius decoctum vncias duas ipsius inijcere in *lib. xij. aquæ*, & ad medietatem coquere, aut consumtis duabus tertijs, sat est.

Decoctum similacis.

Decoctum Chinæ.

C

Ex his tribus medicamentis conficiuntur etiam *Syrupi*, quibus mouere sudorem pari vtilitate solemus. Ceterum ij tantum sunt vtiles his, quibus necessum est, medicamentum diutius in ventriculo immorari, aut in iecore, vt vehementius in caput ac ventriculum ipsum, & partes sibi vicinas, suam inferat virtutem, nam ad id medicamentum expedit esse crassius, vt maiori mora propriam perficiat actionem quod tenuata theriaca syrupo aliquo efficere antiquitas solebat, Modum autem conficiendi syrupum consulto prætermitto, quia omnibus seplasiarijs notissimus est.

Syrupi sudatorij, quomodo conficiantur & quib. vtiles.

Verum interea quæ ad sudores eliciendos potantur, alia multa reperiri possunt, quæ aut medicorum incuria, aut aliorum nouitate ab vsu recesserunt: quibus ego in alijs affectibus à Venerea lue tantum fiderem, quantum in iis, quæ ex India ad nos asportantur. Nam haud facilè crederes, quam feliciter multis successerit, ex decocto radicis *pentaphylli*, præsertim in thoracis affectibus, Neq; etiam mihi suo tempore adhibitũ improbari potest medicamentum, à quam plurimis commendatum, ad perpetuum morbi articularis auxilium, quod est decoctum *chamædreos*, confectum ex scissis folijs huius herbæ virescentis, aut quod magis placet, parum resiccatis, & vino decoctis, quantum cochlois vinum sustulerit. Ex quo cyathum vnum sumere expedit, stillatitio eiusdem herbæ liquore commixtum, quinque horarum spatio ante cibum, vt parest, prius præmunito corpore. Mirum ẽt in modum sudorem mouet *chamæmali* decoctum, præsertim in iis, qui ex perfrigeratione viscerum doloribus cruciantur: quemadmodum & *saluia & chamæpytheos ac betonica, cent aureæ ac sabina* decoctum efficere habent. Præstat item eandem gratiam decoctum *schinanti, calami aromatici, ramentorum iuniperi, citri, cupressi, tedæ, terebynthi, cedri, eueni*, & multarum radicum ac herbarum, quas breuitatis studio prætermitto. Nunc tamen nouiter in vsum sane vtilissimum prorumpit, ad sudores prouocandos *Angelica* decoctum, quo ego libentius vterer in internis ex frigiditate affectibus, quam in quouis alio. Haud dissimili quoque vtilitate sese

Sudatoriæ potiones alia à ligno Guaiaco Venereæ & vales.

D

Articularis morbi remedium.

E offert decoctum herbæ illius, quam *Nicotianam* appellant, apud Indos *Tabaco* nuncupatam, licet hæc calidior quodammodo existat, ceterum alias temperata vtilissima citra dubitationem existet: quæ omnia profecto sudorem prouocare possunt, aut saltem vtilia existunt ad corporis præparationem, id nempe quod cogere ad sudorem intendimus.

CON-

CONSILIVM IN MOVENDIS SVDORIBVS.

S[illegible] F[illegible] & [illegible] hoc [illegible] rant [illegible] beamur, ita [illegible] imperi[illegible] sum sit ea plurimum noce[illegible] quidem [illegible] sus sudor est: cum efficaciter [illegible] (*vbi aut tempus aut necessitas, infra aut supra id quod par est peruertitur*) tam [illegible] est, vt substanti[illegible] dissipare, virtutem prosternere, corpus cotabefacere, morbum augere, symptomataque intendere, ac multiplicare citra dubitationẽ valeat: quo fit [illegible] neq, [illegible] quo [illegible] difficili morbo pronnus hoc præsidio vti, tutum sit, neq, in maximis affectibus [illegible] penitus relinquendũ. Quapropter monendus [illegible] ctor est, in iis quę circa sudandi rationem quodam modo difficultatem inferre videntur. Sic exercitium nullius vtilitatis ad sudores eliciẽdo esse potest, vt quotidiana docet experientia, nisi decoctis aut syrupis prius [illegible] quæ [illegible] sudores improuocare habent quibus humores moueantur & præparentur, vt exercitio [illegible] ius pelli possint. Quod cum minimè perpendant medici, raro aut nunquam hoc insigni præsidio vtuntur, quo in imbecillibus, aut iis quibus dolores quiescendo magis exacerbantur, aut rursus iis, qui publicis negotiis impediti, detineri domi nequeunt, magna cum vtilitate indubitanter vteretur necessum.

G Contraria prorsus ratione ab hoc præsidio cauere oportet eos omnes, qui aut exulcerationem, aut quamuis aliam continui solutionem patiuntur, aut moti magis dolent.

Si fomenta potius augendi sudoris gratia esse adhibenda dum aliis vtimur sudorificis auxiliis) existimo, quam quod sola sufficiant, etiamsi aliquando in morborum inclinatione, veluti in *tophis & tumoribus*, ac huiusmodi aliis particularib. affectibus, ad absumendas eorum reliquias, mirũ in modum prosint, vt materia ibidem fixa impacta, in sudorem prorumpat.

Sudandi verò rationem per balnea (*etiam si ad proprium caput distulerim*) ablegandā esse consulo à plerisq; articulorũ morbis, vtpote quæ maiores concitant fluxiones suo calore, ac promtius coguntur humores recipi in articulis, propter mollitiem ac dilatationem ipsorum. Ac si quādo prodesse possunt, id est continuatione quadā diutina, qua quod influit resolui queat, & pars ipsa roborari: licet id aliquādo fallat. Secus res se habet in balneis, quibus corroborationis articulorum gratia vtimur, veluti sunt *ferrea, aluminosa*, & huiusmodi, quæ firmādi ac roborandi articulos vires obtinent, resoluto iam iam aut euacuato aliis præsidiis, qui ibidem morabatur, humore.

B Suffumigiis verò non nisi in desperatis vti cõsulo, ac præmisso etiam præsagio, ne quid mali præter spem plebeii cõtingere existimentur: etiam si in grauissimis & desperatis malis, præsentaneum sæpè fuerit auxilium.

Ceterum, circa ea quæ potantur, expendere oportet, biliosos homines non esse diutius ad sudorem cogendos, neque vehementiori facta decoctione, siquidem primo malo non curato, frequenter aliud recorri, aut alicui visceerum denuo

si [illegible] pensata laborant[illegible] ne [illegible] blande tractare, [illegible] tem[illegible] mpe [illegible] nam in q[illegible] viscus [illegible] aperte, [illegible] & mor[illegible] affic[illegible] collect[illegible] prote[illegible] his quibus gratia reuulsionis [illegible] *aut vrina, aut alterius cuiusuis defluxionis causa* [illegible] vtimur præsidio, blande a[illegible] si[illegible] deb[illegible] & per longiuscula interualla, vt laborantes id diu sustinere possint: na alioqui, aut natura ad plures vacuationes distracta labat[illegible] aut [illegible] morbo iam de[illegible], nobi[illegible] potest adminicul[illegible]. Quo fit, vt [illegible] latum naturam huic vacuatione[illegible], quo possit aliis resistere. Sic h[illegible] *in difficili respiratione* procedendum esse [illegible] ratio postulat: dummodo difficilis respiratio [illegible] rius corporis consensu conciteur, aut ex partibus & præcipuis eius partibus: nam cũ [illegible] ris alicuius vitio, aut facto iam thorace affectu, cõcitatur, hoc auxilio magis exacerbantur laborantes, & tenuata materi[illegible] cũ nõ possit facilè per sudorẽ expectorari) pr[illegible] ilius suffocantur. Quapropter in quibus conueni[illegible], molliter adhiberi debet, ne citatiori facta respiratione, & contenrum fusis ac tenuatis humoribus, plus ad affectã partem trahatur, thoracis velociori motu.

D Quo fit, vt in his expediat humores paulatim præparare, largiori exhibito *cardui sancti, aut radicum pentaphylli* decocto, & ad sudorem paulatim etiã cogerẽ: ne quid subitum, & præter spem eueniat, quod & laborantem perdat, & apud vulgus medicum & auxilium infamia fœdet, vt iis solet accidere, qui citra debitam considerationem artis præsidiis vtuntur. Eodem prorsus modo fieri oportet *in extenuatis hominibus*, quibus sæpè suum præsidium esse solet sudare, licet non omnibus, sed iis tantum, qui ex abundantia crudorum aut vitiosorum succorum macie contabescunt, vt in iis, qui Gallicis doloribus, pustulis ac vlceribus torquentur, videre licet, in quibus non prorsus est confugiendum à principio ad hoc præsidium, sed postquam maturerint: non etiam cedunt duri & crassi humores dũ affectus incipit, sed postquam à natura aliquam susceperint gratiam ea ratione, qua in quartanis decretum est, in principiis non esse validis auxiliis vtendum.

E Sicut & in aliis qui citra Gallicam Luem crudis & crassis humoribus scatẽt, quibus debita nutritio impeditur, & ob id contabescunt. Quos omnes non sine magna plebis admiratione, hoc auxilium tempestiue adhibitum ad pristinum reduxit statum, ac nonnunquam ad pinguiorem. Quemadmodum in omnibus aliis perniciosum est, quibus aut aliqua distempeties nuda præest, aut coniuncti humores plurimum sunt squalidi, aut viscus aliquod calore aut siccitate est affectum, nec non & omnibus ex morbo consumtis. Ceterum eos quibus hoc auxilium ex vsu est, blande ad sudores cogere oportet, ne natura vehementi auxilio lassata, & à sudore, & ab alimenti confectione, ac nutritione omnino desistat, & ob id maiori macie vlterius laborantes contabescant.

Sudoris quanta vis, & eo quomodo vtendum.

Sudor exercitio vtilibet mouen non potest, nisi præmissis præparatoriis potionibus.

a Sudore qui cauendi.

Balnea quibus arthriticis cauenda.

Suffumigiis non nisi in desperatis vtendum.

Sudor qualiter prouocandus in biliosis.

In fluxu [illegible] u, vrinæ.

in difficili respiratione.

in extenuatis hominibus.

in morbo Gallico.

Sudor omnis blande mouendus.

## Capvt XIII.

### De recto vsu & indicatione balneorum.

F HERoPHILVS dogmaticorum medicorum doctissimus, præclarè dicebat, Medicamẽta, *vt cæterorum medicorũ præsidia per se & sola nihil esse, nisi rectè vtentem habeant, quando demum ea veluti Deorum manus rectè dixeris*. Iuuant enim plurimum vbi his vsurus est natura prudens & industrius, ac in rationali methodo probè exercitatus. Propterea rectè etiam Asclepiades medici officium esse dixit, *vt tuto, iucundè & celeriter curet*. Ante hos tamen nos prudenter hortatur Hippocrates, *omnia medicæ artis opera sic perficere, vt iuuent, vel saltem nõ offendant*. Quamobrem Galenus li. 12. *meth.* his omnibus posterior locis, perquam multis inculcat, quantes ea magnarum sit virium, non modo vt medicus calumnia vacet, sed etiam culpa, cum hominem adiuuet (*diuina fauente bonitate*) cui morborum magnitudo, complexus ac malignitas extremam perniciem minentur. Hinc medicus, in

G quo æternum quoddam numen effulget, consilium & auxilium afferens saluberrimum, vitam ærumnosam, calamitosámque, aut impendentem exitum facilè vitauerit, præsertim si iuxta prudentiæ & artis leges, auxilia adhibuerit: nam aliter exitium potius, quam auxilium esse dixeris: & eo magis quo præstantius fuerit præsidium: ob id igitur methodo & ratione placuit Balneandi vsum docere, siquidem in rebus tanti momenti, turpior est negligentia.

Medicus velut numẽ.

Non est mihi in animo hac in parte sumtuosos

136 A illos antiquorum balneandi apparatus, magnificaq; ædificia aut *conisteria frigidaria ve*, *aut eleothesium*: Latinis *vnctuarium* appellatum, aut *hypocausta, aut Sudatoria, aut lauacra*, & huiusmodi alia recensere: sed, vt qui breuitati studet, quę claritati & hodierno sui commoda sunt, facileq; aut parari, aut inueniri possunt, docere potius, quàm ea, quæ ornamenti & ostentationis gratia tantum sunt. Poteram enim haud immerito balneandi rationem inter auxilia sudatoria reponere, ni existimassem, huiusmodi tractationem altiorem, ac quodammodo diuersam exposcere indaginem: nã inter alias, quæ iam multis annis à veteribus plurimũ obseruatam interciderunt, balneorum commoditates, ad quas veluti ad sanitatis p̃sidia, passim & quotidie concursabant, prorsus amisimus: quã quidem iacturam, pro viribus restaurare potius, quã deplorare, æquum esse duxi. Atqui ne vos rei huius difficultas deterrere possit, ac varia & cõfusa lectione inaccessibilis fiat (qua sæpe ratione laborantes, hoc p̃sidio destituuntur) me-

B thodo quadã quam breuissima, ac clarissimis diuisionibus concludã, & omnes balneandi differentias, & proprias cuiusq; indicationes.

Etenim in medicatis fontibus, nõ solum morborum sine vllo dolore medicina inuenta est: verum etiam laborũ lassitudinumq; in sanitate leuamen reperitur. Nam præsidium hoc neq; igne horrorem incutit, neq; ferro molestũ est, neq; vt amara pharmaca fastidium parit. Profecto morborum genus nullum prope est, quod in medicatis fontibus suum remediũ, suamq; medicinã nũ inueniat. Præterea cetera artis præsidia vno modo adhibita iuuant, hoc quidem quocunq; modo adhibeatur, salutare est. Aqua inquam duplici ratione & Balneo iuuat, & Potione interiora fouet: Vapor etiam omni membro adhiberi potest: Lutum similiter mirum in modũ opitulatur. Taceo hic, quod insigniora alia auxilia nõ cuiuis conueniunt: ac hos fontes omni sexui, omni ætati cuiusq; temperaturæ hominibus concedere

Fontiũ medicatorum quanta vtilitas & commoditas.

C citra noxam licet. Neq; hoc solum admiratione dignum habent, sed etiam subinde conceptũ fœminis retinent, & steriles fœcundiores efficiunt: In his curantur *articulorũ dolores*, *attonitus morbus*, *conuulsio*, & id genus alii affectus, qui omnium generum remediis frustra tentatis, huic soli cedũt. Sed quid moror? si solus aquarum vsus tantum in nobis confert beneficium, quid de omnibus aliis balneandi rationibus subintelligi poterit? Hoc ego vnum certo scio, nullum esse in arte medica tam commune, tam vtile, tamq; securum præsidium, ni id nescio quæ rustica timiditas ex aliorum gremio depulisset, quod potius factum esse existimo ex ignorãtia indicationum, quibus hoc auxilium expetitur, quam timore. Quo fit, vt hunc laborem sponte susceperim, ne quis tanto auxilio destitutus, aliquando miserè difficilimis morbis torqueatur.

Balnea in quib. morbis prosint.

D Balneandi itaq; vniuersam rationẽ partimur, iuxta differentiam rerum, ex quibus balnea constare possunt. Constant denique ex *Liquore* aliquo, aut ex *Vapore*, aut ex solida aliqua Substantia: quatrimembri diuisione facilè est oẽs balneorum differentias complecti: Nam prima quę ex liquida fit substantia, alias sub se habet differentias: siquidẽ conficiuntur liquida balnea ex *aqua*, ex *oleo*, ex *lacte*, ex *musto*, ac vltimo ex *vino*. Ceterũ quæ ex aqua fiunt, quædam ex Dulci, quædã verò ex Medicatis fontibus constant. Quæ ex medicatis rursus fiunt, nonnulla ex Aquis Sponte nascentibus, quædam ex Arte & industria factis parantur, iuxta affectus & affecti corporis rationẽ. At ex his aquis quæ sponte medicatæ prorumpunt, quędã Bituminosæ sunt, aliæ Sulphureæ, Nitrosæ aliæ, nonnullę Aluminosæ: quędã Atramento sutorio constant, aliæ Mysi, in aliis Salis qualitas euidens est, aliæ verò Arsenici naturam sapiunt, veluti & aliæ plures Ferratæ, æreæ ve reperiuntur. Sunt etiã nonnullæ Dulces ac sponte Calidæ, quæ nihil eorũ, quæ dicta sunt gustui repræsentãt: sicuti & perplures aliæ Frigidæ & medicatæ, quæ sulphuris & bituminis naturã sapiũt.

Balneandi ratio triplex.

Balnea liquida.

E Balnea verò, quæ ex solida substantia conficiuntur, ex *arena*, ex *sale*, atq; ex *vinaceis* præcipue constare possunt. Tertiam quidem balneorum differentiã *stufam* nominãt antiqui: locum nempe vndiq; vallatum, cuius aër & parietes per medium calefiunt, siue ab igne fieri contingat, vt in testaceis (*quorum meminit Celsus*,) videre licet, atq; in furnis: siue ab aqua simplici, aut miner[illegible], aut composita, aut ex vino fiat, à quibus eleuat[illegible] vapor in loco vndiq; circumsepto contineatur. Reperiuntur ẽt naturalia quædam loca apud Gallicos nostrates, quæ sponte in rupis cauitatibus vaporem calidum è se prorumpunt, vtilia quidem certis quibusdam affectibus.

Balnea solida.

Balnea vaporosa.

His iactis diuisionibus, expedit iuxta cuiusq; differentiæ rationem indicationes ac morbos, quibus prodesse possunt docere: ac vltimo modum, quo vnicuique accommodari queat, quod in omni-

F [illegible] h[illegible] & [illegible] h[illegible] d[illegible] Cal[illegible] est in[illegible] quæd[illegible] balne[illegible] iuntadix[illegible].

Balneorum simplex in corpore humano vsus.

Omnia itaq; balnea [illegible] præstare in humano corpore vsum, præsta[illegible] med[illegible]orum [illegible] test: Quædam [illegible] nonnulla [illegible] nt, ac simmoc[illegible] attemperant a[illegible] his affines pariunt effectu[illegible]. Quod ve[illegible] ex

G v[illegible] auxiliorū genere sint, ex Gal. *lib.* 14. *meth*, con[illegible] [illegible] *qua vacuationem omnium humoru æqualiter efficiunt*. At quu licet idem auctor *lib.* 2. *aph. com.* 18. sol[illegible] cutim euacuari balneis doceat, successione tñ a[illegible]d, q̃ educitur, ex tertia [illegible] regione citra dubitationē euacuant: Mouent enim plura saluberrimos sudores, similes his, quos natura decretorie solet pellere, vt Gal. *lib.* 3. *aph. comm.* 15. *aperte monstrat*. Quod verò corpus repleant, ac crassius efficiant, probat etiã idē Gal. *lib.* 3. *de symp. c.* 2. his verbis: *Qui ex tenuibus crassiores volūt euadere, lauabunt his, vt tamen semper in primis tempus à cibo, secundo balneo tribuat, interim etiã prima* Sed clarius adhuc libi *lib. de salub. diat. comment.* 14. refert, dicens: *Calidum primo auget corpus, deinde minuit: proinde vbi corpus implendum, eatenus in balneo immorari oportet, donec corpus intumescat* quod

137 A expressius ē idem auctor alibi *li.* 2. *de sanit. tue. c.* 7. docet. Pariē ratione ad omniū distemperierum differētias plurimū ꝓdesse balnea reperies apud Gal. *lib.* 7. *met. c.* 6. qui hæc verba ꝓfert: *Nihil inuenies, quod valido æstu occupatos, præsentius refrigerare, aut magna frigiditate affectos promtius calefacere, quam balneū posit. Cum enim natura humidū sit, & moderate calidum, humiditate quidē natam ex caliditate siccitatē irrigat, caliditate verò ortā ex gelu frigiditatē persanat.* Idem etiam refert alibi *lib.* 1. *de vsu part.* 13. *lib. de hu quam medic. com.* 3. dicēs: *Aquarum dulcium sane balnea mortuos ferè illuc profectos calfaciunt, etiamsi valdè frigefacti fuerint: exustos vero atque incensos non lædunt, imo videntur delectari*: Atque hæc sunt bona, quæ tepida aqua & dulcis præstat.

Balneum aquarū dulcium triplicem præstat vsum.

Quas ferè omnes actiones facilè reperies in his temperatis & dulcibus aquis: nam triplex est earum differentia: *Prima*, quãdo moderata seu media sunt temperie, quo tēpore facultas illis inest

B calida & humida: *Secunda*, quando tepidiores sunt, tunc enim humectant atq; modice refrigerant: *Tertia* verò, quãdo iusto sunt calidiores, quo quidē tempore calfaciunt, sed nō perinde humectant, quippe horrent corpora, contrahiq; exiles eorū meatus vidētur, ita vt neq; madescere ab extrinsecus accedente humore possit, neq; excrementi quod intus latet, quicquam emittere. Cæterum temperata, mediocriterq; calida aqua, omnia illa officia, quæ primo loco diximus (*vacuandi* nimirum, *implendi*, atq; *attemperandi*) perficit, variasq; ad id habet indicationes, variisq; ac diuersis morbis (*licet diuersa ratione*) prodesse cōpertum est. Nam vt ex Gal. *lib.* 28. *Simpl. med. c.* 6. temperata, & modice calida aqua, præter humiditatē & modicum calorem, quem in corporibus parit, laxat, rarefacit, fundit ac digerit, Itaq; ex qualitate balnei simpliciter sumta, triplex insurgit balnei differentia: nam aliud est Calidū, aliud Frigidum, & [illegible] Temperatum quæ [illegible] in humectate sunt [illegible], nisi cal[illegible] simi vehementer, q[illegible] tu & calidū [illegible] Temperatum igitur [illegible] temperatū sequitur, & [illegible] calfacit, aperit, ac vehe[illegible] enim vehemens [illegible] impedit hum[illegible]ctatione [illegible] tam Gal. *lib.* 3. *de sanit. tuen. c.* 4. [illegible]rente. C[illegible] etsi hæc vera sint, non semper eodem m[illegible] nium, sed iuxta quantitatem temp[illegible] quod [illegible] botaus in balneis immo[illegible]atur. Q[illegible] sit mon[illegible] nti balneorum quant[illegible] quam diutissime auctores constat, in b[illegible] breue & moderatum. Quæ quidem co[illegible] qualitati balneorum adiuncta, lunge[illegible] dictis parit actionē. Calidum ergo [illegible] *teste Hipp. l. de affect. ante fin.*) siccas quide par[illegible] humectat, & humidas resiccat, id proueniens ob at[illegible]ctionē calidi immoderatã, quæ resoluit ex humidis, & ex imo corporis trahit in siccas partes: quam quidē sententiã alibi longissima oratione confirmat, & ob id subdit *loco ante citato* *lib.* 3. *de hu quam med. com.* 16. 17. *Et sicca quidem humectata debilitatem & animi deliquium exhibent, quia humiditas visscerum exhausta, ad externas partes resiccatas per balneum attracta, interiora humiditate destituit, ac proinde spiritibus simul cum ea vacuatis, fit vt animi deliquiū accedat.* Calidum verò moderatum mollit & auget corpus, *auctore Hipp. loco ante citato*, quia scilic. attrahendi vim ob caliditatē, nō autem resoluendi ob mediocritatē habet: quo fit, vt humore fundat. Qua ratione merito dixit Hipp. *lib. de hu quam medic. sex.* 16. loquens de multa & breui aquæ perfusione: *Multitudo ad laxandū & attenuandum plurima: ad carne implendum & molliendum, mediocris optima.* Cuius signum pauló inferius tradit dicens: *Mediocritas autem in perfusione hæc est. Cum adhuc pars attollitur priusquã concidat, desistendū; primum enim attollitur, deinde attenuatur.* Calidum verò breue nihil effatu dignum ob breuitatem efficit: Siquidē nec resoluit, nec auget, sed nonnihil calfacit & emollit. Calidum aũt vehementer, si breue quidē fuerit, cutim tantū stringit ac quodammodo siccat. Moderatum ꝓpe finem carnem subiectam nōnihil exsiccat: largum verò exsiccat quidē magis: quod diutius durans ob calidi exhalationem refrigerat etiam, & ob id dixit Hippocrat. *lib.* [illegible] *de diat. Per caliditatem enim balnea calida humiditatem de corpore auferunt, euacuata autem de corpore humiditate, & de carne corpus refrigeratur.* Temperatum autem largum, cum calfaciat (*vt dictū est*) diuturna mora idem ferè quod calidum largum efficit, præterquam quod initio quidē emollit, processu verò temporis resoluit. Temperatum moderatū calfacit & humectat, quare impinguat *teste Hipp. lib. de vit. rat. priuatorum*, & excrementa sub cute existentia vacuat, ac coquit etiam. Temperatum breue calfacit & humectat, exigue tamen, quare prædicta opera debiliter facit.

Quantitas temporis balnei vires mutat.

D

E

Caldi moderati vires.

F Quibus sic constitutis, fit quidem, quod secūdum vnam aut plures ex his indicationibus variè in variis morbis iuxta rationem cuiusq; balneum calidum desideretur. Quapropter expedit nunc docere, quæ harum indicationū in singulis morbis exquiratur, vt conueniens ne sit, aut discon-

Balnei triplex differentia

*Aquarum dulcium balnea quibus morbis prosint, ea rumq; varæ vires.*

ueniens facilè innotescat. Ita in quauis sicca & squalenti distemperie, *iuxta Galeni lib. 4. meth. c. 2. preceptum*, aqua temperata humectat laxata rarefactaq; cute, & susis humoribus attractisq; ad extimas partes, quod etiam apertè docuisse Hipp. *lib. de salub. diet. tom. 1.* constat. Præcauere tamen expedit, ne nimia pergat calor, ne quod attractum est, in balneum digeratur, vt Hipp. *lib. 3. de his quæ in med. text. 17.* etiam monstrare videtur his verbis: *Primū enim attollitur, deinde attenuatur.* Quod quidem præsidium ob hanc rationem maximi esset momenti in doloribus partium extremarū sedandis: euanescit enim eo tempore, qui in partib. dolentibus continebatur humor, ob digerentem aquæ facultatē, quod ēt egregiè Gal. *libr. 6. pop. par. 6. com. 5.* docuerat. Ceterum diuersa ratione huiusmodi aqua plus mouet, nimirū quia calida est & humida, vt *ex Gal. aperte lib. 4. meth. cap. 5. constare videtur.* Verum in his, qui calore & oris amaritudine ac siti ingēti ex labore aut insolatu cruciantur, humiditas aquę & inter actiuas qualitates temporiouat: ob quam etiam caussam Gal. *li. 5. Simp. c. 9.* calidioribus temperaturis aut distemperantiis, adhibere iubet temperata balnea. His quoq; quibus mordax calor natura inest, alia ratione salubre admodum est, nimirum vt aquę humiditate succorum acrimonia facilè retūdatur. Crudos item humores & acres ad extimas partes pellit, virtute fundendi ac digerendi quam habet, & suo calore concoquit, *vt Gal. etiam euidenter monstrat lib. pop. par. 4. com. 15.* Aptissimum item est ad lassitudines arcendas præsidium, *vt Gal. quoq; docere videtur lib. 4. de san. tuen. c. 4. 6.* nam similares quidem animantis partes resiccantur, humectātur verò vacua spatiola in huiusmodi affectu lassitudinario, non vtili & naturali humore, sed tenui & acri mordacique, proinde remediis indiget duplicibus, tum his quæ siccitatem corporis irrigent, tum vero iis quæ humorem acrem euacuent. Itaq; ad hęc aptissima sunt dulcium aquarum balnea, vt quæ humiditate sua instrumentorum corrigant siccitatem, & caliditate tenuem & acrem humorem eliciant. Arquatis etiam, vt humores per cutem digerantur, aqua calida & multa, aut calidissima lauari iuuat. In calculorū verò doloribus diuersa ratione temperata aqua vti licet, nimirū vt dilatata labefactataq; parte, facilius lapis prmeare possit, mitiusq; affligat dolor: breue tamen balneū sit oportet, ne vires forte exsolui cōtingat. *Ventris* etiam *fluxibus* prodest, euocata nempè ad distracta materia fluente ad cutim. *Febrientibus* itē hectica, ac macie consumptis mirū in modum, pdest, laxata quę p siccitate corrugabatur cute, dilatatisq; præ calore partibus, ac alimento ad extimas partes euocato, & humectatis q̄ ex febre arescebant partibus, q̄ quidem præstantius fiet, si (*vt Gal. lib. 2. Simp. c. 25.* docet) oleo permisceatur aqua: nam cum ea præ sui fluore adhærere partibus nequeat, per oleū vtiq; tenacior efficitur. Eodem modo eos qui graciles sunt, temperata aqua ad pleniorē habitum facilè reuocamus, sed in balneo diutius immorari non oportet, calidum enim primū auget corpus, deinde adimit, ideoq; vbi corpus implendū, eatenus in balneo immorari oportet, donec intumescat, vbi digerendum & euacuandū est, donec tumor in balneo contractus subsideat. Expendere hoc quoque loco oportet, quod in eo affectu qui ex

*Balnea aquarū dulcium & calentiū, quare diuersis morbis prosint, & quare singulis.*

neruosarum partium tensione prodit, calidiori quam in consuetudine lauari non oportet. Simili ratione in his quos excrementa exinaniunt. In gracilitate vero, quæ sine iis excrementis consistit, calidiori aqua, quam quæ mediocriter se habeat, lauari oportet: contrahitur namq; is affectus exhausto vehementius corpore in exercitio, vel quouis alio labore, eo modo, quo in diutina fame solet. Itaq; sic affectorū refectio ēt in appositione consistit, id quod certè accidere cute adhuc rara ob mediocrem calorē nequit. Cogere ergo hāc, densareq; ac adstringere prius oportet, si quæ plenioris nutrimenti expectanda est vtilitas. Sane cogit, clauditq; tum frigida, tum feruēs aqua: verum à frigida lædi hominē metus est, vtpote qui imbecillior larga exercitatione factus sit: ex feruēti vt noxa certe nulla, ita secura in cute densitas paritur ipsa, qui in ea relinquitur, calore nonnihil ēt conferente. vt *vt Gal. lib. 3. de San. tuen. c. 8. ex professo probare videtur.* Scabiem etiam & omnes cutaneas affectiones temperata aqua persanat, digestis qui sub cute morātur humoribus, sicut attemperata eorum acrimonia, pruritu facile sedat, modo in toto corpore sit, modo in quouis corporis membro. Simili ratione oculorum dolorib. medetur, his præsertim, qui ex humorū acrimonia cōcitantur, euacuato, vt par est, prius toto corpore: discutit enim per vniuersum corp⁹ fluentes humores, *vt Hipp. & Gal. lib. 1. aph. text. 31. etiam aperte testantur.* Confert item oculorū doloribus, qui ex condensatione crassi humoris fiunt: nam ab obstructione eosdem liberat, laxioribus factis partibus tenuatis ac resolutis humoribus, *vt alibi Gal. lib. 7. aph. com. 46. insinuat.* Qua quidem ratione lychenas sanat, vbi calidior iusto sit aqua, ac per noctē præcesserit medicamentum saniem complectens crassam & glutinosam: quod etiā eundem auctorem *lib. 5. phar. loc. cap. 7.* apertè docuisse constat. Verū quia in putridis febribus, nostris temporibus raro vti balneis conceditur, parum in hac re morabor: præterq̄ quod non esset absre, eisdem vti inclinante febre, quam parit humor biliosus: nam aliis temporibus calfacit & inutiliter mouet: ac crassos humores & crudos nequit ad superficiem euocare, neq; in halitum conuertere. Quibus verò vtcunque conuenit, prodest non solum tepidū, sed etiam in fine facta euaporatione frigidiusculū, præsertim in gracilibus & consumptis ex ardore febris. Ephemeris ēt plurimis attemperāmēti, & laxandæ cutis gratia, plurimum opitulari, omnibus est in confesso.

*Balneum ex aqua frigida quid operetur, quibus prosit & obsit.*

Frigidorum balneorum vsum etsi prisca ætas plurimum extulerit, id in sanis maiori ex parte factum esse cēseo: namq; eius vsus tutus præsertim est in robustis naturis, *vt Hipp. lib. de humid. vsu apertissimis verbis innuit.* Constringit namq; ac pellit, & per se refrigerat, etiamsi ex accidenti calorem adaugeat: qua potissimū ratione eo vti iussit Hippocr. in iuuene bene carnoso tetano laborante; nam ab eo calor naturalis intro compulsus primum seipsum colligit, tum longè validior, quā esset, effectus, iterum foras erumpit. Tandem *vt ex Galen. libr. 3. de temp. cap. 4. constat*, corpus roborat, cutim cogit & cōtrahit, ac propterea plurimum vtile est aduersus externas offensiones: quocirca non alienum esse duxi, aliqua eius præcepta tradere, quibus eo securius vti liceat: quod etiam in cōsilio huius capitis latius docebo. Ceterum

F terum [illegible] morbis [illegible] ngu [illegible] [illegible] ondit [illegible] nora [illegible] meth. [illegible] pertine [illegible] nonnunquam [illegible] eſſe contingit [illegible] balneum communi vſu [illegible] turam [illegible] Balneum igitur frigidū. *Hippo. ſect. lib. 2. de diæt.* vacuo corpori præbet quan[illegible] m: vbi autem cibus ingeſtus eſt, ab humido conſiſtente detrahit, & frigidū exſiſtens ſiccitate replet: quaſi diceret: *Balnei frigidi calor attractus per antiperiſtaſim vegetior redditur: Cum autem non adſit alimentum ſufficiens, vt de pabulum ſumat, non bene. at ac cibo ingeſto* [illegible] factis iam prima ac ſecunda coctione, [illegible] cet, cibo per corpus digeſto, cibus [illegible] Hippocratem eſt, quiniam ait, aut quiproſ [illegible] lat *& partibus irroratis, balneum frigidum alimentum exprimit ad interna & viſcera, ſi quæ ſunt alimento* [illegible] *tuta, ſanguine ac ſpiritu replens, rurſus humectat.* Ex quib. Hippocratis verbis facile colligitur, ipſum loqui de balneo breui: largum vero, quando tam non ſolum circumſtans contrarium, ſed vincens quoque cenſetur, perfrigerabit ſufficienter. Medium quidem medio ſe habebit modo, quamquam hæc omnia ad aliquid intelligenda ſunt, ægro enim debili, vt hectico, balneū breue moderatum dici poteſt. Quo fit, vt Gal. *lib. 1. Meth.* balneum frigidum ingredi hecticos iubeat, ita tamen vt breuiſſimo tempore ibidem immorentur, quamquam non deſint, qui dicant, Galenū velle eo in loco detinendum eſſe in aqua frigida, non breui ſed longiuſculo tempore, quia finis calidorum balneorum eſt frigidum balneū, quo maxime hectici gaudent, ad caloris facti exſtinctionem: ſed ego tutius arbitror, breuis temporis balneum intelligere ob facultatis debilitatem. In robuſtis autem, quales depinxit Galen. *lib. 10. Meth.* febre acuta vexatis, frigidum balneum moderatum, breue eſſe hinc diſces, quia & quodammodo refrigerat, & quodāmodo natiuum calorem roborat. Debetur intelligi Hip. *li. 5. aph. tex. 21.* vt arbitror, cum dixit: *Iuueni bene carnoſo tetano laboranti, frigida perfuſio tetanum ſoluit.* Poteſt ergo balneum frigidum calfacere, refrigerare, humectare, roborare, & extinguere: quod quidem aut parti aut toti adhibemus, iuxta rationem affectus, aut particulæ affectæ, proſpicientes maxime in huiuſmodi præſidio virtutis tenorem.

Ante tamen quam balneis æquæ dulcis finem imponam monere hac in parte lectorem mihi eſt in animo, potiſſimam rationem, propter quam hoc præſidium diuerſas longe habet vires, pertinere ad diuerſiſſimas partes, quibus balneum ipſum conſtat. Nam primum balnei aer maternas in vniuerſo corpore diſperſas concalfacit & liquat, inæqualia exæquat, cutim laxat, & quæ ei ſubiecta ſunt euocat. *Deinde*, aqua calidæ ingreſſus adiicit partibus ſolidis vtilem madorem, tum frigidæ occurſu vires firmantur. *Poſtremo* ſudores excitando [illegible] euacuat. *vt Gale.* [illegible] *ſuo verbo oſtendit. lib. 1. Meth. cap.* [illegible] quid ſu ignoſunt aut [illegible] eſt [illegible] elicitur, caro & cutis [illegible] reuocantur, & [illegible] qui cum tanti [illegible] bus affectibus [illegible] calida perfundebat [illegible] vtebantur Hipp. & Gal. in [illegible] *lib. 4. de his quæ in medi. comm.* [illegible] & præſertim cum membrum [illegible] ipſum ſoluere niterentur, [illegible] & mollius redderent. [illegible] vſum expendere opor[illegible] nium eſt, carne aut [illegible] perfuſio neque mollit [illegible] genera[illegible] bit, ſed replebit ſuperuacuo [illegible] partem ſi in aut in [illegible] ob [illegible] menti penuriam, & humoribus [illegible] carne implebit & mollius efficiet. Aqua enim calidior perfuſa, ſi corpus inane ſit, [illegible] potius quam attrahat, ſi plenum magis [illegible] quam digerat, ſi pauco tempore perfundatur, replet magis quam [illegible] longiori, potius diſcutit, quam impleat. Atque hæc de dulcibus dixiſſe ſatis eſt.

D Supereſt modo, vt de his balneis ſermonem habeamus, quorum aquæ ſponte medicatæ naſcuntur, quæ quidem mixtæ, ſpuriæ, compoſitæque reperiuntur, ac proinde pugnantium conſtant miſcella. Aqua namque ſua ſponte frigida eſt & humecta. Ceterum *bitumen, ſulphur, nitrum, alumen, myſi, ſori, atramentum, ſandaracha* & huiuſmodi alia varias illi præbent facultates. Proinde tantum recedunt aquæ, quæ his inſeruntur mineralibus à propria ſui natura, quantum humorū miſcella ſunt adulteratæ, etiā inter omnes quādam eſſe temperatas, nonnullas feruere, tepidas eſſe alias, & quaſdam omnino frigidas actu, compertum ſit, præſertim cum Gal. *lib. 1. de ſan tu. c. 4.* id ex profeſſo aſſerat. Verum de cauſis huius miræ varietatis, tam ſuit priſca ætas varia, quantum & hæc noſtra. Breuiter quæ ſentio dicam, poſthabitis quæ longo ſermone apud auctores reperiuntur varia & confuſa: inſequar tamen in hac re Agricolæ ſententiam. Prorumpunt quidem huiuſmodi aquæ ſponte calidæ è viſceribus terræ, propter ſuccenſionem ignis in ſubterraneis locis, ex ſpiritu ſicco ibidem contento, atq; inflammato in materia apta, qualis *bituminoſa eſt, ſulphurea, nitroſa & huiuſmodi*, ex cuius materiæ ſuccenſæ natura, aqua ſuſceptat & virtutem ſeu miſcellam & calorem: nam quo tempore ignis ſuccenditur in ipſo aquæ alueo, aut in aquæ ductibus (*eſt enim in viſceribus terræ ignis ſuccenſi maxima copia, vt experientia conſtat in Vulcanis, qui paſſim apud Italos & Indos viſuntur*) aqua quæ nullis locis aut gignitur, aut vagatur, feruorem aut calorē ſuſcipit, iuxta propinquitatē ſuccenſæ materiæ: nam quo longius diſtat ignis focus ab aquæ origine, aut ductibus, eo frigidior eſt: & quo propius accedit, eo calidior. Ex quo etiam fit, quod plures aquæ prorumpant calidæ omnis ſaporis & mineralis qualitatis expertes, quia ignis focus diſtat ab alueo & aquæ ductibus, quantum ſat eſt, vt calorem ſuſceptet citra miſcellam alterius qualitatis, quod probauerat Plin. *lib. 31. c. 6.* dicens: *Nec vero omnes quæ ſunt calidæ,*

*Balnea frigi. & vires.*

G

*139 A*

*Balnei quantitas vim euius mutat.*

B

*Balnea aquarum dulcium ob diuerſas partes diuerſa operantur.*

C

*Balneorum aquæ quarationecalidæ à terra prorumpāt.*

E

*calida, medicatas esse credendum.* Qua ratione medicamentosa qualitate carent, quia materia quæ succenditur *licet aqua calorem susceptet*, nõ inficit scaturientem [illegible]. Haud di[illegible] [illegible]ne fit, quod F ex aquis me[illegible], plures [illegible] prorumpant, quia l[illegible] [illegible] nerantur, [illegible] officina alicuius horum [illegible]neralium, ob idq; medicatam suscep[illegible] aqua n[illegible]uram, fri[illegible] [illegible], quia neq; in eo loco, neque in partibus vicinis, ignis succenditur. Habent profecto omnes me[illegible] [illegible] aquæ miras in arcendis morbis facultates, licet [illegible] frigidæ sunt, minus. Qua quidẽ ratione sing[illegible] oportet suas præfigere indicationes, duosq; [illegible], vt facile innotescat quantum & quibus modis vnaquæq; præstare possit. C[illegible] gratia expendere oportet, ex omnium fere auct[illegible] [illegible]mere, aquas medicatas sponte habere vim ex[illegible]cãdi, & calfaciendi, nonnullas digerendi ac [illegible]ergendi, sicut alias adstringendi, omnesq; conu[illegible]nire corporib. præter naturam frigidis, ac morbis huiusmodi & diuturnis: esseque omnes inf[illegible] [illegible]imas calidis & siccis morbis & naturis, *vt ex Gale. mille in locis constare videtur, lib. de san. tu. c. 7. lib. de trem. & rt. c. 5. lib. 1. simp. c. 7.* Atqui licet id fere omnes præstent, est tamen inter easdem mira quædã varietas, ita vt necesse sit, quid vnaquæq; in singulis corporibus & affectibus efficere valeat, seorsum docere.

Balnea medicata vires habeant quas.

G

Videre huiusmodi aquas licet in Galliæ Aruernis prato quodam, inter Claromontem veterum Gergouiam, & Monferranum, vbi fons copiosissimum effundit bitumen. Easdem etiam reperire licet in radice Vesuui montis, atq; etiam in Asia iuxta Thrales. Exsiccant quidẽ omnes atq; calfaciunt secundo ordine, emolliendi etiam atq; discutiendi facultatem obtinẽt, neq; carent omnino adstringendi vi, *vt Gal. placuit, lib. 1. simplic. c. 23.* Qua ratione in frigidis & humidis vteri, vesicæ & intestinorum affectib., mirum in modũ prosunt: Coxendicis etiã doloribus opitulantur, ac induratis articulorum tumoribus & doloribus, eoq; processu temporis emolliãt omnes, q; ad resolutionem efficiendam optimum est principium.

Balnea bituminosa quas vires habeant & quibus morbis prosint.

140 A

Nitrosi fontes plures sunt, sed pauci distinctè cogniti, quod vt plurimum pro salsis habeantur, veluti est balneum Corsenæ apud Luccẽs ad lucum Belibicum Monspessullo distãn miliaribus sex, tepida nitidissimaque scaturigine ex arenosa terra emergente, nitrũ qua fluunt aqua solis calore densatum aperte colligitur. Sunt autem hæ aquæ calidæ, ac plurimum exsiccantes, & abstergẽtes, & si quid salis mixtum habuerint, adstringentes etiam fiunt. Qua quidem ratione incidunt, attenuant, discutiuntq; ac dissicant crassos & lentos succos, *vt ex Gal. li. 4. simp. c. 20. aperte constat.* Quod præsidium ob has rationes exposcunt morbi ab eisdem humoribus concitati: quo fit, vt capiti & thoracis fluxione tentatis, ventriculoq; prehumido, ac hydropicis (*quib. aquæ dulces infestissimæ sunt*) œdemantibus quæ ex diuturnis morbis proueniunt & his quæ pituitæ plurimum generant, mirũ in modum prosint: quia, *vt Gal. lib. de trem. c. 5. li. 4. simp. c. 22. docet*, calfaciunt quidem, attenuant, discutiunt, ac resiccant huiusmodi humores, & attrahunt etiam eosdem ad extimas corporis partes: quamobrem prosunt ex Aretæi opinione *lib. de chron. passio.* longis alui fluxionibus distracta materia ad exteriora: Vlcera etiam antiqua & pruritum sanant propter abstersionem.

Nitrosa balnea quas habeant vires.

B

[illegible] [illegible] præcedenti a[illegible] [illegible] qua salis euidens qual[illegible] [illegible], cuius [illegible] apud Hispano[illegible] [illegible] passim: [illegible] n. aqua lic[illegible] ob diuer[illegible] [illegible] [illegible]nertius et [illegible] [illegible]ndi gradus obtineat, omnes t[illegible]men modice c[illegible]lfacit, vehementer autem abst[illegible]rgi[illegible] & d[illegible]ce[illegible], *vt ex Gal. lib. 9. & 11. si[illegible] [illegible] Dio[illegible] lib. 6. Pharg. c. [illegible] constare arbitror*, att[illegible] [illegible] [illegible] crustas excitat. quibus de causis præsi[illegible] [illegible] h[illegible] iure optimo expostulãt hydropici omne[illegible], vbi [illegible]hementi siti non cruciantur, œdem[illegible], quæ ex morbo proueniunt, & cosimiles affectus, qui ab humorum crassitie & lentore prodeunt, præsertim si tertia corporis regionem obsederint. M[illegible]læ etiam matricis *ex Aetii testimonio*, ac mensib[illegible] [illegible] modice fluentibus, & vteri procidentiis ob facultatem adstringentem q̃ [illegible] [illegible]ent mire prosunt. Podagricis etiam opitulantur, plerũ si [illegible]ceto misceantur, & morbus existat in declinatione: *Auic. lib. de renou. nocu. quæ accid. in regim sanit.* quoque salsuginosam aquam conferre asserit scabiei & pruritui: iam primo rarefacit cutim, licet postmodum codenset.

Balnea salsuginosa quas vires habeant.

C

Sulphurea etiam aqua calfaciendi, attrahendi, aperiendi, exsiccandi & resoluendi facultatẽ habet, *vt Gal. lib. 9. simp. aperte testatur*: quib. de causis neruos tensione induratos emollit, laxosque humiditate roborat & firmat, ob digerẽdi quam habet facultatem: sed at etiam rectũ intestini dolores, abstersa eiusdem viscida pituita, prodest irẽ vitiligini albæ & nigræ, lepræ, scabiei, impetigini, pruritui & vlcerib. antiquis pro humidis. Verum propter aperiendi ac discutiendi vires quas habet, ex vsu est spleni indurato, hepati atq; vtero Prodest etiam mirum in modum omnibus resolutis: enecuãt quidem lentam ac crassam pituitam resoluendo: coxendicũ item in morbo discussa materia per cutim, & ea quæ articulos obsederat, ac coneucta etiam intra venas, quæ resolutum erat inepta, plurimum opitulatur. Ob easdem quoque vires confert malo corporis habitui: & vlcera ægre ad cicatricem venientia ob mundantem humorem, maxime persanat: & ob eandem caussam fœminis quæ steriles ex nimio vteri madore aut flatu sunt, & his quæ ex eadem caussa vteri suffocationem patiuntur, mire opitulatur.

Balnea sulphurea quas habeant vires.

D

Aluminie infectas aquas fertur fluere in Ilua Hetrusci maris insula, & in Hispania etiam apud Gallæcios & in Italia quas vocant *Albulas*, quarum facultas est vt calfaciat siccetque vehementer, ac adstringat etiam, *vt Gal. placet lib. 4. phar. gen. c. 5. & 6.* Quapropter prosunt & sanguinis reiectionibus, & vomenti ventriculo, & his qui immodice ab hæmorrhoidibus euacuantur, aut inordinate purgantur menstruis, aut plurimum: illis etiam quæ citra manifestam caussam frequenter abortiunt. Iuant item immodice sudantibus, qui ob hanc rationem tarde concoquunt: ex vsu etiam sunt & varicibus & ex Galen. *libr. 9. phar. loc. c. 5. lib. 1. simp. c. 7.* testimonio vlceribus fluentibus ob miram quam habent exsiccationem, quibus etiam ob adstrictionem fluxum impedit.

Balneorum aluminosorum vires.

E

Mysi & Chalcitidis fontes reperiuntur iuxta Leucogeos montes: habentque hæc omnia minerali calfaciendi, exsiccandi, adstringendi & repurgandi validam facultatem, *vt ex Galen. lib. 9. Simpl. aperte videtur constare*, atque ob id huiusmodi aquæ eisdem (licet mitioribus) pollẽt viribus, quibus finitimæ sunt, quæ atramento sutorio inficiuntur,

Balneorum ex mysi & chalcitide vires.

[illegible] & [illegible] int: qua[illegible]. Cete[illegible] efficacia, tam[illegible] natura & reſi[illegible] reperire earū [illegible] non affe[illegible] lorum hu[illegible].

[illegible] aquæ [illegible] venis infectæ [illegible], aliæ argen[illegible] paſſim re[illegible] fontes L[illegible] haringi [illegible] *lumbarii* dicuntur. Æris creditur [illegible] in Vatano. Ferrei reperi[illegible] agro Lucēſi. Ex auro & ære [illegible] temperati fontes, ſicut plu[illegible] naturam referentes. Et [illegible] metallorum ſimplex reperi[illegible] tur in [illegible] o plaurit omnium ſimul [illegible] ſiquidem ſiuitimam ha[illegible], ære excepto. Hucvnum noſſe ex[illegible] rarum eſſe ex his calidos fontes [illegible] aquis reperiatur: frequen[illegible] frigidi, in quibus difficile admo[illegible]dum eſt metallorum complicationes diſtingue[illegible]re, quia metalla ex ſe parum aquis elarguntur, quod in certis ſubterraneis diuerſo modo contingit, quia tota ſui natura occurrentibus & irrigantibus aquis ſe immiſcent, vt in alumine, ſale, & atramento ſutorio, ac ſimilibus videre licet. Ceterum omnes metallorum aquæ hoc habent commune, vt eiſdem fere morbis proſint, & ab eiſdem cauſſis ſubuertis: refrigerantes enim ſunt omnes, & exſiccantes, conſtringentes ac denſantes (aqua æris accepta) ſic enim calidiſſimis affectibus, & his qui plurima humiditate iunguntur, mirum in modum proſunt, ſicut calidis fluxionibus, his præcipue quæ ad articulos dilabuntur. Opitulantur item non ſine magna plebis admiratione, viſceribus aut obſtructis aut imbecillibus, præcipue quibus calor & humiditas prævaler. Aqua tamen æris naturam referens, humidis omnibus oris, columellæ, tonſillarum, & oculorum affectibus, præſertim qui ex humida colluuie concitantur, ſunt ex vſu: habent enim huiuſmodi aquæ exſiccationem maximam cum modico calore.

SIMILEM metallicis facultatem habet chalcantoſa aqua, cuius generis creditur eſſe fons, qui apud Flandros in Leodienſi agro, vulgariter *Lexa* appellato, reperitur. Cuius aqua incredibili quadam celeritudine & efficacia abſtergit & mundat obſtructiones ex humoribus aut lapidibus meſeraici, ventris, renum, veſicæ, vteri, iecoris & ſplenis ſubortas.

Verum in gratiam horum omnium fontium expendere oportet, quod licet ex his ſubterraneis plurima ſint calidiſſima, nihilominus tamen fontes, qui ab ipſis medicantur, mitiores longe habent vires, quam ipſa medicamenta ſimplicia, tum propter aquæ [illegible] boneos, quæ retundit eorum vires, tum vero quia ex his plurimæ in ſubterraneis vrantur, quo fit, vt igne cumbuſta lentius operentur.

NATVRALIVM aquarū defectus artem ſupplere poſſe, teſtatur Galenus *lib. 1. ſimpl. c. 4.* medicamento quod nobis eſt opus, in aquam iniecto, mediocriterq; cocto, nam id quod coquitur, *vt optime Gal. aduertit lib. 3. de alim. fac. c.* [illegible] propriam qualitatem, & eam aquam [illegible] fit, vt eoſdem huiuſmodi aquæ, [illegible] paratæ vſus, eiſdemq; in indi[illegible]bu[illegible]tur. Nam cum marina aut ſalſa aqua præſto non eſt, ſale aquæ iniecto conficitur, ut [illegible] alumineoſa, & aliarum quælibet, facile eodem modo confici poteſt. Quod ſi ex herbis quibuſdam, radicibus aut floribus balneū artificiale aliquādo parare libuerit: illud quidem licebit indicatione ſumta ab effectu, cui medetur in [illegible]us. Sic [illegible]facientes fiunt aquæ iniecto *pulegio, origano, hyſſopo, thymo, tymbra, ſatureia, lauri foliis*; [illegible] huius generis: Digerentes etiam [illegible] *iniecto ſale, vel nitro, vel armentorum cinere,* [illegible] *iunipe[illegible], aut chamæmelo ipſo, anetho & ruta.* Emollientes vero fiunt *ex decocto malua, ſeminum lini, fœnugræci, radicibus althea, & ſimilium.* Ad ſiſtēdas item fluxiones parantur in coctis *arnogloſſo, polygono, malicorio, roſis, conſolida maiore, ſigillo Salomonis*, & huiuſmodi aliis. Cū vero tenſas ex flatu aut humore conantur lenire partes, hydrelæo ex *malua fœnugræco & anetho confecto, ex vſu ſit.* Sic & ad varios affectus variæ aquæ parari poſſunt, dummodo ea ſimplicia decocto adhibeātur, q̄ partis affectæ naturam reſpiciant. Nam capiti quædā peculiariter conueniūt, thoraci alia, & alia aliis partibus, q̄ apud Matthiolum in re herbaria peritiſſimum facile reperies.

OLEAGINEA balnea in ſanitatis tutela eſſe ex vſu, huc vſq; non ſatis conſtat: tamē morbis plurimum prodeſſe, omnibus compertum eſt. Habent enim eaſdem ferme vires, ac dulcium aquarum fontes. Nam oleum, q̄ ex oliuis conficitur, humectandi & modice calfaciēdi vires obtinet: quod vero ex immaturis fit, adſtrictionis nonnihil habet, atque frigiditatis. Porro oleum vetus, quod ex dulci inveteratо conſenuit, & calidius eſt, & magis diſcuſſorium. Ceterum diuerſarum regionū oleum, diuerſam quoq; maioris minoriſq; rationem in his qualitatibus habet. Ob has inquam vires exquiruntur balnea oleoſa: nam tenſas partes laxant, induratas emolliunt, ſiccas & ſqualentes humectant, dolores mitigant, cōſtrictas enim & corrugatas leniunt: tandem moderata quadam vi reſoluunt, ac digerūt quod in partibus præter naturam continetur. Hinc fit, q̄ conuulſionibus plurimum conferant, ac doloribus, & articulorum præcipue: In colico etiā morbo ex fæcum retentione, aut ex flatu, præſertim ſi oleo admiſceantur, quæ flatum diſcutiunt. His etiam ſuam gratiam præbent, qui lapide renum cruciantur, & omnib. qui laſſitudine fatigati, aut dolent, aut areſcunt: aliis item morbis ſuū huiuſmodi balnea impertiuntur, vbi in oleum iniecta fuerint medicamenta, quę vim habeant aduerſus morbos, quos curare intendimus: vt in oleo vulpino videre licet, ad induratas ex humore neruorū & articulorum affectiones. Eodem prorſus modo in omnib. aliis affectibus, vbi oleo opus eſt cū maiori aut diſcuſſione, aut calfactione, refrigeratiue ve. Sic balneū ex oleo & ſale podagricis omnibus incredibili vtilitate conuenit. Nam partes oleo laxiores factæ, ſali diſcutienti q̄ intra articulos continetur, facile cedunt. Eſt quidem præſidium hoc & rationale & expertū: cum hoc tamen id intelligendum eſt potius ad conterendas reliquias, quam ad curationem affectionis, quia curare non eſt ſemper tutum, ne roborari

extremus

Margin notes: [illegible] ex [illegible] aquas vi[illegible] habeant. — Aquarum metallicarū vires communes. — Balneorum ex aqua chalcantoſa vires. — Balnea artificialia qui fiant, & eorum medicamenta. — Balneum ex oleo tepido quas vires habeat. — Podagricorum balneū ex oleo & ſale vtiliſſimum.

extremis & ignobilibus partibus, materia m[illegible] ad nobiliores recurrat.

ETSI a[illegible] teres raro balneorum ex lacte fit mentio, [illegible] in esse existimo, quia difficile erat [illegible] congregare, quantum ad totum [illegible] verum ad balneum [illegible] repeti potest sufficie[illegible] habet efficaciam. Est [illegible] moderate calidū & [illegible] crassius, butyrosum [illegible] & omnino lacte. Verum omn[illegible] molliendi, humectandi, [illegible] citra ullam resolutionem, [illegible] quam aqua tepida: quia nec ut tepida [illegible] reddit corpus, neque resolutione languidum. Quapropter cōfert tabefactis, siue ex hectica, siue senectute, aut quauis alia occasione fiant; quia calorem febrilem, si quis est, attemperat, humectatque arefactas partes, ac suo tempore calorem tuetur ac fouet: & condensatis compactisque poris, per quos calor euanescit naturalis, vegetior redditur, qua ratione putrida laborantibus plurimum inconuenit. Ex usu etiam est his, qui calida & sicca distemperie laborant, modo in toto corpore, modo in parte sit, præsertim butyrosa parte retusa aut abiecta, cuius gratia licebit dulcis aquæ temperatæ nonnihil miscere. Nec mirum videri debet, si calidum natura esse dixerim, & refrigerare posse, siquidem primum obtinet actum ob calorem animalis, secundum propria forte.

*Balnea ex lacte quibus prosint & eorum vires.*

*Balneorum ex musto vires.*

Ex musto efferuescenti balnea etiam parari solent, licet apud veteres & probatos auctores nulla fiat eorum mentio: Cum hoc tamen experientia constat, magni esse momenti in discutiendis articulorum tumoribus, ex præteritum, quibus opus est incisio, attenuatio, & discussio crassi, lenti, & frigidi humoris. Nam dum mustum efferuescit, calorem contrahit, quo partes dilatat, & mox ob tenuitatem, & acrimoniæ nonnihil, quod obtinet, sese in affectam partem insinuat, & ob eius omnes dotes materiam ibidem contentam deuincit, ac superat facile. Qua etiam ratione doloribus, quippe ossa morātur, mirum in modum profuit: quia facile omnes partes permeat, & à quibusuis humorem discussione pellit.

*Balnea ex vino quid præstent, & quibus prosint.*

VINVM omne calidum est & siccum, licet hoc pro ratione vetustatis magis minusve obtineat. Sic enim habet omne calfaciendi, discutiendi, & desiccandi potētiam, etiamsi vinum nigrum adstrictionis nōnihil habeat. Quo fit, ut in balneo prosit affectibus, quibus calfacere, resoluere, ac robur parti addere est opus, veluti in oculorū & articulorum affectibus, dummodo ex siccitate tensionem aut immobilitatem non contrahant. Vinum similiter coquere ijs medicamentis oportet, quæ mederi possunt dictis affectibus: fouere in[illegible] vinum nouum calore necessum est, nam oc[illegible] ditatem suscipit calfactum, & ob id dictis [illegible] inutile redditur.

*Balnea quæ ex aerea sub flamma fiūt, quid præstent, & quibus prosint.*

[illegible] aerei cura atque diligentia apud veteres [illegible] tanta fuit, ut in tuenda mortalium sanitate, [illegible] recuperanda [illegible] magno cum opere varia ædificia [illegible] erauerint, cuius differentiæ usu & ratione inuentæ plures sunt, quas omnes *stufæ* nomine [illegible] prehendere cuiuis licet. Potissimum tamen huius balnei rationem constare arbitror in ipsius aeris temperie: quapropter calidam semper esse conuenit, ac humidam vaporo[illegible] nonnúquam vero siccam & [illegible] ut huiusmodi balnea multis mod[illegible] possint, & omnia præstant [illegible] largia[illegible] medendis morbis usus. Primo fieri possunt *Solis calore*: Secundo, *ex vicinia seu approximatione ignis*; Tertio, *ex vaporosa aliqua substantia, quæ medium aerem occupet & alteret*, quæ omnia ut varia sunt, ita variè prodesse possunt. Solaris namque, ex lucido & feruido sole in æstiuo moderate adhibita, duobus modis suum auxiliū præstat, uno quidem, Inunctio corpore, alio vero citra Inunctionem. Idque aut sedentibus, aut deambulantibus, aut currentibus hominibus, quod non parum interest nosse, ob variam corporis & affectus differentiam, quæ hoc profecto aut illud expostere possunt. Cæterum insolatus per se & citra inunctionem, dum moderatum est, eo multis affectib. prodest, quia ob calorem perspirationem occultam auget, sudores elicit, alvum sistit, carnē tuetur, pinguedinem excedit, tumores denique laxos tum aliorum, tum maxime hydropicorum exsugit ob ariditatem, quam ex discussione concitat. Etiam capiti diuturna frigiditate laboranti confert, ipsumque & firmius & mo[illegible] minus obnoxium suo calore reddit, sed oportet in his alium, corpusque pri[illegible] esse expurgatum, cum sit insolatio capiti nimium [illegible] huc aluo [illegible] ante non detecta, sine crudita[illegible] huc corpore impuritate fœdato. Verum insolatio corporis perunctio tum præstare similia, tū corpus multo potentius excalecare facile potest. Quare & per occultam transpirationem [illegible] dulcum, dissipatque & inflat cauterii carnem omnem cogit, atque condensat. Iam vero qui desidentes stantesque se Soli exponunt, vehementius sane quam deambulantes, & multo item actius quam currentes inurorur. Et quidem hoc auxilium maxime ex usu *hydropicis*, propter vehementem discussionē, quam molitur, ischiadicis, ac nephriticis, atque præter hæc omni[illegible] du Sol moderate agit, resolutis maximam præstat gratiam, *Elephantiacos, cœliacos, & syderatos*, & fœminas, quæ vel ab utero strangulantur, vel longe magis, quæ ab utero alba fluxione infestantur, nullo modo perfanat, ad tamen efficacius, cum in corio [illegible] cumbunt magno oleo; perunctio, ac super tenuem arenam extenso, in quo excalfacto æger se prosternat, capite prius, ne quid à sole Lædatur, eiudo linteo aut umbraculo præmunito: deinde inuertere parum atque deuoluere oportet hinc, & in aliam rursus partem se inclinare, sæpiusque ita corpus ad Solem, pro ipsius viribus, & morbi magnitudine torrefacere: nam hac lege Sol eo corpus iam patefactum se ingerit, exsugit, ac digerit, quæ frigore & humiditate corpus vexare solebant.

*Insolationis vires & commoda.*

*Insolatio capitis inimica.*

*Insolationis vis in hydropicis &c.*

*Insolationis modus.*

Stufa vero, quæ sicco calore usui paratur, multis modis construitur. *Primo* ex laconico, igne tantum calfacto, quæ quidem paratur igne succensio iuxta parietes laconici, aut in furnello, ut sub laconico solet succendi, à quo vniuersus laconici aer excalfactus usui redditur aptior. Paratur etiam ex *clibano*, quod apud Latinos *testu* appellatur: est enim quoddam testaceum inuolucrum atque tegumen, sub quo calfacto, prunisque obruto, panes coquuntur: quo vase semel concalfacto, quantum tole[illegible] possit, laborantium corpora contegi debent. *Furnus* eodem modo tempe-

*Balnea ex vapore, vel igne quibus modis fiant, & quibus prosint.*

[illegible]

... horum quæ [illegible] dicuntur, congru[illegible] exiccet, aut calida [illegible] ... lentaque, absorp[illegible] ... impulses. Qui[illegible] mo vigore [illegible], madidisq[illegible] noxis, aut cũ aliis remedijs non cedant, tunc [illegible] modeq; quicquam superiorum & omnino sicco calore opitulantium vsurpabitur, ne è vitio in vitium grauius turpiter laborantes deuehantur.

Tertia stufæ species est, in qua medius aer vaporosa aliqua substantia commiscetur, cuius gratia expendere oportet, quinq; balneorum omnium esse partes, vt ex antiquorum structura, & balneandi apparatu facile constat. Prima, quæ ab exuendo *apodyterium*, atq; *aerum* nominabatur, quo in loco lauaturi se exuebant. Cui continuo proximum erat hypocaustum, seu *laconicum*, à Latinis *sudatorium* appellatum: habebatq; hoc hypocaustum, sub pauimento locum vacuum, in quo ignis succensus calidis vaporibus eleuatis, sudorem eliciebat. Tepebat autem hac parte aer, vel ex calidis ac siccis vaporibus ab igne elatis, vel ex calidis & humidis ab herbis aut mineralibus decoctis transmissis, vel à sola aqua in caldario subtus posita feruenti, aut in ignitos lapides, aut in candentes laminas infusa, excitatis, aut ex vino, iuxta affecti corporis indigentiam. Tertium erat *solium calidum*, hoc est, *cisterna, aut vas, aut cupa*, in qua homines considentes abluebantur, vnde & *lauacrum*, aut *piscina*, vulgo etiam nominabatur. Quartum erat *solium frigidum*. Quintus vero ac nouissimus locus detergendo corpori & exsiccando erat deditus. Galenus tamen tantum meminit quatuor ex his, complectens, vt suspicor, sub hypocausto apodyterium. Quorum omnium balneorum structuram [illegible] apud Plin. *libr.* [illegible] *Epist. ad Apollin.* [illegible] de hypocausto loquens: *Cui ex vno latere præfurnium parua fornax adstructa erat, in quo ignis inclusus partim hypocaustum calfaciebat, partim aquas, supra quam tria ahea vasa diuersis graduum fastigiis, vt aqua ex vno in alterũ desluere posset, collocata erant:* In [illegible] non fastigio erat frigidarium, ex quo frigida [illegible] dio tepidarium, ex quo tepida: postremo caldarium, ex quo aqua calida hauriebatur; quant[illegible] enim aquæ calidæ à caldario exibat, tantum tepidario in cal-

[illegible] ... deducti ... morbi [illegible] ... pertub[illegible] ... borant [illegible] ... gant, ita [illegible] ... paratur [illegible] ... temeuat [illegible] aut tubulum [illegible] dem vsum con[illegible] perforatum [illegible] expedit [illegible] nere, strataq; [illegible] omnis per foramina [illegible] corpori [illegible]. Potest item labo[illegible] in solio [illegible] men sit magno quod i foramine [illegible] vapores suscipit fac[illegible] eodem modo possunt. Verum vtcunq; huiusmodi vapores & balnea parẽtur, virtutem habent calfaciendi liquandiq;, & quæ inæqualia sunt exæquandi, relaxandi cutim, & quæ sub ea detenta sunt euacuandi: habentq; etiam hoc proprium, nimirum vt sudores & [illegible]nas moueant: qua lege prosunt morbis, quib. su[illegible]dandi rationẽ diximus capite proprio prodesse.

Balnea ex varia vaporibus qui conficiantur ac quos vsus præstent.

Hæc enim sunt quæ ex aerea nunc substantia. Verum si horum auxiliorũ nihil seu libet, seu licet experiri, naturales sudationes parari possunt, ad eosdem omnino affectus, quibus prodesse diximus euaporationem, & adhuc ad vehementiores, vt ex sulphure, bitumine, aut aromate aliquo in ignem coniectis, facile conspicitur: quorum vaporem aut fumum miro quodam modo corpora laxare, humoresque diffundere ac colliquare per habitum & cutim dissipare posse, compertum est. Exsiccant etiam & incendunt plurimum, quippe qui non solum extrinsecus corpori occursant verum etiam intro per respirationẽ sese in cor & omne corpus infusos permeent, impensius sane atq; validius quam balneorum [illegible]lum, humores corpusque totum, tum affligere, tum concutere possint: quibus vero morbis peculiariter huiusmodi suffitus prosint, capite *de Sudandi ratione* abunde diximus.

Suffitus balneorum vicem suppleant.

De balneis, quæ ex solida substantia conficiuntur, nosse oportet, in tres alias subalternas species posse diuidi: quarum *Prima* constat ex arena aut sale: *Secunda* ex tritico aut milio: *Tertia* vero ex vinaceis. Quæ omnes maximum in siccandi grationibus [illegible] præstant vsum. S[illegible] maritima a[illegible]rena a quę nimirum hu[illegible]orem ac [illegible] corporum vniuersum, exsuperanteinq; [illegible] sumere ci[illegible]tra dubitationem [illegible] quæ ex[illegible] sua i[illegible]tenuissima hun[illegible] & [illegible] corpo[illegible]ris absumat. Sub qua corpus d[illegible]

Balnea ex solida substantia qualiter parentur, quot sint, ac quos vsus præstent.

[illegible] moque nouam ac æstuantem corpor[illegible] [illegible] nulare priore refrige[illegible] decta, ac corp[illegible] [illegible] oport [illegible] interuallis mu[illegible] [illegible] Verum [illegible] [illegible] nali pro ea vide[illegible] [illegible] [illegible] incaleleat, & [illegible] excut[illegible]. Iam

Balneum ex arena.

[illegible] ac [illegible] [illegible] Sedentes vero [illegible] non maius. [illegible] & hepaticos & splene[illegible] & [illegible] & quorum [illegible] vndique oportet: quippe [illegible] corpori adhibetur, [illegible] morbo vacantes debet persuadere. Nisi [illegible] dierum in morbis intermittentibus, non [illegible] maior, quam quatuordecim, neq; vnum & vigesimum diem excedat: quæ omnia facile colliges ex Herodoti libro *de remediis extrinsecus occurrentibus*. Verũ arenæ loco, vbi salis suppetit copia, eo tenuis-

G simo trito, similiter homine cooperto ad Solem vti præstabit. Ceterum altitudo salis (*quo laborans immergi debeat*) ea nimirum sit, quæ tribus palmis respondeat, alioquin salis caliditas facile euanescet. Sunt itaq; hæc auxilia grauissimis morbis arcendis commodissima, eis nimirum quibus *stufa sicca* etiam ex vsu est: idq; propter vehementem, quam habent exsiccationem. Quo fit, vt morbis

Balneum ex sale.

illis prosint, excocto frigido & aqueo humore, ac per insensilem halitum consumto, frigidoque

144 A corpore ad calidiorem habitum redacto. Tritico

Balneum ex tritico.

pari lege plures partes submergi possunt, ex his præsertim, quæ cum laborant, modicam exposcunt resolutionem, roburq; ac firmitudinẽ maiorem desiderant. Qua ratione in podagricis, tãquam summum præsidium extulit Plinius: quibus visum sæpe est, plurimum prodesse, ob roborandi, ac modice calfaciendi quas habet vires, *vt*

Balneum ex milio.

*ex Gal. lib. 8. simp. quoq; constare videtur*. Dissimili ratione vti licet milio, nimirum in his partium affectibus, vbi citra morsum exsiccare est opus: nam etsi primo ordine refrigeret, exsiccat tamen tertio, *vt ex Gal. lib. 7 simp. aperte constat*. Quapropter pedum ac manuum tumoribus discutiendis, ex salsa aut acri pituita obortis, plurimum prodest. Quod si etiam discutere oportuerit, adhuc validius, calidissima aqua multũ prius irrorare oportet, vt actuali calore frigiditatem superet, & cute adaperta humor facilius euanescat.

Balneum ex vinaceis maximos præstat vsus.

Quanquam apud ve[illegible]res non plurimum fuerit in vsu vinaceorum balneum, etiamsi in vinaceis plurimos reppererint vsus: cum hoc tamen tãta

B est eorum vtilitas, in quibusdam affectibus arcendis, vt iudicio nostro & aliorum, qui largo vsu id obseruarunt, nullum præsidium eo securius, certius, & [illegible] reperire facile liceat. Quapropter decreui, breui quodam sermone, quæ vsui sunt necessaria in hac re complecti: docens prius per vinaceos solidas vuarum reliquias subintelligere, quæ prælo subiectæ mustoq; expresso su-

Qua via parari debeat.

per[illegible]nt, *vt ex Gal. lib. 2. de alim aperte constare videtur*. [illegible]s ad hunc vsum eos parare est necessium, [illegible] plu[illegible]m prælo premendi, vt remane[illegible] possit humoris [illegible]l, recentes etiam sint opo[illegible]: [illegible] plurimum conferre ad vsus qui-

bu[illegible] apertum [illegible]t. [illegible] eos [illegible] [illegible] præ[illegible] [illegible] A[illegible] [illegible] quali[illegible] [illegible] differ[illegible] au[illegible] [illegible] Do[illegible]

C Ant[illegible] virum no[illegible] [illegible] Habe[illegible] [illegible] calorem, quo fit, vt omnibu[illegible] prosit. Hoc enim h[illegible] caliditas, vt omnibus [illegible]. Calfaciunt itaque hi moder[illegible], non [illegible] eo vt soluant, secent, distrahant, [illegible] continu[illegible], ac propterea mordacitate[illegible], doloremq; non inferunt, sed moderata hac caliditate fundunt, læuigant, ac molliunt, quod in nostris corporib. consederat, concretũque fuerat: Eatenus itaq; nos calfaciunt suo moderato calore, vt concretas in nobis frigore particulas fundat, quemadmodum similis caliditas efficere solet (*vt est Gal. sententia lib. 4. simp. c. 2. & 9.* cuius quidem proprium est fundere & liquare. Insuper cum habeant adstringendi facultatem, propter acinos & corium, quibus constant, robur partibus addere possunt, ita vt humor qui affectum patit, ab eisdem calfiat, fundatur, ac emolliatur, cum affectarum partium firmitudine

Donat Antonius Vinaceorũ vires.

D & robore: quod si diutius eis vtaris, sensim eundem humorem dirigere ac dissoluere valẽt. Quo fit, vt vniuersa eorum indicatio plurimum sit ex vsu, schyrrhosis nimirum seu induratis tumorib. tales enim affectus, *vt inquit Gal. lib. 2. ad Gla.* simile quid pati debent his, qui sub sole funduntur: Quapropter curari debent eo medicamento, quod calorem habeat tepidum, humiditatem vero neque omnino multam neque omnino minimam. Quamobrem nõ sine ratione putandum est, *Podagra & coxendicum* dolore laborantibus, præsertim ex frigidis succis, magnopere conferre, etiamsi à principio adhibeãtur, præcedente tamen totius corporis vacuatione, propter vires quas nuper diximus habere: Oedematosos insuper tumores exsiccant, ac discutiunt, vbi eis non exiguo tempore vtamur. Nec minus & neruosarum partium imbecillitates ex humiditate frigiditateq; subortas, tuto curant: ob eam quã habent caliditatẽ,

Balnea ex vinaceis vtilibus profis.

E ac siccandi & adstringendi facultatem. Aqua etiam inter cutem laborantibus, propterea non parum conducere videntur. Atqui cum modicus sit eorum calor, si quis eis moderate vtatur, æstuantes etiam frigefaciet affectus: ea enim est moderati caloris actio, vt rigentes calfaciat, æstuantes vero refrigeret, *vt de rosaceo Galenus docet*. Insuper quamuis partes frigidis humoribus plenas, ac propterea etiam in tumorem adauctas, curare valeant, non ob id extenuatis quoque partibus conducere non videntur: siue ex immodico calore, siue ex frigore, siue ex obstructione id perpetuãtur. Possunt enim vbi vt oportet, eis quispiã vtatur, vtramque corrigere intemperiem: nec nõ & ab obstructionibus liberare, ob eorum, *vt dictum est*, moderatum calorem. Quamobrem non immerito à Gal. *li. 4. simp. c.* 14. decretum est, *caliditatem mediocrem omnibus esse vtilem*. Verum vt rem concludamus, nosse opor[illegible], non licere indistincte in quibuis frigido affec[illegible] quibusuis vinaceis

Vinaceis [illegible] licet indistincte [illegible] quouis [illegible].

vti,

[illegible] affectu[illegible] quem [illegible] cauſam, ſimul & affe-[illegible] corporis temperiem. F N[illegible] frigidu[illegible], eius que frigida cauſſa ex[illegible], vinaceis [illegible] vuarum vti oportet. Qu[illegible] humidiores fuerint, tum affectus, tum cauſſa, eligere ex [illegible] oportet, qui pluri-mum [illegible] præloprelli. Quemadmodū ſi hu-more [illegible] & ſiccior fuerit, vt in duriſtu[illegible], eoſdē vinaceos calidiores, ſed modo admodum preſſos applicabis: [illegible] inter omnes vinaceos calidiores, qui ex dulcioribus fiunt vuis. Ceterum ab acidarum a-cerbarumq; vuarum vinaceis abſtinendum eſſe in eiſdem affectibus cenſeo, cum maiorem habe-ant vim refrigerandi, & exiccandi. Auſterarum tamen vuarum vinaceis, cum habuerint quandā dulcedinem permiſtam, quandoq; vtendum eſt ad affectus non admodum frigidos, ſed in quib. nõnihil caliditatis præualeat. Inter alia, quæ hoc præſidium præſtat beneficia, non minorem ha-bent vim & efficaciam in arcendis renum dolo-G ribus, ſiue à calculo, ſiue ab humore frigido, ſiue ab arenulis id fiat, nam *vt ex Hip. li.6. popu.p.2.com. 6.conſtat*, tota in huiuſmodi affectionibus curan-di ratio eſt, tenuare humores ac renum corpora mollire. Quod tutius fieri eſt perſpicuum, mo-derato vinaceorum calore, ſiquidem eo ipſo re-num corpora mollia facilime redduntur, ac hu-mores etiam tenuantur, & funduntur. Quo fit vt per renes ipſos facile poſſint deinceps permeare, & humores & lapides, citra vllam maioris caloris renum ſuſpicionem, ſiquidē moderatus eſt hu-ius præſidii calor. Vtrum ſemper aut nō, longio-145 A ri verò tempore, aut breuiori laborãtibus ſit ad-hibendum huiuſmodi præſidium, affectus ipſius conditio, & cauſſæ natura, nec non & ægrotan-tium temperies facile monſtrabunt.

Vinaceo-rum quæ.

Renum do-lores vina-ceis curan-tur.

Quæ omnia ſi quis exacte penſitauerit, facile reperiet, vniuerſam balneorū omniū tractatio-nem, ac omnes indicationes quatuor capitibus includi. *Primum* continet balneorum qualitatē & efficaciam, quæ à cauſarum cuiuſque affectus natura facile exquiritur, iuxta cauſſæ rationem: nam pro diuerſitate cauſſæ, diuerſa balnei quali-tas ex his, quas hoc capite retulimus, indicatur. *Secundū* continet quantitatem balneorum: quæ ſubintelligenda venit ſub duratione ſeu perſtan-tia laborantis in balneo: quæ etiam ſignatur, ſeu indicatur ex affectus magnitudine, & laborantis robore: nam tantum perſiſtere oportet in efficaci quouis præſidio, quantum operis conamur effi-cere. Tantum denique intendimus quantum corpus, cui mederi conamur, à propria natura re-B ceſſerit. Verum neque id ſemper medicis datur, niſi dum vires laborantis id etiam permiſerint: a-lioquin tantum à quantitate auxilii detrahere o-portet, quantum virium defuerit. Verum in bal-neis, quia ſæpe vires fallunt, tutius eſt iterato bal-neum adire, quam ob immodicam moram ſpe breuis ſalutis, in animi deliquium laborantes de-ducere. *Tertium* continet locum, ſeu apparatum balnei, quem commonſtrat ſeu indicat affectus varietas, laborantis conditio, ſeu ſtatus, de qui-bus abunde diximus *toto hoc capite*. Quartum & vltimum continet occaſionem, ſeu tempus auxi-lii idoneum, quod metitur morbi ſtatus. Hanc enim peculiarem habet condi[illegible]onem hu[illegible]o-di auxilium, vt non niſi præm[illegible] aut [illegible] acto principio & augmento affectus [illegible] cum ob-tineat. Ratio huius eſt, quia to[illegible] & [illegible] balneorum, maiori ex parti reſolutioni [illegible]rum, & attenuationi eſt idonea, præter ea q[illegible] temperandi vim habent. At quidem cum [illegible] lis nulla lege liceat in principio & augmento, & citra vacuationem aut præparationem corporis, calfacientibus, aut reſoluentibus vti præſidiis: C hinc factum eſt, neceſſe eſſe, ad debitam huius præſidii occaſionem præceſſiſſe vacuationem, & præparationem corporis, & principium ac au-gmentum affectus: Quapropter qui recte his v-ſurus eſt, hæc diligenti animo expendat oportet: ne turpiter à debita curandi ratione aberret.

Balneorum tractatio v-niuerſa qua-tuor capiti-bus com-prehenſa.

## Consilium Circa Balneorum administrationem.

CVm in arte tanquam quid inuiolabile ſanci-tum ſit, in acutis paſſionibus præſto debere eſſe auxilia, atq; nõ oportere ea mutare, niſi mu-tata affectus ratione: ita in diuturnis viciſſim mu-tanda eſſe auxilia, eadem me[illegible] conſulit, ne aſſue-facta natura minus moueatur, & ex conſequenti minus moueat, ſubigatque morbum. Quo fit, vt non ſine magna ratione antiquitus ſcriptum ſit, artem hanc noſtram duobus veluti cruribus in-cedere, *Ratione* nimirū, & *Experientia*. Ratio nam-que inueſtigat quibus expediat præſidiis in quo-uis affectu vti, quo tempore, quove ordine aut quantitate: Experientia vero materiam ſuppedi-tat, & fidem auxiliis præſtat, qua tuto adhiberi poſſint: Ruſus docet, alia aliis eſſe præſtantiora: Quod ſi credimus, profecto balneandi vniuerſa ratio dignitate ac vtilitate ceteris, quæ in medici-na cognoſcuntur, præire debet. Atqui cum in mor-bis diuturnis ex ratione ſit, vt diximus, auxilia va-riare, continget aliquando, vt alia in hæc mutare expediat: nam ad hoc præſidium aliis fruſtra ten-tatis, in grauioribus malis ſolent medici confu-gere. Ob idq; non citra maximam conſideratio-nem eo vti oportet. Sed quæ hucuſq; diximus, ad particularia tyronum gratia reducere oportet.

Medicinæ crura duo. D

Ad Balnea quando confugien-dum.

Hoc tamen in primis cognito, quod in ſanita-tis tutela, in ephemeris, ac hecticis febribus, *in la-bore* & triſtitia, in laſſitudinibus, in nudis diſtē-perantiis ac macie, citra vllam corporis vacuati-onem, corpus balneo committere expedit, alui excrementis prius depoſitis, & ieiuno ventricu-lo, præſertim in pueris, *vt ex Gal.lib.6. de ſan.tuen.c. 3.conſtat*. quia à cibo non eſt lauandum. Quod li-bere concedi poteſt extenuatis, vt ex eodem licet colligere, *lib.14.meth.c.16.* etiam calidioribus na-tura, & his qui facile reſoluuntur, & ob id in ani-mi deliquium protinus incidunt, *vt ex eodem Gal. aperte probari poteſt, li.6.de ſan.tuen.c.3.* In omnibus autem aliis, quos retulimus, id nuſquam tentare oportet, niſi & optima victus ratione inſtituta, & corpore ſatis purgato, put morbi & corporis na-turā expoſcere viſum fuerit. Quos tamē expediat à balneis aquæ dulcis arcere, docere iā aggredior.

Balneis qui vtantur ci-tra vacuationem.

E

Qui euacu-atione præ-miſſa.

Abſtinendum eſſe ab aquæ dulcis balneo, vel *ex Gal.mente cenſeo, lib.4.acut.com.42.* in oculorum doloribus vbi ſpiritus flatuoſus ob humorū pra-uitatem ad caput deferatur, & pari ratione in co-mitiali affectu, vt *ex eodem auctore libr. Aduerſus Era-*

B lneum dulc[illegible] quæ qui tenean-tur fugere.

*sist. constat.* & in aqua inter cutem, & in eo animi
F defectu, qui ortu interdum in his febribus, quæ
magna succorum abundantia sunt genitæ: nam
eis à balneo eliquatis, ac per omne corpus dispersis, periculum est, ne impetu ad pulmonem,
aut ad cor, cerebrumve irruant: præstantius enim
est, quæ circa iecur & in proximis venis subsistant.
Eadem etiã ratione (*Gal. id docente*) in febrib. à balneo est abstinendum, cum in primis venis crudorum succorum copia præest. Alienum quoq; est,
vbi aliqua e præcipuis partibus imbecilla iacet,
præsertim si inutili materia corpus abundet: nam
facile ad imbecillam partẽ liquati humores confluere poterunt. Quod apertissimis verbis dixerat Hip. *lib. 3. de rat. vict. prop. fin.* omnia complexus
vnica oratione dicens: *Minime vero tempestiuum est
eos lauare, quibus aluus in morbis liquidior iusto est, itemque eos, quibus plus iusto adstricta est, & non prius subiit:
neq; debilitatos lauare oportet, neq; ex ciborum fastidio
G nauseantes, aut vomentes: neq; eos, qui biliosum eructant,
neq; eos, quibus sanguis e naribus erumpit, nisi minus, quã
pro occasione fluat.* Prodest tamẽ & optima ratione
diuturnis febribus, præsertim vbi pars infirma
nobis fuerit: nam balneo eo tempore vniuersus
humor ad ignobilem confluet particulam. Abstinendum tamen ab illius vsu in hectica febre, si
ab erisipelate sit, *vt aperte videtur ex Gal. constare lib.
de marasmo c. 7.* Interdicere id auxilium oportet
vulneratis neruis, quoniam hi constant ex humida materia, quæ facile dissoluitur & putrescit, ab
his quæ calfiunt & humectant. Idem in vlcerib.
alienum esse videtur, quoniam ea humectat, &
246 A molliora reddit, *vt Gal. aperte inquit, lib. 4. phar. gen.
cap. 2.* Si cui etiam animus deficit propter multos
sudores, huic balneum summe nocebit. Si sanguis quoq; à quauis parte fluxerit, haud balneo
vtendum est: tum quia eo sanguis funditur, & ad
fluxum citatius mouetur: tum quia partes laxat,
& meatus apertos paratosque reddit. Quo fit, vt
his prosit, quibus sanguinem è naribus fluere opus est. Neq; vero committere oportet, vt qui vires infirmas habent, in balneum veniant, *vt optime Gal. lib. de Marasm. c. 7. consulere videtur.* Neque hi
rursus qui cibum fastidiunt, aut vomẽdi cupiditate tentantur, verendum enim est, ne, *vt inquit
Gal. lib. 3. Acu. com. 59.* hi quoq; ex balneo adeo fatigati existant, vt in animi defectum decidant.
Qua etiam lege balneare oporteat podagricos,
aut partes dolore, inflammationeve affectas lauare, eleganti quadam sententia docuerat Aet.
B *l. 3. ser. 4. c. 48.* quã breuitati consulens prętermitto, & illuc lectores remittere instituo.

Balneo frigido qui vti possint, & quomodo.

Qui verò frigido balneo assuescere volet, non
quolibet anni tempore, neque qualibet die auspicari hoc oportet, sed ęstatis tempore, die tranquilla & calidissima: si rio super natura iuuenis,
ac ætate media consistens: nam augescentib. corporibus abenissimum est balneum frigidum. Sic
etiam animo forti & hilari, ac mox à balneo plurimum totum corpus linteis perfricetur, postmodum vero exercitationibus det operam. Præterea in frigidam non cunctanter, & segniter, sed
promte, & festinanter descendat: qui n. frigido
balneo sensim se commiserit, inhorrescet prius:
*vt Gal. lib. de cau. mor. c. 3. consulit.* cauere omnino oportet diuturnam in eo moram, morbos enim facile parit frigidos, & neruorum affectus: atq; hęc
de dulcibus consuluisse sat sit. Sed docere mox
oportet, qua vi & ratione balneorum dulcium
nocumenta corrigi possint, solent enim viscera,
& iecur, præsertim in his quæ importune balneo
vtuntur, facile obstrui, si eo à cibo vtãtur. Quod
C cum accidit, excitantur dolores absque febre in
partibus obstructis, quo tempore à balneo supersedere oportet, & bibere aliquid eorum, quæ
vrinam moueãt, & obstructiones aperiant. Dandus igitur liquor est, vel Gal. consilio, *lib. 3. de san.
tu. c. 3.* in quo absinthii coma imbuerit, & medicamentum quod *absinthio, aniso, amygdalisque amaris*
paratur, quod melius est bibant ex *aceto mulso*,
postquam à somno excitati fuerint, & præsertim
postquam alimentum ex ventriculo in iecur delapsum fuerit: at qui cum ad balneum redierint,
ne in animi deliquium incidant, odorari oportet
*acetum ex pulegio*, ac si inciderint, frigida aqua irrorandi sunt, & flabello ventilandi, ac protinus educendi, moxq; vino & cibo reficiendi. At si ex
balneo frigido nerui distenti sint, vtile est, *vt Gal.
docet lib. De th. ad Pi. c. 9.* potui castoreum dare *ex aceto mulso, aut theriacam: & vnguento de liliis e sampsucino, fricato prius toto corpore.* Hoc tamen vnum vltimo loco non prętermittam, nimirum aquarum
dulcium balnea articularibus affectibus nullo
modo prodesse, sed obesse plurimum.

Balneorum dulcium nocumenta qua vi corrigi possint.

Balnea aquæ dulcis podagricis obsunt.

D Balnea quidem aquarum, quæ sponte medicatæ nascuntur, aut tales arte parantur, vt plurimum prodesse possunt quibus debite & iuxta
rationem adhibentur, ita & obesse, si citra debitam considerationem administrentur. Quapropter in his omnibus, qui iuuat opus, exquisita oportet vti victus ratione (*nisi quid aliud prohibuerit*)
& sufficienti purgatione corpus est muniendum:
nam quo vehementiora sunt in agendo, eo corpus aptius & expurgatum expostcunt. Quapropter cauere ea oportet, etiamsi his adsit, quoniã
eam intendunt, si affectus quoque calidi sint, eo
quod calidam facultatem maiori ex parte obtinent, *vt ex Gal. palam est. lib. simp. c. 6.* Quod si erysipelati admoueris, partem eam citra dubitationẽ
adures. In febribus item minime committẽdum
est, vt in his aquis æger lauetur, præsertim in biliosis. Qui præcalido suo temperamento, atque
admodum sicco, & vitiosis succis redundaut, si
se in aqua aluminosa lauerint, facile in febrem
incident (*vt Gal. lib. 8. Meth. cap. 2. aperte monet*) propter effluxus calidorum, mordaciumque vapo-
E rum cohibitionem. Sunt etiam huiusmodi aquæ
voci aliene, quoniam *vt inquit Gal. lib. 7. Pha. lo. c. 1.*
resiccant vehementer vocalia instrumenta. Capiti quoque natura calido, calidisq; exhalationibus pleno, obsunt quidem sulphurosæ aquæ, aut
bituminosæ, *docente id etiam Gal. lib. 6. de san. tu. c. 9.*
Illud item in omnibus naturalium aquarum balneis obseruandum est, ne illis committãtur, quæ
macie contabescunt corpora, neque quæ viscera
habẽt supra modum calida. At qui his vsurus est,
neq; quotidie, neq; crebro, nisi admodum fuerit validus, vti audeat, sed vt vires permiserint.

Balnea ex medicatis aquis quibus noceant.

Insolatus etiam haud temere cuiuis est adhibendus, sed his quibus febres non adsunt, & excrementa satis sunt purgata: sed præsidium hoc
magis est ex rusticis & validis hominibus, & his
qui omne medicamentorum genus renuunt, ex
vsu, quam vrbanis, & his qui delicatiores sunt. Alienus etiam est ab his, qui difficilem patiuntur
respirationem, aut effluxum à capite.

Insolatus quibus conueniat.

Ita

F ... & euapo[illegible] caput offendit, magis si sua sponte calid[illegible] ... [illegible] ... stuta omnis ocu[illegible] lædere ac imbecilliores effic[illegible] re habet, vt facilius à quauis externa ... patiantur, & fluxionem promptè suscipiant. [illegible] fimetiã inducit pulmo[illegible] ... [illegible] ... [illegible]ant, imbecillam efficiunt coctoriam ventriculi facultatem, ac in corporib. non sanis purgatis articulares concitant morbos.

*Struta omnis caput offendit.*

Vinaceorum insuper auxilium maturo consilio adhibere oportet: quam ob rem expedit vinaceos absq; aqua premere, cauereque, ne ex vuis sint putridis. Quos non longè à prælo in vsum sumere oportet, sed dum moderato calore incalescunt: vsus tamen eorum in hunc modũ se habet. Capiendi quidem sunt, ac pauimento sternendi, manibusq; prius læuigandi, vt quoad fieri liceat, partes omnes inuicem cohæreant, deinde lineis tegumentis, quæ eos omnes circumambiant, cõtegendi sunt, ne ex ambienti aere refrigerentur, seu ostiibus ac fenestris clausis, seruetur eorũ caliditas. Atque vbi eisdem vti velis, vniuerso corpore prius vacuato, ventreq; à cibis, aliisq; superfluitatib. immuni, atque exutis vestibus, scrobe quam primum longitudine, latitudine, & profunditate manibus commode parata, in huiusmodi locum sese inferat æger, pronusq; eisdem vinaceis: qui pro scrobe fienda sublati sunt, cõtegi debet, moderata manu comprimendo ac læuigando eosdem, quos etiam lineo tegumẽto mox cooperire oportet. Hoc vno animaduerso, quod si totum corpus affectum fuerit, hoc modo debet præmuniri: sin aliqua eius pars, vna aut plures, tãtumq; afficiuntur, sunt hoc modo tegendæ, sanis immunibus seruatis. Immorari autem in iis minus quam per dimidiæ horæ spatiũ nõ oportet: postea laborans in cõclaui calido recõdi debet, pannisq; contegi: at hora transacta abstergendus est, & propriis vestibus induendus. Vinaceos etiam quarto quoque die nouare oportet, ne acriorem quam par sit, calorem concipiant. Ac si laborans admodum delirosus, aut scrupulosior fuerit, linteo quodam lineo indutus submergi vinaceis oportet.

*Vinacei qui seligendi.*

*Vinacei qualiter vsurpandi.*

G

147 A

## Capvt XIV.

### De recto vsu & indicatione sistendarum fluxionum.

IPsarvm rerum euentus, ac prudẽtia ipsa docent, in malis nec desperandum esse propter magnitudinem, nec plurimum paruitati fidendũ (*vtrumq; enim remedia renuit*) namque & desperata inopinato eueniunt, fiuntq; prospere, sicuti & certa fallere solent. Nõ enim possunt omnia adhibita etiam summa diligentia, euidenter constare, ac proinde non omnia aguntur summa cum certitudine: sed quædam cum cautione, quædã tentandi gratia, alia cum periculo, ac rursus nonnulla in re desperata cum quadam temeritate, vbi ratio nõ iuuat. Quæ omnia in fluxibus euenire passim conspicimus: Nam ex leuibus ita acerbantur nonnulli, ac varia cõcitant symptomata & morbos, vt nullis (*etsi secundum rationem*) videantur cedere auxiliis. Rursus ex grauioribus plures, vel vetula, aut quiuis alius idiota, leui & spreto quodam præsidio, non sine magna doctissimorum virorum admiratione tollit. Nec mirũ si hoc frequentius in hoc morborum genere, quã in quouis alio, euenire conspiciatur, quia tãm varia est eius natura, variis & abditis concinnata caussis, vt neq; arte neq; prudentia, neq; diligẽtia adhuc summa, eam vt par est, consequi vel peritus medicus valeat: nam in hoc affectu frequentius quã in quouis alio, (*vt optime Gal. lib. de opt. sec. ad Tra. aduertit*) symptomata à diuersis eadẽ, & ab eisdem diuersa proueniunt, quod maioris difficultatis exstitit caussa. Verum etsi hoc ita sit, quod tentauerunt multi, ego etiam tentabo methodo vniuersum atq; ratione fluxus omnes & comprehedere & curare, initio sumto ab vniuersali quadã medendi ratione, vt facilius deinceps ad singulas fluxus differẽtias deuenire possimus. Quod profecto in grauissimis malis medicus semper efficere tenetur: namq; in talibus laborantes expolcũt non solum quæ possumus, sed quæ nõ possumus etiam: vt optime aduertit Hipp. *lib. de Natur. hum.* dicens: Non enim contẽtus est is qui in periculo versatur, his quæ possumus, sed cõcupiscit etiam ea quæ non possumus. Quapropter semper conandũ est in grauioribus & periculosis malis, aliquid amplius & nouum ac vtile adinuenire.

*Desperata quomodo tractanda.*

*[illegible] ... difficilis ... [illegible]*

B

C

Huius capitis gratia expẽdere oportet, humores omnes, vbi à propria sede dimouentur, vt alicubi fluant, tribus modis lædere posse. *Vno* quidem, vbi intra corpus manentes in aliquam particulam delapsi fuerint. *Alio* vero, vbi per communes & priuatos canales extra corpus defluxerint. *Tertio* quidem vbi vtroq; modo lædunt: partim nimirum fluentes: partim præter modum retenti, commoti tamen ad partem incomodam: quiuis enim horum modorũ suam exposcit medendi rationem, suasq; habet peculiares differẽtias caussis sibi propriis promanãtes. Quæ omnia pulchre docuerat Hippocrates *in Epist. ad Crat.* dicens: *Ægrotat autem* (loquebatur de humorib.) *quum humorum quid minus aut amplius fuerit, aut separatur in corpore, & non fuerit reliquis omnibus contemperatum. Necesse est enim, cum quid horum secretum fuerit & per se steterit, non solum eum locum vnde secessit, morbidum fieri, sed etiam eum in quo stat, & in quẽ propter nimiam copiam diffusum est, dolore ac morbo vexari: etenim cum quid horum extra corpus fluxerit, amplius quam redundat, euacuatio ipsa dolorem exhibet rursus: itaq; si idem intus fecerit euacuationem & trãsmissionem, ac ab aliis secretionem, geminatum dolorem exhibere necessum est, veluti dictum est, nempe & vnde secessit, & vbi receptum redundat.* Qua quidem sententia has omnes fluendi differẽtias complexum fuisse Hippocr. aperte constat. Fluxiones quidem omnes quæ intra corpus manent, à triplici oriri fonte omnibus compertum est, *A particula nimirum, quæ fluxionem suscipit: a Toto corpore:* & vltimo *à membro aliquo sese in aliud exonerante.* Particula vero, in quam defluxio decumbit, tribus modis huic vsui disponitur: aut quia à propria natura & primæua sui constitutione ad id constituitur apta, vt adenosæ omnes partes, quas vt aliarum excrementa susciperent, laxas, molles ac amplissimis meatibus patulas fabrefecit natura. *Secundo* modo cum à morbo labefactata & impotens reddita particula, cogitur fluxionem suscipere. *Vltimo* vero quia ad fluxionem paratior præ dolore, calore, aut inanitione seu vacuo redditur, non vt nonnulli falso censent, quia dolor, vacuum, aut calor trahant: nam cum dolor qualitas sit intentionalis,

D

*Humores à sua sede dimoti quot modis fluãt. Fl. differentiæ tres.*

*Fl. quę intra corpus manent à triplici prodeunt fonte.*

*Fl. vt suscipiant particulæ tribus modis disponuntur.*

F tionalis, & vacuum quid priuatiuum, realem actionem, aut positiuam, qualis *tractio est*, perficere minime queunt neq; calor adhuc, nam tãtum dilatatione partium & cauitatum, eas susceptioni aptiores reddit. Corpus vero vniuersum cum potestate superet omnes particulas, indistincte suũ vitium, siue ex plenitudine, siue ex cacochymia sit, in quamuis deponere valet, etsi ex legibus naturæ ad renoris aut cutaneis sua sponte committere teneatur. Particula vero quæ fluxionem in aliam transmittit, id semper multitudine grauata, aut malitia lacessita efficit: vtrumq; tamen fieri potest, aut quia in mandanti membro, ob aliquod vitium, perpetua propagatione generantur vitiosi humores, ac defluunt: aut quia paulatina congestione ad molem grauitati aptam, aut ad portionem irritationi idoneam deueniunt. Cuius exemplum (confirmans hanc sentẽtiam) adducit in capite Hipp. *libr. de gland.* dicens: *Caput supra positum est sursum, cauum ac rotundum existens,*
G *& humiditatem ex reliquo corpore complectẽs: & corpus simul vapores omnis generis sursum in caput dimittit: quos caput rursus retro dimittit. Non enim immorari ac manere potest id quod influit, non habens vnde sedem firmet, nisi iam caput ægrotet. tunc enim non remittit, sed istic retinet, postquam vero attractionem remiserit, in glandulas fluxio vergit*: qua sententia aperte innuit modum, quo partes paulatim congerunt sibi excrementa. Vltimo tamẽ particula aggregat quod deinceps transmittere possit, quia proprium alimentum neque conficere, neque continere po-

148 A test, sed defluere permittit. Meminit autem huius doctrinæ Galen. *lib. 2. de diff. feb. c. 11.* multis in locis, vbi diffusa oratione probat quæ nuper diximus. Quod etiam in fluxionibus quæ à capite fiunt, aperte monstrat Hippo. *lib. 3. de facul. nat. c. 13.* vbi varias recenset differentias, iuxta partis recipientis varietatem, his verbis: *Fluxiones porro de capite vsq; ad secretionem fiunt per aures secundum naturã per oculos, per nares, atq; hæ tres sunt: & alia per palatum in iecur & gulam: & alia per venas in medullam spinalem, & in sanguinem* (hoc est in carnosas partes) *quæ omnes*, inquit, *septem numero existunt, ac cerebri sordes expurgamenta sunt: quæ si non discesserint, morbus ipsi inde suboritur, si intro abierint ac discesserint, reliquo corpori aliqui morbi accedunt*: Numeratque idem Hippo. *l. de glan.* varios morbos, quos huiusmodi defluxio (*licet naturalium sit cerebri excrementorum*) intus manẽs in corpore creat: quos latius adhuc
B Gal. recenset *lib. de loc. in hom.* & plures alios enumerat *lib. 6. de san. tuen.* Sunt etiam aliæ fluxionum innumeræ differentiæ, iuxta partis affectæ rationem: nam vt Cels. *in proœm.* egregie docet, hoc periculo nullum humanũ membrum vacat. Hinc quidem oriuntur respirationis difficultates, tusses, raucedines, pulmonis exulcerationes. Hinc etiam articulares & coxendicum morbi, dolores, & alia, quæ breuitatis studio prætermitto.

Cæterum habent hæ omnes fluxionum differentiæ hoc commune & proprium, vt semper sistiac cohiberi desiderent, si membrum recipiens sanare velimus, alioquin impossibile est humoribus fluentibus id ad pristinam reducere sanitatem, licet hoc diuerso modo debeat fieri, iuxta caussæ & humoris fluentis diuersitatem, *vt paulo inferius docebo*. Aliud etiam commune habent, nimirum quod nusquam adstringentibus ac repri-

mentibus medicamentis gaudẽt, nisi fluxio tantum ex humorum tenuitate pendeat, quos imbecilla natura neq; retinere, neq; cõficere valet: quo tempore eis tuto vti licebit: ac aliis etiã quæ mali caussam respiciant: nam huiusmodi medi-
C camenta, gratia præcauẽdi membrum recipiens, ne amplius suscepter, potius adhibentur, quã fluxio cohibeatur. Nam si his iuxta membrũ mandãs, & vias per quas fit defluxus, vti velis, nil amplius efficies, quam aut naturam cogere, vt ad aliud membrũ fortasse principalius fluxioné trãsferat: aut paulo post grauata plurimum coactis & compressis humorib. maiorem ad eãdem partem conciet fluxionem: quo fit, vt tutius sistãtur per vacuantia & auertentia auxilia, quatenus ad fluxus rationem attinet, nisi fluxio ita vrgeat, vt nos cogat cohibitionis gratia eis vti. Quæ quidem eo tempore, vno è tribus modis adstrictionem seu cohibitionem fluxus moliri possint, nimirũ densatis humoribus præ frigiditate, ne facile fluant: adstrictis meatibus corporis per comprimentia medicamenta, ne fluere permittãt: aut exsiccatis & ebibitis humorib. quibus partes laxæ & mucidæ existunt: materiam autem horũ medicamentorum facile reperies cap. de *Adstringentibus*. Verũ
D quanq̃ hoc dogma aliquibus videatur, præsertim vulgaribus medicis, nimis cõtrarium ac difficile, studebo tamen, probatorum virorum testimoniis demonstrationem cõfirmare. Ac primo quidem Gal. ducens quas vtilitates afferat theriaca, hæc scripsit *lib. de ther. ad Pis. Alia vero medicamenta, quæ podagrici ex morbi auxilio bibunt, ad pedem quidem humores ferri vetant. Sed horum superfluam humiditatem non discutientia maiorem quedam morbum faciunt, nam fluxione per corpus oberrante, pulmo semper ob spirandi necessitatem motus, ac propter corporis sui raritatem ad illam excipiendam facilis, totam ipse ad se trahens, ita hominem suffocat.* Quod ego in multis experientia didici, atq; huius rei gratia ab his medicamentis abstinere consuluerim. Quod si Paulum & Galenũ *lib. 10. de com. phar. loc.* medẽtes articularibus morbis, ter quaterque legeris, nusquam potionibus fluentes humores sistẽtibus vti eos offendes, sed potius his, quæ per aluum aut vrinam eos traducant, aut dissoluant insensibiliter. Id etiam cor-
E roboratur adhuc firmius ex eodem Gal. *libr. Acut. s. com. 18.* dicente: *Nemo siquidem adstringentibus vtitur cibis, nisi vel propter symptoma, quod animi deliquiũ inducat, vel ob immoderatum ventris profluuium. Cogunt siquidem constringuntque corpora, viasq; distributionis & alimonia, tum eius quæ foras fit perspirationis conniuere faciũt.* Auic. *l. 3. Fen. 22. tex. 2. c. 8.* etiã idem asseruisse constat, dicentem: *Veruntamen plures habentium dolores iuncturarum frigidos, & complexiones humidas, non iuuantur cum solutione plurima facta potione, aut clysteri, & cum medicantur cum diureticis sanantur.* Gal. *li. 5. de san. tu.* cursus vinum decoctum cum radice petroselini tribuit, & attenuantia nõ negat arthriticis, nedũ præbere quæ adstringant. Sed vltimo, quid prosunt victus & reliqua curandi ratio, quæ densandi vim obtineant? Nam si humores intus manere, ac proinde crassos & admodum ineptos facimus, præterquam quod promtius in laborãtes arthritide particulas, vtpote imbecilliores, cõfluerit, vitio in corpore manentes, alios morbos forsitan deteriores generabunt. Si vero eos educere sit in animo,

melius

Fl. particulæ mandantis vitio duab. de caussis prodeunt.

Fl. quot enumeret Hip.

Fl. quid ad sui curationem perpetuo desiderent.

Quæ ratione adstrin-

gentibus exacerbantur.

Adstringentia in arthritide obsunt.

Vi & densanda.

[illegible] obo benigniores [illegible], quod [illegible] [illegible]is, erat agendum. Ad[illegible] ostēdisse videtur, *lib. de* [illegible] dum [illegible] it: *Fusos humores ne* *intus* [illegible] *excludas* [illegible] *revocato.* Ceterum in his [illegible] abendis fluxionibus expendere oportet, an [illegible] quidefluit à nobiliori membro in ignobilius decidat, an è conuerso, an inter paria fiat transmutatio: nam hoc [illegible] id habet laudabile, quod mutatio morbi sit. Ceterum semper compescenda est, non tamen ad membrum primo affectum reuocanda. Fluxio vero quę ad nobile membrum fit, aut reuocanda, aut alio transferenda perpetuo est. Verū q̄ ad ignobile fit, aut lenē concitat affectum, quæ potius morbi in melius est mutatio, quæ tolerabilis quidem est, aut graue, & periculosum parit malum: quo tempore, etsi à mēbro principaliori fiat decubitus, cohibenda omnino est fluxio, verum non reuocanda ad membrum princeps à quo decidit, sed euacuata funditus, si par est, materia fluente, aut aliunde distracta, aut trāsmissa. Nam cū in membro recipiente malum portendat, si decidat, ac in mādanti periculum immineat, nisi defluat, expedit ex tuto aliu humores transferre. Facta vero collatione inter membrū debile aut forte, grauius quidem est fluxionem ferre à fortiori membro factā, quam à debili, vt optime his verbis docet Hip. *l. de nat. hom. Porro quicunq; morbi à fortissima corporis parte fiunt, grauissimi existunt. Etenim si istic vbi initiū sumserint, permanserint, necesse est, fortissima parte laborante, totum corpus laborare. Etsi à validissima ad quandam debiliorem transierint, difficulter soluentur. Quicūque à debiliorib. ad fortiores trāsierint, cōmodius solui possunt: nam influentia à vi ipsarum facile consumuntur.* Qua sententia aperte constat, qua methodo vti teneatur, qui has fluxiones sistere tentat.

Verum vt ad particulares methodos deueniamus, quibus facilius curandi ratio perficitur, expendere oportet, fluxionum omnium quæ intra corpus manent, triplicem esse medendi rationē, quarum prima exquiritur *à membro mandanti*, secunda *ab humore fluente*, tertia vero *à membro quod fluxionem suscipiat*: nam iuxta cuiusuis naturam sistendi ratio variatur. Quam curandi methodum expresserat Hippo. *lib. de vet. med.* his verbis: *Omnibus autem* (loquebatur de membro mandanti) *liberatio hæc est, vt ex frigiditate quidem affecti percalfiāt: ex ardore vero perfrigerentur.* Et subdit loquens de humoribus fluentibus: *Reliqua autem omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias & intemperantias ego fieri statuo, restituuntur & curantur, vbi temperata fuerint & concocta.* Et paulo inferius reminiscitur particularum, in quas fluxio decumbit, ac subdit rursus: *Quæcunque fluxiones ad oculos, & paulo infra, ad fauces: & cuiusq; prabet medendi rationem.* Sic nobis in membro mandanti ea sunt consideranda, quæ ad fluxum caussæ rationem obtinent, circa quę magna huius pręsidii pars procul dubio versatur. Nam quo tempore membrum quod fluxionem transmittit, ob coquendi impotentiam, quotidiana humorum generatione fluxum excitat, purgare corpus & affectam partem eo tempore necesse est, ne plurimum humoris aceruari sinamus, tamen rarius, ne medicamentorum vi pusilla facultas amplius dissoluatur. Corroborandum autem sæpius, iuxta rationem distemperies, quæ imbecillitatem parit, ac membri dignitatem. Audacius enim in ignobiliorib. membris calfacere, refrigerare, humectare, & exsiccare potentius, quam in nobilioribus ac præcipuis. Quorum ratione adstringentia, ac roborantia medicamenta (*non vt fluxionem sistant, sed vt virtutem tueantur*) aliis perpetuo sunt admiscenda, ne calidis virtus plurimum dissoluatur, aut frigidis extincta corruat. A qua curandi ratione (*præmissa pro virium robore vacuatione per expurgans medicamentum, si humores vitio peccauerint, aut sanguinis missio, si eum redundare cognouerimus*) incipere oportet, & quo magis vltra procedit, ea quæ roborant, & adstringunt adaugenda sunt, & minuenda quæ vacuandi vim obtinent, siquidem tota fluxionis caussa est ipsius partis imbecillitas. Verum si particula suis excrementis non exacte ad secundam naturę legem sese exonerat, cuque sensim excrementa congregat, quibus postea grauata & lacessita fluxionem concitare cogitur, medendi ratio postulat, pluries esse purgandum, licet paulatim, siquidem vitium hoc ab expellentis facultatis impotētia oritur. Ac sicut in superiori affectu, in quo actionis vitium caussa fluxionis erat, præcipua curandi methodus in corroboratione inerat: ita prorsus in hoc versatur medendi ratio in excretione, cuius defectu affectus suboritur. Qua ratione, sicut natura paulatim sua excremēta pellere solebat, pari lege ars eandem æmulari tenetur medicamentis, quæ paulatim etiam expurgent, corroborata quodamodo particula: nō tamen his quæ adstringendi vim obtineant, sed his tantum quæ expultricē ad proprium munus iuuent, quæ potius calida ac modice humida esse debent: purgatione tamen præmissa, ne vlla sit maioris fluxionis his medicamentis suspicio. Verum si retentricis vitio fluxus conciteretur, neutiquam purgare vsquam decet, nam retentrix imbecilla nequit aduersus expellentē medicamento irritatam pugnare: quo fit vt vberior fiat demceps fluxus, ac fortasse prolixior. Itaq; in hoc affectu roborare tantum oportet, reddita parte ad pristinum statum medicamentis, quæ pugnent aduersus intemperamentum, cuius occasione virtus labascit: in quo quidē casu absolute præmissis, quas diximus, cōsiderationibus, citra dubitationem adstringere necesse est, vt quod facultas sua spōte efficere nequit (*etsi tentatur*) arte medicamentis adstringentibus hat: quorum munus est, more contentricis facultatis, partem comprimere, & quod sibi est commissum continere: habita tamen deinde fluentium humorum ratione, alias expedite xquirere sistendi methodos, quas facile venabimur, considerantes humorū multitudinem, quæ naturam grauat, qualitatem quæ acrimoniam ipsam lacessit, substantiæ modum, vt cū tenuis est, & facile dilabitur, & vltimo impetum ipsius humoris, quo in aliquam particulā ruit. Sic equidem, si materia multa est, vacuationem indicat per sanguinis missionem, inediam & frictiones, si æqualis extiterit, *vt in plethora*, si vero inæqualis, *vt in cacochymia*, purgationem indicat esse necessariam per aluum, per vomitū, vel vrinas, pro ratione nimirum partis à qua fluxio fertur. Sic cū acris est, & mordax materia, attemperanda ac mitescenda prius venit remedi[illegible] huius-

Margin notes:

Fluxio quæ ad nobile membrum fit, an reuocanda aut alio tradu-cenda.

Fluxiones indicatione sumunt à mēbro mandāte, quomodo sisti debent.

Fluxiones ob membrū mandans multis caussis fieri.

Fl. quando adstringentibus curanda.

Fl. acres humectandæ & temperandæ.

huiusmodi potestatem habeant. Humectanda etiam est, atque alijs miscenda, vt aperte consuluit his verbis Hippoc. *lib. 1. de mor. mulier. Totam humectare oportet, quo fluxiones aquosissimæ fiant, & minime mordaces, balneis multo calidis.* Quod etiam consuluit Trallianus, *c. de dysenteria non hac lege salubriter sanantur huiusmodi fluxiones: & humores mitescunt.* Pari quoque ratione si tenuis fuerit humor, & aquosus, incrassari postulat per conuenientem victu, & idonea remedia, eo modo quo fluxiones tenues in pulmones incrassamus, tenacioresq; reddimus, ne prompte dilabantur. Atqui si humor vnica ex dictis rationib. fluxionem concitauerit, contrario ei prorsus modo compesci desiderat. sicuti si pluribus aut omnibus, pari ratione omnibus his vti simul oportet. Neq; hoc sat esse solet quibusdam prolixis fluxionib. vt quiescant, sed his etiam adhibitis, importune persistãt; ratio est, quia subsunt adhuc aliæ caussæ, quæ faciliorem humorum motum efficiunt, vt partes per quas fit fluxio, raræ, molles, debiles, aut venæ, & arteriæ latiores, quæ omnes promptius redduntur peruiæ, & fluxui apertiores. Quod his verbis explicauerat Hipp *lib. de vet. med.* assignans differentiam inter partes quæ promptius trahunt aut recipiunt. *At vero, inquit, caua expassa figura influentem quidem humorem maxime omnium susceperint, non autem similiter attraxerint, solida autem & rotunda neque attraxerint neq; susceperint, dilabitur enim & non habet sedem in qua maneat. Spongiformes vero & molles, velut lien, pulmo, & mammæ, vbi admota maxime fuerint, & adhæserint, ebibunt, duraq; fiunt ac augescunt humore accedente, maxime pulmo.* Quapropter expedit raras partes densare, roborare debiles, & molles quodammodo indurare, his quæ refrigerandi & adstringendi vim obtineant. Quod equidẽ nusquam in hoc fluxionum genere tuto fiet, nisi aut euacuato, aut auerso, vel deriuato prius fluente humore, alioquin ea mala succrescent quæ paulo superius diximus. Verum quatenus ad humorum impetum & motum pertinet, tota medendi ratio stat in reuulsione aut distractione humoris fluentis, per contrarias ac maxime distantes regiones. Nam cum fluxio motus quidam sit vehemens, reuulsione esse vtendum, consulit, quæ proprium est fluxionis præsidium, *vt latius cap. de sanguinis missione diximus.* Deq; influxus curatione, auferre prius oportet, quæ humores reddere possunt fluxioni aptos: mox fluxionem ipsam alio transferre, si multitudo subsit, cum vacuatione: sin aliter, aut diuturnum fuerit malum, citra eam. Considerare etiam oportet, humores nonnunquam moueri, vel cum vehementia & confertim, aut paulatim & leniter, idq; continue, aut per interualla, vt pro ratione cuiusuis reuulsiones fiant aut deriuationes: cum vacuatione, si vehemens fuerit fluxio, vel sine ipsa, si leuis, frequenter vero, aut raro, iuxta virtuosi teriorem. Pars vero quæ recipit, quatenus ad prophylacticam artis partem attinet, methodos ac præcautionis indicationes tot habet, quot possunt esse, quæ partẽ disponere ad suscipiendum valent, nam prompte recipiunt partes debiles, molles, raræ, coniũctæ cum partibus mittentibus, cõcauæ, calfactæ, dolentes, inanes, ac inferiores. Sic pars cum imbecilla est, iuxta rationem intemperantiæ, quæ impotentiam gignit, roboranda est, *vt superius diximus.* Dolentes permulcendæ sunt, ac mitigandi dolores, raræ autem, molles, cauæ, calfactæ & inanes, ac deniq; omnes adstringendæ, ne ita facile fluxionem susceperint, quem vsum præstant repellentia omnia & adstringentia medicamenta. Ceterum quia anodyna (*vt sæpe fieri solet*) partem mollem, effœminatam, ac fluxui aptiorem reddere solent, hoc expertum sæpe habui, & ratio ipsa docet, vt semper quæ adstringendi vim obtineant, atq; exsiccandi, si fluxio admodum calida non sit admiscere oporteat. Hæc n. sunt auxilia, quibus fluxiones omnes sisti debent, quibus cohibentur inflammationes articulares ac coxendicis morbi, musculorum dolores, diuturnæ fluxiones, pertinacia etiam viscera curantur, & deniq; omnia mala, quæ ab effluxu aliquo fouẽtur.

F Hæc tenui humore quomodo curanda.

Reuulsio fluxionis proprium remedium.

Partes fluxiones recipientes qualiter tractandæ.

Anodyna miscenda adstringentia.

C

Articulares inflammationes quibus sistendæ.

Fluxiones vero, quæ partim extra prodeunt, partim quidem in via præter modum immorantur, sunt (*inter alias, quæ ad thoracem & pulmonem miru modo dilabũtur*) *Grauedo, Distillatio, & Raucedo.* Circa quas nosse oportet primo, à qua parte dilabantur: deinde qua ratione aut occasione, & ex quo ipsius partis apparatu huiusmodi vitia prodeant. Cuius rei gratia dicimus, partium excremẽta esse in duplici differentia. Quædam n. sunt omnibus partibus *Communia*, & similia ab omnib. prodeunt: quædam vero quibusdam tantum *Peculiaria & Propria*, veluti *ventriculo fæx & vesicæ vrina*. Illa autẽ quæ omnibus ex æquo accidũt, sunt veluti *tenuis quadam substantia*, quæ in halitum insensibiliter abit, & ei alia, quæ velut *sordes camisiis & indumentis adhæret* (quarum quidem ratione ex olfactu canes dominum cognoscunt, & sectantur, & inimicos ac feras odio habent, & adgrediuntur) quæ ex omnium quidem partium coctione necessario prodeunt. Præterea duplex omnibus partibus simul superesse potest excrementum: aliud Naturale ex vera nutritione resultans, qua profecto quod optimum est, ab inutili & excrementitio separatur: aliud vero præter naturæ institutũ & rationem, quod in partib. accrescit coctione vitiata, aut diminuta, aut ablata, citra vllã separationẽ optimi, ab eo quod malũ existit. Quod videtur Gal. *li. 6. de sa. tu. & l. 3. de sym. cau.* ph[illegible], loquens de diarrhœa. Sic caput quod in his tribus affectionib. fons & origo mali est, his duobus excrementorũ generibus frequentius quam pars alia abundat; alterum nimirum ex coctione & conuersione alimenti in substantiã aliti, quod in aurium sordes purgamenta illa crassa & flaua degenerãt: quod censeo esse cerebri verius excrementum, ex eius nutritione prodiens, crassa & terrestris quidem alimenti substãtia, & alitioni inepta, exusta & amarior facta, ac per eam partem ob ossium caluariæ soliditatem, per conspicuos aurium meatus expurgata: alterum quidem dum proprium alimentũ minime cõfectum, per propria emulctoria ad id destinata, quotidie expellit. Gnara enim erat horum excrementorum natura, ob capitis ipsius situm, nã caussis alterantib. & quæ coctionem peruertunt, facile erat expositũ. Ob idq; purgamenta hæc, per palatum nimirum & nares, bona prouida distribuit, intelligens si hæc defuissent, cito animal perire posse. Præterquã quod caput, vt quod cauum sit, & velut cucurbita corpori incumbat, ad se trahit, vtpote viscosa existente, & perpetuo ac facile pituita fluit, ita vt hanc alia per aliam sequatur

Fl quæ partim intra & partim extra corpus prodeunt quales.

D Excrementa duplicia

Naturale. Non naturale.

E

Caput cur sit pituitosum.

F

sequatur ad caput: & quæ [illegible] deinde [illegible] ex cibo generantur [illegible], [illegible] autem, pro ut copiosior est, [illegible] in violentius extrudit, quam [illegible] sententiam [illegible] depinxerat etiam Hippo. lib. 4. *de morb. Epist. Dem. Reg.* Quæ quidem excrementa dum plus iusto abundant, in hæc mala & longe grauiora degenerare solent: præsertim dum improspere expinguntur, aut in [illegible] liqua parte recepta diu immorantur, atq; hæc est horum affectuum origo, & ratio.

Fiunt itaque hi affectus ex duabus præcipue caussis: nimirum ex capitis Morboso apparatu, & ex Caussis quæ ipsum ad fluxum mouere nata est. Morbosus porro capitis apparatus dupliciter concitatur: aut Capite quidem suscepiante crassos, densos, caliginosos vel alunde vapores, quos quidem concretos, aut in densiorem formam, ob calorem tenuiores partes resoluentem (*non quidem vt vulgus falso existimat in aqueam naturam conuersos*) reductos, caput dum molestatur deorsum pellit, aut sua sponte defluere permittit. Quod pulchre docuerat Hipp. dicens *l. de gla. dul. Caput supra suum est, sursum cauum ac rotundum existens, & humiditate ex reliquo corpore complectens, & corpus simul vapores omnis generis sursum in caput dimittit, quos caput rursus retro dimittit*: qua sententia constat prima fluxionis à capite ratio. Fluit etiam ab eodem capite, ipso ex alimento sibi commisso excrementitios humores (*ob vitium ipsius alimenti, aut capitis*) gignente, crudos nimirum, semicoctos, aut vitiosos, videlicet salsos, nitrosos, acres, mordaces, aut erodentes. Quos equidem dum natura à se pellit, huiusmodi affectus, & longe grauiores efficere est compertum. Ceterum caussæ quæ hos morbosos apparatus in affectū degenerare efficiunt, etiam sunt in duplici differentia: nā quædam intrinsecus operantur, veluti est *feruidus corporis calor*, qualis in febribus reperitur, qui humoribus attenuatis & meatibus adapertis, huiusmodi fluxū concitare solet. Sic vinū & calida edulia, ita & alii vehementes animi motus id pari ratione efficere habent: quibus accedit etiā capitis ipsius calor immodicus, quo plus iusto ipsum à se trahit, aut à toto corpore suscepiat, *vt Hipp. lib. 2. de morbis, c. de consiliis, sententia expresse innuit.* Quædā verò extrinsecæ sunt, qualis aëris calida tēperies, modo à sole, igne, exercitio, aut aliis huiusmodi, quæ caput alterandi vehementer vires habent, prodeat: nā caliditas vtcunq; fiat, fusis humoribus & reseratis meatib. huiusmodi fluxiones facilè concitare habet, pari lege & frigiditas. Verū immorandum mihi parum in hac re est: nam vulgaris ferè omnium medicorum opinio tenet, calorē dilatatis partibus, & fusis humoribus fluxionem concitare: frigiditatē verò compressis, coarctans, & velutimanu constrictis humoribus, à cerebro expellere. Quos equidem censeo Hipp. fefellisse, qui in hunc modum protulit, *libr. de loc. in homine. Fluxiones autem ex perfrigerata valdè carne, & percalfacta fiunt, ac superinflammata. Fluxiones propter frigus fiunt, quū caro in capite & venæ tensa fuerint, hæ enim horrente carne, & ad angustias peruenīente, adstrictaq; ac excludente, humiditatem exprimūt, & simul carnes ipsa contra exprimuntur ad angustias peruenientes, & capilli sursum erecti fiunt, vtpote simul vndequaq; fortiter compressi.* Cui etiam simile in sententiā adducit Gal. *lib. 3. aph. com. 12.* his verbis: *Frigiditas aūt superueniens, veluti manu quadam extrinseca capiens ac premens cerebrū veluti spongiam quandam exprimit illā, quæ in cerebro continetur, humiditatem.* Quarum profecto sententiarum si quis corticem [illegible] expendat, facilè in confirmatum [illegible] errorem incidet. Cuius rei gratia, primo *illum modi compressionem, qua cerebrum exprimat, nusquam fieri posse*, probabo, secundo monstrabo *ex eius [illegible] Hippoc. mente, rei huius difficultatem*: tertio vero & vltimo, *qua nam ratione fluxiones fiant à frigido*, docebo. Circa primū, quāquam sit difficile credere fluxionem veluti spongia madida manibus compressa fieri, vel [illegible] dices, quia nequit intellectus capere cerebrū tantam, viuente animali, posse pati frigiditatem, vt crassissima capitis cutis, pericranem, caluariæ ossa omnino calore priuentur, & tandem [illegible] nimia frigiditate cerebri ipsius substantia [illegible] compressa expellat: præsertim cum tn [illegible] minorem frigiditatē, citra maiora mala cerebrum perpeti nequeat (*vt in lethargo & aliis frigidis affectibus facile conspicitur*) nedum eam, quæ compressionem, seu vt rectius loquar, congelationē efficere nata sit: nam ad hoc quod frigiditas congelatione & cōpressione expellat, summam (*qualis est frigiditas qua aqua cōcrescit*) esse, est necessum. Sed longe minorem, viuente animali, perpeti nequit cerebrum: ergo neq; illam. Quippe omnino [illegible] refrigerationem patietur, antequam compressione expellere possit. Prætera demus aliquod temp⁹ posse viuere animal huiusmodi frigiditate: nil minus profecto fieret quā fluxio, quinimò si aliqua esset, protinus cessaret: compressis pari lege ac coarctatis, & crassioribus fa[illegible] humoribus: nam qua ratione cerebrū pars alioquin viuens, comprimi potest, eadē ꝓfecto humor comprimeretur, præsertim cū tenuioris sit substantiæ, & ad cōcretionem facilioris: præterq̄ quod id ipsum docuerat idem Hipp. lib. 6 *pop. part. 5. tex. 17.* his verbis: *Refrigeratio quæ in ventre sunt, indurat*: ergo pari lege indurabit *ea quæ in cerebro, præsertim cum tanta fuerit efficacia frigiditas, quod cerebrum ipsum comprimat: quamobrem nil minus efficiet, quam fluxionem.* Quinimo commento loci citati Gal. suspicatur *minime esse possibile, viuente animali, excrementa posse præ frigiditate intra corpus concrescere*: & ꝓbat necessario *fluxiones sisti, & alio transferri, frigiditate comprimente & condensante.* Quod si ita est, vt re vera est, quanto minus partes viuentes, quibus datum est obtinere maiorem calorē, & fixius permanentem, comprimi ab eadem poterint. Sed quid quæso respondere [illegible] bit Hippocrati, viro alioquin sapientissimo [illegible] medicæ artis conditori primo? In qua quidem hæsitatione, ego quidem sentio, Hippocratem tantum voluisse intelligere, cutim hanc capitis externam posse comprimi, & per proprias venas à se, quod in eisdem moratur, expellere: quod iudicio nostro, videntur sonare verba eiusdem auctoris: siquidem *per venas expellere, & capillos erigi*, solum cuti ipsius capitis proprium est, præterquam quod Hippoc. nusquam cerebri reminiscitur, sed tantū carnium, de cerebro autem loquitur paulò inferius: *Quapropter ego censeo non cerebrum, sed extimas carnes posse, viuente animali, frigiditate comprimi, & à se pellere*, idq; Hippocratem intelligere, licet Galen. etiam cum vulgo medicorum decipiatur, iudicio nostro: nam qua ratione dubitat, excrementa posse in ventre à frigiditate indurari,

Marginalia: A capite [illegible] bus potissime caul. [illegible] — G — 151 A — Morbosi apparatus caussæ. — B — Hipp. error. — C — Compressionem cerebri nulli nō fieri posse. — Fluxiones an à frigore caput, ventremve premente fieri possint. — D — Hippocrati respōdetur. — E

eadem profectò tenetur credere, cerebrum non posse comprimi. Ceterum cum tantum medicorum vulgus antiquo hoc dogmati innitatur, & raro famosum cooting..t esse falsum, vt *Auerrous docet*, necessum est monstrare, *qua nam ratione frigiditas fluxiones mouere possit*. Quod equidem *vt vno verbo aperiã*, fit reclusis exte...nis meatibus, & concitato intus maiore calore, à quo, potius quam à frigiditate, per se fluxiones omnes cõcitari æquũ est intelligere. Nec credo dum certè est, me à me fallere in hac re opinionem: nam id aperta sententia docuerat Hipp. *lib. 2. de morbis c. de consilio*, docens modum, quo fluxiones à capite fiunt: refert quidem, *incalescere ipsum à cibis, à sole & à frigore, & à laboribus, ac febrium calore.* Quo fit, vt liquescat in ipso pituita, & liquefacta secedat, partim ad nares, partim ad guttur, os & inferas sedes, nam qua ratione ventres hyeme & vere natura fiunt calidissimi: sic obstructis pericranei à frigore poris, ne calor exhalare possit: credimus pituitã cerebri calore liquari, ac defluere, & hac ratione à frigore alui excrementa indurari, nimirum exsiccante calore, qui frigiditatis vi retrocedit. Itaque in hac affectione patitur cerebrũ, vt pars instrumentalis (*etiamsi interius plus iusto calfiat*) vltra modum reseratis meatibus, nun quidem compressis. Atq; hæc quidem est omnium harum fluxionum ratio, quas decumbere ad nares, us, guttur, & thoracem, ac alias subiectas partes comperies. Verum ab his quæ ad nares, quam expurgare, partim in eisdem immorari, & vtrumque etiam lædere, præsertim quod per nares excernitur aut oculos, dum crudum, acreq; fuent.

*Fluxiones quo nam ratione mouear frigiditas.*

*Fluxionum ad nares caussa.*

152' A Sistendi verò ratio & modus haud ita facilis est, vt vulgus omnino impetitum existimat, eò enim sit est ad verã medendi rationẽ morborũ apparatum nouisse, ni exactè medicus nouerit occasiones à quibus cœperit homo ægrotare: nam id expresse etiam consuluerat Hippoc Neq; adhuc hæc sufficiunt, cum tam sit varia humorũ fluentium cõditio. Nã aut humor ille qui fluit, crudus euadit ob Deptauatũ inueteratumq; cerebri habitum, aut ob ipsius alimẽti Vitium, aut ob caussam aliq Externam, quæ interturbata coctione fluxionẽ efficiat. Si verò ob capitis inueteratam distemperiẽ humores illi indies aggregentur: & crebro purgare oportet caput, & frequenter diuertere: aperta nimirũ fontanella, aut iniecto in occipitio setune, quibus qui indies accrescit, antequã defl... in partes sibi consuetas, sensim per alias distrahatur & expurgetur: quẽ vsum sæpè suB dores pstare possunt, *vt latius alibi dicemus*. Verum si ob alimenti vitium id accidat, mutato victu, & purgatis corpore & capite, subsidet protinus malum: in quo casu minimè diuertere oportet, ne crassa illa pituita ex crassissimis alimentis confecta, aliò traiecta maius efficiat malum. Quod videtur Hipp. coosuluisse his verbis: *lib. de loc. in homine. Si porro intumuerint nares, & pituita plena fuerint, atq; ea compacta, oportet pituitã compactam ac congelatã attenuare, aut fomentu, aut medicamento, & non auertere: si enim fluxus auersus alio procedet, maiorẽ morbum omnino faciet.* Qua quidem sententia constat, in compacta & praue confecta substantia consulere, dũ vitio alimenti id prodeat, non esse diuertendum, neq; coquendũ, ne amplius crassescat, sed mãattenuandum, partibus etiam illis fomen-

*Fluxiones ex capite, vt quis rectè sistere valeat, quæ & quot considerare teneatur.*

to dilatatis. Verum si aut ob Solis æstum, aut ob frigiditatẽ, aut quamuis aliam externa caussam, quæ coctionem capitis interturbare habeat; *aut quod in ipsa, præter natura modum retentum est, necesse sit expellere* fluxio cõcitetur, consectabile est, proficuum fore, his vti, quæ coctionẽ iuuent, saltem vt quod defluit, mitius & benignius secedat, ne quas partes supergreditur, aut obsidet, denuo exulceret, aut alio affectu vitiet. Quibus ẽt adC dere oportet auxilia, quæ ubliniendi partes ipsas potestatẽ habeant, sicut & corrigendi humorem, iuxta cuiusq; naturam & conditionem. Atq; hæ sunt generales indi...tiones, quibus huiusmodi fluxiones sistere oporter. Præterea considerare ẽt oportet, an caussa q fluxionem mouet, & humor ipse qui fluit, eiusdẽ sit naturæ: calida nimirũ, frigida, humida, an sicca, an diuersa: nãid quoq; nunnihil cũ mai commune sistendi rationẽ. Siquidem fluxionis motiua caussa ...lida, & morbi apparatus, ac humor qui fluit, pariter calidus, frigida artemperari, aut saltẽ moderarę naturæ prędicta exposcit medicamen...: sicut è contra, materia & caussa mouens frigida. Verũ si materia fluẽs calida fuerit, & mouens caussa frigida, aut è conuerso, temperatis auxiliis res fieri debet, quibus vtraq; indicatio compleatur. Attamẽ si his hominibus quiescere nequiuerit affectus, rationi consentaneum videtur, maiuta aggrediendũ esse auxilia, anteq huiusmodi habitus in thoracẽ, pulmonem, aut aliã præcipuam corporis particulam dilabatur, qualia superius diximus, sæpius purgato capite, dum imbecillitas ipsius nõ sit nimia, D nam sæpe id efficere maiorem solet, aut resiccato (*nõ ignito ferro, vt Veteres consuluerunt*) sed inunctionibus ceratis, facellis & aliis huius censũs appositis, aut aperta fontanella. Ad huc præterea fluxionũ genus pertinet rheumatica affectio à Gal. pluries appellata, sed maximè *lib. de sang. miss. ca. 6. & lib. 1. de comp. pharm. gen. cap. 6.* Appellat autẽ Gal. rheumaticos affectus *lib. de sang. miss.* eos, qui ex totius corporis imbecillitate prodeunt. Inquit enim, *Huiusmodi quapropter ratione prouenire scito rheumaticos vocatos affectus, toto videlicet corpore infirmo* (quæ vna est mali habitus species) *principibus verò illius partibus paululum. licet insit ipsis sanguis, grauari tamen solito, cumq; ad carnosas cutis partes protrudentibus, potissimum... glandulis excipiendi rheumatis ...* Itaq; ex hoc luco, & eo quem ant...a citauimus, constat vniuersa huius affectionis natura, E quæ sita est in facto corporis, vel alicuius principis partis intemperamento, cuius occasione vel ceteræ patiuntur defluxionem supersflui, vel ea quæ infirma est, à reliquis excrementa suscepetar. Inquit enim Galen. *lib. 1. pharm. gener. Atqui omnis dolor inflammata exacuit, irritatque, & fluxionibus occasionem præbet: quamuis rheumatica distemperie ager non afficiatur.* Qua sententia videtur constare, huiusmodi affectionem sitam esse in facto partis vel totius intemperamento, quod impotentia in viribus ipsi accrescat. Sanè eo dogmate videtur Galenus confirmasse quod dixerat *lib. de sang. missione. cap. 6* his verbis: *Merito ergo his curandu scopus est, non euacuatio, sed corporis totius roboratio: quanquã attamen curationis initium illi à sanguine misso oriatur, ac si excrementa prauam etiam qualitatem habuerint, vna adhibeatur purgatio.* Nec deest in Hipp. lucus, quo horum morborum naturã monstret, *vt constat lib.*

*Rheumatica affectio qui.*

*Eorum natura quæ.*

*flat lib. de locis in homine.* S[illegible] fulens id[illegible] co[illegible]fferens humore[illegible] af-fect[illegible] quodammodo [illegible] Gallicæ mulari, & vlcera ac hube[illegible] que[illegible] ipso compertmus: qa aperte[illegible] *lib. 1. pharm. gen* probari potest. Sed[illegible] malo & intu & c[illegible] a fluxiones [illegible], non parum molestæ. Sed harum in[illegible] *lib. de morbo Gallico, & de fœminarum morbis*

Morbum æmulantur Gallicum.

Cum varia in commun[illegible] corpus fluunt conditio, varie eti[illegible] moderare oportet: namq; ex his quæ d[illegible], & maxime sunt animantis ex vtriusque [illegible] postmodum esse poterunt, licet non[illegible] hos primo accessu dete[illegible] ant. A[illegible] lædunt, ac corpus contabefaciunt, non[illegible] quidem, etiamsi modo non lædant, [illegible] aut multò post in grauiora pericula corpus labi non cogent. Rursus, caussæ quæ [illegible] fluxionum varietatem efficiunt, ita [illegible] variæ, vt non nisi variis ac innumeris auxiliis contrariari possint. Quo fit, vt ex his fluxionibus quasdam permittere liceat, alias moderari, nonnullas omnino cohibere, ac vltimo plures ex toto finire ac terminare. Atque hæ sunt generales [illegible] harum fluxionum indicationes. Verum cum nō satis constet, neque apud auctores reperiri facilè possit methodus & ratio, qua certo quis distinguere queat, quas ex his comprimere teneatur: decreui vniuersam hanc tractationem tribus capitibus complecti iuxta tres vtiles, ac necessarias considerationes, quibus medicus vti debet, vt facilius optatum finem consequatur. Quarum prima est, perdiscere, *quos fluxus liceat sistere, quos verò permittere, moderari, aut mutare in melius.* Secunda, *quando, hoc est, quo tempore id expediat, aut non.* Tertia vero & vltima, *quibus modis & præsidiorum generibus id oporteat fieri.*

Fluxiones quæ extra corpus corrumpunt, quæ & quales sint.

Fluxus sistere quos liceat.

Quos vero omnino compescere oporteat, docent profectò tria: *fluxuum* videlicet *materia*: *accidentia*, quæ ipsos sequuntur: & vltimo *incommoda regio*. Sic à materia sumta indicatione, omnis *sanguinis fluxus* siue ex vtero, siue ex aluo, hæmorrhoidibus, renibus per vesicam, ore, aut naribus, aut ex quauis alia parte fluat, quatenus ad materiæ naturam attinet, protinus est cohibendus. Est enim sanguis ita nobis amicus & familiaris, vt nusquam nisi errans eum natura trudat, præterquā in crisibus nimia copia onusta, eo modo, quo in fœminis singulis mensibus de more habet. Eodē prorsus penitu nulla facta exceptione, *diaphoreticos sudores* statim supprimere oportet, vtpote qui & spirituum substantiā dissipant, & membrorum alimentum depopulātur, in quibus sane vniuersa vitæ ratio inest. *Vomitus* etiā quos morbi caussa, ex vtili ac alimentosa substantia coacta mouet natura, protinus cohibere oportet: sicuti vrinæ fluorē. Pari quoq; ratione fluxus qui ex mēbrorum colliquatione (*quæcunq; ea sit*) fiunt, citra morā comprimere necesse quoq; est: nam quemadmodum diaphoretici sudores membrorum substantiam demoliuntur: ita ex colliquatione & fluxu interiora viscera contabescont primo, ac totum subinde corpus: qua ratione ocyssime supprimi exposcunt, vt qui citissimam corporis ruinā minantur. Nec dispari plurimū ratione eos, quibus intestinorū ramenta committuntur (*qualis dysenteria est*) citra vllam moram sistere expedit. Nam cum ipsæ solidorum intestinorum partes in hac excidantur, præcauere oportet, ne id damnū eo tendat, quo aut difficile admodum [illegible] *cum huiusmodi membra maximo negotio sanescant* [illegible] nimium miserè succumbat. Ceterum in [illegible] modi fluxu cohibendo, diuerso prorsus modo à superioribus procedere expedit: nam illos quietare oportet citra vllam exceptionem: hunc verò finire omnimoda humorū erodentium euacuatione, quæ sufficiat redundantes humores, qui malum efficiant, radicitus [illegible], ne paulatim defluentes maiorē efficiant erosionem, maioraq; vlcera. Eadē prorsus methodo [illegible] ex crudis humoribus, aut chylosa substantia constantur fluxus, cohibendi sunt. S[illegible] fœminis finor, aut albarum rubrarumve [illegible]: nam hi si diutius permittātur, in tabem delabi corpus permittunt, quia proprio alimento priuatur (*dummodo huiusmodi fluxiones non prouentāt ex aliis morbis, qui per easdem salubriter expurgantur: nam eo tempore, aut alio sunt transferendi humores, aut aliis præsidiis consumendi*) quos omnes fluxus nec differre nec permittere vsquam expedit. Non minori negotio cogendi sunt, qui etiamsi ratione materiæ non lædant, lædunt tamen plurimum vi accidentium quæ illis succrescunt: veluti fluxus qui cum anxietate & nimio angore ac exsolutione fiunt, aut immodico ventris alterius dolore: nam quodvis horum symptomatum plurimum vires dissoluit, præcipue si cum febre iungantur. Quo fit, vt eos statim supprimere oporteat, ac naturā roborare, & paulatim alia vacuatione, si opus fuerit, corpus minuere. Sunt etiam compescendi fluxus, quos natura per alienam & incommodam regionē molitur, siquidem non minus damni licet ex loci incommoditate exspectare, quam ex inutili fluxu: namq; naturæ motus duplex est, alter, quo morbo purgat, alter verò quo morbum patit. Atqui solet sæpius humores per tam incongruā regionē pellere, quòd etiamsi morbum expurget, cohibere tamē expediat, quia aut nouum generat affectum: aut grauia concitat loci præstantia, & fluendi nouitate symptomata: aut quia inutiliter & minus prospere per alienam regionem fiet expurgatio: quapropter has quoq; fluxiones cohiberi, rationi videtur consonum, aut saltem ad congruam regionem transferre.

Dysenteriæ sistendæ modus.

Permittere ob id tantum eos fluxus oportet, (*modo per supernā, modo per infernam aluum, aut per vtramq; simul fiant*) quos ex aliena, inutili, & morbosa materia natura molitur, qualis biliosa est, pituitosa aut melancholica, atq; ex his variegata, adusta, salsuginosa, aut fœda putredine conspurcata. Appellāt quidā medici huiusmodi fluxum, *diarrhœam*, quem natura concitat grauata, sese exonerans his humoribus, aut fortasse eorū malitia lacessita, quos tanquam nollo sui vsui vtiles retinuit. Qua quidem ratione merito dixit Celsus, *lib. 4. c. 19.* sed vno die fluere aluum, sępius pro valetudine est, atq; etiam pluribus si febris absit, & intra diē septimū id conquiescat, purgatur enim corpus, & quod intus læsurū erat, vtiliter effunditur. Inquit et Aëtius *lib. 3. ser. 1. c. 35.* eandem ferè sententiam confirmans: Etenim obluctari, & excretionis cohibitionem moliri, maiorem morbum facit: siquidem quæ cohibentur sursum

Fluxus permittere, moderari aut mutare in melius quos liceat.

perlata

perlata dolores capitis, aut phrenitidas, aut lethargos aut parotidas inferũt planè perniciosos. Ex quibus equidem constat, etsi cohibere nõ expediat, mutare tñ in melius oportere, optima victus ratione instituta, nãq; licet excretiones horum humorũ plurimum speremus profuturas, tñ quia dolores & alia accidentia, quæ ab humorũ malitia crebro concitantur, virtutis casum, aut alterius mali minantur aduentũ, optimis alimentis oportet eosdẽ veluti compescere, & attemperare, vt in melius mutentur, vt ex Aëtio id quoq; loco nuper citato, constare videtur, inquit enim: *Si itaq; biliosa pura recrementa prodierint, in magis salubria ipsa permutare oportet, non tamen per cohibitionem eos curare, biliosum enim tum in ventre, tum in ieiuno intestino aggregatũ, atq; post coacervationẽ retentum, maximopere lædet: nam & stomachũ subuertit, & visceribus inflammationes infert, & sitim accendit, & febres instaurat, omnesq; prædictas affectiones in capite efficit, atque in totum grauiorem affectionem efficit.* Ex quibus verbis, adhibita in considerationem regula, quam mox adduximus, facilè licet colligere, quos fluxus in melius mutare oporteat. G

Fluxus quãdo & quo tẽpore sistere oporteat.

Quando verò, & quo tempore fluxus sistere oporteat, haud ita facile est nosse. Facessit namq; occasio maximum negotium, præsertim in hoc affectus genere, in quo dilatio vitæ discrimen infert: præterquã quod in hac arte, in quouis casu idem periculũ ex dilatione prodit: Inquit namq; Hipp. *in Epist. ad Crateuam. Ab omni equidem arte aliena res est dilatio, verum maxime à medicina, in qua dilatio est animæ periculum.* Qua quidem ratione perdiscere est æquum (*ne occulte transeat agendi aut non agendi tempus*) in quauis medica actione, qualis sit eligenda occasio. Sed circa fluxus necessum est in memoriam reuocare, dictum esse, quosdã nulla ratione esse permittendos, vt qui ex nobis familiarissima substantia fiant: cum hoc tamen, aliquando nõnihil eos fluere, est permittendum, ne naturę impetus inopinato & repentino impetu, præter eius institutum præpediatur: tantum enim sæpe natura læditur ex repentino & contrario motu, quantum ex actione præter naturã ab ipsa perpetrata. Pari quoq; ratione fluxus quos paulò superius diximus esse permittẽdos, sæpius citra moram cohibere licet. Quamobrẽ permittere oportet sanguinis è naribus fluxũ, in his quidem, qui aut capitis dolore, aut immodica totius plenitudine premuntur: sicuti & his, quibus ex vsu est per interualla huiusmodi vacuatio. Sic in hęmorrhoidarum curatione incautum est, in totum sanguinẽ supprimere, sed vna relicta, ipsum fluere permittere, iuxta valetudinis rationem, sæpe oportet: eodem etiam modo in recentibus vulneribus non statim cohibere fluentẽ sanguinem licet, tum curandi vulneris ratione, ne plurimum sanguis fluens partium coalitũ impediat: tũ verò inflammationis cohibendæ gratia. Qua ratione Galen. *lib. 4 meth. ca. 6.* dixit: *Si plurimum non fluxerit, sanguinem ex vena mittere necesse est.* Cohibere etiam eos fluxus oportet, quos alioquin *permittendos* diximus, idque iuxta Galeni præceptũ, *lib. 1. de rat. vict. com.* 18. nimirum quando aut in animi deliquium incidunt, etiamsi materiam vacuare expediat, aut cum supra modum & vires laborantis humor fluxerit: nam his duobus casibus adstringentibus vti concedit Galenus loco

154 A

Dilatio animæ periculum.

Sanguinis fluxus è naribus in quibus permittendus.

B

Hæmorrhoidum nõ statim cohibendus.

Fluxus permittendi quando cohibendi.

nuper citato. Quos, si vacuandi necessitas plurimum fuerit vrgens, moderari, & non omnino cohibere est necessum: ita vt quod sat sit, fluat: qđ verò familiari incommodat, minimè, vt in diarrhœa, cuiusuis sit humoris, licet videre: nam quo tempore moderate fluit, tuto permittitur: expurgatur enim per eam totum corpus. Verum cũ vltra modũ pergit, etiamsi humor sit ex his, qui nobis non sunt ex vsu, cohibere oportet: ne nimia vacuatione spiritus etiam euanescant, & facultates languore pereant. Ceterum in cohibendis fluxibus, qui febrib. superueniunt, modum ponit Aëtius loco paulò superius citato, nã inquit: *In principio enim aliena à natura salubriter euacuare cõsueuit, ipsa scilicet natura vndiquaq; ad superfluum & incommodum reiciendum cogente, quemadmodũ in febrilibus morbis frequenter fieri vidimus.* Conueniens itaque, rebus sic stantibus, aut vsq; quo natura omnem curam suam impenderit, expectare, aut ipsius etiam motus adiuuare. Quare in principio inquit: *Ea quæ in corporis commoditatem vtiliter excernuntur, minimè cohibere oportet.* Postquam verò iam diutius perseuerauerint fluxiones, non solum superflua euacuantes, verum habitum veluti colliquantes, viresq; consumentes, tum sane resistere eis oportet, ac omni ingenio fluxum compescere. Verum si fluxus simul cum febre inceperit, aut febris à fluxu mox secuta sit, minimè licet intrepide fluxum sistere, etiamsi febris stante fluxu curari nequeat. Quo tempore expedit, distracto humore per vomitum, vrinam, aut sudorem, fluentem humorem diuertere, ac modice aluum comprimere, & alimenta quæ moderatã adstringendi vim obtineant, porrigere. Quæ omnia egregiè docuerat Celsus *lib. 4. cap. 19.* dicens: *Impetum ventris non esse cohibendum, sed paulatim cogendam esse naturam, aut alio diuertendam, ne compressis humoribus, febris intendatur, aut fluentibus, corpus prætalore & inanitione contabescat.* Hæc quidem sunt, quæ maximè de supprimendi fluxus occasione medicum hæsitare faciunt: verum si quis attento animo expendat quę mox diximus, haud difficulter sistendi occasionem reperiet. Ea tamen est cognoscendi suppressionis tempus certior methodus, quæ ex conferentia & tolerantia fluxus deprehenditur. Nam qui non conferunt, si ferantur, modice sunt permittendi, ne naturæ impetũ præpediamus, quia postmodũ prodesse possunt, & postea sunt compescendi, si non profuerint: nam certũ est, paulò aut multo post incommodos fore. Si enim non feruntur, si vacuandi præest necessitas, moderari ac minuere eos oportet: quia dum prosunt, omnino cohibere nihil est tutum, sicuti diutius eos permittere, dum virtus non tolerat: imbecillitatem enim creat periculosam. Maiori etiam ratione si neq; conferant, neq; bene ferantur, mox sunt coercendi: deniq; certa temporis ratio potissime ex conferentia, & tolerantia exquiri debet: nil enim amplius sunt permittendi fluxus, quam dum conferunt, & à viribus tolerantur: nam vltra id progredi, *vt Gal. lib. 1. Prorr. part. 2. comm.* 38. docet, alienum est à ratione & periculo plenum.

C

D

Diarrhœæ fluxus quando sistendus.

Fluxum supprimendi tempus quæ indicent.

E

Tertia & vltima sistendæ fluxionis ratio, circa præsidia versatur, quibus singulæ supprimuntur. Atqui cum huiusmodi tractatio tam sit difficilis, quam necessaria, paulò latius cogor singulas eius

F

Fluxionis sistendæ medicamenta qualia.

partes

panes [illegible] ſtatim [illegible]

[illegible]

Sudor diaphoreticus duplex.

[illegible] ſolent. [illegible] quæ prop[illegible] [illegible] G [illegible] fluere pr[illegible] langue[illegible]. At [illegible] ribus quid[illegible] [illegible] frigidi [illegible], quidam vero calidi: hi quide depopul[illegible] [illegible] calore ſolidam ſubſtantiam, [illegible] vero ob caloris natiui paupertate[illegible], qui [illegible] id, quod facultatem cogit, libere permittet ſibi proprium & peculiare humidū diffluere, id calore orbatum reddit, vt frigiditatem maximè præ ſe ferat. Cęterum impotentia, à qua hoc vitium pro[illegible] ſit, du[illegible] ex- A ſiſtit: altera *Eſſentialis*, quæ in morientibus [illegible] ſudores concitat: altera vero, quæ ſuffocata [illegible] præ nimia copia *Accidentalis* dicitur aut diſſipata. Sic cum calor exurens ſubſtātiam depopul[illegible], frigidis calorem oportet compeſcere, tam [illegible] quę intus id efficiunt, quam quæ extrenus cutem [illegible] ſant, ac refrigeratione humores ipſos cogunt & firmant: frigidis nimuū [illegible] [illegible]ctionibus & aſperginibus, ac aëre etiam temperatiore & frigidiore reddito: quorum equidem, quæ intus ſumuntur, calorem compeſcunt, quæ verò exterius adhibentur, diſſipationem cohiben[illegible]. Cum aūt ſubſtantiæ vitio id contingit, & ſolidioribus alimentis, & cute denſiore facta, ſupprimitur. Verum ſi præ dolore aut oris ventriculi morſu concitetur, his quę effluxum prohibeant vti oportet, vt in æſtuante calore neceſſum eſſe diximus: & his etiā quæ ipſum os ventriculi roborent, ac refrigerent, qualia ſunt tum *mali punici grana* comeſta, tū ſuccus eorum: *mala* item non admodum *dulcia*, ſed B mediocriter adſtringentia, *pyra*, & ea quæ auſterum frigidumq; ſuccum obtinent, quibus præire debet feruentis aquæ nonnihil, ne ſi vitioſi ſucci aliquid in ore ventriculi præſit, adſtringentibus fixius adhæreat, & vehementius operetur Potus ét *aqua frigida*, parcus tamē, prodeſſe frequentius ſolet, & *mica panis aqua imbuta*, *aut amylum*, *vinum nigrum & auſterum* probe dilutum. Corroborare item vētrem exterius oportet *oleo roſaceo*, *omphacino*, *cotoneorum* [illegible] [illegible]*ribo*. Emplaſtrum *de cruſta panis*, *aut ipſa panis mica*, *ſucco citoneorum aut mali punici imbuta*, *piſtaciaq*, *pulueribus roſarum*, *coralli & ſimilium affigere oportet*. Quod ſi cauſſa frigida fuerit, vt ingenti fam[illegible], quam *vacuam* appellant, ſæpius contingit, *generoſi vini hauſtus* præſentaneum eſt auxilium, ſicuti exte[illegible] [illegible]ngere *nardyno oleo*, ac ſæpius partem *vino nigro* calente fouere, in quo prius ferbuerint quę adſtringe[illegible] [illegible] obtinent. Verum ſi aliarum partium dolores id effecerint, ſedare oportet his, quæ ſtupefaciendi vires ha-

beant, ſi parti natura aut ſitus [illegible] C [illegible] [illegible] *flagellatione* [illegible] *bus & rarius ſermonibus* [illegible] [illegible] mali cauſſa fue[illegible] [illegible] exercitium & de[illegible] [illegible] tum per ien[illegible] [illegible] [illegible]centa proſunt. A[illegible] oborta ſudoris [illegible] humoris peccātis [illegible] do id parce ac moder[illegible] facultas anus de[illegible] pons pręſſura non [illegible] *curbitu* & huiuſmodi [illegible] [illegible], quæ humo[illegible] [illegible] intus [illegible] exteriora diſtrahunt. A[illegible] quoq; [illegible] [illegible]po ribus accidere ſolent, qui etian[illegible] [illegible] nō ſint, in [illegible] phi[illegible] [illegible] trahunt: qui profecto [illegible] labo[illegible], dormientibus, aut vigilantibus [illegible] [illegible]unpunt. Expēnder[illegible] tamen oportet, nos hic non lo- D qui de his ſudoribus, qui aut plurimo alimento, aut immodica humorum redundantia concitantur *quos ſola euacuatione, aut ciborum parſimonia ſiſte relinet* [illegible] ſed de his tantum, qui aut cutis raritate, aut humorum tenuitate, aut facultatum impotētia fiunt, quos equidem ſiſtunt, quæ craſſiores humores gignere nata ſunt, aut eoſdem cogere & denſare, & ea etiā quæ adſtringendi cutim vites obtinent, qualia ſunt *cimolia terra*, *Samia*, *Lemnia*, & huiuſmodi, tum *ferrata aqua*, diſſolutis, præſertim in calidis temporibus, tum ad exteriorem illitionem *oleo myrthino*, *ac immaturarum oliuarum*: balnea item aluminoſæ aquæ peculiarem in hoc caſu habent efficaciam.

Et quidem ptyaliſmus ſaliuæ frequens & immoderata eiectio. Vocatur autem Saliua humor quiuis, qui per os ſine tuſſi, exſcreatione, aut vomitu reijcitur, cuius frequens & moleſta ſputio, quæ ob expellentis facultatis irritationem, aut retentricis imbecillitatem fit, ſymptoma eſt. Atqui E cum ſaliuam naturalem (*quæ nec qualitate*, *nec quātitate materia modum excedat*) glandulæ vtrinque linguæ aſſiſtentes (*quas peculiari nomine tonſillas appellant*) perpetuo eruptent: tum vt madeſcat lingua & larynx: tum verò vt eius perfuſione ciborum perfractio & prima coctio in ore exactius cōficiantur, credendum quidem eſt, dum immodice deſluit, ob earum partium vitium fluere, eſt enim ſaliua recrementum alimenti earum partiū. Sic lingua & tonſillæ, & oris partes fungoſam albamq; conſtitutionēm habentes, cum id quod affluit ſibi aſſimilandi vim ſortitæ ſint, familiare & proprium recrementum tale efficiunt, qualis ſaliua ex naturæ præſcripto omnino eſt. Itaque cum ſecundum naturam omnes partes oris ſe habuerint, nec immoderata, nec copioſior, ſed pro naturæ mediocritate & vſu cumulabitur ſaliua: vbi vero aut cerebrū humidius fuerit (*nam et huiuſmodi partes*, *vt ſe expurget*, *à natura tributa ſunt*) aut excrementis immoderatis congerendis idoneū, vel oris partes intemperie aut imbecillitate aliqua aut morbo partibus organicis proprio laborauerit, illiſq; vel copioſius vel non ſatis congru- F um præſtatum fuerit alimentum, aut vicinarum

onus

Sudores cos post accidentes [illegible] [illegible] in[illegible].

Ptyaliſmus hoc eſt. ſaliuæ fluor, quomodo compeſcendus.

Saluia quid.

Ptyaliſmus ex quibus cauſſis oriatur.

Sudoris diaphoretici [illegible] [illegible] [illegible]nant.

Pharus ſudoris diaphoretici quomodo compeſcatur.

Quæ quidam mala prudentia ac con[illegible] sæpius præcauere solent: qua ratione d[illegible] nonnulla hic scribere, ex his quę diu obseruaui, & ratione videtur consentanea. Primo in *omnibus* fluxionibus obseruare oportet, ne naturæ impetum statim præpediamus, nisi in his, quæ inutilia natura fiunt, velut sunt diaphoretici sudores & corporis colliquamenta. Verum in his, quæ irritata expellente [illegible] culeate fiunt, primum curantis consilium sit, iuxta caussam, quæ fluxum excitat: nam in his fluxum intendere, & totum conatum ei apponere sæpe est fustra. At in retinētis facultatis vitio primitus fluxū cohibere oportet, mit[illegible] eq; ea medicamenta, q impotentię caussam auferant: quod etiam in coctricis iactura agendum est. Verum in his, qui instrumenti vitio fiunt, fluxibus, si caussa vim adhuc perstiterit, eius primo est habenda ratio: sin minus, fluxionis tantum. Peculiare est etiā expendere oportet, in omnibus nō licere sistere, quos rudioris ratione mouet natura, neq; sponti[illegible] nos, si conferūt, & bene feruntur, neq; eos quos nauseatiua sacietas excitauerit. At dum humores vitiosi in ventriculo aut aggregantur, aut generantur, per statuta interualla eius vomere necesse est, ne humorū copia aut malitia morbosi vomitus ei [illegible]tentur. Item in bis vomitibus, quos infarcti humores & adhærentes concitāt, nulla ratione adstringentibus vti oportet, sed his medicamentis, quæ coctionem iuuant. Verum si venter humoribus inundauerit, vacuatis illis prius, roborantia & adstringentia sunt adhibenda: tum ne amplius suscepter, tū vero ne plures deinceps gignat. At in euacuationibus, quæ in morbis fiūt, cōsiderare oportet quasdam esse naturales, alias secundum naturam, & nonnullas præter naturā. *Naturales* appello eas, quæ fiunt ex alimentorum excrementis quotidie. *Præter naturam*, quę vel per locum non naturalem, vel ex materia, quam retinere erat opus. *Secundum* vero naturam eas censeo esse, quæ ex vtili fiunt materia naturā excrementi æmulante, aut vitiosam, quantitate, qualitate, substantia aut tēpore. Præterea eas omnes, quæ sub hoc genere continentur, censemus esse in triplici differētia. Nam quædam sunt Symptomaticæ & natura patiente inconsuetū irritamentum: quædā vero sunt Criticæ a natura videlicet regulanter agente, quo ad consuetum a[illegible] ndi modum,

Fluxionum quædam statim comprimendæ, quædam non. I.

E

II.

III. Euacuationes in morbis triplices.

Huac Symptomaticæ, aliæ Criticæ & Symptomaticæ.

F

modum, nimirum post coctionem & separationem vtilium ab inutilib. Item aliæ sunt, quæ aliquomodo dici possunt *criticæ & symptomaticæ* simul, cuius naturæ sunt excretiones, quæ fiunt in morbis, qui constant ex mista & heterogenea materia, præsertim ex flaua bile & pituita. In quibus frequenter conspicimus duplicem statum, alterũ ex cocta bile, quæ citius maturescit: & reliquũ ex pituita, q tardius. Quo fit, vt bile prius cocta, fiãt excretiones, admista tamen aliqua pituita non cocta, cũ leui tolerantia & conferentia, non quidem integra & perfecta, quia remanet pars materiæ pituitosa cruda, & q̃ morbũ protrahet. Quod euidenter constat, euacuationes hac lege factas, partim esse criticas, & partim symptomaticas, qa G hæ vacuationes aliquando degenerant in dysenteriam, vel ad minus fiunt citra integrũ leuamen. Cum hoc tamen nulla harum, quæ iudicatione fiũt, cõpescenda est, sed aliquãdo si defectione fuerit, iuuanda aut natura reparanda, quo felicius concoquat, & securius ac salubrius excernat.

Euac. critica nulla compescenda.

172 A In diabetica autem passione tutissimum est consilium, raro vti expurgantibus medicamentis, ne iecore & renibus concalfactis, intensius sitiat laborans, ac plus potet, & vberiorem fluxum conciteт: lenientia vero medicamenta sæpius adhibere, longe est vtilius.

Purgantia in diabetica passione vitanda.

Obseruatione etiam dignum est, menstruas purgationes, dum naturæ modum plurimum nõ excedunt, etiamsi grauissimis prorumpant accidentibus, nusquam licere supprimere, nam deteriora suppressæ concitabunt: ac si quando contingerit, ei aliam succrescere vacuationem, eam supprimere conuenit, menstrualem vero aut amplius prouocare, aut si id non tulerint vires, permittere, quia vtilior est, etiamsi debitũ tempus peruenerat: Quapropter aliam eo tempore prouocare, quæ contrarium inferat naturę motum, ab omni ratione alienum esse censeo: Quinimo omni ingenio, B vtrasq; aut alteram vacuationem moderari est necessum: artus tamen prius vsui & exterrnas partes primum constringere oportebit (*vt in fluxibus omnibus vtriusq; ventris consuluerat optime Auicenna lib. 1. Fen 4. c. 16.*) ab alis & inguinibus exordio facto. Poscam item non frigidam, sed tepidam propinare, & eadem posca locos perfundere, & multam lanam oleo rosaceo aut mellino, at myrtheo cum modico vino imbutam imponere: quæ omnia tepida sint oportet, ne vterum & vesicam perfrigerent. Imperandum est quoque vnius diei ieiunium, quod si tolerare nequeant, panis micam ex *succo granatorum* adhibebimus, aut *alicam, oryzam*, aut *amylum*, aut *ouum sorbile frigidum*. Posca vero dũ vsu venerit, vt recens prosit, admisceatur decoctum *balausti, hypocistidis aut acaciæ*. Pari etiam methodo consulo, cum è duabus vacuationibus alterã supprimere necessum est, non debere eam esse, quæ aut familiarior est, aut antiquior, aut laborãtis naturæ commodior, sed omnino huic contrariam: nam quæ assueta sunt, insuetis minus molestare solent.

Mẽstrua ni modum excedant, nunquam supprimenda.

Menstrua immodica vt sistenda.

C In fluxibus quidem sanguinis, toto animo expendere oportet, *ex Galen. præcepto lib. 4. Method.* ca esse eligenda, quæ naturæ laborantis magis sint familiaria, siue alimenta, siue medicamenta sint, & ea omnino fugere, quæ contraria fuerint. At perstante caussa, quæ sanguinis fluorem mouet, *siue vitium, siue plenitudo sit*, nulla ratione sunt adhibenda medicamenta, quæ aut fluxum comprimant, aut vicos sanare intendant: Quamobrem appositissime Aëtius *libr. 4. serm. 1.* [illegible] 6. consulit, ante cuiusuis fluxus curationem per topica auxilia, sanguinem esse detrahendum: Inquit enim: *Mulieri rubro fluxu vexatæ, primum sanguinem euacuabimus per venæ sectionem*, hæc enim non solum materiam ad vterum confluentem diuertit, sed detentionem ẽt ac constrictionẽ tutam efficit: multa n. sequerentur incomoda, si sanguinis vel cuiuscunque fluxus lationem localibus auxiliis reprimeremus: nam aliquæ in hydropem, aliquę in neruorum affectiones, aut oris, ventris, aut capitis vexationes collapsæ sunt. Verum in his omnibus D dum operari desierit caussa, primum sistere sanguinem expedit: post vero ruptum vas, aut erosum sanare oportet, debito sibi, *vt diximus*, præsidio: euerrere n. huiusmodi methodum, non solum nil commodi afferet, verum damnum longe deterius reddit: cauere tamẽ laborantes hoc fluxu oportet à vino, à balneis, à venere, ac vociferatione, sicuti à confertis & subitaneis sanguinis missionibus (*dummodo ex plenitudine vitium nõ oriatur.*) At in alui profluuiis, sicuti oculorum passiones ipsa persanant, citra vllam capitis curationẽ, ita in balbutientium fluxionibus tota curãdi ratio, vt fluxio sistatur, humido capiti est adhibenda: alioquin periclitabitur laborans, ne fluxio illa in principaliorem partem decumbat, comprimentibus adhibitis. In tabidis quidẽ semper esset tutum fluxionem sistere, ni tamen esset difficile factu. Ceterum tentare oportet saltem his, quæ diuertant ad vniuersum habitum: sic in extenuatis fluxum nusquam permittere oportet, neq; in prægnantibus: sed facilimis præsidiis semper sistere, his præsertim, quæ corroborandi vim obtineant, & optimũ nutrimentũ edulus. E In fluxibus vero complicatis, hoc est tutissimũ præceptum, nimirum medicamenta, quæ vni fluxus speciei prosint tantum, nusquam adhibere tam vehementia, quantum affectus ipse postulat, sed aliis, quæ alteri speciei conferant, parum attemperata ac commista, etiamsi in totum non prosint, quia tutius est, in diuturniori tempore complicatum affectum curare, quam in breui tempore ob medicamentorum vehementiam, laborantem perdere. Plus namq; læditur fluxus, alterius fluxus medicamentis, quam proprijs iuuetur. Quod intelligi debet, dum affectus non conueniunt in caussa aut morbi ratione, nam si conuenerint, satius est, vnius rationis esse auxilia.

In fluxibus sanguinis sistendis quæ expendẽda.

Fluxu sanguinis laborantib. quæ cauenda.

Alui profluuia quam curam postulent.

Tabidorum fluxus sistendi.

Prægnantiũ fluxus non permittẽdi.

Fluxus complexi quã requirant curam.

## Capvt XV.

### De recto vsu & indicatione prouocandi suppressas fluxiones.

Tanta est consuetudinis in nostris corporibus vis & efficacia, vt iure triplicem reperiatur habere potentiam. Quarum prima est, *morbos propellere tanquam natura ipsa*: altera *corpus à variis præcauere affectibus*. Tertia vero & vltima, *non minus alterari aut iuuari ab auxiliis, ac natura ipsa*: Quapro- F pter assueta (etsi præter naturam sint) æque corpus tuentur, ac ea, quæ ingenita sunt & naturalia: quæ etiam dum mutantur, haud secus ipsum perdunt, quam ea, quæ nobis à principio innata sunt. Magna quidem res est consuetudo, *vt Gale-*

Consuetudinis in corporibus quanta vis.

vt Galenus [illegible] quæ [illegible] in [illegible] ab [illegible]. Ex quo q[illegible] urta est [illegible] qua

G Gale. *libr. Artis med.* mou[illegible] & conseruatione corporum, quæ ab op[illegible] cesserunt: quæ quidem [illegible] sequantur, redu[illegible] nd[illegible] tota specie optimum est. [illegible] cum a sua *qualiscumq, ea sit* n[illegible] ta & consuetudine auxilium exspectent (*si verum est quod scripsit Hippocrates lib. 6. Vulgar. Naturas esse morborum medicatrices*) reducentur, impatiuntur, & infirmantur. Quo fit, vt nullum obti[illegible] ant redu[illegible] n locum. Tanta itaque est consuetudinis efficacia, vt

173 A dum corpus laborat, perinde ac ipsa natura seruari desideret: alioquin corpus infirmatur. Præcauet hæc *certo* corpus ipsum à varijs affectibus: nam quod morbosum alioquin foret, salutare efficit: quemadmodum consuetæ vacuationes (*quæ sua sponte graues forent*) multorum affectuum præsidia fiunt: quibus suppressis (*quod alias esset proficuum*) consuetis grauissima & varia minantur & inferunt mala: quapropter ex ratione me fecisse suspicabor, si docuero, quis ex fluxionibus liceat tueri, aut cum supprimuntur, iterum excitare: quid denique antea considerare expediat, & quibus præsidiis easdem liceat mouere.

Fluxiones internæ supprimendæ vtrum & prouocandæ & excitandæ.

N o s s e tamen prius oportet de fluxionibus, quæ intus manent, quale sit proferendum iudicium, qualisve prouocandi ratio. Eis itaque quæ ad partes internas prolabuntur, facilius assuescit natura, vtpote quæ minori fiant spirituum dispendio, & aliquali membrorum recipientium tractu & apparatu, licet hoc habeant omnes hæ proprium & peculiare, vt nusquam citra manife-

B stum alicuius partis damnum profluant. Quamobrem earum habitus semper est detestabilis, præsertim cum fluxio delabitur in partem aliquam principem, quam potius eo tempore supprimere expedit, quam dum quieuerit excitare. Verum vtcunque sit, huiusmodi fluxiones mouere, nusquam conuenit, cum sua sponte supprimuntur, etiamsi alios excitent, aut minentur affectus, sed tota curandi ratio versari tenetur iuxta alterius vacuationis excitationem, quæ extra pellat, quod intus reclusum denuo in affectam partem defluit: modo per expurgans medicamentum id fiat, modo per vomitum, vrinam, sputum, & huiusmodi alias manifestas excretiones, ac præcipue per *fontanellas* & *setones*, quibus internæ fluxiones facilius & tutius subsistunt, *vt proprio capite latius monstrabimus.* At si fluxio per varices quas appellant, ad aliquam partem delapsa fuerit, easdem tutius est, vbi euanuerint, prouocare: nam periculosum & graue est, eas supprimere.

Fluxio per varices non supprimenda sed prouocanda.

C Quapropter calorificis lauacris, frictionibus, & validis illius partis, vbi præfuerat, exercitiis confestim eas excitare oportet, aut partem prope earum antiquum situm, ferro candenti inurere, vt per eandem humor delabatur, expurgeturq; corpus à varicum spurcitia: etiamsi ex vsu sæpe sit, easdem per medium secare, ac impedire defluxu partis, cuius vitium eisdem prævaluer, sed præcauere corpus deinceps cautius necesse est: nam hæ

vb[illegible] corporis, [illegible] tus part[illegible] principe[illegible]

E[illegible] oportet [illegible] quæ ex[illegible] bus [illegible] a principio [illegible] & totum [illegible] depe[illegible] *diaph*[illegible] & *excretiones*, [illegible] uatione [illegible] plures aliæ, q[illegible] lo modo natur[illegible] per[illegible] ta cogunt mut[illegible] quibus assuesc[illegible] na-

Suppressa fluxiones ex eius qua modo excitandæ.

D tura sustinuer[illegible] eandem mut[illegible] re p[illegible] depascere, v[illegible] *a tho-race*, & huius cens[illegible] lam constat quibu[illegible] natura ipsa, quo fit, vt nullis cedat p[illegible] ius, [illegible] so-mne auxilium habitu acquirat. Quæ [illegible] ius sunt in duplici differentia: Quæ [illegible] sæpe & vtiliter primo accessu [illegible] fallunt, & in perniciem laborantes deducunt, vti *alui deiectio*, & *vomitus ex sanguine*, & *vrinæ fluor*, aut *sanguinis mictus*: quibus sæpe vtimur naturæ cum conscientia & tolerantia: præsertim in his quibus aut membrum aliquod est mutilatum, aut iecur supra modum calidum & sanguificum. A quibus etiam vacuationibus sese temporis tractu retrahit natura, non minori animantis commodo, quam dum fluebant. Quas equidem neque supprimere, dum habitu aliter prodeunt, neq; vsquam prouocare, etiamsi præter rationem & proprium habitum supprimantur, expediet, neque adhuc

Vacuationum quibus natura non [illegible] differentia.

Vacuationum quibus vtro assuescit natura differentiæ.

An ea supprimendæ.

E morbis ex earum compressione concitatis, namque graue & periculo plenum est, huiusmodi concitare fluxiones. Quamobrem tutius est alias vacuationib. earum defectum supplere, quibus humores per easdem solitos fluere euacuemus: quam easmet etiam consuetas prouocare. Namque vrinæ fluor præter naturæ modum, sæpe est periculosus, licet assuetus: minatur enim aut *diabeticam passionem* aut *vesicæ vlcus*. Quædam vltimo ex his sunt vacuationes, quibus tam auide natura assuescit, vt nusquam ab eis liceat subsistere, citra maximum animantis discrimen. Veluti sunt *vomitus & fluxus alui moderati*, aut *sanguinis per nares, hæmorrhoides & vterum*. Item *euacuationes, quæ fiunt per fistulas aut manantia vlcera ac sputa crebra*: modo à thorace prodeat, modo à capite, aut à toto: veluti & natium emunctio quibus natura sese tuetur, ac defendit à varijs, quos antea patiebatur affectibus, & alios plures præcauet: nam cum habitum alicuius vacuationis contrahit, hos citra dubitationem præstat vsus. Habent quidem omnes hæ vacuationis

Vacuationes quibus per maximum [illegible] natura assuescit.

F speciebus hoc proprium & peculiare, quod vbi earum semel natura habitum contraxerit, amittere amplius nequit, nisi aut ætate mutata, aut morbo oppressa, aut alterius affectus præsaga, aut vltimo alia vacuatione distracta. Cum n. ætate mutatur, natura ipsa alium iam contrahit habitum, qui licet præcedenti sit contrarius, aut diuersus, non minus salubris efficitur, quam is, quem ætas deuastauerat: quo tempore neq; eundem excitare fluxum, neq; alio eius defectum implere, citra maximum discrimen poteris: quemadmodum videre licet in fœminis, quibus præ senio menstrua defecere, & in iuuenibus, quibus [illegible] neceture

Vacuationis proprium.

nectute siccatur, & in aliis, qui præ corporis athletico habitu & iuuentute, statutis temporibus sanguinem è naribus fundunt, quibus vbi ætas, aut corporis habitus consenuit aut mutatur, nihil amplius profluet citra manifestum damnum. Habent etiam id proprium hæ consuetæ vacuationes, nimirum quod natura cum iuxta proprias leges se habet, quod sibi in tempus sperat fore molestum, ingentis vacuationibus propellit, idq; non ex consuetudine, sed ex lege. Sic consuetudo, tuendæ naturæ gratia eandem seruat legem, & id quod semel naturæ vsui esse, cognouit: qua ratione cum ab incepto naturæ præsidio inuita subsistit, facile in grauissimos morbos prorumpit, quales suppressæ vacuationes moliri solent: quas equidem iterum reuocare, ipsa medendi ars manifeste docet: tum præcautionis, tum vero curationis gratia: Supersedit etiam natura à consuetis vacuationibus, sæpe ab alia vacuatione distracta, quod solet illi esse grauius, tum quia distracta magis labascit, tum vero quia ab insuetis vehementius læditur. Atq; etiam ob id, quod raro impletur defectus consuetæ vacuationis, per insuetas, citra nouū damnū: qua ratione expedit assuetam tueri, nisi aut plurimum fuerit molesta, aut superueniens admodū proficua: quo tempore probare & tueri mutationem oportet. Verum cum suppressio non ob distractionem, neq; ob mutatā ætatē, sed aut naturæ lapsu, aut noui fluxus aduentu contigerit, quas vltimo loco diximus vacuationes excitare, dum supprimuntur, omni negotio expediet, ni grauius aliud malum placuerit certius exspectare. Verum quia in his concitandis, etiam quid peculiare, & cuiq; proprium obseruare conuenit, ne intrepide fiat, consultissimum mihi videtur, singulis excitandi rationem præscribere.

G — *Natura quādo supersedeat a consuetis vacuationibus.* — 174 A

Inter fluxus, quibus semel natura assuescit, & postmodum supprimūtur, nullus certe est, quem prouocare iterum deceat magis, quam eum, qui per os & nares expurgatur: quod facile duabus rationibus probari potest. *Prima*, quia sputum & narium pituitam prouocare, facile & tutum est, tum ob medicamentorum, quibus id molimur, facilitatem & securitatem: tum vero, quia nullū ex prouocatione sequitur incommodum. Quibus autem id fieri debeat, capite de *purgatione per sputum* abunde diximus. *Secunda* vero ratio, quia vbi huiusmodi vacuatio suppressa iterum non excitatur, in grauissimos morbos tum capitis, tū thoracis & articulorum frequenter degenerare solet: Quapropter citra discrimen, aut reuocanda est per nares & palatum, aut per setones, & fontanellas alio transferenda.

*Sputum suppressum quomodo iterum excitandum.* — B

Solet etiam natura sæpius vomitibus assuescere, quibus multorum morborum habitum facile aufert. Quos quidē aut imbella nequit amplius mouere, aut errans alio humorem transfert, aut denique in particulam cui vomitus præsidium erat, iterum transmittit, aut ibidem morati sinit. Qua ratione præter animalē vsum supprimi contingit, Quos quidem omni arte (*præsertim qua hora assueuerat natura*) iterum excitare oportet. At quū expultrice imbecill[illegible] reddita, suppressio accidit, quod ex ventriculi grauitate, leui nausea & cibi fastidi[illegible] aut auersione facile colligitur, vt quæ v[illegible]m grauari certo ostendant, vomitus p[illegible]uocand[illegible]s est, iis tan[illegible]m, quæ acrimoniam auferant, v[illegible] ventriculi abstersione & irritamento expurgent, qualia *vinum melitū cum semine raphani, erucæ, aut nasturtii feruefactum. aut decoctum earundem rerum cū aceto & melle, aut oxymelite simplici, aut scillitico*. Præstant id etiam, quæ proprio vi vomendo purgant: qualia diximus cap. de *Purgatione per vomitum*. Nosse tamen necesse est, expultrice facultate existente imbecilla, non licere tepida, neq; pinguia adhibere, ne amplius effœminetur & hebetior fiat: quod in omnibus aliis suppressionibus proficuum fore constat. Itaque vomitibus per interualla excitatis, naturam ad assueta trahere oportet: quibus autem vomitus omnis generis mouere oporteat, *cap. citato* abūde diximus. Nunc vero satest nosse præcipuam curandi rationem in affectibus, qui vomituum suppressione excitantur. Verūm quia solet sæpe malum ita graue fieri, vt alia protinus exposcat præsidia, quæ celerius ac vehemētius auxilium præstent: necessum est stante affectus grauitate, ad alia confugere, & post vehemētiæ remissionem paulatim ad assuetum vomitum redire.

*Vomitus suppressi quomodo excitandi, quales & quando.* — C — D

Aluum vero supprimi, duobus modis intelligi potest: aut naturalib. nimirum excremētis (*aluo sicciori facta*) plurimum retentis, vt in conualescentib. & diuturno morbo confectis sæpius cōtingit: & in his etiam, quibus iecur supra modum calidū est & siccū: ac vltimo in aliis, qui aut plurimum se exercuerūt, aut inediam sustinēt, aut hæmorrhoides patiuntur. *Secūdo* vero, cum aluus, quæ ex consuetudine plurimum erat fluida & humecta, siccatur & subsistit. Qua vero ratione exsiccatam aluum mouere expediat, capite de *clysterib.* docere cœperam. Verum in conualescentibus & diuturno morbo confectis, aperte constat, nullo alio præsidio vsum fuisse Gal. *lib. 5. de san. tu.* quam clysteribus ex oleo, quibus & siccius excrementum madescit, & trāsitus efficitur lubricus, & totus venter emollitur. At quia sæpe alimēti penuria ob edacem morbū, id contingit, eo, quod inanita natura fixius excremētis innititur, donec ex siccata ex toto dimittat: ob idq; non solum clysteribus res agenda est, sed alimentis humidioris succi, & facilioris substantiæ, quæ præexistēti inanitioni satisfaciant, naturamq; non permittat diu versari in spurcitiis excrementorū. Verum dū aluus arescit ob iecoris calorem & siccitatem, tota medēdi ratio versatur circa reductionem iecoris ad pristinum temperamentum. Atqui cum id reducatur frigidis & humidis, admiscere semper oportet, quæ hebetiorē reddant tractricem iecoris facultatem, qualia sunt quæ ex *mucilaginib. seminū & radicum, & ex succo portulacæ & maluarum conficiuntur*: ob id sic affectis paulo copiosior aquæ potus cōmodissimus est, præsertim si iam aluus siccitatem sibi contraxerit, *vt Gal. visum est*, quē vsum præstant clysteria, quæ *proprio capite* diximus. Prosunt ēt exterius fomenta *ex decocto foliorum & florū violarū, maluæ, seminis althææ, maluarū & lini*. Inunctionem quoq; ex *butyro & oleo amygdalarum dulcium* proficuam esse, mihi est experimento compertum. Quod si aluus ob exercitium, aut inediam exsiccetur, ex ocio & crapula promtissimum fit præsidium. In exsiccatione vero, quæ ex hæmorrhoidarum dolore & calore fit, adhibenda sunt per superna, quæ lubricum ventrem efficiant, veluti decoctum *prunorum, ficuum, fistucorum, violarum, maluarum, addita mucilagine*

*Aluus suppressa quomodo & quando excitanda.* — E — F

*cilagine seminum cotoniorum* [illegible] *cum* [illegible] bro. [illegible] de [illegible] *rth* [illegible] *& vio* la [illegible] *mucilagin cum* sa[illegible]. [illegible] et tupas, [illegible] tu c[illegible] *maluarum mercurialis* [illegible] *prunorum* [illegible] *buglossæ &* [illegible] facta [illegible] *mucilagine seminum* [illegible] ph[illegible] pos-sit con[illegible] tempus. Cu[illegible] tur[illegible]

G ter. [illegible] etiam [illegible] *butyro recens confecta*, quæ prode[illegible] experientia est ópertum. Verum si pitu[illegible] abundantia *eo quod eorum sensum* [illegible] *excrementorū contactum persentire nequeant* [illegible] fuerit, quæ abstersoriam & purg[illegible] vim obtineat, clysteribus sunt adm[illegible], *qualia suo loco abunde diximus*. Interim tñ. admonitum velim huius loci lectorem, in quamplurimis dysentericis reperiri huiusmodi fęcum [illegible] es, quibus sæpe grauius redditur malum, quas equidem expellere necesse est, adhibitis, quæ induratas fęces emolliendo

175 A expurgent: Quapropter in dysenteria sæpius excrementa ins[illegible] oportet [illegible] vbi quæ propria alui sunt, suppressa fuerint, pro [illegible] sibi propriis aruulis extrahan ur. Cum vero aluus, quæ [illegible] modicè fluere so[illegible], suppri[illegible], non est ita facilè mouendi methodum [illegible]. Verù quæ in hac re iudicio nostro ratiom videntur esse cõsona, paucis aperiam. Inspicere tamen inprimis oportet membri naturā, cuius vitia præcauere, ac curare suppressa fluxio solebat: humoris et suppressi ideā ac vltimo fluendi modum & tempus, vt sumta ex his omnibus indicatione, naturæ defectum (*aluo medicamentis excitata*) supplere possimus: ita vt si fluxio per interualla repetebat, per eadem necesse est purgationem instituere, seruātes semper naturæ motum & ordinem: item præmissa naturæ humoris cognitione, vt nusquā liceat alia adhibere medicamenta purgantia, prætereà, quæ è directo respondeant humorib. fluere solitis: pituitosis nimirum, quę pituitam, & biliosis, quæ bilem attrahant, iuxta naturæ consue-

B tum fluxum. Vlnmo verò id fieri est necessum, inspecta natura partis, cuius vitia suppressa fluxio corrigere ac præcauere solita erat: Nam si caput fuerit, quæ caput è directo expurgent, sunt adhibenda: Ac simili ratione iuxta omnium aliarum partium naturam, vt purgantibus illis medicamentis, & quod naturæ deest, adimpleatur, & consueta vacuatio ad pristinā redigatur consuetudinem. Quibus id medicamenis fieri debeat, capite de *Purgatione particulari* abunde est mõstratum. Verum si natura singulis diebus frequentior fuerit vacuationibus, aluumq; habeat assiduè lubricam, cum suppressa contigerit, non per expurgantia medicamenta, neque per interualla negotium fieri oportet, sed per ea, quæ in aluū iniciuntur, admixtis semper, quæ ad humoris ideā & membri affecti naturam respectum habeant. Quæ quidem tertio quoq; die sunt infundenda, Verùm si affectio, quæ ex huiusmodi suppressione suboritur, grauior fuerit vnoquoque die, præsertim præmissa pleniori vacuatione per expur-

C gans medicamentū, quæ [illegible], præter consuetudinem retentum est, sit satis: Nam frequenti aluo

fluxu [illegible] p[illegible] bus [illegible] to, tum [illegible] & v[illegible]. Quibus [illegible] non p[illegible] tibus efficaciam ad [illegible] nem [illegible], quæ suapte natu[illegible] ca[illegible] sunt p[illegible], quæ pe interna[illegible] & v[illegible] opposita purga[illegible] bent, [illegible] bu[illegible] io[illegible], [illegible] suo loco diximus. N[illegible] ha[illegible] mi[illegible] eius suppressioni vrinæ, quæ [illegible] rinam vesica collecta.

Tanta est circa prouocationem [illegible] tæ fluxionis difficu[illegible], tot etiam [illegible] te sese offerunt mo[illegible], vt [illegible] cumis ita facile aut [illegible] quie[illegible] tam intrepidè quie[illegible] citur, naturam plur[illegible] mala [illegible] per nares profuso, veluti sunt *inflammatio* [illegible] *& splenis ardentissimas item febres phrenitides* [illegible] *capitis dolores ac grauitates*: item & alia præ[illegible] statutis temporibus profluēs, quibus probari p[illegible], manifestum est, vtilissimam hanc vacuationē ex artis præcepto, dum subsistit, esse excitandam. Al-

D tera verò ex parte quam plurimis exemplis quotidiana experientia probat, sanguinis è naribus fluxiones in malum corporis habitum degenerare, & in alui fluxum, *vt ex Hippoc. lib. 4. aphor. 32. manifeste constat*: Nam mox ab his fluxibus venter humectatur, actum unci est, ob improsperam alimētorum in ventriculo coctionem ac sanguificationem in iecore: succre scuntq; alia pene innumera mala, licet raro contingat ex fluxu sanguinis aliquem mori, nisi interueniente aliquo ex nuper dictis affectibus, aut alio eis simili; præsertim dū diu durat fluxio, nedum cum natura ei plurimū innititur: quibus constat, quam difficile sit sententiam proferre in excitandis huiusmodi fluxibus. Alterum tamen è duobus in re tam dubia vtilissimum fore existimo: Primum, quod si plurimum fluxionibus narīū natura assueuerit, quibus sese tuetur ab aliis affectibus, aut aliis per sanat, vbi periculum est, ne fluxibus in totum sup-

E pressis, ob aliquam morbosam caussam iterum redeant affectus, aut alii grauiores, mihi non est dubium, quin huiusmodi fluxum excitare, sit quouis alio præsidio commodius. Ceterum nusquam probo ad eandem consuetudinem naturam reducere, siquidem sanguinolenta hæc consuetudo grauissima est, & periculosissima: Laudo tamē per nares, qua parte solebat, sanguinem mittere, quia eandem regionem tanquam commodiorem probauerat consuetudine natura ipsa, ac suspicor per eandem minorem sufficere sanguinis quantitatem extrahere. Quapropter expediet per interualla lōge maiora his, quæ cõsuetudo seruauerat, sanguinem mittere. Quod profecto fieri non debet per auxilia, quæ venarū reserationem moliantur: Nam periculum est, ne cum velimus sistere, difficile sit id consequi. Nā licet venarum reseratio sua sponte facta, facilior curatu sit: Excitata verò & vi auxiliorum facta, difficilius curatur, & vberius sanguis profluet.

F Quapropter ea sunt adhibenda auxilia, quæ venas meidant ac soluant, qua sanguis ipse, qui defluit, foramen ipsum obstruere ac solidare sæpissime solet: quod in reseratione meatuum, vbi semel natura ad illam partem impetu confluxerit, calorificis & diaphoreticis auxiliis excitata,

Adnotatio dysentericam spectans.

Excrementa in dysenteria sæpius inspicienda.

Nota.

Suppressio [illegible] quando autem [illegible] da & fluxio reuocanda.

haud ita facilè quiesceret: tum propter sanguinis delationem: tum verò quia sanguinis ipsius [illegible] lor maiorē efficaciter [illegible]; probo per eandem partē con[illegible] mor. [illegible] ingerere; non tamen ad eam iterum naturam reuocare. *Secundum*, quod mihi tutissimum [illegible] videtur, est hanc vacuationem non [illegible] supplere, sed eodem sanguine per aliā partē [illegible] misso. Cuius tamē eā quantitas extrahatur, quæ videatur affectioni sufficere, iuxta mali & consuetudinis ac plenitudinis rationem. Est tamen id vtile, quia morbi materiam pari modo inanit: est & tutum, quia sanguine misso ex vena conspicua, nullū fluxionis, neq; consuetudinis imminet periculū: quod mihi in sanguifluis consuetudinibus videtur tutissimum consilium, præterquam quod id exposcit ipsa medendi ratio.

G

Suppressio immodicæ fluxionis vteri quando reuocanda ad consuetudinem.

Assuescere etiā natura solet vteri fluxionibus, vno è duobus modis: *Primo* singulis mensibus ex residuo sanguinis, quo corpus ab spurcitiis naturaliter expurgatur. *Secundo* verò per inordinata interualla, nimirum cum corpus sanguine abundat, & ad solitum ex natura locum abundantius transmittit: quo fluxu, etsi immodico & extra menstrualem rationem facto, fœminarum plures solent sese à variis affectibus tueri, præsertim cum aut sanguifico iecore fruuntur, aut membro sunt mutilatæ, quibus vbi consenuerint sua spōte natura fluxum supprimit, aut morbifica caussa coacta, eo detento deprimitur, periclitaturq; variis affectibus. Cuius gratia expendere conuenit, quod vbi menstrualis purgatio præter ætatis rationē supprimitur, aut diminute profluit, siue in morbis, siue extra ipsam id accidat, citra vllam dubitationem eosdem iterum reuocare oportet, etiamsi Hipp. *lib. de morb. mul.* asserat: *Purgationes menstruales sex mensib. retentas incurabiles esse*: & paulò inferius subdit: *Quibusdam suppurati fiunt menses, vbi per duos aut tres menses moram traxerint.* Quam profectò sententiam attento animo inspicere est æquum: Nam multa mala fœminis accidūt, quæ huius suppurationis ratione proculdubio prodeunt, *vt pulcrè Hipp. eo loco aduertit.* Ceterum hæc prouocandi ratio non est præsentis instituti, licet in consilio multa dixerim huic vsui proficua. At dum immodica mēsium copia, quæ præter communem fœminarū consuetudinem fluebat, supprimitur, duplicem esse medendi rationem arte comperimus, præsertim cum ex huiusmodi suppressione aliquod malū veremur, aut præest: prima quidem docet, dum morbus inducias dat exspectandi, singulis mensibus menstrualē vacuationem prouocare, eisdem medicamentis, quibus prouocaretur, si tantum ea, quæ secundū naturam sunt, suppressa fuissent, & ea tantum quātitate, quæ naturali respondeat, vt in hac prouocatione morem cōsuetudini geramus, quatenus pertinet ad locum naturæ cōsuetum: Quatenus verò ad quantitatem, minime: Namq; nulla ratione mihi videtur citra maximum periculū posse fieri, mensium fluorem prouocare: Periclitaretur enim fœmina nimia vacuatione, tum quia membrum illud est à natura huic vacuationi destinatum: tum verò quia consuetum, præter id, quod vasa habet amplissima, & medicamenta, quæ [illegible] moliuntur, admodū sunt efficacia. Quibus rationibus coniectabile est, maximam posse

176 A

Suppressi menses qui reuocandi.

B

Mensium fluor ob suā maximo periculo prouocatur.

fluere sanguinis copiam, quam deinceps non sine magno negotio sedare p[illegible]. Quapropter tutissima mihi videtur med[illegible] ratio, quæ docet singulis mensibus menstruales tantum ducere vacuationes, non quidem, quæ suppressæ vacuationis quantitati respondeant, sed quæ naturæ motum tantum æmulentur, ne subito consueta & quodammodo vtili vacuatione natura priuetur. Verum vt id rationabilius fiat, inspiciendā prius iudico caussam, quæ suppressionem efficit, veluti *si vteri vitio proueniat, aut ipsius humoris, aut denīq; corporis totius.* Rursus, *an à caussa interna an ab externa.* Nam iuxta cuiusq; rationem, vacuationem etiam moliendam, vel vnanimi omniū auctorum sententia constare arbitror. Secunda rō prouocandi ratio docet *siquidem vberiorem copiam extrahere per vterum non datur, & suppressio sæpe solet esse, dum ad aliud membrum dilabitur, aut per totum corpus diffunditur, alterius mali caussa*) quibus mensium prouocatio non sat est, quia affectus plurimum viget, appositissimum esse præsidium (*iuxta morbi imminentis, aut præsentis vehementiam, aut suppressæ vacuationis copiam*) sanguinem mittere: Hac tamen lege, quod si sanguis abundantia ex iecoris vbertate prodierit, ex eis venis mittatur, quæ iecori sunt propiores: sin ex toto corpore, ab ea parte mittendus, quæ affectæ particulæ è directo respondeat, si malum præsens fuerit, sin aliter à communiori, iuxta maiorem, aut minorem reuellendi aut deriuandi indicationem. Quo quidem præsidio & copia minuitur, & affectum præcauemus, aut curamus, & ob id [illegible] nanus onere turget. Denique in suppressione mensium immodice fluentium, eosdem prouocare opus est, ne natura subito & contrario motu in maius malum prorumpat: Ceterum non pari quantitate, sed longè minori, ne violen[illegible]ata, dum velit, quiescere nequeat. Verum quia menstrualis quantitas neque suppressioni, neque m[illegible]bis imminentibus aut præsentibus satis [illegible] cere valet, neque rursus semper idoneum est prouocandi tempus (*licet in hoc casu id tempus non liceat exspectare*) tantum sanguinis ob id extrahere per venam oportet, quantum vtrisque sat sit: continuo tamen, vt laborans in pristinam redactus sit sanitatem, victu mediocri, iecoris attemperamento, exercitio sufficienti, vniuersalibus frictionibus, sanguis minuendus est, ac periculosa illa consuetudo paulatim immutanda. Verùm quia sæpe contingit, non nosse iterum neque fluorem, neque menstrualem vacuationem prouocare, tutissimum est consilium (*dum aut mala vrgent, aut imminent*) aut venam tali, per interualla incidere, aut eam, quæ in curuatura cruris est, saltem bis aut ter in anno, aut fontanellas in cruribus aperire, quæ quotidiano fluore hæc mala præcaueant aut curent, quem vsum etiam præstare videntur *hæmorrhoides* fluentes.

Prouocandi mensium ratio.

I.

C

II.

D

Menses suppressi qua quantitate prouocandi.

E

Nulli ex corporis vacuationibus frequentius assuescit natura, quam ei, quæ per *hæmorrhoidas* fit: Nam hæc cōmunis est omnibus corporibus, ætatibus, (*excepta puerili*) naturisque, quam vbi semel commouerit natura, & profligandis morbis, & custodiendæ sanitati plurimum esse proficuā senserit, ferè in omnibus promouet. Quod etiam cum cognouisset Hippoc. *lib. 6. pop. part. 3. text. 36.* merito dixit: *Sanguifluis venis laborantes, neq; morbo*

Suppressio hæmorrhoidum quando ad consuetudinē.

F

F *morbo laterali, atq; pulmonario* [illegible] *inflammatiunculis quæ* [illegible] *vebuntur* [illegible] *ntur.* [illegible] tipi [illegible] se ex h[illegible] mor[illegible] tibus, quæ [illegible] ostendere videtur. Q[illegible] rationem [illegible] dem o[illegible] ffectus & [illegible] mod[illegible] Hippo[illegible] cen: *Medica prauem multis* [illegible] *ne adhibita talis in non tardè* [illegible] *nt, & perni*[illegible]. Quo fit, [illegible] optimo tene[illegible], aut [illegible] tunc e[illegible] lum, eis [illegible] dine se hab[illegible] illas nan[illegible] lus, aut ite- rum easdem prouocare. Quæ [illegible] tio, vt iuxta debitam medendi ra[illegible] fieri possit, osse oportet angustias venarum in duplici differé- tia: Nam quædam sunt Internæ, & non appa- G rentes: aliæ Externæ, & [illegible] sedem [illegible] spic. Internæ quidem extrema sunt venarum intesti- norum, quæ ex vena porta d[illegible] manantur. Exter- næ verò, propagines & extre[illegible] venarum à vena caua prodeuntium, quæ in podicem desinunt. Quo fit, vt in affectibus melancholicis multi, præ- fertim, qui hypochondriorum co[illegible] mod[illegible]tur, tumoribus iecoris, splenis & mesent[illegible], hy- dropem etiam, præsertim, quæ ex imbecilli[illegible] per aggrauationem iecoris fit, internarum ven[illegible] fluxus maximè sint proficuæ: ac per consequens cum supprimuntur in eisdem affectibus necessa- rio prouocari desideraut. In affectibus verò re- 177 A num, vteri, dorsi, coxendicum, capitis, denique in omnibus, quæ ex vena caua principium suscepêre, externarum fluor, euidentissimum affert præsi- dium, & ob id, dum supprimuntur, in eisdem af- fectib. pari ratione excitare oportet. Quas equi- dem aut interstinguere poterimus ex sanguinis fluentis natura: Namq; internorum venarum san- guis dilutus est & semiconfectus: At substantia serosa multa commixtus (*etiamsi splendorè habeat*) qualis in hepaticis fluxus apparere solet: Qui ve- rò ex propaginibus venæ cauæ prolabitur, con- coctus magis est, & elaboratus, crassior & intru- brum obscurescens. Quo fit, vt non liceat cuius pro arbitrio, has aut illas in quouis affectu exci- tare, sed eas, per quas proprius expurgari possit affecta particula: facta diligenti inquisitione de sanguinis natura, qui pro consuetudine fluebat, vt inspecta semel affectus curandi natura, & flue- B ntis sanguinis idea, facilius quis expendat, quas teneatur excitare. Ceterum hoc præceptum ob- seruandum est in earum apertione, quod si dolé- tes admodum fuerint, sedare prius dolorem cō- uenit, & eas statim aperire: idq; non statim acri- bus & mordentibus medicamentis, sed præmisso aliquo euaporandi auxilio, quod virtutem ha- beat, & sedandi dolorem, & laxandi venarū ora: quia aut sua sponte sanguis fluet, aut minori ne- gotio fluxio excitabitur. Paratur huic vsui deco- ctum ex *matricaria maiori, fœnugraeco, capillo Veneris, psyllio, viola, & seminè lini*, ex quibus etiam saccu- lus paratur, qui post votum partia appositus, plu- rimum præstat: post quæ aut affixis hirudinibus, aut asperis linteis fricata parte, sanguinem euo- care oportet (*scalpello partē perforare non probo*) verū

*Hæmorrhoides suppressæ quos affectus concitent.*

*Sanguis sum venæ du plices*

*Hæmorrhoidum in quib. affectib. reuocandæ.*

*Venæ quæ excitandæ.*

*Hæmorrhoidum aperiēdarū leges.*

*Hæmorrhoidas apertendi medicamenta.*

in prouocandis hæmorrhoidibus, magis probo fluxum per [illegible]homosin prouocatū, q[illegible] per [illegible]. At cum fluere cœperint, tan[illegible] san[illegible] fuerit, extrahere oport[illegible] C ad[illegible]bitis incon[illegible]nibus & fotibos cal[illegible], aut s[illegible] dictis d[illegible]ocui. Verum si [illegible] pressæ [illegible] vt de suo easc[illegible], vtrei purgato corpo[illegible], poteris [illegible] rece[illegible] hirudinibus, p[illegible] externis *succo cæpæ, cyclaminis, foliis etiam viridibus perdicii herbæ* af- sidue per partem fricatis, *Mercuriali trita*, & [illegible] glans immissa *felle bubulo, foliis ficus, aut* [illegible], *ac panno aspero, linteo etiam madido* [illegible] *aut suc- co centaureæ minoris, brassicæ marinæ, cham*[illegible]*, thy- meleæ aut cum felle porci*, adlibitis eti[illegible] post eidem fomentis. At si intro recludantur, e[illegible]ci- tandæ sunt suppositoriis & clysteribus [illegible]bus, quibus [illegible] plurimum prodest euaporatio per in[illegible] sibulum sumta, ex eodem dec[illegible] add[illegible]is etiam succis, quibus externas excitari posse dixi- mus: Nam halitus ille acris [illegible] plurimum præstat, & adhuc amplius suppositorium, quod ex *hiera* con- fit cum *supersparso puluere aloes*: quo etiam in clyste- ribus & suppositoriis frequenter vti oportet: Nā miram habet in prouocandis hæmorrhoidibus efficaciam, sicuti & pilulæ ex ea confectæ. inter- positus [illegible] bus sumtæ. Postquam verò fluere cœ- D perint, [illegible] sane est, ne continuo & con- fertim fluant, nec tantū, quantum superat, iuxta illud notabile Hippocratis præceptum, quo in- quit: *Antiqua verò quam postremum fiat, cessandum est, ne nobis eueniat, quod multi euenisse est conspicuum: quod cum vnum morbum præcauere student, ingratiora mala laborantes inconsiderati deferunt: Nam facillimum est in hæ fluxibus ad malum corporis habitum deuenire, ob in- ordinatum & immodicum sanguinis fluxum.* Denique expedit per interualla & paulatim permittere, & totum negotium fluxioni non committere, sed tantum extrahere, quantū reuocandæ consue- tudini sit satis: Quod verò ad affectus curationē defuerit, instituto commodo exercitio & victu conuenienti, & vniuerso vitæ studio, arte ac mo- deratione conuenit supplere, ita vt neq; ex toto supprimatur, propter probatā & vtilem consue- tudinem, neq; protinus fluat, propter imminens periculū. Verum quia periculo nō vacat, sangui- nē, qui postea sua sponte fluat, excitare, hoc mihi in excitandis hæmorrhoidibus tutissimū videtur E præceptum, ineuntibus vere & autumno, ex eis- dem sanguinem extrahere, affixis hirudinibus, quantū satis esse videatur, ne ex prætermissa con- suetudine malum aliquod suboriatur. Ceterum quia pars non ita facile conspicua fieri potest, ob aliquē morbum aut inductā cicatricem, ita vt ite- rum hæmorrhoides excitare sit difficile, expedit plurimū earū necessitatē supplere, aut quotidia- na vacuatione et ciborum parsimonia, aut aliis, quæ per interualla facta, periculum suppressionis auferunt: velut est incisio venarum ex talo aut curuatura cruris, aut *quod mihi rationabilius vide- tur* ex vena manus sinistræ aut dextræ iuxta affe- ctus indigentiā. At in longis affectibus tutissimū est consilium, fontanellam altero crurum aperi- re, per quā corpus facile ab spurcitiis ex suppressā vacuatione cōgestis expurgetur: Nam huiusmo- di hæmorrhoides potius videntur datæ à natura in purgationem, quam in morbum.

*Hæmorrhoidum fluxus quando & quantus permittendus.*

*Quando & qua parte anni excitandus.*

*Suppressio fistularũ & vlcerum manantiũ quomodo auferenda.*

F Ex fistulis & manantibus vlceribus quædã tales fiunt ex vi & malitia humorũ, quibus mederi protinus decet, antequam aut callum obducant, aut excedentia fiant: Quædã verò manantia fiunt ex naturæ vi, ac instituto, quibus ipsa assuescit ac vtitur ad excernẽdum, quod in toto corpore aut aliqua eius parte præter naturam accrescit. Quod cum medicus cognouerit, tenetur maxima diligentia consolidationẽ impedire: Nam qua ratione in his, quas curare intẽdimus, quo minus callosæ fiant præcauere: eadem in his, quæ vsui sunt naturæ, callum inducere omni studio tenemur, vt perpetuo fluore ab imminentibus & præsentibus morbis corpus tueamur. Qua ratione cum vlcera hæc aut fistulę sua sponte recludũtur, corpus in maximo versatur discrimine, ac inox expedit, eadẽ iterum aperire, aut alia eorũ loco excitare: Namq; nõ minus per eadẽ, quam per hæmorrhoides vitiosorum redundantia expurgatur: ac plerq; nõ secus, quã ex hæmorrhoidũ excretio-G ne, huius euacuationis beneficio integra valetudine fruuntur: quemadmodũ egregiè docet Hip. *lib. de hæmor. lib. 6. pop. q. 3. tex. 29.* in hunc modũ dicens: *Quæ apta sunt sedare, cum post apparent, ea, cum prius fiunt, impedimenta liberant:* quam sententiã ego ita intelligo: *In quibus morbis abscessus, qui fiunt, possunt morbum soluere, si prius fiant, prohibent, ne morbi postea fint.* Quod ẽt de manantibus vlceribus & fistulis (in quas abscessus degenerare solẽt) subintelligi potest, vt eisdẽ locis testatur Hipp. *text. 18. & 39.* Inquit enim: *Et quicunq; alii abscessus, vt fistula aliorum remedia sunt.* Ex quibus facile cõstat, quod sicut neq; oscitanter, neq; sine magna diligentia, curare hęmorrhoides oportet, ita ne fistulas qui-

178 A dem: Nam ea, quæ ꝓbe futuros morbos possunt curare, non licet prius, quam vsum & vtilitatem præstiterint: Necesse enim est humores ꝑter naturæ institutũ suppressos, dolores & morbos parare. Quapropter antequã fistula aut vlcus curẽtur, expendere oportet, *an eis assueuerit natura, & an per eadẽ loca corpus sese exoneret.* Quod facile erit nosse ex larga purgatione, non solũ citra aliquod damnũ, sed & cũ conferentia, & in gratiam totius corporis aut peculiaris alicuius affectus, quo in laborante ꝓfuerat. Quo tempore curare oportet, ne in totũ sanescant fistulæ, sed apertas tenere oportet lychinis ex *spongia*, aut *plumbo*, & aliis, quæ eundẽ vsum præstare possint medicamentis. Verum cum huiusmodi vlcera aut fistulæ post consuetudinẽ recluduntur, toto animo rimari oportet, *an corpus deinceps integra fruatur valetudine, & multis ante dieb. fistula parum aut nihil fluxerint*, ita vt ex earũ optimo statu elici possit, corpus ad pristinũ & antiquum reductũ fuisse: Nam eo tempore non est mihi certum, expediat ne iterum easdem

*Nota victũ suppressarũ.*

B excitare. Ceterũ hoc certo scio necessum est, maxima cũ cautione deinceps viuendũ esse, & corpus plus solito exerceri, ac salubriori ac moderatiori victu vti oportere: Namq; pertimescendum est, ne corpus in aliud maius malũ degeneret, antequam firma & secura sanitate fruatur. Verum si intrepide & fictitia quadã carne aut cute huiusmodi fluxiones supprimantur, eas, vt dictum est, per eadem loca excitandas iudico, adhibitis medicamentis erodentibus, & quę exulcerandi vim obtineat: quod securius fieri posse existimo, scarificata aut iterũ incisa parte; cui mox cucurbitæ sunt affigendæ: Vacuato tamen prius sufficienter corpore, ne pars plurimo fluxu periclitetur. Quod si propter loci aut præstantiã, aut difficultatem id promre fieri nequeat, *fontanellã* brachiis aut cruribus aperire probo, ꝓpe sedem affectus, per quã corpus excrementis scatẽs facilius expurgetur. Quod, qui facere neglexerit, in maximum C discrimen laborantes ducet. nec displicet, *si pars qua denuo afficiatur, fistulis reclusis longo interuallo distauerit à loco, vbi fistula aut vlcera profuerant* fontanellã aperire prope partẽ denuo affectã, præsertim si affectus fuerit vrgens. Verũ si aut nõ plurimũ distauerit, aut affectus non plurimum vrserit, fontanellam magis probo iuxta partem antiquitus vlceratã aperire, sicut in præcautione vtilius est, quam prope denuo affectam partem.

*Fontanellę in suppressionibus fistularum vtiles.*

Assuescit etiã facilè vterus crebris euacuationibus, *albarum* videlicet *materiarũ, & seminis*, quib. corpus à variis ꝓæcauet ærumnis. Albæ namq; humiditates quandoq; totum corpus ac sæpe vterum ipsum expurgãt: Semen verò vterũ, & hac ratione fœminas tuẽtur ab vterinis affectib. Quę quidem vacuationes etiamsi sua sponte fiant, nõ semper sunt ꝓuocandæ, neq; permittendæ: quia corpus in maciem & summum languorem sæpe deferunt. Verum cum ꝓfuerint, & in vsum fœminæ delapsẽrint, si supprimantur, haud intrepide sunt reuocandæ: Nam huiusmodi fluorem D excitare graue admodum est & periculosum, tũ propter periculum quod minatur, excrementa euocare ad partẽ, cuius vitio tam sæua solent oriri symptomata. Moliri ẽt seminis excretionẽ, opus solius naturę potius arbitror esse, quã quod medicum Christianum id consulere ingenio aliquo deceat, præterquã balneis, insessionibus, fotibus & inunctionibus partium vteri vicinarum. Hoc mihi in hac re videtur tutissimum, cũ huiusmodi vacuationes præter consuetudinẽ supprimuntur, minimum eas iterũ non excitare, sed easdem arte & aliis ingeniis supplere. Quapropter fœminis sic affectis sæpe conuenit sudores mouere, ac repetitas per interualla purgationes, balnea & moderatam victus rationem, exercitia deniq; ac totius corporis frictiones instituere: itaq; omnia, quæ per diuersam regionẽ humores inanire queant, administrare conuenit. Nosse tñ in hac re, operæpretiũ est, raro virginibus hoc malũ accidere, nisi ex semine superfluo: Quapropter dũ eis supprimitur huiusmodi vacuatio, nusquã iterum eadem reuocãda est, nisi aut modo dicto, (*dum in aliquod malum prorumpit*) aut inedia maxima, aut fontanella cruribus aperta. Raro enim E in virginibus semen vtiliter profluit, etiamsi retẽtũ & corruptũ sæuissima inferat accidentia. Verum quia in fœminis frequentia vacuationũ minime est ferenda, fontanella, *vt dictum est*, supplere harum defectum oportet. Vt quos per vterum natura solebat pellere humores, tutius per ignobiliorem partem foramine aperto deinceps pellat. Verum si vitium totius corporis per vterum expurgabatur, dum supprimitur, fontanella aperienda est in externa cruris parte: At si vterus tantum sese per easdem superfluitates exonerare solebat, aperienda est in parte cruris interna: quibus dum assuescit natura securius, quam per vterum corpus ab imminentibus affectibus præcauent.

*De suppressione albarũ superfluitatum vteri quomodo auferenda, & quomodo illæ humiditates reuocandæ.*

*Seminis excretio à medico non docenda.*

*Virgines ab albo fluore liberantur.*

Con-

F **Consilium in provocandis ſuppreſſis fluxionibus.**

NON minus periculum infert ſuppreſſas vacuationes ad conſuetudinem reuocare, propter eorum incertitudinem, quã conſuetas ſupponere, propter violentiam, quæ in naturam infertur: Quapropter in vtroq; vtrumq; debet fieri conſilio, ne quid mali præter ſpẽ nobis eueniat. Atqui licet cõſuetudo in multis habitum acquirat; in euacuationibus vero, tam in eis, quas natura molitur, quam quæ arte excitantur, nuſquã verum habitum acquirit: licet aſſueſcere, *vt antea diximus*, videatur. Quamobrem euacuationes nõ ex habitu debentur naturæ, ſed potius ab eadem cauſſa eſt corporibus comparatũ, vt has euacuationes requirat, tum propter prauum vitæ inſtitutum: tum vero propter alicuius partis imbecillitatem, quæ exacte nequit alimentum conficere: Quo fit, vt nonnunquam ipſa vacuationem moliatur, ac ſæpius quidem vacuari arte deſideret. Præterea ideo iam ſolet natura impetu delationis, & loci commoditate plus iuſto vni aſſueſcere vacuationi, quod plurimum vitare expedit: Nam licet vacuatio (*etiam ſi aſſueta ſit*) nõ proſit; nihilominus in dum ſupprimitur, grauiſſimorum affectuum cauſſa eſſe ſolet. Cuius quidẽ ſuppreſſionem excitare minime cõuenit, ſed aliã eius loco, quæ paulatim à conſueta minori diſcrimine naturam diſtrahat: Nam hac via ſolet ipſa ventris excrementa (*illa alioquin naturalia*) retinere, nimirum, dum mouet ſudorem, vomitum, aut aliam vacuationem. Qua ratione in ventris ſiccitate primo inſpiciendum eſt, an ob aliquam harum cauſſarum id contingat, quo tempore neceſſum eſt, naturam ab illis vacuationibus diſtrahere, & ad propriam transferre. At aluus admodum ſicca maximo eſt molienda conſilio, cui quidẽ Gal. *li. 7. meth. 5.* tantum emollientibus infuſis ſubuenit, quibus aliquandiu immorandum eſt: Namque aridi humectatio, propter ignauiam in alterando, breui tempore ſperari non poteſt: Quapropter non ſunt venia digni vulgares quidã medici, qui validis, & acribus, ac nonnunquam eligentibus medicamentis infuſis id præter omnem rationẽ conantur efficere. Quibus tantum abeſt, vt fieri poſſit, quod potius maiores concitantur dolores, maioreſq; obſtructiones. Verum cum inteſtina humore obſidentur, conuenit permiſcere vim ſoluentem, ſin aliter, obeſt: quia pellicit ad inteſtina ex vaſis humores.

Natura cur ſæpe vacuationem moliatur. — G — 179 A — Aluus ſicca maximo cõſilio mouenda.

B — Prægnantibus aluum ſoluere graue eſt.

In prægnantibus etiam graue eſt ventrem ſoluere: Nam eum plurimum laxare, periculum infert, ne fœtus ligamenta iuſto molliora reddantur: Cum hoc tñ dum excrementa plurimum detinentur fœtus male habet, & in excretione aborſu periclitatur: quamobrem in huiuſmodi fœminis moderationem ſemper tenere optimũ eſt, licet affectus, cui proficiebat vacuatio ſuppreſſa, quid amplius expoſcat.

Fluxiones ſuppreſſæ non excitandæ dũ graue imminet ſymptoma.

At in omnibus fluxibus ſuppreſſis, præſertim in eis, qui per aluum fiunt, rationi conſonum videtur, eos nuſquã licere excitare, dum graue aliquod efficiunt ſymptoma, donec ipſi affectus antea remiſerint: ſed aliis auxiliis mederi prius morbo oportet: continuo tamen conſuerũ fluxũ reuocare. Verum ſi ſuppreſſio morbum ſolummodo minatur, pro onos eſt reuocanda conſueta fluxio, antequam in morbum prorumpat, *vt aperte Gal. lib. 3. art. med. conſulere videtur.*

C — Vacuationes arte fieri ſolitæ tuto reuocantur.

Vacuationes verò, quę arte ſtatutis temporib. ex conſueta neceſſitate fiunt (*dum ex earum defectu morbus oritur*) tuto in morbis reuocantur: Namq; magis fatiſcit laborans in his, quæ natura fieri ſolebant, dum arte excitantur, quam in his, quas ex conſuetudine ars ipſa molitur: Verum cum in morbis minime ſit fatiganda, neceſſum eſt, eius quoq; ediſcere prouidentiam.

Vomitus conſuetus à morboſo diſtinguẽdus.

In vomitibus etiam diſtinguere oportet morboſum à cõſueto, ne nobis turpiter errare aliquãdo cõtingat, mouentibus vomitũ, quem ſummo ſtudio tanq̃ inutilem & morboſum natura ſuppreſſerat: neq; vtiles adhuc cum ſupprimuntur, licet crebrius mouere, ſed longiorib. paulò ſolito interuallis. Proſternit enim hæc vacuatio plurimum ventriculum ipſum, ac appetitum deiicit, caloremq; & totius corporis robur immutat.

Sanguinem ſiſtentibus quando vtendum.

In ſanguinis vero eruptionib. expendiſſe eſt operæpretiũ, qua p̃meditatione vti liceat his medicamentis, quæ ad ſanguinis cohibitionẽ adhibentur: Nam ex his, quæ imponuntur, quędã adſtringunt, aliqua meatus obducũt; alia vero cruſtas inducunt: *Quamobrẽ*, vt inquit Aëtius *li. 4. ſ. 2, cap. 51. quæ cruſtã inurunt, cruſta excidente vlcus cauum faciunt, & ſæpiſſime excidentibus cruſtis ſanguinis eruptio curatu difficillima ſequitur*: & ob id ſanè huiuſmodi medicamentis non, niſi cogente neceſſitate, vtemur: veluti ſi à putrida eroſione ſanguis erũpat; tunc. n. omni putrido exciſo, tutius eſt, cauteriis mali radicẽ exurere, vel cruſtã inurentia adhibere, præſertim in pudendorũ & ſedis affectionib᷒, ob nimiã, qua abundant, humiditatem: proinde in eligendis medicamentis, quę cruſtã inducunt, non tñ caliditatẽ, ſed etiã adſtrictionẽ conſiderabimus: Nam quæ ab adſtringentibus inducuntur cruſtæ, diutius in corporib. perſiſtunt, quę res non medicam commoditatẽ affert: Prius enim quã excidat caro medijs partibus innata, tanquã operculum quoddam vaſis fit, qua de cauſſa minime feſtinandũ eſt ad cruſtarum ſubtractionẽ: Nam iterum periculum eruptionis ſanguinis immedicabilius imminet. Quamobrem cum quadam cautione fieri hæc neceſſum eſt.

D — E

Menſes non ante nec poſt tempus purgationis prouocandi.

Circa menſium verò prouocationem, nolui ſilentio prætermittere ſiniſtrã excitandi rationem, qua medicorum vulgus paſſim vtitur, adhibitis ferè omnibus, quæ menſes mouent, medicamentis: miſſo ex talo ſanguine, & cucurbitis affixis: atq; id citra debitã temporis & cauſſæ diſtinctionem. Namq; menſes nulla ratione prouocare licet, niſi eo tempore, quo ipſi prorumpere ſolent. Siquidem nõ minus habet congeſtionis tempus præfinitum, quam expulſionis: Ex quo quidẽ ſequitur, oleum & operã perdere, qui ante vel poſt tempus purgationis menſes prouocare nituntur, quia nuſquam natura vtiliter mouetur, niſi ſtatutis ſibi temporibus.

Menſes cachecticis nõ mouendi. — F

Errant nõ minus in his fœminis, quibus menſes ſupprimuntur ob cachexiam, medicamenta menſes mouentia exhibentes: quum huiuſmodi fœminę parum ſanguinis obtineant: Namq; hoc malum veram & perfectam ſanguinis generationem impedit, vt quo fit, menſes mouere plurimum obſit, aut ſaltem nil proſit.

Ineo-

*Menses post longum tan gorum eruptionē, &c.* In eodem errore versantur, qui idem eisdē medicamentis tentant post longam sanguinis eruptionem: siue per nares fiat, siue per quamuis aliam corporis partē: aut post diuturnum aut prolixum morbum. In quibus omnino caussis, longe alia ratione menses prouocare conuenit. Nam in malo corporis habitu tunus ... , curata salubriori & largiori sanguinis copia, quæ & corpori & mensibus sufficiat. In atrophia quidē, adhibitis opimi & copiosioris succi alimentis, quæ plurimū sanguinis generare queant: vt non solum corpori alendo satis sit, sed fluxuris mensibus.

G Pari quoque errore peccant, qui dum fœminarum corpus bene se habuerit, victusque ratio purgationi congrua fuerit, & cum hoc mulier non purgatur, protinus quæ menses mouent, porrigere audent. Nam considerandum profectò est, an vterus aliqua affectione laboret: quod si fuerit, nullum medicamentum omnino adhibere consulit Aëtius *lib.4.f.4.c.62.* neque aliqua potione menses ducente vti eo tempore necessarium esse monstrat: ne attracto ad vterum sanguine, dum loculi ob affectum laxari non possunt, dolores molestos veluti in partu inferat, quod plerisque ab his medicamentis contingere solet: quamobrem primo affectionē curare, deinceps mēses mouere oportebit. Verum, quia plures ex vteri morbis, vesicæ affectionibus persimiles sunt (*nam in illa aliquando vrina supprimitur, aliquando stillatim prodit, & quandoque difficulter mingitur, quod in mensium fluxibus euenire sæpius conspicitur*) ideo non esse satis, constat, si quis intelligat suppressionis rationem, nisi exactè etiam nouerit suppressionis differentias. Quamobrem necessum est expendere, mensibus etiam stillicidium contingere posse haud raro: quod si quis attēto animo intueatur, reperiet facile plurium symptomatum (*quorum rationem & principiū ignoramus*) caussam esse, vt experientia quondiana in plerisque fœminarum conspicitur. Cæterū vt paulò diligentius, quæ tam proficua fore existimo, expendamus, necessum est nosse, quinque esse caussas menstrualis stillicidii, specie inter se diuersas: quod maxima diligētia inquisiuit Aëtius *lib.4.f.4.cap.63.* *Prima* nimirum earū est *meatuum angustia*, diuersimode tamen contingens: *virium etiam debilitas, sanguis pituitosus*, & vlnmo *sanguis feculentus*. Quib. omnibus aut singulis quoties impedimento fuerit, iuxta euiusque naturā ledendi efficaciam ac modum, succurrendum est: ob id hoc symptoma minigandum vs multitudine depolita, dum ipsa ipsius est caussa, sanguine ex talo aut brachio, iuxta leges adductas capite *de sanguinis missione*: aut ex purgantium medicamento exhibito pro peccātis humoris idea. Eadem ratione eis subuenimus, si ob crassitiem stillatim profluat, attenuatis & incisis huiusmodi humoribus. Sic dū in cōualescentibus ob virium infirmitatem id accidit, firmatis roboratisque viribus, in se rediens natura, vberius menses mouet. Eodem prorsus modo dum constrictis meatibus idem vitium accidit, eisdem laxioribus factis ac dilatatis, copiosius menses erumpunt. In omnibus tū caussis, vt commodè res fiat, sedare prius dolorem oportet, aut saltem aliquo modo mitigare: & ob id instante exacerbatione, mulier in domicilio locetur modice tepido, ac nōnunquam pedes in aquā calidam immergat: manuum etiam pedumque ex-

*Menses non protinus mouendi.*

180 A

*Mensiū stillicidiū quid.*

*Menstrualis stillicidii quinque caussæ.*

B

*Dolor antè omnia in mensium stillicidio sedandus.*

tremitates ligentur, calidis potius vtatur, imus venter ac fœmora varijs calfactorijs inungantur, C ita vt aliquando lana succida *vino* & *rosaceo* calido imbuta imponatur aliquando vesica oleo calido semiplena: threnacā enim vmbilico illitam, oleo liliorum dissolutam, aut ipsam in forma solida adhibitam mire præstare, longissima experientia mihi est compertum: si cum summo mane aquam melilæ sumtam, dum corpus præmunitum aliqua vacuatione fuerit. Vtimur etiam in hoc affectu & insessionibus ex *althea, seminis lini, fænugraeci, anethi, ruta, artemisia, decoctu*, & spongijs sæpe eisdem expressis pudenda fouere præcipimus; cauere tamen oportet, ne interim adhibeamus irritatoriū, aut acre aliquod pharmacum, neque intrus, neque extra adhibitum, ne antequam vias fluxioni paratas reddamus, aliquid medicamentorum vt ad eas deferatur. Atque hac lege, & his omnibus satis prius consideratis, oportet menstruorum stillicidium curare.

*Menstruorū stillicidium quomodo curetur.*

In hæmorrhoidibus etiam excitandis hoc pe- D culiarius superest nosse, quod in affectibus, qui earum suppressione excitantur, frequentius licet permittere eas fluere. In aliis verò, quorum gratia denuo excitantur, satis est semel aut iterum fluere, ne eis natura assuescat, & dum supprimuntur, iterum affectio sæuius & grauius prorumpat: Tum verò quia consuetam vacuationem facilius, quā insuetam fert natura.

*Hæmorrhoides quando & in quibus affectibus permittendæ.*

Cæterum in omnibus fluxibus hoc in vniuersum expendere oportet, nimirum longè liberaliorem nobis subesse suppressas fluxiones prouocandi licentiā, sanitatis tempore, quam dum homo morbo aliquo tenetur: Illud namque citra vllam dubitationem tuto fieri potest: Hoc verò non, nisi maturo consilio & certa quadā occasione: quia si morbus citra cōsuetudinis reuocationē curari potest, tutius, profectò est, quā in tot tantisque laboribus vlterius naturam perdere. Quod si morbus id non permittent, eo, quod apertè cognoscatur ex consuetæ vacuationis suppressione ortum, eo sane tempore cogimur consuetā vacuationē excitare: Hac in lege, quod omnes vacuationes sanguinolentæ ante humorum coctionē (*si eius fuerit opus in morbo*) excitari possunt: aut post, si id necessitas postulauerit. Verū quæ per vtramque aluum, aut vrinam prorumpunt, non nisi coctione præmissa, aut salte in tenussa morbi vehementia: si morbus ex his fuerit, qui ex humorū putredine concitantur: In aliis verò, in quibus coctio neque expectāda, neque necessaria est, quouis tempore citra delectum fieri potest.

*Fluxiones morbi suppressæ caute reuocandæ.*

E

Etiam nosse decet, quod fluxus, qui ratione ætatis sua sponte supprimuntur, licet iterum reuocari non desiderent, nihilominus tamē necessum est, aliqua vacuatione naturam deonerare. Nam etsi grauiora mala huiusmodi suppressio nō excitet; diuturna tamen & ægre curabilia frequenter solet moliri: præsertim menstrualis purgatio, cuius prouidentiam obtinere oportet, etiamsi ex tempore supprimatur, per annua nimirum interualla (*donec natura dissuescat*) aliquo modo eam vacuationibus leuibus deonerare.

*Fluxus ex ætate suppressi nō reuocandi, sed alio modo tractandi.*

F

Consulo etiam vsum vacuationum, quas plures homines quotannis arte moliuntur, aut tueri, si affectio adhuc præest, cuius gratia vacuationes fiunt: ne inconsiderate prætermissa vacuandi consue-

*Vacuandi consuetudo non prætermittenda inconsiderate.*

[illegible] ne, in a qua d[illegible] lò [illegible] io [illegible] cand[illegible] paulatim & [illegible] tione na- tu[illegible], pat[illegible] ant vſi mo[illegible] are, vt qu[illegible] deeſt, & [illegible] corpo- re dem[illegible], cum [illegible] confue- ta v[illegible] non opus ſit dem- cepi[illegible].

G Hoc num tamé [illegible] in hac re expenden- dum, nimirum, quod in ſuppreſſione menſium, aut hæmorrhoidarum, [illegible] noſtro omniũ aliarum vacuationum [illegible] protinus nõ eſt ad prouocationem [illegible] tentare prius oportet alus vacuationum generibus, quod collectum eſt euacuare: tum quia validα medicamenta, qui- bus hæmorrhoides & menſes mouentur, cor- pus citra dubitationem turbant, & a[illegible] ctum for- taſſe augent: tum verò, quia ſatius eſt per com- munes & faciliores vias humores deferre, quam quæ conſueta ſunt validis medicamentis, & quæ corpus turbent, excitare.

## Capvt XVI.

### A De recto vſu & indicatione aperiendi fontanellas & ſetones.

Illa profectò eſt cuiuſvis artis potiſſima laus, nimirum cum vnι rei efficiendę plura ſuppedi- tat inſtrumenta, pluresque rationes, quæ o- mnia peculiarius præſtantiuſque medicæ arti inſunt, ac ſæpe ipſa in medus conſtituendis, & inoeniendis præſidiis, naturam longe ſuperat, li- cet laus omnis præſidii, naturæ accepta feratur, niſi in his, quæ medicus foris truncat, atq; per ſe aut demere, aut efficere poteſt, quia nonnunquā naturæ tantum eſt æmulator, nunnunquam ve- to minister, ſiquidem & illi labenti ſubuenit. & quæ illa nequit efficere, arte medicus reddere cõ- tendit, idqoe multis modis. Quibus facile con- ſtat, quãtis præſidiis hæc artium præclara noſtris medeatur corporibus, iuxta illud Hippoc. lib. 7.

B *Aphor. text. vlt. Quæcunq; medicamentũ non curantur, ferrum curat: quæ ferro non curantur, ignis curat: quæ i- gne non curantur, ea exiſtimare oportet incurabilia.* At- qui cum medicus nihil habeat, quo plus ſibi fidei atque auctoritatis comparet, quam ex certa præ- ſagandi ratione, & vbertima rationalium præſi- diorum copia, palam fit, quantum medico in- terſit noſſe, methodo & ratione hæc præſidia di- ſtribuere, potius quam aut inordinate & multa memoriter tenere. Quo fit, vt quo magis præti- dium aſpectu graue, difficile & periculoſum fue- rit (*vt quod magis effecturum ſit damnum aut commo- dum*) eo oculatius tractandum deſideret: vt & labo- rantes & aſſiſtentes, & omnes deniq; populus a- micius & maiori fide recipiãt. Atqui cum paſſim videam his noſtris temporibus in quam plurimis affectibus, *Fontanellis & Setonibus* vti, placuit in memoriam reuocare, quæ in hac re vetuſtatem obliuioni tradidiſſe conſtat.

C Cuius gratia operæ pretium erit aduertere, i- gnem ſiue actu, ſiue potentia parti adhibitum, tribus modis prodeſſe. Partum ſua natura, exſic- cando quæ humida ſunt, ac conſumendo [illegible] ſfar- cta & imbibita, veluti in *articulorum aſſe[illegible], in cephalea, & gingiuarum madore*, vbi ferro candenti

[illegible] r, h[illegible] corruption[illegible] e[illegible] [illegible] h[illegible] & calorem excitando [illegible] quem [illegible] [illegible] at, ſed [illegible] efficaciam mudo [illegible] eſt animo exp[illegible] rem & calorem excitando [illegible] quoduis teuul[illegible], ſeu [illegible] auxi[illegible] ſuam gratiam [illegible].

Cui quidem [illegible] no pa[illegible] in noſtris corpo[illegible] nta, aut humores, [illegible] ſcere. *Primo*, [illegible] quæ euacuari[illegible] ibus & [illegible] D motenentur. [illegible] ob [illegible] tium, quæ iecur & vniuerſum [illegible] cuius vitia ſan[illegible] niſſione [illegible] medicamentis, potius quam [illegible] fert i deſiderant. *Tertio* vero & [illegible] ſumo, [illegible] corpus afficitur ex [illegible] abundantia excrementorum, quæ à tertia regio[illegible] infeliciter [illegible] hump[illegible] ficiente ſuccreſcu[illegible]t. Quæ quidem ob alicuius partis diſtemperie[illegible] aut languorem, quotidiana propagatione in aliam particulam dilabuntur, aut ibidem detenta morbum efficiũt. Quo tem- pore nullum arti[illegible] præſidium ex his tuto partem à fluxionis [illegible] vindicare valet. Nam quum hu- mores perpetua propagatione g[illegible]nerentur, per- petuo operans auxilium expoſcunt. Atqui cum id non poſſit eſſe ſanguinis miſſio, propter immi- nens vitæ diſpendium, neq; expurgans medica- mentum, nam licet aliquando proſit, frequentia tamen plurimum obeſt: neq; exercitium, nã ſæpe concitat maiores fluxiones, dum affecta pars in eadem perſtat d[illegible] mperie: neq; balnea, quia nõ E ſunt ſemper ad manum, præterquam quod fre- quentia diutius tolerare nequit natura, neq; ad- hu[illegible] alia huius ce[illegible]us, iure optimo fit, vt in his af- fectibus, qui ex quotidiana excrementorum ge- neratione à tertia regione fouentur, nullũ aliud auxilium tutius, citius, aut manſuetius opetetur, quam id, quod ferro candenti, aut cauſtico me- dicamento perficitur: facta nimirum fontanella, aut iniecto ſetone, quibus perpetua etiam fluxio- ne corpus expurgetur: quo etiam fit, vt hoc præ- ſidium raro & difficulter alus affectibus prodeſſe poſſit, quam iis, qui vitio tertiæ regionis excitan- tur: nam alus, quos humores vnice ac ſimul effi- ciunt, vnica aut pluribus (*prout res ipſa poſtulat*) ſan- guinis miſſionibus, aut purgatione facilius cu- ratur: ſiquidem tota materia, aut maior eius pars in morbum prorumpit potius, quam per ſetones & fontanellas: quæ iſtantum affectibus, quib. materia pec[illegible] paulatim ac perpetuo genera- tur, quam ob[illegible] paulatim ac perpetuo fluore ex- purgari debet: [illegible] m in affe[illegible]bus, qui à ve- na [illegible] m vino ſouentur, dum id factum & radica- F tum eſt, ſæpiſſime proſunt, dum aliis præſidiis mi- nime cedere affectus hi videntur. At [illegible] licet hęc fit præcipua hu[illegible] ind[illegible] n hilo [illegible] tamẽ non ſtatim ab [illegible] principio col[illegible] ceſ[illegible] ſed vt Hip. conſuluit [illegible] o[illegible] ante [illegible] o, præter[illegible] tis alus, quæ clementius humorum exlui era[illegible]

Margin notes: [illegible] hæmorrhoidarum [illegible] euacuandi. — Excrementa & humores [illegible] modis in corpore accreſcunt. — Præſidium quo grauius, eo oculatius tractandũ. — Ignis partæ laboranti adhibitus quot modis proſit. — Fontanellã [illegible] cuι parti aſſigere, quibus medicorpus. — Fontanella in principio morbi non [illegible].

auferant: namque hoc præsidium, vt vltimum est in efficacia, ita vltimo loco adhiberi desiderat, aliis prius tentatis.

*Fontanella quot modis prosit.*

Præstat hoc præsidium nostris corporibus suā gratiam. duobus modis: vno quidem, cum eadem met particula, in qua humor generatur, ibidem morbum parit, veluti in *affectibus capitis*, quos per primogeneam affectionem caput ipsium patitur. Cui quidem subuenit deriuatus humor per partes sibi communes, fontanella aut setone infixo propè partē affectam, vt paulatim humor dilabatur, & proprium locū deserat: namq; pars, quæ & generationem humoris & morbum sustinet, semper sibi proximam desiderat fontanellā, quia à distantiori, præter id, quod nihil iuuatur, ad alias intermediasq; partes cogitur humorem transmittere, ac sæpius nouum affectū excitare. G *Secundo* verò modo, cum in aliam suum vitium transmittit particula, quo tempore duplex est auertendæ fluxionis ratio. Prima, quum prope membrum mandans afficitur fontanella: quæ euacuato per proximam mandanti partē humore, quasi reuulsione iuuat. Quo fit, vt in affectum morbum non deferatur. Monendus tamen mihi in hac parte lector est, ne deceptus membri recipientis affectu, ac miseria, iuxta ipsum fontanel-

*Admonitio*

182 A lam aperiat, dum humor aliunde prouenit: sed expedit semper fluxionis originem exquirere, ac ibidem remedium affigere, alioquin impossibile est, quin aut maius, aut nouum efficiat damnum, hæc enim est huius præsidii potissima indicatio, nimirum vt materiam fluxui aptam per distantē à parte, cui damnum infert, regionem facilè expurget. Nulla namq; ratione hoc auxilium fluxioni, quatenus fluxio est, mederi valet, sed tantū fluxioni aptam materiam alio transfert, antequā consuetū iter aggrediatur. Nam postquam primū fluere cœperit, minime amplius poterit fontanellis ab itinere reuocari: æqualem etenim auxilium obtinere debet efficaciam cum motus celeritate. Atqui cum motus fluentis humoris auxilium exposcat subito & affatim agens, & fontanella sit lentum admodum, & tardum præsidium, hinc est, quod non possit motui contrariari, nec reuulsioné moliri. Quod aliquando proprium est secundi auersionis modi, quia non solū B humore per proximā mandanti partem euacuato, fluxio supprimitur, & libera manet particula, quæ recipere assueuerat, sed ét in medio itinere, inter particulam affectam & transmittentē, aperta fontanella, per quam humores, qui fluere cœperunt, expurgentur: nam proficuum solet esse præsidium, paulò superius à parte recipiente (*dum nō datur alibi locus*) fontanellam aperire: vt humor, qui iam tam in partem irruit, per proximā vstionem dilabatur: veluti si quis crurum, pedumve dolores, aut tumores patiatur, superiorum partium consensu aperta cruribus fontanella plurimum iuuat: non quia fluxionem [illegible], sed quia in medio itinere noua patet ad exitum via, antequam ad affectam partem perueniat. Sic cum è pedibus aura, aut quid simile ad supernas partes ascendit, media etiam via foramen aperire conuenit, vt per id expurgato halitu, siu humore, impediatur, quominus solidam partē ascendat. C [illegible]eniq; prodest hoc auxilium extracto humore per vicina, antequam ad fluxum moueatur, aut impedito, quominus partem affectam attingat, etiamsi moueatur, facto in via emulctorio, dum propter aliquod impedimentum prope partem mittentem fieri nequit: aut per aliam distantem aut contrariam humore distracto, anteq̃ a parte mandante ad affectam moueatur. Quapropter in iis, quibus deriuatione prodest etiam ex accidenti & ob situm partis affectæ, & mandantis, reuulsione opitulatur, veluti in *epilepsia*, ut aliis *capitis & cordis affectibus*, qui veteri consensu concitantur, frequenter contingit: nam aperta in altero crurū fontanella, non solum humor ab vtero, vtpote parte primo affecta, deriuatur, verum ad contrariam & maxime distantē partem ei, ad quā fluere assueuerat, reuellitur ac distrahitur. Cuius rei caussa nosse oportet, maioris esse momenti, *fontanellam* aperire in ea parte, quæ maximam habeat cum membro mandante communionem, quam in ea, quæ ex opposito, aut distantiori loco D sita sit: alioquin inutilio nullius est vsus.

*Fontanellis & setonibus vtí nō idem est.*

Nosse etiam oportet, non semper idem esse setonib. aut fontanellis in quouis affectu indistinctè vti, sed aliqualem interesse differentiam. Nā in cutaneis affectibus, aut qui maximam habent cum externis communionem, maioris sunt momenti setones, quam fontanellæ: vt qui maiorē cutis partem perforent, & altius minime penetrent. Quamobrem mirabile solet esse præsidiū, in impetigine, & aliis cutis fœditatibus. Prodest etiam in pueris, & iis, qui ab auxiliis huiusmodi facile dissipantur: tandem in his partibus, quib. neque fontanella aperiri potest, neque ligatura quicquam ad id præstare valet. Fontanella verò grauioribus affectibus medela est, & eis, qui ab altis & abditis corporis sedibus ꝓdeunt: vltimo verò iis, quib. opus est maiori vacuatione: namq; re vera vt palam fit experientia, maior humoris copia per fontanellas, quam per setones expurgatur, licet setones difficilius consolidentur, & E coalescant. Quamobrē in longiorib. affectibus & his, quibus diminuta vacuatio longo tempore facta sat est, plurimum prosunt, veluti *in oculorum affectibus*, *aurium* & aliarum deniq; partium, quæ paruæ sunt: quarum affectus potius ex consuetudine fluendi ad easdē, quam ex humorū copia concitatur, quibus sat est diminuta vacuatio ad consuetudinem fluxionis auferendam. Sic fontanella in maiorū partium affectibus, ac iis, quib. humorum moles vberior est, locum habet: hæc namq; semper aperitur in ea cauitate, quæ exstat inter duos musculos partis, cui affigitur. Quo fit, vt ex altioribus corporis partibus trahat.

*Fontanellā aperire quibus affectib. prosit.*

Ceterum quod in hac re maius facessit negotium, veluti in re noua, aut præ vetustate adhuc deserta, iudicio nostro est nosse, quibus affectib. indubitanter prodesse possit: & in quibus ab hoc præsidio supersedendum sit. Qua in re nosse oportet, non minorē gratiam hoc præsidiū impartiri fluxionibus, quæ intus manent, quam iis, quę extra prodeunt: ac etiam illi esse peculiare, vt o- F mnibus affectibus medeatur, qui ex alterius defluxus suppressione cōcitantur: dum eadē fluxio iterum reuocari nequit, aut non conuenit, veluti in iis contingit, qui assueti sunt articularem morbum pati, aut hæmorrhoides, aut varices, dum in alium affectum mutantur: nimirum in difficilem respirationē, aut quemuis alium pulmonis

[illegible]

*Fontanella in articulari[illegible] [illegible] apertenda [illegible] vllo modo.*

[illegible] *quod humorum* [illegible] *aut* [illegible] *quin antea in* [illegible]

*Sanguinis missionem [illegible] thritide plurimū valere.*

G [illegible]

[illegible] vtcri [illegible] affectus [illegible] laboratur, font[illegible] pr[illegible] ap[illegible], qui in prope affe[illegible] par[illegible], [illegible] in affe[illegible] a par tici a pe[illegible] pote propter habitū

183 A morbo[illegible] contra[illegible] te, iuxta affectam p[illegible] ipe[illegible]. A[illegible] fluxio p[illegible] cebatu[illegible] parte, ac plerū[illegible] per longe diuersam, dum supprimitur, & reuocari nequit, non iuxta partem, per quā fluere assueuerat, sed prope membrum transmittens, fontanellam ape[illegible]re expedit. Veluti si alicui fluat annus ex c[illegible]p[illegible]tis defluxu, cui[illegible] ratione à varijs præcaueatur affectibus, dum supprimitur, propè caput [illegible] psum vstionem moliri oportebat, vt per proximam mandan[illegible] partem humor deriuetur.

*Fontanellā in arthritide & articularib. morbis an liceat aperire.*

In arthritide ve[illegible] quauis eius speci[illegible] haud ita facile est [illegible] osse, an expediat fontanellam in eā[illegible] medelā aperire. At qui licet pauci (*quod ego legerim*) hucusq; rem hanc scriptis mandauerint (*fortaßis quia apud antiquos rarior erat huius affectus vsus.* vt expresse videtur insinuare Plinius *lib.26.* his verbis: *Podagra morbus rarior solebat esse, non modo patrū, auorumq; memoria. verum etiam nostra peregrinus & ipse:*

B *nā si Italiæ fuisset antiquitus, Latinū nomen obtinuisset.*) Quia tñ passim medicos hæsitare in hac re cōspicio, id breui quidem methodo conabor docere, prout ingeo[illegible] mei vires tulerint. Cuius gratia asserimus, totam podagrici aut articularis affectus rationē stare in prolapsione humorum fluentiū per venas ad articulorū cau[illegible] te[illegible] quo primo susceptant articulorum loca, deinde circumstantia omnia, vsq; ad cutim, & ob id pa[illegible] in tumorē inflammatur. quem [illegible]uidem affectum merito Gal. *lib.6. Aph.com.49* appellauit *podagricam inflammationem*, iccir[illegible] or poti[illegible]mum [illegible] ba[illegible] in articu[illegible] cauitatem. ex quo liquet necessum esse, quæ ipsum [illegible] ligamenta extēdi, neruos vero & [illegible] o[illegible] inflammari, ted[illegible] re, quia simul cum art[illegible] us [illegible] tur. [illegible] tē aduertendu[illegible], [illegible] tercaus[illegible] m[illegible] [illegible]iculorum imbeci[illegible] *sine ex natiui*[illegible] *incipiu*[illegible]

*Articularis morbi causa.*

C *ex indebito vita instituto proueniat* [illegible] humo[illegible] n[illegible] b[illegible] aun[illegible] antiam, du[illegible] in [illegible] on[illegible] trat, vt ex Gal. lib. 6. Aph.28. & [illegible] *ctur constare.* nat[illegible] seorsum neutra ad p[illegible]

His præiactis fundamentis, videtur nulla ra[illegible]

[illegible] vorti[illegible] [illegible] est pr[illegible] [illegible] nos, quo[illegible] (*præter debitam vitæ institutionem* [illegible]) sangu[illegible]nis præcipi[illegible] [illegible] alteram huius mor[illegible] cautiam inesse tota[illegible] [illegible] genere: vt facile est colligere apud C[illegible], qui *annuā & sæpe perpetuam valetudinē* pollicetur, *sanguine missu[illegible] inter initia huius affectus.* Eandem mis[illegible] [illegible] laudant Aetius, Paulus, & præcipue Galen. *lib. de sang. miss. c.7.* ac fere omnes medici. quod en[illegible]m proba[illegible] otest ex Hipp. *lib. de locis aeris*, qui tefert: *Citas præseruationis gratia ab articularibus morbis, quibus ob frequentem equitationem assidue corripiebantur, venas post aures incidere*, & quod magis est admiratione [illegible]ignum, quod plurimum sanguinis ab eis defluere permittebant, a quo fluxu plur[illegible] dormientes deinceps præseruabantur ab huiusmodi

E affectu. Quo fit, vt iure constet, auxilium præcautorum in his affectionibus plus præstare gratiæ, quum confertim, & subito fit, quàm cū paulatim & sensim. Ex quo enim vis rationis elicitur, nimirum humorum vitiosorum copiā, in his affectibus, totam inesse venis maioribus siquidē sanguinis missione vnica, annua aut perpetua præstatur val[illegible]tudo, quod esse nequisset, si affectus ex his esset, qui paulatim [illegible] ex[illegible] olcerent vacuationem. Rursus vltimo constat, quia eadē genere debēt esse auxilia (*quatenus ad humorum rationem pertinent*) in præseruatione, ac in curatione: q[illegible] verò in curatione [illegible] lien[illegible] m sit ab omni methodo fontanel[illegible] aperire, humoribus, qui præsu[illegible]t, [illegible] a[illegible]tuendis, primo probari potest ex ip[illegible]a communi omnium medicorum sententia, *vt paulo inferius ex Gal. probabo*, neq; adhuc ex ipsa affect[illegible] ratione, nam to[illegible] stat[illegible] humorum p[illegible] plu[illegible] in a[illegible] u[illegible] li cauitat[illegible]m, quàm tantum po[illegible]e [illegible] trahere per d[illegible] cussoria ph[illegible]nnaca no[illegible] d[illegible]cet Galen. & [illegible]o[illegible]mnia alia auxilia, quæ in vapor[illegible] [illegible] tent, ac per [illegible] sensi[illegible]lem hal[illegible]uin e[illegible] taha[illegible] d[illegible] psam in articul[illegible]o materi[illegible] a[illegible] in ne[illegible]

F est, am in top[illegible] os abire. Q[illegible]ap[illegible] c[illegible] uto dixit Hip[illegible] eodem loc[illegible] *mirz[illegible] articulares* [illegible] *fit* [illegible] *materiam* [illegible] *tempus* [illegible] *ferunt ante* [illegible]

*Arthritis quadragesimo terminatur.*

auferant: namque hoc præsidium, vt vltimum est in efficacia, ita vltimo loco adhiberi desiderat, aliis prius tentatis.

Fontanella quot modis prosit.

Præstat hoc præsidium nostris corporibus suã gratiam, duobus modis: vno quidem, cum eadem met particula, in qua humor generatur, ibidem morbum parit, veluti in *affectibus capitis*, quos per primogeneam affectionem caput ipsum patitur. Cui quidem subuenit deriuatis humor per partes sibi communes, fontanella aut setone infixo propè partẽ affectam, vt paulatim humor dilabatur, & proprium locũ deserat: namq; pars, quæ & generationem humorũ & morbum sustinet, semper sibi proximam desiderat fontanellã, quia à distantiori, præter id, quod nihil iuuatur, ad alias intermediasq; partes cogitur humorem transmittere, ac sæpius nouum affectũ excitare. G *Secundo* verò modo, cum in aliam suum vitium transmittit particula, quo tempore duplex est auertendæ fluxionis ratio. Prima, quum prope membrum mandans afficitur fontanella: quæ euacuato per proximam mandantẽ partẽ humore, quasi reuulsiore iuuat. Quo fit, vt in affectum morbum non deferatur. Monendus tamen mihi in hac parte lector est, ne deceptus membri recipientis affectu, ac miseria, iuxta ipsum fontanellam aperiat, dum humor aliunde prouenit: sed expedit semper fluxionis originem exquirere, ac ibidem remedium affigere, alioquin impossibile est, quin aut maius, aut nouum efficiat damnum, hæc enim est huius præsidii potissima indicatio, nimirum vt materiam fluxui aptam per distantẽ à parte, cui damnum infert, regionem facilè expurget. Nulla namq; ratione hoc auxilium fluxiuni, quatenus fluxio est, mederi valet, sed tantũ fluxioni aptam materiam alio transfert, antequã consuetũ iter aggrediatur. Nam postquam primũ fluere cœperit, minime amplius poterit fontanellis ab itinere reuocari: æqualem etenim auxilium obtinere debet efficaciam cum motus celeritate. Atqui cum motus fluentis humoris auxilium exposcat subito & affatim agens, & fontanella sit lentum admodum, & tardum præsidium, hinc est, quod non possit motui contrariari, nec reuulsionẽ moliri. Quod aliquando proprium est secundi auersionis modi, quia non solũ B humore per proximã mandanti partem euacuato, fluxio supprimitur, & libera manet particula, quæ recipere assueuerat, sed ẽt in medio itinere, inter particulam affectam & transmittentẽ aperta fontanella, per quam humores, qui fluere cœperunt, expurgentur: nam proficuum solet esse præsidium, paulò superius à parte recipiente (*dum nõ datur alibi locus*) fontanellam aperire: vt humor, qui iam iam in partem irruit, per proximã vstionem dilabatur: veluti si quis crurium, pedumve dolores, aut tumores patiatur, superiorum partium consensu aperta cruribus fontanella plurimum iuuat: non quia fluxionem [illegible]it, sed quia in medio itinere noua patet ad exitum via, antequam ad affectam partem perueniat. Sic cum è pedibus aura, aut quid simile ad supernas partes ascendit, media etiam via foramen aperire conuenit, vt per id expurgato halitu, aut humore, impediatur, quominus solitam partẽ ascendat. C Deniq; prodest hoc auxilium extracto humore per vicina, antequam ad fluxum moueatur, aut impedito, quominus partem affectam attingat, etiamsi moueatur, facto in via emulctorio, dum propter aliquod impedimentum prope partem mittentem fieri nequit: aut per aliam distantiora aut contrariam humore distracto, antequã à parte mandante ad affectam moueatur. Quapropter in iis, quibus deriuatione prodest etiam ex accidenti & ob situm partis affectæ, & mandantis, reuulsionẽ opitulatur, veluti in *epilepsia*, aut aliis *capitis & cordis affectibus*, qui vteri consensu concitantur, frequenter contingit: nam aperta in altero crurũ fontanella, non solum humor ab vtero, vtpote parte primo affecta, deriuatur, verum ad contrariam & maxime distantẽ partem ei, ad quã fluere assueuerat, reuellitur ac distrahitur. Cuius rei caussa nosse oportet, maioris esse momenti, *fontanellam* aperire in ea parte, quæ maximam habeat cum membro mandante communionem, quam in ea, quæ ex opposito, aut distantiori loco D sita sit: alioquin multo nullius est vsus.

Fontanellis & setonibus vti nõ idem est.

Nosse etiam oportet, non semper idem esse setonib. aut fontanellis in quouis affectu indistinctè vti, sed aliqualem interesse differentiam. Nã in cutaneis affectibus, aut qui maximam habent cum externis communionem, maioris sunt momenti setones, quam fontanellæ: vt qui maiorẽ cutis partem perforent, & altius minime penetrent. Quamobrem mirabile solet esse præsidiũ, in impetigine, & aliis cutis fœditatibus. Prodest etiam in pueris, & iis, qui ab auxiliis huiusmodi facile dissipantur: tandem in his partibus, quib. neque fontanella aperiri potest, neque ligatura quicquam ad id præstare valet. Fontanella verò grauioribus affectibus medela est, & eis, qui ab altis & abditis corporis sedibus ꝓdeunt: vltimo verò iis, quib. opus est maiori vacuatione: namq; re vera vt palam fit experientia, maior humoris copia per fontanellas, quam per setones expurgatur, licet setones difficilius consolidentur, & E coalescant. Quamobrẽ in longiorib. affectibus & his, quibus diminuta vacuatio longo tempore facta sat est, plurimum prosunt, veluti *in oculorum affectibus*, *aurium* & aliarum deniq; partium, quæ paruæ sunt: quarum affectus potius ex consuetudine fluendi ad easdẽ, quam ex humorũ copia concitatur, quibus sat est diminuta vacuatio ad consuetudinem fluxionis auferendam. Sic fontanella in maiorũ partium affectibus, ac iis, quib. humorum moles vberior est, locum habet: hæc namq; semper aperitur in ea cauitate, quæ exstat inter duos musculos partis, cui affigitur. Quo fit, vt ex altioribus corporis partibus trahat.

Fontanellã aperire quibus affectib. prosit.

Ceterum quod in hac re maius facessit negotium, veluti in re noua, aut præ vetustate adhuc deserta, iudicio nostro est nosse, quibus affectib. indubitanter prodesse possit: & in quibus ab hoc præsidio supersedendum sit. Qua in re nosse oportet, non minorẽ gratiam hoc præsidiũ impartiri fluxionibus, quæ intus manent, quam iis, quę extra prodeunt: ac etiam illi esse peculiare, vt o- F mnibus affectibus medeatur, qui ex alterius defluxus suppressione cõcitantur: dum eadẽ fluxio iterum reuocari nequit, aut non conuenit, veluti in iis contingit, qui assueti sunt articularem morbum pati, aut hæmorrhoides aut varices, dum in alium affectum mutantur nimirum in difficilem respirationẽ, aut quemuis alium pulmonis

[illegible]

... quæ humorum [illegible] tiam est aliter quàm antea in [illegible] quetunt [illegible] port [illegible] [illegible] cui [illegible] ter debitam vitæ institutionem [illegible] præcipue meminerunt [illegible] ius modi causam inesse tot [illegible] re: vt facile est colligere apud Celsum, qui annuā & sæpe perpetuam valetudine pollicetur, sanguine missione inter initia huius affectus. Eandem missionem laudant Aëtius, Paulus, & præcipue Galen. lib. de sang. miss. c. 7. ac ferè omnes medici: quod etiam probari potest ex Hipp. lib. de locis aeris, qui refert: Citas præseruationis gratia ab articularibus morbis, quibus ob frequentem equitationem assidue corripiebantur, venas post aures incidere, & quod magis est admiratione dignum, quod plurimum sanguinis ab eis defluere permittebant, à quo fluxu plurimū dormientes deinceps præseruabantur ab huiusmodi affectu. Quo fit, vt iure constet, auxilium præcautorum in his affectionibus plus præstare gratiæ, quum confertim, & subito fit, quàm cū paulatim & sensim. Ex quo etiam vis rationis elicitur, nimirum humorum vitiosorum copia, in his affectibus, totam inesse venis maioribus: siquidē sanguinis missione vnica, annua aut perpetua præstatur valetudo, quod esse nequisset, si affectus ex his esset, qui paulatim [illegible] expolcerent vacuationem. Rursus vltimo constat, quia eadē genere debēt esse auxilia quatenus ad humorum rationem pertinent, in præseruatione, ac in curatione [illegible] vero in curatione alienum [illegible] ab omni methodo fontanellā aperire, humoribus [illegible] tuendis, primū probari potest [illegible] omnium medicorum sententia [illegible] ex Gal. probabo, neq; adhuc [illegible] ne, nam tota stat in humorum [illegible] [illegible] quàm tali [illegible]

Sanguinis missio in arthritide plurimū valet.

[illegible] nibus [illegible] & minus [illegible] aut vteri [illegible] affectus [illegible] atur, fontanellam [illegible] aperire, quàm prope affectam partem, [illegible] in affecta parte [illegible] ne propter habitū

A morbosum, quē [illegible] iuxta affectam partem [illegible] aperietur. At si fluxio proficiscebatur [illegible] parte, [illegible] ebat pot longe diuersam [illegible] dum supprimitur, & reuocari nequit, non iuxta partem, per quā fluere assueuerat, sed prope membrum transmittens, fontanellam aperire expedit. Veluti si alicui fluat aluus ex capitis defluxu, cuius ratione à variis præcaueatur affectibus, dum supprimitur, propè caput ipsum vstionem moliri oportebat, vt per proximam mandanti partem humor deriuetur.

Fontanellā in arthritide & articularib. morbis an liceat aperire.

In arthritide vero aut quauis eius specie haud ita facile est nosse, an expediat fontanellā in earū medelā aperire. Atque licet pauci (quod ego legerim) hucusq; rem hanc scriptis mandauerint (fortaßis quia apud antiquos rarior erat huius affectus vsus: vt expresse videtur insinuare Plinius lib. 26. his verbis: Podagra morbus rarior solebat esse, non modo patrū, auorumq; memoria, verum etiam nostra peregrinus & ipse: B nā si Italiæ fuisset antiquitus, Latinū nomen obtinuisset.) Quia tn̄ passim medicos hæsitare in hac re cōspicio, id breui quidem methodo conabor docere, prout ingenii mei vires tulerint. Cuius gratia asserimus, totam podagrici aut articularis affectus rationē stare in prolapsione humorum fluentiū per venas ad articulorū cauitates, quos primo suscepturi articulorum loca, deinde [illegible] cumstantia omnia, vsq; ad cutim, & ob id partim tumorē inflammatur: quem quidem affectum merito Gal. lib. 6. Aph. com. 49. appellauit podagricam inflammationem, licet humor potissimum [illegible] in articuli cauitatem: ex [illegible] quo liquet necessum esse, quæ ipsum [illegible] ligamenta [illegible] simul cum [illegible] aduertend [illegible] sorum [illegible]

Articularis morbi causæ.

C ex indebito vitæ institu[illegible] abundantiam, du[illegible] vt ex Gal. lib. 6. [illegible]

nectur siccatur, & in aliis, qui præ corporis athletico habitu & iuuentute, statutis temporibus sanguinem è naribus fundunt, quibus vbi ætas, aut corporis habitus consenuit aut mutatur, nihil amplius profluet citra manifestum damnum. Habent etiam id proprium hæ consuetæ vacuationes, nimirum quod natura cum iuxta proprias G leges se habet, quo sibi in tempus speret fore molestum, ingentis vacuationibus propellit, idq; non ex consuetudine, sed ex lege. Sic consuetudo, tuendæ naturæ gratia eandem seruat legem, & id quod semel naturæ visum esse, cognouit: qua ratione cum ab incepto naturæ præsidio muta subsistit, facile in grauissimos morbos prumpit, quales suppressæ vacuationes moliri solent: quas equidem iterum reuocare, ipsa medendi ars manifeste docet: tum præcautionis, tum vero curationis gratia: Superfedit etiam natura à consuens vacuationibus, sæpe ab alia vacuatione distracta, quod fuler illi esse grauius, tum quia distracta magis labascit, tum vero quia ab insuetis vehementius læditur. Atq; etiam ob id, quod raro impletur defectus cõsuetæ vacuationis, per insuetas, citra nuuũ damnũ: qua ratione expedit assuetam tueri, nisi aut plurimum fuerit molesta, aut superuenieus admodũ proficua: quo tempore probare & tueri mutationem oportet. Verum cum suppressio non ob distractionem, neq; ob mutatã ætatẽ, sed aut naturæ lapsu, aut noui fluxus aduentu contigent, quas vltimo loco diximus vacuationes excitare, dum supprimuntur, omni negotio expedit, ni grauius aliud malum placuerit eerrius exspectare. Verum quia in his concitandis, etiam quid peculiare, & cuiq; proprium obseruare conuenit, ne intrepide fiat, consultissimum mihi videtur, singulis excitandi rationem præscribere.

*Natura quo modo superse dcat à consuetis vacuationibus.*

*174 A*

Inter fluxus, quibus semel natura assuescit, & postmodum supprimũtur, nullus certe est, quem prouocare iterum deceat magis, quam eum, qui B per os & nares expurgatur: quod facile duabus rationibus probari potest. *Prima*, quia sputum & narium pituitam prouocare, facile & tutum est, tum ob medicamentorum, quibus id molimur, facilitatem & securitatem: tum vero, quia nullũ ex prouocatione sequitur incommodum. Quibus autem id fieri debeat, capite de *purgatione per sputum* abunde diximus. *Secunda* vero ratio, quia vbi huiusmodi vacuatio suppressa iterum non excitatur, in grauissimos morbos tum capitis, tũ thoracis & articulorum frequenter degenerare solet: Quapropter citra discrimen, aut reuocanda est per nares & palatum, aut per setones, & fontanellas alio transferenda.

*Sputum suppressum quomodo iterum excitandum.*

Solet etiam natura sæpius vomitibus assuescere, quibus multorum morborum habitum facile aufert. Quos quidẽ aut inbella nequit amplius mouere, aut errans alio humorem transfert, aut denique in particulam cui vomitus præsidium erat, iterum transmittit, ibidem morari finit. C Qua ratione præter animalẽ vsum supprimi contingit, Quos quidem omni arte (*præsertim qua hora assueuerat natura*) iterum excitare oportet. Atquũ expultrice imbecill redditaa, suppressio accidit, quod ex ventriculi grauitate, leui nausea & cibi fastidio aut auersione facile colligitur, vt quæ v[illegible] cum grauari certo ostendant, vomitus pr[illegible]uocandi est, iis tantum, quæ acrimoniam inferant, vt [illegible]entem abstersione & irritamento expurgent, qualia *vinum mellitũ cum semine raphani, erucæ, aut nasturtii feruefactum, aut decoctum radicum rerum cũ aceto & melle, aut oxymellite simplici, aut scilitico*. Præstant id etiam, quæ proprio vomendo purgant: qualia diximus cap. de *Purgatione per vomitum*. Nollem tamen necesse est, expultrice facultate existente imbecilla, non licere tepida, neq; pinguia adhibere, ne amplius effœminetur & hebetior fiat: quod in omnibus alus suppressionibus proficuum fore constat. Itaque vomitibus per interualla excitatis, naturam ad assueta trahere oportet: quibus autem vomitus omnis generis mouere oporteat, *cap. citato* abũde diximus. Nunc vero satis est nosse præcipuam curandi rationem in affectibus, qui vomitum suppressione excitantur. Verũm quia solet sæpe malum ita graue fieri, vt alia protinus expõscat præsidia, q celerius ac vehemẽtius auxilium præsteot: necessum est ita ote affectus grauitate, ad alia confugere, & post vehementiæ remissionem paulatum ad assuetam vomitum redire.

*Vomitus suppressi quomodo excitandi, quales & quando.*

D

Aluum vero supprimi, duobus modis intelligi potest: aut naturalib. nimirum excremẽtis (*also siccauri facta*) plurimum retentis, vt in conualescentib. & diuturno morbo confectis sæpius cõtingit: & in his etiam, quibus iecut supra modum calidũ est & siccũ: ac vltimo in aliis, qui aut plurimum se exercuerũt, aut inediam sustinẽt, aut hæmorrhoides patiuntur. *Secũdo* vero, cum aluus, q ex consuetudine plurimum erat fluida & humecta, siccatur & subsistit. Qua vero ratione exsiccatam aluum mouere expediat, capite de *clysterib.* docere cœperam. Verum in conualescentibus & diuturno morbo confectis, aperte constat, nullo alio præsidio vsum fuisse Gal. *lib. 5. de san. tu.* quam clysteribus ex oleo, quibus & siccius excrementum madescit, & trãsitus efficitur lubricus, & totus venter emollitur. At quia sæpe alimẽti penuria ob edacem morbũ, id contingit, eo, q inanita natura fixius excremẽtis intuitur, donec ex fuecata ex toto dimittat: ob idq; non solum clysteribus res agenda est, sed alimenris humidioris succi, & facilioris substantiæ, quæ præexistẽtem inanitioni satisfaciant, naturamq; non permittat diu versari in spurcitiis excrementorũ. Verum dũ aluus arescit ob iecoris calorem & siccitatem, tota medẽdi ratio versatur circa reductionem iecoris ad pristinum temperamentum. Atqui eum id reducatur frigidis & humidis, admiscere semper oportet, quæ hebetiorẽ reddant tractricem iecoris facultatem, qualia sunt quæ ex *mucilaginib. seminũ & radicum, & ex succo portulacæ & maluarum confecta* ... ob id sic affectis paolo copiosior aquæ potus cõmodissimus est, pſertim si iam aluus siccitatem sibi contraxent, *vt Gal. visum est*, quẽ vsum præstant clysteria, quæ *proprio capite* diximus. Prosunt & exterius fomenta *ex decocto foliorum & florũ violarũ, maluæ, seminis althea, maluarũ & lini*. Inunctionem quoq; ex *butyro & oleo amygdalarum dulcium* proficuam esse, mihi est experimento compertum. Quod si aluus ob exercitium, aut inediam exsiccetur, ex ocio & crapula promtissimum fit præsidium. In exsiccatione vero, quæ ex hæmorrhoidarum dolore & calore fit, adhibenda sunt per superna, quæ lubricum ventrem efficiant, veluti decoctum *prunorum, ficuum, sisticorum, violarum, maluarum, addita mucilagine*

*Aluus suppressa quomodo & quando excitanda.*

E

F

*cillagine ſeminis cituniorum* [illegible] *bro.* [illegible] de [illegible] *& vio* [illegible] *malu[illegible]* [illegible] *mercuriali* [illegible] *prunorum* [illegible] *bugloſſæ &* [illegible] tactè [illegible] *seminu citoniorum* [illegible] ſit [illegible] tum, q[illegible] oport-

G tet [illegible] *conſecta*, quæ prod[illegible] pertum. Vt [illegible] na *eo quod eorum ſen*[illegible] *excrementorũ contactum perſentire nequeant* [illegible] auſſa fuerit, quæ abſterſoriam & purg[illegible] m vim obtineat, clyſteribus ſunt ad[illegible] *qualia ſuo loco abunde diximus.* Interim tn adm[illegible] velim huius loci lectorem, in quam pl[illegible] dyſentericis reperiri huiuſmodi fęcum ſiccitates, quibus ſæpe grauius redditur malum, quas equidem expellere neceſſe eſt, adhibitis, quæ induratas fæces emolliendo

ADMIRANDVM, & magno præditum à natura ingenio Hippocratem Coum artis medicæ conditorem primum, inter pleraque eximia præcepta, quib. omnium primus medicum erudit, memoriæ prodidisse legimus, vt diligenter & constanter in multarum rerum contemplatione versetur: Vniuersa medicamenta animo contineat, eorũdemq; facultates, tam simplices quã compositas expendat, vt speciatim prout singulis naturis, & cuiusq; corporis discrimini conueniat, prius quam ad artis doctrinam exercendam medicus admitti debeat. Quod ab experientia petendum esse, docuit quoq; Gal. *lib. de opt sec. ad Tra.* his verbis: *Ad sanitatem retinendam, & morbos tollendos, nocentium vsus fugiendus est, quod ad materiæ adhibendæ notitiam, experientia potens atque vtilis est.* Neque id satis, nisi partes corporum dignoscere, & partium vnamquamque seorsum studiose disquirere, & in similaribus particulis exercitari prius queat. Pari quoq; ratione, & instrumentariarum cognitio illi examinanda venit: nimirũ quæ natura constitutioue manus, cruris, capitis, iecinoris, cordis, censenda sit. Atqui neq, hic ei subsistendum, sed vniuscuiusque membri temperamentum, propria actio, formatio, positura, potentia, humorum discrimina, morborum quam plurima genera, differentiæ, caussæ, accidentia, qualiter singula in singulis adueniant, mox quãtum à statu naturali forte recedant: est quidẽ horũ omniũ dignotio apprime necessaria, ad præsidiorũ aptã materiam atq; celebrem horum notitiam, pro multiplici medẽdi varietate, & ingeniũ vsumq; consequendum. Namq; non sat est, neq; ea, quæ nuper diximus nosse, neque adhuc plura alia, ni exacte vti valuerimus præsidiis adinuentis, iuxta ea, quę de partibus cognitu esse necessaria diximus. Idem enim auxilii genus, resoluentium omnium, aut repellentium & similium diuersam

*Medicus quæ scire tenetur, antequam fiat practicus.*

uersam sæpe exposcit materiam, diuersasque methodos & rationes, à partis diuersitate sumta ad id indicatione. Quamobrem licet topicorum auxiliorum diuersitatem certis quibusdam generibus possimus complecti, tamen solet tanta varietate mutari, vt pene fiat ex affectus & affectæ particulæ differentia incomprehensibilis. Est enim si Hipp. *libr. de Flat.* credimus, morborum omnium idem modus: qui diuersitatem ex particula cursu, facile recipiunt: inquit enim: *Morborum autem omnium vnus & idem modus est, locus vero ipse eorum differentiam facit.* Quare videtur quidem morbi inter se nihil dissimile habere, præter diuersitatem scilicet locorum: quamobrem, & partium varietatem distinxisse oportet, & iuxta omnium naturam præsidia ipsa. Atq; ideo, vt res hęc apertior faciliorq; fiat, ad certa quædam genera reducere hac in parte placet: Sunt autem omnia (*præterea, quæ simpliciter calfacere, refrigerare, humectare, & exsiccare valent*) quæ adstringūt, quæ laxant, quæ emolliunt, quæ aperiunt, quæ obturāt, quæ attrahunt, quæ repellunt, quæ pus mouent, quæ resoluunt, quæ abstergunt, quæ abluunt. Sarcotica item, glutinantia, epulotica, caustica, anodyna, & vltimo roborantia: Primo tamen loco particularem vacuandi rationem, vno capite complexi sumus. Alia vero consulto prætermitto, quia aut leuia sunt, aut facile iis reduci possunt.

Topicorum auxiliorum diuersitas incomprehensibilis.

Medicamentorum varia genera.

Quorum omnium gratia nosse expediet, hæc omnia medicamentorum genera, ab affectus natura seu tempore, velut iure indicari, iuxta caussæ & affectus dispositionem: Sic humores, qui in parte aliqua reconduntur, aut repulsionem, aut suppurationem, aut discussionem desiderāt, pro humorum qualitate & tempore affectus. Sicuti quæ sordida sunt, abstersionem, & quæ dissoluta vnionem, & sic pari ratione de omnibus aliis affectibus, aut eorum temporibus. Ceterum materiam, qua quoduis medicaméti seu auxilii genus constat, & quousque, & quomodo ea liceat vti, præscribit etiam particulæ ratio, & probat, *vt nuper diximus*, experientia. Aliis namq; simplicibus constant repellentia, suppurantia, aut resoluentia (*& sic de reliquis medicamentorum generibus*) quæ oculis debentur, aliis quæ cerebro, aliis quæ ventriculo, aliis quæ iecori, & sic facta computatione omnium aliarum corporis partium, præsertim earum quas *principes* appellamus, aut aliquod habent commune officium. Quapropter cuiusvis generis auxiliorum seorsum meminisse oportet, facta collatione ad quoduis membrum principale: quorum distincte fiet mentio, si prius quædam omnibus communia docuero, quæ sæpius in certamen medicos prouocare solent.

Medicamenta vnde indicentur.

Materiam medicaméti quæ indicet.

Primum est, *an omnia particularia auxilia vniuersalem administrationem necessario prærequirant.* In qua quidem re expendendum est, ne cum medicorum vulgo, perpetuo à corporis vacuatione citra vllam distinctionem ordiamur, quatruplices esse nostri corporis affectus, neque in omnib. oportere eam prouidentiam, aut admittere, aut exquirere: siquidem nonnunquam intemperaturæ habitus parti accedens alimentum vitiat, citra humoris aduentum. Cuius ratione solis alterantibus perficitur, citra vacuantium administrationem. Quinimo in eisdem distemperaturis sæpe purgantia medicamenta officere est compertum, sicuti & sanguinem mittere. *Secundo* sæpe euenit, vt humoris fæx & vapor parti impressus aduenientem humore conspurcet, & inficit. Quamobrem requirit hoc affectus genus, non corporis sani agitationem, aut purgationē, sed obstructionem & discussionem materiæ parti affixæ, per euaporantia sudorificaq; ac discutientia auxilia. Occurrit enim frequenter huiusmodi affectus species in morbis periodicis morbis ac febribus; namque relinquunt fæculentū quiddam, corpore iam puro purgatoq;, podagrico in pede, nephritico in rene, asthmatico in pectore, tertianario, aut quartanario [illegible] coongi[illegible]s, cōseruans periodum lentæ, & diuturnæ febris: nō enim quod ablata caussa relinquitur, semper pure contraria alteratione abigitur: manet quidem non raro succi portio membro immersa, quam nisi digerentibus dissipauerit medicus, frustra alterantia admouebit. In quibus purgationes, vt plus sæpe incommodi afferunt, quam vtilitatis: ita topico remedio manifesto auxilio sunt. *Tertio* fit sæpius, vt partis affectio materialis sit, pēdensque non à toto, sed à superiori aliquo membro: vt thoracis morbus à capitis vitio: in quo affectus genere procedat prouidentia oportet, non tamē totius, sed partis primo fluxionem mandantis: quamobrem neque audiendi sunt, qui vt capitis purgationem regularius videantur egisse, totum corpus prius medicamentis purgantibus citra vllam indigentiam conturbāt. Superest sola quarta differentia materialis affectus, pendensq; à toto, quæ iure optimo purgatum corpus, aut sanguine euacuatum ante localium adhibitionem expostulat. Ex quibus constat, quam vere dixerit de alopecia loquens *Gal. lib. Phar. loc. 8. Particularem affectionem, si leuis est, solis ad laborantem particulam remediis curari.* Et Trallianus in Cephalæa & Hemicranea *lib. 1. c. 18.* medicorum errorem detegens, corporis negotium facessentium, vniuersalibus vacuationibus, quæ & vacuant vtilem valorum copiam, & vires frangunt, & dum turbāt fluxionem concitant, citra affectæ partis emolumentum. Quo fit, vt nisi affectio ex quarto genere sit, aut genus localis remedii fluxum excitari potēs, qualis est *sectio, vstio, aut suffusionis detractio,* & huius census alia, vereda sit corporis per sectā venā vel purgantium ē agitatio. Nā quamadmodum inutile ac sæpe perniciosum est, in tribus primis affectionum generibus corpus præuacuare: ita graue & periculo plenum, ac sæpe à Gal. proclamatum, corpore particularib. affectionibus consentiēte, citra eius prouidentiam particularia aggredi auxilia: quam hac lege tantum prouidentiam consuluit Hip. *lib. 1 de morb. mulier.* dicens: *Primum igitur ventrem purgare oportet sursum ac deorsum: deinde vteros subdititio medicamento.* Et alibi etiā inquit: *Quapropter optimum est, purgare totum corpus prius, & post, ipsos vteros, in aliis vero affectibus, qui extra quartum genus sunt, citra vniuersalem prouidentiam, particularem aggreditur curationem.*

Auxilia particularia an vniuersalem administrationem prærequirant.

Affectus corporis quatruplices.

Secundo expendere licet, quæ isthæc sit partium conditio, quæ mira varietas, quod veluti lege ac priuilegio quodam sancitum, vnaquæque suam sibi vendicet auxiliorum materiam, seu formam ac peculiarem conditionem, quantumuis vno & eodem genere morbi afficiantur plures: Namque auxilii genus, vt

Galen.

[illegible] ex morbi [illegible] specie exqui- [illegible] speciem & [illegible] etiam partium natura & differentia citra dubitationem [illegible] Quod equidem diuino quodam cōsilio [illegible] entum esse censeo, ne [illegible] inter mali naturam [illegible] decepti, quibus vis med[illegible] morbo pro[illegible] Medici vtrique [illegible] natiua tē[illegible] *vt paulo inter*[illegible] tam præ[illegible] mentis [illegible] ac substantia, altera [illegible] quantitaté, ac vacuandi etiam modum & locum ostendunt.

Partes solidæ quæ au[illegible] possūt, quæ [illegible]

Partes etenim natura solidæ ac densæ vehementiora sustinent alicantia: cæterum quæ tenuium sint partium, vt facile permeare possint, sicuti quę [illegible] aut caua sunt, vt viscera omnia, præsertim pulmo, vehementer exsiccantibus, aut aliis alterantibus non egent, sed crassioris substantiæ & debilis virtutis, vt diu operentur, & ne [illegible] nimis laxā non dissipent ac perdant. Situs etiam partium & societas plurimum præstare in curādis affectibus,

Situs partium quid monstret ac præstet.

Gal. li. 2. *ad Glau. [illegible] meth & li. 3. art med.* docet apertè, inquit enim: *Quod si particula affecta in penetratioribus locis sit sita, medicinas oportet insuper vale in vncione [illegible] quæ vis neque quam antea vim [illegible] natur.* Si itaq; calidius esse oportuit, eo quod est moderatum, nō solùm tantam habeant caliditatem, quantam exigit morbus, sed vltra eam mensuram tantum adijciatur, quantum ex situ vt pertingere possit ad locum patientem, necessariō sit: si verò frigidius, nō simpliciter tantùm frigiditatē oportet augere, sed & materia quoq; prius est aestimanda: si n. crassa sit, non admodum poterit ad profunda penetrare, sed potius contrarium præstabit affectū, spissando superficiem: at si tenuioribus cōstet partibus, poterit sane plurimū subire profundum: idem etiam in humectantibus & exsiccātibus accidit. Cōsiderare itaq; oportet, quot numero partes permeat medicamētum, antequā ad partem affectam deducatur, vt pro ratione itineris, eius vim augeamus: exemplū quidem est, id quod ad pulmones fertur, quod à ventriculo in iecur, venam cauam, & cor tandem ad pulmones deuehitur, cui certū est, in hisce partibus humoribus admisceri, & mutationem ac alterationem quandā perpeti. Quapropter quod vi[illegible] virtutis eius superest, minus omnino ac hebetius est, quam vt læsam particulam iuuare possit: quo fit, vt intendi necessario oporteat, quæ medicamenti, siue id futur adhiberi, siue deuorari debeat, vires nō præsentes, sed quales, dum ad effectū locum peruenerint, futurę sunt cōsiderandæ, vnde illa prodierunt miracula in diuturnis, quæ profunda esse solent distillatorum, *aqua ardentis, quinta essentia, auri potabilis*, chymica enim arte summa comparatur mixtis tenuitas, quæ dupliciter malis penitioribus facit, & quia accedit ad imum radicesq; mali, & quia cū toto affecto loco cōuersatur, & miscetur, ita vt facile alteret, & eiiciat. Qua ratione, quæ in pulmonis affectib. pectori forinsecus imponūtur medicamenta, longe vehemētiora & acriora, quā si ipsi visceri admoueantur, esse debent: tantum n. aduentitij roboris adijciēdum est, quantū per vaga spatia transeundo amittunt, vt quod superest, æquale existat ei, quod tactu iuuare tenetur. Lienis vero & iecoris & omnium deniq; peritonæi partium inflammationes eadē ratione curandæ debent: namq; si ipsis viscerib. medicamenta,

Medicamēta incidenda, si morbus in corpore profundus.

Chymica commoda.

quib. assidue [illegible] admoueri possint, eo mitiora esse eut imponenda [illegible] eorum natura [illegible] affīcitur, ni loc[illegible] laid[illegible] terdicerent [illegible] exceptis iis, quæ [illegible] & stomacho [illegible] onstituunt sola n. hæc talia adhibe[illegible] qualia morbus eaposcit, quo breui ac expedita promtissimè ad dictas particulas deferantur. Confert etiam nō parum partium situs ad vacuatiunē, reuulsionē seu deriuationem n[illegible] ostendam, *in primo huius voluminis libro abunde diximus.* Nec contemnendæ sunt indicationes, quas situs & figura partis simul præstat, quippe quæ instrumenta quibus aliquando vtimur ad auxiliorum administrationem [illegible] m[illegible] strant: id profectò maxime commendauerat [illegible] *lib. de vet. med.* recēsens internarum partium [illegible] utas, inquit: *Multa vero etiam alia & extra & intra corpus figurarū species sunt, quæ magnopere inter se differunt, quod ad affecti [illegible] pertinet, tum ægro, tum sano. nam & alijs vtimur instrumentis ad vterum dum afficitur, alijs ad vesicam, alijs ad eminentiam intestina crassa quippe hæc per clysteres in vterum metrenchytam, vterinum clysterem. idoneorum aliquod medicamentorum immittimus. sic in vesicam per tuduculum foratas fistulas, quas siphones rectos appellant, ad quorū exemplum excogitati sunt auricularij clysteres, quos otenchytas appellant. Na alia nam pessi & balani ad partium quibus vsus sunt, figuram situmq; adaptantur.* Ex eodem fonte prodit, mel esse miscendum omnib. medicamētis, quæ thoracis & pulmonis vlcerib. sunt proficua: namq; si austera sint, in ventriculo morabuntur, tardumq; aut nullum ad partem affectam obtinebūt motum: pari modo quoties in vesica aut renibus & aliis abditis corporis partib. aliquod inest vitium, ea miscere oportet, quæ aut vrinas moueant, aut celerem medicamētis motū præstent: sic quæ pulmoni & asperæ arteriæ profunt, paulatim sumēda sunt, vt tunicis arteriæ adhæreant: nam quæ confertim ingeruntur, nullum sui vestigiū relinquere possunt. Verùm vt quæ in ventriculo sunt vitia, cōfertim & subitò medicamenta ac crassioris substātiæ, & solidioris formæ, ne facile fluant, & dilabantur, eaposcunt: ita quæ gulæ insunt, tantū gaudent medicamentis paulatim & sensim adhibitis, vt lento & nouo eorū adhæsu maiorē ab eisdem partes gratiam recipiant. Deniq; tanti est momēti partis situs dignotio, vt Hipp. etiam plurimum cōferre, his verbis referat, *lib. de loc. in hom. Verùm hoc studio habere oportet, vt proximum exitum faciat, siue inferné, aut etiam alia aliqua corporis parte, vbi exitus sunt:* & subdit, dicens: *Cæterū morbi ea parte, qua proximi sunt, educendi sunt, & qua parte singulis exitus quam proximus est, extrahendi.* Dignitas verò & officium partis, seu præstantia, licet in simplici alteratione parū enarrent à conuenienti refrigeratione, humectatione, & exiccatione: nihilommus tamen in aliis medicamētorum generibus, præsertim iis, quibus aliquid notatu dignū excernitur, aut naturam & facultatem membri vim & iacturā pati posse speramus, cōducit quidē plurimum, *vt in multis locis lib 3. ar. med & lib. 3. meth. ex Galeno constat.* nam quo particula præstantius & magis cūm noe obtineut officium, eo promtius vacuari aut laxari desiderat, cùm nō sibi soli vires obtinere teneatur, sed & reliquis. Expendendum itaque, an pars, quæ afficitur, de earū numero sit, quę totius corporis cōmunes vires habēt: an verò facultatē habeat vnimet so corpori vtilem: an etiā alteri cōmunem quidē, sed cuius actio ad vitam neces-

Situs partium ad vacuationem etiā prodest.

Situs partis dignotio quantum momenti.

Partis dignitas & officium quid præstet in medicamētorum indicatione.

Partes ad vitam necessariæ pdæ citatæ.

A necessaria non sit, licet ministerium præstet ad vitam necessarium: vltimo vero, an priuatam, ac propriam, an aduentitiam & subseruientem. Vires quidem totius corporis partibus communes, atq; necessarias habent *cerebrum, cor, iecur, ac testes*, in quibus non leuis habenda de robore virium solicitudo est, licet in omnibus par non requiratur. nam maiorem exposcit cor, mox iecur, tertio cerebrum, (*licet aliquando plus vrgeat iecori*) cùm necessarium non sit ad longiorem vitam neruorum ac musculorum ope, dum affectus durat, vti: itaq; abundè fuerit, si tantum eius seruatum sit, quantum respirationi sit satis: quarto vero loco testes cum præcipuis partibus communitatem maximam obtinent, vt vires habeant vniuerso corpori vtiles, licet nō alteri cōmunes. Ventriculus itē ad portionē iecoris se habet; vterus non item. Virtutes habent cōmunes quidē, sed quarum actiones ad vitā necessariæ nō sunt, licet ministerium præstent ad vitā necessarium, *renes, lien, vtraq; vesica, venter inferior, thorax*,

*Partes ad vitam non necessariæ secundariæ.*

B *pulmo, aspera arteria, & fauces*, ex quibus quamprimum vacuare redundantiam licet, dummodo ne quid nimis dissoluatur. Priuatā item particulam, ac sibi seruientem nō offendes, si aut euacues, aut laxes, aut quomodolibet alteres. Cæterum aliis primi & secundi generis partibus nusquam quæ vehementer laxant, ac discutiant, sunt adhibēda, quin tantum eius medicamenti, quod roborandi & adstringendi vires obtineat, adiciamus, quantum membri vires periclitari, ac propriæ substantiæ & spirituum dissolui coniecerimus. siquidem virtutē & robur sibi & aliis obtinere tenentur. Docet quidem pulcrè Gal. *li. de opt. sect. ad Tra.* ex Hippocrate, naturam esse potissimam in quauis medicatione causam; nam inquiunt: *Ipsa namq; per se auxilia causas extirpare nequeunt, sed naturæ adminiculum requirunt, & ferme solum impetum, motumq; motuum naturæ adijciunt: reliqua per se natura administrat*

C *ac perficit*. Quo fit, vt & totius corporis ratione, & præstantioris propriæ particulæ salutis robur perpetuo tueri oporteat. Itaq; cùm in vili membro curatio laxantibus tuto fieri possit: ita in nobili citra mixtionem adstringentium incōmoda. Prosunt quidem adstringentia, tum gratia modi substantiæ partis affectæ: tum vero ne spiritus facile dissipētur, sed vt coerceantur, & cōstent. Verùm quia huiusmodi adstringentia suapte natura impedire penetrationē sunt apta, præsertim in abditis & profundis corporis sedibus permiscendā esse tenuem & odoratā quandam substantiam, Gal. *li. ar. med.* apertè cōsulit, quæ vbi exactè misceātur, vnam præstāt actionē ex mutuo vtriusq; auxilio. Huic etiā indicationi facile succedit *Quinta*, quæ sensus acrimoniam aut hebetudinem cōsiderare docet: nam quæ acrioris sunt sensus partes, mitiora longè capostulant medicamenta, quā affectus desideret. Expedit igitur, non confertim, neq; semel valētioribus auxiliis mederi, sed tuto potius & in tēpore. At vbi tardus est sensus, in his etiam

*Partes ratione acrioris sensus, qualia medicamenta exigant.*

D celeriter obire, quod iustum est, licet, semel adhibito præsidio, quod sit tutum. Itaq; partes docent, & suā tēperiem, figuram, societatem, situm, facultatem, ac vltimo sensum, vt quis facile particularium auxiliorum rationem habeat, materiamq; aptam inuenire valeat, cui vsui etiam maximam præstat vtilitatem, totius corporis natura: namq; puerorum corpora, fœminarum, iuuenum, senum, itē & eunuchorum, nonnihil etiam euariant a communi auxiliorum materia: sicut & ætas & tempus, & regio. Quæ omnia licet vera sint, nihilominus tamen si quis particularib. vtatur præsidiis, non statim à principio, dum morbus maius facessit negotium, particulæ temperiem expēdere tenetur: sed modicum tantum ipsam respiciens, est admiscendum, augendum tamen, quo particulam tueatur, quo magis remedia prosunt, & morbus decrescit: nam eo tēpore plus præualet particulæ ratio; secus res se habet in vacuantib. auxiliis, in quibus partis tantùm officium à principio maximi facere oportet: nam sæpe ex vacuationib. circa affectus principia incōsideratis, aut facultas in medio itinere subsidet, & labitur, aut viscero principaliori imbecillo facto, denuo alter affectus grauior superest,

E primo malo non curato, vt hydrops ex acuto morbo prodiens, fortassis ob copiosiores vacuationes orta, potius quam mali sæuitia. Quapropter tutius est, missiones sanguinis aut vacuationes partiri, vt membri robur in interuallis tueamur, quam vt affectus a principio cesset, sanguine copiosiore extracto, prorsus animal perdere.

Differendum vltimo est, *vtra e duabus indicatio præstantior sit: affectus nimirum, an loci?* Mota vero quæstio ita expedienda esse videtur: Si e duobus alterum tantùm agnoscitur, ignorato reliquo, multo præstat agnosci affectus speciem, ex qua genus curantis remedii summum perspicitur, licet ad indiuiduas differentias, quo conandum est, non descendatur. Nouit aliquis, laborare calore hominis viscera; num vero is calor hepar, an renes, an magis ventriculum occupet, perspectum nō habet. Idem cōfestim oportere admouere frigorificum remedium, intelligit, licet qua, quantum, quale, non satis cernāt. Qui vero intelligens

*Indicatio affectus vtrum præstantior sit indicatione loci.*

F morbum ex capite pendere, secum non decernit mali naturam, & morbi originem, num tumor in causa sit, an intemperies, & calida ne, an frigida magis: is ne genus quidem auxilii decernit, & cōsilii inops pendet animi summa & maximè necessaria affectib. cognitione destitutus. Si vero ambo illa Medico perspecta sunt, & in dubium reuocatur, vtra cognitio plures præstet curandi indicationes, & remediorum præscripta, respondet Gal. inuentis caussam morborum salubrem, partim quidem ex affectu, species ex affecto loco. Quanta enim sit remedii propter loci diuersitatem mutatio, manifestum est coniectanti, quantum curatio phreniticæ à pleuritici curatione distat. Cumq; species pauca & in genere doceat, locus multo plura & magis indiuidua, efficitur, quod Gal. *lib. ar. med. c. 94.* asserat, quod vtraq; cognita, imparem vsum curanti præbeat: maiorem locus, affectus minorem. Itaq; est hæc collatio inter genus & species, in quib. nulli dubium est genus anteire: nam quanto grauius est genus ignorare, quia totum ignoratur, quam species, qua ignorata, ignoratur

G solùm pars, tanto præstantior est indicatio à morbo indicatione, quæ à parte sumitur.

Tempestiuum quidem iam est, eam aggredi tractationem, quam à principio sum pollicitus. Atqui ne aliquibus mirum videatur, quanam ratione factum sit, cùm topicorum naturam ac varietatem docere promiserim, medicamenta tamen per generam disputationem affectam; quod factum esse intelligant velim, vt facilius, quæ cuique morbo sunt proficua, ex generalibus præsidiis innotescat.

*Excusatio auctoris.*

CAPVT

A

## Capvt II.

### De [illegible] & peculiari indicatione & vsu vacuationis, quæ fit a parte.

NOn solùm in disciplinis ordo ac methodus & optima docēdi ratio verum ad scientiam adtum; perfectamq; earum notitiam præstāt: sed & in his, quæ fieri debent, eadem & ordo aut ordinis perturbatio optatum in quauis actione finē temerè tantum, aut accelerant. Sic mihi de Topicis auxilijs tractaturo, vt eandem & docendi rationē sequerin, primò sese offert Topica seu particularis vacuandi ratio, quæ iure optimo præire tenetur in quouis peculiari auxilio, si à materia affectus id particula excitatur: namq; nō sat est, capite, ventriculo & vtero, aut quibusuis alijs officinis affectis, totum corpus euacuare, vt ex arte parti affectæ auxilia adhibeantur, ni prius partem ipsam vacuauerimus, dum tantæ inest illi plenitudo, quod sperentur particularia auxilia vniuersalem discutere, repellere, aut deriuare nō posse. Quamobrem ante omne particulare auxilium necessum est huius vacuationis priùs meminisse.

B

Sunt quidem tot peculiares vacuandi rationes, quot sunt partes in corpore, cæteris communes & proficuæ. veluti *cerebrum, ventriculus, thorax, iecur, splen, vterus, renes, vesica, ac testes*. & partes, quæ habent peculiares vias, quibus citra totius corporis turbationem expurgari possunt, aut sanguine misso vacuari.

Sic cùm sanguis alicui parti ita inhæsit, vt sanguine ea communi vena extracto, minimè separetur, detineturque, duplex insurgit vacuandi ratio: altera per scissionem venæ illi parti propriæ & peculiaris, à qua pars ipsa affecta fouetur: aut quæ ab eadem oritur nam huiusmodi sectione ocyssimè particula totem plenitudinem deponunt. Sic venulæ nasi, frontis & linguæ *in capitis affectibus* opimè scinduntur, aut eam, quæ prope humerum fertur, in præcautione verò eius ramos, qui inter pollicem & indicem sunt: sic capitis dolores, vertigines, & alij sæpe calido afflatu affectus sanari incisio earum venarum, quæ ponè aures sunt. Pari lege & cucurbitæ in scapulis scarificantur. *Oculorum* verò affectibus medemur, post communem venam scissam scarificatis partibus humerorum & ceruicis, & scissione venarum, quæ sunt in angulis oculorum. *Auribus* verò inflammatis, & parotidibus vena scissa sub aure prodest. *Gingiuarum, maxillarum, & dentium* doloribus ea scissa auxiliatur, quæ sub labijs extat. *Cordis* verò ac *pulmonum* affectibus interior sinistri potiùs quàm dextri cubiti vena prodest: quoniam pulmonum venæ è dextro cordis sinu prodeunt, hic autem in sinistrum parietem venæ cauæ inseritur, qui per alam sinistrā in cubitum exeurrit. *Iecore* item oppresso, inflammato ve, dextra cæditur: vtriq; tamen medetur saluatella eiusdem manus. In his verò affectibus, qui inter clauiculas & renes siti sunt, tenellæ vena interior, tardius autem vena manus: at ex vtriq; partibus vena media, siquidem ea communibus illa humeraria & interioris ramis coagmētata est. Subter renes in quacunq; parte infra affectus, secta poplitis vena, pro ditioni fit: ea tamen lege, quam diximus capite de *Sanguinis missione*. Renes verò ancipites sunt. Musculos abdominis ab inflammatione vendicat aperta inferior vena. Coli

C

D

interiori vena quamuis subter renes sint, interior cubiti vena secta aufert. nam ita commūstrat venarum origines deriuationesque. Vteri verò affectus (*licet membrū vnum sit*) varias tamen venarum sectiones desiderant: nam immodicè fluentibus menstruis, interna brachij medetur, suppressis malleoli, inflammationi quidem primitùs, item interna brachij mox ab impetu fluxionis, aut procedente malo, ex tali venis ani primas. Quæ plenitudinem euacuat & impetum euellit: secunda directiùs partem affectam respicit. Ac quemadmodum in mensibus, ita in hæmorrhoidibus suppressis aut fluentibus res fieri debet. Verùm si quæ inflāmatio vel podicem vel partes ubscœnas, vel vesicam, vel alterum inguen infestabit, modo venæ particeps non sit, ex superioribus cubiti venis multitudo summouenda, inhibendaq; fluxio est; verùm deinde tio pariculariter directiùsq; ab inferioribus fiet; cui similis est in mittendo sanguine crurum inflāmatio. Atq; hæc est venarum particularium incisionis ratio. Secundus vero vacuādi à parte modus, per ea fit auxilia, quæ ab ipsa parte per eandem mer sa gui e demit, quod fieri est necessum in his, quæ nō obsident altum à cute & carne locum; quibus cucurbitas affigere, scarificationē admouere, aut hirudines, prurite quod in parte est, & secta vena neq; medicamento tenelli potest, ab eadē euacuat. Atq; hæc sunt, quæ de particularis sanguinis detractione nuuisse oporter; quæ quidem aut mutare, aut alio modo euertere, alienum ab artis præceptis esse ea stimo. Et præter quā quod nihil prodesse sectiones, quæ aliter fiunt, omnibus est, ó, certum, cedere ipsissime constat, aut nocuum aff- &tum exacitare, aut demiq; frustra facultates imbecillitare: Quamobrē sicut in purgationibus eum humorē qui peccat, non eligere, graue est, & periculosum; ita in sanguinis detractionibus aliam venam secare, ab ea, quæ è directo partē affectam respicit, aut ab eadē proficiscitur, ānt in eandē inseritur, nefas quidem est: sicuti particulares has meliri vacuationes, citra totius corporis prouidētiam & vacuationem, quæ præterquam quod reuellat etiam prēcaueat; ne plus in affectam partem fluat, sanguine ad eam per particularē vacuationē euocatū Quod si aliquando citra eam prouidentiam fieri contingat, vt in conualescētibus imbecillibus, & iis, quibus abundantia tantum parti affectæ inest: necessum antea est, frictionibus & ligaturis lōge à parte affecta factis, totius corporis humores ad distātes partes quodammodo euocare, ne impetu sanguinis fluentis in dictam partem affectā fluant.

E

F

G

Pari etiam ratione, cùm vitiosus humor alicui parti insedit, modo ibidē generetur, modo aliunde trāsmittatur, ea purgatione, quæ è directo partem affectam respiciat, euacuari desiderat. cùm vniuersalis purgatio neqeat ea toto humoré peccantem auferre. Est tamen hæc vacuādi ratio profiena his præcipue affectibus, qui ex peculiari partis affectæ vitio laborantur generato in eadem parte humore superabundāte, quem vniuersales purgationes non valuerunt satis purgare Quamobrem his medicamentis, & ea vacuandi forma, quæ è directo partē respiciat, exhaurire omnino oportet. Ita vt sicut membrum generat, pari lege per eius emulctoria peculiare medicari eum excernat, citra totius corporis (alioquin ineulpati)

A

Margin notes: Topica quæ. — Vacuandi à parte modus I. — In affectibus capitis. — Oculorum. — Aurium. — Gingiuarum, &c. — Dentium. — Cordis. — Pulmonis. — Iecoris. — Renum. — Musculorū. — Coli. — Vteri. — Partium obscœnarū. — Vacuandi à parte modus II. — Particulares vacuationes quando sint præstantiores.

turbationem. Quamobrem pluries contingit, laborantes magis lædi, dum vna signatim particula affecta est, ex vniuersali vacuatione, quam iuuari: cõmotis nimirum totius corporis inculpatæ humoribus, ac ob id in particulã affectam cõfluentibus. Cum hoc tamẽ dum humores in aliqua parte exsistentes, aliunde proficiscuntur, aut ea toto corpore, tutius mea sententia est, vniuersalioribus vti vacuationibus, quàm his, quæ partem respiciãt. Nam turbata fortasse magis parte affecta, ipsam B plus suscepta re cogunt. Vniuersalis enim vacuatio turbatos, & ad partem affectam commotos humores, protinus vacuatione retrahet, à quibus corpore vacuato, facile est, partem affectam humores, quos susceperat, discutere: nisi eo malum deuenerit, quod vacuato adhuc toto corpore, quod receptum est in particula, nequeat facile resolui, aut sua sponte expurgari; quo tempore particulares vacuationes suam soleot præstare gratiam. Dubitasse tamen prius oportet, *sitne aliquod medicamentum purgans, aut respiciens peculiare aliquod membrum.*

Medicamentum v trum aliquod sit purgans peculiare membrum aliquod.

Cui dubitationi facile respondemus, medicamenta, quæ simplicem aliquam actionem alicui particulæ præstant, eam posse præstare, habito ad illam partem respectu potius, quàm ad aliam, quantumuis intermedia sit, aut ei vicina; quemadmodum videre est de *scolopendrio* lienem absumente, & de *stœchade* caput respiciente, de *splenio* lienẽ, ac de *betonica* renes, & pari lege de aliis quę non gratiam, sed perniciem quibusdam partibus afferunt, veluti de *cantharidibus* constat, quæ tantùm C vesicam vitiant; sicut *marinus lepus* pulmonem, quæ omnia latè Galen *de theriaca ad Pisonem*, & alibi *lib 3. method.* sæpius docet. Quod suspicor ex analogia seu sympathia quadam inter partes & medicamentum proficisci; mihi enim non est dubium, quin qua ratione sunt medicamenta quædam, quæ peculiarem quandam habent cum quibusdam humoribus similitudinem, eandem partes cum quibusdam medicamentis obtineãt, siquidem id adductis exemplis & rationibus facile probatur. Verùm quòd sit aliquod medicamentum purgans, quod partem aliquam ea propria & peculiari natura respiciat, haud ita facile videtur probari; ratio difficultatis est, quia via medicamenti purgantis in similitudine consistit, non partis, sed humoris; ex quo constat, in quocunq; sit loco ille humor, eum medicamentum trahere. Quo fit, vt rationi videatur consonũ, non esse aliquod medicamentũ purgans, partem hanc D potius, quàm illam, respiciens. Cęterùm quia doctissimorum virorum sententiis constat, id posse fieri, necessum est modũ & rationem adinuenire, quibos tãtorum virorum auctoritas probari possit. Cuius gratia dicimus, medicamentum purgãs trib. è partib. posse signatim purgare; *Primo*, à toto corpore, ex similitudine humorum vniuersum corpus obsidentium; *Secundo*, è partibus vicinis ei, in quo medicamentum purgans inest; quamobrem obseruantissimum est præceptum, in purgationibus, quæ per vicina fiunt, non licere valida adhibere medicamenta, ne á distantioribus partibus ad affectam vi medicamenti plus iusto trahatur. Atq; licet in caput purgiis validis, Galen. & antiquiores, sicuti in his, qui vterum expurgant, vsi fuerunt, ob id factum esse credo, quia in vtero,

Medicamentum purgans tribus è partibus signatim purgat.

ore, aut naribus hæc non recipiunt eãm actuationem, & principium agendi, quam in ventriculo, propter diuersum caloris modum; nam illæ partes neque multum caloris obtinent, neq; actuare satis valent medicamenta, ob idque, etiamsi adhibeantur, nõ opus est timere validam attractionem; nam leuis tantum fit, iuxta actuationis medicamenti rationem. *Tertio* verò modo medica- E menta ducuntur purgare, cùm in vnica parte existentia, á distantissima & signatissima quadam particula citra aliarum turbationem (*neque enim adhuc, in qua est*) humores trahunt, & purgant; quam quidem actionem aliqui iis tribuunt medicamentis, ob peculiarem quandam similitudinem, quã cum humore illius partis potius quam alterius (*etiamsi humor sit eiusdem speciei*) obtinent; namq; non esse alienum à ratione existimant, dari aliquod medicamentum purgans bilem, quod non habeat similitudinem cum omni bile, sed cum ea tantùm, quæ habet peculiares quasdam conditiones, quas illi tribuit cerebrum, & sic hæc medicamenta signatim à cerebro purgant: aut ventriculus, & sic à ventriculo signatim purgant: & pari lege omnibus aliis corporis particulis. Pręter quam opinionem, quam non suspicor esse á ratione alienam, ego existimo ob aliud notius & manifestius medicamenta aliqua á partibus signatim posse purgare: eo nimirum, quod medicamenta, quæ purgandi vim habent, simplicibus admisceotur medicamentis, quæ è directo par- F tem aliquam respiciunt, qualia sont á Medicis appellata *hepatica, splenetica, capitalia*, & huius census. Quæ omnia cum medicamentis purgantibus admiscentur, & suapte natura habeant in illas partes deferri, propter sympathiam, quam superiùs diximus, secum deferunt in partem illam vim medicamenti purgantis, ex cuius attractu partes illæ propriùs purgantur, & cõtractu virtutis medicamenti, quam reliquæ omnes: præterquam quod partes, quæ afficiuntur, necessum est promptiùs expurgari á virtute medicamenti, (*quamuis leuissima*) quam quæ sunt humoris exortes: nam illæ naturam habent vacuationi adminiculantem, propter humoris redundantiam, qua particula affecta turget; hæ verò minimè, quia carent humorum abundantia, & ob id non a quauis medicamenti potentia alterantur. Et hac ratione, iudicio nostro, aliqua effingit ars nostra medicamenta, quæ particulariter euacuant, admixtis semper medicamentis, quæ connexionem habent cum parte ipsa affecta eis, quæ purgatoriam vim habent, ex quibus constat, *quale sit medicamentum à parte purgans*. Quamobrem factum est, vt maiores G nostri catapotia caput purgãtia semper conficiãt stœchade, & capitalibus herbis; & trochiscos iecori etiam parant, cum absynthio; & sic de reliquis medicamẽtis, quæ particularia appellamus.

Ars qua ratione expurget medicamentis particulariter purgantia.

Purgamus itaq; caput, aut quoduis peculiare membrum, dum humorum vitio laborat, duobus modis; aut per proprias & peculiares vias, oculos nimirum, nares, aures, & palatum; aut per communes, eo tamen medicamento, quod è directo caput, aut quamuis aliam partem respiciat, habeatq; peculiarem illum, quem mox diximus respectum. Quamobrẽ partiri oportet huiusmo- A di vacandi rationem in duas partes, in quarũ prima modum & indicationem vacuationis eius,

Caput quot modis purgemus.

quæ

quæ fit per cuiusque partis propria emulctoria, monstrabo: in secunda verò eius vacuationis meminero, quæ, licet particularis sit, per communes corporis canales perficitur.

Capitis emulctoria.

Sunt autem capitis emulctoria (*vt ab eo initium sumamus*) oculi, nares, aures & palatium: raro tamen per oculos natura cerebri purgamenta pellit, nisi errans, aut præcauens maius malum, quam sit oculum perdere: quod si aliquando salubriter id ipsa moliatur, nobis quidem non licet eiusdem motum imitari: ne, quod intendimus, consequi minime valeamus, cuius loco cæcitatem, aut visus aliquod vitium moliamur. Sunt quidem oculi partes, quæ sensus tactus plurimùm participant, & ob id intensè dolent, quod potissime fierat ab acribus medicamentis, quibus vacuationes à capite mouere est necessum: ob idque consulerem abstinere ab huiusmodi purgationibus. Pari quoque gradu aures æstimantur: licet sæpius maiores vacuationes per easdem moliatur natura, præter eam quam cerebri quotidianum purgamentum expellitur: etiamsi tutissimum sit, dum aliquam tentauerit natura, eandem leuiter exsequi iis, quæ abstergunt, & modice irritant, quale est *mel rosaceum succum porri*, & eius census pleraque: cum vero ipsa id non tentauerit, minime Medico licet id efficere. At per nares & palatum *errhinis, gargarismatibus dentifriciis & masticatoriis*, probe caput expurgatur, sed propriùs per errhina medicamenta. Ostendit quidem Gal. *lib. 8. de vsu ca.* solam palati ex infundibulo purgationem sano cerebro sufficere, accedere autem etiam ceu auctuarium eam, quæ naribus purgatur: siquidem narium constructio & neruorum eo pertingentium odoratui facit, & respirationi: infundibulum vero, & rimæ ad palatum pertingentes, & deorsum grauia excrementa promptius deducunt, nullum habent præter hanc expurgationem in corpore vsum: vbi tamen ægrotat præ humoris copia cerebrum, & arte paramus peculiarem capitis inanitionem, tanto potentius faciunt, quam gargarismata errhina, quanto errhini non vis tantùm, sed copia ad ventriculos accedens, plures exhaurit, quam medicamenti qualitas ex gargarizatione côtendens. Cum hoc tamen masticatoria, & quæ palato indita pituitam trahunt, iudicio nostro ob emulctorii & viarum commoditatem, plus trahere possunt, & fortasse securius: minus namque commouetur in his cerebrum, ac minus agitatur, quam in errhinis. Solet enim cerebri commotio maioris mali sæpe præstare causam ex conatu ad expellendum facto, quo conans natura in principaliorem partem forte non ... m humorem transmittit. Cum hoc tamen vniuscuiusque harum vacuationum naturam ad vnguem expendisse oportet: ne alicui inopinato quid mali accidat, aut ex ignorantia salutaribus alioquin præsidiis vti non audeat.

Errhina.

Masticatoria.

D Errhina itaq; medicamenta solùm naribus indita suum præstant vsum, qui duplex est: alter pituitam crassam, mucum, ac omnes humores ad expulsionem præparandi, qui postea sua sponte dilabuntur: alter vero eosdem expellendi. Cæterum expulsio hæc duobus modis fit: aut peculiari nimirum medicamenti vi id trahere valente: aut irritata expellente cerebri facultate, vt ipsa deinceps sua sponte cerebrum, quatenus sternutamento facto, quosvis superuacuos humores impetu pellat, quibus expellendi modis quosvis humores pellere habet natura. Cæterum dum ars vacuationem molitur, peculiaria habet medicamenta, quæ præter id, quod facultatem lacessunt, cuiq; humorum attenuando expellendove sigillatim proficua sunt. Quorum, antequam leges huic vacuationi imponamus, meminisse erit operæ pretium, sæpius dixero, errhina duplicem præstare gratiam nostris corporibus: alteram in abstergendi narium sordibus, vlceribusque: alteram vero ad cerebri præsertim anterioris partis excrementa expurganda: non ea quidem, quæ in cerebri posterioribus ventriculis (*hinc quidem nulla via excurrit in nares*) sed quæ circum cerebri substantiam, circumque meninges colligitur & fluctuat: licet aliquando, præsertim per ea, quæ sternutamenta mouent, etiam quæ in ventriculis continentur, excernantur. Quo fit, vt omnibus medeantur soporosis affectibus, obtusosque sensus omnes expediant: & interiores in quauis sede infixos dolores discutiant: sic sternutamentum valide, quæ in fauces irruunt, destillationes potenter reuellit.

Errhina duplex.

Errhinorū commoda.

E

Medicamenta vero, quæ naribus indita purgant, sunt in duplici differentia: nam quædam propria & peculiari vi id efficiunt, quæ vere *errhina* dicuntur: quædam vero id efficiunt, cæterum commoto cerebro & sternutamento facto, quæ quidem appellantur *ptarmica*, hoc est, sternutatoria. Vtraque tamen reperiuntur multis gradibus vehementiæ aut debilitatis dissidentia, quemadmodum exemplis latius probabo. Vtraq; etiam necessaria sunt, pro affectus vehementia, aut sensus obtusione & acuitate: & vtraq; fere eiusdem sunt generis, dissident tamen tenuitate substantiæ, qua promptius sese in cerebri membranas inferunt, quibus vellicatis & demorsis, mouetur sternutamentum, facultate lacessita ad expulsionem: quo quidem motu simul, quod alienum est, & in cerebro præerat, excernitur. Quæ vere errhina sunt, crassioris sint substantiæ oportet, vt naribus indita & adhærentia, efficacius humores alliciant. Quod quidem opus duobus modis errhina perficiunt: mediante nimirum caliditate ac feruore, aperiendo ac fundendo humores, detergendove: aut ea propria virtute humores trahendo. Quæ autem caliditate id efficiunt, sunt *succum radicum betæ, succus calamenti montani, succus hederæ, nigellæ semē cum oleo irino, & sales omnes*, sicut & omnia alia, quæ odorata cerebrum dilatant, & quæ cerebrum ipsum etiam delectant, veluti *sampsucum, pulegium*, & huius census alia. Quibus vti nusquam decet in eo affectu, quem *coryzam* Medici appellant, ne dilatatione maiore, & tenuitate humoribus inducta, fluxio maior fiat. In quo quidem affectu reficcantibus & refrigerantibus tantum opus habemus, ob humoris acrimoniā, qui olim ex tenuis & calidior iusto fluit, vt facultatem expultricem cerebri ita irritet, sicuti bilis intestina in dysenteria: ob idq; purgatur cum multis sternutamentis. Verùm quæ tota substantia euacuant, alliciuntq; humoris maiorem copiam, sunt veluti *cyclamen*, quod & sua acredine & tota substantia euacuat, *elaterium, nitrum*, quod euacuat sua etiam caliditate, nedum tota substantia, *atramentum sutorium* naribus inditum quod licet mani-

Ptarmica.

F

Errhina vere qualia. & quibus modis opus suum perficiant.

In Coryza quæ vitāda.

G

Vacuantia tota substantia.

A fecta qualitate adstringat, tamen tota substantia euacuat additis *anemones radice & veratro albo*, quæ omnia crasso modo trita, & in nares indita, aut contorto linamento excepta, maximam humoris copiam per nares extrahendi vim habẽt. Quæ vero per nares commoto sternutamento humores purgant, licet prædictis multis modis similia sint, cum hoc tamen quodammodo videntur esse diuersa: nam acriora sunt, & tenuium partium: talia enim esse debent, quæ cerebrum subire teneantur, irritareque idem ad expulsionem, quem vsum præstat *saponaria herba, castoreum, batrachij radix arefacta & trita, elleborus & euphorbium*. Verùm quia iis effrænata vis inest, (ne quid inopinato contingat) singulis, certiùs quàm permixtis, complicatis atque compositis vti licet: cæterum aliis attemperatis: *struthium* enim & *batrachium* terantur & macerentur per diem in oxymellite, quæ non nisi veterno aut sopore capiti laboranti

Nares purgatur commoto sternutamento.

B adhibenda sunt. Nam aliis affectibus alia sunt mitiora, veluti *radix acori, nux muscata, piper album, zingiber*; & ea, quæ paulò antea retulimus. Ex quibus simplicibus & aliis huius census, ptarmica medicamenta (seu *sternutatoria*) duobus modis parari possunt: vno quidem partim ex solidis, partim verò ex humidis: illis quidem, *vt pyrethro, radice acori, veratro albo*, & similibus: iis verò ex succis supradictorũ simplicium, aut *porri, nasturtij, cæpe*, & aliis; altero verò modo fiunt huiusmodi medicamenta ex aridis & humidioribus ad vnguenti spissitudinem. Itaque aut in tenuissimum puluerem exsufflata, aut in liquorem iniecta, aut in forma solida apposita prosunt. Primum ex vsu est iis, qui sensibus & mente constant: secundum verò & tertium, vbi laborantes sua sponte sufficienter exufflare non valent.

Ptarmica quot modis parentur.

C Variatur quidem errhinorum & ptarmicorum auxiliorum materia, iuxta humoris peccantis ideam: nam dum pituitam purgare conamur, cõpositione hac aut simili vti poterimus: recipit enim *radicis pyrethri, iridis, vtriusq; semunciam, pulegij, calaminta, origani, singulorum manipulum, agarici in pastillos redacti sescunciam, florum roris marini, stæchados, singulorum pugillum dimidium*, decoquantur *in aqua libra, mellis & aceti scillitici singulorum* ℥.ij. *ex iure decocti fiat errhinum*, manè ante cibum sumptum, cui etiam electaria pituitam purgantia addi possunt, sicut electarium ex *palmulis, hierapicra, agarico*: possunt etiam addi aliæ herbæ, & succi, quæ eundem vsum præstent. Serosos etiam capitis humores purgamus errhino, quod recipit *succi maioranæ sescunciam, succi rutæ vnciam, mellis vnciam semissem, cuius semuncia singulis vicibus infundi potest.* Recrementa verò pituitæ cùm abstergere conamur, hac lege errhinum paramus: *Hordei integri pugillus, lentium vel lupinorum pugillus dimidius, marrubij aut pulegij manipulus dimidius, sambuci tantun-*

Errhina pituitam purgantia.

D *dem, decoquantur in aqua libra cum* ℥.ij. *mellis, additis guttis vini albi*. Bilem etiam, dum in capite abundat, per nares purgamus medicamento, quod recipit *succi rosarum semunciam, diacrydij scrupulum vnum, mellis modicum*. Quòd si valentiùs purgare velimus, *diacrydij* quantitatem simul cum aqua hordei adaugere oportebit: ac si calor aut acrimonia naribus sentiatur, lac iniicere oportebit, detersis primùm naribus aqua calida, vel oleo rosacco, & si calor urgens fuerit, *aqua rosacea, aut*

Bilem purgantia è capite.

*plantaginis*. Securiùs tamen bilis purgabitur *succo rosaceo, aut infusionibus rosarum*, antequam cõficiatur syrupus. Melancholicum verò humorẽ purgemus addito dictis decoctis aut aqua, *polypodio, thymo, epithymo, aut veratro*. At si expurgamenta, quæ extrahere conamur, in osse spõgioso fuerint, ea extrahere oportebit *hordei decocto cum melle aut saccharo*.

Melancholicum purgantia.

Atq; hæc est errhinorum materia & varietas, quibus non nisi corpore prius purgato vti datur, & naribus minime affectis, aut vtcunq; vlceratis: facile enim in maligna vlcera aut incurabilia vitia malum degenerabit, prauis humoribus per eam

Errhina quando vitanda.

E partem defluentibus. Cauere etiam hoc præsidii genus oportet in malis, quæ nec plurimũ vrgent, nec grauia sunt: nam cũ peculiaris sit partis principis vacuatio, facile ex frequentia & medicamẽtorum acrium cõtactu cerebrum imbecillitatur, ex quo & actiones animales sæpe peruertũtur, & in alia vitia aut assiduas fluxiones ipsum prolabitur.

Quod verò pituitam ex cerebro per os educit, *apophlegmatismon* vocatur: medicamentum quidẽ quod ori & palato inditum multis modis huiusmodi beneficium præstat, atq; non id solùm, verùm & ea ventriculo, propter tunicæ, quæ ventrẽ & os ambit, communionem, ac etiam ex thorace, si antiquioribus credimus. Partiemur quidẽ huius medicamenti modum in tres species: *Vna* sanè est, quæ hoc opus præstat, cùm palatum inungitur; aut dentes fricantur: alia cùm eadem medicamenta dentibus manduntur: & ob id *masticatoria* appellãtur, alia verò dum os colluitur eisdem medicamentis, quamobrem *gargarismata* appel-

Apophlegmatismus quid.

Apophlegmatismi tres species.

F lant. Quorũ omnium Gal. *lib. 5. de simpl. med. fa. c. 19.* etiam meminit, multos cognoscẽs in eisdem vsus. Omnia verò, quæ in has species secari possunt, duorum constat esse generum: etiam quædã sunt, quæ à prædictis partibus euacuant, prędita tantum caliditate & acrimonia, quæ omniũ mitissima sunt, cùm hoc tamen inter ea quædam sunt acerrima, grauioribus affectibus proficua. Quædam tutius eandem vacuationem moliũtur, quia à tota substantia id habent. Quę verò calida & leuia esse diximus, sunt *anethi semen, capparis radix, mastix, iridis radix sicca & virẽs, hyssopi, origani coma, piper, garyophyllum pyrethri radix, sinapis semẽ, eruca, gentiana, valeriana, galanga, passulæ ficus, sambuci succus, cardamomum, grana paradisi, & bacca lauri*. Ea verò, quæ valentius purgant, sunt *iridis radix virens*, attrahit enim non solùm sua caliditate, sed etiam facultate pharmacosa: *nitrum, anemones radix, radix etiam staphisagria*, & alia, quæ superiùs cõmemorauimus. Quæ omnia ad gargarizandum debent aqua macerari & concoqui: verũ vt masticatoria fiant, excipienda sunt *melle, cera, gummi, ammoniaco, mastyche, myrrha, aut te-*

Apophlegmatismi duorum generum.

Gargarismata.

Leuia.

Valida.

Apophlegmatismi vt parentur, & eorum vsus.

G *rebynthina*: cæterum vt dentifricia fiant, ex eisdem addito sale omnis generis, optimũ paratur apophlegma. Quæ omnia multis etiam modis parari possunt, iuxta affectus & affecti corporis conditiones. Optima itaque & vtilissima cerebri purgatio per palatum fit iis, quos diximus, modis, præter quos etiam non minoris est vtilitatis, si aptus conueniensque liquor haustus in nares resupino capite relabatur in fauces: nam in transitu cerebri basim subiens, viam, per quam excrementorum cursus est, expedit, & cerebrum etiam vi sua excremẽta deducit. Medicamẽta verò,

quæ

quæ hunc vsum præstant, non excedunt ea, quæ primo ordini inesse diximus. Purgant quidem cerebrum hæc auxilia excreta per os, maxima salinæ copia: atq; ob id maximam inesse vim apophlegmatismo diximus, si resupino capite hauriatur in nares, vt mox per summa palati relabatur in fauces: ita quippe cerebri basim proluens, longe validius ex illius ventriculis excrementa detrahit. Ceteræ autem apophlegmatismi differentiæ, primò dentium, gingiuarum & palati pituitam expurgant; hoc vero primo eam, quæ in cerebro residet, mox quidem pituitam, quæ in ceteris partibus vagatur, educit.

Apophlegmatismi quando vsurpandi, quando nō.

Vtimur verò hujusmodi præsidiis, in inueteratis capitis & partium vicinarum affectibus, iis præsertim, qui per epicrasin vacuari desiderant. Cauere tamen oportet, ne ea adhibeantur, vbi os, palatum & aliqua ex partibus, quæ has constituunt, afficitur, etiamsi in hujusmodi affectibus oris B collutiones maximè sint proficuæ.

Expendere tamen hac in re oportet horum auxiliorum differentiam in vsum venire, juxta humoris peccantis & affectus naturam & conditionem: nam in leuiore affectu & crassa causa sæpe ea medicamenta sufficiunt, quæ caliditate & acrimonia humores fundere & liquare, ac vias reserare nata sunt: in aliis vero, quæ causam habent, altius in cerebro sitam, & affectus maximū minatura periculum (*licet qui vis ad viarum & humorum præparationem, per vices & interualla non sit rationi absonum*) ea adhibere conuenit, quæ valentioribus constant. Quapropter sedula diligentia meuri oportet caussæ & affectus vim & efficaciam, vt juxta cuiusque indigentiam auxilia adhibeantur proficua, alioquin necessum est, in graue aliquod periC culum laborantes deferre, eisdem auxiliis, quæ multis fuere saluti.

Caput purgātia pharmaca per communes vias.

Caput etiam per ea medicamenta purgamus, quæ per communes vias excremēta deducere valent, habito tamen respectu partis, quæ afficitur. Quod quidem purgationis genus his debetur affectibus, qui majorē expostulant purgationem, q̃ eam, quæ per propria emulctoria fit, & rursus caput, aut propter imbecillitatem, aut dolorem, aut sensus acuitatem, nequit ferre contactum *caputpurgiorum*: & rursus his affectibus sunt proficua, qui fomentum aliquod recipiunt à toto corpore, aut quauis alia particula: tutissimum quidem eo tempore est, per cōmones venas euacuare, quod in capite & membro mandante continetur: & tutius profectò cauere vacuationē, quæ fit per propria capitis emulctoria, ne turbato commotoque capite, aut amplius trahat, aut facilius suscipiet. Conficiuntur autem huic vsui pharmaca, eo medicamēto, quod è directo humorem peccantem D respiciat & extrahat, additis his medicamentis, quę cum capite habeant sympathiam & cōnexionem, vt virtus eorum dum caput petit, secum deferat medicamenti purgantis efficaciam, & humorem sibi familiarem ibidem redundantem facile extrahat. Verùm quia passim apud scriptores hujusmodi reperiuntur capitalia pharmaca, breuitatis studio ea consulto prætermitto.

Ventriculū quę purgāt, varia.

Ventriculum etiam cum mille modis premant affectus, totidem etiam purgare docet ars nostra. Cui aliquando adhibemus, quæ abstergendo, nonnunquam quæ irritando, quandoq; abluendo, sæpe quæ leniendo, aut comprimendo purgant: sæpissimè verò quæ propria vi purgando vētrem ab humoribus aut excrementis immunem reddunt. Nec temere quidem factum est, artem nostrā tot adinuenisse purgandi vias: quæ vis certe necessaria est pro ratione & differentia affectus ventriculi. Nam abstersoriis vtimur pharmacis, dum pituita, mucaginosusq; humor ventri adhærescens, ibidem tenaciter immoratur: cui abstergendo prodest *mel crudum, coctum, aut rosaceum, item terebynthina*: sicuti dum calor simul ventrem infestat, *hordei decoctum cum plantagine sicca & sacchare rubeo*: abstergunt etiam ex purgantibus aliqua, velo ti *aloes*, sic exposcente affectu & membri natura. Irritatoriis quoq; vtimur ventriculo ex pituita aut aliis recrementis obtuso. Sic *mercurialis sicla* aut *eorum succus*, & *rosarum* aut *vrtica cum aceto & melle* laboranti adhibeantur; nam probe hæc ventrem irritant. Abluimus etiam ipsum, dum humoris vitiosi, aut acrioris medicamenti reliquiæ à purgatione aut morbo supersunt, & ventriculo adhærent. Quo tempore *ius pingue, aqua calida, hordei decoctum, amylum*, & alia, qui cōsimilem virtutem obtineant, purgationem *mali succi, aut acrioris* medicamenti placidè moliuntur: partim retundēdo causæ malitiam, partim facta dilutione, propter separationem à ventriculi tunicis, quam medicamenta hæc præstant. Lenitiois quidem vtimur pharmacis, dum tenacior facultas retentrix plus justo ventris excrementa detinet. Solet porro natura coctioni perficiendæ intenta, eo supernacua excrementa retinere, donec aut in morbum prorumpant, aut jam genitum augeant. Quam ubi ē ex arte factum est, eandem retentricem imbecillitate, vt paulo laxior facta nequeat excrementa diutius retinere, sed fluere libere permittat: huius quidem census sunt pinguosa omnia, lenia ac humida, veluti *cassia, manna*, & eius census pleraque, quæ fibris retētricis facultatis mollioribus factis, ac ipsa dejecta, aluum nimis adstrictam soluant laxantq;, adstringont quidem alia medicamenta, & ob id ventrem fulciunt: quorum vsus proficuus est, quibus in animo est, post tenuis humoris totalem purgationem, vlteriorem impedire: ceterum non subitò, sed quodam modo amplius quid educere, & cum hoc ventrem roborare. Quem vsum præstant *rhabarbarum, cortices myrobalanorum*, & pleraq; huius census. Præstat etiam vsum hæc euacuandi ratio, dum venter nimis est G laxus, cum hoc tamen opus est vacuatione: verùm timemus, ne ventris laxitate, & humoris impetu plus fluat, quàm possit ferre facultas: ob idque his medicamentis vtimur, quæ necessitati vacuationis satisfaciant, cum hoc tamen ventri moderationem imponant. Vtimur tamen propriè *purgantibus medicamentis*, dum humor altiùs in ipsum ventriculi corpus, pancreas aut mæseraicas, inseritur, recondituque, cui necessum est medicamentum adhibere, quod maiores vires obtineat: tum vt calore (*qui proprius est omnibus purgantibus*) pori, substantiaque ventriculi laxentur, & aperiantur, vt facilius medicamenti vis intus in humoris sedem sese inserat: tum verò, quia ob similitudinem, eum tantum qui peccat humorem eligat, aut abstergat, ceteris intactis manentibus. Atqui huius rei gratia expendere oportet, ea quę ventriculi cauitatem inundant, facilius vomitu quàm

Abstergentia. E

Irritatoria.

Abluentia.

Lenitiua. F

Retentricē laxantia.

Roborātia.

expurgantibus excerni posse, vt proprio capite diximus, nisi tam sit humor acris & mordax, quod vereamur, ne ventriculi os superueniens majus efficiat damnum: aliter verò per seligens medicamentum deorsum pelli desiderat. Exposcit tamen hæc vacuandi ratio triplicem considerationem. *Prima* quidem est, non licere in particularibus vacuationibus, multoq; minus in ventriculo, vehementer purgantia adhibere medicamenta, ne plus trahant in ipsum à toto corporis ambitu, quam ab eo pellant: quamobrem leuioribus vti præstat, aut in minori copia, vt tantùm quod in ventriculo immoratur, ac partibus ei vicinis, citra totius corporis turbationem expelli possit: qualia sunt *aloes, tota rhabarbari substantia, pilulæ ex mastyche & hiera Gal.* & hujus efficaciæ pleraq; quibus *aromatica* admiscere oportet, multis quidem proficuum rationibus. *Secunda* quidem cõsideratio est, ventriculum pluries esse purgandum; non semel: nam cum pars princeps sit, minimè citra euidens damnum sustinet copiosam vacuationem: ob idq; tutissimum est, eum per interualla purgare. Superest quidem ex copiosa vacuatione sæpe venter ita languidus, vt deinceps suũ munus probè perficere nequeat: quo fit, vt vno malo curato, frequenter in grauiora decidat. *Tertia* verò & vltima cõsideratio est, ventriculi vitia ad expurgatiõnem præ-requirere medicamenta in forma solida exhibita, ne ocyssimè à ventriculo dilabantur, antequam opus perficiant: nam cum hæc leuioris efficaciæ esse teneantur, necessum est, ibidẽ immorari si profutura sunt, fluida quidem, cum promtè à ventriculo deferantur, nil ab effecta parte detrahunt.

In ventriculo purgãdo quor consideranda.

Ventriculi purgantia valida vitanda.

B

Ventriculus pluries purgandus.

Ventriculi purgantia medicamẽta sint solida.

Eisdẽ fere legibus (*verùm paulo largioribus*) jecur, dum humorũ vitio laborat, expurgari desiderat: nam neq; vehementia sustinet medicamenta (*licet paulo vehementiora quam ventriculus*) neq; per lõgiora interualla, licet copiosam vacuationem non ferat: hoc tamen habet peculiare, vt diluriora medicamenta expostulet, ob viarum angustiam, & locorum interualla, quibus à ventriculo distat. Quũ enim jecoris tum substantia, tum venæ cauæ, sæpe infarctu humorum alluuie laborent, magnaq; sit hujus visceris dignitas & præstantia, ob id quidem ea medicamenta maximè postulat, quæ obstructione liberent atq; corroborent nullo calore medio. Id quidem citra dubitationem præstant *gramen, rubia tinctorum, hepatica, adiantum, eupatorium*, quorum decoctis, succis aut syrupis admiscere oportet *rhabarbarum, agaricum*, & ea electuaria aliqua, quæ ad amussim recensere, non est præsentis instituti. Habent itaq; expurgatoria medicamẽta jecori proficua hoc peculiare, vt misceri semper desiderent incidentibus & attenuantibus medicamentis, ac sæpe abstergentibus: illis quidem, vt purganti pharmaco viam & humores præparent: hoc verò, vt simul cum eodem purgante partem ab humorib. liberent purgentq;. In qua quidem purgatione præire debent diebus intermediis inter vnam & aliam purgationem nuper dicta attenuantia & incidentia, vt purgans medicamentum promptius qua die accipitur, suum munus subire queat; præsertim cum in hac purgandi ratione nõ admodum vehementia, neq; in magna quantitate medicamenta purgantia esse debeant. Verùm si cum humorum abundantia quam purgare nitimur, aliqua etiam præsit distemperies, parare purgantia pharmaca eo tempore oportet iis, quæ calfaciant, refrigerentvè, juxta jecoris distemperiem: calida verò (*nam frigida superius retulimus*) sunt *asparagus, apij petroselini, fœniculiq; radices: absynthium, prassium, chamædrys, chamæpitys, juncus odoratus, schœnanthum, & vua passa*: atq; hæc omnia dicta sint de hujus visceris affectionib. quæ simam eius partẽ obsident: verùm quę gibbam partem occupant, per vrinam potiùs expurgare oportet, sic exposcente jecoris constructione. Medicamẽta verò huic vsui proficua & indicationes adduximus capite de *Purgatione per vrinam*.

Iecur quatenus purgandũ & quibus medicamentis.

C

Iecur purgantia medicamenta quem vsum præstent.

E

Lieni quidem purgando haud ita facilis indicatio est: nam cum eius naturæ viscus sit, quod terreo crassoq; humore abũdet, & ob id maximas ac difficilimas obstructiones frequenter patiatur, necessum quidem erat, paulò grauioribus & efficacioribus vti medicamentis: atq; cum humor ex propria natura iam sit tractu difficilis, & viæ longe arctiores cæteris omnibus, hinc factum quidẽ est, pharmaca vehementer purgantia humorem alioquin quietem exciture, & in maximas angustias & labores laborantes ipsos deferre, cum angustæ viæ nequeant vberem illius crassissimi humoris simul suscipere copiam. At leuiora medicamenta contemnit hujusmodi humor, præterquã quod pusilla eorum vis partem affectam pertingere nequit: quamobrem maturo in hac re opus est consilio. Ego tamen apta lieni medicamenta esse cẽseo, quæ primò suauitate quadam terreum illum humorem vel emolliunt, vel quodammodo colliquant, attenuant & detergunt sine adstrictione conspicua, vt deinde obstructione vel leuiter soluta, facilius & leuioribus medicamentis humores excidant in aluum. Horũ enim quædam moderatè frigida sunt & humida, quæ exsuperanti bili retorridæ conueniunt, vt *viola, buglossum vnamq;, succus malorum fragrantium*: plurima verò moderatè calida & tenuium partium, vt crassam fæculentamq; melancholiam attenuent atq; dissipent, qualia sunt *lupulus, cassuta scolopendrium, radix apij, cortex tamarisci, capparis radicis cortex, acori veri radix, struthium, vrtica, centaurium & huius census alia*. Itaq; in vniuersum duplex erit purgandi ratio: altera, quæ blandè & leniter aduersus humoris qualitatem & substantiam pugnet: qua sæpe tantum licet liquare humores, vt citra alterius auxilij adminiculum, per ventrem singulis diebus prorumpant: præterquam quod hæc medicamina leuem quandam habent purgandi efficaciam. Altera verò, quæ humoris electione & tractione eundem pellere nata est, quæ exercetur non leuibus medicamentis, vt multi censent, sed fortioribus, qualia humoris conditio requirit: verùm in parua quantitate, vt paulatim fiat expurgatio, qualem requirit viarum angustia & anfractus, vt vtraque conditione, sine vlla molestia ac discrimine humor peccans excernatur. Qualia debeant esse hujusmodi medicamenta, capite de *Purgatione* diximus, & Hipp. *lib. 1 de morb.* aperte innuit dicens: *Si vero splenetus fuerit, ne purget neq; lacte, neq; sero, eo quod medicamẽ ingestum multum educat.*

F

Lienẽ purgantia medicamenta.

Lienẽ purgandi ratio duplex.

G

A

Renes vero & vesicam purgare, docuimus satis capite de *Purgatione per vrinam*.

Vterum quidem varia medicamenta purgant: sicut sunt alia, quę per vterum totum corpus euacuant,

cuant, motie naturæ pellentis excrementa alba & rubia per eandem partem, totius corporis gratia, *vt Gal. ex professo docet lib. de locis pat. c. 4.* Itaq; sicut quoduis aliud membrum, vterus purgatur, & per proprium emulctorium, & per commune: per proprium quidem, dum totum vitio egetitur in vterum ipsum: per communem verò, quando corpus ipsum vitio vteri consentit. Purgatur equidem primo modo per Pessaria, aut per Clysteres methrenchytas appellatos, per Suffitus aut per Euaporationes. Ceterum p *Methrenchytas* purgam⁹, cum potiùs abstersione aut ablutione conamur vterum curare, nam ijs vsib. aptior est hęc medicamẽti forma. Suffimus vero aut euaporamus, dum in animo est, aut reliquias humoris conterere, aut distemperiem auferre, aut tandem vterum & humores ad euacuationẽ parare. Verùm suppositoria seu pessaria (*quibus frequẽter Hipp. vtebatur*) ea trium generum medicamentis cõstare conspicitur, dum tantum eisdem purgare nitimur (nam varijs etiam modis parari solẽt, juxta varios affectus) nimirum ex attrahentibus pharmacis & ijs, quæ valida sunt, veluti *flos aris, pulpa colocynthidis, nitrũ, cucumis asininus*, & hujuscẽsus pleraq;: quibus licet antiquitas vtebatur, & frequentissime Hipp. ego minimoè auderẽ vti, nisi aut maxima vrgente necessitate, aut coopertis lana aut gosypio ipsis pessarijs, ne partes vi medicamentorũ exedantur, vel plus illius partis humores trahant, tanquam particulæ cõditio patiatur: nam caliditas facilè in actum reducere ea medicamenta nata est. Aliud profecto genus eorum est, quæ modice purgare possunt, *vt agaricus, aloes, puluis benedicta, succus mercurialis, aut aliorum rei acris*, quæ aut vterum irritãdo, aut modice trahendo ipsum expurgent. Tertium verò & vltimum genus constat ijs, quę calfaciendo & attenuando humores liquãt, fundunt & attenuant, vteriq; vias aperiunt, vt facile deinceps humores sua sua sponte dilabantur. Sunt tamen pessaria forma rotunda & longiora, crassioraq; glandibus ipsis: conficiuntur quidem ex aliquo ea dictis medicamentis, quod molli lana aut alia simili re sit exceptum, sicut *cera, panno, aut bombace, aut linamento*, ꝙ multis formis solet fieri, filo quodã serico appenso, vt possit facilius educi. Imponuntur ano aut vtero, ad vtriusq; inflammationes sedandas, ad vlcera siccanda, præcipuè verò ad menstrua euocãda sistendaq;: item ad secundas educendas, & ad vteri humores purgandos. Cauendum tamen est, ne partem aliquam principem, ex his, cum quibus habet connexionem vterus, offendamus: quamobrem caute est procedẽdum, à leuioribus nimirum & his, quæ citra periculum adhiberi possunt. Clysteribus verò vterinis aliq ex leuioribus purgantibus addere licet purgandi vteri gratia, mihi tamen nõ videtur nimis tutum, ne aliquid medicaméti tunicis vteri penitius adhęreat, & aut fluorem vteri, aut exulcerationem commoueat. Purgamus etiam vterum per infernam aluum deriuationis distractionisq; gratia, *agarico, aut aloe*, veluti peculiaribus medicamentis.

Vterus qua ratione & via quibusue modis purgetur.

Suppositoria.

Pessaria vteri ex quibus cõficiantur.

Pessariorũ vsus.

Cautio.

B C D

## Capvt III.

### De communi & peculiari indicatione & vsu præsidiorum alterantium.

Qvvm dignatione quidem temperies in quouis affectu maior sit (*licet non semper ab ea initium curationis habeatur*) propterea quod (*vt optimè aduertit Gal. lib. 7. meth. c. 12.*) & ipsa temperies, quasi virtutem & robur membri eam dixeris: ideo ab ea initiũ sumere decreui: præsertim cum distemperies affectio sit primarium simpliciumq; partium: cuius quidem vitia ad animam pertinere potiùs, quàm ad corpus dixere (*animæ essentiam ignorantes* Hipp. & Gal. *lib. 6. pop. par.* [illegible] *lib. 3. de locis af.* Nam de morbo comitiali loquentes hæc proferunt verba. *Siquidem enim ad corpus inclinauerit* loquebatur de atra bile *comitiales fiunt: si vero ad animum* (hoc est, ad partes simplices, quæ tantum vitio temperamenti affici possunt) *atrabilarij melancholici dicti*. Itaq; tantæ est præstantiæ temperamẽtum, vt ab eius medela in topicis auxilijs incumbendis initium sumere sit æquum.

Temperamentum quantæ præstantiæ.

Profert quidem Hip. li. *de vet. me* de primis qualitatibus ænigma quoddam haud facile solutu. Nam inquit, *Frigiditatem & caliditatem omnium facultatum minime potentes esse in corpore* Atqui cum necessum sit simplicium qualitatum naturam & efficaciam exacte nosse, si quis rectè velit temperamentum vitiatum ad pristinum statum reducere: ob id quidem quid velit intelligere per hæc verba Hipp. diligentius rimari oportet: nam si vt jacent, quis intelligat, omnib. philosophiæ principijs aduersari, nũ inficiabitur: siquidẽ inter oẽs qualitates, caliditatẽ & frigiditatem esse in actionib efficacissimas, decretũ est apud oẽs sapientiores, quas ob id actiuas qualitates appellarunt. Ceterum si quis diligentius sapientissimi illius senis verba expendat, & mentem eaquirat, reperiet facile id esse dictũ, dum vtraq; qualitas ad inuicẽ est comixta & contẽperata. Inquit, n. idem auctor. *Quo equidẽ tempore inter se permixta simul frigidum ac calidũ fuerit, non lædunt: temperamentum enim & moderatio contingit frigido a calido, vicissim calido à frigido*, in quẽ sensum subaudire oportet Platonis sententiã in Phędone, qui refert, *Apices pugnantium iunxisse Deum, vbi vero seorsim vtrumq, secretũ fuerit, tunc affligit* Quod quidem apertiore sententia docuerat idem Hip. *lib. de vet. med.* dicens: *Non. n. siccum neq. humidum, neq. frigidum, neq. aliud quicquam ex his putauerim hominẽ lædere*, (& subdit) *hæc enim in homine inesse videntur, & hominem lædere. Inest n. in homine & amarum, & salsum, & dulce, & acidum, & acerbum, & fluidum, & alia infinita omnigenas facultates habentia, copiamq, ac robur. Atq, hæc quidem mista & in se tẽperata, neq, cõspicua sunt, neq, hominẽ lædunt. Vbi vero quid horũ secretum fuerit, atq, ipsum in se ipso fuerit, tunc & cõspicuum est, & hominem lædit.* Quæ quidẽ sententia apertè monstrat, quid velit significare per ea verba, q superius diximus. Ceterũ Hip. verbis (*licet quæ dicta sunt, ex eius mente vera esse appareant, sensu dicto accepta*) quid altiùs subintelligi posse, judicio nostro constat: hoc est, caliditatem & frigidatem in nostris corporibus cum temperamentum constituunt, si altera à medio recedat, à seipsis tormen, & ad maiorem intensionem sæpe reduci: hoc est, dum corpus frigidius redditur (si ex toto non sit) sua sponte calidius solito reddi, & pari lege dum calidius efficitur, postea ad maiorem frigiditatem deuenire. Ostendunt id quidem sequentia Hipp. verba, *libr. de vet. med.* Inquit enim: *In hoc itaque tempore, quum frigidum intus generatur & ipso hominem affligit, primum propter hoc ipsum est calidum, vnde adeo ex homine ipso nullo alio auxilio, neque præparatione opus habens.* Et subdit exemplum *Si quis sanus hyeme corpus perfrigerare velit, aut frigida*

Hip examinatur, declaratur.

Caliditas & frigiditas quo pacto tẽperamentum constituant.

E F G A

*lotione, aut alio quopiam modo: quanto id amplius fecerit, si modo non omnino corpus congelatur, vbi vestimenta acceperit, & sub tegmen venerit, magis & amplius corpore ca[illegible]it.* Quibus constat huius dogmatis veritas. Hæc quidem dixerim, vt studiosi intelligant duo: primum, calorem & frigiditatem, dum inter se amica sunt, [illegible] extrinseco alter alteratur, dum omnino non [illegible]ita vt amicitia & temperamentum subuertatur, insitum ex natura habere ad inuicem per antiparystasin foueri, quod etiam pulcra quadam sententia protulerat Hipp. *lib de nat. pueri, & lib. de carnib.* dicens: *Omne enim calidum frigido moderato nutritur*, intelligens has qualitates dum temperantur, adinuicem foueri: dum vero altera sua sponte excedit, corpus lædere: *Secundum*, nulla ratione hanc mutuam & spontaneam gratiam seu antiparystasin posse pertinere ad passiuas qualitates: ob idq; semper altera alterius præsentia remittitur, & nulla earũ cum patitur à seipsa gratiam accipere constat, nisi ope alicuius facultatis naturalis, qua sua propria actione corpus humectet, si arescit: & rursus arefaciat, si humectum fuerit. Hæc omnia diximus, vt in vsu administrationis alterantium auxiliorum medicus intelligat, quantum facessit negotium calfacere, aut refrigerare: & quantùm magis, humectare aut exsiccare, siquidem hæc citra virium naturalium adminiculum fieri nequeunt: illa verò aliquando sua sponte ac sæpe contraria qualitate adhibita, ea accidenti, contraria intensius fiunt: sæpissime verò ex adhibitione contrariæ mitescit.

Ceterum cùm ea, quæ calfaciunt, refrigerant, humectant aut exsiccant, nõ solum id efficere habeant, sed aut aliis intermediis illatis alterationibus, *vt paulo inferius probabo*: aut aliis postmodum acquisitis: necessum est ad vnguem exsequi, quid harum qualitatum quælibet sua sponte in nostris corporibus efficere queat: vt iuxta affectus & affecti corporis indigentiam, hunc aut illum cuiuslibet alterantium effectum exquiramus, & facile citra alterius damni confectionem assequamur.

Caliditatis natura quæ. Sic caliditatis natura est, vt ad agendũ omnium sit efficacissima & potentissima: cõtra ad resistendũ omnium maximè infirma. Cùm hoc tamẽ si cõferatur frigiditati virtus caloris in agẽdo, longè maior est, quàm virtus in agendo frigiditatis: etiam si frigiditas in resistendo superet caliditatem: licet tanta sit caliditatis vis & efficacia, vt dum agit in frigiditatem, ipsius resistentiam superet: saltem quidem quoad intensionem qualitatis, nõ actionis. Est itaq; calor, si frigori comparetur, habens rationem naturæ, vitæ & habitus: frigiditas verò priuationis & interitus.

Caloris effecta. Caloris enim est *componere & congregare* homogenea, dum naturalis est & coctionem molitur, ob idq; aliena separat: verum cum modum excedit (nam loquimur de calore animantium) omnia perdit disgregatq;, vt de calore putredinis constat. Quæ omnia calor perficit mediantibus quibusdam alterationibus, quas primum inducit. Nam præter calorem, quem præstat *tenuat etiam, fundit, mollit, urget, siccat, rarefacit, trahit, dolores sedat, dolores efficit*: præterquam quod calor innatus coquit alimenta & humores habiles, ob idq; homogenea cogit, & heterogenea separat. Calor item tàm internus quàm externus per accidens refrigerat, per accidens humectat aut exsiccat, denique alia efficit opera, quæ latiùs exsequar capite de *Resoluentibus*.

Nota. Hoc tamen vnum habet peculiare, quod humanum corpus securius calfieri, quàm refrigerari potest, ob innatam conditionem corporibus viuentium propriam.

Frigiditatis natura quæ. Sequitur calorem frigiditas, quę item actiua est qualitas, longè tamen diuersa à caliditatis actiuitate. Nam quamuis frigiditas magnam habeat in agendo efficaciam, minimè tamẽ conferenda est cum vi caliditatis, licet in resistẽdo longè superet resistentiam caliditatis. Sic natura proportione quadam compensat ac librat vim vtriusq; qualitatis: quæ cum sint inter se contrariæ, alteraq; alterius interitum machinetur, hac moderatione librantur, vt perpetuò perseuerent. Quapropter dixit Hippocrates, *in corpore minimè esse actiuas, & non lædere*, cum hoc tamen calor veluti instrumentum primum naturæ est, vel veluti habitus. Frigiditas contra, cum sit veluti priuatio, habet etiam in agendo vim priuatiuam. Nam frigus congregat tàm homogenea, quàm heterogenea, constipatq; omnia, & vnumquodq; reddit suapte natura immobile & veluti mortuum, & sicut motus Indicium est vitę, ita immobilitas mortis & interitus. Per accidens tamen frigoris actiua vis facit ad operationem naturæ: nam cum actiones naturales à moderato proficiscantur calore, frigiditas huiusmodi moderationem illi præstat. Sæpe etiam vi frigoris circumstantis calor cogitur in vnũ, & per antiparystasin multa generat & conficit. Item vi frigoris arcetur sępe extraneus calor, à quo solet proficisci corruptio & putrefactio maiorũ. Quamobrem meritò dicere possumus, *frigiditatẽ esse naturæ instrumentum*, ceterum non primum, sed per accidens.

Frigiditatis effecta. Præterea frigiditas, propter propriam quam infert sibi similem qualitatem, *crassat, gelat, glaciat, ac durum concretione facit, veluti crystallum & succinum*: hinc à frigido liuores, vt ex Hipp. *lib 5. Apho. tex. 17. & 20* constat, sic scirrhum conficit pituita crassiore facta, aut melancholia: pigros item frigiditas facit spiritus, & veluti congelat: hinc senibus & moribundis, sensus omnis & motus imbecillus & tardus oboritur: ob id etiam frigus somnolentos facit, spiritibus à frigore congelatis, & spiraculis in neruosa substantia contractis. Frigus etiam cutim condensando, retroeunte calore ad partem internam ea aërea sanguinis substãtia per vasorum tunicas exsudante, corpora impinguat. Pręterea frigus à densa & dura cõglaciat, maximè si etiam humida, vt lintea madefacta & funes hyberno tẽpore ostendunt. Hinc à frigore conuulsiones Hippocrates initi docet loco superius citato. Frigidum densat poros cutis, & meatus corporis internos, occultos & manifestos, & ob id calfacit, si repente adhibeatur, vt etiam *Galen. ostendit lib. 9 Meth.* Frigidum repellit, & intro protrudit foras admotum. Sumptum verò fluentib. materiis opponitur: hinc ferrum, ebur, & frigida alia conuulsionibus recentibus applicamus, fluxus sanguinis repulsuri. Frigidum insuper præterquam quod coctioni alimentorum, & humorum resistit, vt ex *Hipp. constat lib 5. Aph. tex. 20.* rem coqui cœptam recrudescit: hinc fit, in aqua puteali legumina, & alia minimè posse concoqui. Verùm quod in hac re frigori tribuimus, idem calori imbecillo tribuendum esse constat. Frigidum item partibus nostri corporis frigidis, sed calore

actuali

actual & vital [illegible] est [illegible] mum, vt o[illegible] us, nerui & [illegible] præter naturam vehemen[illegible] exter- num currum[illegible] & [illegible] vrina, ve- sui & [illegible] viuent[illegible] dum denigrat & [illegible] urat, [illegible] ostendunt. Sic a[illegible] & hume[illegible] hoc humectā-

B te materia præfig[illegible] fione fluenie, il l[illegible] expu[illegible] partium pa- bulum educat, *vt ex Arist.* [illegible] *aperte con[illegible] te ib. simpl. c. 4. lib. Phar. [illegible] lib. 4 Meth[illegible]* ne dixit etiam Hipp. *lib. 1. de M[illegible] Siccant autem [illegible] hida vbi nimium calfaciunt, & frigida vbi nimium frige faciunt.* Hæc itaq; sunt calidi & frigidi inter alia q̄ breuitatis studio subnceo officia. Quæ quidē au- get medicamentorū tenuitas in cal[illegible] & mor[illegible] crassines, sicut cōtra in frigiditate, ē si tenuitas, ce- lerior ē præstet frigidita[illegible] & maiuseiu actione.

Humiditas quæ vis et natura.

Siccitas quidem & humiditas, cum magis sint materiales qualitates, minùs suas actiones pan- dunt. Vis ergo humiditatis in age[illegible] do non est ad- modū magna, in resistendo contra humidias vim

C magnā habet. Quæ quidē præter propriam quali- tatem, quam inducit, mollitiem etiā conciliat, si- cut in omnibus, in quibus prædon inatur humi- ditas, aperte conspicitur. Hæc quoq; qualitas ha- bet hoc proprium & peculiare, vt in penitissima cu- iusuis corporis sese inserat insinuetq;, modo per nutritionem nostris corporib. succrescat, modo p madefactionem: cum hoc tamen vera & naturalis partium humectatio, quæ per solam nutritionem fit, vt ex *Gal. aperte constat lib. 4 simpl. c. 9.* lente & in- sensibiliter introducitur.

Siccitas præter suam qualitatem q̄ partibus in- fert, durat et easdem, vt ostendit aperte lotū æsti- uo sole induratum, ustē dunt & ossa, cartilagines, lapides, metalla, & relqua huius census. Siccū et- iam duobus modis indurat: primo alterandu par- tium substantiā, consumta videlicet ipsarum hu- miditate, *vt Galeno multis in locis videtur cō[illegible]*: secū- dò, humorem in propriis spatiis ebibendo, cui vi- dentur referri posse omnes illas siccitatis species,

D quas Galenus *lib. 7. Meth. lib. 4. simpl. c. 8.* latissima o- ratione recenset. Est itaq; siccitas eius naturæ, quę minimam omnium vim habet in agēdo, & maxi- mam omnium in resistendo: quemadmodū dura omnia, quę siccitate fi[illegible], facile monstrant. Cùm hoc etiam habet id sibi proprium, vt difficile ea, q̄ sicca sunt, terminati possint termino alieno, ob constipationem & soliditatem, quā rebus indu- cunt. Habet et aliud peculiare, nimirum esse cali- ditatis stimulum: sicut humiditas frænum, etiamsi caloris sit pabulum. Quamobrem inspicere opor- tet ad leniendam siccitatem, quid ipsa operetur, & rursus à quibus causis procedat, nam tuata ra- tionem causæ oportet et resistere.

E Hæc omnia placuit hoc loco referre, vt quisq; intelligat, dum simplicem alterationē moliri co- natur, quam varia opera ex quavis harum qualita- tum, dum corpus lædit, erdē succrescere pussent: vt his ita eo ū cognitione, facile possimus admi- nistrare calfacientia, refrigerātia, humectantia & exsiccantia. Cuius rei gratia toto animo perdisce- re oportet, quæ de vnaquaq; qualitatū diximus: vt dum contingit non satis inspectā praæsidiorum, quibus vtimur, natura: aut vltra id, quod intendi- mus, detectus quid præexsistenti malo efficere: aut lon[illegible] ci[illegible] a inte[illegible] quire [illegible] aut calf[illegible] quid a[illegible] de ex is, quæ valeat [illegible] posse efficere di[illegible] mus, perperam & [illegible] tuta insti- tutum moliatur.

Alternatua aurid[illegible] præ[illegible] ta hab[illegible] vt proso

V[illegible] vt quis minori labo[illegible] dar[illegible] [illegible] præsid[illegible] vt [illegible] cat [illegible] est expē de[illegible], quod licet partium di[illegible] tan[illegible] m[illegible] dum ad castactionem [illegible] tione materiam non ex[illegible] *quem admodum* [illegible] *a auxiliorum, [illegible]* [illegible] hoc ha[illegible] nunc [illegible] ratio- ne tunta [illegible] bend[illegible] qu[illegible] temperie laborantis nam[illegible] officium item [illegible] m[illegible] s. Sic partes natur[illegible] laborant, liberalius [illegible] calfier[illegible] ficuti etiam q[illegible] frig[illegible] siccioris [illegible] humid[illegible] tis sunt naturæ, pari ratione, quippe eatenus re-

F

Refrigerandum in calidis non semper eodem modo.

dear ad naturam vnumquodque necessium est, quatenus ob eadem recessit. Præterea nec semper est in calidis distemperantiis refrig[illegible] tandum eo- dem modo, sed iuxta caloris actionem aut mo- dum, quo causa operatur. Multa enim sunt, quæ calorem compescunt rarefacta cute, non nulla quiete: alia vacuatione rei calidæ au[illegible] retentione frigidæ: plura verò alteratione. Siedum calidior natura pars calido morbo laborat, aut frigida fri- gido, exigua, breuisvè tempus alteratione eget: siquidem paruus est in huiusmodi, in id quod præter naturam est lapsus: & rursus in id, quod se- cundum naturam est reditus: quod de contingans distemperantiis pari ratione est proferendum. Verùm cum diuersa paruculæ affectæ tempera- tura diuersam ab ea, quæ ex ægri summ[illegible] natura, indicationem præbeat, illius quoq; discere pro- uidentiam conueoit: quippe si quanto ægri tem-

G

peramentum iusto est humidius, *vt Galenus refert*, tantò particula sit siccius iusto: neque ad adijci- endum neque detrahendum pharmaco quic- quam est, sed tale adhibendum, quale particula medij temperamenti exposceret: sin siccior de- bito particula tantò fuerit, quantò corporis tem- peramentum iusto est humidius: vtique ro[illegible] tùm intendi siccitatem medicamento conuenit, quantum particulę temperamentum tutius tem- peramentum excedit. Veluti si quatuor numeris exulcerata pars sit medio temperamento siccior,

A 204

ægri natura gradibus tribus humidior, manifestū est, particulam, q̄ nunc exulcerata est, siccius vno gradu desideraturam medicamentum, quam q̄ pars sit temperata. Præterea neq; reficere siccam partem semper eodem modo licet, sed iuxta sicci- tatis conditionem: siccitas n. duobus modis in al- quo fieri pōt, vel alteratione scil. noua quadām in- ducta siccitate, vel per ablationem partiū humi- darum: q quidem aut lateant compressę & cuoté- tæ à terrestribus partibus siccioribus, aut euolent resolutæ in vaporē. *Prima* quidē siccitatis species, per meram alterationē ab humido factam corri- gitur: *secunda* per calfacientia, quę q; congelatione siccum factum est, liquefactione humefacit: *ter- tia* verò & vltima tantùm renutritione corrigitur & humectatur. Particulæ verò officium *(dummodo alterantia auxilia non attingant robur ipsius membri)* nihil euariat à debita alteratione, sed singulæ par- ticulæ pro morbi portione id metiuntur. Situs

Siccitas duob modis fieri potest, & quatenus conte[illegible] gatur.

B item partis nonnihil etiam demat. nam ſi ſuperficiarius ſit, medicamentum æquale contrarium deſiderat: ſi verò penitus iacet, augenda eſt medicamenti vis, quandiu extinatur in interuallo exſoluenda: augetur tamen vis calfacientis medicamenti in fuſione maiori: reliquorum, infrigidantis nimirum, humectantis & exſiccantis, non ſola intenſione, ſed & innata conditione ſubſtantiæ medicamenti, tenuium, non craſſarum partium, vt accedat ad effectum locum vis admota. Neque ſpernenda item illa indicatio eſt, quam ſenſus partium, hebetudoque ſuppeditant, nam aliquam etiam moderationem alterantibus ponunt.

Calfaciendum in frigidis non ſemper eodem modo.

Quemadmodum ſuperius diximus, non ſemper eſſe in calidis diſtemperantiis eodem modo refrigerandum, ita neq; in frigidis calfaciendum. Nam corpus calfacere poſſunt motus, rei calidæ C vicinia, constrictio corporis, & alimenti aut medicamenti calfacientis aſſumtio: motus quidem calorem concitat exercitio, frictione, compreſſione & cucurbitulis, gaudio etiam ac moderata ira, rei calidæ vicinia, vt aer, ignis, balneum, medicamentum, aut ex accidenti frigiditas. Constrictiu meatus corporis ab aere frigido, ab aqua mineralium frigidorum, ab adſtringentibus. Alimenta ſiue medicamenta calida, aut multa, acria, mordacia, aut erodentia: quę omnia magno quodam conſilio veteres auctores diſtinxerunt, nimirum vt ſingulis refrigerationibus ſua ſubſit calfaciendi ratio. Sic exercitium his conuenit, qui ex ocio refrigerantur, aut crudos frigidoſq; humores gignunt, à quibus frigidi affectus ſuboriuntur. Frictio, cute denſatis hominibus, refrigeratiſq; ob ſuffocationem. Compreſſio his, quibus ob nimiam viſcerum affectionem corpus refrigeratur: cucurbita pari penſu. Ita, timore refrigeratis: gaudi-D um, triſtitia. Aer calidus, his quibus frigus mali cauſam præſtitit: ignis, dum opus eſt frigidi affectus materiam diſcutere: balneum, dum mitius, lentius & è profundo eandem tenuare, extrahere, ac reſoluere nitimur. Medicamentum, dum partē aliquam ab eiſdem vitiis vendicare intendimus. Frigiditas, dum ob calidi innati exſolutionē corpus refrigeratur, aut dum augere copiam innati caloris intendimus, reuocareq; ad interna. At alimento vtimur, dum & copiam (*ſi calidum eſt*) & ſubſtantiam (*ſi in maiori copia adhibeatur*) innati caloris augere intendimus, vt inanitione aut reſolutione refrigeratas partes calfaciat: ſicut medicamentis dum poſitiua ineſt corpori frigiditas, ſola aut cum frigida materia: quantùm verò hæc diſtinxiſſe præſtet, vſus neceſſitaſq; prompte monſtrabunt: namq; non ſolum calfacere in refrigerationibus ſat eſt, ſed aduerſus frigidi affectum pugnare oportet.

Alterantia ad caliditatem vel frigiditatem non ſemper eodē modo eſſe.

Calida diſtemperies eodē modo diſcutitur, quo frigida.

Expendiſſe hac in parte etiam conuenit (*licet primo acceſſu difficile videatur*) eodem prorſus tempore calidam diſtemperiem diſcuti ac frigidam, quamuis caloris maior quàm frigoris ſit efficacia: illa tamen affecti corporis intemperies aduerſa magis reſiſtit, frigori autem vrgentis, vt minùs efficaci minorq; corporis offenſi aduerſaria intēperi-E es occurrit. Vnde fit, vt æquali tempore vires ſuas exerceant, effectuſq; obtineant, dum diſtemperies ſimplices ſunt, alioquin ob materiæ vitium difficiliùs frigida quàm calida euaneſcit. Quin & etiam auxiliorum ea, quæ calida ſunt, tutiſſima admodum eſſe videntur: nam frigida, dum calorem naturæ contrarium reſtinguere incipiunt, natiuo pariter negotiū faceſſunt: calida verò, dum frigus pellunt, natiuū ſimiliter calorē excitant, fouentque. Quin etiam genuinus corporis calor aſcititio tanquam auxiliatus opitulatur, vt faciliùs tutiuſq; externum frigus expellat: eoq; frigida intemperies, præſertim recens & leuis ſecutus, ac leuius quàm calida aufertur: inueterata autem conſummataq; difficiliùs multò quàm calida remediis cedit: ſicut extrema ſenectus inſito calore deſtituta, mortiq; iam proxima, minùs ſanari quàm febris hectica poteſt: eodem modo ſicca intemperies tardius omnino ac difficiliùs quàm humida tollitur. F

Qualitates primæ ob quas cauſas corpus lædant.

Eſt etiam in hac re maximi momēti expendiſſe, omnes has primas qualitates non ſemper humanum corpus lædere, ob inſitam ſui naturam & conditionem, ſed ob alias qualitates ſibi comites, quibus humanum corpus frequēter mille obnoxium miſeriis perdunt: quod pulcra quadam ſententia his verbis dixerat Hipp. *lib. de vet. me. Si autem eſt calidum quoddam acerbum exiſtens, aliud verò calidū fluidum, aliud calidum tenue: ſunt enim & alia calida aliasetiā vires, ſubcontrarias ſibi ipſis habentia* (& ſubdit) *non enim calidum eſt, quod magnam vim habet, ſed ipſum acerbum & fluidum, & alia, quæ à me relata ſunt, tum in homine, tum extra hominem, ſiue edantur ſiue bibantur, ſiue forinſecus illinantur, aut quomodocunq; formata adhibeantur* (& paulò inferiùs addit) *Atqui ego hoc maximū ſignum eſſe puto, quod non propter calidū ſimpliciter homines febricitent, neq; hoc ſit ſimpliciter afflictionis cauſa, ſed eſt & amarū ac calidū, item & calidum & acidū, & ſalſum & calidū & alia infinita: & rurſus frigidū cum aliis facultatibus coniunctū.* Quæ omnia animo perdiſcere oportet, vt iuxta cuiuſuis qualitatis coniu-G gium auxilia parare medicus diſcat: namq; ob huius rei imperitiam fit ſæpe, vt optimè alias adhibita præſidia prodeſſe minime queant, nō citra maximam doctiſſimorum confuſionem. Quo etiam loco idem auctor ob eandem rationē, diuerſam in his conſtituit curandi legē, dicens: *Omnibus autem liberatio hæc eſt, vt ex frigiditate quidem affecti percalfiant, ex ardore verò perfrigerentur: reliqua autem omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias & intemperantias ego fieri cenſeo, reſtituuntur & curantur vbi temperata fuerint & concocta: Sedatur autem* (inquit) A *aliquo modo ardor in naribus, non cum fluxus prodit, & inflammatis conſiſtit: ſed poſt quam fluxus craſſior & minùs acris, concoctuſque & magis præmixtus priore fuerit, tunc ſane iam etiam ardor ceſſat.* Quibus manifeſte probat, primas qualitates ceſſare, ſecūdis qualitatibus ſibi adiunctis attemperatis, commixtis & concoctis.

Nota.

Alterantia caute & quomodo adhibenda.

Vltimò perdiſcere oportet, ſeruādum eſſe modum certum, certamq; menſuram in quauis alteratione: quamobrem qui refrigerat aut calfacit, caueat ne ob incuriam quid aliud ex his quæ calfacientia aut refrigerantia poſſe efficere diximus, ſuperueniat, attentoq; animo expendat, ea non eſſe diu neq; multum adhibenda, ne vltra affectus indigentiam operentur: quod egregiè conſuluit Gal. *lib. 7. meth. c. 7. lib. 9. meth. c. 15.* namq; ſæpe & inopinato ex vno in alium affectum facilè fit tranſitus: quapropter menſuram in omnibus ſeruare oportet, aut paulò inferiùs ſubſiſtere, id enim tutius eſt, quàm vltra progredi: ob idq; ſæpe auxilium

B auxilium [illegible] nonnunquam aliud e-
ius [illegible] ponere, & semper aut inten-
dere aut remittere [illegible] tum ne natura vno assuescat,
idq; co[illegible] tum verò vt quod vno fieri ne-
quit, alio fortè consequamur.

## Capvt IV.

### De communi & peculiari præsidiorum adstringentium indicatione & vsu.

SOlet quidem rerum omnium varietas & multiplicitas cõfusionem & obscuritatem parere, in his præsertim, quibus administrandis periti etiam medici decipiuntur, nequeuntes facilè discernere, ob rei cuiuslibet varietatem, quid tutius sit ad vsum eligere. Ac si quæ res in materia medica varias longeq; diuersas obtinet vires, ea quidē est adstrictionis ratio: namq; tanta est horũ medica- C mentorum varietas, vt non nisi aperta distinctione & sedula diligentia cognosci possit: quamobrē paulò diligentiùs auxilij vim & differentiam expendere decreui.

Adstringentium varietas.

Appellant quidem Græci omne adstringens medicamentum, *styphon*, quod velut genus quoddam est ad omnia, quæ comprimendi, contrahēdi, adstringendi, & vtcunq; cogendi ac densandi partium meatus ac partes ipsas, vires obtinent, atque etiam ad omnia, quæ humores cogunt, incrassant, reprimunt ac deniq; vniunt, & continēt partium sibi inuicem cohærentium substantiam. Est tamen adstringens præcipuè genus acerbi & austeri, continetq; hoc proprium, quod terreum sit, & compages quidem suæ crassarum partium, & maiori ex parte frigidum. Acerbum verò (*quod vehementia tantum adstringendi à genere differt*) est corpus vehementer adstringens, facultate frigidum atq; terreum, *vt galla immatura*, & huius censûs pleraq;. Quod autem quicquid huiusmodi D est, frigidum sit, perspicuum esse potest, quoniam tale gustantibus lingua cõtrahitur, densatur, siccatur, exasperaturq;, hæc enim non nisi à frigido fieri possunt. Terreum verò idem siccumq; esse, ex eo apparet, quia tardè admodum in corpus permeat: humiditas enim facilè intro subit, eaq; frigiditate coniuncta non acerbum quidem, sed acidum potiùs efficit. Acerbi quidem, *vt Theophrast. refert*, sunt fructus omnes propè sui ortus principium, qui posteaquam humore impleri cœperint, decidit quidem acerbitas, accedit ac dat. Ceterum acerba tribus modis exsolui posse declarat Gal. Incalescentia nimirum, Humescentia, aut Vtrumq; perpessa: si incalescunt duntaxat, solam requirunt dulcedinem, *vt glandes & castanea*, sin tantum humor iis accesserit, austera fient, minùsque adstringentia, si modo humor is fuerit aqueus & crassarum partium: si verò aëreus fuerit, acida euadent. Quod si pariter, & humor, & calor, accesserint, ex aqueo quidem dulcedo, ex aëreo verò pinguedo comparabitur. Atqui quemadmodum calfaciens duplex est, partim simplex & E summum, velut *ignis*, partim per exsuperantiam caloris, *vt vinum & piper*: ita & adstringens vel summum est, *vt alumen, melanteria, galla & rhus*, vel modicæ cuiusdam adstrictionis particeps, *vt pyrum, pomum, & rosa*. Ceterum horum omnium maior quidem pars frigidæ naturæ est, minor verò manifesta caliditate pollet, vtraq; tamen tertio ordine sicca apparent, ac terrea sunt, & crassa corporis consistentia: quæ tamen omnia esse maioris, minorisve in adstringendo potentiæ, ex Galeno *libr. 3. simpl.* manifeste constat: namq; in austeris adstringendi qualitas remissa est, in acerbis verò intenta.

Styphon quid.

Adstringens quid, & quid ab acerbo distat.

Acerbum quid.

Acerbum esse frigidū & terreum.

Acerba quot modis exsoluitur.

Calfaciens duplex.

Adstringēs duplex.

In gratiam tamen huius auxilij nosse oportet, aliud longe esse, considerare adstrictionem in genere aliud adstringens, *vt optime Gal. lib. de cib. bon. & mal. suc. lib. 3 sim. c. 14. insinuare videtur*: nam quod adstringit, non adstringit modo sed præter adstrictionem acre est, aut pingue, aut dolce, aut ama- F rum, aut salsum, aut acidum. At adstrictio vnum id solum perpetuò est, quod est, vti salsitas & dulcor, & aliarum qualitatum quælibet. Quod si vt adstrictio, ita & adstringens vnum esse, sane vnũ quoq; perenniter esset opus. Verùm cum præter adstrictionem insuper alias qualitates recipiat nõ paucas, semper quidem illis omnibus coget, sed euidentius alias, per aliam nempe vincentem, idque vt ad corpus scilicet cui admotum fuerit pertinere videatur. Itaque vt ex Galen. constat, & ex dictis aperte colligitur, adstringentia medicamenta duorum sunt generum. Primum eorum est, quæ citra manifestam qualitatem ex ijs, quas mox diximus, adstringunt, quorum munus est *constringere densare repellere, incrassare, refrigerare & exsiccare*, cuius generis sunt *balaustium, galla, cytinus, hypocistis, glaucium, acacia, succus rhu*, & pleraque alia, quæ licet ex toto non sint alterius qualitatis experia, nihilominus tamen quia id sensu deprehendi facile nequit, sincera iudicantur, & *adstringentia* iure optimo debent appellari. Se G cundum verò ijs constat, quæ cum adstrictione aliquid etiam habent acre, aut pingue, aut dulce, aut amarum, aut salsum, aut acidum. Nec mirum quidem videri debet, si sub adstringenti materia diuersæ ac sæpe contrariæ reperiantur indicationes, siquidem id Gal. *lib. 3. simpl. cap. 14.* ex professo docet.

Adstrictio duplex generica & specialis.

Adstringentia duorum generum.

Adstringentium opera.

Neq; est quidem abs re, & citra maximum vsum, hæc inter se distinguere nouisse: namque plures sunt affectus, & partes, quæ præter adstrictionem etiam aliquam ex supradictis qualitatibus sibi iure expostulant: quæ enim acida sunt & adstringunt, veluti *immatura pruna cerasa, mala, mora, & immatura vua & alij fructus non pauci*, licet non simpliciter acidi opera efficiant, nihilominus tamen penetrationem maiorem moliuntur, vbi foris extrinsecus adhibentur, & visceri alicui adstringendo sunt profutura: intrinsecus verò idem præstant, præsertim vbi mali causa æstuans & maligna fuerit, & quantitate peccans, quam sæpe per aluum mouere solent huiusmodi pharmaca magno laborantis commodo.

Adstrictio & adstringēs differunt.

A 206

Acre imprimis medicamentum sæpe adstringens reperitur, licet calidum sit natura, veluti *æs vstum, atramentum sutorium, flos æris, squamaque & calcitis*: quæ quidem omnia, & eis similia extenuant, purgant, digerunt, rumpunt, attrahunt & eschâram efficiunt, præter adstrictionem quam etiam præstant: nam eo, quod in quoque istorum adstringenti facultati ac substantiæ alia quæpiam sit admixta, euenit vt opera quæ mox diximus, edere valeant, *vt ex Gal. aperte constat, l. b. 1. de alim. fac. c. 1.* namq; in quo qualitas inest adstringēs ipsa est, vicina corpora cogit, constringit ac refrigerat, quæ quidem corpus alias in partes calfacientes, alias B

Acris adstringentia quæ, quid præstent, quibusvè affectib. prosint.

refrigerantes habere potest, atq; alias diuersas potentias, iuxta partium mistam diuersitatem, qua quoduis constat: quo fit, vt præter dicta opera mineralia hæc omnia purgandi insuper potestatem obtineant: tum ob tenues & calidas partes, tum verò ob molestiam ingratamq; & medicamentosam qualitatem, quod alijs adstringentibus non euenit, quia minor & suauior est eorum natura. Quo fit, vt hæc prosint in his affectibus, quibus subitam & profundam adstrictionem moliri conamur, veluti in sanguinis profusionibus, quas sauciata pars excitat, vt humores & partes adustione cogantur, crustaq; suboriatur, quibus raro vti expedit in viscerum affectibus.

Amara adstringentia quæ opera efficiant.

Amara etiam medicamenta, veluti *aloes, rhabarbarum, absynthium, nitrum & numerosa seminum & plantarum copia* præter adstrictionem, manifestiorē C insuper habent purgandi potentiam. Namq; hæc omnia purgant, abstergunt, incidunt humorum crassitiem absq; manifesta calfactione, licet calida sint: qua ratione prosunt omnia fluxionibus, in quibus æquum est humorem fluxum excitantem euacuare, & partes fluxui ineptiores reddere: ob idq; ventriculo intus & extra plurimum prosunt, discussis humoribus & roborata particula. Ex quibus etiam pleraq; sanguinis diapedesi & alijs innumeris sanguinis fluxionibus, præsertim quæ ob serosam substantiam admixtam fiunt, aut venarū laxitatem, sumpta admodum prosunt, expurgata serosa parte & compressis vasculis, quæ reserata fuerant: etiamsi aloes excitandi hæmorrhoidum fluxum vitea obtineat.

Salsorum adstringentium opera ac vires.

Salsa quidē omnia propinqua esse amaris (*quippe quæ terrena ambo sunt, & calida*) ex Galeno *lib. 4. simp. c. 20.* aperte constat, proinde vt idem auctor refert, *lib. 5. simp. c. 25.* salsa contrahunt, cōstringunt & condiendo seruant, quæ etiam ob innatam acrimoniam soluendi aluum potentiam habent. Prosunt quidem extrinsecus partibus constrin D gendis, præsertim si mucidæ, laxæ ac flaccidæ ex inundante humiditate fuerint: namque salsa omnia non solum constrictionem efficiunt, verùm & humidore soluto firmius contrahunt. Quamobrem intestinis & alijs viscerib. eis proximis per infernam aluum infusa, & balneis opitulantur neruis & articulorum laxitatibus, ac mille alijs affectionibus, quæ ex prædictis causis originem trahunt.

Dulcia adstringentia quæ.

Dulcia simul & adstringentia sunt *myrthi fructus, & pyri agrestis, & roboris, & castanea ac palma*, quibus profectò opus est, vbi adstringere est necessum, citra aliquam medicamentosam qualitatem, quam laborantes frequenter pertimescunt.

Frigida,

Glutinātia,

Hęc itaq; sunt omnes adstringentium differentiæ, quas colligere hucusq; potui: quibus adhuc aliæ (*licet non propria*) insuper addi facile possunt: veluti sunt omnia *frigida* & Glutinantia, quæ materiam incrassando ac partes comprimendo, ad E stringere dicuntur. Arida etiam, Viscida, item Crassa, tùm medicamenta, tùm alimenta, postremò quæ resoluendi materiam fluentem vires habent, quæ quidem quia certo quodam modo fluxioni repugnant, eo adstringentia appellantur, quippe quę vel ariditate, duritieq;, vel lentore aut crassitie lenta, pigra fixaq; reddant ea, quibus adhærent. Neque abs re quidem factum esse existimo, tot adstringentium differentias hoc vno capite conclusisse: nam cum auxiliorum materia non solum ex particulæ natura, sed & ex morbi materia exquiri debeat, hinc factum est, quædam esse, quæ simpliciter adstringentia expostulant, alia quæ eadem cum acore & amarore, aut alia quauis qualitate (crassitie aut lentore) ex his quas mox diximus, aut sępe pluribus commisceri desiderent. Nam aliud partis natura, aliud affectus materia, & sæpe quidem aliud mihi proteruia ex adstringentibus medicamentis exoptant.

Arida, Visca. Crassa, omnia adstringunt.

Expendere autem vnum hoc in hac re interest, F nimirum partes, quæ propter fluxum aut laxitatem adstringentia sibi vindicant, aliquando postulare, quæ tantum partem ipsam cogant ac constringant, citra alterius qualitatis admixtionem, quales sunt partes, quæ præ nimia laxitate aut impotentia humores delabi permittunt, aut ita sunt casu aliquo adapertæ aut disruptæ, vt eosdem cōtinere nequeant: aliæ quidem fluxiones supprimuntur emplastricis medicamentis, quia & partem obturant, & humoris acrimoniam retundūt. Rursus quædam sunt partes, quæ nō quæ adstringant modo, sed quæ humores ipsos condensent ac incrassent, expostulant: siquidem tota fluxus ratio non in particulæ vitio tantum, sed in humorum tenuitate ac fluiditate etiam consistit. Nonnulla etiam sunt medicamenta quæ fluxum sistunt, vtrumque præstando, sicuti alia ex accidenti (*vt diximus*) ac digerendo in halitum humores ipsos.

Particulatione &c. tenus & adstringentia adhibenda.

Verum antequam quid peculiare circa hoc auxilij genus expendam, necessum est dubitare (*siquidem apud medicorum vulgus pleraq; ex his medicamentis roborantia esse censentur*) roborentne adstringentia expultricem, an retentricem facultatem. Sunt namq; qui credant, siccitate minori iuuari expulsionem, maiori verò retentionem: & sic iuxta rationem facultatis languidæ, sicca aut sicciora adstringentia exquiri. Sed quod huic tractationi videtur proficuum (*siquidem capite de Repellentib. & de Roborantibus* rem latius teneor exsequi) est, quod adstringentia, quia contrahunt meatus, A non secus quamuis expultrix facit, intropellunt, & fluxum à membro proritant: ceterum, id est pro varia partis & medicamenti applicationis ratione. Nam si inanito membro accedant, retentrix augetur roboraturque, & cessant hac ratione fluxiones (*vt est vulgare illud medicorum dogma, adstringentia nimirum ante cibum adhibita aluum cohibere*) si verò pleno propter vasorum aut cauitatum contractum expultrix operatur & robustior efficitur: qua lege adstringentia vltimò ingesta aluum citant: non quidem quod reuera vires adaugeantur, sed quia actiones earum videantur perfectius fieri. Inuehitur quidem Galenus *lib. de opt. sect. c. vlt.* in eos, qui credunt virtutes firmari & augeri adstringentium vsu, atque hac ratione licet rem hanc intelligere, vt mox diximus, nimirum ex accidenti firmari facultates, ac nonnunquam quod præter modum fluebat cohiberi: & sæpe quod plus justo cohibitum erat, pellere. Nam constricta densataq; ac compressa su- B periore alui parte, fit, vt deorsum natura expellere promptior reddatur. In qua quidem re Gal. *lib. 6. de san. tuen.* consulit, prius porrigere quæ ventrem lubri-

Adstringentia vtrum roborent expultricem an retentricem facultatem. G

207

Adstringentium vis varia pro varia partis & medicamenti ratione.

[illegible] ol [illegible] gara, [illegible] quæ [illegible] nt, [illegible] ut saccha- [illegible] ta, q [illegible] generu [illegible] a acu [illegible] ta [illegible] nimi c- [illegible] os robo- [illegible] aut [illegible] recti loquar, compressi [illegible] de- [illegible] inf imm [illegible] vna, quæ [illegible] superiori ventri [illegible] tur ratio [illegible] lubricantes cibi [illegible] acerba sumta, vbi [illegible] pe [illegible] part [illegible] ro- [illegible] addiderint (*aut vires facultatis impleuerint*) [illegible] deorsum [illegible] ndijs quæ in eo continen- [illegible] suppeditant [illegible] principium terendi intesti- [illegible] excipere, tum [illegible] mum vi [illegible] te. Quod qui [illegible] ac [illegible] pertum est [illegible] qui ventrem hab[illegible] ab [illegible] pulis adstr[illegible] ntium quicquam [illegible] quod aperte [illegible] *2. de ali fa cap. 2.* docuerat. Pari quidem lege secundi adstringentium gene- ris medicamenta (licet dispari ratione) aluum mouent: namacre, amarum, acidum & salsum aut irritando, aut abstergendo, aut humores incidendo, citra dubitationem aluum mouere nata sunt.

Præterea licet ratione affectus potius quàm partis affectæ, adstringentium materiam variari contingat, cum hoc tamen quæ capiti dum ab eo aliquid fluit, & administrari adstringentia conuenit, competere videntur, ea sint oportet, quæ præ- ter adstrictionem exsiccandi etiam vires obtine- ant, ac discutiendi. Vtpote quæ partem roboreut, & humoré simul discutiant, & ob id simul fluxio- nem auertant, præterquam quod humores reso- lutioni promtius obediunt, quiescentes vi ad- stringentium. Dupliciqidem ratione ob id ce- phalicis medicamentis adstringentia misceri so- lent, *vt Gal. lib. 2. phar. gen. c. 9 etiam aperte docet*: pri- mò, vt id quod affectibus partis insinit repellatur: secundò, vt in profundum cetera medicamenta ducant, vt proprijs facultatibus liberalius vti pos- sint. Cui vsui adstringentia in tenuissimum puluerem reducenda sunt, *vt eodem loco Galenus consulit*, alioquin noxam magis quam emolumentū sunt allatura. At si calida fuerit fluxio, sat est vti merè adstringentibus, vt quæ frigiditate humores crassent & attemperent, adstrictione verò compri- mant, & facilè hac ratione concoqui ob attempe- ramentū, aut digeri queant. Oculi quidem dum ob fluxum adstrictione egent, mineralibus poti- ùs gaudent, quodammodo præparatis & correctis, nam hæc ferè sola sunt, quibus prolixa & im- portuna eorum vitia curantur, licet mitissima ex- poscant adstringentia, qualia Galenus *lib. 4. phar. loc. c. 3. 4. 5. 6.* ex Asclepiadis libro refert: quæ vi- tandæ prolixitatis gratia consulto prætereo, namque plura loco citato diligens lector repe- riet facile. Oris etiam, faucium & gingiuarum vi- tiæ ex adstringentibus ea renuunt, quæ medica- mentosa plurimum & gustui ingrata sunt: ratio- nem quidem subdit apertissimis verbis Gal. *lib. 2. phar. loc. cap. 1.* dicens: *Summum enim rariorem esse ac mol- liorem superficiem tunica oris, non paulo quam cist in- tu, qua totum corpus ambit: inest autem & aliud quid- dam particulis oris, atque id duplex, quod non adest* [illegible] *in antitatem enim medicament* [illegible] *quæ a* [illegible] *h* [illegible] *entur* [illegible] *unt & duos meatus* [illegible] *biacent ha* [illegible] *per quos in ventrem & pulmonem d*[illegible] *uere* [illegible] *stomachi* [illegible] *pharmacis potest.* Huiusmodi [illegible] [illegible] qualeatramentum est [illegible] quæ [illegible] tiosam habent qualitatem, [illegible] ullo [illegible] vnum oris curationem [illegible] manent [illegible] as vigeat. Quo fit vt peculiari quædam [illegible] sunt adhibenda, qualia quæ ex moris [illegible] nucibus & *agresta* conficiuntur, sicut [illegible] a [illegible] traque quæ passim apud Galenum *loco citato* recensentur. Sic ventriculus [illegible] amplexatur [illegible] adstringentium genus, exceptis [illegible] quæ [illegible] al[illegible] con- stant, calidaque & acria sunt, quæ tamquam me- dicamentosa plurimum renuit: etiamsi Hippo- crates *libr. 2. de morb. libr. 3. ærusquamam* per os in- fundat ad suppuratam peripneumoniam: quod etiam ad sput. facilitatem iterum repetit, dicens: *In exspuitionibus autem si dolor habeat & exspuere non possit, ieiuno æris florem dato*: quæ procul dubio su- specta mihi videntur, etiamsi eodem libro plu- ries repetat. Ex alia verò medicamentis, quæ v- sualia sunt, pro ratione humoris peccantis signa- tim eligere oportet. Nam si is crassus fuerit, quæ simul incidant, si tenuis, quæ incrassent: & sic de singulis complicatis qualitatibus quas adstrin- gentia obtinent, aut ventriculus patitur: etiamsi *vt paulo inferius dicitur*, repellentia pro ratione par- tis mutare deceat: hoc enim capite tantùm de ad- stringentibus, quatenus talia sunt, fit mentio, ci- tra alterius operis considerationem. Intestino- rum verò vlcera & difficultas, *vt ex Gal. lib. de suff. 9 simp. etiam aperte constat*, ex adstringentibus medi- camenta ea tantum desiderant, quæ amarorem, aut acorem non habeant, nam ijs plurimum of- fenduntur.

Dictum quidem antea est, adstringentia esse in duplici differentia, *vt Gal. lib. 5 simp. cap. 5. etiam in- sinuauit*: aliud summum, vt elementum tale esse dicimus in summo, sic *alumen, melanteria, sine æra- mentum sutorium, & gallæ*. Aliud quia adstrictionis cuiusdam est particeps, velun *pyrum, malum, rosa*, quorum vberem copiam facile apud Gal. *lib. 6. pharm loc. cap. 4. & 5.* reperies, quæ quidem scitu es- se optimè curaturo necessaria, iam constabit: si- quidem hæc aut illa aliis medicamentis *quæ al- terius indicationis gratia adhibentur* admiscere, ma- ximi quidem est momenti. Nam quæ magnope- re austera, acerbaque sunt, primo statim contra- ctu superficiem condensantia medicamenta, alia quibus miscentur, quantumuis humida sint, in- gredi, vbi par est, prohibent. At quæ paululum ad- stringunt, tantum abest, vt per adstrictione in- gredi altius corpora admota prohibeantur, vt e- tiam ab ea, magis scilicet impellente, iuuentur, vt de rosaceo Galenus *libr. 5. simpl. cap. 16.* aperte pro- bat. Huc dixerim, ne quis imprudenter quouis adstringentium ijs, quæ altius debent subire, me- dicamentis vtatur. Adstrictione enim naturalis [illegible] meatus occludere præoccupans, v[illegible] substantiam [illegible] econtrahens constipans [illegible] humectare valent [illegible] impedit [illegible] exhibitar [illegible] quidem hæc quamuis nostri corporis partem ri- gosam contractamq; *vt Gal. lib. 9. simp. c. 1 palam* [illegible] *dit.* Præstat insuper id nosse, quia etiamsi adstrin- gere in aliquo affectu aliquando expediat, non ta- id quæ vehementer adstringunt, protinus sunt [illegible] adhiben-

Marginal notes: [illegible] — Adstringentia, qualia capiti [illegible] conducunt — Adstringentia pulueribus tenui[illegible] — Qualia adhibenda in fluxione calida. — In oculorū fluxione. — Oris, faucium, &c. affectibus. — Intestinorum [illegible] — Adstrictionis [illegible] superficie[illegible]

hibeoda neq [illegible] dendum est, [illegible] docet, verum [illegible] quod amplius [illegible] amplius prodesse, quam quod moderatè id præstat: à vehementer quidem adstringentibus partes [illegible] quid [illegible] perpetiuntur, quia substantiæ [illegible] cum [illegible] condensatur, qua quidem ratione [illegible] moderationibus vti. Secus quidem res [illegible] doloribus citra gingiuarum [illegible] inflammationem, quibus vehementissima medicamenta [illegible] superius citato Galenus [illegible] partis natura. Præterea [illegible] iecur commixta semper desideret suis medicamentis adstringentia, vt ex Galeno *lib.* 13. & 14. aperte colligitur, nihilominus tamen plurimum ab eisdem offenditur, dum flaua bilis, aut alius humor meatus infarcit: nam bilem ipsam excerni prohibent: quo fit, vt iecoris inflammationibus sint incommoda, præsertim iis, quæ in cauo visceris consistunt. Quare commiscere & attemperare ea sæpe oportet, vt tantum dissolutionem ac vim medicamenti impediant, adstrictionem C verò minime moliantur; namque in iis visceribus, præcipuè cum adstringentibus est [illegible]tendum, cum in eadem superuacuum quid proti[illegible], vt eoquatur superetur que, vt Galenus *lib.* 11. *meth. cap.* 15. *testatur.*

A stringentia qualia quæq; pars affecta postulet.

Licet pluribus affectibus exiis, qui à fluxione prodeunt, adstringentia medicamenta ex vsu sint: cùm hoc tamen neq; omnibus, neq; semper, neq; quibusuis particulis, namq; sanguinem è pulmone exspuentibus nulla ratione conuenire possunt, vt Gal. *lib. de const. ar. med.* aperte docet. Inquit enim: *Maxime igitur lædere eos noui, qui sanguinem è pulmone extussiunt, iis adstringentia per totum thoracem medicamenta in orbem circumponunt.* Nam præter id, quod eorum facultas in pulmonem non penetrat, sanguinem etiam, qui in thorace est, ad viscus compellunt, quo etiam affectu intus sumta, dum D iis quæ tenues partes habeant medicamentis commisceantur, plurimum prodesse, eodem loco fatetur, dummodo vas à quo sanguis exsilit, ruptum dilatatumve sit. Præterea quibus celeriùs sanguinis frequentius ab vtero & intestinis prodit, quæ saporem inducendo adstringunt, plurimum esse proficua, idem Galenus *lib.* 7. *pharm. g. cap.* 4. probat. Item in dysentericis fluxibus, qui ex actibus concitantur humoribus, vitare omnem adstringentium syluam, citra dubitationem oportet, præterquam ea, quæ oblimiendi & attemperandi acrimoniam, habent potentiam: quæ etiam iis quæ adstringunt, inter optimo sunt recensenda. Vteri quoque tumores adstringere interdicit Hipp *lib.* 1. *de morb. mul.* Nam inquit: *Quicunque verò tumores vteri in partu, aut ex partu fiunt, eos adstringere non oportet, velut medici faciunt.*

Adstringentia nonnullis affectibus, neque semper, neq; cuiuis parti adhibenda.

Adstringentia quibus proficua.

Frequenter etiam adstringentia hæc medicamenta purgantibus admiscemus, quo tempore moderatissima [illegible] quantitate oportet, ne medicamenti purgantis vis superata, impetus spere cedat E purgatio [illegible] nimium aut vomitum excitando aut turbinina.

Adstringentia purgantibus moderatè miscenda.

Præterea [illegible] hæc adstringentia principio & fine vl[illegible] eris administranda esse aperte doceat Gal *lib.* 1. *phar. gen.* c. 12. diuersa tamen ratione: in principio quidem, ne phlegmone vlcus infesteretur, in fine vero, vt ciuius ad cicatricem ducantur, cum hoc tamen [illegible] cum [illegible] pus ad [illegible] [illegible] [illegible], carni [illegible] impedi[illegible] vt posthabito in flammationis [illegible] ci, ab his [illegible] superfedendum [illegible] ximis inflammationibus [illegible] dum, Gal. *lib.* 5. *phar. loc.* [illegible] consul[illegible] est, ne prohibita ventilatione, in gangrænam generent. Pari lege neq, in mag[illegible] *idem auctor ex professo docet:* nam [illegible] stat, aut forasfis ne quicquam sanguinis [illegible] tiatur, sed ibidem concretus maneat, d[illegible] que deinceps curetur, & grauioribus indige[illegible] xiliis.

quibus [illegible] [illegible]

quib[illegible]

F Vitanda etiam sunt in capitis affectibus frigid[illegible] quæ vehementer adstringunt, periculum [illegible] est, ne intro pellant, *vt idem auctor etiam admonet lib.* 3. *pharm. loc.* Verùm dum neruis vulneratis ca[illegible] detectis administrantur, admi[illegible]enda esse digerentibus medicamentis, Galenus *lib.* 3. *phar. gen.* 8. aperte testatur.

Prosunt quoq; hæc medicamenta ea lege commixta iis, quibus coctionem perficere opus est, prohibito naturalis caloris (dum debilis est) effluxu.

Præterea ex adstringentibus, ea pueris sunt adhibenda, quæ leuius adstringendi vires obtinent, *vt ex Galeno quis facilè colligere potest:* tenerrima autem puerorum substantia est, & quæ facile quibusuis medicamentis cedit.

qualia pueris adhibenda.

Vltimò tamen in hacte expendisse liceat, esse quasdam partes, quæ ob sui naturam adstringentia medicamenta omnino tenuunt: alias verò quæ ex toto eadem amplexantur, quas omnes miro quodam artificio Galenus *lib.* 11. c. 16. annumerat G ac distinguit, qua mobrem breuitatis gratià studiosis legendum dimitto.

## CAPVT V.

### De communi & peculiari laxantium auxiliorum indicatione & vsu.



A LAxantia jam se offerunt medicamenta, multis quidem affectionibus proficua & familiaria, iis præsertim quæ tensionem in corpore moliuntur. Quorum quidem natura vt facilè innotescat, expendenda prius est differentia inter laxa & mollia, quæ longissimo diffident interuallo: sicuti in altera oppositione, tensa & dura, *vt multis in locis Gal. lib.* 2. *de san. tue. c.* 6. testatur. Erit itaq; tensio (*cui propriè laxantia auxilia opponuntur*) quoties materia quæpiam, seu vapor, aut flatus vacuitates partium replent, eteodiq; cogunt, aut dilatant: quæ quidem sola est vera tensionis ratio. Namea, quæ à frigore aut siccitate rigent, aut spasmo tenentur, contrahi potiùs quàm tendi, jure optimo dixeris: licet à Galen. *lib.* 3. *simp. c.* 10. tensis coniungantur, nihilominus tamen longe differunt durum (*cuius capite de Emollientibus meminero*) & tensum, cui proprie opponitur laxitas, quam molitiri hoc capite auxiliis paramus. Est tamen insignis quædam differentia inter tensum & durum: nimirum, q illud nusquā pertinet ad hnmores, sed ad corporis partes: hoc verò viuenti animali impropriè ad partes, proprius verò ad humores ipsos p B unere cernitur. Nequit enim sustinere viuens corpus

Tensio propriè laxantia auxilia opponuntur quid.

corpus tantam frigiditatem, quæ ſui partes indurare poſſit, ſicuti neq; ſiccitatem, etiamſi Gal. lib. 6. vulg. p. 5 com. 27 partem præ frigiditate comprimi fateatur. Quod licet verum ſit, non ob id credendum eſt, naturalē mollitiem amittere, ac tantùm duritiei acquirere, quod notatu dignam præ ſe ferát. Refert etiam Gal. lib. 5 ſimp. 5 corpora ipſa durioſa reddi ex labore, Solutaſtu & iis, quę *duritie heretica* dicuntur medicamētis. Verū huiuſmodi durities non ea eſt, quæ mollientia deſiderat, ſed humectantia: at humores ipſi facile duriores fieri poſſunt. partes quidam non duras, ſed tenſas. Infectæ itaq; duri & tenſi materia, laxum facile id conſtat eſſe, cuius partes remiſſæ inter ſe concidunt, non vi, vt in congelatione cōtingere diximus (*qua ratione contractiones potius fieri oſtenſum eſt*) ſed laxitatis ipſius interuentu. Meminit quidem Gal. lib. *de diff. reſp. c. 13.* triplicis laxitatis differentiæ: namq; inquit, *diffs relongs collapſionem a demiſſione & laxitate.* Collapſio quidē & ſubita demiſſio (*nam demiſſiones paulatim ex ſatulitate fiunt*) citra vllum facultatis interuentū accidunt: laxitas verò abſq; facultatis vitio, ſed partis ſubſtantia tantū molliori facta, quo fit, vt laxitas partibus viuētibus familiaris ſit, ſicut & tenſio: durities verò præcipuè partium nō viuentium eſt, videlicet humorum. Rurſus hæc laxitas, quæ nobis hoc capite ſeſe offert, duplex eſt: altera Morboſa, quæ ea præternaturali cauſſa partis temperiem vitiante ac ſubuertente proficiſcitur: altera quidem quæ in partibus præter naturam tenſis, medicamētis laxantibus perficitur. Qua ratione tot neceſſario tenemur eſſe medicamentorum differētiæ, quot ſunt laxitatis ſpecies, quibus pars tenſa laxa fieri queat. Ceterū præter differentias laxitatis dictas, tutius eſt aualituum differentiam iis ati penes cauſæ, quæ tenſionem efficit, varietatē, qua methodo quid vnicuiq; debeatur facilius quiuis expendet.

Laxitatis tres differentiæ.

C

Laxitas duplex.

Refert quidem Gal. tenſionem eſſe dupliciter conſiderādam: Vno modo, quum circa articulus accidit, ligamentis pariter & tendinibus affectis, quibus tenſio cōtingit ipſis exſiccatis aut refrigeratis, (*nam id quoq; inter tenſiones annumerare licet*) nō tamen ſimpliciter, ſed plerumque: vt phlegmone affectis, aut ſcirrho obſeſſis. Alio verò modo in tuſe, non hac tantum ratione, ſed muſculis, qui ei ſubiecti ſunt, quoquo modo in tumorem ſublatis, aut ipſa ex receptione alicuius dictarum ſubſtantiarum extenſa: quam ob rem ea laxantibus medicamentis, quædam partem humectare, alia emollire, plura item vacuare plurimaq; diſcutere neceſſum eſt (*Licet quæ emolliunt, ex accidenti laxent, prætterquam ea, quæ frigore aut ſiccitate duratas partes humiditate emolliendo, laxant. Quo fit, vt merito ea Gal. lib. 7. meth. cap. 7. laxantib. annumeret, ob idque docet, induratis tantum ex his cauſis proficua eſſe: nam alias tenſionis cauſis has parum prodeſſe quenmt*) ſed adhuc clarius laxantium differentiam & vſum oſtendit. lib. 3 de bona valet. meth. fin. com. 59. loquens de aqua calida, quam omni tenſionis ſpeciei conuenire, aperte docuit. *Quæcunque enim, inquit, ex repletione erant intenta, fiunt omnia quæ inflammationem patiuntur, ea dum euacuantur, laxari conueneraut: quæ ex contractione ob refrigerationem intentionem habent, dum calefiunt: quæ ex ſiccitate, dum humectantur: quæ ex humiditate, dum ſuperfluo humore exinaniuntur: quæ nam calida aqua præſtare hæc omnia poteſt*, quam am-

Tenſio dupliciter conſideranda.

D

Laxantia quatuplicia.

Laxant ex accidenti quæ emolliunt.

E

*plius ac diutius corpori fuerit infuſa.* Quibus addere etiam expedit ea præſidia, quæ diſcuſſoriam vim obtinent, vt quæ tenſis ex flatu plurimum ſint profutura.

Expedit tamen, vt res apertior fiat, ſpeciatim de ſingulis laxandi modis agere, vt cuiq; inſpecta ſemel tenſionis natura, facile innoteſcat, qua laxantium differentia vti liceat, initio ſumto ab iis quæ ex refrigeratione intenta ſunt, (nam de induratis proprium caput conſtituimus) quæ quidem ſenſim ac paulatim calfacere oportet, ne ſubita calfactione nouo excitato dolore, pars fluxione tentetur. Quo fit, vt refrigeratis corporibus ex vſu ſit aqua calida, vt ſimul quod contractum eſt, madoſe abſq; dolore laxetur: ac frigidum blando calore ad priſtinum redeat ſtatum. Quem etiam vſum præſtat *oleum amygdalarum dulcium, aut ſeſaminum* modice calidum, eo calore, quo pars affecta delectetur: cui vſui fugiendum eſt ab iis auxiliis, quę calida & ſicca ſimul ſunt, ob idq; ignis, quantumuis modice adhibeatur, acerbiſſimos infert dolores: qua ratione humida ſimul & calida eſſe oportet, vt experimento facile comperitur. Nam ſic affecti, vbi primum affectam partem in calidam aquam immergunt, protinus delectationem quandam perſentiunt, & maximum experiuntur præſidium.

Tenſa ex refrigeratione quibus iuuentur.

F

Pari etiam ratione, quæ ex ſiccitate tenduntur partes, humectatione egēt, vt laxiores fiant. Quæ quidem tenſionis ratio paulò diligentiùs expendēda eſt, cum duobus modis partes ex ſiccitate tendi poſſint. Vnò depauperata parte ſubſtantifica ac natiua humiditate, quæ nulla ratione humectari ac laxari deinceps poteſt, niſi alimentis, & iis quæ per nutritionem denuo eandem humiditatem reficiant: Alio quidem dum partes ſuapte natura mucidæ, ac mucore & madore exuberantes ob calorem externum, Soliſque æſtum, & huius generis alia priuantur madore ipſo. Quo fit, vt partes tendi cogantur: quibus equidem opus eſt potiùs *madefactio*, quàm *humectatio*, ſimpliciter dicta: quæ qualitas ſubſtantifica cenſeri debet. Madefactio quidem, quæ aqua & aliis liquoribus fit, longè diſtat ab humectatione natura. Hæc namque interſtat differentia, quod in prima ſiccitate, licet præcipuè ex nutritio humectationem moliatur, nihilominus tamen ea, quæ exterius humectandi, aut potiùs madefaciendi vires obtinent, plurimum eſſe proficua, omnibus eſt conſpicuum, *vt de balneis aquarum dulcium Gal. lib. 7. meth cap. 7. refert.* In ſecunda verò, licet madefactio ab aqua, & iis, quæ madorem inducunt, primum locum teneat: cùm hoc tamen alimenta, quæ plurimum mucorem gignant, proficua eſſe nemo ambigit. Denique interſtiogare oportet, an ſubſtantifica deſit humiditas, quæ refici per alimenta deſiderat, an membrorum, articulorum nimirum, tendonum, ligamentorum mador: vt ex cauſſis quæ morbum præfuerunt, facile erit colligere: nam eo tempore, quæ madefaciant ſunt adhibenda, & quæ ſimul lentorem inducant: qualis *aqua, aut adeps & inteſtinorum ac extremitatum animalium iura*, quæ mirum in modum hanc præſtant gratiam tenſis ex hac cauſſa particulis. Ceterum in abditis & internis tenſionibus, aqua modice calida obtinet locum primum, ſicuti in iis quæ ſunt conſpi-

Tenſa ex ſiccitate quibus laxentur.

Tenſio ex ſiccitate duob. modis fit.

G

Madefactio quid differat ab humectatione.

A a c a

Tendones tenſi quib. medicamētis laxandi.

B

cuæ, quæ oleaginosa sunt, & mucore abundant.

Tensio ex tumorum turgentia, quib. laxanda.

Laxant eodem modo, ac vehementissimos sedant dolores, quæ tumores præter naturam expurgant, *vt Gal. n manifeste docet*, aperto namq; tumore præter naturam protinus concidunt partes, præ nimio humore tensæ, ac laxantur: si vniuersum corpus cum tensiua lassitudine tumet ac riget, sanguine confertim extracto, protinus subsidet laxaturq;. Quibus affectionibus, nulla ratione paulatinis auxiliis agendum est: vti balneis frictionibus, inedia & exercitio, sed ijs quæ subito plenitudinem demant: alijs verò tensionibus, quæ ex particulari aliquo humore concitantur, non sic, sed lente & paulatim vacuare oportet, ac eo modo eandem laxare.

Discussoria medicamenta vni loco, & quas vires habeant.

Quæ enam via venit exercendus quartus laxandi modus, qui partem insensibiliter euacuat, ac ab humore repente liberat: veluti in partibus inflammatis contingit, quę requirunt proculdubio, quæ meatus nimia mole oppressos & constrictos aperiant: quia materia in loco inflammato contenta, alioquin tenuis, calida, humida & vaporosa, non putrescit, & ebullit nisi dum meat⁹ obstructi sunt & coarctati. Quo fit, vt calidis indigeamus auxiliis, Discutientibus nimirum, & quæ per insensilem habitum humores dissipent. Rarefacit quidem

Laxare partes per insensibilem halitũ quomodo fiat.

moderata caliditas, quæ aperit sibi vias, & quod obstat ingressui mediocriter per halitum discutit, sine aliqua exsiccatione substantiæ membri, vt patet de aëre balnei & continentis temperatæ caliditatis, & aqua tepida: medicamenta igitur quæ rarefaciunt, moderatæ sint caliditatis oportet, ac adorant: tenuis substantiæ, vt penetrent ad profundum: humida, vel saltem temperatæ humidis commixta, ne exsiccent, & partes constringant, *vt Gal. lib. 5. simplic. c. 13. aperte docere videtur*. Medicamenta etiam quæ adurunt superficiem assando, potiùs constipant, quam rarefaciant, & calorem & fluxionem maiorem concitant. Verùm vbi sine attractionis timore discussionem validam optamus, validioribus liberalius vtimur. Differunt tamen longe rarefacientia medicamenta ab aperientib. vtpote quę crassarum sunt partium, & substantia mordaci & acri: quib. non indigemus ad discussionem & rarefactionem: nam quæ rarefaciunt, moderatioris debent esse caloris. Siquidem calor non ratione sui, sed ex accidenti est opportunus, nimirum quatenus meatus aperit. Cu-

Rarefacientia ab aperientibus differunt.

Laxantium varia materia.

ius quidem census sunt, *lilium, chamæmelum, hæsemen, fœnumgræcum, sampsuchus, pulegium calamintha, origanum, althæa, & præsertim horum decoctum, & oleum etiam quod ex ipsis conficitur. Vetus item ac cicinum & raphaninum.* Pari modo rarefaciunt *butyrum recens, oleum dulce, œsypus, adipes*, & reliqua quæ intra secundum gradum calfaciunt quæ omnia efficiunt, quominus resolutioni cutis impedimento sit: humores ipsos etiam attenuant, ac per insensilem halitum discutiunt, quibus resolutis facile tensa pars subsidet, laxaturq; & in pristinam reducitur magnitudinem.

Laxandi modus quintus.

Superest adhuc quintus laxandi modus: qui per eadem fit medicamenta, in eis quidem partibus quæ cutaneæ & membranosæ sunt, flatibus tametn tenduntur, vt sæpe sub cute, intestinis, vesica, vtero, ventriculo, ac thoracis tegumentis cōtingit, excitatis vehementius cruciatibus, quibus medicamenta superius dicta admodum sunt proficua: additis tamen quæ mollia & lenia sunt, quæ quidem partem tēsam quodammodo obliniant, & cedere tendenti substātiæ faciant, vt minùs doleat, minusq; tensa sit. Sic in huiusmodi partium doloribus, vt colico, præstantissimum est consilium discutientibus clysteribus & præsidiis, quæ emolliant & leniant medicamenta miscere, vt mucidiore facta parte, causis tendendib. faciliùs cedat. Præterea dum hæc medicamenta partibus præ frigore tensis adhibentur, nec plurimum calida, nec subito & confertim sunt adhibenda. Neq; (*vt Gal. lib. 7. meth. c. 15.* consulit) pleno existēti corpore. Insuper in affectibus, qui coctione debent finiri, quales sunt tumores præter naturam, non nisi translacto principio sunt adhibenda. Itaq; hęc sunt in vniuersum medicamenta omnia quæ *chalastica* appellantur, quæ cum tensio multis modis contingat, videntur plures obtinere laxantium species: nam quædam humectando laxant, alia molliendo, alia vacuando, alia tumores præter naturam purgādo, alia aliud quicquam faciendo. Quorum omnium substantia ea certe erit, quæ ex genere modice calfacientium prodit. Qua ratione & conniuētia corporis laxantur, & flatuosi spiritus tenuantur, & quod phlegmones jam constatum est digeritur.

Laxantia qualitates habeant & quando.

Laxantia varia species.

## Caput VI.

### De communi & peculiari emollientium præsidiorum indicatione & vsu.

Durũ tribus modis fit.

Emollientia præsidia, quæ duris affectionibus opponuntur, & proficua sunt, in examen hoc loco subeunt. Dictum namq; à *Galen. lib. 5. simpl. c. 4.* est, durum tribus modis fieri posse, Repletione videlic. Siccitate, aut Concretione. De duro verò, instrumentalibus particulis, ob plenitudinem oborto (*quod potius tensum appellatur, nam durities, quæ instrumentalib. partib. contingit, tensio magis potius quam durities à Gal. citato cap. appellatur*) proximo cap. egimus, cui laxantia medicamenta proficua esse docuimus. At humores dum concretione aut siccitate duriores in simplicib⁹ particulis fiunt, nō nisi emollientibus medicamentis mollire poteris. Insinuat quidem Gal *lib. 2. de sa. tu. c. 5.* durũ & molle, similaribus tantum particulis accidere: rarũ verò aut densum (*ob meatuum rationē*) instrumentalib⁹, quib. pari lege tensum & durum debent reduci. Ceterum eum ex cōcretione, aut siccitate humores in particulis induruerunt, (*cuius durities nunc est institutum meminisse*) id sæpe duabus de causis contingit, *vt ex Gal. loco superius citato aperte constat*. Altera est *caliditas*, quæ partem exsiccando, humores ibidem impactos, digesto per halitum quod eorum tenue est, ac subtile, densos, solidosq; & duros reddit. Altera verò *frigiditas* est, quę concretione eosdem duros efficit, vt in glacie ac grandine sæpe conspicimus. Ceterum vnam hanc differentiam has duas causas habere compertum est, nimirum calorem, siccitate media, rem densam ac duram efficere: frigiditatem verò sine ipsa, sola tantum concretione, densatis vtrique compressis partibus: cuius rei testis est Gal. *l. 2. de temp.* Docet namque falsam licet imaginem repræsentare quæ dura ex frigore sunt: nam licet in separabilis ab omni siccitate durities sit, non tamen è conuerso verum tenet: nam quæ frigiditate concrescunt,

Emollientia verè qualia esse debeant iuxta induratorum varietatem.

Humores quibus ex causis in particulis indurescant.

crescunt, falsam potius sic imaginem repræsentant, quam quòd re vera talia sint, *vt Galen adnotat lib. 1. prope finem.*

Sunt tamen ea, quæ de concretione nuper diximus, tam grauia, tamq; difficilia & obscura, vt sine summa diligentia nequeant facile percipi: præterquam quod ad veram medendi rationem duris affectibus proficiam inueniendam, necessum sit eorum omnium, quę dura fiunt, modus & caussam ad amussim inuenire. Coagulatio & durities itaq; omnis ex siccatione quadam fit: sicuti contrà liquefactio efficitur per humectationem: quoniam sicci est terminari diffinirique, sicuti contrà humidi est diffluere, & proprio termino non contineri. Ex quibus constat, necessum esse, id, à quo res coagulatur, siccitatem efficere (*modo ea vera sit modo apparens.*) Cuius rei gratia siccitatē posse duobus modis fieri, nosse conuenit, videlicet alteratione quadam, noua inducta siccitate: vel ablatione partium humidarum, quæ scilicet aut lateant compressæ & contentæ à terrestribus siccioribus, aut euolēt resolutæ in vaporem. Non dissimili ratione necesse est, vt id, à quo res quæpiam liquefit, humiditatem efficiat. Pluribus quidem modis humiditas in re quapiam potest principium nancisci: aut enim alteratione fit, qua ea res exuat siccitatem priorem, & induat humiditatem nouam: aut resolutione quadam partium aquearum, quæ compressæ constipatæque prius erant: vel coactione vaporis in aqueam naturam; siue per subingressum in poros partium aquearum, dissolutioneq; terrestrium prius in vnum coactarum. His expositis, dicendum, coagulationem interdum fieri à calido per se, si calidum illud fuerit etiam siccum, (*quæ vera durities est,*) tum inducendo nouam siccitatem, quatenus est siccum: tum componendo partes aqueas aëreasve, & humidas cum terrestribus siccis, nec non resoluendo partes aqueas in vaporem, qui euolet, & euanescat. Quam quidem coagulationem à calido per se fieri dicimus. Interdum calidum etiam per accidens efficit coagulationem: cùm per antiperistasim cogit in vnū frigidum, quemadmodum in grandinis generatione contingit. Frigidū autem coagulationem per se facit exsiccando, si fuerit coniunctum siccitati, item condensando partes aqueas, in vnumq; cogendo cum partibus terrestribus, à quibus fortius condensatæ etiam continentur, maioremq; soliditatem accipiunt: per accidens verò frigidum etiam coagulat, exprimendo partes calidas subtiliores immixtas humido, cum quibus humidum quoq; implicitum euanescit. Item per accidens coagulationem facit frigidum, si vi caloris humidum resoluatur, qui in vnum cogitur, circumstante & constipante frigido. Quibus omnibus addi potest alia coagulandi ratio, quæ fit mixtione quadam complexioni cuipiam apta, quam consulto in hac parte prætermitto.

Quæ omnia adhuc claritatis gratia ampliùs oportet lucidiora reddere. Ea itaque coagulatio, quæ fit per se à frigido, conuenit mixtis illis imperfectis, quæ non sunt vnum per formam quandam substantialem tertiam, conflatam ex elemētorum mixtione, sicut *grando, nix, pruina, cæteraq; huiusmodi.* Ea quidem per se fiunt à frigido, non tantum quia calidum exprimat, simulque humidum, sed quoniam vi sua humidum aqueum seu vaporem condenset, & in vnum cogat, partesque terrestriores congregat: quæ tenacius solidiusq; detinent partes aqueas, vt vaporibus constipatas: nam frigidum ideò coagulat, quia frigefaciendo condensat & constipat humidum, aqueum, vel vaporosum.

Præterea frigiditas hæc, quæ coagulationem facit, quandoque extrinseca est ab illo mixto corpore, quod coagulatur, & præter illius naturam, quandoque secundùm naturam, & intrinseca. Præter naturam quidem est in mistis illis imperfectis, qualis *grando* est, & *nix*: in metallis verò & lapidibus est intrinseca, & naturæ eorum propria. Quo fit, vt *glacies grando, nix*, liquefactæ permaneant fluidæ. Metalla verò liquefacta cessante ignis vi confestim nulla frigiditatis extrinsecæ efficacia, sed proprio intrinsecoque nixu coguntur & durescunt.

Hæc quidem sunt, quæ de Duritie & Coagulatione ex optimis Philosophorum colligere potui: superest nunc docere, *quanam ratione, quæ dura coagulataq; sunt, liquari & emolliri possint.* Liquefiunt itaque coagulata per se a calido, quoniam calidum partes in vnum coactas à frigido rarefacit, & disgregat, simulque disiungit partes terrestres, quæ vi frigoris arctius continebant partes aqueas. Pari etiam ratione calidum vt per accidens congelat, ita per accidens liquefacit, quando scilicet resoluit partes aqueas in vaporem, simulque in vnum cogit partes frigidas per antiperistasin, quarum vi vapor ille disgregatus, in aquā cogitur vi frigiditatis in vnum coactæ. A frigido verò per se liquefieri dici possunt, impropriè tamen. Vapor enim in aquam cogitur à frigore, sicque condensando & coagulando frigidum liquefacit. Item à frigido humido liquescunt *sal, nitrum*, eiusque generis alia: quoniam humidum aqueum frigidum eorum poros subit, sicque discindit partes terrestres exsiccatas & in vnum coactas vi caloris. Per accidens verò a frigido quædam liquescunt: quoniam à frigido expellitur calidum, cuius vi fit crassitudo in aliquo corpore & impinguatio.

Sunt præterea inter corpora nonnulla, quæ nequeunt coagulari, neq; á calido, neq; a frigido: ab vtroq; tamen crassescunt. Quædam vero neq; coagulari, neque crassescere possunt, sed semper fluida supersunt. Ea namque, quę aëris plurimum habent, habentq; etiam lentorem, crassescunt á calido & á frigido, á neutro durescunt, vt *oleum*, quia plurimum habet aëris, & parum terrestris substantiæ. Nonnulla etiam, quamuis non sunt aërea, quia tamen valde tenacia, & glutinosa sunt, nequeunt durescere, sed crassescunt, vt *mel*, eo quod neq; caliditas, eiq; iuncta humiditas exprimi potest vi frigoris, propter tenacitatem & lentorem, neq; etiam vi caloris partes aqueæ resolui queunt, ob tenacitatem. Postremo loco nōnulla sunt corpora fluida, quæ neq; caloris, neq; frigoris vi durescunt, crassiora ve fiunt, vt *acetum*, in quo quamuis paucissimæ sint partes terrestres, itemq; calor ille, á quo acutū saporē habet, adeo implicitus est, per totumq; diffusus, vt vi frigoris exprimi non possit. Ideoq; cōtinet partes aqueas, ne dēsentur á frigore, & ob paucitatē partiū terrestriū cōtinere nō possūt partes aqueæ, ne diffluāt.

Coagulatio quomodo fiat.

Siccitas duobus modis fit.

Humiditas pluribus modis fit.

Coagulatio quibus modis fiat.

Coagulatio à frigido facta, quibus corporibus competat.

Coagulata & dura quomodo possint liquari.

Coagulari à calido aut frigido quæ corpora nequeant.

*Coagulatorum variæ differentiæ.*

Præterea ea, quæ hucusque diximus, quædam procul dubio inueniuntur coagulata, quæ priùs à frigido coacta sunt, deinde à calido perfectam capiunt duritiem & compactionem, vt *fictilia omnia*. Nonnulla contrà priùs compinguntur in vnum à calido, demum post actionem & concoctionem calidi, perfectam coagulationem capiunt a frigido: huiusmodi á natura sunt *metalla* & *lapides*, quorum duritiei extremam manum imponit frigidum, licet eorum mixtio & coactio facta priùs fuerit à calido.

*Durorum corporum differentiæ variæ, variaque accidentia.*

Ex iis verò corporibus, quæ dura sunt, quædam molliri possunt, & inflecti, quædam minimè. Ea, inquam, in quibus humor aqueus propter coagulationem non ita resolutus est, atque euanuit, quin tantum eius reliquum sit, & in tota ea massa dispersum, vt vi ignis dissolui nequeat, etsi ob paucitatem multasque partes terreas, quibus est implicatum, nequeat fluere. Hæc vtique igne mollescunt, vt *ferrum & cornu*. Item nónulla mixta aqua aspersa madescunt, vt *lana*, & huius generis alia, liquescere tamen non possunt. Quædam contrá in aqua posita liquescunt, ægrè tamen madescunt, vt *nitrum, sal*. Nonnulla in aqua & madescunt, & liquescunt, vt *later nondum in fornace coctus*. Ea, quorum partes terræ glutino tenaci inuicem compactæ sunt, poros tamen habent maiores aquæ globulis, in aqua posita madescunt, nó tamen possunt liquescere. Contrá quorum partes terræ lentore glutinoq; carent, poros tamen habent neque ita exiguos, vt sint aquæ imperuii, neq; adeò magnos, vt sine iniuria & scissione, aqua per eos meare possit, in aqua posita non madescunt, sed soluta ab aqua liquescunt. Nonnulla præterea frangibilia sunt in partes magnas, nonnulla in partes exiguas: item quædam scindi possunt, nec non etiam frangi, vt *ligna*. Omnis quidem huius generis accidentium caussa est in poris, eorumq; situ, item in modo, quo partes terreę inuicem cohærent. Quæ omnia si quis exactè nouerit, poterit emollire minori negotio, cognitis duritiei caussa & ratione.

*Duritiei cuiusuis caussæ.*

Quamobrem expendere hac in parte oportet, qua via quæuis duritiei species á suis causis perficiatur, vt eadem emollientia medicamenta propria ac magis proficua facile sit cuius adhibere. Caussæ tamen, quæ duritiem mediante siccitate & calore inducunt; quales sunt, *validum exercitium, Solis æstus, inedia, febris ardens*, ac medicamenta, quæ subitò & vehementer vltra modum calefaciunt, id quidem efficiunt, extracta ab humoribus subtili substantia, ac dum crassa terrestrisq; remanet, cogitur, duriorque efficitur: namq; humor omnis eò ad terræ naturam propiùs accedit, quò magis aëreæ aquosæque substantiæ fuerit expers: quibus facile priuatus vi calfacientium & exsiccantium caussarum, quod optimè aduertit Aët. *lib. 3. ser. 4. cap. 41.*

*Emollientia varianda iuxta caussarum duritiei varietatem.*

Qua quidem ratione humida pharmaca his prodesse, omnibus esse compertum suspicor. Primò, quia humidum viscidum separat á parte, cui adhæret, & crassum mixtione attenuat: quò fit, vt quæ humida sunt, iis, quæ á pulmone & thorace (aut quauis alia corporis parte) prodeunt, exspuendis crassa & viscida, plurimum sint proficua. Caussæ verò, quæ concretione duritiem moliuntur, qualis vehemens est frigiditas, facile calore superantur, & quæ congelatione dura fiunt, facile calore liquatæ mollescunt.

*Frigiditatis causa triplex.*

At frigiditatis ipsius triplex reperitur causa, (*vt iuxta cuiusq; naturam quæuis oppugnari possit.*) Vna á foris incidentibus, puta aëre, aqua, aut medicamento, quibus sæpe imperiti Medici perperam adhibitis, ex erysipelate scirrhum veluti manu efficiunt. Altera ex propria partis intemperie, qua humores in eam profluentes duritiem facile perpetiuntur: nam partes morbosa frigiditate affectæ humorea & excrementa in scirrhosam duritiem frequenter mutare habent. Tertia quidem ab influente in ipsam partem humore prouenit, qui perpessa resolutione facile duritiem contrahit. Quibus equidem rationibus iure optimo Gal. dixit loco sæpiùs citato: *Humectantia medicamenta iis, quæ ex siccitate indurantur, tantùm esse proficua: alia verò, quæ ex concretione dura fiunt, quæ verè emollientia appellantur.* Quæ vt promptiùs adinueniret Gal. & ab omnibus sibi similibus medicamentis distingueret, hæc refert verba *lib. 5. simp. c. 6. Oritur autem induratorum affectio ex fluxione viscosa & crassa parum particulæ poris, siue meatibus impacta, digesta vero parte halituum, quod tenue est eius, ac subtile: ac deinde, quod reliquum est, refrigerato, ac veluti congelato, scirrhosa sequitur dispositio, ac proinde frigidum pathos aiunt.* Porrò quoniam cum frigiditate humor redundat superfluus, idcirco etiam compositam eius esse medelam oportet, ob refrigerationem scilicet, excalefacientia pulsente affectu, ob alienam verò humiditatem, quæ mediocriter siccat. Quo quidem factum est, vt emollientia pharmaca, quæ verè talia debent esse, calidæ & siccæ sint naturæ: *Quæcunq; enim*, inquit Aristot. *lib. 5. meth. per frigiditatem congelantur, per caliditatem soluuntur*: caliditas autem neq; debilis sit oportet, impotens enim erit ad soluendam materiam: neque rursus intensa: nam si talis est, non tantùm soluet, sed resoluet, quod subtile est, parte crassa duriori facta: ergo quæ congelata soluunt, nec nimis intensæ, nec remissæ caliditatis eligenda sunt: huiusmodi enim naturam obtinent, quæ secundo gradu calefaciunt: sicut in primo constituta imbecilliora haberi debent: quæ vero in tertio, validiora.

*Emollientia qualia, & cuius naturæ sint.*

*Congelata quæ soluit, qualia esse debeant.*

Hinc euenit, quod quæ congelata soluunt, non tantùm calida sint, sed etiam sicca, qualia iure optimo esse debent: quæ enim secundum caliditatis attingunt, maxima ex parte ob id exsiccant. Atqui licet caloris sint moderati (*ne quis medicamentorum similitudine decipiatur,*) in hoc á pus mouentibus differũt, quod emollientia calidiora sunt, & moderatè desiccant exsistentem in partibus humiditatem: pus autem mouentia non vtcunq; obtinent calorem moderatum, sed corporibus quidem nostris similem. Cum hoc tamen exsistentem in eisdem humiditatem seruant, neq; adauctam, neq; diminutam. Itaq; pus mouentia ęqualem accedunt calorem ei, qui est in homine secundum naturam: quæ vero emolliunt, multo maiorem.

*Emollientia, & pus mouentia, quid differant.*

Quocirca illa quidem quãtitatem potius, quam qualitatem caloris augere sunt nata: at quę indurata emolliunt, qualitaté potius: secus quidem res se habet in emolliẽtibus, quæ humectiorem reddũt partem, licet ipsa sicca sint, liquata calore materia. Quo sensu intelligẽdus est Gal. *l. 1. symp. c. 2.* qui loquens de emollientibus, hæc refert verba: *Illa vero ita maiorem calorem quam pro natura*

B [illegible] ,em [illegible] ei ita [illegible] credetu [illegible] icceq etiam es- [illegible] calore [illegible] ,accontab [illegible] quæ partes at- [illegible] exercitare [illegible] menta [illegible] *non enim* [illegible] *liquefacta* [illegible] necessa id [illegible] stria minera- [illegible] ationi [illegible] aios, [illegible] par [illegible], quodam modo obsistant, qua quidem ratione factum fuisse censeo, mineralia medicamenta emollientibus frequenter misceri. licet non solum hac ratione, sed aliquando ad [illegible] mandum em [illegible] rum: nonnunquam [illegible] sese unionem quam propter vstio [illegible], aut aliam

C quamuis præparationem habent. Sæpe vero quia plumbum ser [illegible] materiam scirrhosis humoribus admixtam, qua degenerare in vlcus solent, attemperat: nam fit quidem, vt mineralia hæc acres, calidos, & serosos humores facilimé attemperent. Rursus vltimo, quia emollientia pharmaca frequenter conficiuntur ex laxantibus, humiditas inest, cuius attemperamento mineralia vtiliter admiscemus, vt ex vtrisque supersit medicamentum debito calore & siccitate constans. Verùm cum Galenus cognouisset, pluries esse necessarium, tum penetrationis gratia, tum vero membri & affectus natura sic exposcente, ea debere tenuium esse partium, aut eisdem misceri, his verbis id videtur ostendere: *Emollientium medicamentorum mixturam laudant, nimirum vt præparantem indurata corpora, & prædictis pharmacis idonea facientem,* loquebatur quidē de calidis tenuium partium, quæ frigidis, crassis & viscidis humoribus erant proficua,) *citra vero præmollitionem* (inquit) *diffunduntur quodammodo ea ipsa corpora, & è vestigio manifestam immutationem habent, sed in immedicabiles reli-*

D *quias terminantur, vbi fuerint resiccata.* Quibus cōstat, non esse ita tutum, emollientia pharmaca tenuium esse partium, licet Galenus mixturā laudauerit in prima huius textus parte. Secus quidē res se habet in induratis visceribus, quibus emollientia mitiora debent esse, & ob id libérius tenuium partium miscella admittunt: quo quidem sensu subintelligere conuenit huiusmodi contractionem. Confirmat enim nostram sententiam Galenus loco nuper citato dicens (de hepate verba faciens:) *Nam cùm compage humecta sit hepatis corpus, valdè moderatis opus habere emollientibus, prædominatur itaq; in ipso præter aliarum partium induratarum morem calfacientium & attenuantium mixtura*: merito itaq; ex præscriptis quatuor pharmacis Asclepiadis, vt quod multam de se experientiam præbuit, ex aromatis enim componitur, attenuare & discutere valentibus. Denique in iecoris duritie hæc sunt commodissima, sicuti in aliis visceribus, etiam penetrationis gratia: proinde quamuis innumera sint calfacientia simul ac desiccantia medicamenta, sola tamen ea, quæ conuenientem ac

E symmetrum calorem possident, vnaq; illi correspondentem sortita sunt siccitatem, mollire possunt, quæ scirrhi instar indurata sunt. Namq; vt Gal. inquit, *l. 2. ad Glau. c. de scir.* Non igitur curandæ sunt partes induratæ medicamento im-

[illegible] quod [illegible] hu [illegible] ver [illegible] fit [illegible] *mala* [illegible] eodem [illegible] nempe qu [illegible], & [illegible] simper [illegible] dican enim [illegible] ex quauis causa dicitur [illegible] quæ congelatione indurueerunt [illegible] tenius sit humor præter natu [illegible] hac parte omnium emollientium [illegible] nisse tenemur. tale enim est, vt exemplo vtar, [illegible] *ium fit ex galbanum, thymiana, ammoniacum,* [illegible] *tum ceruina, tum vitulina, adeps caprinus & taurinus* atque alia, quorum paulo inferius meminero.

F

Verùm vt quiuis facile noscat vsu his emollientibus præsidiis, iuxta duritiei terminum & renitentiam, pretium studii fuerit expendere, ea, quæ indurantur, posse vna trium dispositionum permanere. *Prima*, qua dura manent, citra alterius qualitatis commercium, quibus, quæ veré emollientia dicuntur, qualia nuper diximus, proficua esse omnium consensu constat. *Secunda* vero cum duritiei associatur lentor & viscidĭtas, cui iure optimo debentur emollientia ea, quę aut tenuium sunt partium, aut eisdem commiscentur, vt Galeni est sententia, *lib. 8 pharm. loc. cap 8* inquit enim: *Quæ vero ob frigidos ac viscosos humores in solidis corporibus imbutos indurantur, ex necessitate frigidam habent affectionem. Quare & calfacientibus simulq; tenuium partium pharmacis opus habent, hæc enim sufficentia sunt, & ad viscositatem humorum induratis partibus infarctorum extergendam, & ad secandam crassitudinem, & discutiendos humores ita extenuatos.* Quo etiā sensu

G tollitur contradictio, quæ ex eodem capite circa eandem rem suboritur. Nam tenuium partium medicamenta, quæ emollientibus miscentur, licet in immedicabiles reliquias degenerent, cū hoc tamen id nō debet intelligi in corporibus & tumoribus, in quibus humores crassi & frigidi in affectum coeunt, sed in calidioribus naturis & humoribus, aut cum congrua horum medicamētorum mensura non seruatur. Quorum quidem auxiliorum meminit Galenus in aliis in locis *lib. 4. Meth. c. 5. l. 2. ad Glau. c. de scir.* Sunt autem hæc, *acetum mulsum per se, vel in quo hyssopum thymum, pulegium, anethum, & similia præcoxeris. Oleum item sabinum aut vetustum, in quibus ferbuerit cucumeris syluestris radix, acetum item acerrimum, in quo dissoluatur ammoniacum, thymiana, opopanax & alia huius census. Itē, pinguedines anserum, anatum, ceruī cum oleo rutino vetusto, aut sabino: quibus prædicta herba ferbuerit, addito ad consumtionē aceto.* Eundem quoq; præstant vium *euaporationes*, quæ ex aceto acerrimo in pyrite, aut molari lapide ignito fiunt. *Tertia* & vltima forma dura manét, quæ in callosum, tophaceam, & lapideam naturā degenerant: quibus frustra adhibemus emollientia, quorum hucusq; meminimus, quapropter in his porrigere oportet [illegible] humidā & fluentem substantiam habēt, eiusque [illegible] amq; cum multis partibus igneis vel terreis attenuari: quia huiusmodi dura adeo sicca & terrestria sunt, vt angustissimos & nullos penè meatus habeant, per quos humidū permeare possit: cui vsui cōceduntur

[Margin notes: "[illegible] tenuium esse debeant partium." — "Emollientia medicamenta quæ." — "Indurationis tres species." — "I." — "II." — "Emollientium varii gradus pro varietate indurationis." — "A 214" — "Emollientia." — "III."]

B duntur liquores omnes, qui vel purè acidi sunt, *vt succus limonum*, vel purè acres, *vt chelidonij*, vel mixti ex vtroq; acrimonia, inquam, & aciditate, *vt acetum*, præsertim quod potentius redditur, dum aliquid acre infunditur, *vt scylla*. Quo fit, vt Medici omnes plurimis laudibus extollant ad frangendos calculos, succum limonum, & chelidonii, & oxymel simplex, & scilliticum, hæc enim & quæcunq; talia sub hoc ordine cõstituta sunt, semper huiusmodi vsibus prospera experimur: namq; à tenuitate substantiæ habent quod penetrent ab acrimonia siue aciditate, quod incidant, & in minutas partes dissipent: ab humore verò copioso, quod madefaciant, & veluti emolliant, quorum etiam latiùs meminero *capite sequenti*. Quartum insuper prædictis addi potest, nimirum considerandam attento animo esse induratam partem, an tantùm aliquam ex tribus speciebus duritiei obtineat, an commixtam secum habeat tenuium, acrium & erodentium ixorum fluxionem, cuius ratione, vt diximus, in vlcus degeneat scirrhosa

*Calculum frangentia quæ.*

*Durities complicata vt emollienda.*

C durities, cui vsui deseruiunt quidem, quæ emolliunt, cæterum admixtis *mineralibus*, aut *oleo de mandragora*, quorum ratione acres humiditates attemperantur, & ebibuntur sensim & lenté. In quibus enim cauendum est ab iis, quæ vehementer emolliunt, aut mixta habent secum medicamẽta tenuium partium, nam hæc calore & tenuitate promptiùs furere cogunt huiusmodi ixores, & in exulcerationem degenerare, qua postea vllis auxiliis cedere nusquam visum est: quapropter peritus Medicus hæc attendat oportet. Præterea, quia emollientia pharmaca vires resoluunt, *vt loco paulo antè citato aduertit Galen.* per vices & interualla sunt adhibenda: ne impotentiori facta partis natura, deterius deinceps resolutioni adminiculetur, & promptiùs recipiat, ac veluti ex toto oneri succumbat; vt frequenter contingere solet.

*Per vices & interualla sunt exhibenda.*

Verùm quia non est vnica omnium corporum aut corporis partium conditio, sicut neque vnus duritiei gradus: ideo docere expedit, varios esse medicamentorum emollientium ordines, iuxta

D excessus maioris minorisve rationem, aut corporis & affectę partis varietatem. quod qui neglexerit, in grauissimum discrimen laborantes sępe ducet. Sic imbecilla mollientia partis medicantur inflammationibus: *vt apertè ex Gal. videtur constare lib.7.Phar.g.c.3* his adhuc fortiora leuem duritiem sine phlegmone persanant. Validiora item maiores, quemadmodum & quæ duritiem in scirrhum propè degenerantem curant. Cui vsui extant apud *Galen lib.7.phar g c.4.* quatuor emollientium pharmacorum ordines, quos ad duos tantùm placuit reducere: nam & hic etiam inter se differunt iuxta maiorem aut minorem emolliendi rationem. Primi autem ordinis sunt (in quo etiam quædam leuius, & nonnulla efficacius agere reperiuntur *cera alba, butyrum, axungia porcina, & vitulorum sepum, axungia item anseris, anatis, gallinæ: medulla vituli, hysopus, lana succida, oleo amygdalino insuccata, aut chamæmelino, in quo semen aliud althææ, fœnugræci, maluæ, item cucumeris agrestis, althæa & liliorum radix tenella, malua agrestis, & liliorum folia, vel anethi cacumina præcoxerint aut ficum axungiis eadem pistauerit.*

*Emollientia primi ordinis.*

E Expendere etiam in hac re decet, *medullas, sepum, & axungias*, quo recentiores fuerint, eo debilius emollire: quo vetustiores vero, acrius. Ex quibus addita *resina*, quæ colla vocatur, *& larix pinea, aut abietina, aut gummi* nõnihil ...itur. in modum confici possunt variæ emollientium formæ. Quibus omnibus necessum esse, h... experientia monstrauit, addere mineralia suo modo præparata, *vt plumbum elotum*, quod nutricem ..., & quæ præ calore dura sunt, humectat. Præstant item *emplastrum filij Zachariæ aliquo ex mineralibus addito, & parygron à Galeno appellatum lib 7. phar gen.2. & emplastrum Mnasæi*, ab eodem auctore probat..., quorum pro corporum aut affectuum leuitate quod vtilius fuerit, facile erit eligere. Quæ verò secundi sunt ordinis, validiusq; emolliunt, in validis etiam & robustis corporibus, aut inueterata duritie proficiunt. *Ea quidem sunt, vt Gal. refert lib.7 phar.gen.3. gutta ammoniaca, bdellium, galbanum, ladanum, propolis, thus*, pinguia tamen omnia pro cuiusq; natura. Pinguedines etiam *hircorum, taurorum, & leonum*, quę omnia efficaciora facile reddi possunt, addito *aceto* ad consumptionem, dum igne miscentur. Emolliunt etiam ea, quæ mox diximus, dum aceto liquãtur, callosas, tophaceas, & lapideas itẽ durities, pręsertim si pars vapore prius feruefacti aceti infomet. Ea quib. pro cuiusuis duritiei indigẽtia varia medicamẽta confici possunt.

*Emollientia secundi ordinis.*

F

Variantur quidem gradus & natura horum medicamentorum, non solùm ex affectus varietate, verùm & ex partis ipsius, cui affectus inest, conditione: partes namq; neruea, dum scirrhosæ fuerint, nullo aut modico aceto commixta emollientia desiderant, erit autem his partib. idoneum medicamentum, quod citra id cõficitur: sat enim est, partem calido aceto, & oleo, tertio aut quarto quoq; die euaporare, aut modico tempore illinire, intermediis tamen diebus emollienti aliquo eam inungere: sic enim & medicamenta facilius penetrant, & euidentius operantur, ob incisionẽ,

*Emollientia iuxta partis ... ...litatem ... ... corrigenda.*

G quam acetũ molitur. At in partibus mollioribus & rarioribus, dum abditæ sunt, *vt splen & iecur*, aut quæ neruis carent, vt carnosæ musculi partes, tutior est aceti vsus: præstat quidem penetrationẽ, & citra molestiam actionem suam parit, quare musculi carnosis partibus scirrho affectis, plurimum cõfert *ammoniacum aceto liquatum*, dummodo inter initia affectus, & interpositis diebus cataplasmate ex *althea, radice lilij, axungia porcina, & oleo liliorum* vtamur. In tendonibus verò & ligamentis, solo vtitur Galenus aceti vapore, *lib. 4. Meth.* in quo ferrum candens aut lapis pyrites extinguuntur. At dum scirrhus in mammis contrahitur, cautius aceto est vtendum, faciliter enim huiusmodi partis substantiam aceto demoliciuus: quo fit, vt in principiis scirrhosi tumoris huius partis, nulla ratione liceat acetum adhibere, indurato tamen admodum tumore (*nam huic solùm Galenus fatetur loco nuper citato, conuenire*,) mixtione aliorum medicamentorum in mediocriter robustis corporib. non erit abs re modico vti. Periclitãtur enim huiusmodi partes, ne ocyssimè in maiorẽ duritiem tumor degeneret, & ipsæ in consuetam gracilitatem. Vicit verò durities omnino acetum tenuit, sicuti ea, quæ ventris os attingit, licet hæc euaporationem sustineat, illa verò nequaquam; venter enim celerrimè ab aceto excandescit. Exposcunt tamen huiusmodi partes, quæ ipsi sunt familiaria, emollientibus commixta, nam facilius gratiam emollientium recipiunt, dum illis cõmiscentur,

*A 215*

*Emollientia in scirrhis neruorum, tendinum, &c.*

*Ventri.*

quæ

B quæ ibi sunt familiaria & proficua, gaudet namque ventriculus *absynthio, spicanardi, mentha, ladano*, & similibus, quibus emollientia iure optimo misceri debent. Sic vterus emollientia desiderat *oleo liliorum alborum* commixta, *myrrha, aloe, & lupinorũ cremore*. Cui etiam opitulantur *styrax, anserinus & gallinaceus adeps, bdellium, panax Herculeus, sambuci, etiam parteniĳ & fœnugraci decoctum*. Sic splenem induratum præter communia emollientia, soluit *caro myrobalanorum chebulorum cum ammoniaco & aceto pistata*. Item, *succus foliorum sambuci cum aceto & aloe, scolopendriæ succus, cortex radicis capparis, chamædrys, & huius census pleraq́*. Quæ aut liquata aut feruefacta aceto & communibus emollientibus cõmixta mirè opitulantur: sustinet quidem splen, tum illita, tum intus sumpta validissima medicamenta, *vt ex Galen. lib. ad Glau. constare videtur*. Iecur verò contrario modo nõ nisi leuissima, cuius durities tardò, nisi dum in principiis fuerit, ad sanitatẽ reducitur, quapropter maxima cum desideratione emollientia sunt adhibenda. quæ, *vt mox diximus*, omnium sint imbecilliora. Augere autem, *inquit Galenus loco citato*, ea oportet ad tumorem emollientium, quæ ratione inflammationis iecori adhibentur per mollificantium admixtionem: erunt autem illa ex *absynthĳ coma, ex vtraq́ nardo, ex myrobalanorum recremento, croco, œnanthe, mastiche, & vnguentis, quæ ex spicanardo* conficiuntur: sicut & *mastichino, œnanthino, & melino*. His igitur *ammoniacum, thymiana, & bdellium*, & quas diximus, *medulla & adipes*. & quæ incidere possunt, addenda sunt, nam hæc factum etiam in hepate scirrhum sanare poterunt. Cui etiam opitulantur vrinas mouentia auxilia, & extergentia, præsertim si quid præmollitum est topicis auxiliis.

Spleni.

Iecoris.

C

Durities cõplicata, quomodo curanda.

Miro etiam quodam artificio Galenus nititur curare ex omnibus aut aliquibus caussis complicatam duritiem, etiam admixtis, quæ tensionem efficiunt, caussis. Quod quidem, quia ipse ad vnguem loco citato exequitur, breuitatis studio D prætereo, & doctis legendum dimitto.

## Capvt VII.

## De communi & peculiari aperientium auxiliorum indicatione & vsu.

HOc loco sese offert vulgatissimum illud aperientium medicamentorum auxilii genus, quo, quæ occlusa sunt, patula fiunt, quod quidem tam est vtile ac necessarium, quantũ ipsa affectio grauis, abdita, & miris varietatibus difficilis & incognita. Qua ratione (*licet huic tractationi longior dispunctio foret necessaria*) qua potero claritate ac compendiosa methodo, quæ illi necessaria sunt, expendam: si priùs cauitatum, quæ occludi possunt, differentiam docuero, quod ad medicamẽtorum varietatem proficuum fore constat.

E Ex cauitatibus itaq; quæ in corpore præsunt, quędã sunt insensibiles: cuius cẽlus sunt *cutis meatus*, quædã verò apparẽtes, quales *cauitates venarum, arteriarum, ventriculi, intestinorum, renum, vesicæ, vteri, pudendorum, ani, aurium, narium, faucium, meatuum etiam, qui ad vrinam & semen transmittendum comparati sunt*. Itaq; vt varia est meatuum differentia, eodem prorsus modo variæ sunt clausionis formæ & caussæ, iuxta quæ omnia curandi ratio diuersificatur.

Cauitatum diuisio.

At cutis quidem meatus ab iis, quæ habẽt vim densandi, cuiusmodi est externum frigus: vel adstringendi, vt faciunt *lotiones aqua aluminosa*. vel exsiccandi, *vt Solis feruor*. vel indurandi, *vt dura frictioni* potissimum constringuntur. Caloris etiam contractiones ad interna viscera extremam superficiem densiorem reddunt. Sordes item, quæ adhærent cuti, & terrena vel emplastrica medicamenta, quæ ei admouentur eosdem meatus angustiores efficiunt, licet non per densationem, sed per obstructionem potius. in quod etiam mouẽtur vapores, aut humores crassi, qui ab internis partibus ad cutim efferuntur, a quibus pruritus & scabies fiunt, hærentibus circa cutim humori- F bus, qui liberam non habuerunt per illam viam. Itaq; omnibus his modis cutis recludi potest.

Cutis meatus quibus modis constringantur.

Cuius rei gratia nosse oportet, in duplici esse differentia medicamẽta, quæ id, quod occlusum est, aperire valent. Quædam namq; *rarefacientia* appellantur, quæ tantùm sunt proficua cutis obturationibus. Quædam rursus verò dicuntur *aperientia*, quę obstructis cauitatibus medentur, quę quidem inter se magno dissident interuallo, *vt a pertis verbis ex Galen. constat lib. 5. symp. 13.* nam præter id, quod quæ cutis meatus reserant, nomine ab illis differunt, nam *rarefacientia* dicuntur, & quę vasorum oscula & cauitates *aperientia*, re etiam longè distant: rarefacere namq; tantùm est, superficiem cutis magis solutam reddere, vt vapores per ipsius meatus difflari commodè possint. Aperire autẽ est, ad profunditatem meatuum penetrare, obstruentiaq; corpora attenuare, abstergere, & excutere. Sunt itaq; rarefacientia, *vt ex Galeno constat*, modicè calida, minimè desiccantia, & tenuiũ partium: Aperientia verò crassæ substantiæ esse o- G portet, & maioris caloris, cùm ad profunditatem penetrare teneantur: in crassa enim substantia calor fundatus diutius conseruabitur, nec facilè exspirabit, donec proprium actum impleuerit. Verùm quia periculum esset, si admodum calida, & partium crassarum essent, ne partes potius putrescerent, non oportet ea secundum gradum caloris transcendere, ac tantum conuenit crassæ substantiæ habere, quantum ad sustinendum diutius A calorem sufficit: nec vltra pergere vsquam licet ob dicta incommoda.

Aperientia duplicia.

Rarefacientia.

Aperientia.

Rarefacere quid.

Aperire quid, & in quo differant, & qualia esse debeant.



Quibus sic habitis, primo loco institutum est agere de iis, quæ rarefaciunt, iuxta cutis diuersos constrictionis modos. Sic etenim cutis densata quatuor modis rarefiet. Calore nimirũ, aut Humore; aut Calore & Humore simul; aut Motu. Rarefacere namq; cutim, dum ab externo frigore constringitur, moderatè & sensim calfacientibus tãtum oportet. Qualia sunt, *aer calidus*, in quo iubet Galenus *lib. 2. ad Glau. c. 3.* huiusmodi dẽsatos diutiùs immorari, priusquam in aquam immergantur. Inunctionibus etiam calidis, densa cutis rarefit, *oleis* videlicet *aperientibus*, vt *chamæmelino, anethino veteri, irino, & raphanino*. Tegumenta quoque, & stufæ ac vestimenta calida eundem præstant vsum, pręsertim dum sudorẽ mouent: quam item gratiam impartiuntur molles frictiones. Quod præter Hippocratis sententiam Galenus B *lib. 8. Meth. cap. 3.* ipse etiam consulit: *Nam qui cutim habent constipatam* (loquit) *tum pinguiter simul ac molliter fricandi sunt*. Cauendum tamen, ne frictio vltra pergat, iuxta Hippocratis decretum,

Cutis densata quatuor modis rarefit.

Rarefactio quib. modis & medicamentis fiat.

*Lib. de*

Frictionis immoderatæ incommoda.

*Lib. de medicatrina*, namque quatuor posse fieri ex frictione corporis dispositiones fatetur, nimirum *Pinguedinem, Macrem, Duritiem, aut Mollitiem*, iuxta variam fricandi rationem. quod alibi latiùs docuimus. At verò dum ex densitate hoc vitium cõtrahitur, ob lotionem aquæ aluminosæ, aut alterius similis medicamenti, ea quidem sunt huic vsui proficua, quæ emolliendi vires obtineant: qualia sunt *inunctiones, & fotus ex oleo tepido, amygdalarum dulcium, euaporationes ex dulci aqua calida, aër etiam vsim balnei calidus: sicut & balneum ipsum*. Verum si à siccitate ex Solis æstu, aut dura frictione, cutis densior facta fuerit: iis, quæ humectare virtutem obtineant, facilè cutis laxatur, & meatus aperiuntur. Quo tempore balnei humiditas, item & olei frictiones conferunt, vbi frequenter adhibeantur. Constrictionem verò, quæ caloris retractione oritur, curant extremarũ partium frictiones, ac totius etiam corporis, linteolo aliquo factæ, donec corpus in calorem alteretur. Vltimo quidem meatus aperiuntur abstersione: qui modus iis tantum conuenit, quibus ob puluerem, aut sordes, aut excrementorum detentionem cutis constipatur, (licet in omnibus densitatis modis excrementa cutis, quæ perpetuò gignuntur, abstergenda sint.) Quo fit, vt Auicenna non immeritò loquens de constipatione ex frigore, iubet ægros fricare iis, quæ cutim abstergãt, & mollificent, vt sunt lotiones ex decocto *hordei, furfuris, maratri, anethi, & similium*. At vbi ampliùs est, quod abstergi expostulet, vt in leui obstructione, aut multa sordium copia, aut excrementorum fuliginosorum, augenda est abstersionis intentio, vt optimè idem consulit, *cap. 34.* curans febres ex priuatione resolutionis, propter oppilationes non profundatas, (*vt ipse loquitur*,) quo casu præcipit frictionem ex *furfure, farina fabarum, & amygdalarum amararum, & semine melonis, & herba alasnam*, id est, ex qua vitrum conficitur, Hispanicè *sosa* dicta, & ex sale. Atq; hæc sunt in vniuersum rarefacientia appellata auxilia, quibus obturata cutis ab infractu liberatur: quæ mille modis diuersa esse ab aliis aperientibus, euidẽter cõstare arbitror.

Durities cutis ex densitate contracta, vt emollienda.

Ex Solis æstu qualiter.

Constrictionem ex caloris retractione quæ curent.

Abstersio quibus conueniat, & quibus fiat.

Viæ patentiores quib. modis angustiores reddantur.

Maius tamen negotium facessit, patentiores meatus, dum occluduntur, aperire: tum propter locorum abditam sedem, tum propter causarum varietatem, tum verò propter partium diuersam naturam. Sed vt omnia hęc methodo complectamur, nosse expedit, quòd patentiores viæ (*quales superius retulimus*) angustiores redduntur, quando corpora, quæ cauitatem constituunt, comprimũtur, concidunt, contrahuntur, obstruuntur, coalescunt, tenduntur, distorquentur, vel á suis sedibus egrediuntur. Quæ omnia ad amussim retuli, vt omnibus pateat, quàm sit difficile & varium, medicamentis aperientibus vti, præsertim si præter has differentias etiam ignorauerit caussarum varietatem: nam compressio contingit, vel ob adiacentis Corporis, aut ipsius Partis extrinsecus tumorem, vel ob rem Extrinsecus grauem, vel Arctius alligatam. At concidunt latera meatus constituentia, dum nimio humore imbuta, suum terminum retinere nequeunt, vel cùm euacuatur id, quod in cauitate contentum latera inter se distare faciebat. At verò contractio á siccantibus nascitur: nam siccata corpora corrugantur, & ex corrugatione contrahuntur, *quemadmodum mammæ, & vterus in senili minuuntur*, fit etiam contractio ab adstringentibus medicamentis, nec non à facultate retentrice vehementius cogente & constringente partem cauam, in qua ipsa residet, otium quoque præstat idem. Qua ratione Venereę partes intermissa Venere contrahuntur. Porrò obstructio fit á rei, quæ in cauitate continetur, crassitie, lentore, & multitudine: quorum quædam familiaria sunt ipsi parti, *vt cibus & sanguis contentus in venis*: quædam excrementa sola qualitate inimica, vt crassi tenacesque humores: quædam quantitate. alia verò etiam tota substantia, *vt lapis in vesica, pus, sanguis concretus, callus, stercus durum, & alia huiusmodi, quæ partium meatus obturant*. Ad quod genus pertinent tubercula, quæ innascuntur cauitatibus partium, & eas obstruunt: ad idem quoque pertinere videtur, quum partes ob innatam pinguedinem obturantur, quomodo vteri & intestinorum cauitates, sæpe angustissimæ redduntur: Quapropter scripsit Hippocrates in Aphor. mulieres eo modo affectas non concipere. Coalescunt partes, cùm vulneratæ vel exulceratæ fuerint, intercedente siquidem carne, coalitu partium cauitates illarum minui, docet etiam sensus. Cùm partis luxatæ vt longiores euadunt venæ & ligamenta, sic etiam angustiores apparẽt, quod etiam probat ratio: nam quod longitudini additur, á latitudine detrahi compertũ est. Quin etiam malé figuratas partes ob distorsionem suas cauitates obtinere angustiores, nulli dubium est, quemadmodum excrementis alui via præcluditur, quum intestina á suis sedibus dimota in scrotum dilabuntur, nimirum quod situs mutationes rectas, quas habent cum aluo coniunctas, cauitates amittant. Ex qua caussarum varietate facile constat, quàm difficile sit, nosse aperientibus medicamentis vti.

Compressio quot modis fiat.

Contractio vnde, & a quibus fiat.

Obstructio vnde fiat.

Coalitio quando fiat, & vnde.

Cui vsui expendere oportet, aperientia medicamenta (*qualia sunt, quæ ex terrena substantia & acri sapore. & maiori calore constare, omnibus est conspicuum, vt cyclamen, allia, fel taurinum, cepa, oleum irinum, & amaracinum, ac denique omnia, quæ amara sunt: nam huiusmodi sapor in terrena substantia semper fundatur*) tantùm conuenire iis reclusionibus, quæ ab humoribus in aliqua fiũt corporis cauitate. Quæ quidem vsui nusquam esse possunt aliis obstructionis generibus, sed quæuis species suam ab alia diuersam sibi expostulat aperiendi rationem, quamobrem compendiosa methodo cuiusuis differentiæ obstructionis propriam ac peculiarem aperiendi viam monstrabo. Vltimo tamen loco mutabor in aperiendis obstructionibus, quę ab humore aut alio quouis corpore cauitatem obstruente fiunt. Quibus iure optimo debentur aperientia appellata medicamenta.

Aperientia medicamẽta quæ, & quibus occlusionibus competant.

Qui verò ex adiacente tumore præter naturam, aut quouis alio meatus occluduntur, non aperientibus medicamentis, sed iis, quæ aut tumorem præter naturam curent, aut rem adiacentem auferant, curari desiderant. Quod aliis auxiliis tẽtare frustra quidem erit. Dum verò ob laterum conscissionem meatus occluduntur, duplici remediorum genere vti oportet, iuxta duplicem, quam habet huiusmodi conscissio causam. Nam aut id fit ex nimia humiditate, partes cauitatem constituentes inundante, quam exsiccare est necessum, vt consumpta humiditate ad pristinum statum

Meatus occlusi qui à aperientib. curandi.

Meatus ob laterum conscissionem occlusi, qui bus aperiendi meatus.

ſtatum reducatur, aut fit conſeſſis venis ob inanitionem vacuationem. Cui affectioni medebimur per ea, quæ humores adaugere valent: qualia ſunt *alimenta optimi & multi nutrimenti, quæ iterum eadem vaſa diſtendant.* Ex ſiccitate etiam partes contractæ occluduntur, quas balneis exterius madefacere, & interius alimentis humectare conuenit, vt parte mucidiore & humectiore reddita, facile tendenti potentiæ & aduenientibus humoribus cedat, vt patétior deinceps reddatur. Adſtringentia medicamenta dum partem conſtringunt, a inferendo promptus ſunt, parsq; fouenda eſt *aqua calida, oleo amygdalarū dulcium tepido, aut hydrelæo.* Verùm ſi facultas continens vitra proprium finem agens, plurimum partes compreſſerit, labefactanda eſt iis, quæ eius cohur deiiciant, qualia *tepida, humida, & mucilaginoſa* ſunt, ac nonnunquam expultrix irritanda, vt contrà operetur. Ocium verò

C dum inducta partibus ignauia cauitates occludit, facile exercitiis tempore & modo adhibitis, ac calorificis frictionibus propellitur. Verùm ſi ob ſitus partis mutationem, vt in laxationibus aut fracturis contingit, cauitates anguſtiores fiant, reditus ad priſtinum locum eaſde patulas efficit.

Obſtructio triplex. Aperientia eius ſingulis propria.

De obſtructione verò, cui iure optimo aperientia auxilia debentur, noſſe licet, triplicem eius reperiri ſpeciem apud Gal. *l.3. art. med.* iuxta tres communes vias humoribus deferendis, aut excrementis excernendis deſtinatas, nimirum: omne Venoſum genus, Inteſtina & Inſtrumenta vrinæ ſerulentia. Quibus aſſociari poterat aſpera pulmonis arteria, ni hæc ſibi dicaſſet certum quendam aperiendi modum, quem capite *de Purgatione per ſputum*, abunde expoſuimus: Nares verò & aures non expoſtulant propriam tractationem, vtpote partes, quæ potius manibus, aut aliquo alio inſtrumento, quam peculiari medicamento aperiri poſſunt, etiamſi aures amara deſiderent pharmaca. De alui verò excrementis dum præ duritie inteſtina occludunt, ſatis ſuſpicor dictum eſſe, capite *de Clyſteribus.*

D At inſtrumenta vrinæ ſeruientia, dum recluduntur, maius faceſſunt negotium. Si prius dixero, vrinam poſſe ſupprimi, non ſolùm vitio earum partium, quas vulgariter cognoſcimus, ſed vitio etiam emulgentium venarum. Cuius occaſione vaſa vrina implentur, & plerumque periclitantur laborantes, veſica nullam vrinam ſuſcipiente. Huius quoq; affectionis meminimus *lib. de Arte medē. 1. c. de vrinæ ſuppreſſione.* Quamobrem methodo perſtringam viam & rationem aperiendi huiuſmodi meatus: quos frequenter occludi ab humoribus craſſis, à ſanguinis grumo, à pure, à tuberculo, aut tumore quouis præter naturā, à carne ſupercreſcēte, aut caruncula, aut lapide, omnibus compertum eſt. Quæ quidem omnes cauſæ hoc habent commune, quod, antequam medicamēta, quæ contra cauſam pugnent, & ipſam auferāt, adhibeantur, conſulunt promptius vrinam deponere, ab eiusq; plenitudine veſicam liberare, ne nobis præter ſpem contingat, foramine adhuc obturato, medicamentis, quibus ſalutem ſperamus, maiorem allicere vrinæ copiam, grauioraq;

Vrina quot modis ſupprimatur, & ſuppreſſio hæc quibus ex cauſis fiat.

Aperientia vrinam, quæ præcequi ſe cauſam ante ipſorum adminiſtrationem.

E ſymptomata concitare. Sunt enim pleraq; ex his, quæ meatus vrinarios aperiunt, vrinam ducentia ad veſicam ipſam, quæ, cùm expellere ob obſtructionem eandem nequeat, grauius auxilia ipſa tolerat. Sic priùs fomentis, inſeſſionibus, inunctionibus, catheteribus, motibus vehementioribus, aut equitationibus vrina prouocāda eſt, veſicaq; ab onere liberanda: & mox pro ratione cuiuſque cauſæ obſtructionem efficientis foramē aperire, liberumq; & patens reddere oportet. Sic ab humoribus craſſis & viſcidis huiuſmodi meatus liberant, omniaq; obſtructionibus venarum, & interiorum viſcerum, ab eiſdem cauſis obortis, proſunt, qualia paulò inferiùs abundè referam. Hoc vnum tamen habent hæ partes propria ſui ratione peculiare, aperientibus medicamētis additum, nimirum admiſcenda illis ſemper eſſe, quæ vrinas mouent, non tamen quæ vretica propria dicuntur, ſed ea tantùm, quæ meatus vrinarios abſtergunt. Qualia abundè diximus capite *de Expurgatione per vrinas.* Nam hæc non ſuppeditant plurimum vrinæ copiam, ſicut illa, ſed tantùm vrinarios meatus abſtergendo, expurgandoque, huic vſui plurimum fiunt proficua. Si verò ſanguis concretus meatus obſtruxerit, ea licet adhibere medicamenta, quæ laudem eum minuere nata ſunt, qualia mox ſum dicturus. Hoc vnum tamē habet huiuſmodi cauſa proprium & peculiare, vt ſemper aliquid calidorum medicamentorum ſibi cōmiſceri deſideret. Namq; nō ſat eſt, tenuia, acria, aut acida, & humore multo inundantia medicamenta adhibere, niſi caliditatis aliquid obtinuerint. Fundit enim, quod frigiditate concretū eſt, caliditas, dum in lapideam ſubſtantiam nondum degenerauit. Quo fit, vt ex his qualitatibus prædita medicamēta diſſoluendo grumo plurimum ſint proficua, qualia ſunt, *oxymeli ſaporū datum*, præſertim ſi cōfectum fuerit ex decocto *ari in ſia. rubi, aut fere*: quam etiam gratiam præſtat: *barani birbarum ſuccus, cum l porà aut hædi coagulo, addito aceto mulſo.* At purulēta materia dum hos obſtruit meatus, ea medicamenta expoſtulat, quæ abſtergendi potentiam obtinent, licet non deſint inter neotericos, qui laxantia, emollientia & incidē tia medicamenta citra vllam rationem (*aut ſale mel laxandi meatus gratia*) conſulant. Ipſa verò rei natura docet, abſtergentia proficua eſſe, præſertim ſi eis miſcuerimus, quæ tenuandi vim obtinēt, ac mouendi etiam vrinas, idq; ob affectæ partis conditionē vtile fore conſtat. Qualia verò hæc debeant eſſe, capite *de Abſtergentibus*, reperies. Verùm ſi tuberculus aut tumor aliquis præter naturā obſtructionis cauſa fuerit, propriam & peculiarem poſtulat deobſtruendi rationem, nimirum curationem tumoris præter naturam, à qua ſuperſedeo, quia in hoc opere tantùm mihi in animo eſt, ſummas cuiuſq; auxilii indicationes attingere.

Aperientibus medicamētis meatus vrinarios, quæ miſcenda.

F

Obſtructio ex concreto ſanguine qualiter aperienda.

G Obſtructio à materia purulenta qua ratione aperienda.

A 218 à tuberculo & tumore qualiter.

Cæterùm ſi ſupercreſcens caro, aut caruncula aliqua vrinarium meatum obſtruxerit, longè diuerſa ratione aperire deſiderat (*non tamen ea, quam Galenum ſcribit, puta ſi ænea fiſtula immiſſa illas eradicemus, ita vt cum vrina ipſa & cruor, & carnis fragmenta decidant*) tantum namq; in huiuſmodi obſtructione ea medicamenta proficua fore, quæ carnem exedendi, & carunculam perforandi vires habēt: præmiſſa tamen medicamentorum copia, quæ emolliendi ac laxandi carnem & carunculam ipſam, ac dilatandi partes, potentiam obtinent, per inſeſſiones, fomēta, inunctiones, emplaſtra, à quib. mox tentare conuenit. *Buſtulas petroſelini aut maluarum* per canales ad veſicæ vſque cauitatem im-

à carne ſupercreſcente, aut caruncula.

B

mittere, quibus caro aut caruncula, si fieri potest, perforetur. Quod si ob duritiem fieri nequeat, inserenda leuiter est candela cerea, (*cauendum tamen, ne intus frangatur, ne aliquid eius intra vesicam.*) Quod si ita res successerit, vt caro rumpatur, quod ex saltu & positione candelæ ingressa cognosces, maiorem te existima fecisse partem. Verum si neque adhuc candela carnem deuincere queat, conficienda est virgula plumbea, qua iterum conari oportet carnem dirumpere. Quod si hæc quoque non profuerit, argenteo cathetere vtendum est, donec caro paulatim & leniter perforetur, ac sedato sanguinis fluore, si quis fuerit, & relicta per diem cerea candela, aut petroselini hastula in foramine, postea extracta, curiosè est inspicienda, qua in parte sit contusa, & compressa, (*namq; pars perforata ad similitudinem neruis aut chordæ cuiusdam candelam solet cingere & excauare,*) circa quam est obducendum medicamentum huic apertioni proficuum, exsiccans nimirum, & erodens, quod carnem depopuletur, & exedat, qualia sunt ex metallicis & mineralibus perplura. Cæterùm quia periculum est, ne cum huiusmodi carne simul depascantur sanam, varijs alterationibus oportet ea præparare. Verùm quia in rebus dubijs, incertis & periculosis tutius est apertis vti, quàm incerptdè noua aperiri, placuit scribere mirabile illud vnguentum, quo sæpe & tuto vtebatur Lusitanus quidam in hac re peritissimus, non sine magna omnium admiratione, nam eodem carnem sanam tuebatur, exedebatque, quod præter naturam excreuerat. Recipit quidem *æruginis, auripigmenti, chalcitidos (quam officinæ vitriolum nominant) aluminis rupei singulorum vncias duas perfusa perquam acerrimo aceto, inter duos marmoreos lapides ducantur accuratissimè, redactaq; in leuorem tenuissimum, exponantur Soli caniculari: exsiccatus puluis: rursus aceto affuso ducendus ac leuigandus est, Soliq; similiter exponendus, id quod octo aut nouem dierum curriculo facere necessum est, donec partium summa tenuitate acquisita, omnem prorsus acrimoniam atq; mordacitatem amiserint: namque fortia medicamenta ex aceto diebus pluribus contrita, morsu quidem & acrimonia carent, vires tamen maiores acquirunt.* Confecto itaq; puluere, accipito *argenti spumæ (quæ & lithargyros appellatur) vncias duas, olei rosacei vncias quatuor, quibus per cocturam ad emplastri consistentiam redactis, illius vncias duas permisceto, cum pari portione prædicti pulueris: aut minori, si corpus fuerit imbecillius, aut acriori sensu præditum: namq; præstantius est remissiori vti medicamento, etiamsi diutius operetur: nam hac ratione tutius finem consequimur.* Quod quidem vnguentum in se excipiet candela cerea parte siguata, & á caruncula excauata (*nam deradenda excauanda q; modicè est candela ipsa circa tam partem, quæ receptura est emplastrum, vt liberè per vrinarium meatum permeare possit, ac secum emplastrum deferre,*) curandumq; est, vt medicamentum exquisitè carunculæ diruptæ adhæreat, donec eandem exstirpasse cognouerimus, quod ex mordacitate percepta, circa exulceratam particulam, si minor indies fuerit, & libero candelæ transitu, ac puris copia facile perdisces: mox tamen vlcus abstergeès, & conuenienti methodo curabis.

Caruncula qualiter rumpenda.

Vnguentũ mirabile aduersus carunculæ obstructionem.

At si forsan vrinarium foramen, aut aliquod eorum, quæ a renibus in vesicam deferuntur, lapide obstruantur, longe aliter apertienda sunt, nimirum fracto comminutoq; lapide, qui meatus occludit. Atqui licet multis sæpius contingat eundem medicamentis frangere conari frustra, ego tamen, ne huic tractationi quicquam desit, etiam id tentabo, methodo tamen quadam ac ratione breuissima. Cum vsui præstat scire, varia medicamentorum frangentium lapidem genera, á varijs auctoribus scribi, diuersa quidem & sæpe contraria, *vt facile apud Galenum constat*, quod non citra maximam considerationem & salubre medendi consilium factum esse censeo: namq; proficiscitur hæc nimia varietas, vt mea fert sententia, ex varia frangendi lapidem ratione, ex varia lapidis dispositione, seu ætate, aut tempore: habet quidè lapis principium, & incrementum, & statum, quatenus ad duritiem pertinet. Quamobrem postquam Medicus ex proprijs signis (*& ex crebra pituita crassa cum vrina excretione, quod ego proprium certum esse signum, & frequenti obseruatione firmissimum, tale namq; est alimentum, quo lapis nutritur, id verò, quod excernitur, reliquum est*) cognouerit lapidem inesse vesicæ: non decet hoc aut illo indistinctè medicamentorum genere vti, sed à principio id eligere tenetur, quod eo tempore proficuum esse cognouerit. Quapropter quatuor esse medicamentorum genera, quæ lapidem comminuunt, multis doctissimorum virorum compertum est, vnumquodq; tamen diuersam ab alio & sibi propriam habens frangendi rationem, ac suis suo tempore vtilem. Primo quidem rimari diligenter oportet, an lapis ipse iam fuerit plurimum induratus, concretus, ac compactus: an paruo, aut nullo glutine confectus: nam hoc esse lapidis principium, ex Hippocrate lib. 4. *morb.* constare arbitror, inquit enim: *Glutinum quidem fit pituita ad fæcem admixta, & primum parua lanugo superstat, deinde, quod accedit, arenosum fit, glutine sicut pituita*: quod longiore oratione clarius eo loco docet. Quo tempore profectò solent á doctissimis adhiberi calidiora medicamenta, quam pro frangendo lapide forent necessaria: quod iuxta optimam medendi rationem factum esse existimo, atq; etiam Gal. sententia confirmatum *l. 9. phar. loc. c. 1.* Quibus exsiccato debili, aut, vt rectiùs loquar, dissoluto, & nondum concreto glutine faciliùs lapis dissoluatur: quem vsum præstant inter alia, quæ breuitatis gratia prætermitto, Nicociana Indorum calidissima herba, ab eisdem Tabaco appellata, cuius (vt ea per experientia mihi compertum est) puluis *pondere ʒ ß. cum vino aut aqua fœniculi, aut saxifragia exhibitus plurimũ huic vsui condu[c]it*, veluti stillatitia eius aqua, qua mirum in modum ab huiusmodi miserijs quosdam liberatos vidimus. *Casutrapa* etiam (cardus genus quoddam) miris laudibus apud populum extollitur, cuius (*licet nullus doctissimorum in hunc vsum eius meminerit*) indies maiorem agnoscimus in purgandis renibus & vesica, vim & efficaciam, dum stillatitius eius liquor summo manè pondere ℥ ij. sumatur. Prodestq; etiam hac lege, quod protinus per vomitum, aut secessum crudos pituitosos que humores pellit (*cuius quidem meminerunt Ruellius & Rembertus Dodoneus*) ac per vrinã arenosam subsidentiam plurimũ trahit. Cum hoc tamen maiorẽ efficaciam præstant, tum flores, tum semen. Verũ si tam induratum esse lapidem cõpertum fuerit, necessaria sunt ea medicamenta, quæ tenuibus constãt partibus, acida tamẽ & multo humore inundãtia, ac calore moderata, quæ quidẽ verè lapidem

Obstructio meatus vrinarij a calculo facta, qualiter curanda.

Lapidem tollentia varia medicamenta.

Calculi signa propria.

Calculum frangentia medicamenta quadruplicia, & quomodo eligenda.

I.

Nicociana seu Tabacum experimentum contra calculum glutinosum.

Chalcetrapa vires aduersus calculum.

II.

[illegible] frangentia ab omnibus iure optimo censentur. Nam talia a tenuitate habent, vt penetrent densas concreti lapidis partes, ab acrimonia [illegible] siue aciditate, quod incidant & in minimas partes lapidem dissipent: [illegible] copioso verò humore habent, quod madefaciant, [illegible] veluti emolliant [illegible] egent tamen modico [illegible] calore. nam quæ actius calefaciunt, magis excoquunt induriantque lapidem, quàm comminuant. Cuius generis sunt, *succus limonum, oxalidis, radix* [illegible], *betonica ipsa, graminis radix, adiantum, asplenium, smyrnij* [illegible], *rutæ radix, vitis lacryma, semen maluæ* [illegible], *radix canarum, blitu, saxifragia, vrtica, amygdala amara, nucleus cerasorum, persicorum, & alia huius census, veluti cantharidum, & cicadarum & noctilucarum* [illegible] *et hæc materni sint caloris.* Tertij generis medicamenta ea sunt, quæ impropriè lapides incidere dicuntur, nam abstergendo tantum atterendoque [illegible] personam, plurimum huic vsui conferunt. Talia autem sunt omnia, quæ sua asperitate abstergunt & veluti atterunt. Duo enim corpora aspera simul collisa, atteruntur inuicem, & comminuuntur. Quem vsum præstant pleraque ex iis, quæ apud auctores repetiuntur, qualia sunt, *vitrum contritum, lapis spongiæ, lapis lyncis, similiter lapis cornibusti, cinis corticum ouorum, lapis vesicæ hominis, aut porci. Lapis gallorum, cornu cerui, lapis vesicæ fellis bouis, quod etiam despondam marga dosertur.* Quibus medicamentis, dum verè frangentia nihil prosunt, vti oportet: quibus ego, vt verum fatear, parum fiderem. Apposui tamen, ne quid huic tractationi deesse videretur. Quarto loco ea oportet porrigere medicamenta, quæ multam vrinam prouocent, vt quod ex lapide excussum est, & in arenulas aut frusta comminutum, inundante multa vrina, facilè pellatur: qualia sunt, quæ diximus capite *de Purgatione per vrinam.* Quibus sic præmissis, dum Medicus legerit apud auctores, medicamenta lapidem frangentia, hæc lege ea teneat distinguere, & sic suo loco, tempore, ac ordine adhibere.

Præter hæc insuper, medicamentorum lapidem frangentia genera passim apud omnes ferè Medicos aliud quintum reperitur, quod ab occulta proprietate operari fatentur: quo genere etiam multa repetiuntur medicamenta, quæ manifestis qualitatibus vim frangendi adaugent. Qualia sunt, *Lapis Iudaicus, cum cauda tremula, & vermium terrestrium, sanguis hirci, lapis hepatis apri, cinis erinacei, puluis scarabei, & alia, qua apud plerosque reperies.* Verùm quia frequentes opus est iis vti medicamentis, quæ vtrasque habeant simul facultates, quibus simplicia compertum est carere: consulussimum est eo tempore, ad composita confugere, quibus inesse omnea facilè possunt. Assignabo tamen ex iis nonnulla (*exempli tantum causa*) quæ magis mihi videntur rationi consona. Primum quidem est in forma electarii, quod recipit *sanguinis hirci praeparati, lapidis Iudaici, lapidis vesicæ fellis vaccæ, asari, amygdalarum amararum, seminis cucumeris, bdellij, costi, pulueris virga aureæ, sing. partes æquales, mellis, q. s.* vt fiat electarium: quibus etiam addi possunt, *seminis altheæ, & petroselini, sing.* ℨ.ß. & alia huiusmodi, quæ aut incidant: vt *limonis, accium,* [illegible] quo per diem simplicia hæc macerētur prius: aut quæ abstergant, penetrent, prouocent, & vltimo, quæ dolorem sedent. Syrupus etiam confici potest ea *radice apij, fœniculi, petroselini, ex saxifragia, virga au-*

*rea, & milij solis* [illegible] *seminibus dictarum herbarum, sing.* [illegible] *radicibus scolopendrij ana* ℥.j. [illegible] [illegible] & [illegible] ℔. [illegible] *aqua*, ad [illegible] m. Tan[illegible] [illegible] hæc quantitas [illegible] [illegible] *cantharidum* sine ali[illegible] quibus [illegible] potionibus hac [illegible] Hippocr[illegible] *internis affect. lib. de nat.* [illegible] quæ [illegible] tem debent redig[illegible] & [illegible] acta [illegible] ebul[illegible] coletur: cui addere o[illegible] *sacchari* ℔ [illegible]. Alteri decoctionis medietati ad[illegible] *mellis* ℔ [illegible] *& bulliant, donec fiat syrupus.* Acetus, qui cantharidis recipit, sumat laborans *quinto quoque die* [illegible] ℥.j. & intermediis diebus alterius *syr.* ℥.iij. S[illegible] autem confici potest aqua, quam ferunt mirum in modum lapides frangere. Recipit hæc quidem *radicis asparagi, canarum, saxifragia, virgula aureæ, milij Solis, singulorum* ℔.ß. (*quibus totidem foliorum addere expedit*) *accetis syluestris* ℔.iij. *succi limonum* ℔.ij. *vini vfi* ℔.ß. *polij montani* ℔.j. quæ omnia excepta vase vitreo igni ponantur, donec sufficiens stillatio prodeat, cuius exhibeatur cum vino decoctionis *altheæ* ℥.j.ß.

Expendere etiam oportet, eadem auxilia tenuum lapidem frangere posse, licet minoris oporteat esse efficaciæ. Nam vesicæ lapis ob id vehementiora exposcit auxilia, quia in distantiori residet luco, & durioris est substantiæ. Quo fit, vt multa sint ex iis, quæ diximus, quæ renibus calculo affectis prodesse possint, quorum mansuetiora sunt eligenda. Præter quæ etiam alia reperiuntur, quæ peculiari quadam vi renum lapidem frangere ac comminuere habent, qualia sunt, *virga aurea, cardui omne genus, ac præcipuè calcitrapa, semen altheæ, gummi prunorum, amygdalorum, & pini, dissolutum in vino, decoctum item betonicæ, abrotani omnigenum.* Etiam & mirabili efficacia eundem vsum præstat vinum, in quo per noctem macerentur frusta minutim incisa *radicis raphani, succus item saxifragiæ & apij clarificatus, cum modico oxymellite exhibitum.* Vltimo tamen loco (ne omnia videar referre) mitam præsta efficaciam in hac re *oleum cydoniorum pondere* ℥.j.ß. *iniectus ventriculo, singulis hebdomadis sumptum*: quod concinnaudum planè est hoc modo: Sumpsis ℔.vj. *olei optimi, coloris auri pellucidi, odoris fatu pro sui natura purgatissimi, syncerissimi saporis, ita vt minimè guttur exasperet, in vrtam tamen phialam coniectu: mox adde pomorum citoniorum exactè maturatorum* ℔.vj. quæ satis omni lanugine expurgata, & minutim incisa cum suis seminibus per quadraginta dies Soli exponantur, commoto hinc inde singulis diebus vase, atque agitatis citoniis & oleo: quibus transactis, lenissimo igne modicum feruere oportet, & postea excoletur oleum, & vsui ferueatur.

Quod verò maximi est momenti in aperiendis meatibus, tum propter varios morbos, quos comitatur, aut excitat, tum verò sui ratione, venarum aut arteriarum alicuius visceris, aut totius corporis obstructio est. Quam moliuntur humores multi consertim & subitò vasa obturantes: aut viscidi & crassi ibidem congesti vaporum tumeis adhærentes, præpediente que alios in hu[illegible] moruin difflationem, ac sæpe liberum transitum, vt in ictero, & aliis huiusmodi affectibus contingit, quod etiam crassiorum vaporum abundantia euenire posse, experientia compertum. Itaque in

III. Ab occulta vi agens medicam.

Aqua stillatitia lapidem frangens.

Renum lapidem frangentia, qualia esse oporteat, & quæ illa sint.

Vinum raphanites.

220 Oleum cydoniorum.

Electarium lapidem frangens ac commune.

Obstructio venarum aut vi[s]cerum vasorum, & quomodo pellatur.

visceris alicuius venis, *ut mesenterii, iecoris, & splenis,* ac sæpe uteri (*Præterquam quod ex vasorum tenui & angusta constitutione, quæ neque capere adhuc pro corporis natura humorum quantitatem aut substantia debitum modum*) frequenter obstructio contingit, ob fibrarum inæqualem potentiam. Namq; si rectæ fibræ vasorum sint firmiores, & transuersæ imbecilliores: illæ plus quidem attrahent, quàm hæ expellere queant. Quo fit, vt facile ibidem relicto humore, aut excremento, cauitas obstruatur. Fert quidem natura patienter collectiones humorum, donec vel qualitate sua sint admodum molesti, vel incremento iam incipiant eandem premere, tunc nimirum excitata periculi magnitudine, aduersus hostē insurgit, ex quo varii motus in corpore proueniunt. Et quatenus naturę morbiq; potentia varia fuerit, victoria magis in hanc vel illam partem inclinat. Si tamen natura valida sit, & firma: quæ facile vi morbi non dissipetur, aut alteretur, humor, nisi sit admodum renitens, tandem à natura vincetur, præsertim si fuerit hæc præsidio medicamentorum optimorum adiuta, & per conspicuos meatos, per vtramque nimirum aluum & vrinam facile humores pellātur, vt contingit sæpenius, qui prauo aut immodico sunt vsi victu: quos equidem aut diarrhœa, aut cholera morbus sæpissime curant. Sin verò natura succumbat, humores ibidem fixi permanebunt obstructionem efficientes, siue eodem loco generentur, siue aliunde transmittantur: ac si multi & calidi fuerint, protinus febrem succendent, si verò crassi & tenaces, minimè, aut longo pòst tempore, quæ omnia facile quis ex Gal. colligere potest, *l. 8. phar. loc. & l. 8. & 11. meth. l. de const. artis.* Eueniunt quidem huiusmodi obstructiones sæpius ac citius in frigidis & fœmineis naturis, quibus ob crudi sanguinis copiam (*Præsertim cùm tempus purgationis menstruæ instat, aut dum fluit, improsperè expurgatur. Quibus raro morbus coniungitur, qui notatu sit digna, licet rarius febricula careant*) ac vitam otiosam & sedentariam, facile huiusmodi humoribus, aut excrementis abundant: tardiùs verò in calidis ac virilibus, quibus, dum accedit, frequētius maiores febres subortuntur. His tamen præhabitis, necessum est medicamentorum deobstruentium naturam satis expendere.

Deobstruentium medicamentorum natura triplex.

Est namque horum medicamentorum natura triplex. *Vna* quidem, quæ primo & per se humorum peccantium prauæ conditioni se opponit, aduersus quam valde pugnat. *Altera* rursus, quæ ex accidenti obstructionem demolitur, pondere videlicet & grauitate, quibus cauitates quasuis permeans, secum obstruentes humores defert. Prima quidē iis perficitur auxiliis, quæ aut quantitatem (*si humores superabundauerint*) conuenienti vacuationum genere, prout humoris conditio tulerit, auferat, sanguine nimirum misso, aut expurganti medicamento exhibito, si humorum aliquis redundans obstructionis causa fuerit: aut deniq; vitiosam qualitatem seu conditionem emendēt, qua quidem humores internis vasorum tunicis fixius adhærent. Sunt enim tales viscosi & crassi. *Tertia* verò continet medicamenta, quæ infarctu liberant, & obstructione: ea quidem sunt, quæ a Gal. *l. 5 simp. c. 21.* Ecphractica & Eccharattica appellantur, quasi expurgantia & infarctu liberātia dixeris, quæ omnia nitrosa & amara sunt, nonnihil adstrictionis habentia, cuius ratione (*licet partibus externis obstergendis non sint admodum profecua, quia poros occludant*) quæ circa ventrem sunt partes, quæq; in iecinore, liene, aliisq; omnibus visceribus, cùm maximos in se meatus habeant, maius accipiunt commodum ex vasorum corroboratione, quam propter osculorum exiguitatē lædantur: sunt enim ea, *vt scylla, sive nitrum, aphronitrum, & spuma nitri, & sorphium, & id genus reliqua.*

Ecphractica & eccharattica quæ & qualia.

Cæterùm licet huius naturæ medicamenta sola tanquam *infarctu liberantia*, a Galeno, loco citato, *lib. 5. & 11. methodi*, recenseantur: humoris tamen obstruentis conditio docet alius (*minorum primi generis*) esse etiam agendum medicamentis. Namq; humores obstructionem efficientes viscididatis ratione sibi ipsis continui sunt, & partibus quoq; adhærent. Ratione verò crassitiei difficulter mouentur ac fluunt. Quapropter *vt ex Gal. l. 3 art. me. constat*, medicamenta ea adhibenda sunt, quę abstergendi (*qualia sunt, quæ nuper diximus*) & incidēdi vires obtineant: quibus iure optimo etiam addēda esse constat, quæ extenuandi vires habēt. Nam obstergentia & incidentia solùm remedia sunt viscositatis, non crassitiei humorum. Quia id, quod viscosum est, duplicem habet naturam, sibi quidē continuum est, & alteri adhæret: cōtinuitas enim incisione tollitur: & abstergentia partem ab humore, qui ipsi adhæret, liberant. Crassus vero humor extenuationem requirit, quod per varia fit auxiliorum genera, quoniam crassum pluribus fit modis, *vt abundè antea docuimus.* Cum hoc tamen non sat est, medicamētorum genera nosse, ex his, quæ obstructis opitulantur, ni Medicus exactè nouerit, quæ sint in particulari, quę iecori obstructo prosunt, spleni, & reliquis visceribus. Qua ratione expendere oportet medicamenta, quæ cuique sint familiaria, veluti quæ iecur respiciunt, vt *nardus indica & Celtica ex aqua frigida hausta, lauri cortex tribus obulis vino odorato epota, pisca folia aqua mulsā diluta, amygdala amara cum melle, gentianæ radicis succus cum aqua epotus, agarici, rhapontici, eryngii dilutum, artemisia decoctum, chamæpytios folia trita cum vino epota, betonica in aceto mulso, eupatorii herba, aut semen cum vino, papaueris corniculati radix, rubia similiter hausta, glycyrrhizæ succus delinctus, cichorii radix, plantaginis item, & semen, foliaq; siccata, siue per se vnūquodque, siue simul exhibeantur.* Item, *anagallis, quæ cæruleum habet florem, siccæ tum cocta, tum trita, acori radix, asarum, apium, absynthium, casia lignea, vrticæ ac dauci semen, similiter & centaurii decoctum flos iunci odorati, item galli veteris decoctum.*

Iecur obstructum deoppilātia.

Quibus etiam modicas lienis obstructiones auferre poterimus, nam quæ maiores sunt, vehemētiora desiderant, nempe *capparis corticem, radices tamarisci, scolopēdrion, scyllam, trichomanes, adianthum splenii folia, vel decoctum cum aceto quadraginta diebus exhibitum, anchusa quoq; radix prodest cum mulso epota, vini scillitici vsus, glans vnguentaria, bryonia, aqua, vel vinum, in quo chalybs vel ferrum extinctum fuerit in potu, myrica ex vino decoctum, sagapenum ebibitum, ammoniacum drachmæ pondere ex aceto sumptum, radix cynoglossi, lupuli calaminthæ pulegium, scordium, trifolium bituminosum, acorum, asarum, eryngium, serpillum cum aceto aut panacis radix cum aqua mulsā, & pleraq; alia his similia, quæ breuitatis studio prætermitto.* Cum hoc tamen iis vtendum esse in quouis viscerum, Galenus apertè consulit, ad iecur nimirum per se duntaxat, facta tamen distin-

Lienem obstructū quæ aperiant.

Obstructio- [illegible] one, nam si [illegible] ne
a: iecoris, [illegible] rat, quæ ven [illegible] istrare o-
lienis, tho- portet, si verò eius simum [illegible] portet [illegible],
racis, pul- quæ vrinas mouent, [illegible] *Auicenna*: ad [illegible] renis vet[illegible]
monis, ve- ne prodeuntes aceto mixtos [illegible]:
n, quæ me- ad thoracem quidem pulmone [illegible] *melicrato,*
deantur. *ptisana, oxymellite, aut dulcium vinorum quouis: & pa[illegible] ratione vino aut aqua artemisiæ, capillorum [illegible] aut fœniculi dissoluta, vterum ab obstructione liberat* [illegible]. Quem vsum etiam præstant in iecore de obstruendo *syrupus de [illegible] cichory, oxysaccharum, scd acet[illegible] simplex aut compositus ex absynthio, ex hyssopo, marrubio de bysantibus, de quinq; radicibus, de eupatorio oxymel*
C *simplex, aut compositum, aut scillisicum.* Et sic singulorum viscerum obstructiones pro cuiusque ratione efficere oportet.

In obstru- Neq; adhuc hæc nosse satis est, ni exactè Me-
ctione vi- dicus nouerit, *quid primo sit agendum in [illegible] endis*
scerum ape- *visceribus, incidendumne, an abstergendum, aut extenu-*
renda, qui- *andum, an simul totum peragendum.* [illegible] quidem
bus primo hæsitatione iudicio nostro, semper attenuanti-
vtendum bus primo est vtendum, mox incidentibus, vlti-
medicamē- mo verò abstergentibus. Cæterum vtilius multo
tis, quid vl- fore adhuc existimo, ex omnibus vnum confice-
timo. re medicamētum, in quo primis diebus attenuatio polleat, cum transactis aliquot diebus, addere oporteat, quæ incidendi vires obtinent in maiori copia: vltimo tamen abstergentia & expurgantia pollerent necessum est. Extenuant quidem ea, quæ capite *de Emollientibus* diximus: incidunt acetosa omnia, & ea, quæ cum acore tenuium sunt partium. At abstergunt attenuatos incisosq; humores, *mel, saccharum, terebynthyna,* & alia, quæ su-
D perius diximus: ex quibus pro dignitate, ac laborantis arbitrio cuiuis facilè erit, varias conficere medicamentorum formas. Quibus (transactis primis diebus) plurimum laudatem *rhabarbari aut agarici nonnihil commiscerem substantia aut diluto.*

Obstructio- Nec placet quorundam Medicorum vsus, qui
nes visce- exhibitis septem aut octo syrupis, & expurganti
rum curan- aliquo pharmaco, protinus vtantur *agarici aut*
da medica- *rhabarbari diluto singulis diebus,* existimantes, eo solo
mentis, quę, curari obstructiones. Ego tamen magnifacio ho-
& qua for- rum medicamentorum per crebra interualla v-
ma exhi- sum: cæterum consulo, prius longo tempore tra-
benda. ctu vti *syrupis* aut *apozematibus* extenuantibus, & incidentibus: nam purgantia illa medicamenta parua quantitate exhibita, censeo nihil posse agere in humorem viscidum, tenacem, ac crassum. Quamobrem incidētibus & extenuantibus præmissis plurimum prodesse citra dubitationem existimo, præterquam quod experientia mihi frequenter compertum est. Cæterum exhibendi forma sit pro partis affectæ situ: nam mesaraicis, & ventriculo male se habentibus, *rhabarbarum & agaricum,* & cætera medicamenta solidiori forma
E exhibita plus prodesse, rationi videtur cōsonum: præterquam quod per interualla nonnihil fluidum adhibere, ex rei necessitate constat esse vtile. Si vero iecur, splen, aut vterus affecti sint, liquidior medicamentorum forma multo est vtilior: quo fit, vt rhabarbari aut agarici dilutum, aut syrupus cichorii compositus, iuxta leges supra adductas exhibitus, huic vsui plurimum præstent, inter alia pleraq; medicamenta, quæ passim apud practicos scriptores reperiuntur.

Quatenus v[illegible] ad secundum genus apertio- Medica-
nis o[illegible] rum pertinet, [illegible] o- menta de-
portet, id eti[illegible] mo[illegible] e fieri posse per ea me- obstruentia
dicamenta, q[illegible] nonnulli [illegible] virtutem secundi ge-
habeant sua [illegible] omne id, neris.
q[illegible] ale est m[illegible], Medica-
quod ex *chalybe præparato* [illegible] quod qu[illegible] mē cha-
de iudicio nostro non [illegible] lybe præpa-
pondere & grauitate præst[illegible] *Galli[illegible] simp.* rati vires
*[illegible] de quam colligi potest,* ob alias etiam, quas inter mitæ in ob-
obtinet, facultates: namque eo loco nonnihil ca- structioni-
[illegible] tatis obonere refert plurimum abstersionis bus aperi-
(*præter adstrictionem maximam, quam obtinere, vt ex* endis.
*vino aut ferro chalybeato apertè constat omnibus compertum est, licet eadem priuetur pra[illegible] a p[illegible] æparatione,*) quo fit, vt his tribus de causis aperiendis cuiuslibet visceris obstructionibus plurimum præstet: namq; calore sibi viam parat, ac humores etiam attenuat, præsertim dum his præparatur, quæ calida sunt, & tenuium partium. Pondere quidem celeriter quosuis vel minimos meatus permeat: abstersione vero humores abradit, ac à parte, cui adhærent, separat, & secum defert. Cæterum licet pondere ac grauitate nonnihil præstare possit: nusquam tamen placuit ea ratione chalybem præparate in magna ac sensibilia frusta, etiamsi ab antiquioribus fuerit religiosissimè, & tanquā maximum secretum obseruatum. Nam Aëtius Secretum
rusticis tantùm hominibus ad lienis scirrhum de- chalybis an-
molliendum iubet hoc modo præparare: mollio- tiquorum
ribus tamen corporibus tantùm præbet vinum suspectum.
vel mulsam, in qua extinctus fuerit chalybs. Ego tamen semper habui suspectum medicamētum,
G quod suo pondere ageret. Ratio quidem iudicio nostro manifestissima est: nam cùm medicamentum hoc celeriter permeet obstructos meatus, & protinus per secessum excernatur, rationi consonum videtur, potius rumpere ac permeare humores ipsos obstruentes, quam eosdem calore proprio, & medicamentorum, quibus admiscetur, attenuare, neque abstergere, cùm præ nimia celeritate humores nullam possint recipere à vir- A 222
tutibus huius medicamenti gratiam. Quamobrem frequenter conspicitur ab assumpto hoc medicamento, fœminas in pristinum statum redusse: quod constat rationi cōsonum esse, quia meatus, & partes obstructæ facile hoc medicamento peruiæ fiunt: cæterum quia fallax est salus illa, protinus in maiores obstructiones delabuntur; nam humores, qui tunicis vasorum adhærentes locum medicamento transeunti dederunt, postmodum leui quodam vitæ errato aut etiescunt, aut coherent iterum inter se, & denuo maius malum efficiunt. Quaquidem ratione placuit semper magis ea præparatio, in qua parum corpulentæ, ponderosæque substantiæ superfit, plurimum vero abstersionis, ac partium tenuium & calidarum, vt his potius, quàm fallaci pondere finem consequamur. Qua ratione miro quodam euentu fœminis febre alba ac vteri, & cuiusuis alterius visceris obstructione laborantibus, & viris scirrho aut obstructione lienis aut mesenterii affectis opitulantur: e[illegible] hoc tamen neque me[illegible],
B neque inconsiderate exhibere id oportet, sed corporis natura expendenda prius est, ac etiam obstructionis magnitudo, & ætas: nam iuxta corporis vigorem, & temperiem ac affectus diutur-

nitatem, medicamentum hoc parari debet. Quapropter placuit quatuor conficiendi ac præparandi formas scribere, vt cuiuis pateat, qua liceat vti iuxta corporis & affectus exigentiam. Paratur primo hoc modo: *Excipe limaturæ chalybis ℥.iiij. quas ferreo aliq[illegible] instrumento impone, & candescere igne permitte, mox [illegible] proijce in lb.ij. vini albi optimi, calentur, & iterum ignitantur, & proijciantur in prædicto vino, & fit ter aut quater, fiat sæpius agitato vino, aut plures pro obstructionum magnitudine: nam 40. vel 50. sæpe chalybem [illegible] cogimus, præsertim in his corporibus, quibus ob obstructionem aluus soluta est, quibus iure optimo huiusmodi medicamentum debetur, licet Aetius indistinctè receperit.* Cui vsui corpus purgare priùs oportet, & hoc medicamento summo mané vti, *sumptu* ℥.ij. *cum cinnamomo.* Expendere hoc loco oportet, necessum esse, corpus ante purgare, ac præparare: cæterum in præparatione cauendum est à syrupis & apozematibus diureticis, & iis, quæ attenuandi & deobstruendi vires obtinent: nam hæc maiorem humorum redundantium copiam ad partem obstructam euocant. Quapropter tantùm iis syrupis & potionibus vti licet, quæ humores superuacuos, aut intra venas redundantes, præparare ad vacuationem queant: & hac lege præparato & purgato corpore, chalybeato hoc medicamento vti conuenit, à quo mox corpus exercitio mandare oportet, vt concitato maiore calore, vasa ac meatus omnes patentiores fiant, quo facilius medicamentum permeare quasuis reconditas corporis sedes possit, ac secum deferre humorem exercitiu & calore pené commotum. Sed longè citiùs præstat suam gratiam secunda chalybis confectio, quæ talis est: Excipe *limaturæ chalybis lb.j. quam semel ablue aceto, ac recrementis expurga: postea facta colatura supra pannum inspergito, ac demum proijce puluerum garyophyllorum ℥.ß. quæ per diem ac noctem eo modo sunt dimittenda. Et mox ea excipere oportet vase aliquo vitreo, cui infunde vini albi optimi ℥.a. ac proijce desuper limaturam, quam validè concutito, commota vehementer phiala, mox Soli feruenti expone per integrum diem ac si hyems fuerit in furnaria stupha, aut loco alio calido serua: tandem octo aut decem diebus idem facies, donec limatura ipsa in vinum liquetur, adeo vt nihil in fundo resideat: sed veluti mixtum quoddam sit factum, cuius summo mane tres vncias exhibeto, seruatis exercitio & purgatione supradictis.* Cuius quidem medicamenti tanta est vis & efficacia, vt magnos etiam scirrhos, partim discutiendo, partim per aluum expurgando persanasse visum sit, nedum alias obstructiones, quæ longè à scirrhi peruicacia distant. Conficiuntur etiam tertio modo ex chalybe electuaria, miræ profectò efficaciæ ac miraculosæ pené vtilitatis. Cæterum ad eorum confectionem necessum est chalybem prius præparare, longé diuersa ac vtiliori via ab ea, qua vulgariter præparatur: quisque enim suo modo præparat, cæterum nullus mihi adhuc placuit. Nonnulli namque eandem chalybis substantiam præbent, alii aceto miscent, quos quidem præparandi modos nonnihil [illegible] picionis obtinere, experientia compertum. Ego tamen hac vtor præparatione: Excipe *chalybis [illegible] limati omni recremento ligneoso exempti lb.ß. quam vase vitreo excipe, addens vini albi optimi [illegible] vel pro medietate vini & aquæ, mox vas illud [illegible] mollissimo appone, diligenter hinc inde chalybem & vinum vrsum ac deorsum agitando. Tandem decem aut duodecim ebullitionibus feruere finito, quousque eum spumosum sursum ferri videas, ac mediocriter crassescere conspicias: tunc spumam ac pinguiosam chalybis partem, quæ feruore separatur, simul cum vino in aliud vas transfunde, idque ter facito ordine prædicto, nimirum denuo aliam quantitatem coniice, & cum nouo chalybe eodem modo feruere sine, parique ratione separatis, & pro tertio idem facies seruato ordine. Denique vinum cum supradicta triplici summa tribus coctionibus à chalybe extracta, rursus igni appone, donec leniter feruens mellis spissitudinem acquisierit, quo tempore vsui seruare oportet.* Ex quo electuarium hoc modo constituere licet: Excipe *seminis petroselini, dauci, & specierum diacurcuma, diarrhodon, & epithyme, ana ʒ.j. cinnamomi ℈.j. chalybis modo dicto præparati ℥.iiij. ex melle optimo & spumato quod sufficiat, vt fiat electuarium.* Cuius à ʒ.ij. ad ad ʒ.iiij. facilé summo mané exhiberi potest. Quarta & vltima conficiendi ratio, quam sæpé plurimum probaui, & quæ vetustioribus ac ægré curabilibus affectibus ex vsu est, ita paratur: Excipe *rhabarbari electi, specierum diarrhodon, diacurcuma ana ℥.j. corticis radicis rumicis, rubiæ, seminis dauci, ana ʒ.j.ß. garyophyllorum ʒ.j. chalybis ex prædicta præparatione (aut ea, quæ vulgariter fit, si robustis corporibus adhiberi debet) ℥.j. mellis despumati quod sufficiat, fiat electuarium: cuius exhiberi potest à ʒ.ij. ad ʒ.iiij.* Quibus sic perspectis, cuiuis facilé erit pro corporis & affectus varietate sibi eligere, quod vsui vtilius fore existimauerit: hoc vno tamen omnibus seruato, quód si accidens aliquod superuenerit, donec mitescat, supersedendum est ab exhibitione eius: corpus interim clysteribus euacuare conuenit, aut si aluus citata fuerit, donec sua sponte quiescat permittere: nam sæpé pro valetudine est, præsertim cùm medicamentum hoc non sit effrene.

*Chalybis præparatio noua ac mira aduersus obstructiones viscerũ.*

*Chalybeatum medicamentum qua cum cautela exhibendum.*

*Chalybis alia confectio.*

*Chalybis præparati quanta vis.*

*Chalybis præparatio tertia miraculosa.*

*Electuariũ chalybis.*

*Chalybis præparatio quarta.*

Atqui præter ea, quæ hucusque diximus, hoc vnum obseruatione dignum esse existimo: nimirum ea esse medicamenta commiscenda, quę naturam obstructæ partis, cui mederi intendimus, respiciant: veluti si iecur fuerit, quæ è directo, ac ex propria natura iecori correspondeant, ac si de aliis visceribus, quorum gratia aliquid ex his medicamentis adhibetur.

*De obstruentibus quæ admiscẽda.*

Expendendum tamen est, omnem chalybis præparationem, & maxime eam, quæ coctione eius, aut spuma fit, non parum aluum adstringere: quapropter vel crudi chalybis aliquid admiscere opus erit, vel si id non placuerit, aliquid purgantium pharmacorum, velut est decoctum, aut mina sena aut mercurialis, vel electarium ex chalybe efficere cum hydromelite ex decocto foliorum senæ facto.

*Chalybis præparatio omnis aluum adstringit.*

Vltimo tamen monitos velim tyrones, ne plurimum soliciti sint in exhibendis pharmacis purgantibus, quæ obstructam particulam respiciant: nam obstruentes humores, vtpote crassi, viscidi, adhærentes, & in loco abdito siti, minime queunt medicamentis huiusmodi cedere: quamobrem tutius est ab his supersedere, vtpote inutiliter corpus turbantibus, & ea tantùm porrigere, quæ aut communes vias expurgent, ne excrementa ad obstructas partes deferantur, aut ea, quæ humores superabundantes intra venas eligant, expurgentque, ne idem malum aut deterius contingat: atque hæc de obstruentibus dixisse sufficiat.

*Purgantibus topicis in deobstructionibus cautissimè vtendum.*

CAPVT

## Capvt VII

### De communium [illegible] vsu & indicationibus.

Actionum vsus via ad perfectitudinem.

CUm omnium artium opera frequenti firmè tur exercitio, vt iuxta inst[illegible] omni succedant, non satis est generalia [illegible] tantum addiscere, sed in particularibus etiam exercere subinde oportet: nam actionum vsus ad perfectorum possessionem via est. Quapropter eo diligentius auxilium quodvis expendere oportet, quo aut vtilius est aut rarius adhibetur. nam quæ raro sese nobis offerunt, ob eam nouitatem maiorem admirationē ac terrorem (*etiamsi leuia sint*) incutiunt, eoq; segnius præpediuntur, quia ea pusciunt auxilia, q neq; admodum cognita, neq; frequēter experta nobis sunt. Sic trahentium vsus quo rarius vsu venit, eò diligentiùs debet expendi: ne si quando cōtingat eis vti, turpiter decipiamur. Sunt igitur trahentia auxilia ex eorū genere, quæ ab extrinseco principium mouēdi pstant: namq; vno ex duobus modis, *quemadmodum ex Aristotele cōstat*, omnia quę localiter mouentur, moueri possunt, nempe à principio quodā intrinseco, sicuti elemēta à medio & ad medium, nimirū ad propria & naturalia loca, vt ignis sursum, & terra deorsum, qui *motus naturales* appellantur. Alio vero modo (*vt interim silentio prætereā animalium motus*) mouentur à principio quodam extrinseco in quibus res mota renitentiam potiùs quàm actionem præstat. Diuiduntur autem huiusmodi motus in quatuor species, quales sunt *Pulsio, Tractio, Vectio, & Vertigo*: inter quas hæc est differentia, quod pulsio sumit denominationem à termino à quo pellens incipit motum: tractio à termino ad quem trahens trahit: vectio ex vniuerso motus spatio: vertigo verò ex pulsu & tractu componitur. Ex quibus duorum inspecta natura, Pulsionis videlicet & Tractionis, medendi ratio docet, eis frequenter ad certos quosdam fines consequendos vti. Nam si quid ex his quæ in corpore mouentur, quo non oportet vergat, diligenter considerare oportet, an eam partem obsideat, quę manibus subijci possit, quo tempore pulsu est vtendum, (*ni aliquod fuerit impedimentū*) medicamentis nimirum & auxilijs quæ parti adhibitus, repellendi ab ea vim obtineant: an potius in altas & abditas corporis sedes dilabens recondatur, fugiatque omnem auxiliorum contactum & gratiam, ac majus ob id & partium dignitatem faceſſat periculum: qua tatione tractu eo tempore vti consultissimum esse, inter omnes medicos citra dubitationem constat, ab effecta parte ea artete, quod alia fieri nequeit, auferre. Habent etiam trahentia auxilia hoc proprium & peculiare, vt non solum mathematico contactu, vt agentia omnia naturalia, verùm & physico, solo nimirum virtutis robore, & efficacia suam actionem perficiant. Ceterum dupliciter trahentia considerantur, vno modo iuxta mentem Philosophorum, qui tantum tractionem cōsiderant, à virtute quadam trahente factam, vt magnes ferrum trahenti contingit, & purgantibus medicamentis humores sibi proprios & familiares eligentibus. Alio modo rursus tractio apud medicos consideratur, quæ quidem tantum est humorum transmutatio absq; aliqua virtute, qua significatione trahēntia auxilia licet genere motus eadem, specie tamen longe [illegible] sint, rursus & diuersissima constantia mat[illegible], [illegible]q, non nisi magna ratione, [illegible] iuxta corpo[illegible] & affectus varietatem.

Trahentia medicamēta ad extimas partes ex quorum genere sint.

Tractiones quibus modis fieri possint.

Trahentia dupliciter considerantur.

[illegible] quidem trahentia omnia quatuor generibus [illegible] includuntur, *Vacuo* videlicet, in *Similitu*, *Dolore*, aut in *Calore*, quorum omnium [illegible] sum [illegible] æquum esse duxi, vt [illegible] innotescat, quando hoc aut illo, & quibus in partibus vti liceat. N[illegible] modi auxilia [illegible] cum adhibenda sint (*saltem frequentius*) [illegible] connexi[illegible], societas & [illegible] partium, cui adhibentur, & affectæ particulæ exq[illegible] & ad amussim seruetur, mirum in modum præstant: ideoq; viscera, internumq; corpus ea [illegible], foras translata materia, tabidas ac velut syderatas partes vitæ restituunt, Venenum in cutim euocant, vitiosam saniem exhauriunt, quæ neruis & cuniculosis vlceribus latent. Crudos abscessus accelerant, deploratos pleuriticos & fortasse attonitos releuant, inguinum tumores amplificant, alio etiam trahunt, quod pestiferum, vel nimis vitiosum in medio medio corpore receptum est. Squamas ossium detrahunt, coxendice laborantes iuuant, hydropicos suctione minuunt, clauos, spinas, sagittas è profundo reuocant, præsertim si plaga fiat paulo amplior. Quæ quidem bona omnia & pleraq; alia hæc auxilia suggerunt, veluti *reuulsiones*, quæ sanguinis missione fieri nequeunt, præsertim si medicus prudens & doctus arte & distinctione eis vtatur.

Trahentia omnia quatuor generibus includuntur.

Trahētium miraculosæ vires.

Vacuum itaq;, licet apud omnes in confesso sit trahere, haud simpliciter intelligi id oportet, namq; cum ipsum nihil sit positiuum, nihil etiam sua sponte agere natum est. Cum hoc tamen va cuo duobus modis tractio accidit: *Primò*, quia partes quæ vacuo circumstant, propter sui conseruationem, quæ in continuitate & vnione consistit, naturaliter coniunguntur. Qua ratione contingit sæpe aquam sua sponte ascendere, contra proprium ipsius motum: idq; maiori impetu, quam dum ad proprium locum descendit: quia ad proprium & naturalem locum it, vt melius se habeat: ad vacuum verò ascendit, ne corrupatur, vnione namq; facilè conseruatur vniuersum. Trahimur (*secundo alia*) ratione in vacuo, nempe quia in corporis partibus vacuis & inanitis, euacuantur facultates ad validum & inconsuetam tractionem, rursum nimirum, deorsum, & vt inanitæ partis sors tulit, qui quidem tractionis modus frequenter vsui medico admodum est proficuus. Hac enim lege fiunt *reuulsiones*, quę cum euacuatione assocīantur, nam inanito distantiori è parte affecta membro, quod ibidem superest, facilè ab inanito trahitur, modò ipsa facultate trahente, modo succeſſione ad id quod euacuatur, humore delapso. Vtimur autem hoc trahēri auxiliu citra distinctionem, quauis corporis parte affecta: idq; aut vbi euacuatione simul & tractione opus est, veluti in affectibus quæ ex plenitudine prodeunt, aut vbi, *licet abundantia non præsit*) tantum affectus minatur periculum, vt medicus iure optimo teneatur maioris periculi vitandi gratia, irregulariter huiusmodi mouere tractionem, veluti in iis qui difficili respiratione suffocantur, à quauis oriatur causa, ægrum est moliri. Namq; vacuatis per tractioné, illam partibus circa pulmonem & thoracem (*licet plenitudine nō abundent*) facile & per maius spatium dilatari

Trahere vacuum quomodo possit.

dil tari possunt instrumenta respirationi seruientia, quo quidem suffocationis periculum sæpe vitari contingit. Hoc tamen vnum habet præsidium peculiare, vt dum vacuationi jungitur, nusquam viribus collapsis, aut collabentibus, exerceri citra maximum periculum queat. Nam sanguinem mittere, & eousque corpus vacuum reddere, vt à distantissimis trahere cogatur, graue est & periculosum. Exercetur etiam hoc præsidium purgantibus medicamentis, dum videlicet vnicus humor redundat, frequentius tamen sanguine misso.

Trahere suctus quomodo possit.

Suctus etiam validas trahendi vires obtinet, & è profundioribus ac distantissimis partibus foras educere valet. Quem vsum præstant *cucurbitulæ, hirudines, ac folles, seu syringa vacua*, quæ sugendo à partibus quibus adhærent, ad se facilè alliciant, quod in altis corporis partib. est reconditum. Vtimur tamen hoc præsidio, vbi vires periclitari timemus maioribus vacuationibus, quibus cucurbitulæ mire prosunt, veluti in thorace, ventre & similib. quorum humores aut flatus trahere extra intendimus, potiùs quàm distantissimas retractiones moliri, vt in pestiferis febribus contingit, in quibus è regione cordis adhibita cucurbitula, venenum miro modo à corde distrahit, namq; hæ facile ea internis ad extima trahunt, *vt suo loco abunde diximus*. Sanguisugæ verò, vt quæ sensibilius euacuant ab altioribus & distantissimis partibus validius trahunt, quorum meminimus capite *de Sanguinis missione*. Syringa etiam ac follis flatus atq; pus & materias præter naturam in cauis partibus contentas facile extrahere solent, dum aliis communioribus præsidiis affectus non cedit. Placuit ad suctum reducere cucurbitarum, follis, & syringæ actionem, licet ad vacuum possent reduci, eo quia aliud est partes vacuas nostri corporis trahere: aliud quidem aliquod vacuum, dum foris adhibetur, id efficere: qua ratione placuit distinguere inter tractionem vacui & cucurbitarum.

Cucurbitæ.

Sanguisugæ.

Syringa.

Trahere dolor quomodo possit.

Pari etiam ratione dolorem de maxime trahentibus esse asseuerant Galenus & omnes ferè medici, licet sua sponte trahere absurdum sit proferre. Namq; dolor qualitas est intentionalis, tractio quidem, actio est realis, quæ nequit ab intentione proficisci, dolori tamen succrescere tractioné, omnibus compertum est. Primò, quia licet dolor non trahat, transmittunt tamen partes propter communem sympathiam quam habent. Quo fit, vt omnes condolentiam persentiscant, ob idque contingit, vt omnes ad partem affectam expellát id quod aut superest, aut easdé irritat, etiamsi non plurimum sit, nec deterrimum: nam quod deest plenitudinis aut vitij, supplet condolentia, quæ gerit vicem irritantis, aut aggrauantis. Quo fit, vt etiam sanis corporibus ex dolore contingat tractio: licet nec tàm citò, nec tàm validè, quantum in vitiosis contingit. Itaq; vt tractio ex dolore fiat, necessum est præesse aut copiam, aut malitiam humoris [illegible] finaliter, dum dolor fuerit paulò vehementior, condolentia etiam in sanis corporibus tractionem efficiet [illegible] facultate nimirum totius corporis tran[illegible]tente ad partes affectas, (*non vt vulgo fertur, vt doloris tempore illis opem ferat*) [illegible] ratione nuper adducta [illegible] præterquam quod [illegible] *meth.* [illegible] ea professo ducet, *dolorem non tra[illegible]e, sed transmittere, & fluxionem mouere*, quá duplici ratione mouere existimo, nimirum aut spi[illegible] calore per arterias transmisso ad partem dolen[illegible], aut humore per venas ad eandem delapso. Illud quidem necessariò fit in omni dolore, eo quod facultas vitalis spiritum & caloré ad singulas partes pro ratione vsus & indigentiæ transmittit, & cum pars dolore affecta eo tempore ad causam molestantem propulsandam, plus indigeat calore & spiritu, ob id natura ex propria lege id semper nititur: quamobrem aliquando intentum finem consequitur, hoc est, quod causam aut aliunde transmittat, aut per insensilem halitum digerat. Quas sane vacuationes inter ceteras Galenus sæpe laudauit: nam materiam suppurare, opus quidem est facultatis non admodum robustæ: humorem vi transmitti ad partem dolore affectam, aut irritatis per consensum dolentibus partibus, aut ipso humore ad partem affectam ducto, impetu caloris & spiritus arteriarum. Nam veram tractionem aut pulsionem fieri existimo: quia vtraq; fit appetitu mouente facultatem ad expellendú nocuum, aut ad trahendú simile & necessarium, quorum neutrum in dolore reperitur, etiamsi qua diximus ratione vehementissimæ fiant tractiones. Quapropter morbis omnibus in quibus sanguinem mittere (*aut iam misso*) non datur, præsentaneum remedium est longè à parte affecta dolorem vinculis, aut alio quouis ingenio excitare. Quo quidem, si quicquam ad partem affectam confluit, lacessita nouo dolore natura, inceptum motum intercipit, & dolenti parti sanguine & spiritu (vt ferunt) subueniit. Sic in ijs qui animo delinquunt, aut suffocationem, aut retrocessum sanguinis & spirituum ad interna, aut ob halitum deprauatæ qualitatis, qualis in hystericis affectibus reperitur, aut vbi sopita admodum est sensifica potentia, modo ob vteri affectum, modo quauis alia causa (*dum ex impotentia id non contingat: quemadmodum in iis fit, qui ob facultatum languorem nequeunt vigilare, loqui, aut quicquam aliud peragere*) maioris & præsentioris remedii est, dolorem excitare, quam quoduis aliud auxilium adhibere, dum vrget mali vehementia: præsertim, quia hoc modo affecti nequeunt alia suscipere, aut sustinere præsidia, licet malo sint proficua. Frictiones verò calore & dolore mirum in modum attractiones etiam moliri assolent.

Doloris excitatio in morbis periculosis maximi momenti.

Frictiones attractiones moliuntur.

Calore communi & potiori ratione fiunt attractiones, non tamen vt multi existimaut, quo calori insit trahendi potentia, decepti auctorum sententiis, præsertim Hipp. *lib. 1. de morb.* qui hæc refert verba: *Membrum per caliditatem trahit ad se ipsum à vicinis venis ac carnibus pituitam ac bilem*: Verùm si quis auctoris mentem satis expendat, reperiet, partes potiùs medio calore posse promptius trahere, quam quod ipse per se trahat: namque ea accidenti illi inest posse trahere, dilatata nimirum parte, cui calor præest, & fusis ac liquatis humoribus vicinarum partium. Quo fit, vt partes præter naturam calidæ protinus humoribus repleantur, tum quia dilatatæ facilius suscipiant: tum verò quia humores promtius ad eas liquati cóffluunt, Qua quidem ratione Gal. *l. 5. simp. c. 16.* trahentia omnia medicamenta calida esse & tenuium partium asseuerat. Caloris enim est & fundere humores, & partes dilatare. Tenuium

Trahere calor quomodo possit.

verò

Trahentia
quod attractū est, aliquando excludūt sensibiliter, aliquando insensibiliter

verò [illegible] ratione obtinent, vt in altas [illegible] partes facilius sese insinuent, permeentq; quibus rationibus validas in corpore calor freque[illegible] moliitur tractiones. Expendere tamen hoc in loco oportet, trahentia auxilia aliquando, quod attractum est à corpore, sensibiliter excludere, vt [illegible] vulsoriis attractionib. sæpe conti[illegible] his nim rum, quæ vacuatione aliqua fiunt, quas non est in animo hac parte iterum referre. Aliquando verò insensibiliter vt digerentia solent medicamenta. Nonnunquam verò solum attrahunt, citra aliquam discussionem: cum in partem emortuam calorem & spiritus reuocant, quod eleganti quadam sententia probauerat Gal. inquit enim: *Vicinæ sibi virtutes sunt eorum, quæ in alio latent, attractrix, & attractorum digestrix: nam quæ trahunt, etiā nonnihil omnino discutiunt, & quæ discutiunt, pariter trahunt.*

Trahentia & discutientia quid differant.

Differunt tamen, quia in digerentibus medicamentis discussoria virtus, in attrahentibus attractria præpollet: quorum meminimus cap. *de Resoluentibus*: quapropter distinctione opus est, dum ea adhibemus medicamēta. Nam quæ plus attrahunt quam digerūt, proficua admodum sunt demortuis particulis excitādis: quæ verò secus se habēt, quibus & extrahere & resoluere aliquid simul conamur, aliis in quibus trahere extra nobis in animo est. Qua ratione iure optimo Galen. loco nuper citato, valenter trahentibus adstringentia permiscet, ac nonnunquam *emplastrica*, vt vno tantum medicamento, aut solum quod opus est trahatur, aut minus, vt discussioni detur locus, prout necessitas trahendi aut distendi sibi affectus præscripserit: quod qui considerat, tractionem libere aggredi deinceps poterit.

Trahentia ad extimas partes duorum sunt generum.

Sunt itaq; hæc medicamenta duorum tantum generum: nām quędā sua spōte nata sunt trahere vt *tapsia, sagapenum, prop. lis, succus cyrenaicus, euphorbium, opopanax, calx viua, cinis è fæce vini & aceti, aristolochia longa, synapis, lepidium, thytimalus, nasturtium, pyrethrum, ranunculus, dracontium, & sales.* Quædam rursus aduentitio calore trahunt, vt *fermentum, & stercora putrefacta*, inter quæ non parua inest trahendi diuersitas, in minoris maiorisq; ratione, quam Gal. *lib. 5. simpl. c. 16.* ad vnguem, vt cetera omnia exponit: quæ medicamenta à secundo ad tertium ordinem *calfacientia* vagantur.

I. II. III.

Trahentia proprietate.

Sunt etiam præter dicta alia, quæ proprietate quadam magis quam qualitatibus id agere videntur, *radix nimirum arundinis cum melle, radix oxycanthæ, coagula, cochlearum & limacum carnes, aliæ per se, aliæ cum suis testis trita, oleum etiam scorpionum & theriaca, atque alia his similia.* Tamen in eorum omnium recto vsu illud expendere oportet, quod egregiè consuluerat Galen. *lib. art. med. cap. 85.* dicens: *Quod si summa quidem partes omni noxa caruerint, id vero quod euacuari oporteat, in penitioribus partibus fuerit, intradendus, atque augendus dispergentium medicamentis calor, cum dubitandum sit, ne prius quam profundas attigerit partes, interim vires amittat: neque tamen ex eo superiores partes aliquem dolorem sentient, cum omni vacent affectu. Quare nunc has duas simul excitant ad calidorum pariter, atque acrium medicamentorum vsum, & summæ partes quæ tolerant, & profunda quæ egent.* Quibus verbis significat, in profundis diuturnisque magis vtendum esse præcalidis remediis, ita vt iam acria sint, quæ Græci *metasyncritica* vocant id est *transponentia, traducentiaque* ab internis ad ext[illegible]s sedes quæ etiam vocant *rubrificantia* quoniam partem cui adhibentur, rubram faciunt tumentemque reddunt, qualis *sinapismus, zingiber, elenium, thepsia, & plura alia.*

Metasyncritica quæ & quando iis vtendum.

Inter quæ medicamen[illegible] non parua est differentia, [illegible] non liceat citra maxi[illegible]um discrimen, vt egregiè consulit Galenus, *lib. 6 simp. cap. de zing.* quo loco inquit *Siquidem vbi totum corpus celeriter calfacere consilium est ea tunc exhibenda sunt, quæ & celerrime a calore nostro [illegible] incalescant, & promptissime vndequaque ferantur,* (erat eo loco sermo de medicamentis cum [illegible] substantia, ac de calidis cum humida.) *Verum vbi partem refrigeratam recalfacere studemus, contra agendum est, nimirum, quæ tardè calescentia plurima tempore perdurent ea prabendo.*

Rubrificantia quæ

F

Trahentib. qualiter vti docrat Gal. & in quibus malis.

Itaque cum in calorificis mens est, vt per moram igneæ partes in profundas sedes meent, non in solas eas quibus admouentur, eligenda sunt calida, multam habentia lentamque humiditatem, quæ festinam caloris euolationem cohibeant, & remorentur: cuius generis sunt *tapsia, agrestium columbarum stercus, nasturtium, sinapi*, quibus vti in euocandis ad extimas partes humoribus consultius esse existimo, vtpote quæ magnum sine sufficturia negotium, maius nimirum, quam aliæ quæ protinus incalescunt, & pereunt. At vbi contra placet, partem quā primum contingunt, citra aliquam attractionem excalfacere, deligenda sunt quæ citra incoctam humiditatem prompte incalescunt, qualem quidem substantiam Galenus *libr. 4. de an. capit. 11 in pipere* conrectat, dum compositionem *diatrionpipereon* eo nomine extollit, quod piper ventriculum, cui primum obuiat, tenuitate calidarum partium excalfacit.

D artiono pipereon.

G

Ob eandem quoque tenuitatem humiditatis exteriorem citissime illis exurit, acciditque ad hepar ignotum & excalfacere potens, quod etiam alio loco de pipere apertis verbis protulerat idem auctor *libr. simpl. 6. cap. de zingib.* Inquit enim: *Atque hinc est, quod perseuerat diutius quæ prosuscitatur a zingibere aut à pipere longo caliditas, quàm quæ ab albo aut nigro.* Ex quibus omnibus aperte constare arbitror, trahentia omnia, aut sicca & tenuium partium esse, aut humida illaborata humiditate, (*vt Galeni verbo vtar*) Siccis verò vti etiam oportere in his affectibus, in quibus tantum extimas partes excalfacere, aut ab eis quicquam, idque leue discutere nitimur.

A 126

Trahentia cuius naturæ & qualia esse debeāt.

Humidis verò & tenacioris substantiæ, vbi ab altis corporis partibus aliquid extrahere conamur, quibus vt facilius permeent, tenuium partium medicamenta etiam permiscere oportet. In vtrisque tamen adhibendis, vacuatione corpus præmunire oportet, ne tantò calore totius corporis humores vltra institutum moueantur, aut ad eam, quæ calorificis alteratur, plus iusto irruat: atque ob id præsertim dura his partibus adhibentur, quæ naturæ sunt emunctoria, quia his (*eo quod repellentia non sustineant*) à principio adhibenda sunt: quamobrem maiorem expedit vacuationem præmittere, ne nobis vsu veniat, auxilij salutaris actione maiorem, periculosioremque efficere morbum.

Trahentia medicamēta quæ prærequirant.

Præterea sensim aut confertim leuiora, aut maiora, continuo aut interpolate huiusmodi præsidia adhibenda sunt, prout affectus diutur-

quomodo sint adhibenda.

B diuturnus, grauis, aut acutus fuerit: pars verò ant totum corpus, sensibile admodum, aut hebeti sensu præditū fuerit. Namq; in diuturnis malis sensim sunt lenioribus augendæ horum medicamentorum vires: in acutis verò & qui breui admodum minantur periculum, extrema principio sunt adhibenda medicamenta, idq; magis aut minùs prout corporis sensus tolerauerit. Iuspicere tamen parte cui adhibentur, crebrius oportet, ne vltra institutum operentur, quæ mequidem vt facilius [illegible] ceptet, promtiusq; medicamenti vires persentiat, aqua aut vino calido abluere prius oportet, aut acrius fricare, percutereq;.

Trahentiū quodnis nō cuiuis affectioni adhibendum. Item toto animo expendere conuenit, ne cuiuis affectioni, cui attrahentia proficua sunt, indistincte quodvis adhibeatur: qui enim in cute sunt affectus, quos maiores efficere conamur, vt tota veneni vis per eosdem expiret, vt in pestiferis bubonibus, ac venenatorum morsibus, aut criticis tumoribus nulli est æquum, ea tantum trahētia proficua sunt, quæ lenitèr & citra ruborem, & vitiosem suum opus perficiant. Quapropter scarificatione & cucurbitulis vti sæpius præsidium fuit. Nam quæ plurimum excalfacunt, præter id q̃ maiorem calorem excitant, prolubita, aut, vt rectius loquar, minori facta respiratione, in grauius periculum laborantes deducunt: præsertim si laborantes febribus antea erant detenti, aut corpus languidum & morbo confectum, aut vitiosis humoribus scatens. Vltimò tamen vti Gal. consilio *lib.5.phar.loc.c.10.* licet, qui partem, cui adhibentur medicamenta hæc, circumlenire medicamento aliquo inflammationē arcente docet. In alijs verò affectibus, qui interiores sunt, secus se res habet: nam vehementius trahētibus iure optimo vti datur, licet in hydropicis, in coxarijs, ac in diuturno & graui morbo detentis cōsultius mihi videatur, paulatim ac sensim attrahere, audacius indies quæ attrahunt medicamentis: & etiam variæ oportet, ac diuersæ operationis eligere, pro partis natura & ratione. Quę verò à capite in us trahunt, vt quę parum distant, leniora esse oportet, licet aliquando affectus vehementia efficaciora expostulet, & ea lege seruata in omnibus partib. adhibere temedia oportet, pro distantia loci & affectus vehementia, seruata tamē partis cui adhibentur cōditione.

Partis tractionem excipientis qualitas tractanda.

Purgantia pharmaca q̃ ratione trahant, & quæ eius tractionis causæ. Verùm ne quid huic tractationi deesse videatur, placuit nonnihil de purgantium pharmacorū tractatione differere. Circa quorum vim & naturalem potentiam tot sunt sententiæ, totq; difficilia, vt vix reperias certam ac determinatam rationem, cui animum adhibere possis: paucis tamen q̃ in hacre sentio dicam. Conueniunt ferè omnes medici, medicamenta purgantia trahere peculiari quadam trahente virtute, ex calore quo abundant, demandata. Alij tamen ex similitudine tractionem fieri contendunt, reducentes ad certum quendā substantiæ modum vniuersam tractionis & similitudinis rationē. Rursus alij qui ad veritatem propius accedere videntur, tractionē in calorem, electionem verò huius aut illius humoris in similitudinem referunt; neq; cuiq; rationes & argumenta desunt, sed sufficientes nusquam [illegible] suam positionem confirmat, & veritatem pro[illegible] tem exi-

E stimat. Ceterum re tam graui & abdita, quod mihi probabilius videtur, est totam tractionis rationem pertinere potius ad similitudinem & sympathiam, quæ est inter medicamentum & humorem: *nam hac lege cuncta suam tuentur naturam, & voluptuosa quadam conseruatione diutius persistunt*) quod aperte dixerat Hippocrates *libr.4. de morb.* variis in locis: simile namq; ad simile peruenire & trahi plurieis refert (*licet ope medij et caloris*) quam ad calorem ipsum: cuius per se nulla inest trahendi potentia. Ratio in promtu est, nam qua lege membra nostri corporis humorem sibi familiarem & consimilem attrahunt, reiectis excrementis, & iotet ceteros eligunt: eadem ratione & medicamenta purgatoria. Verùm licet hæc à pletisq; pro comperto habeantur, nequeunt tamen huius similitudinis rationem reddere. Nam alij appellant modum substantiæ, alij ad qualitates sensui manifestas referunt: alij rursus ad formæ similitudinem reducunt: quod quidem potius res eiusdem speciei constituere (*quod à forma proficiscitur*) quam similitudinis rationem docere. Secundò qualitates inter humores & medicamenta sæpe accidit esse contrarias. Item modus substantiæ diuersissimus plerunq; est, si per substantiam non forma, vt vltima opinio tenet, intelligatur, sed quid accidentale. Restat igitur per similitudinem subandire modum quendam mixtionis in medicamento & humore similem; hoc est, quod æquis proportionibus elementorum constent humores & medicamentorum illis simile: nimirum quod ad mixtionem elementa coocurrant aqua lance in vtrisq; librata. Hac lege, quod in medicamento sint vnius elementi partes duæ, alterius pars vna, alterius quatuor, quarti verò tres. Rursus in homore sibi familiari necessum est seruetur, vt similitudo fiat, par portio omnium simul & singulorum elementorum. Expendere tamen oportet, minimè esse necessarium has portiones, aut alias eis similes esse in medicamento & humore ex eisdem elementis: bene quidem possunt esse per diuersa elementa distributæ, modo proportio eadem seruetur. Verbi gratia, q̃ medicamētum habeat tres ignis partes, humor tres aquæ: medicamentū duas terræ, humor duas ignis: medicamentū quatuor aëris, humor quatuor terræ: & rursus medicamentum vnam aquæ, humor verò aëris vnam. Ex quibus constat similitudo maxima in modo mixtionis, qua in humore tractionis & sympathiæ potissimam censeo esse causam. Hæc itaq; mixtio est, quam potissimum quoduis mixtum sibi conser-

F

G

A 227

uare nititur. Atq; cum id similibus: *hoc est, simili mixtionis modo, in quibus persistantia mixta omnia diutius conseruantur*) præstantius fiat, hinc factum est, similitudinem posse trahere, & quod in hoc sibi simile esse cognouerit, amet, expetat, & ad sui conseruationem trahat: namque mixta non conseruantur per similitudinem accidentium, quæ ex mixtione resultant, quia sæpe aduenientibus copioso calore, aut frigiditate (*licet mixturā hā qualitatibus aut secundis & his similibus polleat*) ipsa corrumpuntur, quod illis non eoenit adiuncto mixto sibi simili in mixtionis modo, in quo quidem mixtum consistit & conseruatur. Qua profectò similitudinis ratione facilè multa argumenta diluuntur. *Primo* hinc constat, medicamentum debere trahere humorem, & non econtra, nimirum ob præstantiorem formam quam habet, licet mixtionis modus idem sit, præstantior quidem est

dem est medi[illegible] forma f[illegible] humorum, nedum excrementorum biliosorum, [illegible]tuitoso-rum, & aliorum [illegible] morum natur[illegible] redulentium, quæ potissimum medicamenta trahu[illegible].

B *Secundo* nō inconuenit medicamentu[illegible] esse a[illegible]dum, & humorem, quem attrah[illegible] ratio similitudinis no[illegible] qua [illegible]nbus [illegible] neq; adhuc in secund[illegible]s. Neq; incōuenit, vnum medicamētum posse plures humores trahe[illegible]e, nā sibi familiare[illegible] & similem trahit, ceteros irritata natura ipsa su[illegible] p[illegible]nte pel[illegible]it. [illegible]q, hęc est similitudo aut modus substan[illegible]tiæ, cui Galenus totam tractionis rationem [illegible]buit. Præterea quatenus pertinet ad calorem, quo pollere tenentur purgantia medicamēta: non quid[illegible] par est ratio[illegible] tractione, quæ fit in corporib[illegible] viuentium, & in ea, quæ [illegible] inter nō viuentia. Nam illa nulla rati[illegible]e fie[illegible]i potest citra calorem manifestum & excedentem. Ratio est, quia hę tractiones minime [illegible]ri possint, nisi in paruissima distantia & libero medio: atq; cum medicamentū in vētriculo residens h[illegible]mores habeat distātes, & medus plurimis ꝑpeditos, necessom erat calorem præsto esse, qui vias aperiret, humores funderet ac tenuaret, & iam fusos per apertas vias & anfractus duceret: quod alus trahentibus,

C puta magneti & electro non contingit, vt quę per liberum aërem trahant: quo fit, vt minime egeant ad tractionem calore, sicut purgantia medicamēta quibus datū est trahere, & vias ac humores tractioni parare. Atq; hæc est de medicamentis quæ tractione purgant mea sententia. quam si quis nō acceperit, non grauabor, sed hilari animo redargutionem accipiam, donec aliquid veritati propinquius ex disputatione suboriatur.

Veriorem tamen arbitror esse sententiam nouiter excogitatam, nimirum virtutem trahentem ob similitudinem, tantum esse viuentibus propriam, non medicamētis: & eam quæ in magnete reperitur, cœlitus esse illi peculiariter præstitam, nō quidem ortā ex modo mixtionis, probat eam polum perpetuò respicere, & electrū Solem: at eam quæ in medicamētis est, longè esse diuersā. Quapropter statuendum est, medicamentū nec eligere, nec trahere primo & per se, licet in purgatione reperiatur electio & tractio: sed hæc opera fieri,

*Tractio in medicamē-to purganti qualiter fiat.*

D tamen alia ratione, quippe in medicamento purganti cōsiderare oportet calorem, similitudinem cum aliquo ex humoribus, & antipathiā, aut contrarietatem cum nostri natura, quia deleterię ferè est conditionis, & cum hoc amarum esse, aut alterius inimicæ qualitatis vel saporis. Sic calore partes & venas maxime aperit, & humores fundit, similitudine, eum maximè qui similis existit: quo fit, vt hic, mediante calore & tetra conditione efflorescat, incalescat, alteretur & moueatur: cuius vitium simul cum medicamenti contraria qualitata persentiscens natura irritatur, & ad expellendum gliscit: & tandem pellit, si irritatio vehemens sit, pellit tamen ad locum medicamenti, quia calor ad se allicit, quod dilatet partes, cōmodioresq; fiant ad recipiendum, quod irritata natura pellit: itaq; nulla fit tractio, sed pulsio, & natura irritata ab humore, quem vt similem & familiarē alterabit medicamentum, & non alios, quia non alterantur: nam tunc etiam expellit natura, vt in superpurgationibus.

E

## CAPVT IX

### De com[illegible] repellentium [illegible] auxiliorum [illegible] dilatatione.

COmpertum est P[illegible]os[illegible] his omnibus eo rem esse dign[illegible]em ac perfec[illegible]é, qu[illegible] pluribus ad sui integritatem & naturam opus [illegible]be[illegible] humani co[illegible]r[illegible] ar itas adeò preti[illegible] aest, [illegible]t amissa non ni[illegible] plurr[illegible]is ac m[illegible]s [illegible] ius rursu[illegible] recuperari possit: nam [illegible] naturæ, vt quę-uis causa eam euertere queat [illegible] [illegible]e; [illegible] nimis opus habet, vt ad pristinum redeat statum. Quo quidem fit, vt in repe[illegible]dis, sistendisq; fluentibus ad par[illegible]m quam[illegible] humoribus, nō solum egeat trahentibus diuertentibusq; auxiliis (*quorum subinde mentionem fecimus*), verùm repulso-

F ria etiam iure optimo exposcat: si partem à fluxionis labe vindicare libuerit, vt quæ non solum humores qui in motu sunt diuertant, vt trahentia efficiunt auxilia: verùm delapsos iam ac in particulis contentos simul cum his, quæ ad eas mouentur, repellant, alioq; transferant. Cuius mirabilis auxilij natura & efficacia, vt in sa[illegible] is expendatur, nosse oportet, repellentia medicamenta non eo repellere, quia virtute aliqua id efficiant, sicuti neque trahentia: nam quemadmodum hæc partium dilatatione id efficiunt, nam ipsæ sua sponte deinceps coguntur humores suscipere, caliditate etiam trahentium fusos: ita & i[illegible]a compressa parte à frigiditate & adstrictione (*more naturalis facultatis quo tempore expellit*) quæ compressione id moliuntur, exprimunt, trahuntque humores in eadem contentos. Denique quemadmodum caloris proprium est dilatatis partibus trahere, ita etiam frigiditatis, eisdem compressis repellere.

*Repellentia auxilia cuius naturæ sint.*

G Ex quibus constat (*posthabita antiquorum de repellentium natura sententia*) vt ex Galeno *libr. art. med. cap. 85.* facilè colligitur, repellentia omnia iure optimo esse frigida & adstringentia, licet per se frigida citra adstrictionem ad leniter repellendum, tenuem & paucum humorem superficiem corporis occupantem, sufficere possint: id etiam docente eodem Gal. *lib. 6. phar loc cap. 1* his verbis: *Genus igitur repellentium pharmacorum, in principio inflammationum in refrigerantium materia situm est.* Hæc enim medicamenta molli tantum, aqueaq; natura præpollent, & *densantia* medici vocant, quę quidem sunt, *aqua frigida, sempervivum, portulaca, tribulus viridis, psyllion, auricula muris, lenticula, palustris, lactuca, endiuia, liquor ouis, & vmbilicus veneris.* Refrigerant etiam, ceterum vehementer, *pomum mandragora, hyoscyamus, papaueris succus, altercum & cicuta, ac denique omnia frigida, quæ aqueo liquore sunt.* At in affectu grauiori & qui postulet reuulsiones maiores & vehementiores, neq; illa, neq; solum adstringētia, sed quę simul astringunt & refrigerent, requiruntur. Namque hæc sunt verè repellentia, *vt aperte ex Galeno constat, lib. 5. simp. med. c. 16.* qui frigida & crassarum partium esse ostendit. Ad adstrictionem enim opus esse crassæ terrenæque substantiæ, idem auctor *libr. 6. simpl. med. cap. de cent. maio.* aperte docet. Nam quia refrigerant, cutis meatus occludunt, & ita prohibita exteriori euacuatione interiorem augent, & etiam ob refrigerationem leuiter ad interiorem partem cōpellunt humores, quatenus in ea contentam exprimunt,

A 228

*Repellentia simplicia enumerātur.*

*Repellentia verè, quæ.*

B primunt, quæ retrocedens in vasa tandem recipitur. Nam proprium adstringentium munus est, quemadmodum Gal. *lib. 9. simp. c. 1.* inquit: *contrahere, constipare, & substantiam nostram condensare.* Sic enim idem autor loquitur *lib. 3. simp. c. 17. Adstrictio fit, ut penetrare.* Huius itaq; naturæ duorum generum sunt medicamenta, frigidorum cum adstrictione nimirum *vnum, Arnoglossum, rubus, capreoli vitis, polygonum, myrthus, balaustium, oleum rosaceum, omphacinum*, & alia q; alia quæ partis affectæ natura, aut ipsius affectus cōditio sibi necessario desiderant. Calidorum verò aliud, qualia sunt *cassia, cinnamomum, spica, aloes, crocus, myrrha, cyperus, calamus aromaticus, absynthium, marrubium, polium, saluia, centaurium, cupressi nuces, iuncus odoratus, lupinorum farina, & vina etiam austera ac ex aromatibus plura.* Huius itaque naturæ in genere repellentia omnia sunt, licet alia passim reperiantur, quibus frequenter, iuxta affectus & partis affectæ naturam vtimur, vt *ligatura* in medio partis affectæ & mandāns, dum situs conditio id patitur. *Defensiua* etiam *pharmaca*, quæ medici appellant, quæ licet materia non differant à repellentibus, loco tamen, cui adhibentur, longe dissident. Nam quæ tantum partem à fluxione tuentur, quæ verè *defensiua* appellamus, paulò distantius à parte affecta supra canales, per quos fluxio delabitur, sunt adhibenda, vt repelleno vi & adstringenti prohibeant, quo minùs ad affectam partem humores confluant. At repellentia parti tantum affectæ sunt adhibenda, vt compressione superficiali, propulsis humoribus facilè pateat aditus, quem si etiam defensiuis appellatis medicamentis oblinias, facilè est occludere, ac prohibere repulsionem quam intendis.

Adstringentium munus proprium.

Adstringentia duorum generum.

Frigida, Calida.

Repellentia cuius naturæ, & quæ.

C

Defensiua quid à repellentibus differant.

Quibus auxiliis rectè vti nequit quisquam, ni exactè nouerit naturam affectionum, locum & deniq; tempus, in quo adhibenda sunt. Quo quidem modo partes afficiantur, vt hoc præsidium iure optimo expostulēt, apertis verbis docet Gal. *lib. art. me. c. 85.* inquit namq; *Supponatur cuipiam particulæ multitudinem sanguinis influi, adeo, vt intendantur in ea vena, non maiores tantum, sed etiam parua, quæ*

D *sensum prius effugiebant, nunc verò iam plena visu comprehenduntur, sicuti plerumq; in oculis ab tunica albedinem, manifestissime patet. Par siquidem est, quod & alia vasa quæ latent sensum, iam plena distendantur, non & ipsa ob paruitatem visu manifesta. Etiam periculum imminet, ne quod ex vasis exsudat, ad spatia vacua, quæ in medio sunt, effundatur, ac ne iam paucum aliquod fit effusum. Huius quidem affectus sanatio intentionem habet euacuationem, aut, vt manifestiori vocabulo vtar, ad euacuationem: siquidem morbus immoderata partis erat repletio. Necessarium igitur est, vt aut superfluitas retrocedentis euacuetur, aut per ipsam patientem particulam.* Qua sententia constat, qualiter debeant partes disponi, vt materiæ retrocessus in eis moliamur. Eadem ferè verba refert alibi idem auctor *lib. 13. meth. c. 8.* namq; inquit: *Quoniam igitur momentum omne curationis laborantis phlegmone partis in redundantis in ipsa sanguinis vacuatione consistit*, ac subdit

Repellentia quib. affectib. adhibenda, cui loco, quo tempore, ex affectus dispositione cognoscitur.

E *Vacuatio autem hoc genus affectuum excogitata est duplex, aut translato ad alias partes, qui in ægrotante turbatur sanguine, aut foras à corpore expulso.* Satius profectò est, vtraq; vti obseruantibus diligenter, ne qua ex accidenti læsio sequatur: ergo cum gemina sit, dictarum vacuationum vtraq; quatruplex in voiocesium nascitur vacuationum auxiliorum genus. Quorum omnium præcipuum primumq; est translatio humoris ad alias partes, quam his auxiliis, quorum subinde meminimus *lib. 4. de inæqua. int.* hoc capite, molimur. Idem etiam auctor præter eundem generationis modum quem docet, ostendit *phlegmonem proprie esse affectum musculorum*, quod fortè frequentius musculos afficiat, quam alias partes, quæ venas non habent copiosas & latas, per quas possit sanguis facilè diffundi, præterquam quod duriores, densioresq; sunt aliæ partes ferè omnes, & ob id difficilius sanguinē in se recipere possunt. Inflammatio autem non fit, antequam partis substātia eo humore sit imbuta & irrigata: cum hoc tamen & membranæ, & cartilagines ac nerui, & etiam ossa inflammationes experiuntur. Fit autem inflammatio, cum sanguis à maioribus venis ob aliquā causam, quæ hanc vim habeat, mouetur, & in minores fertur, easq; replet, atq; ex repletione orificia illarū aperit, & per illa effunditur in partis substantiā, simulq; inania spatia, quæ sunt inter duas partes, vel plures inter se cōiunctas replet. Nam inter duos musculos inter se connexos, cauitas aliqua siue spatium inane, id est, non plenum aliqua solida substantia, sed solo spiritu interiacet, nimirū, quod corpora ex sua circumscriptione diuersa facta, non vere sint continua, sed solū contigua. Hæc ergo spatia repleri inquit Gal. cum fit inflammatio, humore qui effunditur à venis. Qui quidem affectus hoc modo explicitus optima ratione ad sui curationē corp⁹ inanire præcipit, vt iterū resumi possit, qui delabitur humor, ac si vacuationē nō tulerit, reuulsionibus vtendum est, moxq; à parte humor abigendus, vt delapsa materia in venas à quibus emanauit, iterū recipiatur.

Phlegmone affectus musculorum.

F

Quomodo fiat.

Quem quidē vsum incredibili quadam efficacia præstant repellentia hæc auxilia, quibus & initio fluxionum, & post vtendum est. Hinc enim phlegmonarum ortus atq; incremēta, hinc vomicas, maligna vlcera, febriū, dolorumq; causas, deniq; varia corporum vitia declinamus, ex his quas fluxiones cōcitare compertum fuerit. Docet quidem Gal. *libr. ar. med. c. 85.* materiam parti affixam mirum in modum ab eadē tribus modis propellere (aut jamjam casuram.) Inquit n. Gal. *lib. 13. meth. c. 6. Retrocedat autem vel impulsa, vel attracta, vel transmissa, vel horum vno aliquo modorum, vel omnibus*, quos etiam extractionis modos idem auctor apertius monstrauerat: Nam per repulsionem intelligit, quod à facultate expultrice partis affectæ citra alicuius medicamenti adminiculum propellitur, contingit, quia ægra particula, præsertim quæ hac ratione recipit, nequit susceptum à se iterum pellere: *Trahi* autem intelligit, quod ad se allicit per easdem vias, per quas humor in locum affectum confluxit, modo virtute trahentium auxiliorū id fiat, modo à facultate corporis trahente, *vt aperte docet lib. art. med. c. alleg. loco nuper citato.* Transmissio verò intelligitur, prout refertur ad frigida & adstringentia medicamenta, quorum munus est, constringendo expellere humorem, & in vicinas partes immittere. Est enim facilimum vacuandi genus, *vt aperte docet idem Gal.* namq; inquit, loquēs de hac vacuatione ad alias collatione facta: *Quanto enim per maiora fit, tanto expeditior est euacuatio* (placet enim magis translatio, quę *maiora*, quàm quæ B

Repellentia quā vim & efficaciam habeant, & quando iis vtendum.

G

A 229

*minora*

*minora vertit) à patiente verò loco, adstringendo ac refrigerando expellemus* : quibus verbis constat, quantò per maiora vasorum conceptacula fiat euacuatio, eo promtiorem esse: Nam per eam expellitur a laborante loco materia ad maiores membrorũ meatus. Qua enim ratione delabitur materia à maioribus ad minores, eadem iterum remeat à minoribus ad maiores, compressis minoribus vi medicamentorum adstringẽtium. Atqui cum in generatione tumoris præter naturam, aut cuiusuis alterius affectus, quæ per defluxum fit, partim humor adhuc erat, & in exilibus venis continetur: partim iam delapsus spatiis connaturalibus hæreat, omnibus compertum est, id quod in venis adhuc continetur, facilè repelli posse, atq; in minoribus ad maiora vasa transuehi, impediriq; hac ratione affectuum omniũ augmentum, quemadmodum sæpe cõperimus inflammationes solis repellentibus sisti & curari, posteaquã reuulsiones fuerint adhibitæ, *vt Gal. lib. de opt. sect. ad Tras. etiam optime animaduertit.* Verùm, quod maiorem iugerit dubitationem, est, *an tanta sit repellentiũ vis, & efficacia, vt quod in spatia non naturalia à venis iam excusum est, in easdem iterum resumi efficiant.* Cuius gratia primo probabo id esse possibile, & frequenti experimento confirmatum. Mox Gal. testimoniis firmissimum esse dogma ostendã. Primò itaq; id probant puerorum exanthemata, & tenuia illa & crassiora, q̃ vocant *morbillos & variolas*, quæ crebro repercussu frigidi aëris repente occultantur: cucurbitę etiam mammis appositæ, aut secta cubiti vena retrahũt, & rursum reuocant menstruum sanguinem: neq; est vasis ductus aliquis continuus cohærensq; ab vtero in mammas, sed fibræ vasorũ in carnes cessant, per quas medias permeans sanguis, in descẽdentes alias à pectore venas ingressas euocatur. Cuius retractionis modus aperte à Gal. *lib. art. med.* 85. monstratur his verbis: *Sed exinanita loca trahunt ad sese ipsa*, ergo humorem in tumore cõtentum, ad vasorum inanitatẽ (*quam in omni tumorum curatione præmittere docet Galenus*) remeare, & secta vena purgari, manifestum est. Rursus inflammatio lienis & hepatis, secto cubito sanatur, licet in hepate cogatur è porta sanguis per poros carneos dispergi, & ab illis ad fibras cauæ venæ transuehi. Pus etiam ipsum per media ossa, & sanguinem mandare nõnunquam naturam, dixerat Gal. quo loco obdurauit veritatem sententia Hipp. *libr. 4. aph. tam.* 54, quæ huiusmodi est: *Quibus inter ventriculum & septũ pituita reposita est, & dolorem affert non habens exitum, neq; ad alterum ventrem, his per venas ad vesicam pituita versa, soluitur morbus.* Cui quidem assentit Gal. in commento, asserens, *in omnibus etiam abscessus fieri posse.* Valenti enim naturæ, non est impossibile, inuenire viam materiebus etiam crassis, & omnino per vias, non naturæ tantum, sed & peritis medicis incognitas, excrementa transmittere, & ossibus alimenta demandare, & excrementa ossium diffundere, & euacuare: quod egregiè docuerat Hip. *lib. 6. de morb. pop. part.* 5. Namq; natura p se impetus, motionesque citra intellectum reperit, vt tone nictare, & ea, quibus lingua subseruit, & quęcunq; alia similia, non edocta natura citra disciplinam, quæ oportet, facit. Quo etiam modo ex pleuritide commigratio fit in pulmoniam, ex pulmonia in anginam, humore nimirum partem vnam opplente, ex ea ad vasa, à vasis ad nouam partem remigrante. Pus item suppuratorum & humor pleuriticorum, nisi ora fibiæq; asperæ ingrederentur, nusquam iussi reiici possent. In his verò, qui ex acoribus, scabie, & morbo Gallico fœdatis inunguntur (mirabile dictu) quam repente crassę illæ pustulæ, tumores, nodi, per vasa ad os exspuenda mandentur. Quibus rationibus satis esse probatum existimo, humorũ ad venas recursum esse possibilem, & frequenter repertum, quemadmodum apertiori experimento monstrat *ecchymosis* curatio, quæ repellentibus maiori ex parte finitur, in quo nulli dubium est, sanguinem esse extra venarum, cumq; ope repellentium ad easdem recurrere. Expendendum tamen est in hac parte, humorẽ, qui in membri meatibus retinetur, per vasorum quidem latera, magis adhuc per ora non difficilius recurrere posse, quam ad membrorum alitionẽ per eadem latera & ora vasorum perpetuò delabi, licet aliquando ad maiora spatia & internos viscerum poros (vtpote qui longe sunt latiores) sæpe recurrat. Huius quidem doctrinæ testis est Gal. *lib. 13. meth. cap. 9. & lib. 1. de compos. phar. per gen. c. 6.* multis in locis, namq; loquens de emplastro, quod ex argenti spuma & hydrelæo conficitur, hæc profert verba: *Cum auxilio exulceratis partibus ne quid influat, impedit, & iam influxum denuo ad partes circumiacentes trudit, vt res fiat huiusmodi, qualis cum spongiam aqua frigida humentem particulæ cuipiam corporis imponimus: Nam illa rugosum contractumq; totum locum facit, non tantum repellens, quod influit, sed etiam, quod in eo continetur, ad vicina eludens.* Sed adhuc clarius nostram confirmat sententiam *lib. art. med.* his verbis: *A patiente verò loco adstringendo ac refrigerando repellemus, sed & loca exinanita attrahunt ad se ipsa, quæcunq; repercutiuntur.* Subdit tamen paulò inferius: *Si igitur hac via superfluum omne retrocesserit, bene res habebit: At si aliquid fuerit in parte retentum, coniectandum erit, id lentum ac crassum existere.* Et continuo inquit: *Quod reliquum est, per patientem locum euacuemus.* Ex quibus verbis nonnulli nituntur probare (*& ex communi medendi ratione, qua gratia eius, quod relinquitur, discussoria iubet admiscere medicamenta*) non esse materiæ delapsæ commeatus. Quibus respondemus, Gal. non voluisse intelligere per verbum illud, *in parte retentum*, quod iam in partes delapsum vtcunque est, sed id tantum, quod repulsiuæ refugit potentiam tanquam crassum & parti iam impactum, vt Galeni verba iam aperte monstrant. Cur scarificationes, & resoluentia auxilia iure optimo debentur. Non enim necessarium semper, vniuersam materiam remeari, sed eam tantum, quæ medicamẽtis cedit, & parti adhuc nõ adhæret. Quapropter licet aliquid in parte post repulsionem adhuc supersit, non ideo commeatus humorum negari debet. Hoc vnum tamen mihi iuxta optimam medendi rationem videtur consulendum, ne medicus eo repellendo persistat, donec vniuersa retrocedat, quæ fluxit materia, sed aut alia cõmisceat præsidia, aut alio vtatur. Periculosum enim & grauè est, plurimum in refrigerandis partibus persistere; namq; *vt alibi docuimus*, aut sæpe mutatur affectus in aliam speciem deteriorem, aut particula moritur. Sic Gal *lib. 13. meth. c. 6. & c. 15.* cõsulit, vbi sanguis in particula, quã phlegmone prehendit, vehementer est impactus, non amplius repercutientibus vtendum esse, siquidẽ Hipp.

Repellentia vnum quod in spatia nõ naturalia à venis excussum est, ad easdem iterum repellant.

Humorum ad venas recursus possibilis.

Nota.

Repellentibus quatenus & quãdiu vtendũ.

C D E F G A 230 B

B *lib. de humid. vsu.* inquit: *Ante verò, quam postremū fiat, cessandum est*: quod alibi dixerat, *lib. 6. pop part. 2. sex. 29. Ex adhibitione contraria adhibere & quiescere.* Quo loco constat, non negate retrocessum humorum, sed interdicere repellentia, vbi admodum impactus iam est humor. Neq; verò id nos remorari debet, etiamsi millies Gal. retribat, crassum humorem non recurrere: quoniam aliud est inquirere, num retrocessus ille crassorum humorum fieri possit. Quod ego indubitatum habeo, vel ex eiusdem Gal. & Hip. *lib. 7. aph. 74.* sententia, & etiam quotidiana experientia confirmatum in pedum tumoribus, qui ex crassa pituita in malo corporis habitu singulis diebus fiunt, & singulis noctibus euanescunt. Neq; enim coniectandum est, totum illū humorē alioquin crassissimū vnius noctis spatio euanescere, sed maiorem eius partem ad venas permeare credendum est: Longè verò aliud, num cōmode tentandus in reliquis humorum crassis sit, pferendaq; hęc curationis ratio inter multas & faciles: Nā sicut crassum posse ad vasa remeare, verū est, ita difficile esse, & tardum, vehemensq; medi-
C camentum expostulare: ideo reijciendum curanti esse, certum est, tanquam gravē & periculosum.

Repellentia quibus fluxionibus prosint.

Cum hoc tamen non solum vires huius auxilij sese protrahunt ad calidorum, tenuiumq; humorum ex fluxione affectus: verum etiam eorum vis aduersus frigidas fluxiones & affectus valde pugnat. Sic enim œdemata curare præcipit Gal. *lib. 2. de art. cur. ad Glauc. c. de œdem.* adhibitis nimirum in principio repellentibus, licet huiusmodi affectus non fiant ex humore tenui & calido, quales repellentia exposcere, millies ob eo proclamatum est,

An œdema tofis conueniant.

sic optima vtens ratione, locis nuper citatis, œdematosis rumoribus adhibet spongiam ex aqua, in qua sit aceti aliquid, cui incremento tempore sępe addi plusculum *aceti & aluminis*, (cui non parū adstrictionis inest) aperte præcipit. Atqui licet hoc sit Gal. *lib. 14. meth.* præceptum, id subdistinctione
D intelligi oportet: Nam in omnibus affectibus pituitosis, qui ex fluxione adhuc perstante prodeunt, nulli dubium est, quin etiam repellētia liceat adhibere, etiamsi materia sit frigida, *vt Gal. sententia commonstrat.* In his tamen, qui per paulatinam fiunt congestionem citra sensibilem affluxū, quales sunt omnes affectus, qui à crasso prodeunt humore reprimentibus vti minimè licet: Namq; eis partes tantum abest, vt euacuentur, quod potius impleantur magis, crassiori vtiq; effecto humore. Nam pari methodo regulatur huiusmodi affectus, & hi, quibus iam fluxio cessauit, quos tantum exposcere resolutoria pharmaca cuiuis compertum est.

Repellentia varia esse & variis affectibus prodesse.

Neq; est omnibus repellentibus æqualis efficacia & natura, sed quoduis eorum suam habet agendi rationem, suosq; exposcit affectionis modos. Quo factum est, vt apud Gal. & recentiores omnes duorum generum sint reprimentia omnia, (*quorum materiam superius abunde explicuimus*) frigida nimirum, quorū munus est, incrassare humores, ac partes condensare, ne facile pateant; aliud

Repellentia duplicia.

verò ex adstringenti & crassarum partium materia, cui proprium est, & fluxum impedire, & influ-
E xum constrictione expellere. Quod quidem iuxta optimam medendi rationem factum esse suspicor. Nam partes, quæ præ nimio calore fluxione tentantur, sibi iure optimo expostulant, quęq; refrigerando repellunt auxilia, (*namq; non sat est, vt Gal. lib. 2. ad Glauc. docet, causam cuiusuis affectum considerasse, sed ad causa principium deuentendum esse*) quibus & principium fluxionis auferatur, simulq; pars compressione firmetur. Quæ quidem adhuc liberalius adhiberi possunt, calidis biliosisq; fluentibus humoribus, *vt aperte Gal. lib. 14. meth. in erysipelate consulit.* Pari etiam ratione iis partibus, in quas humor delabitur ob earum impotentiam, adhibenda sunt, iuxta optimam medendi viam, medicamenta adstringentia: Nam hæc, *vt inquit Gal. lib. 11. meth. c. 15.* quæ reprimentia dicuntur, quæ adstringendi certè vim obtinēt in principiis: donea sunt duplici ratione: & quod robur affectis partibus inferunt, vnde minùs promtē affluxum excrementorum in se recipiunt, & quod eorum, quæ in
F iis iam contenta sunt, tenuissimum extorsum exprimunt. Quod quidem haud serus fieri debet in his fluxionibus, quæ ex dolore concitantur: cuius gratia adstringentibus anodyna admiscere oportet, vt fluxionis principio præpedito, protinus affectio subsideat, cesseto;.

Neq; adhuc sufficere, quæ diximus, *vt quispiam optime repellentibus, & iuxta artis præcepta vti valeat.*) omnibus esse perspicuum arbitror, ni prudenter expendat, quando eis vtendum sit, & quanto persistēdum eisdem. Siquidem inflammationes post euacuationem totius & reuulsionem (*quas præmittere necessum esse antea docuimus, tum vt retrocessus humorum liberè possit fieri, tum verò ne humores ad nobiliores partes repulsi coacti retrocedant*) per sola repellentia sæpe soluuntur, *vt ex Gal. lib. 3. art. med. & lib. 13. method. & libr. de optim. sect. ad Trasib. multis in locis constat*: Namq; inquit: *Si igitur hac via superfluum omne retrocesserit, bene se res habet præsertim si hac in principio inflammationis exhibeantur: nam eo tempore paucus adhuc est humor, qui influxit, & nondum membro impactus.* Verùm, quia aliquando partes fluxione ten-
G tatæ aliis egent præsidiis, quibus quod relictū est, post repulsionem facilè euanescat: necessum est expendere, si morbus repellentibus non cesserit, quousq; eisdem sit persistendum: Namq; non sat est nosse, quādo sint adhibēda huiusmodi pharmaca, sed quousq; & quando cessandū, & quando alterius indicationis gratia, præter dictā adhibenda sint. Quod locis nuper citatis, & plerum libro
A Artis medicinalis aperte, *capite sæpius citato*, monstrauerat Gal. Inquit enim: *At si quid fuerit in parte retentum, concoctandum erit, id lentum & crassum exsisterit, atq; ea ratione iam coactum adstrictumq;*: Et paucis interpositis inquit: *Maxime verò euacuationum, si in spatiis intermediis aliquid contineri, coniectura assequeris, & scarificationum auxilio, & medicaminū, qua vim habeant digerēdi. Deniq; quia talis humor crassus est & viscidus, at proinde impactus* (inquit) *ita vt non facile educi possit, aut si talis non est, in spatiis vacuis moratur, hac ratione requiruntur euacuantia, qualia sunt scarificationes, & quæ digerēdi vi sunt prædita. Sed quoniam hac calorem aut dolorem inferre solent, a quibus fluxiones rursum mouētur, admonet aliam repellentium occasionem, nimirum vtendum esse, simul cum his resolutionibus, quæ huiusmodi damna vitent.*, *qualia sunt repellentia cū admista.* Quam etiam sententiam millies confirmat, vt nil vulgarius, quam mox à repellentibus commiscere resoluentia medicamena: Et rursus suboritur alia occasio commiscendi eadem medicamenta, non solum vt quod influit, retrocedat, sed quod

Repellentis quo tēpore adhibenda. & quamdiu in iis persistendum.

A 231

influxum

B ionfluxum est, resoluatur. Quæ quidem sententia haud leuiter expendenda est. Nam quod post repellentia relinquitur, crassum & viscosum non semper est, ac si id forte accidat, scirrhosus fit affectus, qui per resolutoria & scarificationes non tollitur, sed per emollientia aut incisoria pharmaca: ac si quando id contigerit, ita crassum permanere, præexhibitis potius resoluentibus crassior redditur affectus: Nam crassitiem & viscositatem ac duritiem ex illis natam sæpe esse, passim Galenus ostendit. Præterea non est statim à repellentibus ad scarificationes veniendum, nisi ex inflammatione gangræna sit facta. Quapropter medendi ratio & vsus postulant, post repellentia resoluentia admouenda esse: quod si malum illis cedit, persistendum est in eo opere, alioqui suppuratio tentanda, *vt aperte Galenus lib.14. meth. cap.1. videtur monstrare.* Sed addubitabit aliquis, quam

C tuam consequutionem habeat, quod loco allegato artis medicinalis Galenus colligit: quia crassum relinquitur, quod recursioni non obtemperet, per euaporantia externa digeratur: quasi non sint patentiores interni, quam externi meatus, vt crassities, quæ illos penetrare non possit, multò minùs cutis densitatem subire queat. Quæ controuersia deciditur: quoniam repellentia licet vincant commoditate meatuum innata, afficiunt, comprimuntque eosdem meatus adstrictoria vi, ac humorem etiam contentum cogunt, incrassantque: contra euaporantia & meatuum externorum angustiam amplificant, & crassum humorem attenuando corrigunt, & dissolutioni parant. Itaque his constat, mox à repulsione permiscenda esse resolutoria pharmaca, nec plurimum esse in eis immorandum. Nam ob id adduximus huiusmodi Galeni sententiam. Cæterum elegantiori adhuc sententia id ampliùs confirmat Galenus *lib.6. pharm. loc. cap.3.* Inquit enim: *Vna verò alia mistura, ex diuersi generis pharmacis, ex huiusmodi ratiocinatione capit: raro quidem inuenerit quis affectionem, aut discussoriis tantum aut repulsoriis*

D *indigentem, parua etenim & affectionis nomine vix à medicis dignata confestim sedantur: vbi vero generatus affectus maiorem habuerit caussam, impossibile est, ipsum per repulsoria perfectè sanare, & maxime, vbi ægri corpus humoribus multis refertum fuerit, aut particula affecta natura debilis: Ob id igitur quidem sæpe cogimur in principio, sæpissima verò paulo post, admiscere quippiam ex discussoriis.* Qua sententia aperte monstrauerit necessitatem admiscendi cum repellentibus discussoria pharmaca, idq; aliquando à principio, semper verò paulo post. Atqui non solum in dictis affectibus, verum & in cancrosis tumoribus à principio: Docet ergo simul repellere & discutere. Qua quidem doctrina nihil est vulgarius, & in Galeni scriptis frequentius. Sunt tamen, qui ita religiosè mistionem resoluentium obseruent, transacto morbi principio, adaugeantq; crescente, donec solis in statu vtantur, vt nullo accidente, nullaque denuo superueniente necessitate suaderi possint, aliud fieri expedire, à morbi tempore ad id semper sumta morbi indicatione. Quo

E quidem monstratur, ipsos perperam intellexisse Galenum, *lib.14. meth. cap. prop.* qui licet indicationem à tempore non solum receperit, sed & magnifecerit, id tantum ad dignoscendas affectus naturas statumq; efficit: Inter curatrices verò ceu toto genere alienas, non recenset: siquidem curandi à nobis non est prægressa causa, sed præsens corporis affectio: ita nec tempus morbi, sed conditio ad curationis inuentionem examinanda est. Quod si aliquando aliter fecit Galenus, id vulgo cōcedit, quod sine curationis peccato potest, eo quod intercessio agnitionis ad curationem facit. Sic in principio inflammationum, quoniam iudicatur ex eo tempore fluxus vehementia, intelligitur repellentium occasio, non quidem principij ratione, sed fluxionis: Ea enim si morbo inclinante redeat, repetenda esse repellentia suadet. Quapropter nouisse oportet, sola aut parum mixta in principiis inflammationum repellentia esse adhibenda, quia plurimum fluit, fluxit tamen quam paucissimum, vt ostendit apertis verbis Galenus *libr.13. meth. cap.5.* asserens: *Sane in principio parum est,* F *quod affluxit:* quo fit, vt ratione eius, quod fluit, quod plurimum eo tempore est, sinceriora requirantur repellentia, posthabita indicatione eius, quod fluxit, vt docuit etiam apertissimis verbis Galenus *lib.6. pharm. loc. c.3.* At quo magis morbus augetur, minor est fluxio, aut saltem æqualis; magis verò quod fluxum est. Qua ratione vberius expedit admiscere resoluentia, vt optimè aduertit idem Galenus *lib.6. pharm. loc. c.1.* his verbis: *Quemadmodum enim in principio commoda sunt pharmaca, id quod influit repellentia, sic post principium vsq; ad finem pharmaco opus est ex vtrisq; misto, repellente videlicet, & discutiente facultate prædito. At primo quidem tempore adstringens præcellere oportet, ad finem vero discutiens: interposito vero tempore æquales vtrorumq; partes esse conuenit.* Ac subdit mox: *Quando verò velut induratum quiddam de inflammatione relinquitur, penitus non conuenit adstringens ad discussorium admiscere, nisi prius to-* G *tum corpus sit euacuatum. Atqui neque in principio bonum est discussorium adstringenti admiscere.* Quæ quidem sententia ne dubitationem ingerat, intelligi debet, dum aut fluxio iam penitus cessauerit, siquidem repellentia ex toto aufert, aut dum resoluentia in principio tollit in affectu, in quo parum adhuc fluxit, cuius nulla prouidentia sit necessaria. Itaq; omnis hæc mensura est iuxta fluxionis aut fluxi humoris indigentiam. Quod si crassior aliquando videatur, quæ fluxit materia, etiamsi adhuc fluxio perseueret, repellentibus in af- A 231 fecta parte haud tutum est vti, sed solum discussoriis: Verùm quia hæc sæpe maiorem solent excitare fluxionem, paulo supra partem repellentia iubet Galenus *lib. art. med. c.85.* adhibere his verbis: *In quo casu* (loquebatur de vsu scarificationis & resoluentium medicamentorum) *tunc ad id veniendum esse, tempus suadet, vt hoc ipsum, quod reliquum est, per patientem locum euacuemus, imponendo supra paulo distantem à parte affecta, ea quæ fluentem humorem repellendi vim habeant, quæ vulgus medicorum defensiua appellat.* Verùm quia frequenter contingit in fluxionibus à principio aliquid notatu dignum subito fluxisse: & in statu etiam (in quo tenetur nihil fluere) præ dolore & calore nonnihil adhuc confluit, iure optimo dixit Galenus *lib.6. phar. Raro equidem inuenietur quis affectionem, aut discussoriis tantum, aut repulsoriis indigentem.* Itaq; vniuersa rei ratio dependet, vt sæpe diximus, à fluxionis modo. Qua ratione, vt quis exactè teneat, quando & quousque sit repellendum, fluxionis durationem attento animo exquirat: Nam hæc est, quæ metitur B

Repellentia mixta aut sola, quando adhibenda.

Repellendi occasio a fluxionis modo pendet.

repellentium adhibitionem & durationem. Ceterùm non solum hac ratione repellentibus admiscentur resoluentia, & tenuium partium medicamenta, sed etiam penetrandi ac roborandi aliquod internum viscus gratia. Hoc quidem vtitur Galenus *lib. 11. meth. cap. 15.* consilio in hepatis phlegmone. Inquit enim: *Quippe vbi id phlegmone laborat, quæ extrinsecus applicantur, ea esse mixta facultatis debere, postulat, idq; non in generatione phlegmones modo (est enim id omnium phlegmonarum commune, quando, etiamsi [illegible] repellentibus tantum illo tempore vtatur, non peccet) sed etiam tum vbi, vt instat amplius quicquam, nec repelli, quod in laborante particula continetur, possit.* Qua sententia considerare oportet, miscere hæc auxilia duplici ratione conuenire. *Prima*, vt vi tenuium & calidorum medicamentorum adstringentia intus deuehantur, repulsionemq; moliantur. *Secunda* verò, vt resoluentia vi adstringentium intus pellantur, ad moliendam discussionem, quæ citra huius visceris noxam fieri nequit, nisi discutientibus adstringentia admisceantur, quæ partem ipsam roborent ac firment. Docuit etiam hoc curandi genus idem auctor *lib. 4. phar. gen. c. 5.* his verbis: *Omnia igitur adstringentia contrahunt, ac densant meatus: ad hæc vinciunt, ac continent partium sibi inuicem cohærentium substantiam, atq; minus magisq; hoc pro adstrictionis quantitate efficiunt. Ceterum adstringendo ac densando summa corporis quod adstringitur, vertus illorum excluditur, & in altum ire prohibetur.* Ob quam rationem pulcre nonnulli medicorum huiusmodi pharmacis alia subtilium partium & acri potestate prædita, indere cogitauerunt, à quibus veluti ductæ adstringentium vires in profundum corpus penetrarent. Quas quidem facultates simul coniunctas cum in cupressi reperisset Galenus *lib. 7. sim. & lib. 13. meth. c. 18.* plurimum extollit ad prædictos vsus. Miscentur etiam adstringentia his, quæ maligna & ægre curabilia vlcera curãt, vt nihil influat, quod sanationẽ remoretur, vt manifeste docuerat Gal. *lib. 2. phar. gen. c. 2.* sicuti ẽt his, quæ iam ad cicatricem veniunt, vt pressius cogant carnem, quod idem auctor *lib. 1. phar. gen. c. 12.* aperte docet.

*Repellentibus qua ratione resoluentia miscentur.*

C

*Adstringentia quibus miscentur.*

D Est etiam aliud interea, quibus hoc caput completur, maxime necessarium ac notatu dignum, nimirum quasdam esse affectiones, quasdamvè particulas, quæ omnino huius auxilij naturam & efficaciam sustinere nequeunt. Alias verò, quæ certo quodam modo ac quibusdam conditionibus mẽsum, ac moderatum sibi expostulant. Quæ verò renuunt; Primò sunt, quando materia est crassa, & repulsioni inobediens à repellentium lege excipitur. Quapropter in statu raro eis licet vti, vt apertis verbis Gal. *lib. 13. meth. cap. 6 & 15.* dixit: Nam postquam dixerat in statu humorem esse crassiorem & vehemẽter impactum, quo tempore inquit, haud satis esse adstringentia medicamenta, subdit: *Tunc igitur, qua à phlegmone sanatur, vna duntaxat agendorum est, indicatio*; hanc Græci *diaphoresin* vocant, Latini *digestionem*. Secundò, nec minùs admittunt, si locus affectus incapax est fluxionis magnitudinis, vt pollex & talus. Fit enim

*Repellentia medicamenta quæ respuant aut moderent affectus.*

*Repellentia qui renuant affectus.*

*Diaphoresis.*

E sæpe talibus rebellis materiæ reditus ad viscera hisque lethalis etiam sua sponte, multò magis si accedunt repellentia. Id etiam formidandum est, si ad vile membrum colluuies humorum decumbit, ad cutẽ, & ad adenes, è quibus semper suspecta est remigratio ad nobiliora. Item si defluxio critica sit. Præterea quando affectus locus expurgatorium est membri principis, aut principi vicinum, vnde periculosi ichores siccantur. Monendus tamen mihi hac in parte lector est, ne indistinctè omnes affect⁹, qui in emunctoriis prodeant, à repellentium gratia secludat. Namq; Gal. *lib. de part. fac. c. 23. & lib. de part. fac. c. 23.* intrepide repellentibus in parotidibus vtitur; non tamen in omnibus. Inquit namque: *Quæ enim à sola destillatione seu defluxu materia proueniunt, neque multa existente, quæ influit materia, neque venenosa; neque toto denique corpore plethorico, sola spongia ex posca [illegible] sanantur.* Quibus constat, quando in his vtendũ sit repellentibus, quando verò secus. Præterea si plenũ corpus est, siue vtilitate iẽratur repulsio, quoniam plenũ corpus nil amplius admittit. Rursus, ẽtsi vacuatio antecedat, periculosè adhibẽtur in defluxu vel pestilẽti vel praua infecto qualitate, vt carbo. Nec verò male addidit Auicẽ. *fen. 22. 3. c. 7.* in validissimo fluẽtis materiæ impetu frigorifica imposita sistere fluxionem, & vim illius cohibere nõ posse, esseque multò tutius vtiliusq; consilium, leniente remedio doloris fluxionem mouentis magnitudinem obtundere & extenuare, non humorem compingere, & durum vacuationiq; renitentem reddere. Præterea profundus locus repellentium vsum detrectat, *vt ex Gal. lib. 10 phar. loc. de hisc. & lib. 13 meth. constat aperte.* Qua enim de caussa extuma pars inflammata repellentis auxilio inanitur: eadem si penitior est, ab eodem repletur: Dum enim contrahitur superficies, & intro pellit in ima: inflammataq; parte, copia humoris colligitur. Ceterum id ex partis commoditate vtile efficitur. Namq; inflammato cerebro, cum vtilitate imponuntur syncipiti momenta oeo adiecto aceto sub triplo, sub quadruplovè, quoniam locus non valde ab imposito secedit remedio.

*Admonitio.*

F

G At si spiritalis venter afficitur, Gal. *libr. 13. meth. & lib. de cons. art. med. cap. 17.* nonnunquam dissuadet, quandoq; timide concedit. Inquit enim: *Ita verò fit vbi adstringente opus fuerit medicamine, situs egentis loci spectandus est. Nam si quod adstringit pertingere ad ipsum sufficiat, nihil prohibet, quo minus eo vtaris. Sin idoneum non sit, considerandum, num humiditate simus ex antepositis partibus acturi in affectum.* Quamobrẽ aut adstringenti medicamento admiscenda vis est, quæ dux veluti viæ sit, aut eo non vtendum. Videturque eo moderamine procedendum in pulmone affecto, siue pulmonia, siue hæmoptoisi, sæpe egregiè læserunt externa repellentia: Quoniam ob interualli magnitudinem pressus à thorace sanguis pulmonis plenitudinem adauget: sin thorax ipse, pleura, musculivè, parcius vtendum esse ait. Et si inflammatione tenetur, præstat abstinere, etiamsi Mesues capite de *Pleuritide* in primo confestim initio breui tempore laudauerit; cum hoc tamen tunus omittuntur. Et quia periculum est, ne fluxione à pleura auersa, humores ad internas pulmonum cordisque sedes decumbant: & quia adstringentium frigore pleuritidis humor refrigeratus, densatusque plurimum percolari, & in asperam arteriam expurgandus penetrare non potest. At in naturali cauitate, in qua, licet Galenus commendet adstringentium vsum propter penetrationis promptitudinem; in tenuibus tamen propter interpositam corporum molem, non est subinde certa. In ventre etiã,

A 233

*Repellentia qui affectus moderentur.*

neque

B neque admodum tuta, ne forte huiusmodi medicamenta ex intimis ijs locis ad intestina humorum colluuiem. Ceterum & in spiritualibus & in naturalibus membris acerbi modus tanto magis moderandus est, quanto cedit thorax ex dimidio osseus: & venter ex toto carneus, toti offeæ aluatiæ, vt quod illic sub quadruplo, hic octuplum iustè admoueatur. Supersunt quidem artuum iuncturæ, in quibus hoc modo repellendum esse, etiam docet Galenus *lib. 3 method. cap. 13.* Namque inquit: *Nam in particulis, quæ circa artus sunt, sat fuerit etiam spongiam, vel ex frigida aqua, cui paululum aceti sit commixtum, vel aqua sola madentem imponere, sicut etiam ex vino aliquo austero.* Iteitem Rasius aliquando considerans loci angustiam, suadet nonnunquam repellendum. Reliqui post vacuatum corpus admittunt, in iis, quos ante iam retulimos, ex Galeni *sen. 12. 3. sex. 1. 4. 7* mente non conuenire, Auicenna verò non multò aliter, vel debile concedit.

Repellentiũ particularis materia qualis.

In memoriam reuocare hoc loco rationi consonum videtur id, quod Galenus aperte docet aduersus commune medicorum errorum, in repel-
C lentium adhibitione. Inquit enim: *Quidam verò medici communi quadam falsa ratiocinatione utentes inflammata lædunt. Quare eam semel perpensa, de cetero vitare oportet. Existimant enim, si adstringentia solum id, quod influit repellendo, inflammatis prosunt, atque aliquando etiam quid ex contento circa inflammatam partem ad venas membrum ipsum nutrientes exprimendo, verisimile ob id esse, id quod amplius adstringit, amplius prodesse.* Qua etiam ratione Galenus *lib. 13 meth. cap. 11.* meritò consulit, non sat esse vniuersalia nouisse, nisi quis etiam in particularibus se exerceat. Nam *neq; absolute quidem, si adstringere* (inquit) *incipientem phlegmonem est opus, quodlibet adstringens indistincte adhibemus sed inspecta prius partis natura ac dignitate: peculiarem cuique materiam adhibere oportet.*

Repellentia ab auribus

Ab auribus quidem repellimus, *vt Galenus libr. 3. pharm. loc. cor. stat*, his, quæ modicè adstringunt & refrigerant, licet alterius generis medicamenta validiora sustineant, vt *rosaceo cum aceto, oleo dulci, lacte muliebri calido ex fœmina, candido etiam oui, ferD uentes item inflammationes*, & repellit, & mitigat *rosaceum cum albu ula muris, aut polygoni, vel portulaca seu*

ab oculis.

*ramentorum cucurbita succo.* Oculi verò, dum fluxione tentantur, peculiarem sibi habent repellentium materiam, vt apertis verbis Galenus *libr. 4. phar. loc. c. 1.* monstrat. *Est*, inquit, *aliud genus pharmacorum, quod in oculares compositiones iniicitur, eorum videlicet, quæ natura adstringunt. Quæ igitur mediocriter hanc vim habent, influxiones repellunt. Quæ verò valenter ampliorem dolorem infligunt, tunicas exasperando, quam inientis fluxionis impetum repellendo. Ratio huius est, quia quæ plurimum adstringunt, plurimum mutant membri lenitatem & naturam: nam asperitas longè à natura oculorum distat.* Præterea idē auctor *lib. 4. phar. loc. c. 4.* præcipit, ea debere esse mordacitatis experria, qualia ex metallicis fere omnib. locis aut aliter præparatis, componi refert. Renuit enim oculorũ substantia aspera plurimumq; adstringentia medicamenta, ac leni constant substantia, atq; vt talia reddantur, si quando contraria esse contigerit, lenioribus liquoribus admiscere docet. Consulit etiam Hippocrates *lib. de vsu hum.* mediocriter ad-

Repellentia ab oculis qualia esse debeant, & quæ.

E stringentia commoda oculis existere. Inquit enim: *Vbi modica potabili in spongia vtaris, optimum*

*oculis est.* Explicat quidem Galenus *lib. 4. pharm. loc. & lib. 13. meth.* his verbis: *sunt vero huius modi folia rosarum & flores & saccum, ericaque fructus & nardi spica, amplius que & malabathri folium, & crocus & lycium, & quæ hypocistis appellatur.* Porro inquit: *Vehementiorem his adstringendi vim acacia habet, & omphacium, quæ & ipsa in succorum genere numerantur.* Idem *balaustium & cytinus, & galla omphacitidis, ex genere eorum sunt, quæ multum adstringunt*, quibus, vt mitiora fiant, alibi addit aliquem ex *tribus connumeratis eo loco liquoribus*: quorum primus *fœnugræci* est decoctum, alter *lac*, tertius *tenax suarum liquor*. Alia etiam multa eo loco recenset, quæ consulto prætereo, quia non est mihi in animo, nisi in tantum naturam materiæ, quam quæuis pars exposcit, docere. Gingiuæ ac dentes dum etiam fluxione aut inflammatione dolent, diuersa expostulant medicamenta. Nam dentes repellentia sustinent acerrima, vt Galenus *libr. 5. pharm. loc. cap. 9.* aperte

Repellentia à gingiuis ac dentibus.

F docet, inquit namque: *Vehementissimis igitur opus est medicamentis, siue quis repellere, siue discutere velit doloris caussam, siue humor sit, siue flatus ventosus*: Et propterea sane pleraque ipsorum ex acerrimo aceto præparantur. Sic equidem *galla, pinguis tæda, myrrhus*, & huius census pleraque aceto feruefacta plurimum prosunt. At gingiuarum inflammationes ea medicamenta iure expostulant, quæ citra molestiam & asperitatem repellunt: sicuti & eas, quæ in quauis oris parte suboriuntur. Qua ratione lentiscinum oleum miris laudibus extollit Galenus loco nuper citato. Quem vsum item præstare possunt pleraque ex *lentisco* confecta pharmaca. Præterea medicamenta, quæ oris inflammati gratia conficiuntur, peculiarem sibi vendicant materiam, quam docet Galenus *libr. 6. pharmac. loc. cap. 1.* his verbis: *Alter verò* (loquebatur de scopis) *à particula quæ curatur natura ipsi accepitur: cum sciamus rariorem esse ac molliorem superficiem tunicæ oris, non paulo quam est cutis, quæ totum corpus ambit. Qua ratione minus efficacia medicamenta expostulat.* Ac mox subdit: *Inest autem &*

G *aliud quippiam, atque id duplex, quod non adest ipsi cuti: Insuauitatem enim medicamenti orum quæ adhibentur, sentiunt: & duos meatus subiacentes habent, per quos in ventrem & pulmonem defluere quippiam ex stomatichis pharmacis potest.* Quorum ratione fortibus medicamentis, & quæ venenosam qualitatem habeant, non conuenit vti, nisi magna necessi- A 234 tas vrgeat, quale *atramentum sutorium* est, & huius census alia: quod quidem præceptum commune esse oportet in omnibus oris affectibus. Qua ratione mirabile illud medicamentum, quod ex *succo morerum*, aut illud, quod ex *nucibus*, aut ex *malis punicis* conficitur, tantopere laudauit Galenus. Itaque in huiusmodi medicamentis gustus suauitas omni ingenio exquirenda est: At si his medicamentis, quæ mox retulimus, vt *vuæ acerbæ succum*, aut *rosarum florem*, aut ipsas *rosas siccas, balaustiam, cytinos*, & *malicorium, gallam omphacitidem*, & alia his similia, sicuti *pini corticem*, & *thus*, & *lentisci succum*, quoduis eligere potes: præterea ea, quæ *corrumpentem* habent facultatem, quam *venenosam* vocant, & lethalium quædam species existit: Nam, quæ diximus, tuto deuorantur, si aut præter ægri voluntatem aliquando fluant, aut id necessitas expostulet. Sed præstat succis horum simplicium vti potius, quam medicamentis ex eis con-

Suauitas gustus in repellentibus gingiuarum exquirenda.

Repellentia quæ deuoranda debent, qualia esse tenentur.

fectis, dum aliquid dulce sit aut suaue admistum: præsertim in ijs corporibus, quæ medicamenta nis qualitates ægre admittunt, semper namque suauitas in huiusmodi præferenda est. In iis verò medicamentis, quæ intus ad repellendum sumuntur, suam etiam Galenus *lib. 13. method. capit. 9.* præbet eligendi rationem. Inquit itaque: *Neque enim absolute, si adstringere incipientem phlegmonem est opus, quodlibet adstringens intus, quæ deuoranda sunt, adhibebimus, sed ea, quibus nulla corruptrix admista vis est.* Nam *chalcanthum* inter præcipua adstringit, sicuti etiam *misy* & *sory*, & *chalcitis* & *diphryges*, & *æs vstum*, & *squama æris* & *flos*: verùm hæc medicamenta noxia deuorata sunt, quocirca stomachicis ea miscere tutum non est. Defluit namque interdum ex his aliquid ad ventriculum, etiamsi Hippocrates eis fuerit vsus in locis, quæ nos subinde capite *de Adstrictione* attulimus. Sed neque aloem probè miscueris iis medicamentis, quæ phlegmonis alicuius causa, quæ intus consisterit, deuoranda sunt, nisi inclinante aut remisso affectu, quando huic quoq; admixta purgandi quædam est.

Adstringentia non quodvis repellentibus miscendum.

C Denique hac longiuri Galeni sententia apertè monstratur, omnis mordacitatis expertia debere esse, quæ deuorantur ad repellendum pharmaca. Item partes, quæ circa articulos inflammantur, neq; admittunt quodlibet ex repellentibus medicamentis. Inquit namq; Galenus *lib. 13 method. cap. 11.* (vt ex eius mente antea retulimus) *Sed neq; refrigerare inter initia aut adstringere cura laborantis particulæ indicationem, vtilitatis magis quam noxæ sunt caussa. Nam in particulis, quæ circa artus sunt, sat fuerit etiam spongiam, vel ex frigida aqua, cui paululum aceti sit immistum, vel aqua sola madentem, imponere, fiunt etiam ex vino aliquo austero.* Quibus verbis ostendit leuiter, aut nihil in articolorum fluxionibus esse repellendum, siquidem id non patitur artis conditio: Nam ex vehementi adstringentium materia, potius ad inanitatem articulorum repellentibus defluet humor, quam ab ea parte, aut eius exilibus venis quicquam in maiores remeari iterum possit. Cùm hoc tamen paulò distantiùs ab articulo consultissimum est repellentia affigere, quæ velut in itinere comprimant D canales, per quos fluxio defertur: Atque de his satis.

Repellentia deuoranda mordacitatis sint experta.

Repellendum in articulorum fluxionibus non est.

C A P V T X.

De communi resoluentium auxiliorum vsu & indicatione.

SICVTI in vniuersi conseruatione, & naturali præstantia, vnio partium & cónexio principatum obtinet maximum: ita artes & cuncta alia vnione, & connexione, ac suarum partium sequela & debito ordine optime continentur, ac præstantius cuiuslibet penetralia licet adire. Pari etiam prorsus ratione huius nostræ artis & præcepta & auxilia suam obtinent amicitiam & vnionem, ita vt separata ac dispersa citra debitam methodum efficere quicquam probè minimè valeE ant. Est enim inuiolabile medicorum omnium dogma, perpetuum esse, si repellentibus affectio non subsidet, & ex toto quiescit, mox sequi debere ea auxilia, quæ à medicis *resoluentia*, siue *discussoria* appellantur. Nam eo ordine docet ars nostra optima methodo, quid sit agendum: & instrumen à ipsa medica probè c... sequuntur intentum finem. Esse id opus necessarium post repulsionem, aperte monstrat Galenus *lib. artis medic.* 85. his verbis: *Necessum igitur est, vt aut superfluitas retrocedens* (loquebatur quidem de humorum affluxu ad aliquam partem) *euacuetur, aut per ipsam patientem particulam: Retrocedet autem vel impulsa, vel attracta, vel transmissa, vel horum vno aliquo modorum, vel omnibus.* Per locum verò patientem euacuabitur partim quidem manifestè & sensibiliter; partim verò in vaporem resoluta. Deniq; insolubili nexu cohærent præcedens per repellentia vacuandi ratio, & quæ hoc capite (*quæ per discussoria fit*) intenditur. Qua ratione hoc loco resoluentium au- F xiliorum tractatio sese vfert.

Resoluentium tractatio qua ratione se hic offerat.

Ceterum, quia omnia discussoria pharmaca calida esse in fine illius capitis docet Galenus, & hæc eadem, & alia, quæ eiusdem sunt qualitatis, idem videntur præstare opus: necessum est, antea docere, quibus modis suas actiones in nostris corporibus moliatur calor, (*ne quis intrepide & citra auxiliarem distinctionem eo vtatur*) vt facilè intelligi possit, quæ sint, quæ verè resoluentia dici mereantur, & quanam ratione ab aliis calorificis auxiliis dissideant. Ante tamen lectorem monitum velim (*licet plura sint, quæ resolutionem moliuntur auxilia. vt frictiones, balnea, & huius generis pleraq;*) nobis tantum in animo esse, de iis, quæ verè discutientia, & particulari quadam dote talia appellantur, disserere, tam de iis, quæ intus sumuntur, quam de ijs, quæ extra adhibentur.

Resoluentia cuius sint naturæ.

Resoluentia plura.

Calor itaq; prima sui ratione, quę crassa sunt, tenuat, ac si liquida fuerint, in vaporem tenuando versa exhalat, interdum intra corpus, & fiunt è pituita aquosa *flatus, inflationes, palpitationes*, & ceteri affectus similes: Interdum verò foras, vacuantur- G que halitu vel insensili, vel sensili, cum sudore. Si verò sicca fuerunt crassa illa, quæ tenuantur, aut etiam humida, sed minùs exhalantia, tenuioris substantiæ euadunt omnia, *vt ex Gal. lib 3. simp. 19. aperte videtur constare*, ex austeris acida, ex acidis dulcia tenuiora, ex dulcibus salsa tenuiora, & ex salsis amara adhuc tenuiora euadunt: si ex vino acetum, ex lacte coagulum, ex massa fermentum, *vt Gal. lib. 9. sim. in fin. etiam probat*, facile fit. Con- A 235 stat etiam ex eodem auctore psoricum putre quadraginta dierum spatio sub fimo fieri tenuius. Calidum item fundit & liquat à frigido concreta. Rursus eadem fundendo mollit. Sic etiam fundendo, & liquidiora, ad motumque promtiora reddendo excrementa obstructa liberat, nisi præ copia aut lentore in via hæreant. Fluxiones etiam aut excitat, aut geminat, ob idque catarrhi fiunt, & in diæta quoque hypochondria calorifica admoueri, & balneum in febribus, non probè vacuato corpore, prohibet Gal. *lib. 1. de diff. febr. c. vlt.* Ob id item in magnis fluxionibus corpore multum pleno purgationes vereor, ne purgantium medicamentorum (*quæ omnia sunt potestate calida*) calore liquatum, tenuatumq;, excrementum largius in partem affluat: idem calor fusa tenuataq; si diutius exercet, digerendo, aut aliter vacuando, tandem siccat: quod ostendunt liquores, vt *gummi* & *resinæ omnes*, ob quam rationem purgantia exsiccant, sicuti biliosa corpora sunt sicca. B Rarefacit eadé ratione poros ac meatus omnes,

Calor quibus modis suas actiones in corpore moliatur.

capaci-

capacitates, & ora ipsi tàm valuitur, quàm alia rum cauitatum aperit. Calidum autem huc fortas, si admotum est: intrò, si sumptum est. Inuocat materiam à se tenuatam, per meatus etiam à se apertos, quapropter admodum resoluit & digerit. Quo fit, vt etiam dolores à materia factos sedet, & cum hoc materiam, vbi adest, euocet: sic muliebria aromatum suffitus educit, qua ratione sæpe fluxionis est causa, plus æquo trahendo. Verùm *vt ex Gal. lib. 6. Aph. 31. lib. 11. meth.* & calida sumpta non tantùm trahunt, sed etiam protrus propellunt, licet aliquando id ex accidenti fiat, vt quæ flatus dissipant per ructus & crepitus: quæ sudores, vrinas, menses, hæmorrhoidas mouent: quæ fœtus mortuos, & secundas propellunt: id autem præstant, quia meatibus interclusa, dum magno impetu ad dicta loca feruntur, vnà secum propellunt, licet aliis rationibus etiam id moliatur. Calor item ex accidenti refrigerat, vacuata nimirum ex corpore vel parte materia calida, ob id Venus (*vt ex Gal. lib. 3. de san. tuen. constat*) refrigerat & siccat. Sic medicamenta purgantia (*alioqui calida*) refrigerant. item per accidens siccant, resoluta, & in vaporem versa substantia, vel excrementosa, vel partis propria. Idem ostendunt digerentia omnia, exercitatio vehemens, & diutina frictio multa, febres ardentes & acutæ, sicuti & omnis immodica vacuatio. Item. per accidens humectat, fusis tis, quæ à frigido concreuerunt, ustendunt id catharri per febres ac Solis æstus: sic scirrhus concretione durus medioeribus calorificis mollescit, & humescit, nix, grando, glacies, calore quouis humida & liquida fiunt. item, vltimo calor, tàm internus, quàm externus, dum vehementior est, mordet, rodit, rubificat, carnem detenit, vrit, escaram inducit: quod ostendunt herpetes exedentes, carbunculi & caustica carni admota. Hæc sunt (vt interim subticeam natiui caloris actiones) opera, quæ calor in nostris corporibus molitur, vt toto animo quis expendat, quàm rum præstet ad amussim vim & naturam calorifici cuiusuis auxilii exsequi. Siquidem idemmet calor leui quadam differentia tam varia tamque multa perficit opera, quibus constat, manis facessere negotium resoluendi munus, quam repellendi: siquidem aut longè diuersa, aut ex toto contraria ex in dextera resoluentium adhibitione succrescunt accidentia, licet hoc nobis solatium scriptis mandarit Galenus *lib. 7. method. 45.* nimirum digerendi tempus ita latum esse, vt, etiamsi velis, non aberres.

Est igitur Discutientium natura ex genere calfacientium, quod mille in locis Gal. testatur. Cæterùm ea, quæ omnes affectus in vniuersum discutiunt, debere esse tertio ordine calida & sicca apertè monstrat. Quorum efficaciam referens inquit *lib. 9. simp. à de paronychia. Virtus est itaque partium & exsiccatoria mersis vacans. Talia enim sint oportet, quæ paronychias sanant: porrò satis constat, tale esse id omnium ad digerendos affectus omnes, qui digeri possunt, talia tamen sunt, quæ tum ex tertio sint ordine calfacientium & exsiccantium præter hoc efficatia insuper subtilia sunt.* Ex quibus apertè colligitur, qualia in genere debeant esse, quæ verè dissoluentia dici mententur, quod etiam testimonia eiusdem probari amplius potest; nam loquens de digerentibus ad differentiam coquentium, inquit *lib. 5. simp. 9. Qui multo etiam magis ab his, quæ diximus, & excalfacere & siccare possunt* Idem alibi etiam *lib. 3. simp.* dicens: *Quæ autem penitus tenuia calidaq; sunt, magis digerunt, dissipantque humores ex corporibus, quibus admouentur, quam alios ipsi apponant.* Quod de Castoreo verba faciens lib. 3. *simp.* 11. apertè ita oratione probat & latius adhuc alibi, nempe lib. 3. *hat. loc.* 3 inquit: *Discutiunt autem calida & sicca facultate prædita.* Cum hæc tamen valde dissident discussoria pharmaca ab his, quæ trahendi vires obtinent, etiamsi vtraque calida sint. Nam eius sunt trahentia naturæ, quæ humorum superfluitates ex profundo in cutim extimam potest trahere; discussoria verò ea constant tempere, quæ attractum potest sua sponte in solitum conuertere, licet nonnihil attrahere possent, itaq; vt in vnoquoq; vis altera superat, ita genere distincta sunt.

Atqui licet tertio ordine calida & sicca discussoria medicamenta esse, fateatur Galenus, id tamen subintelligi debet in genere, & ea, quæ omnes tumores digerere valent. Cæterum, quia neque omnia corpora, aut corporis partes, neque omnes affectus huius gradus medicamenta queunt sustinere, ideo ea diuersæ efficaciæ pro harum rerum diuersitate constituere oportet. Quod Galenus animaduertens summmet sententiam moderatur, & de scirrhosis tumoribus verba faciens *lib. 5. simplic. 8.* inquit: *Quæ vero à lento crassoq; humore congelato indurata sunt, calida possunt, siccaq; medicamenta, sed non tamen, quæ valida sunt, ac violenta, sed sufficit saltem, vt secundi aut tertii ordinis sint calfacientium, primi exsiccantium Porrò cùm non exigua sit, in corporibus sic induratis materiæ minorisq; latitudo, necesse vtiq; est, medicamentorum illa medentium non paruam esse latitudinem.* Qua quidem sententia constat, non esse varius generis hæc medicamenta, quæ Galenus optima ductus ratione in duo capita diduxit. Primum namque continet in hoc genere leuiora omnia, quæ *areotica* nuncupantur: aliud verò fortiora, quæ Medici appellant *diaphoretica*: inter quæ non parua est maioris minorisque efficaciæ differentia. Cuius etiam meminit Galenus *lib. 5. simp. c.* 4. nam eadem lege diuidens huiusmodi pharmaca, inquit: *Quæ verò excalfaciunt, dum relaxant in calfacientibus corporibus humorem in vapores dissoluunt: quæ autem deficiant, velut quæ vocantur diaphoretica. hoc est, per halitum digerentia, & ipsa dupliciter ratione, aut humoris exhibentia eam portu quibusdam insunt, aut totam alterantia partem.* Quibus constat in genere, hæc tantum duo esse, quorum aliqua speciatim annumerare est vtile. Sic ex his, quæ leniter digerunt, sunt *chamæmalum, melilotum, fænugræcum, semen lini, adiantum, anethum, althea, farina tritici, lupinorum, vinum, aqua calida, lana sordida, butyrum, oleum dulce calens.* Paulò verò valentiùs discutiunt *abrotanum, brassica, mercurialis, daucus, veteres medulla & adipes, & oleum vetus, absynthium, polium, centaurium, aristolochia, gentiana, vrtica, hyssopus & similia.* Paulò autem valentiùs *rutha, vin. asphodeli radix, bryonia radix, radix cucumeris agrestis, galbanum, bdellium, ammon. um, piper, styrax, sulphur, terebynthina, stercus omne, oleum è antiquis rancidum, hyoscium, raphanum, sinapium, melanthium, terebynthi nea, hypericon, lixiuium.* Ex quibus non pro libito quisque vti potest, sed pro indigentiæ ratione ea eligens, quæ affectus aut locus sibi iure postulauerint.

Venus refrigerat & siccat.

Resoluentia pharmaca ex genere calfacientium sunt.

Resoluentia quæ ordine sint calida.

Discussoria & trahentia pharmaca quid differant.

Resoluentia dupliciter.

Areotica.

Diaphoretica.

Resoluentia lenta qualia sint.

Resoluentia lenia, quib. affectibus proficua, quibusque actia.

Cæterùm, quæ lenia sunt, desiderat tumor in corporis superficie expositus, materia calida, humida, & tenuis locus affectus, natura mollis, & contextura rarus. Hæc namque facile ex humore vaporem gignunt qui subinde promptè exspirat, eo quod ex talibus pleraque nostro calori sinitima sunt, aut calorum iuventa & humido tempori commista: quo fit, vt minimè noceant, dolorem leniant, cutem laxent, spiramenta corporis rarefaciant, penetrentque, & humorem etiam liquefaciant. Quæ verò acrius discutiunt, qualia, quæ secundo aut tertio ordine continentur: vt longè nostrum calorem superant, ita affectus perfanant in alto corpore sitos, densa crassaque cute obtectos, & largo anfractuosoque itinere distantes, C es frigido, crasso, glutinosoque humore obortos, quibus vi maiori opus est. Considerare namque oportet, non quale sit medicamentum, sed quale sit futurum, dum ad partem peruenerit. Qua ratione acribus etiam liberè vtimur: nam pars exterior, cui adhibentur, facilè sustinet, & internus, aut grauis affectus iure optimo id expostulat.

Resoluentia quando in affectibus adhibenda.

Atqui non sat est, nouisse huius auxilii naturam & vim, ni exactè vsum noueris, ac vtendi tempus, tandem rationem, ubi quam ea diuerso modo parato liceat vti. Præstat itaque hoc mirabile & efficacissimũ auxilium in cuiusuis affectus reliquiis consumendis dissipandisque radicitus. Quos in præsentia placet partiri in affectus Vniuersales & Particulares, Internos aut Externos. Interim verò affectus, quorum primo meminisse placet, hoc vnum habent commune, modo vniuersales sint febres, & malus corporis habitus, modo particulares, vt inflammatio, aut quæuis alia ad particulam defluxio: vt semper in absumendis, quæ post maiores vacuationes, & generosa alia auxilia supersunt reliquiis, calorificis expultilent iuuari præsidiis. Dissident tamen & D caussæ & affectus ipsius ratione, nam in caussis & affectibus calidis res tantùm perficienda est, aut nostro calori similimis auxiliis, aut iis, quæ relictam distemperiem compescendo nostrum calorem iuuant. Qui postea sua sponte reliquias conterit, præsertim in his affectibus, quos solus calor natiuus superauit, ac natura ipsa citra artis adminiculum vacuatione finiuit. Quos equidem præter id, quod acutos fuisse constat, iterum calidis medicamentis aut alimentis irritare, haud ita est tutum. Secutius tamen mihi videtur, *haustum calida aqua præbere*, quæ & acrimoniam attemperet, & suo etiam tepore reliquias absumat, præsertim dum aliquod symptoma earum ratione corpus premit. Frequentius tamen id fieri contingit frigidis auxiliis temperata, quæ superfuit distemperie, & calore vegetiori facto. Nam hac ratione absumitur ex accidenti humoris id, quod post indicationes & euacuationes artis factas, re- E liquisse constat. Quod præsertim est obseruandum in calidis naturis ac regionibus. Quem vsum præstant pleraque ea iis, quæ modicè sunt frigida: quorum census sunt *conserue*, quas *cordiales* appellant, *vt acetosæ, cucurbitæ condita, & lactuca, & cerasa acria saccharo condita, aquæ & decoctiones refrigerantes, vt acetosa, borraginis, buglossi, hordei, & ptysana ipsa.* Atq; licet hoc prosperè successisse compertum sit, quia præterquam quod distempe-

Resoluentia reliquiis internorum morborum proficua, & quæ ea sint.

riem corrigant, & ob id calorem natiuum moderantur, ideo et quias humoris facile ex accidente discutiunt: securius tamen mihi videtur, easdem posse absumere pleraque medicamenta ex iis, quæ cum hoc, quod nonnihil refrigerent, aut saltem euidenter non calfaciant, per vrinam aut aluum citra noxam easdem sensim expurgando, absumunt: qualia sunt, *radices cichorij, plantaginis, nenupharis, tamarisci, ribes, semina melonum, cucurbitæ, cucumeris, citruli, cichorij, scariola, portulaca, acetosa,* F *plantaginis*, aut si caliditas non vetuerit (aut adiecto hordeo) *radices petroselini, dauci, fœniculi, asparagi, & huius classis alia.*

Quem vsum etiam præstat aqua, in qua maceretur *absynthij coma*, aut *rhabarbarum* diluatur, *aqua* etiam *lactis*, aut *decoctum violarum cum hordeo & saccharo*: quibus sæpe, quod post indicationes & pleniores purgationes relinquitur (cuius ratione aut affectus iterum redit, aut lentè declinat) faciliùs absumitur: modò in febribus, modò in fluxionibus calidis, aut tumoribus internis id accidat. Præsertim si præcipuum membrorum aliquod laborauerit, cuius gratia nonnihil adstringentium admiscere oportet. In aliis vero affectibus, qui aut diuturniores sunt, aut ex frigidis & crassis concitantur humoribus, longè aliter res sese habet. Nam præmissis, quæ oportet, plenioribus vacuationibus, intrepide, quæ sensibiliter discutiunt eas, quæ supersunt reliquias, adhibere oportet, veluti *in hydrope, paralysi, epilepsia, apoplexia, & abolita memoria, aut quotidianis & admodum mix-* G *tis & diuturnis febribus.* At quia huiusmodi affectus plures expostulant vacuationes, vtpote qui ex crassa & tenaci materia suboriuntur, quæ semel coqui aut purgari nequit. Ideo inter vnam & aliam vacuationem his oportet vti auxiliis, quæ & materiam attenuent, & eius nonnihil discutiant, & quod reliquum est, ad coctionem simul præparent. Cuius gratia eis admiscere oportet, quæ aduersus materiæ naturam pugnent: nam frigida crassaq; materia, incidenti auxilio simul cum discussiuo attemperanda est: molliendaque quoque, vbi durior concreuit, vt sine periculo discutias, alioquin distillabit tenue, lapidescet, quod A crassius est. Sunt vero, quæ discussionem efficiunt in huiusmodi internis passionibus, *radices peoniæ, iridis, gentianæ, galangæ, calami aromatici, cyperi, pimpinella, angelica, zedoaria, costi, zinziberis, ipsorum etiam caules.* Item, *spica nardi, schœnanthon, mentha, saluia, hyssopus, maiorana, gariophylli, melissa, ocimum, nux muscata, fructus iuniperi, cinnamomum, lignum aloes, lignum sanctum, sparthaparella*, & alia pleraque, quæ breuitatis studio prætermitto. Ex compositis etiam, *diaphrasium, diamoson, diamoscum, diacalamenthum, diagalanga, dialacca, theriaca, mythridatum, aurea Alexandrina, Athanasia, conserua acori, trochisci, è gallia muscata, è rhabarbaro, ex eupatorio, ex lacca, ex absynthio, & ligno aloes.* Quibus admixto medicamento, pro humoris natura facile est reliquias, quæ vim medicamenti purgantis subterfugerunt, absumere (*præterquam quod ex his multa sunt, quæ etiam particulam affectam respiciunt*) dum præmissis purgationibus leuioribus primo vtamur, deinde efficacioribus, ne nobis vsu veniat, quod plus iusto calidioribus amplius, quàm par B est, tenuata fusaq; materia, maioris mali caussa simus, vt de theriaca in quartanis Galenus refert.

237 Discussentia interna simplicia.

Composita.

Nota

SVPAR-

*Resoluentia externis affectibus proficua, quot differentias & considerationes obtineant.*

SVPEREST nunc de externis affectibus disserere, ac de eis, qui per externa potius, quam per interna curantur auxilia, licet omnibus (*si quis recta vtatur curandi methodo*) iure optimo præire debeant magna & vniuersalia, quæ Medici appellant auxilia. Quorum affectuum tempus, seu resoluendi occasionem *primò* nosse oportet. *Secundò*, differentiam discutientium, quæ ex diuersitate affectus aut humoris ipsum procreantis desumi debet. *Tertio* vero, quid loci conditio expostulet. Circa primum haud ita facile est intelligere, & ex auctorum sententiis depromere, præfinitum circumscriptumque tempus discussioni affectuum, præsertim dum complicatus est fluxioni affectus. Nam huiusmodi discutiendi occasionem monstrare nitimur, quod vnica mirabilique sententia ostendit Galenus *lib. artis medic.* 85. in C hunc modum: *Si igitur hac via* (loquebatur de repulsione) *superfluum omne retrocesserit, bene se res habet. At si aliquid fuerit in parte retentum, considerandum erit, id lentum ac crassum existere, atque ea ratione iam coactum, atque adstrictum, vt cum difficultate solui possit, fieri autem potest, etiamsi eius natura non sit, vt ad spatia, quæ in medio, sit diffusum.* In quo casu *tunc ad id vacuandum esse tempus suadet, vt hoc ipsum, quod reliquum est, per patientem locum euacuemus, imponendo supraiacentibus partibus ea, quæ influentem humorem vim habeant reprimendi. Maxime verò euacuabis, si in spatiis intermediis coniectura assequaris, & scarificationum auxilio & medicamentorum, quæ vim habeant digerendi.*

*Discussoria qui affectus exposcant.*

Ex qua sententia colligitur, eos affectus exposcere discutientia auxilia, quibus vniuersales vacuationes ex toto non profuere: aut si cum fluxione sint, repellentia auxilia non sufficiunt vniuersam materiam propellere. Deniq; vbi quid D superest, quod aut præcedentibus auxiliis non tollitur, aut ea non sustinet, neque exposcit effectus, id citra dubitationem discussoria auxilia expostulat.

*Resoluentia quo tempore & quando adhibenda.*

Cæterùm, quo tempore id sit agendum, non satis adhuc constat: etiamsi Galenus *lib. 7. method.* 6. hæc referat verba: *Digerendi certè tempus adeò latè patet, vt etiamsi velis, in eo non aberres*: huius namque rei difficultatem ostendit quoque amicis consulens, ne intrepidè hoc auxilij genere, vt Thessali sectatores vtantur: inquit enim *lib. 1. pharm. loc.* 4. *Deduxisse quidem, non semper ob calorem immodicum, vt quidam arbitrantur, corporis particulas fluxionibus laborare, sed hoc quidem ipsis raro accidere: ab imbecillitate verò earum id genus vitij progigni: quæ vt plurimum ex intemperie frigida proficiscitur. Itaq; si humectet eas quispiam, calfaciatq; medicamentis lauantibus, dissoluta prorsus & infirma fiunt.* Et pauló inferiùs subdit: *Semper tamen vtraq; miscetur & repellendi & discutiendi facultas, nisi quando fluxio prorsus constiterit, &* E *corpus vacuum fuerit: tunc ad digerentem sicut in primis incursibus ad repulsoriam virtutem tuta est accessio.*

*Resoluentia repellentibus viam parant.*

Præter quæ beneficia etiam resoluentia repellentibus viam parant, sicut repellentia mirò pellere discutientia nata sunt, vt *cap. de phrenitide, lib. de medend. morb. inter.* dictum est. Sed clariùs adhuc huius auxilij tempus docet, vbi inquit *lib. 3. simp.* 17. *Nam per initia repellere, comprimereq; influxus oportet, in vigore autem ita per halitum digerere, vt morsus absit.* Etenim indicationes in inflammationum incrementis contrarias esse necesse est: nam simul vnoque impetu ab adstringentibus contrahentibusque substantiam, ad laxantia fundentiaque transire, planè absurdum est: sicut planè æquum est in intermedio principij, statusque spatio, dum videlicet morbi adhuc increscunt, nec planè repellere, sicut in principiis, nec itidem digerere, sicut in vigore: sed perinde, vt morbi conditio media est inter contraria, ita medicinam quoque mediam esse oportet, quæ videlicet non vt in principiis adstringat, neque vt in vigore digerat. F Neque satis adhuc est, hanc temporis distinctionem nouisse, ad rectam auxiliorum occasionem, nisi exactè noueris & occasiones, quibus partes affectæ suscipere cœperunt, & naturam humorum, quos susceperint. Primum egregiè aduertit Galenus *lib. 3. method.* 6. his verbis: *Ad eundem modum* (loquebatur de vsu calfacientium) *si ex frigido dominante distemperies sit oborta: nam tum quoq; calfaciendo non solum intemperantiæ, sed etiam phlegmonæ vna medeberis. Itidem si calor vehementior intemperiem facit, refrigerantibus præsidiis, siquidem intemperantia contraria semper requirit.* Quibus verbis apertè monstratur, adstringendi tempus eo debere esse breuius, quo frigidior fuerit fluxionis caussa, ac per consequens eo magis digerendi moratur occasio, quo & particula calore fuerit intensior. Subdit tamen statim vsum vtriusque auxilij: *Vacuatur autem*, inquit, *quod impletum est, non modo medicamentis his, quæ digerunt, sed etiam, quæ adstringunt, & refrigerant.* Cum hoc etiam pergit, *magnaq; profectò ad incipientes phlegmonas frigidis adstringentibusque, quàm iis, quæ digerunt,* G *est vtendum: atque etiam tum magis, vbi crassum, quod confluit, non est, sed si sanguis in particula, quam phlegmone prehendit, vehementer est impactus, non est amplius repellentibus vtendum, sed tunc digerere est tempestiuum.* Ex quibus constat, quanto, quantumque sit quouis horum agendum. Secundum tamen miro quodam artificio ostendit Galenus *lib. 13. method. cap.* 8. dicens: *Cum enim phlegmone duplici ratione à natura recesserit, & quòd pars ipsa multo sanguine sit referta, & quòd eadem sit calidior: vtique* A 238 *vacuationis indicatione refrigerationis indicationem vincit: contra scilicet quam in erysipelate. In illo namq; refrigerationis indicatio magis vrget, quam vacuationis, quanquam vtriusq; affectus curandi commune caput est influentis humoris vacuatio. Ideoq; postquam refrigeratum erysipelas est, ad ea, quæ digerunt medicamenta conuertimur: in phlegmone igitur tantisper est refrigerandum, quatenus & ad incrementum eius sistendum inhibendumq; est commodum. Etenim cum immoderatus calor dolorem excitet, atq; etiam aliquid ad ægram partem attrahat, vtroque nomine augescere phlegmonem accidit. Ergo quantum refrigerationis phlegmoni ceu calido morbo congruit, tantum certe & incrementum eius inhibere est aptum: idem parem gratiam præstat, & quod repercutit, quod affluit. Quod vero ex eo, quod in laborante membro continetur, quippiam in proximas partes repellit: hoc phlegmonis iam genitæ medela est. Simili modo & quæ excalfaciunt modicè, vtraque interdum ratione prosunt, quoniam & dolorem sedant, & quod contentum in laborante particula est, digerant, quippe dolorem mitigando, augeri* B *phlegmonas vetat, digerendo, quod iam earum conceptum est, sanant.* Ecce quid præstant ad occasionem & quantitatem repellendi, & discutiendi, humoris influentis natura, ac tumoris conditio, sicuti quid, quantumue opetentur auxilia.

Cæte-

Resoluentia externorum affectuum qualia debeant esse.

Cæterum, qualia dictis affectibus debeantur medicamenta, haud difficile est nosse, si quis memor est eius diuisionis, quam superiùs adduximus, quæ comprehendit *artotica* & *diaphoretica* medicamenta. Hoc vnum tamen habent humores & fluxiones omnes á calidis humoribus subortæ, vt gaudeant magis medicamentis, quæ nostro calori sint simillima, calida nimirum modicè & humida, (*quo fit, vt sæpè modice frigida, ex accidenti attemperato nostro calore resolutionem in lenibus affectibus moliantur*,) quam his, quæ vtcunque eundem excedunt, in quibus acrimoniam non esse, perdifficile est, vt optimè Galenus *lib. artis med.* 85. aduertit, his verbis: *Sed quoniam hæc omnia vires calidas habent, eius vero temperatura opus est mordere, quando modum excesserint, cum nulla ex iis sunt vehementissimè calida, ac tunc præsertim, cùm locus patiens inter summa fuerit, neq; enim paruus excitabitur dolor, si præter proprium affectum insuper mordeatur, omnisq; præterea dolor fluxiones mouet. quod igitur mediocrem caliditatem obtinet, in his sensum doloris non innuit, atq; eo amplius omni dolore vacat, si humidum extiterit.* Quibus constat, nostro calori simillima, aut parum intensa debere esse horum affectuum medicamenta. Quod etiam alibi probauerat Galenus *lib. 3. simpl. med.* 12. inquit enim: *In vigore autem vaper balneum digerêre, vt morsio absit.* Rursus ea omnia apertè esse vitanda, consulit idem auctor, *lib. 3. meth.* 8. quæ dolorem vtcunque excitent. Quibus constat, quantum sit in his affectibus cauendum á medicamentis, quæ sensibiliter nostrum calorem excedunt. Quod quidem potius suspicor esse intelligendum de proprio cuiusque corporis affecti calore, quàm de medio & temperato. Nam licet is ad multa sit vtilis, vtilior longè est cuiusque calor ad propria corporis munia exercenda, aut vitia propulsanda. Nec censeri debent ob id, quod nostro calori simillima sint, hæc medicamenta *suppuratoria* fieri: namque hæc non seruant humiditatem partis aut humoris resoluendi, vt pus mouentia, sed leuiter & sensim eam depascunt. præterquam quod hæc etiam poros non occludunt, vt quæ pus mouent, sed potiùs reserant, & ideo à pus mouentibus dissident. Quamobrem pinguia á calidis affectibus arcet his verbis Hippocrates libro de Affectionibus: *Pinguia ad inflammata non conducunt, neq; ad ea, quæ non sunt purgata, neq; ad putrescentia.* Ratio quidem erat, quia & putrescentia, & impurgata, & inflammata, calidiora, putridiora, & sordidiora facilè fierent, eo, quod obturatis partis meatibus, deterior fieret partis affectæ calor, & sordidior humor, citra vllam resolutionem. Qua quidem ratione Medicos attentos esse oportet cuiusuis corporis calori: vt discussoria (si profutura sint) eius naturam æmulentur. Qualis verò sit eorum omnium materia, prima huius capitis parte abundè dictum est.

Discussoria corporis calori æmulari debent.

At in his, quibus fluxio aut ex toto iam quieuit, & crassum ac summè impactum, & rebelle, quod superest, factum est: aut citra fluxionem paulatim gignitur, modo in vna, modo in pluribus, aut omnibus corporis particulis id accidat, nulli dubium esse existimo, quin resoluentia citra adstringentium miscellam sint adhibenda. Cæterum nil est in medicis considerationibus difficiliùs, quàm exactè nosse, qua via, quibusve ingeniis discussoria auxilia iis adhibenda sint, siquidem cum in eis simplicibus vtimur, non solum nihil proficimus, verùm resoluta humoris tenuiori parte, facile, quod subsidet, crassius & immedicabile efficitur. Quod aduertit egregie Galenus *lib. 7. phar. ge.* 9. dicens: *At in quibus sensus quidem est* (loquebatur de scirrho & duris tumoribus) *sed obscurior, hæc curantur pharmacis humorum incrassatum digerentibus, non tamen valide ac vniuersum hoc agentibus, sicut digerentia medicamenta faciunt, cuiusmodi Græci vocant epispastica & exhipotica, id est, trahentia, & excolantia. Mirari vero non oportet mutationem in duritiem ex inflammatis accidere, cùm simul & confluens humor crassior est, & viscidus, & curatio medicamentis valdè exsiccantibus administratur.* Idem etiam consulit *lib. 2. ad Glau.* 7. docetque resoluendi modum, quo quis facile, dum resoluit, tumorum duritiem vitare possit. Namque si tumor lenioribus auxiliis facile discutitur, periculi nihil est. In tumoribus quidem, qui difficulter resoluuntur, verendum est, ne eorum reliquiæ duræ sint. Quare in singulis solutionibus attendere oportet, in quæ transmutetur omnis, cuius curatio suscipitur, tumor: nam ea curatio, quæ fortiter exsiccantibus agitur, reliquias duras operatur. Itaque cautius agendum est in his, qui difficulter resoluuntur, tumoribus: nisi enim humectaueris, *inquit Galenus lib. 14. method.* 4. atque mollieris induratos tumores, sed fortibus medicamentis resoluere tantùm studueris, in primis quidem diebus eos insigniter decrescere facies, sed pariter id, quod relinquitur, indurabis, hoc verò induratum difficulter resoluetur. Quod etiam eisdem ferè verbis restatur, dicens: *Meliùs igitur, sicut diximus, vt fortiter resoluentibus medicamentis misceamus mollientia, verentes ne tumores in scirrhos conuertantur.* Ex qua quidem doctrina facile elicitur, quantum facessat negotium digerentium vsus, dum ea indiscriminatim adhibemus. Atqui si negligentia aut ignorantia, aut forte ea humoris aut tumoris natura factum sit, duritiem eam esse contractam, longè obscurior difficiliorque res ipsa est, siquidem ex huiusmodi tumoribus plures facile sua sponte, aut leui quodam auxilio dissipantur. Qui dum aut oscitanter, aut vehementer tractantur, difficiliores curatu euadunt. Alij verò, qui haud leui negotio sanescunt, dum indextrè medicamenta suscepta sunt, ex toto immedicabiles fiunt. Vltimo adhuc plures sunt, quos si pergas curare, non solùm nihil proficies, verùm in alterius grauiorisque mali speciem affectum degenerare coges. Quapropter maxima diligentia, maturoque consilio & mentis exercitatione eorum omnium, qui iam indurruerunt, aut in id vergunt, curationem aggredi necessum est, ne ex his, quæ diximus, aliquid præter spem accidat.

Resoluentia humoribus crassis qualia.

In resoluendis humoribus crassis cautè agendum.

Huius quidem rei principium & vniuersam rationem desumere oportet ea Galeno, qui circa administrationem huius auxilii mira multis in locis loquitur, *lib. 6. pharm. gen.* 1. *lib. 14. meth.* 4. *lib. 2. ad Glau.* inquit enim: *Indurescentia igitur, quæ ex recta medendi methodo non curata scirrhum contrahunt, optime curabuntur, si Medicus spectat quantum ægri corporisq; substantia à mediocri humiditate ac siccitate recesserit. Quemadmodum etiam si affectus constitutionem, quatenus sit aucta, inspiciat. Præterea consideret, inter* ipsa

Resoluentia induratis humoribus proficua.

*ipſa pharmaca, quæ magis, quæ minùs emolliant: hoc namque, ſpectantis primum vſum emollientium medicamentorum coniecturabile quidem erit, ſed cum artificio. At poſt vnum aut alterum diem num intendere medicamenti virtutem, an remittere conueniat, intelliges.* Et ſubdit: *Quapropter Medici emollientia & digerentia pharmaca compoſuerunt, eos ſcopos ambos ſibi proponentes, tum vt partes durities, quæ iam in ſcirrhum degenerat, diffunderent, tum vt per halitum digererent: non viciſſim vtroque vtentes.* Ex quibus verbis apertè colligitur ineuitabilis neceſſitas permiſcendi diſcuſſoria medicamenta aliis, quæ aduerſus diſpoſitionem materiæ ſeu naturam apertè pugnent, vt promptiùs reſolutioni obſequatur. Conſtat namque ex eodem Galen. *lib. 1. pop. par. 1. cap. 10.* eam tantùm materiam eſſe reſolutioni aptam, quæ tenuis, vaporoſa ac caliginoſa (*vt verbo Galeni vtar*) fuerit. Inquit enim eo loco Hippocrates: *Tubercula verò multis ſecundùm alterutram aurem, plurimis ſecundùm vtramque exſtiterunt, febre carebant, erant recti, nonnullis parùm accendebantur, ſed exſtincta omnibus ſunt citra incommodum, nemini que ſuppurarunt quicquam, vti ſolent, quæ aliis ex occaſionibus extuberant. Erat eorum hæc natura, laxa erant, magna, liquida, citra phlegmonem atque dolorem obſcurè omnibus euaneſcebant.* Galenus verò totam euaneſcentiæ rationem humorum tenuitati & fluxibilitati libenter eo loco tribuit. Inquit enim: *Omnia, quæ dicta ſunt, ob dominantem acciderunt caliginoſam materiam, à qua alia ſolent cum pituita exſiſtere, alia cum flaua bile, vt ſacro igni obnoxia, nonnulla cum ſanguine inflammata, quæ tamen omnia reſident facilè, quod promptè huiuſmodi materia digeratur: è diuerſa quæ craſſo conſtant & lento humore, ægrè diſcutiuntur.* Quibus ſententiis apertè colligitur, qualis ſit futura materia reſolutioni apta. Quo factum eſt, vt etiam ſuo modo errent, qui ſuppuratos tumores diſcutere tentant. Experientia namque comperitur (*etiamſi id conſulat Galen. lib. 11. Meth. & Democrates lib. 6. phar. gen. ſententia, Tyrium emplaſtrum ad puris diſcuſſionem referre*) parum eſſe, quod ex pure per reſolutionem imminui poteſt: & fortaſſe grauius periculum impendet, pure diutiùs in parte retento. Nec turbat noſtram ſententiam Hippocratis *lib. de fract.* dictum, quo videtur poſſe probari, ſuppurata eſſe reſoluenda; inquit enim: *At ſi ad ſuppurationem deueniat, ea quidem aperire non oportet, multa enim ex his, quæ ſuppurare videntur, quandoque reſoluuntur, etiamſi nondum quis vllum cataplaſma impoſuit.* Quæ ſententia iudicio noſtro non præcipit tentare reſolutionem, ſed docet in auribus (*quarum ea parte meminit*) non protinus aperiendos eſſe tumores. Nam partis & tumoris conditio ſæpe ſub ſpecie ſuppurationis fallere ſolet vel peritos Medicos. Quapropter in his cautiùs conſulit eſſe agendum: aut intelligere oportet, multa, poſtquam adepta ſunt principium ſuppurationis, poſſe per reſolutionem fieri, dum ſuppuratio non ſit omnino facta. Itaque omnibus conſtare iam arbitror, duram materiam, denſam, craſſam, aut plurimùm tenacem, nulla ratione reſolui poſſe, ni tenuis, fluida, ac leuis arte fiat. Qua ratione factum eſt, vt in his affectibus nulla lege liceat diſcutientibus ſolis vti, quæ quidem tantum, quod tenue fuerit, & reſolutioni aptum, diſſipare habent.

*Reſolutioni apta materia quæ.*

*Reſoluentia ſuppuratis quando & quomodo adhibenda.*

His præmiſſis, & exactè penſatis, ex arte factum eſſe cenſeo, priuſquam diſcuſſorio hoc auxilio (*vtpote vacuatorio & per anguſta foramina*) vtamur, materiam huic vacuationi aptam, præparatione ſibi neceſſaria reddere: ſiquidem nulla arte molimur vacuationem, quin ſua etiam requiratur præparatio. more nimirum facultatis naturalis, quæ (*vt conuenientes vtar exemplis*) dum per cutim materiam expellere nititur, in vaporem tranſmutat, tandem in aquoſam naturam (*tenuiorem longè humoribus*) prorumpere cogit. Quam equidem naturæ miram actionem iure optimo Medicus tenetur æmulari, dum per eandem regionem, nempe per poros cutis partis affectæ nititur id efficere. Hanc enim legem ſeruantes priſci auctores, varia compoſuerunt pharmaca diſcutientia, quorum actio licet vna ſit, nimirum humorum diſcuſſio, compoſitio tamen varia exſiſtit, ab affectus & humoris natura ſumpta diuerſitatis indicatione; nam duros concretione aut ſiccitate humores reſoluere tentarunt, præmiſſis, aut commixtis, quæ emolliunt, medicamentis, craſſos nimirum attenuantibus, lentos incidentibus, viſcidos abſtergentibus: omnes verò humidis; nam humiditas, & quod craſſum eſt, attenuat, & quod viſcidum eſt, & adhærens, ſeparat, & fluidum reddit. Quibus equidem vtuntur in maiori quantitate: ſufficiebat enim omnibus modica reſoluendi facultas, quia quod tenue ac leue eorum factum eſt, vel ſolo innato, vel leui quodam addito calore natum eſt diſcuti. Præter id, quod verentes maiorem reſolutionem, quàm par erat, non ſolùm leuiſſimis his vtebantur calorificis, verùm ſæpè eorum loco ſicca medicamenta citra vllum calorem adminiſtrarunt, quæ humores ebibentia ſuo modo diſcuterent. Cuius etiam reſoluendi rationis meminit his verbis Galenus *libr. ſimpl. med. 5. Quæ verò excalfaciunt, dum contentum in caleſcentibus corporibus humorem in vapores diſſoluunt,* (& hæc eſt communis reſoluendi ratio,) ſubdit tamen: *Quæ autem deſiccant, velut quæ vocantur diaphoretica, hoc eſt, per halitum digerentia & id ipſa duplici ratione, aut humorem ebibentia compori quibuſdam inſunt, aut totam alterantia partem.* Qua quidem componendi, ac permiſcendi ratione frequenter peritiſſimi Medicorum vtuntur, verentes maiora mala ex calorificis auxiliis, dum metiri nequeunt, quantum ſit ea humore attenuatum, vt iuxta eius quantitatem, quæ calfaciunt, etiam adhibeant. Cuius gratia factum eſt, vt in his tumoribus diſcutiendis liberè auſi ot vti mineralibus medicamentis (*vt latiùs ſuperiùs docuimus*) lithargyrio videlicet marchaſita, & plumbo vſto & loto. At ne quis indiſtinctè plumbo (mirabili alioqui auxilio) vtatur, animo expendat oportet (*prætermiſſa antiquorum omnium in ſententiis varietate*) ipſum dum lauatur, tantummodò humectare ac emollire plurimum, etiamſi refrigeret: quapropter emollientibus medicamentis ad augendam eorum vim & vſum ſæpe vtiliter miſcetur. Verùm dum vritur, miram habet reſoluendi efficaciam eo modo, quo ex Galeni mente retulimus, nimirum humores ebibendo: quo fit, vt vſtum emollientibus ad reſolutionem efficiendam, non niſi maxima vtilitate admiſceatur. Hoc tamen vnum noſſe oportet, quòd plumbum vſtum, ſi abluatur, ſiccat, & refrigerat. Si verò non,

*Reſoluentia quam præparationem in tumore & humore prærequirant.*

*Diſcutientium compoſitio varia.*

*Reſoluentibus medicamentis quæ miſceantur.*

*Diaphoretica.*

A 240

non, ſiccat quidem, ſed non refrigerat. Hinc equidem mirabilis eſt illa diſcutientium medicamentorum varietas, quædam, quæ emollientibus conſtant, & digerentibus, tum propriis, tum mineralibus, obortos ex melancholia & quouis alio humore concreto tumores diſcutientia: vt *ex Gal lib. 7. phar. gen. cap. de emplaſtris, facilè colligitur*, ſicut emplaſtrum *Babylon Meſues, ſimplex album* officinis nuncupatum: item *gummatum*, & huius cenſus pleraque. Quædam verò incidentibus & diſcuſſoriis conſtant, qualia ſunt, quæ aceto parantur, apta quidem craſſis humoribus diſcutiendis, ac denique tumoribus pituitoſis omnibus. Quorum Galenus *lib. 14. method. 5.* hanc profert ſententiam: *Siquidem aceti vis, modo eo quis modicè & debito tempore vtatur, ſalutaris eiuſmodi affectibus eſt*, (loquebatur quidem de ſcirrhoſis tumoribus,) & ſubdit: *Cui craſſos viſcidosq; humores diſſecans ac diſſoluens, licet etiam ſcirrhoſis tumoribus, inueteratis tamen, id liceat permiſcere.* Inquit enim: *Cæterùm curatio, quæ per acetum adminiſtratur, vtilis eſt, vitio tamen adulto, & cùm præparata iam pars ſubmollientibus fuerit.* Plura etiam ad extergendos viſcidos humores paſſim componi reperies, additis *terebynthina, reſina, ſagapeno, opopanace, & aliis huiuſmodi liquabilibus*, quæ ſeſe ita in affectam partem inſinuant, vt facilè humores extergere, ac reſolutioni aptos reddere conſpicias. Nam quemadmodum emollientia in concretis parant ad diſcuſſionem, ita ad extergentia, vt *emplaſtrum cerama Nicolai*, & huius cenſus alia permulta, quæ etiam ſalis omnis generis nonnihil recipiunt, maioris attenuationis, penetrationis, & reſolutionis gratia. Hæc ſunt, quæ iuxta humoris peccantis naturam miſceri medicamentis aſſolent, quibus ſeruatis, facile erit cuiuis vel mediocriter docto ea eligere, quæ affectus deſiderare cognouerit, ne vulgari errore deceptus, indiſtinctè quouis horum in vnoquoque induratorum tumorum vtatur.

Reſoluentium variæ compoſitiones.

Sed antequam vltimam manum huic capiti imponam, nouiſſe expedit, eos plurimum errare, fucata quadam ratione deceptos, qui diſcuſſoriis auxiliis vtuntur, multa cera, & aliis emplaſtricis medicamentis commiſtis, exiſtimantes, ob fixionem vehementiùs agere, ignorantes, totum reſolutionis negotium fieri per cutis poros, quos ipſis medicamenta validè occludunt. Quapropter ſemper placuit partem aut liquidis medicamentis fouere, aut emplaſtris obducere, etiamſi aliquando contingat, ipſa ſuppurantia & emplaſtrica medicamenta reſoluere: quod tamen tentare ob id haud tutum eſt, niſi in his, in quibus aut expedit, aut nihil inconuenit ſuppurationem tentare.

Reſoluentia pharmaca non eſſe multa cera aut emplaſtris miſcenda.

Vltimo tamen partis affectæ natura in reſoluentium vſu maximum faceſſit negotium. Plures namque earum multa reſoluentium medicamentorum tenuunt: nonnullæ eadem deſiderant: & ſic mira varietate quæuis ſibi proficua & familiaria ſigoat medicamenta. Cuius rei teſtimonium præbet Galenus *lib. 14. method. 5.* nam cum parte ſtupida durius, cum ea, quæ vegetius ſentit, clementius agendum eſſe fatetur: quanquam ſtupore partis abutendum non eſt, vt ea imperes, quæ exulcerent: *ſic enim ſenſibile corpus intabeſcet: contrahetur, non rareſcet: cogetur materia, non liqueſcet, horror, dolor, fluxio irritabitur, dehiſcent venæ, omnia denique in deterius commutabuntur*, ac multò magis ſi pharmaca craſſiori conſtent materia, & ſiccent. Quæ omnia apertiſſimis verbis docet Galenus *lib. Art. med. 85.* diſſerens de externarum partium affectibus; nam inquit: *Sed quoniam hæc omnia vires calidas habēt* (loquebatur de diſcuſſoriis) *eiuſdem verò temperatura opus eſt mordere, quæ eiuſdemmodum exceſſerit, cauenda ex eis ſunt vehementiſſimè calida, ac tunc præſertim, cùm patiens locus inter ſumma fuerit.* Et eodem etiam capite de internis affectibus hęc refert verba: *Quod ſi ſumma quidem partes omni noxa caruerint, id verò, quod euacuari oporteat, in penitioribus partibus fuerit, intendendus, atq; augendus, diſpergentibus medicamenta calor, cum dubitandum ſit, ne prius quam profundas attigerit partes, interim vires amittat, nec tamen ex eo ſuperiores partes aliquem dolorem ſentiūt, cùm omni vacent affectu. Quare nunc hæc duo ſimul inuitant ad calidorum pariter atq; acrium medicaminum vſum, & ſumma partes, quæ tolerant, & profunda, quæ egent.* Ac rurſus paulò inferiùs ſubdit: *Affecta partes in quibus fluxionis ſuperfluitas retinetur, nonnulla rara, laxa, & molles natura exſiſtunt: nonnulla autem denſa per ſe ac dura. Priores igitur facilè euacuantur; reliqua autem acrioribus euacuantibus, ac præterea tenuioribus partibus habentibus egent.* Quæ quidem omnes ſententiæ, vt apertè monſtrant, quod quærimus, ita pleniorem deſiderant expoſitionem. Namque ſunt inter partes inflammatione affectas, quædā in ſuperficie corporis ſitæ: aliæ verò, quæ ſitum habent profundiorem: aliæ præterea ſunt raræ & molles, nonnullæ denſæ ac duræ, plures cauæ, aliæ ſolidæ, aliæ rurſus, quæ connexionem habent cum partibus, quæ deſtinatæ ſunt ad excrementa recipienda, & mittenda extra corpus: aliæ verò, quæ cæcos habent meatus ſuos: item aliæ, quæ maximæ ſunt dignitatis in corpore, vel publicum munus exercent: aliæ vltimo, quæ viliſſimæ, & ſibi ſolis ſeruiunt. Ob quæ omnia, docet Galenus, varianda eſſe reſoluentia medicamenta, præterquam quod idem monet variis locis.

Reſoluentia pharmaca, quæ corporis partes doceant, variāda eſſe.

Hic tamen conſulit partium externarum ratione, qualia ſint eligenda, nimirum fugienda eſſe, quantum fieri poteſt, quæ vehementer ſunt calida, propterea quod illa mordicationem moueant, & ſic dolorem, qui iam eſt in parte affecta, augeant, ex quo fluxiones rurſus concitantur: quapropter eligenda ſunt, quæ moderatè calfaciant, á quibus abeſt mordicatio & dolor. Talia autem maximè eſſe, *vt ſuperiùs diximus*, quæ calori habent coniunctam moderatam humiditatem: quæ etſi validam vim non habeant ad omne, quod fluxum eſt, reſoluendum, illi certè ſufficiunt, quod in ſuperficie corporis ſitum eſt. Meritò autem huiuſmodi digerentia morſu carent, quoniam calor, qui reſolutionis eſt auctor, cum humido retunditur; cum ſiccitate verò acuitur. Hoc apparet in flamma & in carbonibus accenſis, illud quidem in aqua calenti. Verùm cùm pars affecta in profundiori loco ſita eſt, quæ imbecilliora ſunt medicamenta, ad ea peruenire nequeunt, ſaluis ſuis viribus. Quapropter acrioribus vti oportet, ſiquidem partes, quæ in ſuperficie ſunt poſitæ, & ſanæ tegentes ægram, nequaquam offenduntur ab acrioribus medicamentis, ſed eorum vim potius frangunt, vt facul-

Reſoluentia medicamenta externarum partium qualia eligenda.

tatis

B [illegible] ea [illegible] quan- [illegible] ctus ipi [illegible] Talia [illegible] dica- menta non oport [illegible] huius [illegible] exsolu- ta hæc enim insir [illegible] dunt in [illegible] mentum, quam casus hic p[illegible]. Cæterum de rara ac densa parte non desunt, qui Galeni sententiam damnent, existimantes, id quod [illegible] in raram partem sese insinuat, & penetrat, difficilius ex- inaniri, quam quod in densam & duram: abutentes quidem spongiæ exemplo, quæ difficulter, et- si summe expressa sit, aquam ex toto a se pellit: Quamobrem raræ partes calidiora exposcere medicamenta, ex professo docent, sed falluntur iudicio nostro. Namque aliud est, rara & densa considerare, idonea esse ad faciliorem euacuationem, quæ compressione fit, & vi rei alicuius comprimentis: aliud verò longè ad eam, quam vi caloris molimur. Qui quidem eo vehementius & promptius operatur, quo facilius sese in partem inserit. Quando verò promptius in raram, quam in densam ac solidā substantiam permeare queat, nemo sanæ mentis est, qui ambigat. Quo fit, vt raræ partes remissiori calore opus habeant, ad reso-C lutionem in eis perficiendam: duriores vero intensiori. Nec valet opponere, partes molles, vt *mammæ*, difficiliùs curari: nam hoc prouenit ratione raræ substantiæ, quę facilius maximum malum radicitus suscepta, non quidem ex parte imbecillitatis auxilij, ob resistentiam partis, quæ nulla aut leuis est.

Resoluentium non vnus idemque modus. Situs etiam & partium connexiu commonstrant, non solùm diuersa debere esse medicamenta discussoria, verùm & diuersum esse discutiendi modum, vt in iecore inflammato exemplum ponit Galenus *lib.13.meth.* Nam licet hepatis situs per se nihil istorum ostendat, sed solùm esse positum non omnino inter partes superficiales, neque inter admodum profundas: connexio tamen docet, simas hepatis partes connecti intestinis per venas portæ, gibbas vero renibus & vesicæ coniunctas, per venam cauam, & propterea D has per vrinam, illas vero per deiectionem vacuari posse: sumpta tamen ad id humoris, qui superfuit, indicatione; nam, vt suo loco abundè diximus, non vna est horum crassorum natura, cùm quidem fiant crassi ob terream portionem exsuperantem, alij ob concretionem, alij vero per adustionem, ac pro diuersa huiusmodi natura extenuantia propria & discutientia sunt adhibenda.

Resoluentia qualia ex partis præstantia indicatione sumpta, eligenda sint. Nec prætereunda hac in parte est affectæ partis præstantia, quæ sibi iure optimo aliquid peculiarius omnibus discussorijs auxilijs commixtum desiderat. Sunt etiam, qui euertere conentur antiquum illud Galeni, & priscorum omnium, dogma, quo docent, in discutiendis reliquijs membrorum præcipuorum semper adstringentia esse admiscenda, existimantes, ab iis, quæ extrinsecus iecori adhibentur, nullam gratiam iecur ipsum recipere, ob loci distantiam, ac partium, quæ antestant, soliditatem & crassitiem: ab iis vero, quæ intus sumuntur, nullum, quatenus pars E princeps est, neque alijs communis & vtilia recipere emolumentum, sed tantùm quatenus pars densa est, & solida, constans substantia, quæ affectu dissipata adstringentibus gaudet, & firmatur. Sed laudandi quidem sunt huiusmodi scriptores, qui tan[illegible] abest, vt Galeni sententiam [illegible] buerant, quod [illegible] suis rationibus eiusdem sententiam commonstrent & roborent. Hac enim vnica ratione pr[illegible] omnes adstringentia esse miscenda suadent, quia huiusmodi membra robusta egent virtute validoque robore, vt quæ non sibi solis, sed cunctis alijs corporis particulis sunt profutura. Atqui cum robur inter alia consistat in solidæ substantiæ compage firmitateque & spiritibus (præter temperamentum) hac ratione, quæ hæc omnia asseruant & tuentur, dicuntur proficua esse pro particulæ præstantia, qualia sunt adstringentia omnia, quibus interna viscera subinde delectantur. Quoniam, vt constat apud Philosophos, ea, quæ propius coniuncta sunt, potentiora euadunt, quàm ea, quæ separatius sunt diffusa & laxa. Quod operantur quidem adstringentia. Ergo si medicamentum duplicem facultatem habeat, discutientem, stomaticam, & adstringentem, moderatè euacuari poterit humor ad huiusmodi, viscerumque omnium robur seruari. Præter id, quod commodius hæc miscella redditur pro situ partis medicamentum; nam ab adstringentibus partibus tenuiores intro pelluntur, dum foris adhibeotur, & à tenuioribus adstringentes introducuntur. Constat etiam, humorum symmetriam ab huiusmodi medicamentis commodius seruari posse; nam & adstringentes iuuentur, quod vtile est, & discutientes inutilem materiam conterunt. At in iis, quæ intus sumuntur, si simplex medicamentum omnes eas facultates obtineat, commodius est, quoniam certius & æquabilius natura, quam ars, partes diuersas medicamentorum attemperat, & ita fit, vt æquabilius agant, & difficilius distrahantur; si vero simplicibus vti non placuerit, sumenda sunt ea composita antiquiota, quæ temporis diuturnitate magis miscentur, & tanquam vnam naturalem formam acquirunt, seque inuicem commodius iuuant. Denique his omnibus præsidijs tutum est, in reliquijs omnium tumorum aut affectuum vti. Vnicum est quidem locale remedium aduersus inflammationes, & alios, quorum meminimus, affectus.

Resoluentia simul & roborantia, ac adstringentia partibus præcipuis vtilia. F

G

## Capvt IX.

A 242

### De communi auxiliorum pus mouentium vsu & indicatione.

MIRA quidem solertia naturæ est sagacitasque, quibus humanam vitam tuetur ac defendit, à multisque eripit miserijs: sed miserabilius profectò artificium, quod incredibili cura & incessabili labore nititur consequi. Silentio interim prætereo, quas sanis omnibus molitur quotidie actiones, quas potius ob frequentiam non miramur, quam quod ipsæ in maximam admirationem ducere nos sua sponte nequeant. Hinc enim factum est, dum morbifica caussa opprimitur, varios in corpore efficere motus, tentare vacuationes, tum easdem, mox diuersas, donec quod eam molestat, longe à se pellat. Hinc etiam fiunt crises, hinc magnorum vlcerum conglutinationes, earum æqualitates, fractorum B ossium insolubiles nexus, & quod maiorem infert admirationem, quanta, qualique solertia &

Naturæ mira sagacitas in tuendo corpore.

cura, dum se opprimi ab humore aliquo partem quamuis obsidente persensit, nititur, aut ... transferre, aut acerrima inita pugna per insensibilem halitum, & quasi ad nihilum reducens humorem ipsum discutere. Quod si reoians nequeat perficere, ad consuetũ munus cõfugit po... tinus, & antiquis vtens instrumentis, coct... ne humorem frænat compescitque, donec disrupta cute, boni prouida ipsum foras pellat. Docens his operibus Medicos eodem ordine eadem munia tentare ac efficere, dum ipsa impotens nequit, aut labitur. Medendi ergo ratio & vsus postulat post repellentia auxilia, discutienda esse adhibenda, quod si malum illis cedit, persistendum est in illo opere, alioqnin suppuratio tentanda est, *vt apertè docet Galenus lib. 4. method. 13.* Est igitur huic auxilio hic commodissimus locus, in quo multa plurimumque necessaria expendere oportet: namque pus mouere, graue quidem est auxilium, & quod multis indiget, vt tutò, & vt par est, fiat.

Pus mouere graue auxilium.

C

Cuius auxilij gratia nosse priùs oportet, qualis sit pus mouentium medicamentorum natura, qualisque materia in genere, quæ, vt res est apprimè necessaria, ita quidem difficilis, & abdita: etiam cùm pus prima sui ratione naturali membrorum temperie & calore perficiatur, constare iam arbitror, ea auxilia pus mouendo idonea esse, quæ nostro calori sint simillima. Cæterùm quia hæc non sufficiunt maiorem humorum quantitatem conficere, quàm ea, quæ secundùm naturam à membris mutari solet, necessum est, aliud auxilij genus exquirere, quod ea mensura innati caloris substantiam augeat, qua & humores sunt adaucti, vt eos conficere, & in pus mutare liberé queat. Denique duorum generum hæc medicamenta sint oportet. Primum eorum, quæ Calida sunt, quantum pars suppuranda fuerit, aut æquè temperata, ita vt partes naturalem temperiem & calorem æmulentur, & tueantur: namque æqualitatem eius neque intendere, neque obtundere tenentur, ac etiam humida esse oportet, ita vt neque augeant, neque minuant humiditatem partis naturalem, quod saltem sit manifestum, & sentiri queat, sed aliquid excrementi in spatij vacuis contenti per halitum (*vt secundùm naturam fieri solet*) digerant. Qua quidem ratione Aristot. *lib. 4 Meth.* calida & humida esse dixit, & Galen. *lib. 4. Meth.* nimirum quia talia à prædominio sunt, quæ nostrum calorem æmulantur. Denique ea esse oportet partis affectæ calori æqualia. At quia calor noster calido & humido pollet, cuiusuis sit partis, eo eisdem qualitatibus medicamenta pollere conuenit. Secundum genus est eorum medicamentorum, quæ *emplastrica* appellantur: nam si substantia innati caloris, *vt Galen. apertè refert*, augere, & non intendere ipsam qualitatem oportet, poros corporis obstruere necessum est, quo videlicet halituosos transpirans includant, quibus ipsius caloris substantia, ac copia manifesto augmento extollitur. Itaque ea medicamenta, quæ maiori sunt prædita calore, vt naturalem haudquaquam seruet moderationem, omnino nihil horum efficiunt. Nam si sicciora sint, cùm detergant, obstructione liberant, reserantque meatus, & vnà quoque calor particulæ euolat, ita vt naturalis haudquaquam deinceps seruetur

Pus mouentia cuius sint naturæ.

Pus mouentia duplicia. 1. Calida.

D

Pus mouentia quem caloris gradum obtineant.

2. Emplastrica.

E

Pus mouentia quomodo sint emplastrica

cum moderatio. Quo fit ... ... corpis conie... non parum euacuetur, & qu... ... ... est, incalescat, qua etiam caloris natiui substantia diminuitur, & qualitas manifestè intenditur. Quorum neutrum fieri expedit, sed spiritum calidum & halituosum contineri quamplurimum, & ad vnguem caliditate symmetrum oportet, si pus mouere velimus. Qua etiam lege hæc medicamenta ab emollientibus dissident, nam emollientia calidiora sunt, & moderatè siccant existentem in partibus humiditatem. Pus etenim mouentia corporibus nostris similem quidem obtinent calorem, verùm existentem in eis humiditatem seruant. Quibus coniungi debent etiam emplastrica, quæ ventilationem prohibent, nam cùm suppuratio putrefactio quodammodo sit, hinc est prohibita ventilatione egere, quam emplastrica primo præstant. Huius itaq; conditionis sunt, quæ pus mouent.

Pus ... ... ... bus ... tant.

F

Neque obstet, quod Galenus ea sæpe appellat temperata, nonnunquam verò calida & humida: nam illud, vt pus sit optimum, prærequiritur: hoc verò, vt quàm celerrimè fiat, præsertim vt nonnihil, *vt diximus*, putrefactionis obtineat, quod calida & humida præstare habent.

Verùm vt, quæ dicta sunt, exactè expendantur, docere oportet, quantum distet ea suppurationis species (*seu coctionis, si placet*) quæ in venis in febrilibus morbis, & venoso genere fit, ab ea, quæ in particulis, & tumoribus præter naturam efficitur, siquidem à Galen. *lib. de diff. morb.* similes sæpe censentur. Cæterum coctionis modo longe dissident & ab ea item coctione, qua alimentum in verum nutrimentum mutatur. Nam in hoc opere natura segregat & secernit inutile, & excrementitium, vt vtile nutrire possit: in alijs vero coctionibus, in quibus vel pus fit, vel quid pus per simile, quod per putredinem nitebatur calor separare, natura ipsa, quæ coctione facit cessare putredinem coniungit, & ad benignam ad minus reducit: at in his coctionis fontibus, non leue est caloris dissidium, à partis, vbi coctio fit, & ab humoris, qui coquitur, differentia, sumpto diuersitatis exordio. Tota namque diuersitatis ratio est, quia calor coctionis auctor halituosus esse tenetur, & spiritibus plenus, qualis necessario est, qui in venis & arterijs profundioribus corporis, in quibus fit putredo, veluti in febribus continetur. Qui vero in partibus externis moratur humor, talem nequit obtinere calorem, quoniam ille per carnis & cutis meatus facile, sicut spiritus, exhalat. Quamobrem vi emplastrica & adstringenti intus occludendus est, ne desit coctioni, qui in partibus inflammatis prærequiritur. Nec parti quidem inflammatæ idem imminet periculum, quod vniuerso corpori adstricto; nam suffocari periclitaretur cordis & interiorum viscerum calor, si perspiratione emplastricis & adstringentibus adhibitis destituatur: id quod non fit in suppuratione humoris contenti in vna corporis particula, quæ vicinarum etiam perspiratione temperatur: qua ratione nequit rei huius ratio admittere eadem suppurantia in venoso genere, & in tumoribus præter naturam.

Pus mouens in venosis affectibus, quantum distet à pure mouendo in tumoribus præter naturam.

G

A 243

Quod vero emplastrica & adstringentia adhibeamus ad suppurationem, quæ aliquid habet

putre-

[illegible]

ipsi [illegible] eo [illegible] quæ [illegible] emplasticæ [illegible] quæ [illegible] ten [illegible] redderetur [illegible] requendum [illegible] ritus spiritus [illegible] do putredinis [illegible] turam. In coctione [illegible] hu[illegible] febrium requirit calor mediocris, [illegible]

C pro qualitate & quantitate humoris [illegible], vt capite *de Preparatione humorum*, abunde diximus. Hæc itaque est pus mouentium natura in genere.

Cæterum si quis exactè, & vt par est, ea medicamenta nosse speciatim exoptat, intelligit velim, *emplastica* omnia duorum tantùm esse generum. Quæ verò temperatæ naturæ esse diximus, tot suscepturæ temperamenti differentias, quot partino nostri corporis sunt naturæ & temperamenta. Quæ etiam nunnihil variatoris, ob humoris quem supponere intendimus, variam naturam. Ex en plasticis enim quædam sunt propriè talia, Quædam verò, quæ licet diuersæ sunt naturæ, quia tamen poros occludunt, hinc vsu inter emplastrica iure optimo numerantur. Quæ antem verè talia dicuntur, duorum adhuc sunt generum: nam quædam illinienda esse oportet, quod poris corporis illita tenaciter hæreant, qualia sunt *glutinosa, terrea*, & *nulla ratione acria*. Meminit autem huius generis medicamenti Galenus *lib. 5. simpl.* 10. loquens in hunc modum: *Breuiter*

D *ergo emplastricum medicamentum est, quod tenaciter corporum poris sine meatibus illitum inhæret*: demonstratum autem est in libro hunc præcedenti, *mordacitate vacare omnino debere medicamentum emplastricum*: nam si quæ illi inhæret mordacitas, hærere in poris non poterit, sed omnino facile excernetur, aut partium aliquam eliquando, aut certè humorem aliquem trahendo. Sed illud satis constat, terrenæ consistentiæ, & viscosum esse oportere. Sunt autem huiusmodi omnia, quæ viscosa omnino, sed ex aqua & terra, & plerumque etiam [illegible] mista existunt, sicut *oleum dulce, butyrum, sepua* [illegible] [illegible] *omnes nondum vllam nacta* [illegible] [illegible] iam multa, quæ consulto præter[illegible] quia facile ex Galeni scriptis desumi poss[illegible]

Alia rursus [illegible] [illegible] id est, obstruentia poro[illegible] [illegible] quæ media sunt inter [illegible] [illegible] quorum meminit G[illegible] [illegible] *b. 2. ad* [illegible] *lib. 4.* [illegible]

E *calore* [illegible] *te sita*, [illegible] *emissum* [illegible] *sit siccam, terrest* [illegible] *ultra me* [illegible] *ne efficeii*,

[illegible] Quæ etiam [illegible] *nam* à Galen. *lib. 14.* [illegible] *citatio* [illegible] rari inter m[illegible] med[illegible] [illegible] dæ abstergentiúque naturæ [illegible] plac[illegible] ratione medicamentorum, quibus [illegible] olei nimirum & aquæ, quibus quidem [illegible] dei admistis, & obstruendi corporis meatus, & augendi calorem facultas inest. Multa enim sunt,

F quæ per se aliquid haudquaquam possunt, aduista verò cum aliis id possunt. Non igitur propriis hordei viribus tribuendum, quòd in inflammatione teoraris locis humor ad suppurationem ducatur. In hoc etiam emplastricorum genere continentur *medicamenta, quæ adstringendo* poros obturant: nam pari lege, prohibito effluxu, pus mouent, quia hæc, vt frigida, & vt adstringentia, id moliuntur, adaucto nimirum maiori calore. Hæ igitur sunt omnes pharmacorum eius la rteorum differentiæ, quas passim repenes Medicos confundere, & varias emplastricorum formas conficere, ac fortè pro cuiuslibet arbitrio potiùs, quàm iuxta affectus indigentiam. *Alterum* verò genus, quod primo loco proposuimus, eorum nen pe medicamentorum, quæ caloris temperie pus mouendo sunt idonea, his constat medicamentis, quæ affectuum membrum temperamento secundum naturam æquent. Quorum quidem neque certa ratio, neque materia vna haberi potest: sed hac lege excogitari debent, vt cognita semel membri temperie, illi æqualia emplasticis misceantur medicamenta, ita vt quod

G humoris in particola superest, robustiore calore facto, sibi similibus medicamentis facile in pus muretur.

Est etiam, præter dictas, alia puris mouendi ratio, quæ vlceribus, aut quibuslibet aliis continuis solutionibus debetur, cuius indicat onem præstat, aut humoris alicuius redundantia, aut partis affectæ impotentia: quo fit, vt cautè maxima cum præmeditatione hoc auxilij genere vtidetur. Itaque id solum expostulant recentia vl[illegible], quæ per simplicem vnionem cur[illegible] nequeunt ob sanguinis copiam, quæ in extremitatibus vasorum

A & partibus cutaneis superest, quem in pus mutare necessum est. Ea etiam, quæ contusam habent carnem, suppuratione necess[illegible] indigent, aliòquin impossibile est curari. Inquit enim Hippocrates *lib. 4. method.* 5 carnem contusam necessario putrescere quod etiam [illegible] ap[illegible] commonstrat. Quod [illegible] [illegible] spicor, non esse [illegible] [illegible] dum nam id solum est demegn[illegible] [illegible] vul[illegible] eribus [illegible] [illegible] ues contusiones in c[illegible] [illegible] *fynibus contusio* vel [illegible]

Margin notes: [illegible] — Emplastica & [illegible] — Verè talia. Illinienda. — Emplastica. — [illegible] — [illegible] conti[illegible] neantur. — Pus mouentium secundum genus. — Pus mouendi in vlceribus. — 244 ut mouere in solutis vnitatibus quando & bus contusionibus apponeat. — [illegible] [illegible] [illegible] calida.

puluere ipsius [illegible] & solarium, sicuti [illegible] quæ solent accidere [illegible] quis ab alto cadat [illegible] vehementer percutiatur, [illegible] nantium, inuoluto corpore in pellibus ouinis, detractis ab oue recenter occisa, quæ genera remediorum suppurandi vim non habent, sed quæ [illegible] discutiendi, exsiccandi, & digerendi: alia vero mitigandi dolorem, & leuiter resoluendi. Præterea [illegible] ruum contundi accidat, non promptius libere in pus conuertere oportet: nam præterquam quod puris acrimonia conuulsiones torta patiet, sinus in parte contusa fa[illegible] lefiet, ob seminale membrum, quod nequit postea regenerari. Quapropter in his aut fugienda suppuratio [illegible] siccantibus atque digerentibus sanitas [illegible] curanda: nam in contusione duplex est affectus: aliquid enim in penitiores partes est [illegible] tritum, quod ad superficiem reuellendum est, quod faciunt digerentia; aliquid vero dimissum, quod per exsiccantia vnitur. Pus item mouentia exoptant vlcera tumore aliquo præter naturam phlegmonoso, œdematoso, & erysipelatoso coniuncta. Cæterùm id & ueritatis quæ præire debent remedus, & inspecta tumorum conditione: nam calidioribus in œdemate, & temperatioribus, qualia ex *hordeacea farina, aqua, & oleo* conficiuntur, in phlegmone & erysypelate vti oportet. Cui vtiii ne plurimum vlcus sordeleat, commiscere conuenit, quæ secundo genere emplastrica esse diximus, quæ rursus eo loco sunt apponenda, quod Hippocrates *lib. de vlcer.* apertè monstrat; inquit enim: *In talibus quicquid cataplasmate opus habere visum fuerit, non super ipsum vlcus cataplasma ponere oportet, sed circum superiacientibus partes, quo pus decedat, & indurata molliantur.* Id quoque his verbis docuerat, lib. de Decentiorna. *Verum cataplasmate per ambitum vlceris vtaris: nam hic vsus cataplasmatis, & artificiosus est, & multum prodesse potest, videtur enim vlceri epulari rursorum, qua circumponuntur;* ac subdit: *Verum partibus extra [illegible] circumfusis cataplasma prodest.* Quod etiam in pus mouentibus obseruasse, tutissimum est consilium, obducto nimirum vlcere medicamento ei vtili: rursus in defluxione, quam partis impotentia nequit aut conficere, aut in pus vertere (*nam si id vlcus sua sponte efficiat, satius est abstergere*) huiusmodi auxilia plurimum sunt proficua. Item, vtilia sunt, vbi pars affecta aut frigida est naturæ, aut facultatem habet languidam, ita vt nequeat proprium alimentum conficere, quo tempore tutissimum est, emplastricis medicamentis vti, quibus reddita maiori natiui caloris substantia, quod particula sua sponte nequit, eorum adminiculo perficiet. Atqui si distemperies calida fuerit, non abs re erit, præmissis, quæ distemperiem compescant, ea adhibere, quæ propriè *suppurantia* dicuntur, quæ similima sunt natiuo partis calori, vt quod partis ipsi proprij caloris denegatur, sui similis consequi valeat, præter id, quod hæc quoque calidam intemperiem frænant. Hinc etiam factum est, quòd sæpe m[illegible] alia [illegible] a, læ uigata ac præparata optimè pus moueant [illegible] adiuod [illegible] ex [illegible] *ex Galeno* [illegible] *lib.* [illegible] *Glauc. etiam* [illegible] *in* [illegible] *dem* [illegible] *uentu.* Rat[illegible] quæ c[illegible] u[illegible] empen[illegible]

[illegible] quæ abs re est, si etiam leniter abstergant, [illegible] eius sunt mineralia naturæ. [illegible] sed [illegible] contingit nonnihil repellere, dum [illegible] ad partem d[illegible] labitur. Itaque vnico hoc [illegible] medicamento varia & admiratione digna perfi[illegible] untur operi[illegible] quæ d[illegible] tamen p[illegible] ratione, quædam ex accidenti, quæ multis [illegible] medicamentis fieri vsque potuerunt. Cæterum pensitare plurimum oportet pus mouentium administrationem in vlceribus; nam fer[illegible] *excepto* [illegible] *omnibus profunt, & malignis præcipuè vl*[illegible] *quæ metalla recipiunt, qua mirabili quadam* [illegible] laxantia quodammodo sunt, calorem [illegible] & vlceratæ partis robur deiiciunt, acipli[illegible] effœminatam reddunt, præter id, quod vl[illegible] sordidum efficitur, tum ob vlceris conditionem, tum verò quia vlcerata pars nequit, quia detecta est, eadem sustinere.

At in parte hac subit in examen, qui humores aut tumorum differentiæ suppurationem admittant, & qui difficiliter aut facilius ei cedant, tandem quod suppurantium genus quiuis suo iure expostulet. Constat namque ex Galen. *lib. 4. Aph. com 47.* puris substantiam promptius confici ex sanguine quàm ea quouis alio humore: sic phlegmonas, & quosuis alios ex sanguine ortos tumores facilius in pus verti, omnibus in confessu est, & experientia conspicuum. Eandem gratiam suscipiunt à natura carnes contusæ, *vt iam probatum est*. Itaque id omne, à quo natura aliquam gratiam sperare potest, ipsa promptius aggreditur. Id autem est, quod similitudinem aliquam cum parte alenda obtinet, quæ tantùm in sanguine aut carne contusa reperiri potest. Quæ etiam ratione puris naturam suscepiant omnes, qui cum sanguine commiscentur humores, vt in compositis tumoribus apertè conspicitur. Cæterùm de his, qui simplices sunt, & vnico tantùm humore constant, ambigere decet. Erysypelas verò, etsi exquisitus sit, ea propria humoris natura nil mitum, si suppurationem aliquando patiatur; siquidem, *vt ex Galeno constat*, ea tenuissimo aut feruenti sanguine fit. Vlceri verò si superuenerit, ea tantum sustinet medicamenta, quæ ex hordei farina, aqua, & oleo, & quæ eius sunt similima, conficiuntur. Cæterùm id tentare, raro, aut nusquam oportet: namque grauissimum est, met erysypelate pus irouere medicamentorum ope. Quod plurimum pertimescit Hippocrates, *lib 7. Aph. 20.* dicens: *Ab erysypelate putredo aut suppuratio malum, magnam enim corruptionem significat adesse, vbi cum erysypelate putrescit caro, ad quam sequitur suppuratio.* Verùm ne quis existimet, nusquam esse tutum, in erysypelate pus mouere, intelligat velim, hanc sententiam tantùm damnare id pus, quod ex carnis corruptione ab erysypelate generaliter apparet, proutà flaua bile nascitur, vt vulgus existimat, sit: namque experientia compe[illegible] est, [illegible] erysypelam suppurari. At tumores, qui ex sola flaua bile suboriuntur, quales herpes, [illegible] & eius species nusquam citra pe[illegible] bH[illegible] tate, [illegible] suppurantur, præter id, quod su[illegible] pu-

Pus mouentia emplastrica quando vlceribus proficua.

Pus mouentia calore nostro similima.

Pus [illegible] excepto [illegible]

Pus quibus [illegible] quando & quando [illegible]

Pus mouere quibus [illegible] quando & quando [illegible]

suppurat o ca[illegible] flau[illegible] [illegible]ctæ est, non [illegible] [illegible] suppu[illegible] [illegible] qua nobrem [illegible] sorum tumorum curationem, & omnino abstinere ab his, quæ pus mouent. Idem [illegible] in tumoribus á melancholia obortis, & scirrhosis omnibus obseruare; periclitantur enim, ne pus mouentibus adhibitis, in cancrum aut malignam exulcerationem degenerent. Nequit enim huiusmodi materia suapte natura in pus mutari, neque id vsquam facultas conatur, quia plurimum dissideat á membrorum solidorum (quorum *suppuratio munus est*) substantia. Itaque tum ex parte humoris, tum etiam ex parte virtutis fit, vt frustrá suppurationem tentemus. Quo factum est, vt in scirrhosis tumoribus non liceat solis emollientibus vti, ob suppurationis timorem, saltem ob damna, quæ ea tentata suboriuntur: sicut nec discutientibus solis, ob maioris duritiei periculum, sed ea semper commiscere oportet. At in pituitosis tumoribus, & iis, qui ex frigida, crassa, ac viscida materia constant, haud facile est vt ea distinguere suppurationem admittant necne auctores. Nam Hippocrates *lib. 1. prog. tex 30. & 31.* apertè docet, *œdemata suppurari*. Cæterum ipsa rei ratio quodammodo refragari videtur, siquidem commonstrat, id esse impossibile, quin prius pituita in sanguinem vertatur, qui propria est puris materia: at partes nequeunt id efficere: ergo neque œdemata suppurari. Cui dubitationi respondeo, ea œdemata tantùm suppurari posse, quæ aliquam habent cum sanguine commistionem, qualia sunt, quorum meminit Hippocrates *lib. de glandul.* quæ febribus & morbis aliis venosi generis accidunt, præsertim acutis, de quibus eo loco erat sermo. Secundo ea item suppurari potest pituita, quæ in loco aliquo calidissimo concluditur, vt apertis verbis monstrat idem auctor. Inquit enim: *Alia autem, si per palatum in guttur multa fluxio contingat, vt plurimum morbi tabidi oriuntur, replentur enim pulmones pituita, atq; ipsa pus fit, id quod pulmonem exedit.* Ex quibus constat, rarò pituitam in pus mutari, idque ope calidissimæ partis, ex quo iuxta optimam medendi rationem colligitur, quam sit difficile, pituitam adhuc mistam in pus mutari: quo fit, vt meritò suppurantium ea expostulet medicamenta, quæ maioris sunt efficaciæ, vt tantum partis calorem adaugeant, quantum ipsa á pituitæ frigiditate superatur. Nam qua ratione maiorem sanguinis copiam in inflammationibus natura conficere nequit, quia quantitas superat vires, ac pet consequens, quæ caloris substantiam adaugeant, desiderat, alioqui in corruptionem degenerat: ita & in œdematosis tumoribus, etiam frigiditate, crassitie, multitudine, veluti sopita natura efficaciora exposcit auxilia, ac leuioribus nihil iuuatur. Itaque in exquisito œdemate aliis est agendum auxiliis, validioribus nempe, & calidioribus, vt ex Hippocratis sententia facile colligitur, in mixto verò secus. Præterea licet magnæ inflammationes citius, faciliùs, & ex propria natura ad suppurationem veniant: verendum tamen est, ne maior sit, quàm partis natura aut capacitas sustinere queat, nam tales etiam nullis adhibitis suppurantibus, in gangrænam facilè degenerant, neque-

[illegible] partis calore humoris copiam superare: quo in, vt suffocato eo, particula protinus pereat. Periclitantur etiam hac lege pusillæ partes, dum maximam perpetiuntur fluxionem, & rursus omnes exiguæ, & exsangues, & frigidæ. Quapropter in his raro, aut maxima cum cautione, pus mouentibus vti oportet: nam prohibent hæ vlterius d[e]fflationem, qua plurimum indigent grauatæ copia partes. Renuunt etiam suppurantium adhibitionem maligni humores, & imbecilles natura partes: neque enim existimare oportet, omnia cruda suppurationem expostcere, quod insinuat egregiè Hippocrates *lib. 6. popu. p. 2. text. 30.* dicens: *Quæcunq; concoqui opus est, occludi conuenit, contraria verò exsiccare, atque aperire.* Quod Galenus *in comment.* eleganti quadam ratione apertiùs exponit: *Cæterum nolite* (inquit) *putare, me omnia cruda, nullumq; pus habentia ita curari docere: nonnulla enim ex his emplastricis medicamentis putrefiunt, aut propter humorum ipsa creantium prauitatem, aut ob affecti membri imbecillitatem, ingenitum talorem ita pusillum agrumq; habentis, vt neque humorum in ipsum delapsorum concoctionem aggrediantur. Porrò in horum curatione scarificationibus altissimis cutim rescindimus, & plerumq; vsq; ad profundum in multis affecti membri partibus diffecamus, medicamentisq; siccantibus vtimur.* Quibus verbis apertè constat, quam diuersam curandi rationem expostuleat huiusmodi affectus. Quapropter consultò dixit Hippocrates: *Quæcunque concoqui opus est*; quasi plurima sint, quæ suppurationem pati, aut nequeant, aut non sit opus, qualia quæ ad id deuenerunt, vt mox in gangrænam casura sint, & quæ iam computruerunt, veluti ea, quæ retulimus. Tanta ita que cautione vti in his adhibendis auxiliis oportet, vt meritò Galenus *lib. 2. ad Glauc. cap. de abscess.* consulat, adhuc in iis, quæ pus mouentia iure optimo expostcunt, prohibere totis viribus suppurationem. Inquit enim: *Itaq; cum initio suppurationis inflammationis curationem molitus, si speres te hanc prohibere posse, pane, oleo, & aqua permistum plurimum in. equei, aqua autem quam oleo maior sit portio.* Ecce qualiter adhuc tumore vergente in suppurationem, tantùm ea veretur, vt prohiberi omnino liberè doceat. Namque adhuc id temere & in quouis tumore tentandum; speramus autem suppurationem prohiberi posse, si qui inflammationem producit humor, nec multus sit, nec crassus, nec lentus, proindeque medicamentorum vi superet. Quapropter dum id intendimus, antevertemus humorem, qui abscessum gignit, vacuando: quod fiet commodè digerentibus, exsiccantibus, humoremque depascentibus medicamentis, quale esse ostendit Galenus *cataplasma expane, & oleo, & aqua plurimum decocto.* Cæterùm dum suppuratio impediri nequit, summa breuitate ac diligentia procuranda protinus est. Inquit enim Galenus *lib. 2. ad Glauco. c. de tumore suppurato*, circa id verba faciens: *Quos vbi digerere posse parùm speraueris, cataplasmatis ex triticea farina vtere: nam ad celeritatem suppurationis plurimum confert.* Quæ enim diutiùs immoratur, maximam carnis excauationem, plurimos sinus, ac sæpe immedicabiles fistulas parit. Præstò igitur esse oportet his, quæ pus maturent, inter quæ primum locum obtinet, corpus non plurimum vacuare, vt capite *de Sanguinis missione* abundè diximus. Rursus medi-

Margin: B; C; D; E — Pus mouentia qui humores tenuant.; F — Pus mouentia quātacum cautione adhibenda.; G — Cataplasma ex pane & oleo. Suppuratio si impediri nequit, celerrimè procurāda.; A 246 — Pus maturantia.

medicamenta ad id idonea recenset Galenus, vbi pars non est copioso humore destituta: nam vbi humoris parum in particulis continetur, tutius quidem esset resolutionem tentare.

Pus mouentia aut suppuratione, quæ partes admittant, aut renuant.

Nec minus negotium facessit in hac re, nosse, *quæ partes suppurationem admittere queant, & quæ secus*; ac tutius. *quod difficulter, vt quinam exactè intelligat, quibus, quando, & quo loco vti oporteat pus mouentibus*. Partes verò, quæ abditæ, & intra corpus dissitæ sunt, nulla ratione suppurantia admittunt, ob loci incommoditatem, præterquam quod hæ maiori ea parte calidiores sunt: quibus dum forte accidit pus fieri, minori opus habent adminiculo: tum etiam, quia semper in his maius periculum affert pus ipsum. Nam præter id, quod partes sunt digniores, & quæ ea putridæ substan- B tiæ contactu plurimum offenduntur, illud insuper grauius est, quia non habent, qua possint facilè a pure genitu expurgari, citra sui (*dum plurimam detinentur*) aut alterius partis (*dum per ipsam cogitur delabi*) maximum incommodum. Sic Hippocrates *lib. 1. prog. tex. 37.* laudauit in viscerum abscessibus ruptiones ad interiora: nam eo tempore per communes corporis cauales facilè pus defertur: qui verò extra rumpuntur, *inquit*, graues sunt, quia nequeunt, nisi per maximos anfractus expurgari: vbi periculum est, ne aliquando aut locus desit, aut natura nequeat inuenire, aut saltem præ languore tantum puris perficere minimè valeat, præter alia mala, quæ hoc modo affectis protinus sequi solent. Quapropter suppuratoriis auxiliis in his partibus quicquam tentare, nefas quidem est, etiamsi natura coacta fortassis necessitate id aliquando moliatur: plurima enim efficit ipsa, vt suspicor, minoris periculi gratia, ex malis, quod minus est eligens, quàm quod sua sponte id aggrediatur. Quæ quidem Medicus nulla ratione æmulari tenetur: quin potius in his frequentius resolutio tentanda est. Partes C etiam, quæ articulationes constituunt, omnino pus mouentia renuunt; difficulter enim harum partium vlcera sanescunt, ob plurimas humiditates, quæ necessariò ad eam partem confluunt, præsertim quia periclitantur articulationum ligamenta, ne facilè ab his medicamentis, & pure ipso putrescant. Qua ratione contingit, vt rarò huiusmodi partes, nisi maxima cum difficultate pristinæ sanitati restituantur. Rursus partes pusillæ & extremæ, *vt superius diximus*, vbi multo humore irrigantur, sua sponte periclitantur gangræna, ob caloris suffocationem, ne dum emplastricis adhibitis medicamentis. Item, venarum vstiones, quæ ad prohibendam hæmorrhagiam fiunt, aut humorum defluxum ad quamuis partem, veluti in varicibus, quas ferro candenti secamus, contingit, ne gustare quidem gaudeant, quæ pus mouent medicamenta. Excidit enim protinus escara, quam intendimus diu conseruare, do- D nec discissa vena cicatricem contrahat. Quapropter ab eis abstinendum esse, ipsa rei ratio consulit: at verò in partibus, quæ gangræna afficiuntur, abscissione, aut vstione, quæ pus mouent, adhibenda sunt, vt citiùs decedant, quæ corrupta sunt. Item, licet necessum sit, pus mouere in partibus á caloris fonte distantissimis, id tamen difficulter consequimur, vt apertè Hippocrates docet, qui minus supputari œdemata, quæ in ventre sunt quàm quæ in hypochondriis dixerit ob caloris inopiam. Quod pari lege callosis ac duris omnibus accidere constat, in quibus maiori opus est diligentia, sicuti in his, quæ crassiori constant humore, & aliis omnibus, quæ densiori cute teguntur.

Dubium.

Dubitabit fortasse quispiam, *si tanta sunt, tamq; varia, quæ huius auxilij vim experiri nequeunt, quorsum tam mira ipsius varietas?* Cui respondere oportet, nec credendum quidem esse, temerè, aut inconsideratè, & fortuito factum, tot pus mouentium medicamentorum genera priscos illos Medicorum doctissimos inuenisse: sed id esse ob partis affectæ, aut ipsius affectus, cui debentur, miram varietatem, ac etiam ob eam medendi rationem, quæ docet, pus esse maturè mouendum. Atqui E cùm idem met humor, pro partis diuersitate, facilius aut difficulter in pus vertatur, securiusve aut periculosius: eo fit, vt varia oportuerit confinxisse suppurantium medicamentorum genera; qua ratione pensitare oportet, *quibus conditionibus liceat pus mouere*. Consulit enim curandi ratio, dum ad id opus cogimur, quàm celerrimè efficere, tum vitandi accidentia (*quæ dum ipsam conficiat, fiunt*) gratia: tum vero, ne pars sinuosa fiat, ob vlteriorem corruptioné, & diutina puris mora, atq; vltimo ob alia, quæ præter spem solent accidere mala. Timorosum enim, & periculo plenum est, *inquit Gal. lib. 4. meth. c. 13.* quæ præter naturam sunt, diutius in corpore immorari. Quapropter humores in parte quæuis retentos, quàm citissimè alio transferre, aut discutere, aut in pus vertere, eodem loco apertè docet: quod etiam in F curatione parotidum ipse obseruat. Sæpiùs enim tepida partem abluere iubet, & farina hordei illinire: quo etiam factum est, vt variam pronuntiarit Gal. *lib. de rem. par. fa. C. de parot. lib. 5 simp. 9. lib. 4. Meth c. 5.* sententiam circa supputantium medicamentorum temperiem. Inquit namque, ea debere moderata esse: cæterùm alibi calidæ & humidæ esse temperaturæ: quod eo dictum esse suspicor, quia in pure conficiendo, *vt superiùs diximus*, duo spectantur: Primum, vt optimum sit: Secundum, vt quàm celerrimè fiat: illud quidem á medicamentis fit temperatis, hoc vero à calidis & humidis. Sic erysypelatosos tumores, si forte ad suppurationé vergere fuerit compertum, iis medicamentis curare oportet, quæ media sunt in caliditate & frigiditate, ac sine vlla mordicatione, qualia referri diximus à Gal. *li. 4. simp. 5. vt amylum, pompholix, cymolia, chondrus*, & huius cēsus alia, quæ exactè lota & benè temperata non solùm suppurationem poros obturando moliantur, sed etiam affectus feruentius naturam reprimant, ac suo tempore caliditatem compescant, & partis teperiem tueantur. Tantum namq; ab hoc moderamine recedendum est, quantum particulæ naturam desi- G derare compertum sit, nullaq; ratione pinguosis vtendū, ne feruentior fiat affectus, cuius materia facile vel debilissimis auxiliis fiat pus. Pari etiam ratione frigidi tumores, & frigidarum partium, ac deniq; omnium eorū, quæ carne & sanguine sunt destitutæ, sibi hac lege expostulant emplastica medicamenta, nimirū quod maioris sint efficaciæ & caloris (*dum fluxio nō sit ingens*) vt quod particulæ deest, respectu frigiditatis & renitētiæ horum, iis adimpleatur. Siquidé quæ temperata sunt, aut nullum,

Pus mouentium varietas vnde, & cur tanta.

Pus mouere quando, quo loco, & quibus conditionibus liceat.

Suppurantia qualia esse debeat.

nullum, aut leuiter [illegible] Ca[illegible]ia A namque, præ[illegible]id, quo[illegible] nullum [illegible] damnum, citius erumpunt, au[illegible] dicuntur, citra d[illegible] periculum. Quam medendi rationem docuerat Hipp. *lib. 1. prog. text. 38.* dicens: *Oedemata, quæ in ventre ſunt, minùs faciunt abſceſſus quam quæ in hypocondrio, minimè vero ſupperantur, quæ infra vmbilicum ſunt.* Qua ſententia conſtat, facilius ſupparari œdemata, aut quemuis alium tumorem, in calidioribus partibus, quam in frigidioribus. Et ob id ſumpta ab hac ſententia indicatione (etiamſi pus mouentia partis temperiem æmulari teneantur) conſultius mihi videtur, paulo calidioribus vti, quam fidentes pusillo partis calori diutius malum protrahere, aut fortaſſe aliud maius veluti manu efficere. Nam ſententia illa medicorum omnium, de temperato ſuppurantium calore, intelligenda tantum eſt circa eas partes, quibus ſuapte natura tantus ineſt calor, vt ipſę ſine emplaſtricorum adminiculo pus mouere valeant: aut vbi humor ita eſt tenuis ſubſtantiæ, & cutis adeò rara, vt à quouis vel debili calore, facilè pus vertatur. At in frigidis particulis & humoribus, longè B aliter res fieri debet. Pus mouentibus etiam, quæ id ex accidenti efficiunt, vtimur in his tumoribus, vbi munus eſt, aliquid ante puris confectionem efficere, nimirum materiam præparare ad feſtinam ſuppurationem: ſicuti aliquando *chalaſticis*, aut emollientibus, admixta craſſiori ſubſtantia vtimur, præſertim dum vtrumque finem reſpicimus, diſcuſſionem videlicet, & eius, quod nequit reſolui, ſuppurationem. Frigidis etiam & adſtringentibus id ſæpius conſequimur, quod (*licet aliquando tuto fiat*) his auxiliis tentare, haud tutum eſt: Nam licet poros occludant; calorem tamen refrigerant, ac ſæpe extinguunt; frequenter verò humorem concretum ac durum reddunt, ineptum quidem diſcuſſioni ac ſuppurationi. Quibus autem medicamentis quodvis horum generum cõſtare conficiq; poſſit, ne videar metas mei inſtituti tranſgredi, conſulto prætereo, præſertim cum id paſſim reperiatur apud Gal. *lib. 4. meth. & lib. 2. ad Glauc.*

Suppurãtia quibus conſtent medicamentis.

C At verſa iam in pus materia, in omnibus externis partibus periculum eſt ruptionem cutis diutius protrahere. Docet quidem Galen. *lib. ad Glauc.* fieri ſinus, dum abſceſſus pus habens tardè ſecatur: Quapropter cutem dirumpere protinus oportet. Verùm in articulationibus, aut partibus internis, quibus dirupno minùs tuta eſt, non erit abs re, ante puris integram confectionem ea præmittere medicamenta, quæ pus ſine ruptura vacuant, quorum meminit Galenus *lib. 6. pharm. gen. cap. 14. & lib. 6. pharm. gen cap. 12. & lib. 6. pharm. gen. cap. 2.* ex Aſclepiadis ſententia: atque etiam in iis, quæ ex Democrate ſcripſit: Et rurſus in his, quæ ab Eraſiſt. accepit, præſertim illud, quod *Epigoni*, ſeu *Iſis* dicitur. Quibus ſi vtilitatis aliquid fuerit conſequutum, ei perſiſtendum eſt, donec totum abſoluant opus: ſin minus ſectionem efficere oportet, ne pus ſubiectas ſibi partes erodat: & huius capitis hic eſto finis.

Pure conuerſo cutis continuo rumpenda.

## CAPVT XII.

### De communi ex[illegible]gentium auxiliorum vſu & indicatione.

EA enim eſt quorundam morborum natura D ac tenaciſſima conditio, vt non ſemel n[illegible] quibus, ſed plures ac diuerſis curari deſideret [illegible] [illegible] quod maiori ex parte morbi inſoluta continuitate (dum ſimplici vnione non coaleſcunt) expoſtulant, præſertim qui ex tumore aut quouis alio defluxu ſuperſunt. Conſtat namq; dirupto abſceſſu, aut exeſa carne, aut tandem vtcunq; ſoluta vnitate, vt iterum partes coaleſcant, multis egere præparationibus: citra quas nequeunt priſtinam ſubire ſalutem. Primò etenim expiari à puris excrementis & ſordibus, quæ quotidiana coctione ſuccreſcunt, abſterſione liberari, alioquin nequeunt ad ſanitatem progredi. Quapropter oportet hoc opus in examen ducere, namque id commonſtrat optima medendi ratio. Quæ autem hanc gratiam vlceratis particulis præſtant, vnius ſunt generis medicamenta, quæ *abſtergentium* nomine complectimur. Ceterùm ob diuerſam abſtergendi rationem in tres iure optimo ſecantur E differentias.

Abſtergẽtia vnius generis medicamenta.

Prima quidem continet ea medicamenta, quæ communi quadam acceptatione abſtergentia ſeu *rhyptica* dicuntur. Secunda ea complectitur, quæ *eccathartica*, quaſi purgatoria & infarctu liberantia ab omnibus appellantur. Tertia verò reliqua omnia, quæ abluendo, à ſordida labe partem vindicant.

Abſtergentium 3. diff.

Ryptica ergo ſpeciatim (*vt ex Galeno lib. 5 ſimpl. c. 12. conſtat*) ſordem à cute & vlceribus tantum extergunt, nonnulli etiam obſtructa liberant. Tergẽtia verò ſiue expurgatoria (*licet à rypticis ſubſtantia genere minime diuerſa ſint*) ſed tantùm maioris minoriſque ratione, vt his verbis Galenus loco citato aperte innuit. Inquit enim: *Nam quæ in ſuperficie ſolum ſordem auferunt, ſiue in vlceribus, ea extergentia ſeu ryptica nominantur. Quæ vero per[illegible] purgant, F ea ſubtiliorum huiuſmodi partium ſunt, & emplaſtricis contraria proinde ecphractica, & eccathartica appellantur: nitroſa quidem ſunt omnia, & amara:* quorum etiam eodem loco hæc profert verba Galenus: *Quæcunque enim reperies nitroſa & amara, ea ad purgandos meatus omnes valere noueris.* Docet etiam hæc duo medicamentorum genera, non ſolum differre minoris aut maioris conditione, ſed aliam obtinere differentiam: Nam quæ maioris ſunt efficaciæ, cùm ſecum habeant adſtrictionis aliquid, externus adhibita nihil aut parum abſtergunt, quia foris meatuum exiguitas, priùs ab adſtrictione, quàm probè queat expurgari, occluditur, adhærentque magis hac ratione ſordes. At quæ circa ventrem ſunt partes omnes, quæque in iecinore, liene, aliiſque omnibus vlceribus, cùm maximos in ſe meatus habeant, maius accipiunt commodum ex vaſorum corroboratione, quam propter occluſorum exiguitatem læduntur. Quapropter *abſynthium* intus repurgare poteſt: foris non poteſt, quippe quod compoſitum ex amara acerbaque facultate eſt: quod etiam apertis verbis eodem loco Galenus docet. Inquit G enim: *Quamobrem lentis ac pituitoſis thoracis pulmonumque humoribus, aut puri, & incidendis & extenuandis & educendis aptiora inuenire alia præter iſta medica-*

Ryptica ſeu Extergentia eiuſdem ſunt naturæ.

Ryptica quid differãt ab eccatharticis.

Abſynthiũ intus purgat.

menem nequeas: iisdem istis, & iecinoris obstructiones expurgans, & modicas etiam lienis. Sunt autē huius generis medicamenta, vt *nitrum vstum, nitri spuma, fictiles testæ, pumex, buccinorum & purpurarum & cæterorum, ostreorum testæ vstæ, tritæ, tenui cribro cretæ, sic alcyonium, seriphum struthij, bryonia, draconti, aristolochia radix*, & huius generis plurima, quæ breuitatis gratia prætermitto. At cutis vniuersæ & vlcerum sordes non hæc tantum, sed viribus minora auferre possunt, salsa nimirum & dulcia omnia, quæ tenuium sunt partium, licet ex amaris imbecilliora aliis admixta prodesse optime possint, inter quæ etiam diuersa est maioris minorisque efficaciæ ratio. Tergent enim modicè *farina fabarum, hordei, succus, semen lini torrefactum, magis terebynthina, thus, mel despumatum, amygdalæ amaræ, valentius erui farina, semen ormini, radix ireos, & panacis, & multa eodem ordine, quæ Gal. lib. 4 phar. gen. c. 3. passim refert.* Ex quibus idē auctor docet varia componere, vt cuiuis subsit in quouis gradu materia tum simplex tum composita.

A

Eccathartica quæ.

Expurgans.

Tergentia.

Abluentia quid a tergentibus & ecphracticis differant, & quomodo suum opus perficiant, & qualia sint.

At abluentia medicamenta licet etiam abstergant, longè a supradictis virtute & agendi modo dissident, eo quod natura sua abstergentem nullā habent virtutem, nisi illis ob aliorum mixtionem successerit. Nec rursum abradendo sordes à partibus agunt, vt verè abstergentia. Exponit enim Auicenna *lib. 2. tract. c. 4.* mira quadam sententia, qualia sint, quovè modo suum opus perficiant. Itaq; inquit: *Lauatiua est omnis medicina, cuius proprietas est, vt abstergat, non virtute agente in ipsa, sed virtute patienti, quam iuuat motus: & significo per virtutem patientem humiditatem, & per motum significo cursum: Currens enim subtile, cum vadit super orificia venarum, lenit humiditate sua superfluitates, & remouet eas suo cursu, sicut aqua hordei, & aqua cucurbitæ.* Quibus verbis aperte constat, qualis sit abluentium medicamentorum natura, ac rursus qualiter ab aliis dissideant. Nam illa peculiari quadam dote partes extergunt, hæc verò ex accidenti, ac delatis suo cursu sordibus. Hæc itaq; sunt extergentium, expurgantium & abluentium medicamentorum genera, licet iis alia facile adiungi possint, quæ sugendo vt *spongia, & oris suctiones*, quæ aliquando in angustis & fistulosis vlceribus, non paruo vsu adhibentur: quo etiam casu pyulcis vti licet & alia, quę idem præstant, quod ex sicca & rara materia sint confecta, quæ promte humorem ebibunt, in quo genere sunt ex lino & canabe confectæ telæ, & per frusta, aut filamenta admota, vel sicca, vel aqua etiam madefacta. Quo quidem curationis genere ex Italis nonnulli chirurgi omnia vulnera non sine magna medicorum admiratione, felicissime persanant. Namq; huiusmodi canabinæ petię aqua frigida imbutę duplici possunt ratione prodesse, vna quod humiditate aquosa abluant saniem, & frigidate non sinant fluxiones ad partem ferri. Altera verò, quod siccitate & raritate materiæ, qua constant, humorem excremētosum ebibendo absorbeant. Quæ etiam omnia reduci nullo negotio ad duo summa capita possunt, quorum *primum* ea complectitur, quæ simpliciter abstergunt citra medicamēti alterius facultatis mixtionem: *Secundum* verò alia omnia, quæ aliis commiscentur iuxta affectus indigentiam: Nam multi ex his, præter id, quod abstersionem desiderant, etiam repulsoria exposcunt pharmaca, alij cōcoctoria, quorum inferiùs, vt sese obtulerit occasio, meminero.

B

Spongiæ vsus.

Suctionis oris in fistulis cōmoda.

C

Pyulcorum vtilitas quanta.

Petiæ canabinæ quot modis prosint.

D

Ante tamen, quam hinc discedam, nouisse oportet, quæ tantum vlceris conditio abstersoria pharmaca iure expostulet. Namq; licet plurimis vlcerum differentiis, aut accidentibus, caussisvè, vt rectiùs loquar, ea adhiberi conspiciamus, ac longè diuersa: Id tamen vnica ratione communi in omnibus fit, nempe prout habent aliquid eius, quod præter naturam continent (*modo excrescens caro dum vitiosa, modo putredo, aut quodam aliud vitium ex his, quæ inferius referam*) in sordis aut puris naturam conuersum. Nam ante id, etiamsi vlcus sit his prauis conditionibus affectum, nulla ratione abstersoria admittit medicamenta. Quo fit, vt prius igne, ferro, aut pus mouentibus medicamentis, in puris aut sordis naturam hæc omnia cōmutari sit necessum. Quapropter licet abstergentium medicamentorū natura pro vlceris conditione varietur (*vt mox referam*) nihilominus tamen id tantum, quod in sordem aut pus est conuersum, ea exoptat, etiamsi vlceris conditio, qualia abstergentia debeant esse, eligat. Quæ verò sit horum excrementorum natura, consulto prætereo, quia passim chirurgi id explicant: Hoc vnum tamen nosse est necessum, substantiam, quamuis tenuem in vlceribus, aut concoquendam esse, si vlcus id expostulet, aut exsiccatione consumendam. Crassam verò, aut à tenui mediocrem, modo pus, modo sordes, aut quouis alio modo appellare eam libuerit, perpetuò abstergendam.

Abstergentia in quib. vlceribus locum habeant.

Abstergentia ratione necessaria.

E

Vlcerū substantia quali. est tradidit.

Ceterum medicamenta, quæ primo genere complectimur, vt rectè adhiberi possint, à triplici fonte indicationem sumendam esse monstrant, ab effectus nimirum natura, à sordis specie, ab affecto loco. Quorum vnumquodq; modum medicamenti, & genus probatissima experientia & certa ratione sibi suo modo expostulare est compertum. Namq; vlcus quodlibet, vbi à simplici degenerauerit, aut affectibus connectitur, quæ peculiarem sibi curandi rationem prærequirunt, vt dum phlegmoni, gangrænæ, fluxioni, dolori, & his similibus adhæret, qui & per se citra vlcus consistere possunt, ac peculiarem sibi curationem vendicant: aut eorum carnis deperditione, sanie, pure, aut alia cacoethica, seu deterrima conditione connectitur, si primo præmitti debeant medicamenta, aut saltem his commisceri, iuxta rationem affectus, qui vlceri associatur: Nam cruditas peptica admiscere docet, durities malactica, phlegmo lenientia, ac sic de aliis pro cuiusuis natura, *vt aperte Gal. lib. 4. phar. gen. c. 4. docet*, donec ex toto associati affectus subsideant, & solis abstergentibus vti liceat. Qua quidem ratione factum est, tot maiores nostros composuisse medicamētorum his vsibus formas, *vt aperte ex Gal. lib. a. 3. & 4. pharm. gen. videtur constare, & nos inferius monstrabimus.* Si verò secundùm cachexiam, aut deprauatam aliam vlceris conditionē considerare oportet, qualis est virulentia, corrosio, sordities, putredo aut profunditas, seu cauernositas: fistulosum etiam & cancrosum vlcus. Quæ omnia symptomatis potius aut caussæ, quam differentia vlceris rationem obtinent. Namq; suam extergendi rationem (*dum id occasio postulat*) quæuis harum caussarum, aut symptomatum seorsum exoptat, hæc

Extergētia qualis ratio quodq. eorum requirat.

F

G

Extergētia varia ob varias vlcerū differentias.

communi

[illegible]

[illegible] apertis [illegible] sum q[illegible] [illegible] vt [illegible] sunt vitia, quæ [illegible] veru[illegible]ius, & [illegible] *lib. 4 meth. c. 1.* [illegible] verb[illegible] fecit sententia [illegible] explicans [illegible] *Prohibeat namque maxime quidem huiusmodi vlcera sanescere [illegible] quæ omnia, putredo [illegible] & si quæ exsang[illegible] mutatione [illegible]* & [illegible] *Præterea herpetibus, & flemmentu omnibus, id est, quæ ex [illegible]* Itaque [illegible] Græci [illegible] nominate [illegible] ea quæ humor [illegible] dit. Namq; ex iis, qui fluxerunt, his [illegible] bus, aliqu[illegible] faciunt [illegible] ex supradictis [illegible], aut facta a qua nutriti[illegible] ne, corruptione ve duritie, aut quouis alio sanioso, aut putrido vitio, quod curari iure optimo desiderat vehementissimis auxiliis, qualia sunt, quibus vtuntur Hippoc. & Galen. B locis citatis. Quæ cum viribus æqualia vlceris vitio debeant esse, & his frequenter vti, graue sit, consultissime videntur fecisse, dum scalpello semel vlceris partes præscindunt, extergunt que totum id, quod vitiosum est. Namque ex ratione esse censeo, fluxione quieta, quod occalluit, aut quod præter naturam creuit, computruit aut quouis alio vitio vlcus conspurcat, ex toto rescindere, et quod medicamentis abstergi nequit vsquam, scalpello auferatur & noua caro regigni iterum citra id vitium possit. Quod etiam consulit Galenus *lib. 4 meth. c. 5.* ex Hippocratis mente, præcipiens cutim scarificare, & sanguinem extrahere, vt sanguinis malignitas euacuetur. Quapropter his vlceribus abstergendis ea medicamenta sunt proficua, quæ vlceris vitiis viribus æqualia sunt, si ea [illegible] detergere intendimus. Nequeunt enim, quæ mitiora sunt, quicquam notatu dignum efficere, quin [illegible] sordidius reddunt ipsum vlcus: Nam id cum malignioris duritieiq; sit naturæ, omne leue contemnit auxilium.

C Qualia autem vnumquodq; vlcus præsequatur perdisces facilè, si noueris prius, ea posse duplici forma adhiberi, solida nimirû, & fluida, quæ abluendo ipsum extergat, hac tamen distinctione præhabita, quod vlcus præhumidum, aut in corporis superficie situm, aut iuxta aliquam articulationem, ablutione nô eget. Quod verò sinuosum, aut fistulosum plurimumq; cauum fuerit, vt difficilè [illegible] didis iuuari, ita ab his vndiq; perluitur, & [illegible] tem quem præ sinuositate obtinet, facile deperdit licet inniti semper oporteat, sinuositatibus vlcerum [illegible] solidi medicamenti aliquid immittere. Inquit namque Galenus *libr. 4. pharm. gen. 14.* *Nisi enim diutius ipsum pharmacum adhæserit, nihil efficiet* quod [illegible] plerosque medicos latuit, arbitrantes [illegible] die tantem ab vlcere detersuros, mel ùs se facturos, iis, qui bis die faciunt. D Quo verò semel soluunt, apud ipsos quoque ægros tanquam negligentes malè audiunt:

(Extergentia quomodo & qua forma adhibenda.)

(Extergentia solida raro mouenda.)

[illegible] alaceremata, veratri [illegible] [illegible] vel mentes [illegible] extergunt vt diphryg[illegible] *lis, salamoniaci, & vsti* [illegible] *rum vnguentum.* Cæ[illegible] opus est parte mab [illegible] xiune pæ auer oportet, imp[illegible] quæ repellendi vim obtinent, vt Hippocrates *libr. 1. de morb. muliebr.* apertis verbis [illegible] quit enim *Curare oportet vlcera, velut ea etiam,* E *quæ in reliquo corpore sunt* (loquebatur de vlceribus vteri) *nimirum vt inflammationem arceas, repurges, & repleas, & ad cicatricem perducas.* Et paulò antea dixerat: *Si vero sordida fuerint, profitebitur, ac proximum locum mordeant purgato [illegible] nouam carnem, ad cicatricem perducito.* Cauere tamen in inflammatis, putridis, aut non purgatis vlceribus a pinguosis medicamentis apertis verbis consulit Hippocrates *libr. de affectibus*, dicens *Pinguia ad inflammata non conducunt, neque ad ea, quæ non sunt purgata, neque ad putrescentia sed ad inflammata conferunt frigida, & ad impurgata & putrescentia acria faciunt, & quæ mordacitatem aliquam inducentia purgant.* Quibus verbis fere vniuersam vlcerum non simplicium curatione videtur iussisse complexus.

In vlceribus quidem malignis, & quæ ægre ad cicatricem veniunt tota exsiccandi ratio his medicamentis fiat, est necessum, quæ citra morsum exsiccant, qualia suo loco dicemus. Verùm si in his sordes supercrescit, animo expendere oportet, vtrum vlcus, carne, quæ subest exesa, ac colliquescente, sordidum euaserit, an quia præter exsiccantia, præsequitur etiam medicamentum, quod sordibus, quæ necessario succrescunt, sit idoneum. In qua quidem re optimo consilio & matura consideratione procedendum est. Namque ob malignam fluxionem, fortassis carnium suboriuntur colliquationes, ac per consequens ab eis vlcus sordescit: ideo per medicamenta exsiccatoria in composito aliquo pharmaco fluxioni apto, prædominantia, admixtisque leuiter abstergant, donec fluxionis malitia subsistat extergi desiderat. Verùm si in hac ratione sordes non prodeat, coniicere mox oportet, abstergens medicamentum, quo eo tempore Chirurgus vtitur, nimis esse acre & erodens, vt non solum sordes, sed & carnes ipsas absumat, aut tam esse debile, vt nequeat, quod ex partis coctione superest, expurgare & abstergere. Quod diligenter in pr[illegible] cere Galenus *libr. 4 pharm. gen. cap. 2.* docet. Quapropter peritissimo dapprimum est, non solum in his vlceribus, verû & in omnibus aliis vlceribus malignitas corporis, aut affectæ particulæ conditio & medicamenti natura ac efficacia. quorû plura G iubet considerare Hipp. *lib. 2. prædict.* vt quis exactè teneat

(Vlceris maligni [illegible] sordes qui fiat.) F

[illegible] *modo* [illegible] *pri*[illegible] *oportet*, *tum eas, quæ meliores sunt ad* [illegible], *tumque deteriore deinde ætates* [illegible] *singula vlcera curatu difficilia* [illegible] *in corporibus* [illegible]

A *re, quantùm a* [illegible] *sed & alia, qualitatis* [illegible] *tam mala nosse oportet, quia non* [illegible] *curandi rationem, quam purgandi.* Eandem quoque [illegible] auct[illegible] verbis e[illegible] docet, [illegible] ens, quæ sunt partes, qui [illegible] difficiliter vlcera curantur. Inquit enim *Ex locis* [illegible] *lares difficiliores curatu sunt & laterum mollitudines aut priora: Nam & mora in ipsis sunt & reddita, & articulis periculo maxime obnoxii sunt maximi digiti & præsertim pedum:* & aliarum etiam partium eodem loco late meminit, in quibus & periculum & difficultatem apertè ostendit. Nam, vt Galenus consulit, maligniora vlcera, & corpora duriora & robusta, valentiora abstergentia adhibenda esse consulunt: At mediocria verò, & molliores corporum habitus, imbecilliora. Quorum formam & rationem scripsit apertissimis verbis Galenus *lib. 4. meth.* dicens: *Præterea notandum venit pura vlcera ab his medicamentis, vnde prius, cum essent sordida, nihil mordicationis percipiebant, nunc morderi:*

B *quod est* [illegible] *medicamentum esse efficacius.* Et subdit *lib. 6 pharm. gen. 2. & 3. Qua causa est, vt à valentioribus abstergentibus pharmacis, ad mitiora minusque mordacia digrediamur, vbi vlcus ad amussim purum* [illegible]: quemadmodum rursus in sordidis, præ[illegible] quæ vim medicamenti non persentiunt, [illegible] magis abstergentia transimus, quorum gradus [illegible] dixim us. At in corrosiuis vlceribus, vt maior vrgentiorque est repellendi & exsiccandi necessitas, ita quæ abstergunt medicamenta minorem præstant vsum, licet aliquid eorum aliis admiscere non sit absre. Abluere tamen huiusmodi vlcera vtile esse, experientia probauit: Qualia verò esse debeant, mox dicemus. A putridis verò & sordidis vlceribus omni arte putrilaginem, & sorditiem abstergere oportet summa diligentia (*vt Hippocrates consulit, præsertim si in vtero fuerint*) siue cucurbitis, siue scarificationibus, aut aliis, quæ valenter abstergant medicamentis, abluendaque pars sæpius est, vt extracto vitore, pristinam temperiem suscipiat, tum ea libera difflatione,

C tum ex medicamenti moderamine: quo casu maiora abstersoria consulunt rei natura, & Galenus ipse *libr. 2. de morb. mulier.* In cancrosis verò vlceribus maturiori opus est consilio, in quibus, si debili vtaris præsidio, nihil efficies: si validiori, irritabis. Quapropter lotis, aut vstis metallicis, iure optimo Galenus *libr. 4. pharm. gen. cap. 10. & libr. 14. method.* vti iubet, quæ mediam obtinent n[illegible], & his proficua admodum sunt. Vlcera verò, quæ ob aliquod eorum, quæ diximus, ablui desiderant, prius molli vellere aut linteo [illegible] oportet, aut si sanies acris est, sero, si co[illegible] mel[illegible] : si multa simul & acris, [illegible] quo lacc[illegible] uplum [illegible] tau [illegible] diffusum sit. Si verò ver[illegible] cul[illegible] sunt siue [illegible] earum [illegible] esbatum, q[illegible] dixi[illegible] prodesse co[illegible] um est. [illegible] us, [illegible] cautias p[illegible] no dul[illegible] austero. A[illegible] oxycratu adhi[illegible]

Vlcera putrida quomodo abstergenda.

Vlcera cancrosa quomodo abstergenda.

Vlcera quo m[illegible] ab[illegible] [illegible] tractanda.

[illegible], dilutum [illegible] pauco cu[illegible] quæ [illegible] auferunt. [illegible]

D mor[illegible] malignis vlceribus [illegible] neceus vstis, pu[illegible] Ligni etiam [illegible] vlceribus mirum [illegible] prodest præstatque prædictis con[illegible] vsum. Atq; hæc in vniuersum sunt medicamenta, quæ horum generum vlcera, ad sordes abstergendas pro cuiusuis natura, & peculiari conditione exoptant.

Esse tamen hoc loco vtile expendere duxi, has omnes vlcerum differentias nunquam admittere vnius tantum virtutis, aut naturæ medicamentum: sed semper va[illegible] potentiis co[illegible] ctum. Nam que raro contingit solum exsiccationem, aut abstersionem expostcere, sed ex omnibus his confectum aliquod. Qua ratione ea medicamenta esse omnibus his vsibus proficua, experientia & optima medendi methodo compertum est. Ea nimirum præsertim, quæ mediam in omnibus obtinet temperiem & naturam, qualia sunt, quæ ex mineralibus vstis, aut lotis cõstant. Hæc namq; media

E temperie eductionem moliuntur. Tempore verò vlceris calido distemperamento frigidiori repellunt, mineraliũ siccitate exsiccant, rursus eadem & moderato calore extergunt: hoc vnum in omnibus seruato, vt si ea his indicationibus aliqua magis vrgeat, eo in medicamento præualeat compositio quæ illi è directo respondet. Nam si humiditas nimius facessit negotiũ, siccitate polleat medicamentum oportet: Si verò sordities, abstersione & sic de ceteris, q in vlcere reperiuntur, conditionibus. Quod quidẽ medicamẽtum facilè erit cõponere, in memoriam reuocatis abstergẽtibus q̃ diximus, & iis, quę capite de mouentibus, post id efficere dictum est, additis, quæ siccandi vires obtinẽt, qualia *lemnium sigillum, cadmia, chalcitis, ærugo, chalcantum, mysi, sori, stybium, alumen, plumbum vstum, scoria plumbi, squama ferri & æris*, & alia huius generis, dum lotione aut igne mitescant, & frænentur prius, sicuti & *galla omphacitis, & malicorium vstum, & cortex capparis trita.* Quibus tantum ceræ, aut

F pinguedinis, aut olei addere oportet, quantum hæc simplicia fuerint fortiora, aut vlceris indigentia postulauerit, iuxta id, quod in ipso præualuerit.

Est alia vlceris conditio, præter eas, quas mox diximus. qua *vlcus* quidem *simplex*, aut *cauum* appellatur. Ceterùm simplex quoddam est citra alicuius substantię deperditionem (*cuius meminero capite de Glutinantibus*) alterum verò, cum deperditione substantiæ, quod à cauo differt: quia hoc & cute & carne subiecta caret; illud verò sola cute, quod *vlcus planum* appellant, ac ex Galeno *libro 3. method. cap. 4.* etiam constare videtur. Circa quas vlceris differentias considerare oportet, quanam ratione sordis species, quæ secundo loco in mentem subit, exposcat [illegible] bus g[illegible] bus

G abstergentium medicamentorũ. R[illegible] amen ta[illegible] o est, quia cum huiusmodi vlcera tantum desiderent carne impleri & cute tegi, & e[illegible] nt [illegible] lum naturæ opera, q[illegible] æpersi[illegible] re ipl[illegible] n si quæ prohibent, abscindantur. Prob[illegible] men ex crementa, quæ cuiuis [illegible] accre[illegible] nt. [illegible] equidem fit [illegible]

Extergentia vari[illegible] vlce[illegible] tare ac diffe[illegible]

Siccantia.

Extergentia simplicissimis vlceribus qualia.

mum non

mum [illegible] quod [illegible] ne valeat [illegible] abstergen-
[illegible] [illegible]icam [illegible]a esse [illegible]ssa[illegible], quæ naturæ car-
n[illegible] generati[illegible] [illegible]itatibus ministret,
[illegible] deinceps, [illegible] impedi[illegible]entum carnem gene-
rare queat. Nihil enim vulgatius apud chirurgos
est, quam huiusmodi vlceribus, quæ abstergant &
251 A exiccent, adhibere [illegible] ad tenues [illegible]tates;
illud verò ad eas sordes detergendas, quæ ex vlce-
ribus nutritione necessario prodeunt.

Excrementorum quæ in vlceribus apparent, natura & differentia. Ante tamen, quam hinc discedam, differere co-
gor, quæ sit horum excrementorum natura, vt fa-
cilius dignoscatur, qualia debeant ex abstergen-
tibus medicamentis eligi. Cuius rei satis dispares
ab omnibus aliis, & nonnihil inter se iunitorum
quorundam doctissimorum opiniones reperio.
Existimat enim Argenterius, in vlceribus sigmen-
tum esse, sordem & tenuem saniem reperiri, *vt af-
firmauerat Galen.* sed subesse tantum ichores & sa-
niem, ac denique aquosum excrementum, totum
illud tempus, quo vlcus crudum est, citra vllam
sorditiem; dum verò vlcerata pars suum alimen-
tum conficit, fieri pus ex carnis generatione, citra
Excrementa in vlcerum non esse, q Neoterici existimant. alicuius alterius excrementi congestionem: ac si
quod est, id fatetur fieri ex partis vlceri adiacen-
tis nutritione, ac per cutem & eius labra spirare,
aut cum pure ipso confundi. Et credit etiam,
quod licet in sani corporis nutritione, crassum &
tenue excrementum, iuxta Galeni decretum re-
periatur; id tamen in vlceratis partibus minimè
reperiri posse. Ac probat suam sententiam ad-
B uersus Galenum valida quadam ratione, quæ
talis est. *Quo vlcus crudius est, eo hoc excrementu, te-
nui nimirum & crasso, magis abundat; quo verò plus
coquitur, eo hoc delitescunt magis: Igitur non sunt ex-
crementum nutritionis vlceratæ partis.* Quam quidem
rationem tanti semper feci, vt pene auerteret ve-
ritatem, quam de Galeno in hac re conceperam.
Fallopius verò licet cum Argenterio etiam tene-
at, ab vlceris coctione, seu partis nutritione nul-
lum superesse crassius, aut tenue excrementum;
vlcus tamen fieri ichorosum, aut sordidum exi-
stimat, ex alteratione partis à calore præter natu-
rali, qui nequit alimentum concoquere. Quo
fit, vt crudum supersit, & tenue excrementum,
quod aliquando ob exustionem crassum fordi-
dumve gignit: & quo magis viscus coquitur, eo
magis hoc temperamentum delitescit. Ceterum
ex vtraque sententia (*quarum nulla quidem tan-
quam tamen verorum, displicet*) oportet concin-
C nari huius rei exquisitam (*saltem iudicio nostro*) ve-
ritatem. Fateor quidem cum Fallopio, vlcus in
principio sordidum & ichorosum esse, quod pro-
bat etiam Argenterii ratio, & ipsa rei natura o-
stendit. Namque rationi est consonum, ex incon-
fecto & inutili alimento (*quod in principio vlcerum
par est, non confixisse naturam*) vlcus ipsum fieri hu-
midum ex parte eius tenui, ac sordidum ex crassa,
quum calore præter naturam, qui eo tempore vi-
get, concretam & parti veluti affixam reddat ma-
teriam. Cæterùm displicet asserere, dum nutritio
vlceratæ partis calore secundum naturam perfi-
citur, nullum superesse in vlcere excrementum:
& adhuc inutilior videtur ratio. Inquit enim:
*Quia calor non est exquisitè naturalis, sed aliquid patia-
tur*: qua quidem ratione tenetur concedere plura
vlceri posse succrescere excrementa. Inquit nam-
que Galenus ea necessario succrescere, siquidem
dum pars sana erat, & per [illegible] [illegible]m
tenuia & insensibiliter excernebat crassa excre-
menta. At pars [illegible]te derecta, nequit tantam ob D
noxiæ caloris copiam quæ [illegible] exspirat, & eua-
cuescit per aperturam [illegible]tatum & hac ratione excre-
menta, quæ insensibiliter dissipabat, in aquosam
naturam commutat, sordem verò in crassam.
Quo fit, vt non [illegible]lum ex naturali more duo ex-
crementa in nutritione generet, verùm impo-
tentiæ ratione sensibiliora prorumpere efficiat.
Ex quo quidem ego ex[illegible]o in principio, &
semper in vlcere reperiri sordities, aut tenues hu-
miditates, aut vtrumque simul: cæterùm dispa-
ri plurimum ratione. In principio quidem ob
cruditatem & caloris præternaturalis actionem,
ac humoris ad vlcus confluentis maiorem copi-
am & vitium, quibus, vt vterque auctor fatetur,
succrescunt crassa illa & tenuia excrementa, par-
tim, quia non coquuntur; partim verò, quia adu-
runtur vlcus. At procedente tempore, dum vlcus
coquitur, hac sorditie purius redditur, quia co-
quuntur, qui præfuerant humores, quibus vl-
cus sordescebat. Ea tamen excrementa, quæ à
partis nutritione & carnis regeneratione subori-
untur: vt Galeni docet sententia, leuiter sordidū, E
quo magis coquitur, fit, sordine quidem, quę non
efficit vlcus virosum, vt prima sordis conditio,
quin his apparentibus boni moris esse & ad salu-
tem vlcus properare existimamus. Atqui licet Ar-
genterius non reperierit huiusmodi excrementa,
dum vlcus coquitur, non ex eo credendum est,
non fieri, sed cum pure potiùs, quod eo tempore
apparet, confundi & commisceri. Quo quidem
factum est, dum magis vlcus coquitur, eò minùs
apparere ichores & sordes, quæ vlceris principio
adfuere: magis verò pus, quo rationi est conso-
num, coniungi, quæ ex coctione & partis nutri-
tione prodeunt excrementa. Fiunt tamen hæc o-
mnia hac lege, quod dominante in vlceribus ca-
lore præter naturam (*qui dum vlcus crudum est, præ-
ualeat*) ex aduenienti alimento (*vt intra venas in fe-
bribus fit putredo*) ita in vlceribus fit sordes nigra,
lutea, pallida, fœtida, viscosa, & vlcus redditur
putrilaginosum, & mille aliis spurcitiis fœdatum,
pro ratione diuersitatis materiæ & vitii caloris.
Dum verò calor naturalis prædominari incipit, F
hæc omnia superat, deuincitque, & ex materia
quæ aut multa est, aut inepta, pus conficit, & quo
magis superat eo manifestius carnem generat,
ac per consequens, ex residuo alimenti pus confi-
cit, quo excrementa, quæ in carnis nutritione su-
peresse necessum est, occultantur. Ex quibus a-
perte constat, quo minus prospere fiunt in vlce-
ribus coctiones, eo plus tenuioris & crassioris ex-
crementi increscere, quibus vlcus minùs benè
pficere suam actionem existimamus, ac vlcus sor-
didius & humidius semper dum coquitur im-
prospere, redditur. Cum hoc tamen huiusmo-
di excrementa in tanta quantitate non censeo
prodire ex coctione, quæ in partis nutritione per-
ficitur. Difficile enim est credere, ex minima il-
la nutritione tot superesse excrementa, quæ suffi-
ciant vlcus efficere humidius. Quo fit, vt ego ex- G
istimem, naturalia excrementa cum pure ipso
confundi, minimeq; egere exsiccantibus aut ab-
stergentibus. Pus tamē, prout maiorem aquosi &
crudi humoris copiam secū defert, aut crassioris
sordi-

sordidioris<sub></sub>q; maiorem aut minorem aut æqualé cum abstergentibus exiccantium medicamentorum miscellam expolcere, *vt sequenti capite latius docebo*. Quo quidem factum est, vt vlcus in principio omnino esse crudum iudicemus ob copiam illius primæ sordis speciei: cóctumque verò dum pus optimum fit. improspere quidem coqui, dum tenuis crassivè puris plus iusto substantia est. Quibus exacte pensatis, facilè iam constare arbitror, indicatione sumta ab excremétorum natura, quibus oporteat vti abstergentibus.

A 252

Dictum namq; est, duo tantùm esse genera excrementorum in vlceribus, vnum ex cruditate, & vitio caloris obortum, aliud ex coctione. Illud verò quod crudis vlceribus adest, nulla ratione abstergentibus curari potest. Nam irrato vlcere eorum abstersione, crudius ob nouam fluxionem & dolorem efficitur: sed iis tantum auxiliis, quæ coctionem adiuuent: & pus moueant. Quo fit, vt sæpe adhibitis frigidis, aut aliis, quæ à natura coquentium longè dissident, non sine magna chirurgicorum admiratione vlcus coquatur, & purius fiat, attemperato videlicet partis extraneo calore, & mansuetiore facto, qualia diximus capite præcedenti. Cui etiam vsui ea tantum sunt adhibenda ad coctionem, quæ partis natiua temperie exsiccata & corroborata coctionem, citra manifestam emplastricorum actionem (*qua in hoc casu plurimam formidare oportet, vt quæ sordidum ex propria naturæ vlcus reddant*) coctionem attemperamentumque præstent. At ea excrementa, quæ ex concoctione in carnis regeneratione & nutritione prodeunt, vt pus est aliis duobus admixtũ, citra vllã dubitationem abstergentia medicamenta expostulant, debiliora quidem, aut magis efficacia, prout pus crassius fuerit, aut tenacius parti adhæserit. Siccantia tamen commiscere oportet medicaměta, sed aliis præcipuè vsibus (*vt sequenti capite latius explicabo*) (quàm gratiá exiccandi tenues humiditates, quæ puri admiscentur in partis nutritione. Quæ tàm paruæ quantitatis sunt, dum vlcus distemperici, aut imbecillitati non adiungitur, vt peculiarem exiccandi rationem non exigant, præter eam, quam ad carnis generationem esse idoneam Hippocrates & Galenus aperte monstrant. Verùm dum pus improspere perficitur, & vitio caloris aquosius fit, aut humoris, exsiccantiá medicamenta prædominari tenentur.

B

C

Si verò crassius sordidiusque fiat, ob caloris etiam aut humoris naturam (quibus maior pars humoris in excrementa, quàm in carnem conuerti necessum est, quia etiamsi vlcus coquatur, ob has caussas semper humidius sordidiusque fit) necessum est, abstergentia medicamenta, ne his sordibus adhuc amplius hebescat natura, & deterius suum opus perficiat, sedula diligentia adhibere. Itaque ex his omnibus constat vniuersalis abstergendi ratio, vt quis facilè eligat ex tribus illis generibus, quæ primo loco dixi, quod puris conditio & partis natura sibi iure optimo expostulauerit.

Figura etiam vlceris & situs medicamentorum abstergentium [illegible] & modum citra dubitationem enariant; diuersa tamen ratione. Nam figura medi[illegible] [illegible], solutam videlicet aut dé[illegible], [illegible]us verò naturam & efficaciam ipsius miris varietati[illegible]us permutat, [illegible] aperte consuluerat Hip. *lib. 1. de morb. mulie.* l[o]quens de vlceribus vteri hæc referens verba: *Nam vt quæ in tenero loco sunt, cito augescunt, & breui putrescunt, quapropter maiorem diligentiam requirunt, vt paulò inferius latius docebo.* Sic vlcera sinuosa & fistulosa, ac deniq; omnia, quorum cauitas in conspicuo non est, ita vt solidorum medicamentorum vim & gratiam in omnibus sui partibus degustare queant, ea exoptant medicamenta, quæ abluendo extergant. Nam præterquàm, quod huiusmodi idem munus præstant, promtius sese in omnes sinus cauitatesvè insinuant. Hac tamen lege, quod in vlceribus minimè fidendum sit medicamentis tantum, quæ simpliciter abluant, nisi illis ea miscuerim⁹, quæ suapte natura abstergendi vires obtinẽt, pro ratione cõditionis vlcerum: Nam quæ talia sunt, maiorem diligentiam requirunt, quã quæ per abluentia solum adhiberi potest, siquidem sordidius multo fore sperandum est, quod sinuositatibus & anfractibus constituitur, quam id, quod vel linteo, vel penicillis extergi facilè potest. Quo fit, vt paulò vehementiora desiderent medicamenta huiusmodi vlcera, quam sola vlceris conditio expostularet, si in conspicuo esset. Nam cum medicamenta intus morari ob fluibilitatem nequeant, necessum est maioris esse efficaciæ, vt quod formæ medicamenti denegatum est, efficacia adimpleatur. Ex quo etiã illa indicatio subnritur, quæ præcipit sæpius in die huiusmodi vlcera abluere, (*sicut quæ in vtero sunt & aliis huiusmodi partibus, vt Hipp. loco supra citato aduertit, docens ex professo has vlcerum curationes*) tum quia abluendi ratio id expostulat, siquidem potiua agit motu & humore, quibus repetito vti oportet, si aliquid efficere velimus. Tum verò, vt quod vnica ablutione fieri nequit, sæpius quidem facta cõsequi possimus, tum vltimò, quia nisi ita fiat, facile, *vt inquit Hippocrates*, resoluuntur, & maligna fiunt vlcera, quo fit, vt hæc referat verba: *Virùm colluere, & per collutiones totam curationem facere oportet.* Quapropter diuersa longè ratio est in medicamentis solidioribus (*quæ Galenus varium munire præcipit*) ac in his, quæ in vlceris figuram fluidas esse oportet: quæ, quia vt fixius inhærere non possunt, ita crebrius sunt administranda, vt vires suas affectis partibus vberius communicent. Præualet itaque sæpe tantum figura vlceris in consignanda medicamentorum forma, vt in plurimis, quæ sua sponte madefacientia renuunt, necessaria vt plurimum sit, qualia sunt vlcera, quæ in articulis suboriuntur, quæ licet sua natura sicciora expostulent medicamenta; ob figuram tamen sinuosam abluentia necessario prærequirunt. Quod verò illis partibus proficua sint sicciora medicamenta, vel ex Galeno *lib. 3. meth. cap. 9.* disces, qui hæc refert verba: *Sicciora sunt, qualia esse diximus, quæ minus sunt carnosa, cuius generis, quæ circa digitos & articulos habentur. Præterea quæ circa aures, & nasam, & oculos, & dentes sunt. ac vt semel dicam, vbi crebræ cartilagines ac membranæ, & ligamenta, & ossa, & nerui sunt cum hoc tamen, dum sinuosa fuerint vlcera, abluentibus tutius & citius curantur.* Cuius rei gratia meminisse oportet sententiæ illius Hippocratis *libr. de vlceribus*, qua præcipit, *Vlcera nulla madefacere præterquam vino, nisi in articulis fuerint.* Quem locum nonnull[i] (*vt huiusmodi vlcerum madefactionem subterfugiant, obseruantes religiose eorundem exsiccatio[nem],*

D

E

F

G

Excrementa [illegible] [illegible] pro vlceris figura & situ.

Vlcera sæpius abluenda.

Resoluentia solida non mutanda.

quibus vlceribus competant.

iuxta

*iuxta commune præceptum)* intelligunt de vlceribus in articuli prolapsione: cui etiam idem Hippocrates *libr. 4. de articul.* pannos, lanam, & folia betæ superimponit, quæ omnia vino resperſit. Quo loco Galenus aperte monſtrat, id fieri, ne neruis ex articulo prolapſo diſtentio contingat. Qua de cauſſa non ſolum vino, ſed & laxantibus & emollientibus vti docet. Quod expreſſis verbis

253 A conſuluerat Hippocrates *libr. de fract.* dicens: *Omnibus enim circa articulos læſionibus multa aqua calida effundenda eſt.* Quas equidem ſententias non ſolum de articulorum vlcere, cui os prolapſum adiungitur, intelligendas eſſe cenſeo, ſed de omnibus circa articulos læſionibus ac vlceribus, vt vltima Hippocratis ſententia aperte monſtrat. Qua ratione aſſerimus, articulorum vlcera varia expoſcere, ob varias rationes, medicamenta. Primum ex Galeno *lib. 5. meth. c. 9.* conſtat, articulorum naturam non omnino renuere abluentia medicamenta, (*licet ſicca conſtent ſubſtantia, quæ ob id, & ratione vlceris ſiccioribus gauderent medicamentis*) tùm quia in articulis neceſſum eſt humidam quandam ineſſe ſubſtantiam, motui faciliori aptã, quam humidis præcauere oportet, aut humidioribus alimentis reficere, tùm quia ſiccis medicamẽtis harum partium vlcera facilimè exacerbantur, perſentiuntq; dolores & alia accidentia, ob id, quod hæ partes ſuapte natura exactioris ſunt ſenſus, quamobrem huiuſmodi pharmaca deſiderant, ſiccis tamen adiuncta. Nam licet Hippocrates vlcera multa aqua perfundere iubeat, non ob id interdicit ſicca medicamenta, quæ ratione vlceris neceſſaria ſunt: nam id vlceris ratio expoſtulat: illud verò ipſius ſitus, nimirum articulatio,

*Vlcera articulorũ varia expoſcunt medicamenta.*

*Reſoluentia quæ abluũt, quomodo & quibus vlceribus adhibenda.*

B quæ ratione ſuperius dicta id expoſcit. *Secundum* verò, quia ſæpe in his partibus ſinuoſa contingunt vlcera, quæ figuræ ratione abluentia ſeu fluida expoſcunt medicamenta, verum non ea, quæ ſolo motu abſtergunt, ſed ea, quibus virtus abſtergendi manifeſte inſit. Itaque huiuſmodi vlcera ſuæpte ratione, & natura partium, quibus articulus conſtat, ſicca, quinimo ſicciſſima expoſtulant medicamenta, verùm ratione humiditatis & mucoris articulationi neceſſarij, perfundere multa aqua huiuſmodi vlcera oportet, *vt Hippocratis ſententia videtur innuere.* Verùm quia exacutus harum partium ſenſus, & ſinuoſa vlceris figura ſicca & ſolida medicamenta omnino interdicunt, ob id abluentia, quæ exſiccandi & extergendi potentiam habeant, ſunt adminiſtranda: quod in harum partium vlceribus ſedula diligentia ob-

C ſeruandum eſt. Nam qui hæc negligit, diuturnum & ægre curabilem affectum proculdubio reddet. Quibus omnibus rationibus ego ſuſpicor, illam Hippocratis ſententiam hoc modo intelligẽdam eſſe, nimirum auctorem omnino negare vlceratis partibus madefactionem, niſi vino fiat: quam & vtcunq; aliter factam libere articulis vlceratis concedit. Quamobrem legenda eſt ſententia hoc modo: *Vlcera nulla madefacere præterquã vino, niſi ſi in articulis fuerint*, hoc eſt, quæ vino madefieri, & multa aqua, ac abluentibus medicamẽtis conuenit: quam madefactionem omnino capitis vlceribus denegauerat Hip. *lib. de vuln.* dicẽs: *Vlcus in capite nullo humore humectare conuenit, ac ne vino quidem.*

Pari etiam ratione, ſi vlcus in quouis viſcere, aut caua corporis parte ſitum, reconditumuè fuerit, pyulcis & ſuctu virus extrahere oportet: poſt hæc verò ea ſunt adhibenda medicamenta, quæ abluendo partes ipſas extergant, modo per proprium vlceris foramen, ſi conſpicuum fuerit, im-

D mittantur, modo per communes corporis canales, inteſtina videlicet, veſicam, vterum, os, aures, aut nares: quod de capitis vlceribus & alijs, quæ communes habent canales, dum vlcus reconditum eſt, ſubaudire licet. At ſi vlcus ſordidum fuerit plus iuſto, abluentibus ea medicamenta ſunt liqueſcenda diſſoluendaq;, quæ per ſe ſola exterius ſufficerent ipſum extergere: nam quod loci ratione non datur adhibere, mutata medicamenti forma facilè ſuſcipitur. Præterea ſi vlcus in vtero fuerit, lõgè diuerſa ratione curare docet Hipp. *lib. 1. de morb. mul.* *Nam peculiarem refert vlcera in vtero præ cæteris requirere diligentiam*, inquit enim: *Oportet autem curam citò adhibere, ſi vlcera in vtero fuerint: nam vt quæ in tenero loco ſunt, citò augeſcunt, & breui putreſcunt: curare verò oportet vlcera, velut etiam ea, quæ in reliquo corpore ſunt, nimirum vt inflammationem arceas, & repurges, & repleas, & ad cicatricem perducas:* verùm membri affecti ratione paulo antea dixerat: *Et ſiquidem putredo in vlceribus fuerit, & quæ exeunt graueolentia, ſmegmate meraciori, ſi verò nihil tale, aquoſiore, poſt faciem autem cum aqua, in qua cocta eſt myrtus & ſalvia, poſt a verò cum vino colluere meraco ac tepido: cum autem mordentur iam à collutionibus, tum iam pura ſunt*

*Vlceris vteri curãdi ratio.*

E *vlcera. Colluere igitur oportet fæce aquoſiore & vino nigro: Poſt vinum verò adipem ſuillum recentem liquato, & pinguedinem anſeris, ſi affuerit, ſin minus aliam, maximè gallinaceam, aut ex volucrum genere. Si verò neque hæc adſit, oleum vetus ex oliuis admiſceto, atque hoc tepido colluito.* Placuit ad verbum tranſſcribere, vt cuiusconſtet, quam diuerſa ſit curandi ratio, nam oleum & pinguoſa vlceribus carne implendis infundit, aduerſus vniuerſalem curandi rationem. Quo factum eſſe cenſeo, nec duriori facta carne aut cicatrice, vterus conceptioni, aut menſtruorum naturalibus retentioni & expulſioni, præ duritie aut tenſione ineptior reddatur. Quæ profectò curandi ratio alijs partibus non eſſet proficua.

Vires quidem abſtergentia medicamenti facilè metiri poterit, indicatione ſumpta à puris ſeuſor-

F dis prodeuntis conditione, ſiquidem harum partium vlcera ob locorũ ſitũ nõ datur exactè noſſe. Cæterùm id fieri debet, habita viſcerum omnium maiori prouidentia: nam omnia, *vt Galeni eſt ſententia lib. 4. Meth.* iure ſuo ſibi expoſtulant ex medicamentis abſtergi, quæ cum corroboratione, aut ſaltem citra vitium membri diſſipationem id efficiant, qualia amaræ & nitroſæ naturæ eſſe ſuperius diximus. Neque ex eo quidem credendum eſt, adſtringentia citra diſcrimen abſtergentibus eſſe miſcenda: nam ea tantum duplici ratione commiſcet Gal. *lib. 2. phar. gen. cap. 26.* inquit enim: *Plerique paulatim ex adſtringentib. pharmacis et admiſcuerunt, idq; duplicis vſus gratia, ſicut diximus, nempe vt id, quod affectis partibus influit, repelleretur, & abſtergentium ſiccitatem in profundum vſque deduceret.* Quibus vſibus ex multis Galeni locis addere etiam expedit tertium, qui viſcerum corroborationem obtinet: quod profectò in exterioribus vlceribus ſummè cauendum eſt: nam ſordes fixius adhærere cogunt, & partem rugoſam & calore

*Abſtergentiũ vires quomodo liceat metiri.*

Extergentibus quæ admiscenda.

destitutam reddunt. Itaq; abstergentib. quæ ex æquo vlceris conditioni & sorditiei debentur, admiscere in his partibus etiam oportet, quæ amata & nitrosa natura cõstant, quod in omnibus internis vlceribus obseruare necessum est, sicuti & omnia debere esse nostræ naturæ simillima, & q̃ nõ plurimũ eam euertant, neq; alterent. Quibus etiã (*præter sumendi aut iniciendi modos, quos pro partis situ & figura late Galen. docet, lib. 4. Meth. c. 7.*) addere ea medicamenta oportet, quæ partis affectæ naturam respiciant.

Extergendũ quib. quãdo.

Deniq; ex omnibus, quæ diximus, facilè constat, quibus, quando, quantum, quousque abstergentibus vti oporteat: nam qualia licet adhibere, ex primo nimirum, secundo aut tertio genere, vlceris natura, puris conditio, & vlceris situs aut figura facilè ostendunt: quando verò nunquam, nisi dum vlcus propriè coquitur: nam puri & sordibus, quæ ea coctione prodeunt, quæ abstergunt, solummodo sunt adhibenda, quæ quidem non apparent, nisi dum vlcus coquitur. Quantum verò, hoc est, fortioribus abstergentibus, debilioribusvè, partis etiam natura & vlceris conditio simul ostendunt: nam quæ principes sunt, aut exactioris sensus, etiamsi vlcus validiora exopiet, non admittunt. Quousq; tamen maius profectò facessit negotium, nam sæpe imprudentes medici eo abstergendo persistunt, donec cum sordibus, quod sanum etiam est, abradatur, ita vt nouo dolore & fluxione excitatis, sordidius abstergendo reddunt vlcus. Alij rursus plus iusto timidiores, his tantum agunt medicamentis, quæ vt leuia sunt, ita nihil efficiunt: aut dum semel vlcus purũ cõspiciunt, mox ab abstersione desistunt, & aliud munus exsequuntur: quo fit, vt neutrum perficiant: quapropter nec plurimum persistere, nec protinus subsistere, sed sensim & paulatim actionem perficere oportet.

quantum.

&

quousq;.

## Caput XIII.

### De communi auxiliorum carnem generantium vsu & indicatione.

OPtarem quidem ea nunc mihi esset ingenij & eruditionis conditio, vt libere ego etiam ausim asserere (*posthabita inani gloria iactantia*) quæ passim de se Galen. refert *lib. 6. pop. par. 2.* dum antiquorum errores, & memoriam extinguere conatur. Inquit enim: *Ego non solum in Hippocratis scriptis, sed etiam in omnibus antiquorum libris obseruo, vt non temere, quæ quisque ipsorum dixerit, probem, sed experientia ac ratione, verũmne, an falsum sit, quod scripserunt, examino.* Præterea seruos ac libertinos etiam vocat, qui se alicui scriptori ita addixerunt, vt incõsiderate ac temere credant, quæ quisque illorum tradit. Sed quis est, obsecro tali præditus ingenio, tamque varijs disciplinis munitus, vt dum id efficere tentauerit, temeritatis nomine protinus non mereatur accusari? Quapropter non citra timorem, quæ sentio, in publicum profero, vt quæ parum videantur Galeno refragari. Sed deposito, qui me detinet rustico timore, meam sententiam libere proferre conabor, etsi medicorum multi Galeni decretis fidentes, aliter sentire videantur, quamquam non ex toto, quæ dixero, sint illi contraria, sed quodammodo lucidiori intellectu exarata.

Serui ac libertini Galeno qui.

Subit quidem in examen illud auxilij genus, quo vlcera carne impleri facilius possunt. Quod quidem opus, etsi solius sit naturæ, ipsa tamen in vlceribus varijs impedimentis pͤpedita, nequit sine artis adminiculo suum munus (*vt cum sana erat pars*) perficere. Cæterùm præsidia, quæ ars huic vsui suppeditat, longè diuersa ratione id efficiunt, ac vulgus medicorum existimat. Præterea Galenus neque vnam tenet sententiam, neque chirurgi methodum habent & legem, qua suum opus citra maximam controuersiam ac dubium perficere queant. Nam facilè reperies apud Galenum, ea debere modicè sicca esse, nonnunquam primo gradu sicca, ac prosequens eorum exempla, quædam secundi, quædam etiam tertij gradus enumerat siccantia. Item modicè calida, hoc est, ipsa carne calidiora esse debere. Alibi detergendi vi prædita. Rursus carnem densantia. Quibus omnibus etiamsi chirurgi licentiosius id fateantur dicere, adhuc quæ repellendi vim obtinent (dum non sint ex adstringentium genere, quę attemperant, molliunt) ac vt refert Tagaultius, ea quæ submonẽt omnia, quæ naturæ opus intercipiunt. Verùm ne huiusmodi varietas nõ turbet, expendam hoc capite, quæ verè *sarcotica* dici merentur. Ac rursus, quem vsum, quę mox retulimus obtineant.

Carnem generantia cuius natu ræ sint.

Sarcotica.

Diuidere in primis medicamenta, quæ carnis generationi ministrant, in duo genera oportet. *Primum* continebit ea omnia, quæ proprius videntur id munus perficere, qualia sunt, quæ modicè siccandi vires obtinent. Quæ quidem non eo magis *sarcotica* appellantur, quod aliquid conferant per se primo in carnis generatione, potiùs quàm cetera omnia: sed quia semper competunt vlceri: cui nullus alius affectus inest, nisi carnis priuatio, cuius medela est inundantis humiditatis exsiccatio, quæ per hæc medicamenta prospere perficitur. *Secundum* vero genus omnia alia complectetur, quæ vtcunque submouent ea, quæ naturæ opus intercipiunt. Sunt enim vlcera non pauca, quæ eu carne non implentur, quia præter humiditatem naturalem aliud etiam obtinent leve impedimẽtum, ea his, q̃ mox retulimus: quod nisi moueris, etiamsi commode ficces, nihil efficies. Circa primum igitur genus, quo exsiccantia medicamenta continentur, immorandum nobis est cum Galeno & vulgari medicorum opinione. Namque vnanimiter omnes cum Galeno *libr. 3. Meth.* consentiunt, sicuti in tertia corporis concoctione, qua nutritio perficitur, succrescunt duo excrementa, quorum alterum per insensilem halitum euanescit, alterum verò crassum nobis conspicuum fit: pari etiam ratione in carnis generatione, quæ in carnis vlceribus à natura perficitur, id esse necessarium. Verùm quod sana existente carne, per insensilem halitum abijt, in vlceribus fit tenuis quædam sanies; quod vero crassum est, in sordis naturam erumpit. Quo fit, vt cum vlcus coquitur & caro regeneratur sordidum & humidum fiat: quæ quidem excrementa possea carnis generationi refragantur. Quapropterea oportet abstergentibus purgare, & exsiccantibus medicamentis inanire. Est quidem hæc optima sententia, & optimo innitens fundamento. Cæterùm, vt mea fert opinio, alia prorsus ratione exsiccare vlcera conuenit, quam gratia con-

Carnẽ generantia quot fortunatæ differentias.

Carnem generantia sicca esse debere quomodo intelligendum sit pulcra eius rei disputatio.

consum[illegible] an[illegible] G[illegible] ot[illegible] d[illegible] q[illegible] can[illegible] l[illegible] [illegible]tes, qui ex cuction[illegible] [illegible]rod[illegible] l[illegible] taq; in [illegible]ceribus duple[illegible] [illegible]as, [illegible] a & hinc ong[illegible] diuer[illegible] [illegible] s [illegible] l-cus humidum [illegible] *rectius loquar* [illegible] fi-it nulla ratione, quæ potestate ex[illegible] sed ea tantum, quæ ebibendi seu auferendi [illegible] di[illegible]tes il[illegible] efficaciam actu habea[illegible] [illegible]bus [illegible]pe cötingit plura vlcera sanesc[illegible] e vt lineis filamentis, ut cannabinis plurib[illegible] medici vsu venit. Huius rei ratio est quia si tenuis sanies à carnis generatione prodit, n[illegible] cessum est tanquam excrementum [illegible] carne ipsa ad [illegible]lceris cauitat[illegible] pel[illegible], vt experienti[illegible] quotidiana compertum est. Q[illegible]o fit, vt vlcus ea humiditate madescat, cui medicamenta, quæ potentia siccent, qualia omnia, quæ à Galen. recensentur, nulla lege sint proficua, sed ea tantù, quæ ebibendo ac sugendo huiusmodi humiditates, vlcus à madore liberent: quem vsum præstare etiam potest spongia, aut extersio crebra lineis & mollibus linteis. Quapropter aliud præstantius esse carnis generationi ministrari siccantibus medicamentis, quę potentia id efficiant *etiam si Galeni & vulgi sententia nil aliud insinuet, quam vlcera exsiccationem, quæ fit consumtiu hu humiditatibus*) mihi semper visum est, namq; persuasum habui, ea medicamenta à maioribus nostris tantopere commendata esse, non ad humiditatum consumtionem, sed ad carnis robur & firmitudinem, & vt siat similima præexsistenti vlceratæ partis carni. Quod ipsa rei ratio videtur connuere. Nam vt ex Hippocrate constat, siccum sano est simile. nec meminit quidem Hippocrates siccitatis, quæ priuatione saniosæ humiditatis solum [illegible]ahitur, quam hæc madidum reddit vlcus, non humidum, sed eam profecto magnificit siccitatem, quæ carni sanæ assimulatur. Quam quidem vlcus sua sponte citra exsiccantium adminiculum obtinere nequit: ratio est, quia cum calor partis vlceratæ ob cutis defectum facilè euanescat, non valet quidem (*veluti cum sana erat pars*) sua munia prosperè perficere: Quo fit, vt carnem generet, sed non æque solidam & densam, ac ea est, quę in parte pręerat, quia nequit pusillus calor ad vnguem discutere, quod alimenti superest: quo fit, vt mollior generetur caro, adhoc particula in naturali temperie exsistente. Qua quidem ratione semper egent exsiccantibus medicamentis, quæ robur, firmitatem, soliditatē, consistentiam, generatæ carni addere valeant, qui quidem est potissimus exsiccantium medicaminum in vlceribus vsus. Verū calidiora paulo ipsa carne oportet esse sarcotica, quo sanguinem attrahant, neque vllo modo adstringere, ne quod influit, repellant, sordem q; vlceribus arctius affigant, siccare tamen, vt carnis fuerit conditio, ne adueniens alimentum absumant. Quod verò ita sit, multis rationibus probari potest: nam si solum ob saniosas humiditates exsiccantia antiqui sibi medici cōsulerent, ea quidem sufficerent, quæ actu exsiccarent, vt iam diximus. Verum quia non solum id assintendit, sed his etiam medicamentis adimplere, quod nō valuit natura, hoc est, carnem bonæ & cōstantis substantiæ efficere, hac potissimum ratione carnem generantia, hoc est, firmantia iure optimo dicun-tur [illegible] p[illegible] at alia euidenti[illegible]tio, n[illegible] [illegible]atibus humi[illegible]dis p[illegible] aca d[illegible] non esset opus diuersos [illegible]siccantium [illegible]mentorum gradus constituere, ind[illegible] [illegible]nita[illegible] partis vlceratæ natura, sed ta[illegible]ne [illegible] aut minori copia ha-[illegible] hum[illegible] datur [illegible] q[illegible] tentiora, aut remissiora exsiccantia c[illegible] tant[illegible] sed maiorem diligentiam in artifice, hoc est, d[illegible]gendi & repurgandi frequenter, & vt conu[illegible] [illegible]um linteis, & penicil[illegible]lis. Hac ratione duce Galenus hanc exsiccantium varietatē cogitur exquirere, indicatione sumta à partis natura, vt caro, quæ [illegible]ci debet, parti similis euadat, & eiusdem sit compagis ac naturæ cum ea, quæ in parte pręerat, quæ quidem ope medicamentorū parti similium par efficitur. Qua ēt ratione Gal. *lib. 3. Meth. c. 3.* corporis naturam contemplari docet: nam plura in poeris refert esse *sarcotica*, quæ adultis & robustis corporibus pus mouent, aut nihil ad carnis generationē proficiunt, inquit itaq; : *Corporu quidem natura quanto est humidior, tanto quod minus siccet medicamentum postulat.* Cuius sententiæ etiam fuisse Aëtium ex eodem apertè colligitur, nam inquit *lib. 4. s. 2. c. 33.* *Carnem enim, quæ ad vlceru nutritionem distribuitur, reliquo corpori simulē esse oportet.* Vbi igitur pristina caro siccior est, ibi noua quoque superueniens siccior fieri debet. Meritò ergo resiccanda est, & quantò prior siccior fuerit, tantò ampliorem siccandi facultatem medicamentum habere debet, & vice versa tantò minùs resiccantia medicamenta conueniunt, quantò minùs sicca prior fuerit caro. Quare si quæ sunt vlcera, quibus par est humiditas, quod in sicciori corporis temperamento consistit, vtique magis siccari postulat: quod vero in humidiori, hoc sanè minùs, quo natura naturę ioterest: siquidem productam carnem et, quæ antea erat, similem esse oportet. vbi igitur pristina siccior fuerit, nouellam quoque sicciorem esse oportebit: quare vberius exsiccari, & ob id medicamentum magis siccam facultatem habens, admouere erit necessum. At in humidiore natura tantò rursus his, quæ minùs siccent, medicamentis est opus, quantò caro ipsa minus est sicca. Quæ quidem sententiæ mihi sunt euidens argumentum, exsiccatoria, carnis conficiendæ gratia, potius adhiberi, quam exsiccandi saniosas humiditates, quas, vt dictum est, abstergentibus, & optima ac sedula artificis diligentia auferri conuenit, potiùs quàm siccatorum pharmacorum adminiculo: ostendit id etiam curandi ratio: nam vlcus vt vlcus est, nulla ratione potest exposcere exsiccantia medicamenta, quæ vlceribus esse propria Hip. & Gal. multis in locis referunt. Siquidem vlcus nihil aliud est quam soluta vnitas aut minuta quantitas, dum deperditioni substantiæ adiungitur. Atqui si verum est Galeni dogma, *lib. 2. & 9. Meth.* in rebus præter naturam indicationem fieri contrarietatis ratione, & in naturalibus ob similitudinem: ac si verum est etiam, vt re vera est, vnum non nisi vnum indicare, vlcus quatenus solutio vnitatis est, vnionem solum exposcit, & imminuta quantitas augmentum: sit igitur, quatenus vlcus est, exsiccantia non indicare. Præterea si vlcus exposceret, non profe[illegible]o vt similia caroi, sed vt contraria affectui indicaret: siquidem quæ præter naturam sunt, non si[illegible]lia, sed contraria

Margin notes:

A 255

B

C

Sarcotica qualia esse oportear.

D

B

Sicca medicamenta carnis generandæ, non saniosæ humiditatis gratia adhibenda.

F

exposi[illegible]te omnibus constat ex compertum & rationi consonum. Verùm quia huiusmodi [illegible]ta uonem, quæ per exsiccantia fit, non molimur nisi carnis generandæ ratione, ideo carni simillima esse oportet, sicut & carnis generatio naturalis est. Probat item meam sententiam experientia ipsa, quia si leuiora exsiccantia quàm par est, adhibeamus, caro mollis supercrescit, quam postmodum vt inutilem excidimus: quod apertissimis verbis docuit Hipp. *lib. de vlcerib.* in huoc modum. *Vbicunq; in vlceribus, quæ neq; rectè, neq; vt res postulat, assidue purgata prius fuerint, producit caro tepertis, solet plurimum supercrescere: in his vero, quæ rectè, atq; vt res postulat, assiduè purgentur, & nisi collisum aliquid accesserit, sicca præsidia nutriantur, plerumque caro non accrescit.* Qua quidem sententia cõstat in vlcerib. quæ prius probè à recrementis coctioois purgantur, sicca medicamenta superfluum alimentum depopulari ac consumere, ne caro mollior fiat. Quod egregiè explicuit auctor per verbum illud: *Sicca præsidia nutriantur.* Quasi hæc præsidia sint veluti concaussa optimæ nutritionis vlceratæ partis, sine quibus profectò caro inutiliter supercrescit.

Sicca medicamenta carnem mollem e[illegible]

Quo etiam fit, vt si efficacioribus vtamur exsiccantibus, eo siccitatis & duritiei caro deueniat, vt in cicatricẽ manifestè degeneret, ob id sæpe etratum, vlcera velut cicatrice obducta supersunt.

Sicca medicamenta ad cicatricem vlcera deducunt.

Quo argumento constat vsus medicamentorum siccantium, præsertim cum commensura ex præexistentis carnis compage desumi debeat, quod est euidens argumentum, carnis potiùs quàm saniei gratia ea à veteribus adhiberi. Præter dicta, exsiccantia etiam medicamenta vlceri consolidando potiùs esse proficua, vel saltem ob dictas à me rationes ex fidissimis auctoribus probari potest. Nam quæ sicca suot consolidationi esse proficua, veritati & auctorum menti est consonum.

Siccorum medicamẽtorum tres ordines.

Verùm ne quis plus minusvè quam oporteat, vlceris carnem incientet exsiecet, necessum est toto animo expendat vim & naturam exsiccantium medicamentorum, quæ Galenus *libr. 3. & 4. Meth.* in tres ordines partitur, vt iuxta partis naturam, cuius meriti liceat, quo istorum vti sit necessum. Sic in primo ordine locatur *thus, farina fabacea, & bordes*: secundò *resina, terebynthina, Larignea, abiegna, me: codium & despumatam, mel item rosaceum, & pompholyx*: tertiò verò ordine *erui farina*, multo magis *aristolochia, mel crudum, myrrha, opopanax*, & similia, quæ primo exsiccantium gradu contineantur, aut saltem secundum non excedant.

Siccantib. medicamẽtis quousq; in vlceribus agendum.

Vsquequo verò persistendum in exsiccatione sit, docet caro ipsa generata, vt ex eodem Galen. *libr. 13. Meth. cap. 3.* facile colligitur, quo loco inspicere iubet, an caro supercrescat, an veluti tabida maneat: quod si excrescit, & id plurimum fuerit, siccioribus vti oportet: si verò modicè creuerit, eisdem, quibus ad id deuentum est: at si tabescat, minoribus, donec velut reuiuiscens iterum crescat. Quod vero vt quisq; facilè intelligat, necessum est, expẽdat carnis humani corporis naturam seu differentiam, vt iuxta cuiusuis substantiã his medicamentis rationabiliter vti possit. Caro igitur, vt auctor est Galenus *libr. 10. Meth.* tribus modis di[illegible]tur. Voo[illegible] [illegible]d & duobus impropriè:

Carnis species tres.

[illegible] quidem a[illegible] di[illegible]tur pars corporis [illegible] mp ex, mo[illegible]s, [illegible], fibras musculorum complectens, quanquam non eas tantum complectitur, sed etiam contra caloris interni impetum & vehementiam, atque exteriorum calorem, frigus, duritiem, eas munit, fouet, nutrit. Gignitur ex sanguine mediocriter siccato, ac perdita regignitur: ob id caro pars multi sanguinis & calida dicitur, vnde & carnis abundantia ex sanguinis copia nascitur, quæ caro partem plurimam animalium sanguine prædi[illegible]tum constituit: ad quam quoq; reducenda, quæ in gingiuis, in glande penis, intus in digitorum radicibus, finibus & lateribus, & cuti [illegible]est. *Alterum* carnis genus nomine carens, huic est finitimum, sed tamen diuersum, fibras omnes cordis, ventriculi, œsophagi, intestinorum, vesicæ vtriusque, vteri, ambiens & circumnascens eas, & munieos contra calorem natiuum omnia populaotem, atque etiam contra æstum, frigus & cetera externa: membranis etiam suam carnis compagem negare non possumus. [illegible] eum sanæ sunt, corpulentiores apparent, attenuantur verò, dum non ita valent: quod exactè distinxisse in re practica haud leuem præstat vsum & commoditatem. *Tertium* verò & vltimum carnis genus est propria cuiusque visceris substantia, quam ex Erasistrati sententia Galenus *parenchyma* appellat: talis quidem est cerebri, pulmonum, hepatis, lienis, renum caro, seu id totum, quod venis, arteriis, neruis stomachi: præterea folliculo fellis, qui quidem ab hepate, vreteres verò à rene ademptis reliquum manet. Atque hæ sunt carnium differentiæ, quarum prim[illegible]um genus facilè regigni, dum deperditur, p[illegible]test: secundum difficulter: tertium verò partim impossibiliter, partim difficilius, docet enim Hippocrates *libro 1. de Morb.* quæ coalitum suscipiant, quæ verò secus; nam refert: *Neruus præcisus ac dissectus non coalescit, neque vesica, neque aliquod ex tenuibus intestinis, neque vena sanguiflua, neque tenuis genæ pars, neque pudendi pellicula.* Ex quibus facilè constare arbitror, quali medicamentorum sorte in quonis sit vtendum, iuxta cuiusuis naturam.

Caro quænam regigni possit.

Sed addubitabit aliquis, *an in senibus possit caro regenerari*, siquidem aut non nutriuntur, aut id imperfectè efficiunt: quibus conijcere licet, quo exsiccantium ordine in huiusmodi vti oportet. Siquidem quæ plurimum siccant, & senum carni sunt simillima, facilè absument alimentum: quæ verò parum, carnem molliorem omnibus alijs corporibus efficient, cum senes suapte natura sicciori cõstent carne, ob idq; rugosi & macileoti ac tenuiores redduntur. Cuius dubitationis gratia duo expendere oportet. Primum, *quonam modo carnis generatio etiam in decrepitis fiat.* Secundum, *quo exsiccantium ordine.* Circa primum, verum est, ita naturam nostram solicitam esse de partium vnione, sicut vniuersi natura de mundi repletione: nam aër & ignis discendunt, aqua & terra ascendunt, ne fiat vacuum: ita profectò cum natura nostra in vnione conseruari habeat, non mirum si illa quoque mito conatu suam vnionem tueatur: deseret enim prius nutritionem, quam regenerationem, per quam diuisio & corruptio illius fit: vnde videmus partes vlceratas graciliores fieri, eo quod ipsarum nutrimentum in regeneratione

Caro an in senibus possit regenerari, & quibus medicamentis.

tione carnis amissæ, nonnihil assumatur, vnde credendum est, carnem regenerari posse: quin imo deficiens caro tam facilè succrescit, vt sæpe adhuc in senibus adhibere cogat, quæ carnis augmentum coerceant, nec solum id, sed & supra rasam caluariam, quoniam secundum naturam carne G texenda est. At sanguinis insolita mutatio, nisi intercedente media quadã transmutatione medullæ, aut glutinis aut seminis non fiet vnquam, cui actioni morose difficulterq; post pueritiam facultas incumbit, præsertim cum hæc verba referat Gal. *lib. 1. de semin. c. 13. & 10. quoniam vis formatrix, à qua generatio speratur, deficit in genito à pristino robore, quo in vtero valebat, dupliciter*: tũ quia intra loculos maternos fouebatur, iuuabaturq; informandi opere ab altera formatrice per totum vterũ distributa: tum quia in vtero formatrix intra semen i- 257 A psum continebatur, agensq; materiam per se totam occupabat: in edito verò fœtu, licet vis hæc in formatu osse maneat, non tamen intro occupat materiam fingendi membri, sed attingit tantum. Ob has igitur necessitates labentis facultatis caro etiam senibus reparatur, solidum verò nisi parum & in puero non renascitur. Senij quidem ratio & necessitas non est ita in parte reparata, cum perpetuò caro regignatur: nec ob id homines, quia regignuntur, non senescere est dicendum. Est tamen senij ratio in residua fæculenta, quæ ab ortu indies exhausta magis & in cinerem versa, aditum alimento non concedit, neque accedentem sanguinem præ frigiditate & siccitate sibi vnire, assimilareve potest: nam quemadmodum vetustæ arboris truncus pulcerrimè germinat fructificatque, & ob id non minùs senescit, quia defectus & marcoris causa in antiquo trunco est, sic carni abscissæ in animalibus euenire certum est: nam licet B ipsa senescant, caro tamen refici facilimè potest.

Sarcotica qualia in senibus esse oporteat.

Circa secundam dubitationem existimo, medicamenta sarcotica in senibus, etsi communi lege carni præexistenti simillima esse teneantur, peculiari tamen ratione, parum remissæ siccitatis esse debere: nam maius facessit negotium alimenti inopia, quo facilè depopulabitur siccissimum illud medicamentum, quam carnem ipsam paulò fieri molliorem, defectu simillimæ siccitatis, siquidem ipsa sua sponte nullo negotio siccior fiet, senium natura id efficiente.

Carnis generatione quæ impediant in vlceribus.

Accidunt quidem vlceribus plurima, quæ citra nonnum affectum carnis generationẽ impediunt, veluti sanguinis paucitas, qui non suppeditat vlceri implendo materiam, quod cum chirurgus cognouerit, tenetur ea adhibere medicamenta, quæ parum siccent, & manifeste calfaciant: nam quæ talia sunt, plus attrahunt, quam siccent: quo C fit, vt sufficiens supersit vlceri materiæ copia. Confluit item sæpe sanguinis tanta copia, vt eam natura regulare nequeat: quapropter quæ repellendi vim obtinent, dum non sint ex adstringentium genere, adhibenda sunt, vt poros partis occludãt, humore repulso, ac præpedito, ne amplius fluat, quo cessante carnem sua sponte natura optimè perficiat, siccantium medicamentorum adminiculo: quæ si paulo efficaciora fuerint, nil nocebit. Item distemperies sæpe facultatem prosternit, ita vt carnẽ generare nequeat: quapropter non contrariis, vt nõnulli censent, sed moderans in omni qualitatũ excessu, distemperiem corrigere, & facultati ministrare, citra dubitationẽ oportet. Verùm si vlceris distemperies plurimum fuerit à medio labens, medicamenta parum à medio recedere tenentur versus contrariam qualitatem ei, qua vlcus fit distemperatum. Idem etiam de his, quæ emolliunt, intelligere oportet, si propter partis duritiem D caro gigni non possit: & pari ratione de omnibus aliis, quæ naturæ sunt impedimento.

## Capvt XIV.

## De communi auxiliorum Epuloticorum, hoc est, cicatricem inducentium vsu & indicatione.

Cicatricem inducere quas considerationes requirat.

Licet certum sit salutis indicium is vlcerum status, quæ jam cicatrice solum obduci desiderant, non tamen est ita certum, quando, qualis, quavè modo futura sit: nam pleraq; vlcerum, etiamsi ad debitum tempus peruenerint, ea sunt malignitate prædita, vt nullis præsidiis cicatrice obduci queant. Multa quidem concrescentem obtinent carnem, vt exedi protinus expediat, antequam cute operiantur. Alia etiam ita sunt caua, vt maxima cautione exsiccantia medicamenta desiderent, ne cauis (*sicuti in altis eminentibus*) factis E cicatricibus, partis figura vitietur. Plurima verò licet plana sint, pulcram tamẽ cicatricem desiderant, ob partis affectæ præstantiam: quæ si medicus negligenter tractet, conspicuas partes deformitate fœdabit. Alia rursus innumera ob partis affectæ situm, aut naturam, variam sibi vendicant medicamentorum rationem, aut maximam in artifice diligentiam, sicuti in vlceribus internarum partium, oculorum, narium, aurium & oris. Quapropter quatuor partibus constare hoc caput necessum est. Prima, *quæ simplicem & optimam cicatricem efficere doceat.* Secunda, *quæ modum ponat in supercrescente carne.* Tertia, *quæ viam inueniat ac methodum cicatricẽ inducendi in malignis & difficilimis vlcerib.* Quarta verò, *quæ doceat rationem efficiendi cicatricem, indicatione sumta à situ & natura partium.* Docebo tamen prius, *qualis sit epuloticorum medicamentorum in genere vis & natura.*

Epuloticorum vis ac natura quæ.

Eam quidem explicat Galenus *lib. 5. simpl. ca. 16.* ex professo, monstrans duplicem naturam obtinere huiusmodi medicamenta. *Primam* eorum, F quæ ex accidenti *epulotica* dicuntur, quæ carnem detrahere, ac colliquare propria natura sunt apta: quorum si minimum quid super vlcus inieceris, per specilli cuspidem, ipsum ad cicatricẽ perducent: cuius generis sunt *chalcitis*, & *æs vstum non lotum, æris squama & mysi, ac vitriolum* vulgò appellatum. Quæ quidem omnia & pleraq; huius censu, per accidens & secundariò carnem alterando, & calli instar indurando, cicatricem inducunt, calfaciendo etiam ac contrahendo & colliquando carnem ipsam. Quod si paulò largius ea vtaris, vlcus cauum efficies, exesa quæ subiacebat: quod etiam ex accidenti efficiunt ea medicamenta, quæ citra mordacitatem vehementer siccant.

Epulotica duplicia.

1. Ex accidẽti epulotica.

2. Verè epulotica.

Sed longè diuersa ab his est natura eorum, quæ verè *epulotica* dicuntur: Nam præter id, quod nihil proficiunt, nisi magnam satis eorum quantitatem vlceri imponas, carnem tantum alterare habent, non exedere, vt ea, *quæ mox diximus*: id quod perficitur per ea medicamenta, quæ carnem ipsam cõ-

trahere, constringere, constipare, densare, præterea siccare, & calli instar indurare valent. Quæ vt plurimum sicca sunt & frigida, vt *galla*, *alumen*, *æs combustum*, & *lotum*, *malicorium*, *balaustium*, *acacia*, *thus*, & huius census alia, quæ modicè adstringunt desiccantque. Quas quidem conditiones aperte Galenus in epuloticis exquirit, dum eorum meminit *lib. 7. simpl. lib. 9. simpl. lib. 4. phar. gen. cap. 8. lib. 6. Aph. c. 8. lib. 1. phar. gen. c. 12. lib. 3. Meth. c. 5.* & alibi de terra Samia verba faciens, ac de ærugine, & rursus mille aliis in locis. Ratio verò, qua necessum est, huius naturæ esse hæc medicamenta, ab eodem Gal. refertur his verbis: *Quippe regignere aliquid opus est, quod periit, non tantum vnire quæ dissident, veterum diuersa ratione hic gignere quod deficit, quam in cauo, quando illic sanguis, hic caro pro materia sit: siquidē quod cauum est, impletur ex gignenda carne quæ ex sanguine ortum habet. At in cicatricem perducitur, quod iam est impletum ex gignenda cute, quæ subiectæ creatur carni. Cæterùm caro eadem specie cum ea, quæ periit, gigni in cauo vlcere potest, cutis talis omnino, qualis erat, quæ periit, prorsus restitui non potest, sed simile quoddam cuti, & quod eius officiū suppleat potest, non tamen plane cutis.* Et paulò inferius subdit: *Atqui igitur huius efficiendi est ratio, nēpe alteratio.* Quibus verbis aperte cōstat, ex carne per vlteriorem exsiccationem fieri cicatrices, atq; ea deberi ea medicamenta, quę nuper diximus, q̄ tantum in genere verè epulotica censentur.

Cicatrix qualis, & quo modo quibusvè medicamētis inducenda.

His præmissis, circa primum expendere oportet, qualis, quovè modo sit futura cicatrix: quod aperte docuerat Galenus *lib. 3. Meth. lib. 14. & Meth. c. 10.* eo loco, quo cicatricem cutem non esse ostēdit, quia pilis caret, sed proximè ad eius naturam accedere. *Ergo*, inquit, *quoniam cutis carne ipsa tùm siccior, tùm etiam densior, si carnem siccabimus & adstringemus, cuti etiam persimilem reddemus: nam quæ cicatricem inducunt medicamenta, non solum quæ insunt, consumere tenentur humorem, sed enim, qui in ipsa carne subiecta continetur.* Cæterùm in hoc opere cauere plurimum oportet calli generationem, vt Gal. aperte consulit, *lib. 5. phar. loc. c. 7.* Inquit namque: *Cura etenim habenda est, vt citra callum cicatrix inducatur: atque ea gratia huiusmodi pharmaca in vsum veniunt, quæ multam ad tactum lenitatem inducunt.* Suboritur itaque facilè cicatrix in planis vlceribus, paulo siccioribus his, quæ carnem generant, & minimè mordentibus, nam carnis humidum absumere necessum est. Quo fit, vt optima vtens ratione Celsus in his vlceribus, & in abrasa cute cicatricem quærat, *linamento* solum è frigida presso, præsertim si in frigida alumen maduerit, & quod siccum imponitur, in prædicta aqua mersum, postea inaruerit. Docet etiam Galenus *libr. 13. Meth. cap. 5.* pulcram efficere cicatricem, aut si deformis facta fuerit, emendare. Quod in senibus & lienosis nulla lege emendari neque fieri potest, id quidem docente Aristotele *Probl. 9. text. 5.* in illis ob caloris defectum, in his verò ob humoris conditionem: quo etiam loco in oculis semper *albam* fieri fatetur. In publicis itaque corporis partibus & in planis vlceribus, lenissimis medicamentis cicatrix quærenda est, aut saltem sarcoticis, maiori adhibitis copia. Denique his, quæ multam ad tactum lenitatem inducant: nam alia aut carnem exedunt, aut plurimum callosam & inæqualem efficiunt, sicuti quæ plurimū lenia & nulla efficacia prædita sunt, eminentem cicatricem fieri permittunt.

Cicatricem inducentia medicamēta quæ.

Cicatrices deformes vnde fiant, & quæ eam emendent.

At huiusmodi cicatrices, ni recentes fuerint, haud facilè emendabis: ac si aliqua steterit atra, difficilius, etiamsi *calamintha* superspersa candorem inducat: sicut ipsa cum *vino* cocta, aut *argenti spuma* lota cum *oleo rosaceo* adiuncta idem miro modo præstat, *vt Gal. consulere videtur lib. 7. simp. c. 2.* Item oleum, in quo ferbuerit *bryoniæ radix*, idem auctor *lib. 9. simpl.* illud præstare posse fateatur. sicut *thyitem lapidem* refert recentes cicatrices emendare. Crassiores autem & iam inueteratas difficulter emendabis, etiam si seces & vras: licet medicamentis, quæ carnem exedant, *anserino*, aut *gallinaceo* adipe commixtis, sæpe id ex voto succedat: sicuti & aliis, quę passim conficiuntur. Quæ omnia constare est necessum iis, quæ emolliant medicamentis, cum his, quæ carnem exedant. Expendere tamen oportet, consuluisse Hippocratem *lib. de vlcerib.* oleina medicamenta (huiusmodi sunt *oleum* aut *adeps*) vlceribus imponerentur, nisi iam ad sanitatem intenderent. Eodem tamen loco aperte docet, quanam ratione tunc adhiberi debeant: sæpius quidem euenit, vt cicatrix crassa fiat vel scabra, callosa, aut aspera, ita vt locum turpem efficiat: quod quidem malum per ea submouet, quæ tum discutiant, tum laxent, molliant ac detergant. Mollit quidem adeps, si recens sit, discutit, si vetus: oleum pari lege est mensurandum: nam, *vt ex Galeno & Archigene constat*, vetusto oleo vlcera ad cicatricem facilè perueniunt. Picea item & resina & terebynthina concoquunt & emolliunt, scylla discutit ac mollit, cerussa lenit & refrigerat. Cui simile licet crassius plumbi recrementum, spodium, & loti scobes reprimunt. *Chalcitis* moderata quantitate, vbi aliis misceatur, nitie cicatrices efficit & factas emēdat. Cyaneus lapis detergendi facultatē habet. Ex quibus facile est cuiuis pro affectus indigentia medicamentum conficere.

Cicatrices crassiores & inueteratas inducentia.

Cicatricem inducentia quanam ratione adhibenda.

In cauo tamen vlcere prius carne impleri, quā cicatricem obducere expedire, antea diximus. Qua quidem ratione, dum supra modum excrescat, ipsam exedere, minuerevè, & planum efficere vlcus citra dubitationem necessum est: neq; antea cicatricem moliri vsq; conuenit. Quapropter ea medicamenta adhibenda sunt, quæ aut vehementer exsiccando aut exedendo, carnem minuant. Quę quidē opera maxima cautione fieri desiderant: nedum exedere & æquare vlceris carnem intendimus, aut plus iusto eam exedamus, aut p̄ter institutum caro ipsa in cicatricem degeneret antequam subsideat, & æqualis fiat: quod aperte monet Gal. *lib. 13. meth. c. 6.* Cessare etiam consulit Hip. *libr. de constit. art. med.* antequam finem facias: quod pulcra quadam sententia his verbis dixerat quoque Gal. *Eatenus verò vtroque vtendum, vt tum primum desinas, vbi ad commoderatum peruenerit, priusquam ad contrarium ascendat: nam & carne supercrescente diminuenda, nisi in symmetro substiteris, cauam partem repræsentabis, & caua recreanda, nisi steteris, vbique in symmetro cessaueris, immodice carnosam efficies.* Quod ne plus minusvè quam par est, fiat: nam vt inquit Hippoc. *libr. de articulis. oportet enim curabilia sic tractare, vt ne incurabilia fiant, ea intelligentia, vt quàm maxime prohibeantur, ne ad hoc deueniant, vt incurabilia reddantur. Sunt etenim inter medicamenta exedentia plura, quæ nisi debite adhibeantur, id promte efficiunt*: quod quidem doctè distinguere docet

Cicatrix qualis & quādo cum vlcere inducenda & quibus medicamentis.

quousque adhibenda.

docet Galenus *lib. 5. Method. cap. 6.* facta collatione naturæ, corporis, & partis affectæ, ac virium medicamenti: nam quæ acria sunt, in paruissima G quantitate adhiberi oportet, dum cicatricem inducere studemus. At si carnem exedere, liberalius eisdem vti conuenit: cuius quidem generis sunt, *atramentum sutorium, chalcitis, mysi, & similia.* Quæ verò vehementer siccant sunt, *vt spongia, radix asphodelorum, hermodactyli, stupa minutim incisa, linamentum in muria imbuta, & exsiccata:* quæ variundu quidem sunt pro partis aut corporis conditione & natura: nam in humidis corporibus, quæ acria sunt, & exedéria, cicatricem inducere nequeunt,

Cicatricem inducentia pro partis & corporis natura variãda.

259 A sufficiunt quidem, quæ siccandi vires obtinuerint. At in siccis corporibus, & naturis, exedentia ponunt cicatricem inducunt, quàm carnem exedere possint. Quæ verò sicca sunt, pus quidem mouere sunt apta: cicatricem autem inducere in his omnino non possunt. Qua quidem ratione, dum aut mollior caro facta est, aut plurimum creuerit, maxima cum cautione tractari desiderat: nam si mollior fit, dum in vlcere carnoso accidit, omni ingenio exsiccandu est: dum verò in vlcere, cui os aliquod detectum est, si excisurum fuerit: nullum facessat negotium oportet: nam detracto osse, sua sponte caro exsiccatur, præterquam quod ossa, quæ separari coguntur, siccissima exoptant medicamenta, quæ immodicissima siccitate sua os corrumpant, licet naturaliter humidis ossa corrumpantur facilius: quod quidem Medicum tentare humidia efficere, nefas esset, siquidem pars ossis excidenda humidis circumscri-B bi nequit, ita vt siccis: præterquam quod vlcus aut humidis, sordidius aut humidius fieret.

Cicatricem inducere nõ posse, quib. de causis accidat.

Passim in vlcerum curatione conspicitur, etiamsi vlcus carne sit obductum, cicatricem inducere nullis remediis posse, aut iam factam mox euanescere, & vlcus detectum, vt prius erat, superesse: Quapropter expediet, in his, quibus difficulter fit cicatrix, vt prompte fiat docere, & factam, ne facile diffluat, firmare ac stabilire. Ægré quidem ad cicatricem veniunt vlcera, quæ hac ratione *dysepulotica* appellantur, aut ea, quæ *cacoethe*, hoc est, maligna, *vt apertè distinguere Galenus libr. 2. Phar. gen. c. 18. lib. 4. Phar. gen. 1. docet.* Quo fit, vt ad hæc duo tantùm vlcerum vitia expediat reducere causas omnes, quas Medici passim recensent vlcerum ad cicatricem ægre venientium: namque hæc inter se manifesta differentia dissident: licet frequenter ab imperitis confundantur. Sunt itaC que, *vt Gal. loc. cito docet*, dysepulotica, hoc est, vix ad cicatricem venientia, ea, quæ ex humoris confluxu, vel multorum, vel acrium, cicatricem admittere nequeunt, citra particulæ affectæ aliud vitium: Cacoethe verò appellãtur vlcera, quorum partes affectæ ita vitio conspurcatæ sunt, vt licet bonum sit, quod influit, ipsum tamen particulæ labes corrumpat. Præest enim in particula ea distemperiei conditio, vt ex sibi commisso alimento, aut callum, aut carnem fœdam, nigramve, aut alio quouis vitio conspurcatam efficiat, quo fit, vt cicatrice partes non obducantur. At dysepulotica ob prauorum aut multorum succorum affluxum, nequeunt ad cicatricem perduci: Quapropter diuersa ratione in vtroque medela tentanda est. Nam quæ dysepulotica sunt, præmissa per sanguinis missionem, aut expurgans medicamẽtum

Vlcera Dysepulotica quæ.

Vlcera Cacoethe quæ.

Vlcera dysepulotica qualiter medẽda, vt cicatricẽ acquirant.

sufficienti diligentia, validum citra morsum exsiccationem exoptant, quo quidem ab aliis vlceribus apertè dissident. Præterea summa diligentia curandum est, vt id, quod influit, reiicias, repellasve, si plus iusto, qualitate aut quantitate peccauerit. Item, si quid influxit, discutiendum protinus est his, quæ citra immodicum calorem & aD crimoniam id valeant efficere, qualia sunt, quæ antea diximus capite *de Carnem generantibus*. Quibus sedato fluxu, siccoque pro partis natura facto vlcere, facile deinceps siccioribus adhibitis cicatrice obducitur: quod elegantis quadam sententia docuerat Aëtius *lib. 4. Serm. 1. 40.* his verbis: *Quemadmodum antea diximus, duplex scopus propositus est in curatione partium, quibus nullus deprauatus habitus inest: alter repellendi, quod influit: alter discutiendi, quod in affecta parte est: atque hæc à contrariis qualitatibus fiunt: nam quæcunque adstringunt, repellere possunt, quod influit, quæ vero attrahunt, discutiunt id, quod in affecta loco continetur. Adstringentia itaq; exasperant, & ob id dolorem inducunt. attrahentia vero & discutientia, cùm acria sint, loca vlcerata mordent: quare contingit, vt ex iis, quæ exasperant, & mordent, superflua humiditas ad affectas partes illabatur, quam inflammatio & erosio vlceris consequuntur. Cæterùm eius meminisse oportet, quod sæpe à nobis dictum est, quod corpora sanguine aut vitiosis humoribus referta, & mollia, ac subtili sensu prædita, ex mordacitate facile inflam-E mantur.* (Et paulò inferiùs subdit:) *Proinde quantum eius fieri potest, medicamentorum materia peruestiganda est, quæ citra mordacitatem ac dolorem vlcus resiccent. Quam sanè nunquam inueniet Medicus, nisi quid singula medicamenta adhibitu peregerint, rectè expenderit. Itaq; considerabit, quantum humiditatis primum pharmacum ab vlcere desiccauit, aut si sordidum est, quantum sordium deterserit, idq; iterum atque iterum experietur, donec purum aut siccum vlcus apparuerit. Quod vbi deprehenderit, ad aliud medicamentum eiusdem generis cum priori, sed debilius, se conuertet, fortiora enim, repurgatis iam ab vlceribus, morsum ac dolorem inferunt, & influxiones, ac inflammationes pariunt: alia igitur corpora exactè euacuare, & à superfluitatibus reseruare oportet. Aliis itaq; sanguis, si redundet, detrahendus est, aliis purgatio vitiosi humoris, & simul vena sectio conuenit: quibusdam varicem ex vlcere excidere oportet, quibusdam iecur aut splenem curandum assumimus. Sunt etiam, quibus loca vlceri vicina scarificare oportet, quibusdam labia vlceris callosa circumcidere.* Qua F sententia (*quum ad vnguem transferre placuit*) apertè docet, huiusmodi vlcera remotis, quæ diximus, facile validis exsiccantibus & citra morsum cicatricem acquirere: qualia sunt (*vt idem auctor refert sequenti capite*) *lemnia terra, & eius similia reliqua.* At si cacoëthe fuerit vlcus, præmunito corpore decenti vacuatione, ne forte eius vitio vlcus tale fiat, particulæ temperies omni arte corrigenda est, ne deinceps humores corrumpat, aut suo vitio fœdet. Expediet tamen antea, si quid præter naturam in vlcere factum est, (*vt optimum temperamentum facilius restituatur,*) id abscindere, ac ex toto depopulari, si fieri potest, radicitus. Nam mox optima temperie conciliata, & carne nouiter præexistenti simili generata, leui negotio cicatrix fieri poterit; nam præter id, quod nihil aliud efficiet magis, quàm callosum vlcus reddere, ægriùs sanabile citra dubitationem faciet. Quapropter in vtraq; vlceris natura,

Cicatricem prohibentia quomodo remouẽda.

Vlcera cacoethe qualiter tractãda, vt cicatricem acquirant.

G quod influit modò per varices, modò per proprias aut communes vias id fiat, auferre antea oportebit, deinceps aut vlcus vehementer exsiccare, & quod adhuc influit, repellere, ac quod influxum est, discutere, aut si quid in eo præter naturam ex vitio eiusdem particulæ aut humoris genitum fuerit, abscindere, & mox carnem generare, vt eadem cicatrix siccioribus adhibitis præsidiis facilè fiat. Quam quidem (*si iterum euanuerit, abscedatur,*) maius aliquod negotium facessere credendum est, cuius ante curationem ediscere prouidentiam conuenit.

260 A Quapropter expendere oportet, vt res clarius euadat, quatuor esse vlcerum conditiones, quibus ipsa ægrè cicatricem admittunt, & quibus, postquam aliquam vlcera adipiscuntur, facile deperdunt. *Prima*, cùm vlcus malum contraxerit habitum: argumento sunt senes & hydropici, quos sanare antè non poteris, quàm malum habitum auferas, etiamsi caro eo siccetur, vt in cicatricem degeneret. nam paulò pòst sua sponte ad pristinum delabitur statum. Nec minus quidem grauia sunt vlcera, quibus continuus imminet aliunde defluxus, indicio sunt *fistulæ, & varicosa vlcera*, & huius generis alia, quæ vbi medicamentis & summa diligentia concluseris, in alia parte, aut in eadem, quod frequentius est, inopinato iterum erumpunt. Item, *cancrosa vlcera*, & quæ iam callum obduxerunt: quæ licet fucata quadam cicatrice obducantur, deteriora, difficilioraque curatu, paulò pòst erumpunt. Quarto verò ea difficilius & incertius cutem acquirunt, quibus os vi-

Cicatricem ægrè admittunt quatuor vlcerum conditiones.

B tiosum subiacet, vt his verbis Galen. *lib. 6. aph. 45.* inquit: *Quando enim ex adhibitis medicamentis caro, quæ ossi superiacet patiente, exsuccam contraxerit cicatricem, statim quidem integra sanitas restituta videtur. Rursus vero paulatim aliqua influunt saniei ex osse corrupto in parte penitiore, iterum aduenit inflammatio, & puris generatio sequitur, in quo quidem tota superficies eroditur, caro vero exulceratur*: atque alia ibidem addit, huic rei proficua. Quibus verbis apertè colligitur, *cicatricem non esse perpetuam, donec vitiosum os ex toto excitatur.* Quapropter vt certa fidaque cicatrix generetur, hæc quatuor incommoda auferre priùs oportet. Deinceps vero, quæ valenter exsiccent, adhibenda sunt medicamenta; namque si id antè tentaueris, aut maius malum, aut recidiuam potiùs parabis, quam finem consequi possis.

Cicatrix nō perpetua, cui vitiosum os subiacet.

C Qua enim ratione, quæ carnem generare diximus medicamenta, varios sortiuntur siccitatis gradus, iuxta maiorem aut minorem siccitatem particulæ, eamque quidem partes exoptant, sed longè maiorem, ad cicatrices inducendas, iuxta eandem partium varietatem. Nam quanto particula siccior fuerit, tanto maiorem desiderat siccitatem: Non quidem eam, quæ sibi sit similis, vt in carnis generatione, sed longè intensiorem, tanto quidem, quanto durior sicciorque cicatrix est carne ipsa. Cuius quidem rei exempla & rationem refert Galenus *lib. 5. method. cap.* 10. per singulas corporis particulas; ex quibus facile elicitur, quantum in quanis particula exsiccandum sit: Namque in carnis generatione tantum exsiccare oportet, quantum ipsa præexistens caro sicca fuerit. At in cicatrice inducenda, non item, sed tantum, quantum ipsa particula fuerit à cicatricis natura in proprio temperamento diuersa. Quapropter in vlceribus oris eo loco Galenus consulit sicciora adhiberi medicamenta, non quidem ex partis natura solum sumpta indicatione, sed ex acquisita etiam humiditate, quæ suapte conditione cicatricis generationem impedit: Qua quidem lege in singulis particulis cicatrix procuranda est. D

Cicatricem inducentia varios siccitatis sortiuntur gradus, pro varia partium corporis natura.

C A P V T XV.

## De communi agglutinantium auxiliorum vsu & indicatione.

COACTI quidem in hunc locum distulimus agglutinantium auxiliorum tractationem, ac etiam, vt seorsum, quæ cruentis vulneribus, (*& his, quæ hoc tantum exoptant auxilij genus*) propria sunt, citra alterius complexum expendere liberè possimus. Est igitur glutinatorium auxilium, quod coniungit & vnit diuersas partes, vt in pristinam vnitatem reducantur: quod quidem ex priscis quamplurimi maximi fecerunt, quum cruentis vulneribus vnum erat & proficuum auxilium. Verum si quis rem oculatiùs expendat, facile reperiet, non in cruentis modo, sed in sinibus veteribus, cùm ab omni inflammatione eos vindicauerimus, purosque medicamentis reddiderimus, egregiè constat prodesse, vt apertè ex *Gal. lib. 2. phar. c. 12. & lib. 2. ad Gla. c. 8.* patet, qui ad amussim huius auxilij naturam docet. Quod glutinandi itaque vires habet, plus siccet quidem oportet, quam quod carnem producat: non tamē detergat, neque expurget, sed contra prorsus substantiam omnem in idem cogat, cuiusmodi facultatis sunt ea medicamenta, quæ austera & adstringentia sunt: namq; eorum finis est prohibere, ne vlla inter coituras partes subnascatur humiditas. Quod clara etiam sententia Arist. 1. *problem.* tex. 32. docuerat, dicens: *Quanam vi in medicamenti supprimentis sanguinem fit, quod enæmon appellamus, an vt exsiccet, & materiæ inutilis confluxum compescat sine crusta aut carnis putredine? Ita enim efficitur, vt vulnus simul & inflammatione careat, & vnitati sit opportunum, quod enim materia non superfluit, inflammatione carebit: quod siccum est, vnitati opportunum erit, quādiu namq; permadet, concorporescere nequit: Quamobrem quæ cruentis acria magna ex parte sunt, quod acerbitate sua possint adstringere.* Qua quidem sententia E optimè explicat, qualia teneantur esse medicamenta, quæ cruentis vulneribus, & his, quibus immodicos fluxus adiungitur, proficua sunt. Ex cuius auxilij descriptione facile constat, necessum esse differentiam constituere inter hæc & plura alia auxilia eis simillima: Nam sicca etiam sunt, quæ vlceri curando sunt proficua, quæ *sarcotica* alio nomine dicuntur. Sicca item, quæ cicatricem inducunt: & sicca hæc, quæ glutinant. Rursus adstringentia multa, quæ agglutinandis vlceribus non sunt vtilia. Item hæc, quæ agglutinant, & adstringentia esse tenentur. Quibus constat, non sufficere, quæ diximus, ad intelligendam planè huius auxilij naturam. Qua ratione expendere oportet, hanc interesse differentiam, nimirum quod quæ carnem generant medicamenta, tantum id, quod superest alimenti ab eo, quod ex vsu est, pro carnis non solùm nutritione, sed & generatione exsiccant, consumuntque, præter alios,

Glutinatorium pharmacum quid.

Agglutinantia cur non abstergant.

Agglutinantia, & carnem generantia, quo differunt.

Gal[illegible] [illegible] caro aut [illegible] glutinare [illegible] beat, [illegible] parte [illegible] tenentes, quæ [illegible] In cicatrice [illegible] hoc [illegible] etiam [illegible] tur, absumendus est, [illegible] oportet. Itaq, siccius est, quod [illegible] induci, quam quod glutinat, quando [illegible] vnum id propositum est, vt eos [illegible] secundùm naturam est, redondannam consumat: qui ci-catricem inducit non hoc modo, verùm etiam & eius naturalem humiditatem, vt caro cum simili

261 A ma fiat. Sterenim glutinatorium auxilium in medio eorum, quæ carnem & cicatricem creat, quatenus ad siccandi vires attinet. Item, licet glutinantia adstringendi vires obtineant, probat tamē Gal. *lib. 1. simp. c. 37.* neq; omnia adstringentia glutinare, neq; omnia glutinantia adstringere: Quo loco recenset plurima, quæ licet adstringant, tantum abest, vt glutinent, vt potiùs carnem exedat, ac liquent. Qualia sunt *chalcitis, æs usum, squama, æs vstū*, & horus census pleraque. Alia etiam sunt, vt dixi-mus, quæ licet agglutinent, non tamen adstringunt, vt *amylum, farina, pulus*, & similia. Huius quidem rei rationem reddit Galen. *lib. 3. meth. c. 4.* his verbis: *Glutinatorium vt è neq; detergat, neq; expurget, sed contra prorsus substantiam omnem in idem cogat.* Qua sententia constat, quod hoc glutinatorium te ocatur adstringere, id verò adstringens, quod aut detergat, aut purget vehementer, nulla ratione potest esse glutinatorium. Præterea licet mul-

B ta, quæ agglutinant, adstrictione careant: ea accidenti tamen partes cogunt ac constringunt, vbi in parte exsiccantur, & adhærent, vt *amylum & volatilis farina*, quæ si maduerint, vbi siccentur, partes in vnum cogere sunt apta: Et hac lege sub adstringentibus includuntur: velut quæ frigida sunt, quia hac lege repellendi vires obtinent. Itaque agglutinantia omnia sicca esse oportet, & ob carnis etiam generationem, quam (*licet in parua quantitate*) moliuntur, sicciora item sarcoticis, quia alimentum ad hoc secundùm naturam consumere tenentur. Adstringentia item vt partes cogant, cōstringantque, ac in vnum firmiter contineant, & vltimo repellentia, vt si quid præter naturam in parte fuerit, aut fluxerit, ocyssimè repellant, ne agglutinationi impedimento sit. Nihil enim inter labra inesse debet, vt commodè vnio fieri possit, quod apertissimè Gal. *lib. 2. pharm. gen. 11.* docuerat. Atqui licet huius naturæ sit hoc auxilium, varias tamen fortitur differentias, iuxta diuersarum partium, quæ solui possunt, ratio-

C nem, vt mox dicemus.

Nosse tamen priùs oportet, volnus simplex illud esse, quod in sola diuisione vitiū habet, suasque haber differētias ex differentiis diuisionum. Ex quibus quædam sunt profundæ, aliæ superficiales, quædam magnæ, aliæ paruæ, quædam breues, aliæ longæ, aliæ acutæ, quales sunt, quæ pungendo fiunt, aliæ quæ à rebus lationibus sic-anti-bus inferuntur: aliæ obliquæ, aliæ rectæ, quædam præterea sunt æquales, aliæ inæquales. Item, aliæ sunt recentes, aliæ diuturnæ, & aliæ sunt penetrātes per totum membrum vulneratum, aut per

*Agglutinantia medio esse inter sarcotica & epulotica.*

*Agglutinantia non omnia adstringere.*

*Agglutinātia omnia sicca esse debere.*

*Vulnus simplex quod.*

*Vulnerum differentiæ.*

corpo[illegible] potium [illegible] *meth* [illegible] At [illegible] aliquid in [illegible] euan [illegible] tum est, & [illegible] dem, vnum qui [illegible] glutinantibus *cum citra a* [illegible] *sunt* corani pet [illegible] fecerit. Variarū [illegible] men materia, non [illegible] sententia, sed [illegible] affecti varietate, cæterum [illegible] communem habe[illegible] mnes, vel Galen. etiam præ[illegible] *lib. art. med.* [illegible]

D nem, quæ in instrumentalibus partibus nulla ratione est possibilis, quia hæ, quare nos instrumentariæ sunt, vim non habent alterandi, coquendi, assimilandi, & regenerandi carnem, necessaria quidem opera ad vnionem, quod licet aliquando fiat, id virtute fit simpliciom. Nam figura, magnitudo, aut numerus, nihil horum efficere valent, non quidem, vt Tagaultius censet quia omnino absconduntur vene, nerui, & arteriæ: neq, ob hoc facile est credendum, omnes simplices vniri posse, sed ex his quasdam propriè vnionem suscipere, quasdam temptopue & difficulter, quasdam verò impossibiliter.

Quæ vt satis expendātur, docere oportet, quid *vnio* sit, quid *glutin*, ac deniq; *glutinatio*, vt facile deinceps innotescat, quæ partes vniri queant, & quo vinculo, quæ verò secus. Est quidem vnio reditus ad vnum: nam per diuisionem duo aut plura erant facta, quæ prius vnum erant. Quare si curatio est, per quam naturalem statum recupe-

E ramus, necesse est, vt ea, quæ per diuisionem plura sunt facta, vnum rursus fiant, per id quod diuisioni est contrarium. Præterea continua & verè vnum sunt, quorū extrema sunt vnum: at in partium vnione non semper extrema fiūnt vnum (*at-bil videlicet substantia, quæ dura, frigida, ac sicca sunt*, [*quas diximus difficulter coalescere, vt ossa, cartilagines, & nerui*] *intercedit simile*) quia mediat sæpe alia substantia diuersa ab ea, quæ in parte diuisa est. Quapropter ossa non dicuntur re vera vniri, quia non contingunt ipsos, sed medio callo, quo velut vinculo verain vnionem & continuitatem æmulatur. Quo quidē in ossis durniem potius, quàm in solit[illegible] nutrimentalis defectum tenciendum esse suspicor: ob id igitur Plat. *lib. de vniuer. na.* Os, inquit, *Deus artifex ita constituit, terram atterens puram, leneq, miscuit, madefecitq, medulla, id postea in ignem iecit, mox in aquam mersit, rursus à ignem, iterum & in aquam, sic, transferens sæpius in vtrumque tale reddidit, vt liquari à neutro posset.* Qua sententia (*qua pulcra admodum est*) constat, quàm difficile sit, ossium fracturam vera vnione reficere. Nam hu-

F iusmodi partes frigido & sicco sunt temperamēto, & propterea debilem & tardam exercent coctionem, & à carne priùs vndequaq, contegun-tur, cuius concoctrix ob calorē & humorem valida & facilis est cōcessa. Quo fit, vt accidat, antequā ossa possint sibi similem substantiā generare, carne interdū impleri spatium, quod ex diuisione in illis factum est. Quare cum diuersi generis intercedat substantia, non potest conglutinatio & vera vnio fieri, sed connexio & colligatio quædā sufficiens ad vsus partium. In pueris tamen Gal. assent, optime posse vniri ossa, quia calore & humore abundāt, ac insuper ea habent mollissima. Quo fit, vt in eis citius ob calorē, primius ob materiæ copiā, tande ob ossiū mollitiē ac[illegible] coalescat aut

*Vulnera quas differentias habeant, & quo modo glutinanda.*

*Vnio partium solutarum quid.*

*Vniri neque verè agglutinari ossa non dicuntur.*

*Ossa vera vnione non reficiuntur.*

*Ossa verum in pueris vniri possint, & cur minus in adultis.*

le cant vera vnione. Nam qua ratione in adultis ob siccitatem & [illegible]ditatem, ac duritiem ossium, huiusmodi opus n[illegible] perficitur, contraria videtur in pueris comm[illegible] la p[illegible]e fieri. Proxime quidem huic rationi a[illegible]cedit [illegible]s, *quam superius diximus*, ni-

G n[illegible]ium, vn[illegible] am[illegible] r[illegible]io, propter quam partes spermaticæ non coalescunt, esse defectum facultatis [illegible] matricis, quæ licet non desit in genito corpore, nihilominus tamen non est tota immersa [illegible]ate [illegible]æ, quæ formationi partis deficientis ministratur, quemadmodum dum in vtero partes formantur: nam in toto semine, ex quo tanquam pot[illegible]ssima materia conficiuntur partes, ipsa potentia extensa est, & vniuersas partes attingit, & informat. At genito iam, & in lucem edito corpore, ipsa remanet in partibus solidis, & materia, quæ aduenit ad partis regenerationem, ob id inepta ad id est, quia non habet immersam formatiuam facultatem, quemadmodum semen intra v-

*Vnde ne agglutinati partes spermaticæ verè non possint.*

262 A terum: sed tantùm ipsa facultas, quæ in corpore præest, extrinsecus attingit materiam, ex qua perfecta regeneratio fieri nequit: quia eam non vndequaque, & per omnes sui partes formatiua facultas circumagit, mouet, & informat, quia tantùm est solidis membris contenta: præterquam in pueris, in quibus ob abundantiam seminalis illius materiæ, quæ principium fuit generationis, partes regenerari possunt, quia in materia illa immensa adhuc est formatiua facultas, sicut in vtero præfuerat, & ob id poterit facile deperditũ membrum nouiter efformare. Ossibus quidem proximè accedunt *cartilagines, venæ, & arteriæ*, licet faciliùs id fiat: mediam enim (*quatenus ad vnionis facilitatem attinet*) inter carnem & ossa naturam obtinent: quapropter non desperandum est, posse vniri. Caro equidem inter omnes partes veriùs faciliusque vnitur, nullo intercedente medio á carne ipsa diuerso. Necesse tamen est, naturam a-

*Vniri quæ partes verè possint.*

B liquid habere: quia cùm mutatio fieri non possit á morbo ad sanitatem, & á diuisis ad vnionem, absq; motu & actione aliqua fit, vt glutinatione aliqua moliatur ad eandem naturam reditum, quod nulla ratione fieri potest citra vinculum, & gluten, quo commodè fiat vera symphysis & vnio: est tamen id vera caro eiusdem naturæ cum præexsistenti. Quod autem ita sit, manifestissimis probari potest rationibus: namque *nulla continui solutio post vnionem absq; cicatrice remanet. At cicatrix caro est siccior, solidiorq; facta: ergo citra ipsam vniri non poterit.* Pus item & sanies id aperte ostendunt, citra quæ nullum vulnus coalescit: qua ratione sæpe chirurgi apertum tenent diutius foramen, vt liberè possint profluere. Medicamenta etiam glutinantia adhuc apertiùs monstrant: sunt namq; omnia sicca, vt saniem illam ebibere possint. Cæterùm hanc carnem, quæ interstat, maluit Galenus *glutem* appellare, quod in omnibus citra dubitationem est necessum. Cuius quidem generatio in hunc modum est, sanguis, qui attrahitur à partibus carnosis ad propriam nutritionem, postea-

*Gluten quid. Glutinis generatio quæ fiat.*

C quam ad extrema diuisa peruenit, vbi venæ sunt vulneratæ, effunditur, & a partibus iam contiguis eo modo alteratur, quo alius sanguis in partibus in[illegible]gris. [illegible] quidem [illegible]bi sang[illegible]inem apponun[illegible] & adh[illegible]rere faci[illegible] & [illegible] quendo vi[illegible] sum & [illegible] glutinis modo fiu[illegible] atque ita si[illegible] a[illegible]milant, & tandem vniunt ac per integra assimilationem fit caro, in qua verè fit humana diuisio, vt his verbis aperte Galenus *lib. 3. method.* dixerat: *At [illegible] autem aut omnino carnis generatione non eget, aut plane exigua.* Quibus verbis omnibus constare arbitror, pu[illegible]lum carnis generari in vera vnione, præterquam quod alio modo perdifficile est. Cæterum carnis illius tam parui momenti generatio est, vt nullum facessat negotium, nullumque peculiarium requirat auxilium.

Cum hoc tamen quatuor esse carnis species, necessum est perdiscere, quas alio modo antea latiùs explicuimus. Cæterùm vt ad præsens institutum attinet, *glandulosa* vna est, quæ nullam membrorum seminalium mixtionem sortitur: *Simplex*, quæ fibras seminales obtinet: *Confusa*, quæ fibras & membranas: *Lacertosa*, quæ ligamenta & neruos adipiscitur. Inter quas faciliorìs difficiliorisve coalitus ratio aperte adest. Quo fit, vt carnis nomine, cui facilitas coalitus inest, veteres rubrum illud, molle, ex sanguine genitum, ac sibi associatum citra medium alterius naturæ intelligant. Quæ vero secus se habent carnes, neque ita prompte coalescunt.

*Carnis species quatuor.*

D

Tertio verò loco ea membra subeunt inexamen, quæ nulla regione conglutinationem admittere diximus: quorum quædam sont ita tenuissima, vt soluta coalescere amplius nequeant, ideo vesica decisa nisi in ceruice, vbi carnosa est, non coalescit, sed in fistulosum sinum abibit. Namque cùm præexiguus sanguis ad ora tenuis membranæ descendat, sufficere quidem non valet vnionem perficere. Alia rursus, quæ in integrum discissa sont, minime vniri possunt, quorum etiam notitiam tribuit Hipp. *lib. 6. phor. c. 19.* Item ea, quæ perpetuo motu agitantur, vnde sæpe & pulmonis vlcera rarò sanitatem consequuntur. Illa etiam, quæ nullum habent á natura, aut ab arte, foramen, per quod expurgari commode possint, vt venter spiritalis: Nam vlcera sanari quidem nequeunt, ni expurgentur, neque purgari, nisi foramen habeant. At thorax nisi pertusum, quæ alioqui vlceri est infestissima, exonerare se nõ potest. Postremo ea, quæ eius sunt nobilitatis & præstantiæ, vt scissio plurimos exhauriat spiritus, priusquam vniri possint, quod in corde & cerebro subinde euidens est. Quibus facile est intelligere, quæ difficulter coalescant membra, quæ verò nusquam, & qua ratione, vt, quid agendum sit, quidve præsagandum, facile Medicus intelligat.

*Aggluti-nationem non admittunt quæ partes.*

E

Præterea etiam, quæ diximus, expendere oportet, huiusmodi coalitum, quem hoc capite quærimus, nõ esse artis munus, sed naturæ, quod egregie Gal. *lib. 2. & 3. de nat. fac.* docuit. Nam sicut sensus animalium solam superficiem rerum attingit, nihil interdum agnoscens: ita ars omnis summum hoc & superficiem format ac mutat, nõ rei substantiam, & internas partes. Quare nõ pertingit ars ad species rerum mutandas, vt substantias, aut veram mixtionem, nutritionem, formationem, neque ad vnionem, quæ nutritionis ope perficitur: Superest tamen in vnione artis ministerium & præparatio agenti naturæ, quam præparationem quadruplicem esse, ostendit Gal. *lib. de art. med.* Quare prima sit *remouenda*, si quid est inter partes diu[illegible], quod applicationem exactã fieri impediat. Secunda diuisas partes *simul com-*

*Vnionem partium veram ars non attingit.*

F

*Artis ministeria in vnione quæ sint.*

*mittere* docet, secedunt enim mutuo præ innata grauitate ad varia latera, ac multo magis vt secedant fibræ ligamentorum faciunt, quæ, dum ea natura ad suas contrahuntur origines, medius locus vt vacet necesse est. Et quia nisi vna alitione veré coire partes non possunt, coniungi ambo, simulq; esse oportet. Tertia applicatas *partes firmare ac stabilire* præcipit, ac stabilitas eo modo conseruare. Quarta veró est, quæ docet *partis substantiam tueri*. Atqui vt opera hæc sunt diuersa, ita distincta instrumenta esse necessum est.

G In applicatione itaque præstanda, manus chirurgi vim potissimam habent: fasciæ vero & suturæ vires obtinent potius conseruandi obductas iam partes, quàm illas adducendi & applicandi. Alia vero præsidia mixtum opus videntur præstare: iuuare, inquam, exactam applicationem, & quæ applicata sunt, arctissime connectere. Ad quod vero opus continuandum, non solum fasciæ, suturæ & fibulæ conferunt, sed etiam situs partium commodus & saniosi excrementi, quod in carnis generatione necessario sequitur affluxus. Vltimum vero assequimur exsiccantibus, quæ partis substantiam tuentur, qua quidem

265 A ratione agglutinantia medicamenta prisci illi Medici excogitarunt, variis facultatibus constantia, eo quod glutinandi ministerium suapte natura tam varium & diuersum esset.

Agglutinantia qua ratione excogitata.

CÆTERVM quia variæ sunt in humano corpore partes, quæ vnionem deperdere possunt, & singulæ (*licet opus exposcant commune*) suam agglutinandi rationem desiderent, inde factum est, vt necessum sit, vniuscuiusq; indicationes proprias & peculiares exquirere, iuxta cuiusuis partis naturam & substantiam, vt facile cuiuis innotescat, qua via & ratione, & quibus medicaméntis quoduis membrum, dum soluitur, agglutinari desideret. In osse quidem dum fractura accidit, ea talis solùm appellatur, dum in medio fracti ossis sensibile spatium relinquitur, in quo possit aliquid ab extremis diuersum generari, vt *callus* est: reliquæ veró ossium fracturæ neque agglutinantibus egent, neque ea ratione curari possunt. Constat

Agglutinantia varia pro varia partium corporis ratione.

Ossa fracta non dissidentia quomodo curanda.

B denique diuersa fractorum ossium medendi ratio iisdem, quibus caro discissa curatur: Nam sicut vulneratæ partes, vbi diuisione erunt distantes, sunt adducendæ & coniungendæ, ac postea firmandæ, vt interim natura vnionem moliatur, & admouere etiam oportet, quæ glutinando huiusmodi vnionem præstent: Sic in ossibus confractis, etsi propria quædam requirantur remedia, (*præter alia, quæ nuper carni conuenire diximus,*) ad calli materiam vberius suppeditandam, priùs tamen ossa coniungere oportet, & in propriam figuram restituere deinde ad calli generationem peruenire. Porró Galenus *lib. art. med.* ait, *callum procreari excremento nutrimenti ossis*: appellat quidem *excrementum*, proprij alimenti reliquias, non quidem verum excrementum: nutriuntur quidem ossa ex quatuor humoribus, ex quibus constant, natura ad id assumente partem crassiorem & solidiorem: eodé prorsus modo in calli generatione necessum est, ea vniuersa massa humorũ aliquid assumere, sed plus ex eo, quod crassum

Callum quæ indicant.

Ossa quibus nutriantur.

C est, & viscidum, vt pituita est, & humor melancholicus. Nam quod futurum est vinculum, vt firmum sit, ex crassitie duritiem, ex hac robur & constantiam, ex viscidìtate veró aptam & firmam colligationem sibi parere oportet. Eodem prorsus modo, ac in carnosis partibus vulneratis. Nam cùm sanguis spargitur inter spatia ossium confractorum, eo tempore per contractum alteratur, & concoquitur ab ipsis ossibus & carne circumstante, tandem illis assimilatur, quantum fieri potest, ratione materiæ & agentis, cuius simul vicem gerit caro ipsa os circumdans. Itaq; cùm callum ipsum oporteat ex terrena & viscida materia fieri, modum seruare oportet, ne ob tenuitatem infirmum sit ligamentum, aut ob crassitiem vicinas partes nimium comprimat. Quamobrem victus instituendus est, qui qualitati sit idoneus, & quãtitate mensuram seruet: nam sæpe calli generatio impeditur, vbi sanguis aquosus est: sicuti vbi plus suppeditatur à venis, quam possit alterari, præsertim si facultas alteratrix inualida fuerit, qualis in senibus, & malè affectis corporibus re-

Callus ex quib. fiat.

Callum quæ impediant.

D perietur. Quo fit, vt sæpe facultatis opus præpediatur: quomodo videmus illis nusquam firmari ossa, qui patiuntur dolores & inflammationes, aut nouam fracturæ figurationem, priore, in qua callus iam concreuerat, dirupta: nam cùm callus callo additur, firmum non potest esse vinculum. Itaque hæc omnia cauere oportet, & victum instituere, primo quidem humidiorem, vt angustæ diuisiones repleantur, postea veró crassiorem & tenaciorem. Sic enim apta omnibus diuisionibus suppeditabitur materia, licet Galen. *Com. in lib. de fract.* inter initia huius mali, tenui & parco victu vtendum esse præcipiat: quod in magnis fracturis ad arcendas fluxiones intelligendum est. Quibus, sicut dictum est, exacté pensatis, si fracta ossa inter se non dissident, requiritur solùm ad curationem calli generatio. Verùm si distauerint inter se fracti ossis partes, primum expurgationem fracti ossis (*si caro etiam dirupta fuerit*) omnino præcauere oportet, tanto hic magis, quáto ob ossis duritiē min⁹ dissolutioni & purgationi patet. Quo-

Victus ratio qualis in ossium fractura.

Ossa fracta dissidentia quomodo curanda.

E circa validis pressuris, scalpellationibus, calidæ lotionibus, quicquid purulentum aut sordidum incident, eluimus. *Secundo*. vt vniantur, curandum est, vt in naturalem statum & figuram restituãtur leui & commoda contractione, ne ossium frangantur substantiæ. Quo peracto, innitendum est, vt immotum prorsus membrum consistat, fasciis & ligaturis his vsibus proficuis, præcautione semper habita inflãmationis, aut alicuius alterius fluxus. Quo tempore si nihil horũ veniet, maximé studendũ est generationi calli, in quo quidé opere non solum habẽda cura cõmodi victus, sed diligentia tentandum est, vt humor genitus ad eam rem idoneus ad partem affectam trahatur. Et nisi hoc fieri sponte appareat, aqua calida superinfundenda est tertio aut quarto quoq; die, vt Gal. *li. 6. meth. c. 5.* aperté consulit, donec sufficiens alimenti quantitas ad partẽs trahatur, ac cæterum agglutinantia medicamenta ossibus vniendis proficua apponere oportet, qualia sunt, vt *Gal. loco citato docet*, quæcunq; emplastricam substantiam habent,

Agglutinantia quæ.

F ac modicè calfaciunt, ea enim callos tum promouent, tum augent. Si vero neq; augere callũ, neq; minuere studes, sed eodem, sicut vltro prouenit, es cõtentus, medicamento aliquo eorũ, quæ recentis vulneribus adhibentur, vtere, quæ cùm modicè siccent, etiam glutinare ac cõcrescere callum

medio-

mediocriter poterunt. Qualia verò debeant esse, multis in locis explicuit Galenus *lib. 2. phar. gen.* inter quæ potissimè reperiuntur *bitumen, pix, cera, terebynthina, resina, alumen, propolis, ammoniacum, myrrha, & pulegium, quæ communiter hunc vsum in officinis parantur*, sicut & alia pleraque, quæ Galenus passim recenset.

Nerui item & tendones varias patiuntur diuisionis differentias: namq; huiusmodi partes aliquando punctim vulnerantur, aliquando cæsim, & rursus puncturæ nonnunquam patent, nonnunquam verò cæcæ sunt, & occultæ: item vulnera, quæ cæsim fiunt, nudum aliquando ostendunt neruum, aliquando verò cute & carne tectum. Nonnunquam neruus totus est præcisus, quandoq; verò duntaxat ex parte dissectus. Qua ratione harum partium solutionis curationē plurimum variare necessum est: nam neruis punctis, alia conueniunt auxilia, quàm vulneratis latioribus plagis, alia item prosunt neruis vulneratis, sed tectis carne & cute, quàm denudatis. Quamobrem de his omnibus sigillatim esset agendum, nisi instituti ratio tantùm exposceret neruorum cæsim vulneratorum curationem, vt quæ propriùs agglutinantium auxilio tum gratiam capetar. Cum hoc tamen breui quadam methodo omnium meminero.

*Neruis vulneratis aut punctis, quæ competant auxilia.*

Dum verò punctim neruus sanciatus est, colligantiam fibulis, suturis, aut fasciis nullo modo requirit, sed tantùm in eo versatur vniuersa curandi ratio, quod vulnerata pars probè exsiccetur. Nam doloris mitigationem quamplures Medici veluti primam ponunt compertum prefectò est, minimè pertinere ad nerui puncti curationem, sed ad symptomata, quæ solent accidere aut curantis incuria, aut affectus magnitudine. Sed illis tunc succurrendum est, cùm adsunt. A principio verò instituenda est curandi ratio, vt huiusmodi accidentia vitare possimus. Exsiccare autem saniem & excrementa, quæ in vulneribus necessariò gignuntur, citra dubitationem tenemur, nō tamen nerui substantiam aut temperiem mutare: illud enim auferendum est, quoniam dum intus manet, pungit, & mordicat neruos, atque ob id dolorem, conuulsionem, inflammationes, & sæpe grauiora mala adfert. Et quoniam sanies huiusmodi non potest diffluere, sicuti in vulneribus carnis, & in latioribus ipsorū neruorum plagis accidit: ideo rectè Gal *lib. 3 meth.* suadet, vt medicamenta instillemus, quæ vim habeant consumendi huiusmodi materiam, eam euocando exsiccandove, ac ebibendo, terræ irriguæ modo, absq; vlla tamen adstrictione. Nam in his potius meatus reserare, quā occludere oportet. Quamobrem calida etiam actu esse huiusmodi medicamenta oportet, id quidem vt faciliùs permeent, & saniem discutiant, trahantque ad extimas partes. Præstant quidem hos omnes vsus, & Galen. *lib. 6. method.* eadem laudat, *sulphur, sagapenon, & euphorbium*, quibus maiori ea parte oleum admiscet, quod omnibus aliis vlceribus apertè denegauerat: ratio quidem huius duplex est: Prima, quia in nerui punctura nulla desideratur carnis regeneratio, cui *oleum* impedimento est. Secunda, quia id non est vulneris remedium, sed symptomatis præseruatiuum, *vt Galenus lib 6. method. c. 2. apertis verbis docet*: Nam his affectibus ea sanè conueniunt, quæ quouis modo saniem illam emendare possint. Sic cùm aliquod ex prædictis medicamentis oleo miscetur, tribus modis his vulneribus prodesse potest. Vel exsiccando nimirum & ebibendo, vel foras trahendo, vel facta permixtione vnctuosæ substantiæ cum saniosa: qua ratione illius saniei acrimonia sæpissimè mitigatur: quo fit, vt dum omnia hæc officia exsequi Galen. velit, omnia misceat. Sic quæ valenter siccant, vt *euphorbium*, addit, aut dum magis est mitigandum, *sulphur* solùm infundit, aut cum eo miscet *ceram*, aut *terebynthinam*. Aliquando sanè adiicimus, quę facultatem mitigatoriam cum trahente obtinēt, veluti cùm *opopanax & sagapenon* cum *oleo* inunguntur, atque ita *oleum* maximè *antiquum solum*, vel *terebynthina* commixtum, parabile fit remedium. In durioribus vero corporibus additur, vel *sagapenon*, vel *opopanax*, vel *sulphur viuum*: Itaque ab omni humectantium genere cauere oportet huiusmodi affectus, exsiccareque, ac modicé calfacere, aut paulo intensius, prout corpus robustus fuerit: nam quæ moderatè calfaciunt, & valde siccant, huic vsui proficua certè sunt, vt egregiè his verbis docuerat Aëtius *lib. 4. ser. 2. cap 27. Nerui enim sauciati curatio medicamentis opus habet, quæ quidam caliditatem habent, valde verò siccant, atque hoc citra molestiam, & quæ substantia tenuissima prædita sunt, huiusmodi enim sola sine partium distensione ac mordacitate saniem ex alto euocare possunt.* At si protsus non scindatur neruus, eodem modo curari desiderat, æquali etiam diligentia in victus ratione & sanguinis missione adhibita, vt cui non minus aut æquale imminet inflammationis periculum: cauendum tamen est agglutinantibus, ne citiùs hæc aut maiora mala suboriantur. Quod si conuulsio superuenerit, præscindendæ ex toto fibræ sunt, postea tamen vulneratas partes vnire oportet sutura aut ligatura decenti, id tamen citra nerui aut tendonis punctionem. Quod profectò ante inflammationem fecisse oportet. Cæterùm si neruus cute detectus est, fugere acria medicamenta oportet, qualia sunt, quæ ex *euphorbio* componuntur; eligenda tamen, quæ absque erosione siccent. Quapropter abluere huic vsui medicamenta expedit. Quo fit, vt prosit *calx aqua pura sæpe elota & exsiccata*, optimo plurimoque *rosaceo* admixta, *pompholix* item elota etiam cum rosaceo soluta. Si vero neruus contusus fuerit, ea remedia sunt adhibenda, quæ exsiccandi & obstringendi vires obtineant, *vt fabacea farina cum oxymelite & sapa*, cui misceri poteris *irim Illyricam & absynthium*: ac si vehemens fuerit dolor, *rosaceum* adhibebis cum *albumine oui*, & supra partem dictum cataplasma impones. Si vero *cæsim* nerui continuitas soluatur, nulli dubium est, medicamenta glutinatoria esse adhibenda. Cæterùm qui neruorum natura & affectus conditio ea postulant, quæ modicè calfaciant, & valenter siccent, ac ex altis partibus liberaliter trahant, ne, quod in vulnere superest excrementum, diu ibidem moretur. Quæ profectò pharmaca liquidiora esse magis, probat Galenus. Cum hoc tamen hoc sibi peculiare exoptant neruorum vulnera, vt non exactè labra committantur, agglutinenturve, sed foramen aliquod relinquatur, per quod tanquam permissorium collecta sanies effluere possit. Nam si in profundo retineatur, neruus putrefactionem ac cor-

*Neruus punctim sauciatus, quomodo curandus.*

*Saniem quæ consumant ac exsiccent.*

*In Neruorum vel puncturum cura quæ cauenda.*

*Neruorum conuulsio vt curanda.*

*Neruus nudè detectus vt curandus.*

*Nerui contusi cura.*

*Nerui cæsi cura.*

*Neruorum vulnera non exactè cōmittenda.*

[illegible] nem [illegible] men[illegible] [illegible] barm. ge [illegible] lib. 6. met [illegible] ecc [illegible] *urea maior, tragacan-tum [illegible] cola, psillo [illegible] amator & minor, olcam-lum [illegible] terræ [illegible] fina, gummi, opopanax, terra [illegible] terra trita, & posita cum succo centaureæ minoris, pentaphylli radix [illegible] cum myrrha & oleo commixta*, ex quibus & alia varias licebit conficere agglutinantium pharmacorum formas: nec vos terreri debet, inter medicamenta, quæ mox diximus, aliqua numerari, quæ frigiditate & adstrictione pollent. Nam præterquam quod agglutinationis gratia ea sunt necessaria, vtilia [illegible] duntur aptiora calidorum medicamentorum admixtione.

Agglutinantia quæ in singulis partibus proficua.

Cæterùm vt quis facile medicamenti naturam, quæ glutinandis singularum partium vlceribus sunt proficua, intelligat, nosse oportet, fractis ossibus, præsertim in duris corporibus maximè exsiccantia, carni diuisæ, potissimum in corporibus mollissimis, quæ nimium exsiccent, esse adhibenda. Partes verò neruosas medijs medicamentis compertum est gaudere, quatenus ad earum naturam pertinet: verùm ficciora exoptant, ob dictas caussas. Ossibus quidem proxima sunt *ligamenta: cartilago, membrana, arteria, venæ*: deinde nerui, qui duriores sunt: molles autem, quemadmodum & cutis, medium locum habent. At pulmo, & partes spiritales, vt quæ motum edant cõtinuum, dum sauciantur, quia nullam ab agglutinantibus recipiunt gratiam, potius ea optant pro sui vnione obturantia & emplastica medicamẽta, vt *bolus armenus, terra sigillata, farina volatilis*, & huius census pleraque, licet disrupto pulmoni prosit plurimum albumen oui cum modico aceto, & aqua rosacea. Alijs autem partibus quæ difficulter coalescunt, ea remedia sunt adhibenda, quæ aduersus caussas difficilis coalitus pugnent, inspecta prius cuiuslibet natura. Nam si pars admodum fuerit exsanguis, sanguinem ad ipsam trahere oportet. Sinus verò, dum eo deueniunt, vt glutinari iam desiderent, ea exoptant medicamenta, quæ Galenus refert, de barbaris loquens emplastris. Sunt autem ea, *mel mediocriter elixatum*, cui addere oportet *myrrham, aloem, vel thus, symphytum, vel Illyrica radicem, aut arobi farinam*, aliquo addito ex metallicis medicamentis plurimis diebus aceto acerrimo longè in Sole contritis. Ex quibus varia etiam parari possunt medicamenta, pro diuersa sinus conditione.

## CAPVT XVI.

### De communi anodynorum & lenientium auxiliorum vsu & indicatione.

Symptomatum quæ mala.

EO quidem sæpe deuenire solet humana miseria, vt accidentia maius, quàm morbi ipsi facessant negotium, ita vt vniuersam curandi rationem sibi iure asciscant, aut morbum ipsum meliorem efficacioremque reddant, aut vltimo quidem ita eisdem labascit, & impotens redditur facultas, vt, etsi morbus sua natura salubris sit, cum huic tamen ipsa succumbat, atque hebetescat, varijs accidentibus lata dissipataque. Quapropter tutissimum consilium, & prudentis Medici officium est, hæc mala præcauere, & auxilia præstò esse, ne tot modis miserum corpus torqueatur. Sunt igitur auxilia, quæ hunc [illegible] præ-

Anodyna quibus modis profint doloribus ac symptomatibus.

[illegible] nam quædam *Anodyna* [illegible] *sedantia dolorem*, ab affectu nomen [illegible] *anodyna*, id est, *leniens* [illegible] vis & efficacia vigilias sedat, [illegible] sanguinis rejectionem compescit, ac defluxiones etiam [illegible]. Hæc quidem [illegible], sicut & pleraque alia bona, quæ humani [illegible] auxilia præstant.

Anodynorum [illegible] differentiæ.

Anodyna verò medicamenta, quę propter doloribus medentur, suas etiam sortiuntur differentias, ad diuersos quidem vsus perficiendos. Nam quædam *Re vera* sunt anodyna, quæ primũ genus constituunt, quædam (*vt Galenus inquit*) Talia dicuntur, licet sua natura anodyna non sint. Quibus equidem constituitur tertium genus. Illa etiam, quæ primo genere continentur,

I.

calore sunt ita temperato, vt calori nostro natiuo quam simillima sint, aut saltem primum ordinem calfacientium non transcendunt. Tale namque esse oportet, quod *anodynum* futurum est: nam dulci sensu, quem mouet, partium dolore affectarum tristitiam molestumque sensum abolet. Quæ quidem præsidia etiam tenuium esse partium conuenit, nihilq; habere adstrictionis, vt vna pariter euacuet, digerat, rarefaciat, extenuet, concoquat, atque æquabile reddat, quicquid in partibus dolore vexatis humorum est acrium, aut lentorum, aut crassiorum, aut multorum, tenuibus spiramentis infarctorum, vel quicquid vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus particulæ dolenti inhæsit, impactumq; est. Cum hoc tamen potissimam eius efficaciam & vim elucescere comperies magis in dilatandis aperiendisque meatibus, ac laxandis partibus ipsis, vt minùs tensione crucientur. Huic quidem anodynorum generi *secũdum* proximè adhæret, quod

II.

etenim contra doloris caussam è directo pugnare conspicitur: nam aut euacuat, digeritque, quod in parte est contentum, dum quantitate ipsam plus iusto distendit, dilaceratve, aut qualitate certat aduersus vniuscuiusque qualitatis excessum, frigidam calfaciendo calidam refrigerando, ac si venenosa & mala qualitate dolorem excitauerit, eam pari ratione compescẽdo. Quæ omnia apertissimis verbis vna sententia complexus est Hippocrates *lib. de pop. p. 6. text* 5. inquit enim: *In doloribus proximum ventrem purgare, & sanguinis ventrem rescindere, vstio, sectio, calefactio, refrigeratio, sternutatio, stirpium succi, in quibus vim habent, & ciceon, id est, mixtura maleficiorum, lac, allium, vinum fermentatum, acetum, sal.* Quibus verbis, inquit Gal. *lib. de loc. in hom.* remedia annumerat, & leuibus, & fæuissimis doloribus succurrentia, *vt paulo inferius latiùs docebo.* Quod etiam docuerat idem auctor, dicens: *Sananturq; dolores contrarijs, idq; etiam vnicuiq; morbo proprium est.* Qua quidem parte, persimilis fieri dolorum & plurimum accidentium præsidia, eleganti & pulchra quadam sententia docet. Tertium verò genus continet id, quod licet *anodynum* dicatur, re vera tale non est, cuius modi sunt medicamenta omnia *narcotica* appellata, quæ partium stupore & sensus priuatione dolorem persentiri vetant, non tamen auferunt, vt reliqua anodyna: quibus constat, triuim esse generum anodyna auxilia: Quædam enim, quæ caussam auferunt: Quædam, quæ patientem particulam disponunt, æquabilemque reddunt ad

III.

Narcotica.

Anodyna [illegible]

minus patiendum: Alia quidem, quæ organum subiectumque sensus priuatione ineptius ad sentiendum efficiunt.

I. Anodyna vere, quæ, cuius natura & qua lege corpori adhibenda.

Inspecta quidem anodynorum diuersitate & natura, cuiusuis sigillatim expedire oportet materiam, opus, & tempus, quo adhiberi conueniat. Primum tamen loco subit in examen illud *vere anodynum* appellatum, quod nostri quidem caloris symmetriam æmulatur, aut parum ab eo recedit, cuius generis sunt, *oleum dulce, ætate medium, chamæmelinum, de semine lini, amygdalarum dulcium, lumbricorum, sambucinum, butyrum, lana succida, vitellum oui, lac muliebre, axungia porcina, vitellina, gallinæ, anseris, cuniculi, decoctum althææ, maluæ, violarum, lilij, seminis lini*, & huius census plura. Quæ omnia hoc proprium habent & peculiare (*quo etiam ab aliis anodynis dissident*) quod omnibus dolorificis affectibus mitigationis gratia conueniunt. Nam ex aliis duobus generibus, vnumquodque suo contrario debetur. Hæc namque sibi peculiarem operandi rationem habent, omnibus quidem caussis & temperaturis communem. Id etiam peculiare obtinent, quod nullum habent tempus circumscriptum, quo adhiberi desiderent, licet efficacius tutiusque petentur corpore vtcumque euacuato. Cum hoc tamen tanta est in propria actione benignitas, vt etiam corporibus plenis suam impartiantur gratiam. Inest etiam illis hoc proprium, quod interdum affectionem non iuuant, sed dolorem tantummodo mitigabunt.

266 A Anodyna vere duplicem corpori præstant gratiam.

Quo tempore re vera dicuntur *anodyna*: interdum verò etiam affectum ipsum adiouabunt, & facultatem habebunt duplicem, nempe *anodynam* & *sanantem*: nam huiusmodi medicamenta præter id, quod partem parant, vt minus sit dolori apta laxando, emolliendo, rarefaciendoque, affectus caussam æquabiliorem mitioremque reddunt: idque duplici ratione: namque dum nostro caloris sunt similima, acrimoniam aut excessum retundendo, id efficiunt: dum verò primo calfacientium ordine constituuntur, per insensilem halitum leniter, quod in parte doloris conritetur, discutiunt.

Anodyna vere adhibendi quis modus.

Modus tamen, quo suam gratiam hæc præsidia nostris corporibus impartiuntur, is quidem est. Dum enim maius fecessit negotium pleonitudo in excitandis doloribus, quam distemperies, quæ primo grado sunt calida, adhibemus discussionis gratia: dum verò distemperies, aut malitia, quæ nostro calori sunt similima. At io conspicua B continui solutione, dum plurimum fuerit dolorosa (*cuius natura plurima reperiuntur vlcera*) ea medicamenta sunt adhibenda, quæ materiam fluentem mitiorem reddât, & organum minus aptum ad patiendum, qualia sunt fotus ex aqua tepida, lacte, aut oleo dulci, & similibus.

II. Anodyna, quæ aduersus dolorû caussas agût, qua lege adhibenda.

Secundo loco sese offert Secûdum genus præcedenti finitimum, cuius præcipuum opus versatur circa affectionis dolorificæ caussas, quemadmodum sententiam Hipp. apertè monstrate diximus. At auxilia hoc genere contenta, licet multis aliis affectionibus communia & proficua sint, peculiari tamen quadam ratione doloris caussis

Sanguinis missio qua ratione doloribus medeatur.

profunt; nam *sanguinis missio*, quæ vulgatissimum & commune auxilium est, diuersa quidem ratione dolori [illegible] medetur: quia in his proximam venam parti affectæ aperire oportet. Hæc enim est, quæ caussam [illegible] dolorem excitantem ena[illegible], At sanguinis [illegible] ventrem *vt verbo Hippocratis vtar* rescindere oportet, vt sanguine effuso pro- C tinus dolor cesset. Verùm quia id nobis rarò datur facere ante integram suppurationem, ideo per proximas venas sanguis euacuandus est vt pars depositâ humoris copia subsideat protinus, quiescatque. Pari quidem ratione in purgationibus, quæ ob vehementes dolores fiunt, agendum esse, Hippocrates consulit. Ea namq; occasione per proximum parti affectæ ventrem caussam doloris, purganti aliquo medicamento excernere oportet. Inest enim cuiuis parti sua purgationis ratiô, suusq; huic vsui à natura destinatus locus, per quem aut sponte, aut facile exhibito medicamento sese ab humoribus, aut recrementis suis superuacuis exonerat. Quapropter frustrà [illegible] eo tempore vniuersaliorem tentare vacuationem, siue id sit, vbi sanguis mittendus est, siue vbi dum sit expurganti medicamento selectio, dum doloris tantùm medelam quærimus: secus quidem res se habet, dum ea professo nitimur vniuersum affectum curare, namq; eo tempore præstat plurimum, vniuersalia præmittere auxilia: sicuti et- D iam esset proficuum, dum mitigare intendimus, ac sæpissime necessarium, cùm veremur maiorem in membro affectu a[illegible] ratione. & ob id attractionem potius, quam expurgationem, aut quid proficuum. Quæ verò peculiaria sunt cuius parti, dû afficitur, cap. *de Expurgatione*, abundè explicuimus.

Purgatio qua ratione & quando dolori medeatur.

Dolores ex humorum ferventium pollentes.

Præterea dum in partibus dolores excitantur ob humorum distéperiem, cuius excessus vitiat sensum tactus, contrariis omnino medicamentis dolores sedare oportet: sic plurimis frigida medicamenta omnia anodyna sunt, vt quæ calorem exsuperantem in humore, cuius ratione dolor excitatur, compescunt: ita & calida in frigidis & antiquis doloribus, ob eandem caussam anodyna sunt, sicut & *acetum* ob incisionem. & *sal* ac *vinum feruefactum*, quorum Hippocrates loco citato meminit.

Vstio quæ ratione candentibus ferrameotis, loo medicamentis.

Vstio etiam, quæ pessimè affectis locis ob pra- E uorum succorum exsuperantiam, vt in malignis vlceribus euenit, adhibetur, nónunquam palam candentibus ferrameotis, nonnunquam vstoriis medicamentibus ea oobis vrentibus sæpissime fit anodynum remedium. Contingit quidem hac ratione vlcera minus dolere, dû caustico aliquo puluere inspergantur, quam sibi blandis quibusdam medicamentis tractaueris. Itaque licet primo intuitu secus aut vstio sæuissima appareant auxilia, fiunt quidem sæpe anodyna, in his præsertim, quibus maligna caro supercrescit. Huc etiam generi tanquam anodyna reducuntur medicamenta alexipharmaca, dum doloris caussam venefica aliqua qualitas præstiterit, quibus vt a- lia præsidia prodesse minimè possunt, ita adhibitis, quæ venenum extrahant, si pars fuerit exterior, alexipharmacis aut totus sumptis, modo venenum sit epotum, modo in vtero ea corruptis semine & sanguine menstruo genitum, quibus mirum in modum opitulantur.

Alexipharmaca [illegible] anodyna, quomodo.

Modum autem huius rationis operandi aperte Gal. *lib. 5 simp. c. 18.* docet; nam ostendit operari hæc euacuando, quæ in corpore sunt suscepta venena, similitudine quidem substantiæ, aut calidi- F tate subtilium partium: item alterando, vna videlicet

delicet qualitate aut duarum coniugatione, aut deniq; tota substantia. Itaque sunt in vniuersum quatuor proficiscentis ab illis vtilitatis differentiæ, duæ alterantes, & vacuantes totidem. Qua ratione non cuiuis licet quocunq; vti alexipharmaco, sed eo tantùm, quod contrarietatē habeat cum veneni manifesta qualitate: vt si venenum frigidum sit, alexipharmacum teneatur esse calidum: & pari ratione de singulis qualitatibus. Secus tamen res se habet in his, quæ tota substantia operantur, quibus nō opus est inesse primas qualitates contrarias: quod si id contigerit, vtilius multo fore sperandum est. Expendere in hac re etiam oportet facultates, quibus deleteria medicamenta alterant, naturam habere mediam inter corpora affecta, & medicamenta, seu venena ipsa lædentia, ita vt eadem sit proportio corporis ad facultatem alexiteriam, quæ illius ad deleteriam: & rursus deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus. Quapropter, vt Galenus aduertit loco nuper citato, propemodum omnia, quæ deleteriis aduersantur, largius sumpta grauiter animantis corpus oblædent. Quamobrem ea moderatione quantitatis omnes id genus facultates exhibere oportet, vt neque nimia copia corpus offendant, neq; exiguitate à deleteriis vincantur.

*Alexipharmacum anodynum quale esse conueniat.*

*Alexipharmacum qua doli exhibendum.*

G

III.

*Narcotica pharmaca anodyna esse, & quo modo.*

Tertium anodynorum genus, quod tale quidem dicitur, ac *narcotica* omnia cōtinere diximus, tantam habet vim & efficaciam in grauissimis, rebellibus, & sæuissimis symptomatis, quantum est periculum, dum intrepidè & citra maximum cōsilium & considerationem adhibetur: & vtrumque certè maximi est momenti: quod apertissimis verbis aduertit Gal. *lib. 12 meth. c. 1* dicens: *Qui vero cubantis celeritas subscribit, eiusq; voluptatem, non sanitatem pro meta gerendorum habet, adulator is, & vbi vltra progreditur, crudelis homicida officium facit.* Committūt quidem Medici huiusmodi excessus, dum ægris gratificantes, in eorum medicamentorum vsu modum excedunt: & dum intempestiuè immodiceq; facti animosi, horum prorsus vsus refugiunt, ægros doloribus iugulant. *Ergo*, inquit, *velut in omni totius vita, tum habitudine tum actione, ita his quoq; consilium illud sapientis qui, Ne quid nimis, dixit, comprobemus: habentes pro fine quo tendamus, sanitatis vtilitatem.* Esto igitur terminus in ægrotantibus, quem non transibit, qui ex arte generose contra morbum pugnat, vt tuto medeatur, is verò, qui dolorem mitigat, vt vires custodiat. Quapropter eo vti oportet, cognitis priùs & auxilij efficacia, & corporis aut particulæ natura seu robore. Namque siue intus sumantur, siue extra adhibeantur, maximi sunt commodi, aut incommodi. Ob id cauendum est ab his medicamentis, in corporibus natura debilibus, aut morbo debilitatis. Item in fluxibus eorum humorum, qui perniciosi sunt, & cohibere periculum perpetiār: nam cùm somnum concilient, cohibent quidem, & vel mortem, vel graue aliquod malum minantur, vt experimentis non paucis comperimus, miserè trucidatos laborantes fuisse, qui forsan viuerent. Stupefacientia itaque frigida sunt medicamenta, doloris sensum adimentia, quæ quidem calorem natiuum, spiritumq; (*quibus duobus omnia vitæ munia peragunt*) vel extinguendo, vel repellendo, partem, cui fuerint admota, sensu priuant: nam sine spiritu animali nihil omnino sentiri potest. Id autem non omnia frigida præstare possunt, sed ea tantum, quæ quarto excessu huiusmodi sunt, vel ad minimum tertij refrigerantium ordinis medium superant, *vt mandragora radix, alterci semen, & papaueris, succus.*

*Narcotica quando vtendum.*

A

B

*Narcotica qualia.*

C

Svnt autem stupefacientia medicamenta in duplici differentia. Nam quædam intus sumpta somnum conciliant, sensusque acrimoniam hac ratione obtundunt, & plurima symptomata mitigant. Alia quidem (*licet virtute his similia, materia tamen dissidentia*) exterioribus partibus suam gratiam impertiuntur. Omnia quidem in hoc conueniunt, quod corpus refrigerant, & sensum eousque stupefaciunt, vt si paulò liberaliùs adhibeantur, mortem etiam afferant. Cæterùm inter se dissident, nam quæ intus sumuntur, siccandi potestatem obtinere tenentur. Quæ enim cùm frigida sint, humiditatis item copiam obtinent, ceu *cicuta*, ea potui non sunt vtilia, talis quidem est *mandragora*, excepto cortice eius sicco: & *altercum*: cui similiter vsui à toto genere inepta sunt, quæ tota etiam substantia nobis contraria exsistunt, *vt dryopteris, solanum, manicum, hydrargyros, & fungorum nonnulli*. Quapropter intus adhibere horum aliquod minime licet: sed tantum huic vsui superest id medicamentum, cuius laudes nondum absoluit Galenus, *Philonium* appellatum, aut *tryphera magna, requies magna*, & alia plura, quæ aut composita huic vsui exstant, aut facile componi possunt, quantitate quidem ℨ.ß. aut vnius, in maiori discrimine ad summum (*placet quidem in his paulò infra subsistere, quàm vltra progredi, nam tutius est iterato ea medicamina adhibere, quàm semel exhibita in manifestum discrimen deferre laborantes*) etiamsi narcoticorum vim efficaciamque facile sit retundere & frænare, commistis calidis medicamentis, quibus non modò prædictum periculum declinamus, verum etiam ipse affectus mitescit, aut humores concoquuntur, discutiuntur, inciduntur, aut tota substantia alterantur: cum hoc tamen efficiunt, vt vis etiam stupefacientium penitus subeat. Ex quibus ergo oportet plures esse sopientium medicamentorum differentias.

*Narcotica duplicia.*

*Quomodo inter se differant.*

D

E

Prima quidem eorum, quæ simplicia sunt, quæ prorsus formidare oportet. alia calidis mixta, & horum rursum alia plus, alia minus calidorum medicamentorum continere. Sed cùm ea inter se dissideant, quæ plurimum sopientium in se habent, ea ad præsens quidem magis sunt efficacia, cæterùm valentem & remediis rebellem in ægrotantis corpore frigiditatem relinquunt, quæ horum in se habent minus, calfacientium verò sibi admistorum plurimum: ea quantum sunt ad præsens minus efficacia, tantum in futurum minus sunt noxia: omnia tamen id genus magis salubria exsistunt, si post annum à compositione sumantur. *Philonium* verò medicamentum, etiamsi duorum triumve, aut quatuor annorum sit, multo sane est mollius: sed neque inutile tamen sequentibus annis ad decimum vsque; verùm tanto minus stupefacit, quanto est vetustius. Quæ verò exterius adhibentur, nil inconueniens esse humida, vt *oleum papaueris, ex hyoscyamo, ex mandragora, pomum ipsum mandragoræ, cicuta, solanum, sempervivum, vnguentum populeum*, & quod in summo stupefacit, *opium*. Hæc rursus in duplici sunt differentia: quoniam pro doloris excessu & 

*Narcotica quas differentias habeant.*

*Philonium*

F

 partis

partis natura, sensus vel tantum remittendus, vel omnino sopiendus proponitur. Remittunt quidem sentiendi vim moderatè frigida, *ut oleum violaceum, rosaceum, oui candidum, aqua rosata, mucilago è seminibus frigidis, succus foliorum aut fructuum cucurbitæ, melonum, aut ramenta eorum, oleum nenupharinum, succus lactucæ, portulacæ*, quæ iam quidem ad stuporem accedunt. At quæ ea toto seorsum auferunt, sunt, quæ diximus, ea quibus facile est varia conficere medicamenta. Verùm præstantior componendi modus est is, qui docet ea miscere medicamenta, quæ partim affectui conueniunt, partim caussæ, partim verò sunt anodyna, additis duobus, tribusve, aut quatuor granis opij. Sic in tenesmis vtimur suppositorijs ex *styrace, theriaca*, cum opij granis tribus aut quatuor, & si opus est, G *terebynthinæ modicum*, ad medicamenti soliditatem adhibemus. Pari etiam ratione conficitur ex *hiera picra* additis eisdem *opij granis* ij. Item eadem lege in quauis parte sit affectus, pro partis ipsius dignitate parum augere, aut minuere opij quantitatem oportet, commistis etiam medicamentis, quæ affectui & caussæ correspondeant, præsertim vt narcotica frænentur, additis calfactorijs & concoctorijs, ne pro sensu, quem in præsens sopire intendimus, in futurum etiam sensum vitamque partis extinguamus, aut saltem incrassata materia densataque, difficilior fiat affectus. Qua ratione liberalius in calidis & acribus humoribus

268 A eis vti licet, & in his, qui aut ex fluxione fiunt affectibus, & doloribus, aut ex nimia humorum tenuitate: cum hoc tamen eorum liberalior vsus cauendus est, neque diutius in eis persistendum, ac dum doloris vehementiam duntaxat lenierit, ac deinceps prorsus auferre, vbi feruor doloris finierit, alias magis offendent, quàm iuuabunt: verùm vbi sedatus fuerit dolor, confestim partes refouendæ sunt per ea, quæ ea calfaciunt, medicamenta, adhibitis etiam frictionibus & lotionibus ex calida aqua aut vino, vt calor spiritusque omnino ad partem reuocentur, & torpor frigiditasque ab eisdem auferatur: nam sæpe maius damnum inferunt auxilia inconsideratè adhibita, quàm affectus ipse.

B Lenientia seu paregorica auxilia, licet à multis pro anodynis accipiantur, dissident tamen longè: nam hæc solis doloribus proficua sunt, illa verò non his, sed plurimis accidentibus commoda exsistunt. Namque prosunt vehementer tussientibus, vigilantibus, fluxumque quemuis patientibus, ac insuper omnibus alijs affectibus, qui ex humorũ acrimonia, calore, ac malitia prodierint, modo humores ipsi adhuc præsint, modo asperitatis sensum reliquerint, *vt optimè Galen. lib. 2. simp. 14. aduertit*. Hæc enim medicamenta proximus mitigant, & præterquam quod euacuationem non faciunt, etiam sensum asperum nullum inducunt, quin potius, *vt Galen inquit*, ipsa contra sensuum medentur asperitati, qualia sunt *lac, condrus, ptysana, adeps, oleum dulce*, & similia, quæ & edenda præbemus, aut per sedem inijcimus, aut extra adhibemus.

*Lenientia seu paregorica pharmaca quæ sint, & quibus prosint.*

Horum quidem medicamentorum duplicem esse naturam adinuenit Galenus, *loco nuper citato*: nam quædam sunt, quæ ex accidẽti leniunt, quædam vero primo & per se. Quæ vero ea accidenti id efficiunt, aut vacuato humore, aut facta abs-

*Lenientia duorum esse generum.*

tersione, aut non protinus, aut maiori excitata asperitate finem operis consequuntur. At quæ verè & per se leniunt, quatuor modis docet Galen. C distinguere ab eo, quod ex accidenti lenit: Primo, *an statim mitiget, an non?* Secundo, *an simul cum lædentibus euacuetur, an non?* Tertio, *an asperitatem quandam in corporibus relinquat, an non?* Et quarto, *an ita affectui vtile videatur, nec ne?* Itaque quod & continuo mitigat, & nullam excretionem prouocat, sed neque exasperat, dum intus manet, imo exasperatorum medela exsistit (qualia sunt, quæ mox retulimus,) ipsum quidem natura bonum est, etiamsi interdum à cacochymia, quæ ipsum alterat corrumpitque, noxium efficiatur. Quo fit, vt merito consuluerit Gal. eandem aut alterare prius, aut vacuare. Cum hoc tamen in quocunque tempore maximi sunt momenti huiusmodi auxilia.

*Lenientia per se quot modis differant à lenientibus per accidens.*

Quæ verò secundi sunt generis, & impropriè lenientia dicuntur, antea retulimus inter ea, quæ aduersus caussam pugnando, aut aliud quoduis opus efficiendo, dolorem posse sedare, diximus. D

Addere insuper his omnibus licet aliud medicamenti genus: quæ quia vehementiam dictorum accidentium mitigant, etiam *paregorica* appellari possunt, licet id primo & per se non efficiant, qualia sunt, quæ à Galeno *lib. 9. pharm. loc. cap. 4.* recensentur, loquens de emplastris colicis appellatis.

Sunt autem hæc pharmaca, quæ *opiata* apud Medicorum vulgus passim appellantur: quæ licet anodynis & narcoticis reduci possent, tamen quia præter dolorem alia accidentia etiam leniunt, placuit inter *paregorica* nominare. Inquit enim Galen. loco nuper citato: *Huiusmodi pharmacis magni doloris aut vigiliarum gratia, aut nuper violentam tussim lancinemur, velut in sanguinis reiectione & grauibus distillationibus contingit, vti solemus.* Vsus pharmacorum, quæ opij aut alterius narcotici medicamenti aliquid recipiunt, hac ratione prodest, nimirum quia somnum conciliat, cuius in his affectionibus maxime est opus: nam hæc siue vigiliam inducendo, siue vires & calorem vtcunque dissipando, affectum reddunt grauiorem. Quapropter somnum conciliare confert, vt qui facile E reficit virium lapsus, & spiritus ac calorem reuocat, præterquam quod mediante frigiditate dissipationem prohibent, deniq; his omnibus ex vsu sunt huiusmodi opiata, quibus facultas plurimũ exsoluitur, quorum etiam vsus, inquit Galenus, optimus est, vbi mordens humor est, qui affligat: cui vt aduersissima sunt, quæ extenuant & calfaciunt, ita commodissima, quæ eorum tenuitate cogunt, atque crassant, & præterea vehementem calorem refrigerant: sunt autem huius generis medicamenta plurima, potissime vero *syrup. papaueris*, & omnia alia, quæ *opium* recipiunt: præcipuum tamen locum obtinet *philonium Romanum*. Cæterum ea medicamenta inter hæc omnia semper sunt eligenda, quæ & affectum respiciant, & vires corroborent. Quapropter omnibus his potionibus adiungere oportet *pulueres cordiales*, tum quia imbecillibus dandæ, tum vero quia veremur, ne his ventriculus, hepar, aliæq; partes naturales nimium refrigeratæ, debiliores reddantur: maxime quando frequentius iterandæ sunt, velF uti cùm corroborare intendimus, confectionem

*Opiata quæ.*

*Opiata quibus & qua ratione prosint.*

*Opiatis pulueres cordiales commiscendi.*

*riem Alkermes* addimus *diamargariton em frigidum*, cum alterare [illegible] corroborare quidem, *diarrhodon Abbatis*, vel *aromaticum rosatum*, quando iuuandus ventriculus, aut corroborandus est, *vel triasantalum*, iecur etiam corroboramus, cùm fluxum ventris sistere intédimus, addimus *diamargariton em etiam frigidum, aquam myrtillorum*, vel *prunorũ syluestrium*: sic in pectoris affectionibus addimus puluerem *diatragacanthæ frigidæ*, aut *diaireos simplex*: sic ad sistẽdas fluxiones etiam ex his, quæ supra diximus, *cochleare vnum* aut duo addimus, idq; noctis tempore, ex aliquo ex supradictis opiatis.

Vigilia qualiter permulcenda.

Verùm quia interea, quæ corpus humanum misere torquẽt, & in morbis, & in sanitate, vnum & graue est vigilia, eam sic permulcere oportet: Humectata nimirum cerebri substantia, aut stupefactis exactioribus & vigilantibus sensibus, aut sedato calore auersis halitibus caput ipsum ascẽdentibus; nam hæc est vniuersa mitigandi hoc accidens ratio: Primum itaq; frontem ac tempora inungere oportet *oleo violarum, nymphea, & papaueris*, nares simul inungimus, apponentes *hyoscyamum, aut mandragoræ fruticem ipsum*, aut *ipsam radicem*, vt exspirans halitus somnum conciliet, quem vsum pari ratione præstat *vnguentum populeon* modice calfactum. & si malum adhuc perstiterit, vires auxilij adaugere oportet, additis *granis duobus opij*. Os item, syncipit, & faciem ipsam lauamus decocto *calycum papaueris albi*, *seminis eiusdem*, & *hyoscyami*. Præcauentes tamen ascensum acrium vaporum, interim pedes lauamus ex decocto *chamæmeli*, *maiorana*, & similium, aut sola aqua calida. Adhibemus etiam ligaturas & frictiones, aut leue aliquod defatigationis genus, vt Hipp. *lib. 6. morb pop. 6 tex. 16.* consulit, cogens stare laborantẽ apertis oculis, donec defatigatus cupiat dormire, nam verita ardentiùs expetuntur. Præbere item *cochlearia duo in insulis seminis papaueris*, *aut in amygdalato*, sæpe etiam cõducit, sicut in hunc modum conditum efficere *sacchari rosacei, violacei, melissæ, & borrag. ana ℥ ß. pulueris seminis papaueris albi & fœnicul. ana ℨ ij.* fiat conditum cum auri laminis *quatuor* & sacchario quod sufficiat: cuius dormituro præbe coclearium: in ouo item sorbili præbere poteris ℨ ß. *aut* ℈ ij *seminis papaueris nigri*: in acetariis quoque addere poteris papauera ipsa, si sunt viridia, in paruissima quantitate, cum *borragine*, *aut lactucis*, *aut cichorio decoctis*. Poteris etiam spargere, si malueris ℨ j. *seminis papaueris albi*. Hunc etiã vsum præstant coclearia duo aut quatuor *eclegmatis papaueris*. Suffumigiis item vti oportet, cum *opio & styrace confectis*: vti etiam præstat malagmate quod recipit *Radicis mandragoræ, aut hyoscyami, calycum papaueris albi, an. partes æquales*, torreantur deinde, ac terantur cum vino & rosaceo, quantum sit satis, apponanturq; fronti & temporibus. Prodest aliquando *aqua tepida cassiam fistulam* dissoluere, & laboranti præbere, ac præcipere, vt vigilet diligẽter: quod si dormierit, clam oportet id permittere. Demum in desperatis elicet *in aqua lactucarum*, aut tepida dissoluere Philonij ℈ j. *aut* ℨ ß. *opij* g. ij. quo remedio vigilia languidos se sustulisse, auctor est Galenus *lib. de theri. ad Pis.* Ante tamen aërem refrigerare oportet ventilatione & aspersione rerum frigidarum, vt florum & foliorum herbarum. Vltimo verò somnum conciliamus aquarum currentium sonitu, splendore, loquela, mu-

Somnus quomodo concilian-dus.

fica, & aliis denique, quæ facile Medicus iuxta indigentiam affectus inuenire poterit animal in [illegible] itaq; potentiam distrahere oportet, donec defessæ auidius dormireamet. Atque hæc sunt in vniuersum, quæ dolorẽ & alia accidẽtia mitigant, posita potius exempli gratia, quam quod nõ sint alia accidentia, quæ peculiarem sibi materiam exoptẽt, quemadmodum de siti dictum est, cap. *de Potu*.

## Capvt XVII.

### De communi roborantium auxiliorum vsu & indicatione.

Roborantium necessitas quanta.

Nil quidem in arte medica vulgatius, nil frequentius aut vtilius exquiritur, quam roborantia auxilia, vt quæ & ante affectus principium, & in quouis illius tempore, ac deniq; iam sublato, semper sunt in vsu ac summopere necessaria: tum vt partes & vniuersum corpus roborentur, ne morborũ causam facile suscipient: tum, dum præsunt facultatibus robustioribus factis, easdem facilius superent: tum verò vt imbecilla facultas, quæ talis morbi ratione in partibus relicta est, ad pristinum robur & firmitudinem redeat. Verùm quanto hæc præsidia communiora sunt, & maioris momenti & vsus, tanto negligentius, & citra debitam distinctionem tractantur: omnes namq; roborantia exquirũt, exhibent tamẽ pauci, quia, vt facile est apud auctores legere, & apud plerosque Medicos intueri, licet morbis hæc adhibeãt, & omnibus eadẽ, & nulli, quæ propria sunt, porrigere valent, quia principiis quidem carent, quibus, vt oportet, commodè & in vsum facultatum adhibeantur. Quapropter paulo diligentiùs, quæ recto huius auxilij vsui necessaria sunt, hoc capite expendere in animo est, si priùs docuero, *quid propriè sit imbecillitas, ad quot potẽtias referatur, quibus modis omnes simul ac singulæ imbecillitari possint*, vt hac via elucescat, quibus auxiliis roborari queat.

Imbecillitas & languor quomodo differant.

Nosse quidem in primis oportet, aliqualem interesse differentiam inter languorem & imbecillitatem, quã tamen adduxerat his verbis Hipp. *li. de vet. med. Proximum est imbecillis languentis, verùm imbecillior est languens, & plus laborare contingit ipsum, vbi iustum tempus non est assecutus.* Quapropter vtriusq; naturam perdiscere oportet. Est itaq; imbecillitas, quæ potentiam à suo scopo aberrare facit: Namq; potentiæ ad certos & determinatos fines, quos vsibus suis habent, vires quidem sibi expostulant integras, & actionibus perficiendis pares. Quæ quidem eo maiores sunt, quo magis abundant subiecto, in quo resident, *vt mox docebo*: quo fit, vt dum huiusmodi subiecto aut materia, cui facultates inhærent, priuentur, scopum, quem intendunt, attingere minimè queant. Cęterùm huiusmodi impotentiam triplici temporis differentia partitam esse constat: nam quædam ante morbum reperitur, cuiusuis tione particula, cui inest, facilime postmodum morbum suscipiat. Inquit enim Hipp. *Quod si ante morbum aliqua pars doluerit, hic morbus firmatur*: quod etiam de partium imbecillitate testantur Medici omnes. Quam quidem impotentiam agnouisse, plurimum interesse, docet Galen. *lib. 2. aca. om.* 47. nam loquens de huiusmodi impotẽtia, hæc sefert verba: *Cum verò fiunt, & sensim increscunt, Medicos plerosq; latet, qui sanè non, quando ob magnitudinem auxilio iam carẽt, tunc cognoscere oportet, quod vulgo contingit, sed & cum incipiunt,*

Imbecillitatis differentiæ.

*& fiunt, hos siquidem optimum est.* Quod si fieri non potest, saltem omnino cùm increscit, dignoscere necessum est: Quædam verò aliæ in morbis ipsis contingunt imbecillitates, vt Galen. eodem loco docet; dum inquit: *Alia autem ob ponon, id est, laborem, seu propriè dictum, vt dolor idem sit, seu vt quispiam dixerit malam affectionem, qua in acutis morbis ægri malè afficiuntur.* Denique in morbis ob labores, qui multis modis laborantibus accidūt, etiam facultatum iactura suboritur, quæ quidem suum etiam malum portendit. Namq; facile conspicitur à coctionis & aliorum naturæ operū scopo ipsam aberrare, dum in morbo labascit. Post morbum etiam, vt omnibus constare arbitror, facultatum G impotentia, ferè semper superest, ob morbi causarum & accidentium vehementiam, cui quidem suo tempore subuenire etiam expedit, ne aut iterum morbus reuertatur, aut alter denuo supercrescat, aut deniq; corpus minus aptum suis muniis perficiendis supersit.

Hæ enim imbecillitatis differentiæ (*antequam vltra progrediar*) suam medendi rationem peculiariter exoptant, saltem in genere; nam particularia auxilia ferè omnibus sunt communia, siquidem ante morbum vera curatione, quæ per caussæ ablationem fiat, curari debet pars, quæ imbecillitate afficitur. In morbo verò, vtpote quę mol-

270 A

torum accidentium ratione suboriatur, tantū ea mitigare oportebit (*sunt autem accidentia, vigilia, dolor, & omnis deniq; labor*) dummodo in auxiliis, quæ morbi ratione adhibentur, nonnihil semper imbecillitati condonetur, nisi plus vegeat casura virtus, quàm morbi sæuitia: nam eo tempore etiam in morbo ipsius solùm habenda cura est. Post morbum verò, vbi, quæ roborandi vim habent, potiorem locum obtinent, considerare oportet, quid in parte effecerit destruxeritq; morbus: nam iuxta eius rationem roborantia adhiberi conuenit. Sæpé enim solidam substantiam depopulatur morbus, nonnunquam spiritus, sæpissimè temperiem mutat euertitque: nonnunquam humoris aliquid relinquit, quo impediuntur facultates operari, quo fit, vt hac varietate inspecta, corroborandi munus aggredi oporteat.

B Priùs tamē docere conuenit, quot sint in corpore imbecillitatis differentiæ: quas quidem in genere tres esse, omnium consensu constat, iuxta tres facultates nostrum corpus gubernantes, licet singulæ in multo plures differentias subdiuidantur. Longè enim dissidet ea imbecillitas, quæ ea naturali potentia corporis suboritur, ab ea, quæ á vitali aut animali: licet earum quælibet etiam reliquas sibi in consensum deincaps ducat, præsertim vitalis. Et quemadmodum imbecillitates iuxta potentiarum differentias inter se dissident, ita quoq; differunt imbecilla membra, nam quædam naturali, quædam vitali, & alia rursus animali subseruiunt. Quod quidem dictum est, vt quis facile intelligat, quantum interfit, corroborantia exquirere facultati naturali, aut membris ipsi seruientibus vtilia, animali, vitalive: Longè enim vnaquæq; diuersa exposcit, iuxta cuiusque naturam, aut proprij instrumenti substantiam.

Imbecillitas ad quot potentias seu facultates corporis referatur.

Præterea habent hæ omnes potentiæ, quatenus ad modum, quo imbecillitātur, pertinet, hoc commune, vt hac lege imbecillitentur, nimirum dum materia, cui ipsa forma, hoc est, facultas inhæret, minorem habet copiam & molem, quàm C par est: nam commune Philosophorum omnium dogma est, vbi magis fuerit de materia, ibi etiam magis de forma inesse debere: sic deficiente materia, & formam, quæ in eadem subiicitur, deesse necessum est, aut peruersum temperamentum, aut omnia simul: materia enim, cui facultas subiicitur, constat ex spiritu & partibus solidis. Quo fit, vt eo imbecilliores reddantur potentiæ, quo minus habuerint spirituum, minus item solidæ substantiæ, aut dum temperamentum minus aptum partes obtinuerint. In hoc enim conueniūt omnes potentiæ, quod eo tempore labefactatur earum quælibet, aut omnes, quo aut spiritu, aut temperie, aut partium tenore priuantur.

Potentiæ omnes ac singulæ quib. modis imbecillitari possint.

Etiam conueniunt in modo, quo quæuis harum trium partium, quibus constat facultatum subiectum, ab eo, quod necessum est, peruertitur: nam particulæ moles, seu materia (*cuius sui facultatis fit instrumentum*) aut dissipatur, vel corrumpitur, aut supra modum crescit, aut denique figuram mutat. D Item temperies iuxta eos, quos suscipere potest, excessus, aut defectus, cùm materia aut sine ipsa, etiam communi & æquali facultatum damno, ab eo, quod necessum est, aberrat: aut aliquid remanet in parte impediens facultatem, & ipsam aberrare faciens. Vltimo quidem spiritus in his facultatibus, quarum sunt propria instrumenta, aut dissipati pereunt, & consumpti, aut refrigerati, & extincti, aut suffocati, aut denique ad diuersas partes distracti. Hi enim sunt modi, quibus communiter hæ omnes potentiæ imbecilliores redduntur. Quos expendisse in mitigatoria artis parte, maximi est momenti.

Cæterùm naturalis facultas peculiariter temperamēti vitio labascit potius, quàm quouis alio modo, sicuti animalis, ob partium, quæ illi deseruiunt, deprauatam structuram: & vitalis quidem ob eas, quæ spiritibus & calori accidūt, læsiones, licet ea vitio instrumenti etiam affici contingat. Præterea etiamsi omnes ab omnibus imbecillitari queant, (*ab his, quas diximus, vnaquaq; propriè & per se, ab aliis verò ex accidenti*) habet insuper hoc pri- E mum temperies, vt licet naturali facultati proprium sit instrumentum, omnibus tamen facultatibus communis sit, citra quam rectè operari nequeunt: licet earum operationes primo á temperamento non proficiscantur. Conuenire tamen oportet, vegetabilem potentiam calore innato sua munia perficere: quem tamen, quia temperie aliarum qualitatum componi cognoscimus, ob id temperamentum appellamus.

Præter has quidem considerationes, quas ad debitam huius præsidij indicationem præmittere necessum est, alia sese offert, quæ peculiare aliquid commonstrat in hac re: necesse namque est considerare in quauis corroboratione, an imbecillitas sit in caua aliqua corporis parte, *vt in ventriculo, intestinis, & eius natura aliis: an in articulationibus, neruis, ligamentis, tendonibus, venis, arteriis, & carne: an in omnibus simul, dum instrumentalis pars imbecillitate laborat.* Namque hæc omnia, & horum F quoduis, peculiarem sibi exoptant considerationem, & diuersam longè indicationem præstant. Quæ quidem si quis aut neglexerit, aut ignorauerit, fateatur se nescire materiam, & modum roborandi partes adinuenire.

In imbecillitate quæ spectanda.

Caus-

In facilitatis facultatum causæ tanæ. Cum etiam potiorem obtinent in hac re locū, siquidem sæpe ... ad facultatum robur, causam, qua ipsæ imbecilliantur, auferre. Semper quidem, vt roborātia prodesse possint, eandem prius demoliri oportet: nam ipsa præsente, parum aut nihil huiusmodi auxilia præstare queunt. Quamobrē causas omnes partiri oportet, iuxta diuisionem partium, quibus constare diximus facultatū substantiam: constant enim hæ membrorum materia, spiritu, parte solida & temperie. Sic mēbrorum materia, dum in maiorem molem attollitur, ita vt eam facultas deinceps sustinere non valeat, causam habet alimentorū maximam copiam, aut G exercitij defectum, aut denique decubitum humorum præter naturæ leges redundantium, ac ad imbecillam partem decumbentium. Dum verò hæc eadem pars dissipatur decrescitque, sit alimenti defectu, aut labore consumēte, aut mala aliqua qualitate colliquante, resoluenteque; eandem solidorum molem ac substāntiam, aut ex humoris teoui tate, raritate vè corporis. At temperies quidē peruertitur ex accessu, aut recessu alicuius qualitatis eandem temperiem componentis, inata numerū simplicium, aut compositarum distemperierum. Spiritus quidem suffocātur præ copia humorum aut vaporum, aut quia ipsi subito & confertim in

271 A aliquam sese insinuant partem. Extinguuntur refrigerati. Euanescunt consumti dolore, aut alimēti defectu, vigilia, labore, curis, & alijs animi passionibus, aut denique attenuata eorum substantia. Alterarūr infecti venenosa aliqua qualitate. Dissipantur distracti ad diuersas partes, ob diuersos dolores, labores, ac denique ob alterationes & accidentia diuersarū partium. Quo fit, vt pluribus intenta facultas minor fit ad singula. Hæ enim sunt in genere omnes causæ, quibus facultates qualescunque, aut imbecilliores fiunt, aut omnino abolēntur. Ex quibus omnibus facilè constat, triplicem esse roborandi modum & rationem: quarum vna deberur naturis partium imbecillium: altera causis imbecillitatem efficientibus: vltima quidem modis illis tribus, quorum aliquem diximus neB cessario interesse, dum facultates pati, ac imbecilles fieri contingit.

Robur quid. Cognita igitur imbecillitatis natura, cognitis etiam differentiis & modis, expendere haec in parte conuenit, quid robur sit, quibus vè auxiliis, dum abest, recuperari possit. Est igitur robur actionum perfectio seu virtus, vt aperte Gal. docet, eadē enim ratione robur actioni, qua bonus habitus sanitati comparatur: naturalis namque, siue apparatus siue affectionis virtus, quidē est bonus habitus, actionis verò naturalis virtus robur est: naturalis ergo actio naturali corporis eget apparatu, à quo rationem causæ erga ipsam habente producitur. Quocirca illud in primis fieri non potest, vt istorum alterum adsit, altero quidem absit, ambo præterea simul augentur, atque decrescunt.

Lib. ad Thrasy. in fei. 15.

Cumque, in melius proficiunt, hic *bonus habitus*, illa *robur* appellatur. Vtrumque enim ab vtroque producitur, & sicut alicuius bonus habitus est, ita & robur. Quibus necessario *pulcritudo* subsequitur, aliud quoddam ab illis, & tertium corporis bonū. C Quare hæc tria corporis bona, nimirū *sanitas*, *pulcritudo*, & *robur*, neque vnius generis sunt, neque simi liter omnia dicuntur: sed vnum quidē, vt primum atque per se, alterum tanquam illius causa, tertium verò vt necessario consequens. Quæ omnia hoc habēt proprium, vt si vnum postueris, necessario cuncta ponas. Cæterùm cum artifex sanitatem quærit & acquirit, nil vltra circa actionē, pulcritudinem vè laborat. Accedunt etenim hæ, vel inuito artifice, ipsisque aditum intercludere, cum semel sanitatem sibi effecerit, prorsus nequeunt. Ex quibus manifestè constat, *quid tractatus efficere is, qui vires roborare intendit*. Quapropter (*vt ex præmissis cōstat*) cum tota virium ratio stet in partium sanitate, siquidem facultates partibus vtuntur, tanquam instrumentis ad actiones edendas, & rursus partium natura cōstet ea materia, & ea supremè figurata, spiritu m ad animales ac vitales actiones, & ea temperie ac spiritu: fit, vt quouis horū trium deficiente, aut mutato, protinus labarur facultas, & refici eadem le- D ge desideret, vt rursus sanitas, ac ea consequenti virium robur facilè constet.

Sanitas pulcritudo & robur quid differant.

Cæterùm quia nec partes eadem constant natura, neque causæ sunt eædem semper, neque rursus modus idem: necessum est iuxta rationem vniuscuiusque membri, causæ, & modi, indicationes & materiam, quibus opus perfici possit, exquirere, & aperta ratione docere. Modus verò, quo facultates labuntur, vniuersalem potius reficiendi rationem, quam materiam monstrant: sic roborare membrū, dum præ nimia mole facultatem opprimit, vacuationem, dissipationem vè eius, quæ superat, aperte indicat. Sicuti dum substantia dissipata euacuatione, consumtione vè manifesta est, alimentis & potibus refici proculdubio desiderat. Quo sensu Hipp. inquit: *Ad robur autē optima sunt, quæ carnem plurimam ac densissimam producunt, & sanguinem crassiorem faciunt, ... per meatus ... rationi cedunt, & corpus plurimo tempore ipsa suscipit*: quod alus verbis paulo antea idem auctor declarat, nimirum: *Quæ vero ad robur seu refocillationem, crassiora pinguiora, & moderate cocta*: neque immeritò quidem dixit, *moderate cocta*: nam paulo inferius hæc refert verba: *Carnes percocta & assata, vtraque, debiles sunt ad robur augendum, ad ...* vero *percocta commoda sunt, assata vero magis ... qua vero moderatam habent cocturam & assaturā, ha & ad robur & ad successum moderatè se habent.* Ex quibus facile cōstat, quale sit futurum alimentū, iuxta rationem causæ imbecillitatis. Ita figurā vitiatam, vtcunque sit, ad antiquam pulchritudinem reducens, si robur partium recuperare studueris. At spiritus dum distrahuntur, congestionem, congregationem vè desiderant: dum dissipantur, firmitudinē, soliditatē, & concretionem: dum alterantur, temperiē: dum venefica labe fœdātur, mixtionē & correctionē: dum ex toto corrūpuntur, refectionem, dum verò suffocantur, vētilationē, vt omnib. patere arbitror. Temperies etiam dum vitiatur, donec ex toto succorum cōtrarietatem ope ad pristinum redeat statum, robur membri ad antiquā firmitudinem redire nequit. Pari etiam ratione F membra dum molliora, duriora vè præter modū fiunt, facultatum vim & efficaciam remittunt.

Reficiendi ac roborandi ratione qua monentur.

Lib de affect.

His præmissis, peculiarem quidem materiam, causas, & partes affectas sibi iure vindicare, mihi proculdubio compertū est: quapropter indicatione primum sumpta à causa, curationem aggredi oportet, diuersa tamē ratione: nam aliud est corroborare, dum causa præest: aliud dum absente cau-

qualitas roborentur partes abundantia oppresse & qualites insanæ.

causa aliquid relinquitur ab eadem factum. aliud verò, facta consideratione modi alicuius, ex tribus, quoad diximus, quo causa suum parit effectū.

Roborantia in praua figura aut situ facultatum.

Roborare n. partes abundantia oppressas, vacuatio abundantiæ licet ex accidenti è directo respōdens, siue plenitudo sit, sanguine misso, siue cacochymia, humore, vtcunq; extracto, optimè potest: sic dum causa est dissipatio & debitæ molis diminutio propter inediam, vacuationē immodicam, aut excedens exercitium, medela quidē est, corporis verū alimētis reficere. Si verò *praua figura*, aut alienus situs facultatem impedierint, ipsa protinus suas recuperabit vires reductione particularū ad pristinum sitū & figuram. Dum verò *calor præter naturam* vigens dissipauerit, consumserit vè spiritus, aut solidā substantiam, necessum est, ea medicamenta adhibere, q̄ refrigerādi & modicè abstringendi vires obtineant. Nam licet hæc p se roborātia non sint, ex accidenti tamen id optimè efficiunt: temperata namq; causa, protinus cessat actio. Idem ēt de *frigida distemperie* subaudire licet, q̄ extinctione spiritus & calorē perdit, cui mederi oportet calorificis auxiliis, citra adstringētium mi-

in calore præter naturam:

in frigida distemperie.

272 A scellam, nam in hoc casu nulla ratione eisdem vtidatur, sed tantū vbi caloris effectu dissipatio contigerit. Cui vsui prosunt etiā potus, qui frigiditate dissipationē impediant, sicut per internalla en, q̄ reficiendi vires obtineant, vt *odorata omnia*, præsertim ea, quæ cum hoc alimenta etiam sunt, vt *vinū, panis recenter coctus, iura ex capsmibus*, & aliis odoriferis alimētis crudis, assis, aut elixis, præsertim si hęc iucunda, grata, ac familiaria fuerint: nam vt ex antiquorum mente Aëtius refert *lib. 2. s. 1. c. 132. duplex robur & admirandū simul auxilium exhibet id, quod etiam natura ob iucūditatem gratum existit. Vcater taim, vbi quod blandum est, suscipit, & in se complexus est, tenet, & probe concoquit pro viribus, maximè si fuerit quantitate moderatum. Excitatur enim natura, & actiones sæpe ab affectionum prauitate misere afflictas fascinat, ac morbum repugnat, iuxta duplicē modum ipsum quidem malū palam contrarietate naturæ castigans: virum autē animal gubernantes, consolans & excitans, ac fortificans ad superandū morbum.* Ex qua sententia aperte colligitur, quāti momenti sit, ea alimenta languentibus præbere, quæ illis gratiora & gustui suauiora sunt. Quod si

Alimenta languētibus suauia & grata præbenda.

B *ob oris ventriculi morsum*, aut quemuis alium dolorem, aut animi passionem huiusmodi impotentia fiat: nulli dubium est, ea medicamenta & alimenta intus & extra esse adhibēda, quæ, præter quam, quod cōtra doloris, aut mali causam pugnent, adstringant etiam oportet, impediantq; quo minùs spiritus euanescant, nam hac lege adstringentia, in huiusmodi affectib. *roborantia* à medicis appellantur: sic in oris ventriculi morsu, intestinorum, aut vteri dolore, præmissis medicamentis, q̄ vtrumq; aut euacuent, aut partes ipsas abluant, vindicēntq; ab humoris aut flatus acrimonia partem ipsam, ea medicamenta sunt adhibenda, quæ adstringendi vires obtineant, quatenus ad imbecillitatē pertinet. (*Secus quidem res se habet in doloris aut affectus medela, nam alia expostulant medicamenta.*) Sunt enim *succus mali granati acidi pane imbutus, aut posca ex aqua & succo agresta, acetosa plantaginis*, & similium, quæ

Roborantia in morsu oris vētriculi.

intestinorū aut vteri dolore.

C breuitatis studio prætermitto. Præsertim cum ea capite de *Adstringētibus* abunde adduxerim, & passim apud auctores reperiantur variæ compositiones emplastrorū & inunctionū huiusmodi vsum præstantes: mihi quidē sat est, summas rerum indicationes docere. Quod si ob diuersos affect⁹, dolores, aut quoduis aliud accide spirituum distractione facultas labatur, vnicū quidem est proprium ac peculiare roborans præter ea, quę accidentia mitigent, & ea ēt, quæ cutim densent, & spiritus ipsos cogāt, trahantq; ad interna, *vt sparsio aquæ frigida, aëris vtcunq; refrigeratis*: tandē, quia hæc causa maximum fit facultatū dispendium, ea adhibere oportet, quæ promptè & facilè renutriant. Quibus equidē *vinum* maximè opitulatur, sicuti & alia, q̄ iam diximus, potissimum verò somnus, præsertim dum vigilia dissipationis etiam causa est.

in distractione spirituum.

Roborat quoq; facultates, dum p̄ defectu ventilationis (*vtcunq; fit*) suffocantur, spirituū distractio, & simul fuliginosorum excrementorum, aut humorum ad extimas partes: sic sæpe roborāt *frictiones, ligatura, cucurbita, deambulationes*, & huiusmodi alia pręsidia, q̄ ab internis ad extimas partes trahere habeant, vt facta cōuenienti ventilatione facultates reuiuiscant, roborenturq;: sicuti sæpe humorum vacuatione facta, id proculdubio fit. D

Præterea si facultas labatur ob veneficam aliq̄ qualitatem, quæ spiritus conspurcet, corrumpat, & secum misceat, alexipharmacis roborari desiderat, vt capite de *Anodynis* abunde dictum est, etiāsi sæpius sint ex vsu ea, quæ emplasticā, aut adstringentem facultatē obtineant, alexipharmacis miscere, vt dissipationem spirituum sua adstrictione & lentore impediant: rationi n. consonum est, veneficam qualitatem omnem sibi adiunctam substantiā putrefacere & corrumpere: at putrefactionis ratio quidē est, segregatio partim rei putrescētis. Quo factū est, vt in pestiferis & veneficis affectibus adstringentia & oblinientia medicamenta plurimū psint, gratia corroborationis facultatū, qualia sunt *bolus armenus, terra sigillata*, & ex acetosis & adstringentibus plurima, quæ omnia hac enī lege roborandi vires obtinent, nimirum quia impediunt actionem, hoc est, dissipationem malefici humoris, aut qualitatis: partim qualitatib⁹ primis, contrarias compescendo, partim verò secundis, prohibendo ne dissipatio libere fiat. E

in venefica aliqua qualitate.

Intemperies quidem duplici ratione imbecillitatē parit: vna, q̄ Intrinsecus accedit, cuius inferius meminero: altera verò, q̄ Extrinsecus in sanitate & morbis nostram naturam perdit & informat, si dissentanea sit, & dissimilis, vel ipsas vires lapsas ac deiectas reparat, si cōsentanea sit, & amica. Huius conditionis est, *aeris temperies & regionum familiaritas & cōformitas cum natura nostra.* In qua te parum mihi immorari oportet, vt q̄ ad tuendas vires, & earum firmitudinē ac reparationem, (*cum in longinquiorem locum mutamus*) summopere sit necessaria. F

in intemperie.

Ad cuius rei verā intelligentiam statuendō est, eo tempore vires in nobis adseruari, aut lapsas refici & præparari, cum eis aliquid accedit, quo nostra natura benè se habet, & propriam substantiā ac formam seruat mediis qualitatibus, quibus secundum naturam perstat, & cōseruatur. Secundò sciendum est, ex hominum, ac ferè omnium viuētium naturis, quasdā benè (*quo se tuentur*) aut malè (*quo imbecillitantur*) se habere magis hoc tempore quàm illo, vel in hac regione, aut ciuitate, quā in illa, *vt Hipp. est decretum, 3. aphor. 2. & 3.* Quapropter necessum est (ad robur virium conseruandū aut reparandum) de regionum ac temporum salubritate

Vires quando in nobis adseruentur, aut lapsæ reparantur.

Homo cur melius hic quàm illic se habeat.

ture nonnihil differere: siquidem virium custodia aut reparatio in his maximè sita existit.

G Cuius rei gratia præmittendum est, modicè lapsis corporibus similes tegiones, & anni cōstitutiones, custodes esse virium, & morborum propugnatores. At in lapsis corporib⁹ si euidentes sunt, contraria hæc omnia magis ex vsu existunt, tùm ad virium custodiam, tùm ad reparationem, tùm verò ad morbos profligandos.

*Vires tamen ne regionū vt restituendæ.*

Præterea statuendum est, quod sicut in nostris corporibus reperiuntur diuersæ sanitates, n sanitas biliosi diuersa est à sanitate pituitosi: tamē sanitas cuiq; vtilis & proficua, ita profectò res se habet in anni temporibus, & tempor um mutationibus, ac in regionū, populorū, ac ciuitatum temperaturis: namq; non est sapientis hominis, protinus calidū tempus, vt morbosum damnare, neq; frigidum, neq; ēt regiones, licet vna altera sit calidior, frigidior, humidior, aut siccior, citra aliam cōsiderationem: nam calida regio, vt homo biliosus suam habet salubritatis rationē, quibusdam animalibus proficuam, item & frigida: in quibus homines, iuxta cuiusq; naturam, *vt nuper ex Hippocrate limus*, bene se habent, si ipsis consentanea sit, aut malè, si dissona. Itaq; neq; calida tempora, aut calidas regiones, vel frigidas, damnare oportet absolutè, sed metiri ac pbare, iuxta modū ab Hipp. adductum: Siquidē diuersæ hominum sanitates non possunt benè se habere in vno eudemq; tempore, aut in vna ciuitate, sed quisq; in sibi simili, aut parū lapsa, si sic postulauerit hominis lapsus, conseruatur & viuit,

*273 A*

*Sanitates hominum diuersæ ratione loco rum diuersorum.*

B

Est tamen consideratione dignū, *an possit reperiri aliquod tempus, aliquavè regio aut populus, qui omnibus naturis proficuus sit, aliquo modo ex apta similitudine temperamenti in qua dictum est, bant naturam bene se habere huic tempori aut regioni, & illam alteri*: Item quærendum est, *dato quod tempus aut regio al qua omnibus sit necessario proficua, an ea sit calida, aut frigida*: nam de temperata nullus dubitat.

*Regio verò aliqua, quæ omni homi ni proficua?*

Cuius ci ntrouersiæ ratione præmittendū est, regiones, aut temporū temperaturas duobus modis nostram naturam ac vires adseruare, aut lapsas & deperditas reficere: vno, dum similis est temperamento nostro, siue calida sit regio, siue frigida, *vt nuper retulimus*: alio verò, dum ea calore aut frigore tali modo librato, calo noster innatus, vel vegetior, aut languidior redditur: quod cōtingit

*Regiones duobus modis vires adseruant.*

C diuersomodo a frigido, ac efficitur à calido. Nam aliquando, siue corpus frigidum sit, siue calidum, calor extrinsecus accedens corpora emaciat, resoluit, ac siccat, quia hęc sunt caloris propria & peculiaria munia. At frigiditas longè aliter in vtraq; corporum sorte ac temperie operatur: nam ex eius accessu & habitatione calor intimus & radicalis subit intra, adeò intenus elocet, ac vegetior efficitur, vt facilius & commodius naturæ opera fiant, crescant, & impingatur homo non sicot calor, q ad extima calorem & spiritum euocans, interiora proprio calore priuet, & ob id malè prædicta naturæ opera fiant, & corpus vniuersum languidius fiat, ac frigidior internus reddatur.

Cui etiam doctrinæ adiicere oportet differentiam, quæ est inter hęc duo frigoris & caloris operat: quod calor primo accessu nil mali posse efficere ostendit (*nisi vehemens sit*) tamen temporis tractu corpus sensim & paulatim resoluit, & imbecil-

*Frigoris & caloris operatio quid differant.*

litat: frigiditas verò si primo accessu, vt exsuperāts & deuincens calorem corporis non lædit, postea verò semp vegetius reddit corpus, calidius ac robustius: quia vt plus alimenti conficit, ita & diutius somnum conciliat.

D

Quo fit, vt iure optimo teneamur asserere tam frigiditatē, quæ immoderata nō sit, & corporis vires non superet, communius omnibus corporib. tàm frigidis quàm calidis præstare salubritatē, robur & beneficium maximum. Quam cōclusionē sic probare aggrediar. Dictum namq; fuit Hipp. 1. aph. *ventres hyeme & verè natura calidissimos fieri*, hoc est, calido naturali abundantiores: qua ratione p ea tempora diutius durat somnus, quo copiosiora alimenta consuluit porrigere, sicut pueris, quibus plurimum calidi innatū inest. At in calidis temporibus corpora cibos difficulter ferre, ob calidū innati paupertatem, ex virium ob calorem resolutione.

*Frigiditatē temperatā ac mediocrem omnibus corporib. præstare robur.*

Ad cuius doctrinę pensum philosophari de regionibus oportet, *vt Hipp. consuluit*, vbi sicut naturas ad tempora comparauit, ita & easdem & morbos ad tempora & regiones. Et ob id cōstat, quod sicut hyeme, hoc est, tēpore anni frigidiori, & verè vētres intus calidiores fiunt, ita & similibus regionibus, quinimo & commodius, quia tempora intempestiua fieri possunt: at regio, quārum ea se est, semper retinet suæ naturæ aliquid, quo tēporū inclemētias signat, aut si similes sunt, suscipit. Regiones verò calidæ ad pēsum calidurum temporum nos alterant, neq; retrocessum caloris faciunt, neq; dissipationem desinūt efficere, nisi corpus aut frigidum sit, aut senile: frigida verò regio intus calorem adseruat & tuetur.

E

*Lib. 3. aphor. 1.*

Cæterùm ne videat hi, quæ à Philosophis dicta sunt de regionib⁹ & anni tempo ibus frigidis, cōtrariari, quia arbitrantur (*& nos etiam alibi de hac re philosophantes idem statuimus*) crudos succos, & imbecillitatem plerumq; parere: & Hi, loco citato copiosam pituitam hyeme fieri: nunc verò vt medicus cēseo frigiditatem, quam mox memorabo, longè salubriorem esse (*siue in tempore, siue in regionibus consideremus*) calore æqualibus gradib. consideratō. Quippe calor ille solū corporibus similibus in calore proficuus est, aut plus iusto frigidis: extrēùm hæc frigiditas calidis corporibus & frigidis proficua existit. In qua re considerare oportet, frig. ditatem hyemis, aut regionum non g necate pituitā, quod ab ea internus calor suscitetur (*tunc en in morbosa foret*) sed quia minus dissoluitur, quod superabundat: & maiori virtute corpus alimentu copia, ac minus exercetur. Quippe nc s hac in parte consideramus frigiditatem, quæ præter id, quod mediam temperiem superet, qualem affert hyemis pars veri proxima, & veris tempus, nō quodcunq; sed id, quod hyemi vicinum est in immodico excessu. Nam certum est, primā hyemis partem, & regiones ac ciuitates, quæ Septentrioni magis accedunt, non solū retrocessum calons ad interiora, sed etiā aliquo modo imbecillitatem causare, ac temittere calorem sanguinis, & spiritus, nisi pellicets tegumentis, igne & domicilis præueniatur, vt prope Septentrionem habitantes de more habent, quo se ab excellentibus frigoribus tueantur, & calorem intus vege tiorem sibi comparent, nam aliter euidentissimum est, cruditates ac pituitam crassam in his

F

*Hyemis prima pars imbecillitatem causat, arcetur autem pellicets tegumentis.*

G

corpo-

corporibus fieri. Ceterum vltima hyemis pars, & prima veris, ac regiones & ciuitates hac frigoris temperie insignitę, non solum nihil horum malorum afferunt, sed retrocedentib. naturali quodãmodo sanguine & spiritu ad viscera innatum calidum vegetius reddũt, & vires naturę robustiores, contra verò ex cõsequenti æstuosa tempora & habitationes ad Meridiẽ vergentes, ac proximiores, calorẽ interius imminuunt, si plus iusto intendatur, vel saltẽ non foueut, vt ęqualis frigiditas. Exẽplo sunt Germaniæ regiones, vbi homines proceriores, albidiores, & corpulẽtiores ac robustiores sunt: quæ sane opera copiosioris sunt calidi: sicut Indorum ac Æthiopum fere omniũ corpora, parua, coloris retorridi, & debilia ac pauci laboris.

Regiones in medio septentrionis & meridiei sitæ salubriores sunt.

Quo cõstat, salubrioris esse naturæ regiones ac ciuitates, q̃ in medio Septentrionis & Meridiei sitæ sunt, vergentes tamen ad eum frigiditatis gradũ, q̃ affinis & similis sit vltimæ hyemis & primæ veris parti, maximè qui libere Septẽtrionalibus perflantur vẽtis: ex quo securior salubritas his populis succrescit, quia nec tantum frigore rigent, vt quæ magis accedunt Septentrioni, neq; calore æstuoso dissipantur, vt quæ ad Meridiem sitæ sunt: nam in his ciuitatibus, quę modico frigore pollẽt, ver est temperatũ cum modico lapsu ad frigiditatem, & æstas est veri temperatissimo similis, & ob hanc temperiem saluberrima. Quippe in his, quæ ad Meridiem vergunt populis, æstas est feruidissima & minus salubris, ac morbi æstiui incipiunt à Veris medio, sicut in Septentrionalibus ab ęstatis fine, & autumni principio. Cum hoc tamẽ in Meridionalibus populis hyems modestius toleratur, sicut in Septentrionalibus ver & æstas, atq; autumni maior pars. Hæc quidem dicta sunt, vt discas robur corporib⁹ tueri, aut amissum recuperare, q̃rens ac consulens regionis & temporis cõmodiorem temperiem & salubritatem, prædicta consideratione præhabita.

Intemperies quot modis fiat.

Intemperies verò, quæ interius imbecillitatem accersit, duobus fit modis: Vno modo, dum fieus est, spirituum dissipatione ob calorem, aut eorundem extinctione ob frigiditatem: quibus exstinctis facile est facultates labi, nã eis tanq̃ pręcipuis instrumentis vtebatur: q̃ enim nosse maximi sępe est momẽti. Siquidem dum plurimum facultates ob spirituum defectum, a quauis oriatur causa, delabuntur, morbos, affectusq; omnes intensiores reddi necessum est, quia facultates, vt pote languidæ nequeunt eosdem superare, tanquam carentes proprio instrumento: quo fit sæpe, vt morbi aut producantur, tardeq; ad coctionem perueniant, aut periculosiores fiant. Qua ratione oportet huiusmodi spirituum resolutionẽ in morbis, pro viribus impedire, vt res ex tuto succedat. Namque plurimi affectus sola corroboratione membrorũ, citra peculiare aliquod auxilium curantur.

Intemperies fortis vt curanda.

Alio verò modo, dum intemperies facta est, subuersaq; ea tota naturali membri temperie, quod dum incipienti, aut vigẽti morbo acciderit, graue periculosumq; sępe est: namq; nullum habet eo tempore hostem morbus, qui aduersus eum pugnet, impediat, fræneiq; eius impetum & naturam: quia temperamentum præcipuum harum actionũ artifex, ea totu est subuersum: quapropter dum id accidit, periculum est, ne totum corpus aut particula, cui morbus incumbit, facilè pereat. Quo tempore nihil est naturæ totius corporis, aut partis committendum, vt pote quæ vires non habet, neq; instrumẽta, quibus operetur, sed totum negotium arti committere oportet, iuxta affectus indigentiam. Sic paulatinis vacuationibus (*dum materialis fuerit affectus*) & paulo valentioribus: tum repulsoriis auxiliis, tùm suppuratoriis, tùm verò discussoriis vtendum est. Adimplere enim auxiliis oportet, quod naturę deest. Errant quidem, qui in omnibus affectibus æqualia adhibent virib⁹ morbi auxilia: nam cum in huiusmodi nõ adhibeam⁹ adminiculãtem naturã, & actiones inter inæqualia tantum fiant, necessum est auxilia omnia superiores morbo habere vires, vt aliq̃d agere possint. Verùm in iis, quib⁹ natura membri affecti, aut totius corporis viget, sat est æqualia, aut parum remissa adhibere auxilia, siquidẽ virium robur eorum defectum adæquat.

Intemperies seu imbecillitas à morbo relicta quã exigat cõsiderationem, & quibus curetur medicamentis.

Cæterùm cum imbecillitas inclinante aut iam absente morbo superest, ob eam, quã morbus relinquit in membro affectionem, maximam quidẽ eo tempore exoptat considerationem. Namq; aut relinquitur distemperies facta, aut spirituum penuria, aut carnis defectus, duritiesvè, aut tensio, aut laxitas, aut mollities nimia: quibus omnibus aut singulis, facultas nequit in membro, aut vniuerso corpore actiones perficere. Quapropter oportet curationis harum seorsum meminisse, si quis rectè membrorum robur recuperare velit. Distẽperies itaq; (*quæ ad omnium facultatum impotentiam pertinere videtur: est n. temperamentum facultatis quidẽ naturalis proprium instrumentũ, aliarum vero facultatũ commune*) dum facta est, corrigi nequit contrariis auxiliis, hisq; æqualibus, vt nõnulli falso censent: nam id tãtum ad fiens temperamentum pertinere constat: ad factum verò solum eo modo, quo diximus, nimirum cum morbum aliquem efficit. At extra affectum, cum tãmen oporteat ad pristinum statum temperiem reducere, atq; id fieri subito nequeat (*namq; quod habituale fixumq; est, subito auferri non potest*) nulla ratione oportet ea adhibere medicamenta, quæ pari cõstent intensione, sed ea quidem, quæ paulatim partim in contrarium habitum mutent, calida quidem in frigidis, & frigida in calidis, ac pari ratione de singulis qualitatum oppositionibus. Nam hac lege docuit Hippoc. consuetudinem mutare, & habitum ea contractum. Cæterum quod ego magis rationi consonum existimo in hac re esse, aperte monstrabo. Est quidẽ omni arte maiorem caloris natiui, spirituum ac sanguinis copiam, ad imbecillam partem trahere, quib⁹ facilius & promtius ipsa ad pristinũ reducetur temperamentum, quã quouis alio. Nã cum hæc sint præcipua facultatum instrumenta, & partium ipsarum substantia, facile fit, vt ad antiquam redeant naturam, sanguine, spiritu & calore naturali ad partem euocatis. Hinc enim factum est, vt ventriculus, iecur, caput, & cetera mẽbra præcipua, etiamsi in habitu sint refrigerata, maiorem suscipiant gratiam, maiusq; beneficium ex temperatis, & cibis naturæ & temperamẽto similimis, quam ex cõtrariis qualitatibus: nam his potius maiorem contrahunt impotentiã, maiusq; sequitur damnum, sicut calorificis adhibitis contingit, resoluto pusillo partium calore, & refrigerantibus extincto. Sic manus temperati corporis & puerorũ calor, & deniq; omnium, quę naturalis

caloris

ca[illegible] substan[illegible]am & [illegible]emperiem æmulentur, le-
A ues [illegible]tiones lo[illegible]es, cucurbitæ, & alia, quæ calore euocant, [illegible] titillatione langui-das facultates roborare [illegible]ssunt. Quod equidē in hoc opere plurimum obseruare oportet: namq; aliis rem agere, preterquam quod [illegible]nem non consequimur, non caret manifesto damno.

Roborantium materia quænam.

Materiam verò corroborantium auxiliorum, partis affectæ natura facilè ostendit. Multa enim sunt, quæ imbecille caput roborant, & propriè respiciunt, quorum syluam passim apud omnes auctores facilè reperies. Earum eo eligere perpetuò teneris, iuxta leges adductas, in calidis quidem, sicut & in frigidis, quæ mediam obtineant naturā: remissum namq; facilè remittit intensum, tantum q; si diu perseueret, ad sui naturam. Neq; erit quidē absre, quinimò necessarium, in principio in calidis affectibus paulo temperato frigidioribus, & in frigidis calidioribus vti, procedente verò tempore vtriusq; excessum remittere, & ad mediam seu

Roborantium qualia eligenda.

B naturalem temperiem peruenire. Pari etiam ratione ad ventriculi affectus, materię vberrima copia reperitur, cuius quilibet iuxta eādem methodum eligere, & componere pro vsu facilè poterit: licet in nutrimentalibus membris & quæ aliis alimentum parant, dum id conficere nequeunt prosperè, sæpe sit necesse aut calorem adaugere, aut dum superat, minuere: hoc quidem ne coctio turbetur, quæ non temporis longo spatio, vt habitus, sed modico tempore perfici debet: illud verò, vt perficiatur. Nam quod imbecillus calor efficere nequit, id ars perficere tenetur: quapropter in huiusmodi paulo calidioribus, aut frigidioribus vtemur auxiliis, quam dum solum factam temperiem ad naturalem statum reducere intendimus: quo tempore, quæ media constant temperie, aut simillima parti patienti sunt eligenda medicamēta. Verùm quia facultas naturalis neq; vnica est, neq; vnico vtitur in omnibus suis actionibus instrumento, eius varietatem perdiscere oportet: vt

Facultatis naturalis varietas perdiscenda.

C in quo defuerit aliqua ex naturalibus potentiis facultas, arte reficiatur: nam quæ diximus, ad eius alteratoriam, seu concoctoriam facultatē pertinere potius videntur, quod etiam omnibus est commune: ceterum dissident in alia roborationis specie, quæ cuique est peculiaris: Nam duplex est in huiusmodi potentia roborandi via: Vna, qua facultas ipsa in se roboratur, reductione proprij temperamēti ad pristinum statum, eo modo, quo dictum est, alia quidem, qua roborantur actus seu opera vniuscuiusq;, facultatibus manentibus in eodem statu. Sic concoctoriæ facultatis opus perficit ars, cum ipsa nequit ob frigiditatem, calorificis æquali intensione præditis & dum præ calore alimenta aduruntur, his quæ refrigerant, ad mensuram caloris adaucti adhibitis. Retinentis verò facultatis opus ars perficit, siccis aut adstringentibus medicamentis. Qua ratione meritò Gal. *lib. de*

Roborandi ratio duplex.

D

*opt. sec. ad Thrasi. c. vlt.* taxauit antiquos, existimantes, *adstringentia roborare*: nam hæc non facultatem, sed opus roborant. Eadem ratione expultrix facultas humidis iuuatur, perficitq; facilius suum opus. Est n. huiusmodi doctrina maximi momenti, vt quis internoscere valeat, quibus perficiatur robur & substantia vniuscuiusq; facultatis, (*licet facultates per se laborare nequeant: verū per facultatē has in partis subintelligimus id, q sensibus subijcitur, puta spiritus, temperies, & membrorum substantia*) quibus ipsæ opus habent. Rursus vt intelligat, quę intersit differentia inter vtramq; actionē. Pręterea perdiscat etiā oportet, in morbis non semper facultates esse roborandas, sed tantum licere earum opera præstare, è conuerso tamē morbo inclinante, aut antequam incipiat. Vitiatur etiam naturalis potētiæ actio aliarum facultatum iactura, vt deficienti robore vitali contingit. Quapropter excitanda est eo tempore vitalis hæc potentia, & calor in partibus his omnibus medicamentis & aliis auxiliis, quæ calorem & spiritus attrahere possunt, qualia superius abunde diximus, vt sunt etiam *lotiones vini*, & aquę vitæ, aquæ etiam calētes in qua ferbuerint *herbæ calfacientes*, frictionibus & aliis huius generis. Animalis facultas multis rationib[us] impeditur, & labascit: defectu nimirum cōmunis instrumēti, nempe temperamenti (*quod ad pristinum statum modo dictu reducere oportet*) aut animalium spirituum resolutione, vt conualescentibus contingit, quos reficere quoq; antea docuimus. Aut etiā peculiaribus instrumentis, neruis videlicet, ligamentis, tendonibus, aut musculis male affectis: q̄ omnia quidem aut dura, aut laxa præter modum ex affectu supersunt, vt accidere frequenter solet in solutionibus continui, curatis luxationib. tumoribus, fluxionibus doloribus, & aliis huiusmodi affectibus: qui aut ob humoris præsentiam faciliè fiunt, aut membra nuper dicta eo modo disposita ab affectu relinquuntur. Si verò ab humorum affluxu hæc impotentia prouenit, curari per ablationem causæ, *vt antea diximus*, desiderat. Verùm si ea morbo prodeat, vera roborandi ratio in duris emollitio est, in mollibus verò ac laxis, cum adstrictione exsiccatio, admistis etiam medicamentis, quę humorum reliquias consumere valeant.

Robur vniuscuiusq; facultatis quibus perficiatur.

Naturalis potentia quibus modis roboretur.

E

Vitalis quibus.

Animalis quibus.

Impotentia ex humorū affluxu, ex morbo.

F Vtuntur etenim medici variis neruorum, musculorum, & tendonum roborantibus. Quæ ego ratione consultò prętereo, nam satis mihi est summam potissimamvè in quauis imbecillitate indicationem docere: materiam facilè cuiq; est inuenire, si quæ diximus, perspecta habeat. Facultatum verò animalium interiorum meminisse hac parte non placuit, quia proprium quoddam opus illis dicare decreui, vtpote quæ plurimum facessant negotium, & maximi sint momenti.

G

*FINIS.*

LVDO-

# LUDOVICI MERCATI, MEDICI A CUBICULO PHILIPPI TERTII HISPANIARUM REGIS, &c.

## LIBER PRIMUS,

## De Febrium Essentia.

Febris essentia primum inquirenda, deinde differentiæ, signa, causæ, ac tandem curatio.

B

QUI rectè, quę ad febrium integram notitiam proficua sunt, callere velit, opus est noscat primitus exactè febris ipsius essentiam seu naturã: nam eo tempore diuisionẽ alicuius rei optimè cõsequetur, cum probè rem ipsam diffinierit & calluerit. Noscat item differentias omnes vsq; ad specialissimam, & sciat ad minimam vsq; signis distinguere, atq; omnium & cuiusque causas inuestigare; tandem, quid sperare aut timere in quauis oporteat: & vltimò, qualis in cõmuni sit medendi methodus, & quæ febri cuiuis proficua exsistat curandi ratio.

Verùm ne quis citra ea principia, quę ex Dialecticis theorematis desumpsisse prius oportet, rem hanc, alioqui grauissimam, aggrediatur, necessum est, nõ solum res ipsas vtcunq; expendisse, verum & methodum didicisse prius oportet, q̃ eas scrutandi principium præstet. Primum itaq;, vt rem, quam quærimus, facilius assequamur, singularia omnia contemplari oportet, *vt Gal. docet 6. pop. par. 3. com. 20.* & omnibus illis mutuo collatis, quatenus illa similia sunt (*nam hæc sunt, quæ conferri debẽt*) ea postmodum omnia in vnum commune principium, & amplam ac communem similitudinẽ referenda reducendaq; sunt: postea verò eam cõmunitatem seu similitudinem, quam genus nuncupamus, per differentias in diuersas species diuidere opus est: & tandem in his speciebus contemplari oportet alias differentias, per quas prædictæ species differant, dissimilitudinemq; inter se habeant. Producta quidem hac lege diuisione, donec ad infimam speciem deuentum sit, immorandum non est. Verùm cum necessum sit ante differentiarum notitiam, prius naturam generis, cuius diuisionem quærimus, expendisse, ob id, cum calor sit ad febres omnes vniuersale & cõmune genus, de calore, eiusq; natura, primò agendum esse censui.

Calor omnium febrium vniuersale genus.

C D

Ac licet cuiusq; rei essentia & natura demonstrari non possit, *vt ex Arist. constat 2. post. 7.* & ob id multò faciliùs inquiratur processu operis, quam mox à principio, cum hoc tamen quia diffinitio notionalis de se nota & vulgatissima est *etiamsi Gal. lib. de diff. febr. prius febrem ob dictam rationem diuisisset, quam diffiniuerit, iuxta eiusdem decretum lib. 4. de diff. puls. c.* tutius mihi visum est, à diffinitionis explanatione ordiri, *vt ipsemet Gal. docet lib. 1. de diff. morb.* qui tamen licet sibi cõtrarius videatur, cum *lib. de diff. febr.* à diuisione ordiatur, & *lib. de morb. & sympt.* à diffinitione, ipse tamen se exponit *lib. 4. de diff. puls.* docens in his, quorum natura omnis abdita est & recondita, semper à diffinitione esse ordiendum. At in aliis, quæ vulgarem & notam sui præstant notitiam, qualis febris ipsi Gal. erat, à diuisione. Verùm qui auctores (*vt primo accessu febris conditio aperta videatur*) tot tantisq; difficultatibus eius naturam euoluerunt nos Auicennam in hoc secuti certiorem clarioremq; arbitramur esse eam docendi viam, quæ à diffinitione initium sumit. In qua sane re studebo prius monstrare, *quid febris non sit*, vt subsit longè clarius, *quid sit, & cuius naturæ.*

Febris tractationem esse à diuisione ordiatur Gal. & non à definitione.

E

In cuius rei enodatione monere prius oportet, varia admodum fuisse de febris essentia auctorum decreta: nam quisq; suum protulit conceptum, suamque explicuit mentem, adeò vane & confuse, vt qualis sit natura & conditio febrilis caloris, legenti constare minime possit. Qua ego ratione motus, hac in parte ea diligentia omnium conceptus referre studui, vt quisq; quæ vera sunt venari facilius possit. Dimitto tamen (*tanquam omnino vanam*) eorum decretum, qui censent, febrem frigidum esse affectum, decepti futilibus quibusdam rationib. nam principium accessionum, & frigus febris syncopalis humorosæ, ac frigiditas extremorum in febrib. colliquantib. quæ ipsorum mentem contorsit, accidentia potiùs censeri debent, quam partes febrilis affectus, aut de eius natura & ratione. Et ob id scribam prius, qualis fuerit omnium fere auctorum communis conceptus; postmodum, qualem protulerit eorum quisque; tandem, cui eorum standum sit.

Varia decreta auctorum de febris essentia.

F

Reliqui verò Medici, quotquot fuere, tùm etiam Philosophi, communi consensu fatentur, febrem per calorem potiùs, quam per quid aliud, debere diffiniri. Sic Auicenna inquit: *Febris est calor extraneus accensus in corde, procedens ab eo mediantibus spiritu & sanguine per arterias & venas in totum corpus.* Sic Gal. appellat ipsum *pyreton*, ac sæpius *pyrexiam*, hoc est, *ignem, aut igniculam halitam.* Sic Hipp. *vt ex 1. popu.* aperte constat, frequenter ipsam *ignem* appellauit. Quod quidem eo factum esse suspicor, quod inter ceteras distemperies calidas nulla propius ignis naturam sapiat, quam febris ipsa. Qua ratione calorem in totum extensum *febrem* appellauit Galen. *libr. 1. de different. morb. & 8. method.* febrem dixit esse, cum adeò immodicè auctus est calor, vt & hominem offendat, & actiones lædat. Sic idem auctor *6. pop.* non ex Hipp. modo, sed ex omnium aliorum consensu, febrem præter naturam caliditatem esse asserit. Prætere a 8. method. refert: *Febris calor est, non res calida.* Verùm vt constet, Auicennam ex diuersis Galeni locis collegisse, quã adduxit definitionẽ, apparet 9 *eiusdem operis* 14. febrem non ex duobus calorem esse compositum. Item *1. apho.* 14. siccitati refert coniunctum: *pri. acut.* 18. in corde accẽsum: & *8. meth.* per totum extensum, nisi impediatur: & *2. de different. febr.* vt impeditur in epiala; & item actiones lædere, *vt libr. artic. Med. 82. & libr. de differẽt. febr.* esse perseuerantem caliditatem, non sicut caliditas iræ & laboris: his profectò consimiles sententias apud plerosque auctores facilè erit inuenire, quibus vnanimi consensu fatentur, febrem calorem esse, eumque præter naturam.

1 Febrem calorem esse communis est omnium conceptus.

Febris definitionem ex diuersis locis Gal. collegit Auicenna.

G

Verùm

A Verùm si quis hanc veritatem studuerit cõuellere, haud difficile erit. quippe reperiet, malè per calorem febrem esse diffinitam: nam si febris est morbus, & febris est calor præter naturam: erit vtique calor præter naturam morbus, quod nullus sanæ mentis concedet; siquidem calor præter naturam caussa morbi potius censeri debet, quam morbus, *vt idem Gal. fatetur lib. de caus. morb. c. 2.* Sed posthabita præmissa ratione, & aliis eiusdem farinæ quas breuitatis studio prætermitto, statuendũ est, sententias tum Hipp. tum Gal. tum etiam reliquorum virorum nuper adductas, licet verbis calorẽ exprimere primo accessu constet, intemperiem calidam connotare ac exprimere potius, quã simplicem calorem, vt aperte innuit Gal. 8. *meth.* dicens, *febrem esse calidam intemperiem per totum corpus dispersam*: & in hac interpretatione, & communi consensu omnes conuenire est fatendum, vt paulo inferius leges expressius in enodatione vltimi conceptus.

Febris non est calor, sed intemperies calida.

B Etsi verùm sit, omnes fere auctores vnanimi consensu febrem sub ratione caloris constituere, cum hoc tamen, qualis naturæ sit ille calor, nõ satis constat: nam fuere inter ipsos qui febrem substantiam esse calidam dixerint, Galeni auctoritate praue intellecta decepti, quod *lib. aduersus Lycũ, & 1 aphor. 14.* calorem duobus modis vsurpauerit, pro qualitate videlicet, & pro corpore calido, & innatum calidum appellauerit substantiam: & ob id arbitrati sunt, ita quoq; cum huic calido cõtraria exsistat febris, rem seu substantiam calidã necessario fore, cum cõtraria sub eodem genere reponi debeant. Probant secundò suam positionẽ exemplo febris hecticæ, cuius naturam sitam esse arbitrantur in cõuersione humidæ & calidæ substantiæ ad igneam naturam, vt probant eiusdẽ febris tempora seu partes, quas constare scimus ex maiori aut minori huius humidæ substantiæ mutatione ad sicciorem & calidiorem conditionem.

Conceptus II. Prima ratio.

Secunda ratio.

C Quam tamen falsum sit, & falso innitens fundamento huiusmodi dogma, ex interpretatione mentis & conceptus earum apertissime cõstabit, nec non & mentis Gal. quã prædicti viri praue vsurpant, quod ipse primo accessu varius videatur. Nam si quis diligenter scripta eius legat, minimè verbis constare, primo accessu reperiet, licet reuera mens eius vbiq; vna tantũ reperiatur. Aliquando enim, nimirum, *lib. 1. de tempor. c. 7. & lib. 1 de diff. febr. c. 1.* calorem pro qualitate vsurpat: at 1 *aphor. & pop 6. & 2. de ratione victus*, genus febrium calidũ dixit, quod respectum habet, tum ad qualitatem, tum ad substantiã, quæ caliditate affecta est. Quæ sane decreta quamuis diuersa verbis videantur, eadem tamen est vbiq; sententia. In qua re expendendum est, quod omnis substantia corporea, siue simplex sit, siue mixta, quamuis alicuius actionis gratia sit à natura facta, ipsa tamen per se, & sola nihil agere potest: in substantia enim per se non est facultas agendi aliquid, sed eget aliquo alio, quo vtatur tanquam principio quo agat, aut tanquam instrumento proprio. Simplicia enim corpora per proprias qualitates proxime agunt, sicut ignis per calorem. Neq; qualitas ipsa potest per se & seorsum agere; suppositorum enim sunt actiones, & ob id quamuis singulatim hæc omnia sint

Calorem aliquando Gal. accipit pro substantia, aliquando pro qualitate.

Febrem esse substantiam aliquos asserere, sed refutantur.

D vnanimiter, vt ignis vnum corpus cui actio efertur, diuersimode tamen loquuntur de eo auctores: nam interdum ipsi [illegible] vel instrumento attribuunt actionem, interdum [illegible] substantiæ, quod est totum compositum, quod per se & propriè agit. Ita prorsus Gal. & Medici omnes loquuntur, idem intelligentes, licet variis nominib. vtantur. nam quamuis vterq; calor sit substantia quædam corporea, non tamen lædit aut patit actiones ratione suæ substantiæ, sed ratione temperamenti: sicut ignis non comburit proxime per suam substantiam, sed per suum calorem: quo fit, vt febris iure optimo inter morbos in intemperie recenseri debeat. Quapropter ex doctrina Galen. quantumuis varia appareat, vanum est colligere substantiam esse: nam qui id fatentur, referunt quidem febrem rem quandam esse calidam quæ a [illegible]ctionib. officit: quo præcepto euidentius videtur aduersari Gal. qui 8. *meth.* ex professo fatetur, *febrẽ calorem esse, non rem calidam.* Sic eorum *prima ratio* nihil nisi aduersus ipsos probare videtur: nam si calidum aliquod haberet contrarium, id proculdubio frigidum foret: nam calidum innatum & febris non ponuntur sub eodẽ genere, quod ambo sint substantiæ, sed tantum sub ratione caloris naturalis, & præter naturam, quo fit, vt argumentum nil videatur probare. Ad *secundum* dicimus, solam mutationem qualitatis seu temperamenti circa id, quod opus sit substantiam mutari, eo modo, quo mutatur calor, sufficere ad febris essentiam, etiam in febre hectica: nam formale febris ex sola prædicta mutatione dependet, licet ad constituendam hanc vel illã speciem febris hecticæ, vel eiusdem (*vt rectius loquar*) tempora, necessum sit substantiam aliquam seu aliquod humidum euariari: verum febris ratio in sola caloris mutatione sita est: nam accidentale est febri, quatenus febris est, hanc aut illam substantiam euerti. Quibus euidenter constat, non parum errasse, qui febrem prædictis rationibus substantiam absolutè dixerunt.

Febris non substantia est, sed qualitas ex doctrina Gal.

E

Ad primũ.

Ad secund.

F

Persuasus præterea aut olfaciens Fauentinus nulla ratione febrem posse esse substãtiam, pertimescensq; asserere esse qualitatem simplicem, quia non esset morbus, medio modo incedit, videlicet eam esse temperamentum ad calidum vergens, scribens tanq̃ verum, temperamentum esse qualitatem quintam productam de nouo, exsunctis primis quatuor qualitatibus. Et falso hoc innitẽs fundamento, existimat, temperiem seu quintam illam qualitatem, & excessum vnius qualitatis, si febris esset simplex qualitas & non temperamentum, eo modo, quem ipse imaginatur, nõ posse simul reperiri. At si febris esset simplex qualitas q̃ in temperamento excedit, necessario reperiretur temperamentũ & qualitatis illius excessus, quod existimat esse perdifficile, ex quo febrem non esse qualitatem est arbitratus.

Conceptus III. Febrem nõ esse calorem sed temperamentum ad calorem vergens.

G Probat suum conceptum, quia plus repugnat medium cuiuis extremorum, quam alteri medio: & cum febrem is auctor efficiat temperamentũ, videtur cohærere posse cum temperamento natiuo magis qualitatem illam, quam ratus est temperamentum quoq; esse, quam si nuda esset qualitas, & rationem extremi obtinuisset, quia tunc repugnaret magis medio & innato temperamento, velut qual[it]as quæ extremi vicem gerit, ac ex consequenti [illegible] non posse simul esse. Ex quo statuit *febrem temperiem esse, quæ ad calorem vergens*

Prima ratio.

278 A *vniuersum corpus occupat* & ob id negat qualitatem esse, nisi quintam, quę temperies est, & vicem medii habet.

Fauentinus reiectus.

Cæterùm vniuersa huius auctoris ratio falso innititur fundamento: tum quia in tẽperamento licet sit quinta qualitas, nõ est credendum omnes componentes omnino corrumpi, vt *abunde dictum est libro nostro de principiis artis Medicæ.* Item quod existimet feb[ril]em calorem extremi vicẽ obtinere, ac ex consequenti febrem omnem esse lethalem: siquidem genus omnium extremi vicẽ habet, cum omnino asserat Gal. 1 *simpl.* ꝑferens, in nostris corporibus nil purum & impermixtum reperiri: ac licet de his, quæ nobis secundum naturam insunt, loquatur, etiam de reliquis & febrili calore est verum; cum ipse asseruerit, febrem esse mutationem in igneam, nõ tamen omnino [q]uodam: pręterquam quod nulla lege constat, hunc calorem posse medii nec extremi rationem obtinere: non extremi, quia calor febrilis non repugnat vitæ simpliciter, sed tantum salubritati aduersatur: siquidem plu-
B res ex his, qui hoc morbo laborant, sanitati restituuntur, quod esset impossibile aut perdifficile, si extremi rationem obtinuisset. Neque rursus medii rationem habet, vt hic auctor est arbitratus, cum proprios dicat ex propria natura excessum & rationem à medio, ac immoderãtiam, quam medium & temperamentum. Vnde constat, haud obscure temperamentum cum excedente qualitate esse, vt Barbari referunt pro materiali; pro formali verum solum calorem excedentem: non quidem temperamentum, vt quintam dicit qualitatem; nam hac via à Gal. & veritate plurimum dissidet præfata sententia.

Conceptus IV. Feb[rem] esse v[niu]ersum [calor]em actualiter in vniuerso febricitante repertum.

Statuit etiam Jacobus Forliuiensis (*cui sententiæ Hugonem quoq; aliquando accessisse comperimus*) febrem esse vniuersum calorem actualiter in vniuerso febricitanti repertum, ita vt vniuersus calor, & quæuis pars eius sit febris, adeo, vt omnis læsio operationum quæ prouenit ab vniuerso calore, ꝓdeat pari ratione à quocunq; eius gradu, prout in toto existit. Fulciuntur suum dogma, quia ex omnibus
C gradibus caloris, vt ipsi arbitrãtur, in eodem subiecto repertis, fit vnus calor totalis, quod illi gradus caloris non differant specie, sed ex omnibus fit vnus calor numero, cuius quælibet pars, & quilibet gradus per se est præter naturam, & febrilis. Quam sane opinionem reijciunt duæ rationes: *Prima*, quia nullus gradus prædicti caloris, si hoc esset verum, esset naturalis; ac ex cõsequenti nulla fieret in febriẽti actio naturaliter, nec vllum esset principium reductionis ad sanitatẽ. *Secunda*, quia febris omnis esset habitualis, & omnino facta, cũ certum sit in febribus aliquid esse factum, & aliquid fiens, & in fiente aliquid adhuc esse futurum, quod nondum præter naturam existere æquum est.

Conceptus V. Febrem esse mutationẽ caloris innati ad igneã naturam.

Sunt etiam inter auctores qui asserant, febrem solum esse mutationem caloris innati ad igneam naturam, & tantum in ea mutatione consistere. Quos equidem certum est de[ce]pisse [G]al. 1. *aphor.* 17. dicentem: *febrem esse conuersionem caloris innati ad*
D *igneam naturam.* Ex quo [...] *febrem nõ debere diffiniri per terminum*, h[oc] est, per calo[re]m sed [p]er motum, quia un[...] natura[m] obtinet [...] fieri. Quod sane [...] le argumen[...] ꝓbare. *Primo*, quia si p[er] [termi]num diffiniri debuis-

Argum. I.

set, si quereretur, febrilem calorem nunquam posse ad na[tura]m sta[tum] reduci, aut saltem difficulter, quia quod omnino [s]ubuersum est, ad idem reuerti minimẽ pōt, & factum inf[e]ctũ fieri nequit. *Secundo*, si vera est putridorum coctio, quam Gal. *lib. art med.* scribit, nimirũ, coctio est, quæ facit cessare putredinem: constabit profectò, putridum calorem & febrilẽ nõ omnino subuertisse subiectum, aut mutasse in igneam naturam: siquidẽ manente substantia, cessat putridus calor subiectum corrũpere: quo sane argumento euidenter probatur, in via ac motu esse, ac ea ratione debere diffiniri. *Tertio*, quia Gal. se iactat sanguine misso febrẽ omnino iugulasse, quod fieri minimè potuisset, si febris per terminum diffiniretur: nõ enim protinus cessaret febris, si eius natura in termino seu qualitate acquisita constituta esset. *Quartum* ex Trusiano, qui sic arguit, desumitur: *Si febris ratio in motu ad intensiorem calorem non est sita, sed in termino motus alterationis, sequeretur, omnem febrem esse hecticam.* Probat sequelam ex Gal. *lib. de inæ. intemp.* vbi scribit, *terminum huius conuersionis esse hecticam*: ergo *cum varia subsint febrium species ab hectica diuersa, certum est per terminum non debere diffiniri.*

Argum. II.

Argum. III.

Argum. IV.
E

Refutatur V. Concept.

Verùm si quis Galeni mentem, & rei veritatem attentius intueatur, facilè colliget, ipsum noluisse febrem diffinire: siquidem sciebat, vt disertissimus Dialecticus, in ea diffinitione nullum esse genus, nullasque differentias, quippe conuersio genus non est, quod febris ad qualitatem spectet, conuersio verò ad passionem, neq; differentia est natiuæ caliditatis ad igneam naturam, quoniam diffinitio non conuerteretur, vt lex diffinitionis postulat, quod non fit, siquidem in gangræna, & aliis huiusmodi, quæ non sunt febres, fit illa conuersio. Quapropter, qui diligenter mentem Gal. scrutatus fuerit, reperiet, semetipsum interpretari, tum *libr. 1 aphor. 17. tum 1. acutorum 18.* quibus locis expresse scribit, *febrem non esse motum illum conuersionis, sed effectum ipsius motus.* Quod sane euidenter probari potest, quia febris morbus cum sit, necessario futura est affectio permanens & facta, ac sub ea ratione independens, adeo vt subiectũ informet, & actionem lædat, quæ opera nulla qualitas præstare potest, antequam terminum perfectionemque suam sit adepta: atq; licet hoc verum sit, intelligendum tamen non est, illum terminum, per quem diffinitur, ignem esse, aut excedentis qualitatis rationem obtinere, neque adhuc in hecticis febribus, id enim capere intellectus nequit: præsertim cum Galen. *lib. 1. simplic.* asserat, nihil in nostris corporibus simplex reperiri, prærerquam quod febris per calorem natiuum mutatum seu alteratum diffinitur. Qui tamen si præter naturam dicatur totus similiter ac extraneus, non tamen omnino, sed sicut medias qualitates extremarum qualitatum participes esse fatemus, & rubrum colorem albi & nigri, & qua ratione hominis temperamentum ex contrariis frigido & calido constitutum asserimus, sicut & pus optimũ, sic reputandæ sunt mediæ mutationes, quę fiunt a febrili calore, nec omnino secundum aut præter naturam. Impossibile enim est extremi rationem obtinere: nam frigiditatem temperamenti omnino subuerti, ac in calorẽ mutari vniuersam, dum febris fit, nullo modo [s]uẽti animal probabile est. Rei tamen veritas neq; hoc neque

Galenus exponitur.
F

G

neq; illud seorsum, & vt iacet admittit. nam terminum in alterationibus duobus modis considerare opus est, vno quidem pro vltima dispositione ad introductionem formæ agentis, alio verò pro ea qualitate quæ in motu acquiritur, quæ sufficiens est, separato agente permanere ac denominare subiectum. Quib. sic consideratis, censemus, febrem optime diffiniri per eum terminum (*nō quidem qui vltima est ad introductionem formæ agentis dispositio*) qui licet adhuc in fieri sit, aliquid tamen habeat factum fixum, permanēs, & quod per se subsistat, vt febris morbi rationem habeat. Cum hoc tamen constat, per viam posse dici optimè diffiniri, prout opponitur vltimato termino, eo modo, quo dictum est. Ex quibus euidenter constabit ad argumenta solutio: *Nam licet febris per terminum diffiniatur, non est tamen ille vltimatus terminus, qui omnino natiuum temperamentum tueatur.* Quo fit, vt licet coctio faciat cessare putredinem, non tamen potest quod semel putridum est corrigere, ob partem factam, quam calor præter naturam in materia putrescibili obtinet. Neq; inconuenit, Gal. iugulasse febrem, quia priùs docuerat eadem parte vnāquamq; causam abscindere, & postea ad factam distemperaturam peruenire, quæ verā morbi & febris rationem habet: quæ sanè si leuis est, vt in casu Gal. minimè non est, si citra auxiliares manus laborans sanitati breuissimo tempore restituatur. Nec valet Trusiani ratio, siquidem is terminus ad quem peruenit calor præter naturam, vt morbi rationē obtineat, duplex est, alter inæqualis, vt in putridis & ephemeris febribus reperitur: alter verò æqualis, & omnino in omnibus sui partibus independens, & ob id eius argumentorum nihil aduersus hanc veritatem videtur probare.

Ad primū. Ad secund. Ad tertium. Ad quartū. Ad quintū.

Gentilis autem cōstanter asserebat, febrem nihil aliud esse, quam aliquid calori innato præter naturam obiectum, cuius ratione operatur, & efficitur sicut igneus, & omnino tuetur, febrem nō esse caloris intensionem. Ex quo sane dogmate triplex insurgit opinionū classis. *Vna* adstruens, calorem fieri igneum & febrilem, addita ipsi maiori siccitate, vel quauis alia putrida, venenosa, acri aut mordaci conditione. *Secunda* tenens, maiorē reddi calorem defectu proluibentium intensionem, non quidem acquisitam per additionē noui gradus, sed tantum prohibita cordis attemperatione & ventilatione, quibus calor compescitur & moderatus consistit. *Tertia* verò & vltima (*quam Gratiolus & plures alij profitentur*) tenet, calorem febrilē tantum esse calorem additum nostro calori: nō quod ipse mutetur, sed quod aduenieos calor actiones vitiet, & eum calorem quispiam vitiat, febrem arbitratur, *vt paulo inferius latius sum mōstraturus*. Itaq; conueniunt vnanimiter prędicti auctores, nō esse de ratione febris, quod sit calor intensior pristino, sed quod fiat igneus qualitate & conditione aliqua extranea, etiamsi plures gradus non obtineat: dissident tamen in conditione & natura eius, quod calori additur.

Conceptus VI. Febrem solum calorē superadditū naturali calori esse.

Tenet igitur prima opinantium sors, calorem fieri febrilem citra aliam intensionem, imo aliquādo remisso existēte calore, solo alicuius qualitatis extraneæ aduētu, *vt antea diximus*: nam possibile est, calorem aliquem alteri calori gradu æqualem, acriorem, & maligniorem esse, & ob id magis ad igneam naturam accedere, licet intan-

Febrē citra caloris intēsionē fieri, imo aliquando remisso calore.

sior nativo non existat.

Quo iacto fundamento, talem extrahunt sui conceptus rationem: *Febris est calor in igneum mutatus: sed talis efficitur siccitate, vapore putrido, qualitate praua, aut mordacitate; ergo non opus est semper sustinere gradus intensionem.* Secunda ratio talis est: *In morientibus ex febre, quantumuis vehementissima, frigida prodit respiratio: quinimo, vt Galenus asserit 6. pop. part. 4. aol. penult. nemo febre ardente correptus moritur, quin prius frigida intemperie afficiatur: sed hæc non solum intensioris, sed remissioris potius caloris soboles existit; ergo non opus est semper calorem pristino esse intensiorem.* Idē quoque Galenus aduertit 12. method. *in febre syncopali, in qua pulsus fiunt tardiores & rariores, qui remissi caloris indicia sunt: Quod etiam colliges ex principiis accessionū, qua horrore, frigore, & rigore constant, quibus videtur cōstare febrem remissum calorem aliquando esse: idem confirmat frigidum subesse corpus eius, cui adest hectica cordis cum frigida contracta, adeo, vt constet febrem esse pathos, aut saltem remissum calorem.* Quo solo argumento aduersarij nituntur probare, non esse opus febrē calorem esse additum.

Argum. I. Argum. II. Argum. III. Argum. IV.

Quorum sane auctorū dogma vt apertius constet, prælibanda est eorum (*maximè Hugonis*) doctrina non omnino contemnenda: Inquit enim tres esse in nostris corporibus caloris modos, vnum quidem elementalem, secundum naturalē, & tertium cœlestem: quos sane non licet vt tres calores specie dissidentes concipere, sed velut vnum & eundem æstimare oportet: Nam calor, inquit, ob id dicitur elementalis, quod à forma ignis vel aëris dirigatur, efficiatq; opera elementaria, velut est *alterare, disgregare, & dirigere*. Dicitur insuper *naturalis*, quatenus dirigitur à facultate viuentis, qua perficit, quæ corpori sunt proficua. Item dicitur *cœlestis*, prout agit in vigore formarum cœlestium: quibus suppositis statuit hic auctor, vnum eundemque calorem esse specie & numero naturalem, & præter naturam: siquidem cum is calor, qui naturalis habetur, agit magis elementaliter, quam conueniat formæ mixti, in quo est, dicitur præter naturam & febrilis, si omnes aut plures actiones lædat. Quod sane potest huic calori accidere dupliciter, aut facta nimium intensione in gradu, aut multitudine formæ, vt in febribus contingit: vel dum sibi adiungit aliquod coagens ad huiusmodi actiones elementarias efficiendas, velut cum sibi adiungit siccitatem aut putredinosum halitū ab humore venenoso & putrido elatum: quo fit, vt adhuc calore diminuto existente, febris fiat ob prędictas causas, quib[9] calor ignis munera exsequi potest. Itaq; constat febrem calorem esse, qui abundat in conditionibus igneis, quæ calorem dirigunt ad actiones igni proportionales, quantumuis calor sit idē numero, conditionibus tamen igneis directis in operationē. Sed constabit iam, has rationes non obstare, quo minùs febrilem calorem innato cōstituamus intensiorē. Siquidem certum est, frigiditatem, quæ in morientibus apparet, vel in principijs accessionum, & syncopali febri conspicitur, non esse de ratione & essentia eius, neque partem eius, sed ipsi esse veluti quid accidens, aut antecedens, non autem intrinsecum, & ex propria natura. Et pari ratione in hectica cordis censemus complicatum esse affectum ex frigido contentorum intemperamento, & calido cordis,

Caloris in corporibus nostris tres modi. Elementalis. Naturalis. Cœlestis. Febrilis calor semper est innato intensior.

180 A quod febrem constituit: & ob id licet verum supponant argumenta, nil tamen subinde aduersus hanc veritatem probant. Et tamen argumento quo nituntur probare, non opus esse ad hoc, vt calor fiat igneus, intensiorè fieri, sed sufficere acriorem aut mala qualitate affectum esse, dicim⁹, illud esse contingenter consequens, & materiam potius insequens, quam caloris naturam & formam: hoc verò, videlicet fieri intensum: esse de natura ignis, & eorum quæ ignea sunt: nimirum, primo fieri intésiora, deinceps reliquas acquirere conditiones: nam ignis forma non nisi ea gradus intensione acquiritur, quãtumuis calor praua afficiatur conditione, ni ea succrescat eiusdem gradus additione. Hac etenim ratione arbitror Gal. dixisse, febrem fieri conuersione natiuæ caliditatis ad igneum, hoc est, vt ipse mille in locis explicat, quod innatus ad plures caloris gradus alteretur. Quod euidenti argumento monstratur operationum læsione, & aliis, quæ non solum caloris B qualitatem & prauam conditionem attestantur, sed & intentionem, vt euidenter monstrant nonnulla ex adductis argumentis: quippe orbatum calore natiuo fieri vniuersum corpus, & maxime cor ipsum, vt respiratio frigida manifestat. & tactu apparere intensissimum calorem, quid aliud est, q̄ ob calorem exurentem, & nimis intensum dissipari innatum, & prædominari extraneum? Præterea si in graduum moderatione, & optima atq; mensurata temperatione consistit cuiusq; corporis calor, quid aliud erit febrire, quam gradu aliquo, vno vel pluribus, moderationem illam euerti & viciari? quo fit, vt euidenter constet, febrem esse caloris intensionem.

Sequitur secunda opinanorum sors, tenens, calorem naturalem intensiorem fieri, non per additionem gradus, aut nouæ alterius qualitatis, sed ab intrinsecis & naturalibus principiis, & ob id arbitrabantur febrilem calorẽ esse naturalem, quia solum fit remoto prohibente, hoc est, defectu vẽ- C tilationis & refrigerationis: quo tempore in corde elucet tantus calor, quantus ille præstitus est à principiis generationis. Quippe cor arbitrantur sic opinantes esse suapte natura membrum calidissimum, cæterisq; omnibus calidius, ita vt à nulla causa, quantumuis calida ipsi accedente possit amplius calfieri viuente animali: Cæterùm cerebri tepore, & respirationis, ac pulsus flauellatione, & aëris attracti frigiditate temperari & remitti, quo minùs in eius actionibus, nec in toto corpore eluceat tantus calor, quantus præstitus est illi à natura. Quod si aliqua occasione prædicta temperatione priuetur, elucent proculdubio in eo omnes gradus proprij caloris, quem calorem cum corpus perceperit, febrem esse arbitrantur. Itaq; idem gradus, eademq; caloris conditio, neq; plus neq; minus adest in corpore febriente, ac in sano; sed febrem effici eundem calorem remoto prohibente, hoc est, ventilatione & attempera- D mento, quibus compescebatur. *Deniq*, cor, dum homo secundum naturam se habet, nunquã adeo calet, ac iuxta sui naturam potest, ob igneas particulas, quibus maxime pollet: maiorem enim calorem habet, quam repræsentat, & cæteris particulis impartitur. Verùm si quod cordi accedat, q̄ vel aëris liberum ingressum remoretur, vel ipsius aëris egredientis frigiditatem remittat, calidius proculdubio censent reddi solito, nó quidem ex ascititio calore, sed ex proprio minus impedito, frænato, ac facto, vt antea, temperationi; sed tales sunt ex putrescentib. carne & humorib⁹ elatæ fuligines & vapores: & talis etiam est omnis ventilationis priuatio: Ergo calor ille natiuus præexsistebat, non additus, neq; præter naturam ex conditione, sed ex accidenti: hæc sane est eorum mens & ratio. Quam profecto censent corroborare iacto verissimo quodã fundamento, nimirũ, oportere cor maiorem calorem obtinuisse, q̄ sibi foret necessarium, tum quia membrũ erat, cui munus incumbit cæteris calorem impartiri: qua ratione abundantiorẽ decet illi præstare naturã. Tum etiam, ne facilè ab externis causis, quæ frigiditatem E poterant præstare, læderetur. Tum *vltimo*, quia cũ fuligines necessario erat generaturum, quibus expellendis opus erat aëris ingressu & egressu, frigiditate eius non læderetur, quapropter tribuit illi natura tantò maiorem calorem, quantò aëris frigiditas erat attemperatura.

Quem sane conceptum multa reiiciunt, & omnino falsum commonstrant. *Primam*, qua nam ratione fieri potest, quod ex putridis fuliginibus cor ascendentibus, cor etiam calidius non fiat, & extraneo calore calidum, potiùs quàm quod priuatione aëris frigidi antiquam & natiuam caliditatem commonstret: quod sane videtur esse pene impossibile, cum certum sit, multa fieri calidiora ex adhæsu rei calidæ, quo adhuc frigida erant, nedum cum suapte natura calida sunt. Nam licet corde calidius nihil in corpore præstet, cum hoc tamen cor calidius redditur ad pensum causæ calfacientis. Et cum ex causis plurimæ sint corde calidiores, certissimum est, cor fieri seipso calidius, quod illi erit præter naturam, ac vere febris: non quidem ex effræni calore natiuo, sed ex adaucto ob adhæsum extranei: quo fit vnus calor F totus morbosus. Conuincitur etiam falsitatis prædictũ dogma, quia certissimũ est apud omnes Philosophos nullam simplicem emanationem prodire in exitium eius à quo emanat, & cum febris sit caloris innati & subiecti eius exitium, non perfectio, vt sunt prædictæ emanationes, euidenter constat, febrem non esse calorem innatum solutum ob defectum prohibentis, sed dissolutum propter accessum intendentis & augentis caussæ.

Opinio VII. reiicitur, & rationib. cõuincitur.

Præterea obstat, quo minus verus sit prędictus conceptus, nam quo pacto proprius & naturalis calor talis dici merebitur, si dum febrilia efficitur, actiones lædere tenetur, vt morbi omnes de more habent, quin priusquam naturalis nomen mereatur, præter naturam & extraneus factus morbi rationem subeat: sed cordis calor idem manet & naturalis. Ergo neq; actiones læder, nec morbi rationem merebitur. Insuper constaret, cor naturaliter febrire: quod sane deliramenti genus concedet nullus: insuper curatione non indigeret, neq; si ea opus sit, per contraria fieri non esset opus, p̄terquam q̄ esset aduersus naturalem temperiem G pugnare, nõ aduersus pręter naturam. Item, nunquam fieret à calore secundum naturã curatio febris, cum constet febrilem calorem sæpius ab innato calore, quam ab externa frigiditate restingui & moderari, vt in mille febrium generibus quotidie conspicimus.

Prodit

A Prodit profectò huius delirameuti principium ob ignorationem eius beneficij, quod ex ventilatione ex aëre frigido innatus calor suscipiat. Nam credendum non est, ventilationem & aëris frigidi ingressum aliquem caloris innati gradum remittere, neque in sanis corporibus neque in febrientibus, sed solum id beneficium præstare, videlicet ne calor ille efferuescat, augeatur, intensiorvè fiat. Itaque tantum valet tueri calorem eo gradu, quo vel natura in sanis constituitur, vel causa morbosa in febrientibus excitatur. Nec valet argumentum, quod ad augmentum caloris, crescit quoque pulsus & respirationis diligentia: quinimo hac ratione probatur crescere pulsum & respirationem ad pensum augmenti caloris, non vt remittant, sed vt frænent: argumento sunt pulsus & respiratio in his, qui frigidom spirant, nam licet nullam videantur refrigerationis obtinere indigentiam, respirant quidem & pulsant, eo quod per pulsum & respirationem potius tueatur natura caloris modum (*qualiscunq; is sit*) quam quod ipsum refrigeret & remittat, solum enim hoc artificio natura præcauet intensionem, feruorem & augmentum. Quod si quis dixerit, qui frigidom respirant, potius indigere augmento, & ob id non opus esse respiratione aut pulsu, expendat, alios vsus præter hunc exsequi naturam ipsam in pulsu & respiratione, quorum occasione oportuit nõ subsistere ab eis motibus: quibus iam constare arbitror, fautores huius conceptus perperam tenere, calorem febrilem esse naturalem, qui magis conspicuus efficitur defectu prohibẽtis. Siquidem ventilatio & refrigeratio non prohibent, tot caloris gradus apparere, quot sunt, sed impediunt ad maiorem intẽsionem moueri eundem calorem. Sed tam est is cõceptus à veritate alienus, vt disceptatione indignus mihi omnino videatur, quamuis non desint, qui vt aliquid videantur egisse, veritate posthabita, ligamenta hæc mille argumentis tueantur.

Conceptus VIII.

Febrilem calorem additum non esse eiusdẽ speciei cum natiuo, soluq; additũ morbum esse & actiones lædere.

Tertia & vltima illius opinionis (*quam Gentilis esse diximus, & partiti sumus in tres classes*) sors & conditio est, quam arbitramur vere esse Gentilis mẽtem. Qui sane censet, calorem febrilem solum esse calorem additum nostro calori, non quod ob id ipse innatus mutetur, sed quod per nostri caloris adventum actiones vitientur, & eum calorem, qui ipsas vitiat, appellat *morbum & febrem*: in cuius

C conceptus enodatione eius asseclæ, & ipse etiam censent, calorem additum seu febrilem non esse eiusdem speciei cum natiuo. Præterea ex hoc fundamento venitur, ex addito calore & naturali nõ fieri vnum calorẽ, sed reperiri in quouis febrienti duos calores specie & numero distinctos, quorum additus & superueniens febris censetur; quia licet coniungantur, vnum tamen constituere nequeunt, quod diuersi specie sint. Probant huius

Argum. I.

cõceptus auctores eius veritatem validissimis rationibus quarum prima se habet in hunc modũ.

*Calor naturalis & præter naturã omnino sunt diuersi, vt mille in locis ex Gal. cõstat, ergo non sunt eiusdẽ speciei.* Suppositum probatur. *Efficiunt diuersa opera vno & eodem tempore, & diuersis temporibus, sed has lege diuersas potentias venari docet Arist.* Ergo *eadem quoq; caloris diuersitatem colligere oportebit, ac ex consequenti non*

Argum. II.

D *posse vnum constituere.*

*Si vnum esset calor naturalis specie cum calore extraneo, sequeretur, vnum ex vtroq; fieri, & illum esse tantum vnius formæ & rationis, ac ex consequenti vnicam esse operandi rationem, sed constat in febrienti corpore esse calorẽ qui conficit alimentum, & cætera vitæ munia exsequitur, & esse etiam eum, qui dissipat, putrefacit, & omnino corrumpit: Hæc autem tam diuersa opera ab vno agente, vnius formæ proficisci nequeunt. ergo calor febrilis & innatus neq; specie, neq; numero vnum censeri debet.*

Argum. III.

Præterea probant *solum calorem additum obtinere rationem febris. Solus calor, qui officit actionibus est morbus, & solus additus nocet: Ergo solus additus est morbus, & confirmant suam rationem: Medicus tantum nititur repellere calorem qui nocet, & is est additus: Ergo is erit morbus & febris.*

Argum. IV.

E

*Si calor febrilis vnum esset cum innato, nullus laborans febre aliqua ab extrinseco posset sanitati restitui. patet, quia febris curatio vera est caloris illius ablatio seu attemperamentum, si autem auferatur, necessarium est ipsum calorem innatum simul auferri, quia factus cum aduenientio vnus & præter naturam: ergo fieri vnum est impossibile, citra maius damnũ in curatione: & probatur sequela, quia distemperies prærequirit contraria æqualia, & vniuersus calor factus est intemperatus: ergo totus foret auferendus, quo nihil est absurdius.*

Argum. V.

*Constat rursus neq; febrem ab intrinseco posse curari. & patet: quia calor præter naturam denominat subiectum, & est forma totius caloris, & potissima causa læsionis actionum: sed sanitas fieri restituiq; debet, mediantibus actionibus secundum naturam, & ea sunt vitiata, quia calor factus est præter naturam, ergo nõ est principium, quo sanari possit laborans, siquidem principium bonarũ actionum calor vitiatus non est: quo fit, vt ab intrinseco quid naturæ familiari fieri minimè possit.*

F

Calor naturalis & præternaturalis non differunt specie.

Sed vt vim argumentorum subterfugere possimus, expendendum primo est, *calorem naturalem, & præter naturam non differre specie*, vt fautores huius conceptus arbitrantur. Quippe calorem duobus modis opus est considerare: *primo*, prout qualitas seu intemperamentum est, & vt fertur in abstracto: alio verò modo, prout importat substantiam calidam, & innatum calidum. Primo quidẽ modo nulli dubium fore arbitror, quin eiusdem cum naturali sit speciei, differens tamen ab eo gradu & intensione. Qua lege dictum est, Galen. ambos differre, non quidem natura, quia, *vt ex eodem & Hippocrat. 6. popu. part. 3. 26. aperte constat*, calor acquisitus, quem *naturalem* appellant, à febre sola ratione maioris aut minoris differt. Et sic certum est, cum ambo calores simul iunguntur, in eodemque subiecto vigent, impossibile esse, quin vnum constituant, vt de accidentibus vnius speciei Philosophi ferunt. Præterquam quod id euidentius constat, quia vterq; calor ab vno eodemq; contrario deuincitur & remittitur, ita vt constet, specie non differre, & vnum posse certo quodam modo constituere. Ex quo facilis erit ad tertium argumentum responsio. Nam cum superueniens calor vnus sit, cum præexsistenti, constat, ambos, simul calfacere, & simul actiones perdere: quo fit, vt falsum sit, solum calorem superuenientem lædere, vterque enim calor parit actiones, & ex miscella caloris præter naturam actiones fiunt vitiatæ, & corruptæ euadunt. Cum hoc tamen credendum est, non vniuersum caloris aggregatum esse præsidiis extrinsecus adhibitis auferendum, licet Medicus cum auxilia præ-

Calor duobus modis consideratur.

Ad primũ.

Ad secund.

G

Ad tertium.

Ad quartũ.

A fiet refrigerantia, non illum calorem potius, quam hunc, deuitere prohibeat aut iubeat: nam prædicta auxilia, ea mensura tantum adhibentur, quæ eum signanum numerum, quo demto corpus ad pristinam sanitatem reducatur, compescant, remittantq;. Quod sane opus facilè fieri posse venaberis ex naturæ ordine, & existēdi in subiecto ratione. Nam vltimo venientem calorem primu auferri & facilius auxilium, qui minùs in subiecto radicatus exsistit. Verùm si quis consideret calorem, prout importat substantiam calidam, certum est, febrilem calorem & prædictam substantiam, minimè esse eiusdem speciei, & ob id ex vtroq; vnus non efficitur. Sed sciscitabitur aliquis: *In febribus hecticis vniuersa caloris substantia euertitur, ergo saltem in ea erunt duo calores specie distincti: at si id non est verum, sequeretur corpus hecticum, si semel, à caloris substantia ad igneum euersū est, non posse ab intrinseco sanitati restitui: cum nullum illi subsit sanitatis principium, quia omnino euersum, & præter naturā habitualiter factum est.* Cui dubitationi dicimus, q̄ B licet innati calidi calor cum aduentitio fiat vnus, quatenus pertinet ad caloram, & etiamsi vterq; præter naturam reddatur, cum hoc tamen tanq̄ certum est credendum, superesse adhuc sanitatis principium, quia substantia innati calidi solū manet alterata, non mutata ad igneum, vt eius qualitas, *vt paulo inferius latius sum monstraturus.* Quo fit, vt constet, non omnino esse subuersum innatum calidum, sed adhuc superesse validum illud sanitatis principium.

Ad quintū.

Conceptus IX.

Febrem esse quid compositum ex calore naturali & præter naturam.

Manet igitur tanquam verum, febrem non esse superadditum calorem sed ex eo & præexistenti quid constans, *vt aperte Auerroes monstrat 3. collig. c. 3.* Qui sane febrem tātum esse aggregatum, & quid compositum ex calore præexistenti, & superadditio (*cui sic iuncto correspondet actionum virtus aut vitium*) aperta ratione docet. Qualiter autem ex vtroque compositus sit, perbelle exponit idem auctor *7. collig. cap. 2.* *Qui febrilem calorem ramificari à naturali,* id esse scribere videtur. Sed quid per ramificati sit intelligendum, iam audies; quippe proficuum fore arbitror, ad veram febris essentiam indagandum. Est quidem calorem præternaturalem C & febrilem à naturali ramificari, ab eo originem ducere formaliter & materialiter, formaliter enim tanquam ex principio à quo priuatiuè, hoc est à priuatione gradus naturalis caloris, oriri gradum præter naturam, qui formam febris constituit: Non quod priuatio alicuius sit effectus, sed quod sequatur mutuo talis forma, quia ij duo calores solum priuatiuè opponuntur: Materialiter verò tanquam ex potentia, quando materia caloris innati, est in potentia ad præternaturalem: positiue enim ramificatur in materia caloris natiui, quatenus erat in potentia ad præternaturalitatem: & hac ratione hic auctor *febrē* appellat *compositum ex calore naturali & præter naturam,* quem Alexander appellauit formam febris & compositionis alterum principium. Quippe ex his duobus componitur, non tamen tanquam ens per se, sed veluti ex subiecto, & accidenti, quod est aggregatum ex vtroq; calore, efficitur, tanquam ex potentia & actu vnus calor, potentia quidem in termino à quo, quoniam ex calore natiuo, tanquam ex materia, hoc est ex gradibus eius (*nō quidem ex eodē calore, qui alterius nulla ratione fit materia*) D qui in potentia erant, ad præternaturalem, & ex actu & conditione aduenientis caloris, vti vera forma, febris integram adipiscitur naturam: quia iuxta mentem Auerrois per gradus præexistentis caloris intelligere oportet potentiam, & per gradū extraneum, aduenientem actum & formā. Quo fit, vt vnus dicatur & idem cum natiuo præternaturalis calor, quia vnū aliquid efficitur, singularis inquam calida cordis intemperies, in formam vnam simplicem redacta, & vna caliditas formaliter nominata, à forma gradus caloris superaddita præternaturaliterq; operante, ac totam caloris latitudinem denominante, *vt paulo inferius latius sum monstraturus.*

Ramificari quid.

Calor naturalis & præter naturam priuatiue opponūtur.

Calor febrilis componitur ex naturali & præter naturam.

Concep. X. febrem esse caloris effectum.

Alij etiam sunt inter Iuniores, qui libere audēt asserere, febrem non esse calorem, sed caloris effectum. Nam febris (*asserunt*) morbus est, calor verò minimè, quia ad calorem est per se motus, qui E nō secludunt calorem à ratione febris. Item probant suum conceptum, quia inter morbum & sanitatem nullum datur medium, at inter caliditatem & frigiditatem, necessario adest: Ergo *neutra earum morbi rationem subire potest:*

Febris calor est, non effectus caloris.

Verùm qua via intelligendum sit, in calore cōsistere, & cum hoc morbum esse (*quod ipsi capere nō possunt*) breuiter explicabo, præmittens, qualitatem, quantitatem, figuram & reliqua, quæ varias morbi specias constituunt, non ob id posse poni in diuersis prædicamentis, dum morbum constituunt: nam adaucta quantitas, aut intensa qualitas, non sunt morbi ea ratione qua tales, *hoc est,* qualitas aut quantitas, sed tantum qua male disponentes sunt, & actiones vitiantes: quo fit, vt morbus calidus, calor proculdubio sit, non effectus caloris: cæterùm non qua calor est, nam sic F passibilis potius est qualitas, sed quatenus vitiosus, & intemperatus est, & ob id actiones lædit, quia praue disponit naturam. Hoc enim calore, quem caussa calfaciens imprimit, natiuum temperamentum redditus totum ipsum intemperate calidum, & se habet, non veluti caussa, sed veluti forma, quæ denominat vniuersum temperamentum calidum, & est propriè effectus caussæ calfacientis, ex qua prodit hæc forma accidentalis, quæ partem cuius est informat ac denominat, & eiusdem quoque vitiat actiones: non quidem quatenus simplex qualitas est, sed quatenus habitus, & calidum intemperamentum, tale factum vi caussæ calfacientis. Quod sane tantum vitiabit actiones, quantum recesserit ab antiqua & natiua temperie. Denique qualitas excedens est caussa habitus, & dispositionis, quæ habet rationem morbi, amentia verò quæ consequitur ex excessu aut defectu, habet rationem caussæ continentis morbi, qui constituitur ex quatuor qualitatibus excedente calore, qui denominat ipsum temperamentum calidum, & ipsius est veluti forma, qua calidum dicitur totum temperamentum. Itaque hæc qualitas dupliciter con- G sideratur, vno modo prout sensum immutat, & tunc passio est, & passibilis qualitas, atque caussa intemperamenti: alio verò prout impressa est aliqua ex tribus substantiis, nimirum spiritu, humore, aut solida parte (*eo modo quo inferius sum explicaturus*) & tunc habitus est, & morbus ac intemperamentum, & febris veram rationem habens. Ex quo proculdubio prodit, plures

Qualitas excedens dupliciter cōsideratur.

distem-

A distemperies calidas à caliditate natiua potius sanari, quàm a frigiditate. quod si calor tantùm noceret, qua calor est, potius intensionem reciperet à calore naturali, quàm remissionem & attemperamentum. Quapropter qualitas illa, quatenus dispositio praua est, febris & morbus meritò dici meretur.

Cum hoc tamen sunt, qui ipsam febrem (*vt antea dictum est*) in relatione constituant, ob rationes nuper adductas, quibus mox satisfaciam, si priùs dixero, eos longè meliùs cogitare, qui febrem, & reliquos morbos iuxta diuersas rationes in diuersis constituunt prædicamentis. Nam incongrua temperatura, prout aliquid refertur, dicit aggregatum ea relatione & suo fundamento, videlicet ex qualitate & relatione: & huiusmodi aggregatum per se non est in aliquo determinato genere, sed dicitur esse in diuersis prædicamentis ratione suarum partium, quia ob materiam, quã primas qualitates existimamus esse, q̃ est relationis fundamentũ, in prędicamento qualitatis dicitur esse: ratione verò formæ, quæ ad aliud refertur, in prę-

B dicaméto relationis. Ob id quidẽ antiqui febrem contemplantes sub ratione fundamenti & materiæ, in prædicaméto qualitatis ipsam reposuerũt, & secundùm eius variam contemplationem, tum in prima, tum in secũda, aut tertia eius specie collocarũt. Prout namq; à febre afficimur, quia prædicta qualitas iam acquisita est & facta, versaq; in habitum, in prima, ad quam refertur habitus & dispositio, prout à natura insita est quæuis qualitas, & ad eam veluti ad naturam corpus fit propẽsum, quod in facili aut difficili alteratione monstratur, ad secũdam qualitatis speciem reducũt, & qua naturalis corporis potentia, vel si contrariũ fit, impotentia cẽsetur: verùm prout passionis est effectiua, sensumq; afficit, in tertia collocant, ea quo passio est nũcupata. Quòd si quis dixerit,

Dubium.

*extraneum calorem ob id, quod de putrido febrili, & aliis prædicetur, æquiuocum esse, & ob id deberi poni in diuersis prædicamentis, non quidem ratione dicta* expendat, *calorem esse vniuocum, sub ratione generis consideratum, hoc est, sub hac formali ratione, quod potens sit calfacere*: ve-

C rùm cùm consideratur, quatenus natiuum calorẽ perdere potest, sub hac quidẽ ratione prædicatur de quocunq; calore præter naturam & extraneo: verùm cum hoc conuenit in vna ratione formali & generica, quæ est actiones vitiare. Quo fit, vt etsi qualitas illa, quatenus dispositio praua est, & febris & morbus meritò dici debeat, arbitrãdum sit, potius in se includere relationes, quàm quod talis ipsa reuera sit. Quapropter licet ob dictas rationes febrilis calor in variis ponatur prædicamẽtis, non tamen in omnibus rationem morbi obtinet, sed formale morbi ipsi præstare prędicamentum qualitatis est credẽdum, & maximè eius primam speciem: Illud verò, quod de relatione habet, qualecunq; sit, non constituere morbi rationem & essentiam, quia nequit relatio illa quicquam efficere, neque prauè naturam disponere. Quippe Gal. apertè id fatetur *lib. 1. de loc. aff. c. 3* dicens: *Morbus quidem per intensionem generatur, atq; calor ipse statim, vt naturalem mediocritatem excedit, morbus est ab eo, qui cum iam est intensissimus, non specie,*

D *sed sola magnitudine diuersus.*

Febris non est relatio.

Calor febrilis licet in diuersis ponatur prædicamentis, tamen non in omnib. sed in prædicamento qualitatis tantũ mor. b. rationem obtinet.

Cùm igitur hoc verum sit, licet fautores huius conceptus in sui tutelam afferant primam illam rationem, quam à principio adduximus, non obstat: quia morbus, vt morbus est, nõ potest motui comparari, quanquam calor vt calor est, motu comparetur, sed vt diximus, est calor morbus, nõ quia calor, sed quia præter naturam & intemperatus: corpus equidem ad calorem mouetur, atq; cum ea motu contingat mediocritatem naturæ excedere, morbi ratio cõsequitur ipsum calorem.

Ad primũ. Calor febrilis vt calor motui acquiritur, vt morbus nõ.

Neq; obstat secũda ratio, quia inter calorem esse secundùm naturam, aut nõ esse secundùm naturam, nil magis mediat, quàm inter par & impar: quo fit, vt verum contrarium caloris præter naturam sit tantum calor naturalis, calori enim, quatenus calor est, frigiditas opponitur, inter quæ mediũ reperitur: cæterùm calori, quatenus præter naturã est, nil opponitur, nisi calor naturalis, inter quos nullum est medium. Nam licet calor nõ distinguatur realiter à suo excessu, dum febrẽ

Ad secund. Calor nat. & præter nat. sunt cõtraria im mediata.

E efficit, sed idẽ sit, distinguitur tamen calor vt talis, & hac lege sunt contrarij, & citra medium: verùm non posse calorem illum esse febris causam, vt hic conceptus affirmat, apertè monstratur ea Gal. 8. *meth.* assignante differẽtiam inter causas morbi & læsionem actionum, vbi concludit, dicens, causas morbi posse manere cum morbo, & nõ manere: at actionis vitium nunquã citra morbum. Ex quo dogmate colligitur, quod qualitas excedens non potest non manere cum ametria, vt mos est causis omnibus. Quo profectò fit, vt falsò teneat is conceptus, calorem illum non esse morbũ, sed morbi causam. Tenendum igitur est, veram morbi formalem rationem pertinere ad prædicamentum qualitatis, ad primam nimirum eius speciem

Cùm dictum hucusq; sit, quid febris non est, ipsa docendi ratione tenemur iam, qualis sit eius natura & conditio, mõstrare. In qua sanè re, licet variæ reperiantur diffinitiones, nullam puto reperire, quæ magis diffiniti naturam expleret, quã

Expenditur vera febris ratio.

F ea, quæ adducitur ab Auic. *fen. 1. 4. c. 1.* inquit enim: *Febris est calor extraneus accensus in corde, procedens ab eo mediantibus spiritu & sanguine per arterias & venas in totum corpus, & inflammatur inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus, non sicut caliditas iræ & laboris, cùm non vltimantur, vel cùm non perueniunt ad hoc, vt sit accensio, & noceat operationibus*: hæc autem diffinitio, ni mea mens fallitur, ferè omnes alias diffinitiones sub se complectitur, (*licet, vt antea dictum est, omnium Galenus meminerit, diuersis tamen in locis.*) & ob id copiosiùs & clariùs mihi videtur febris naturam ostendere. Primo itaque coincidit cum diffinitione Galen. 1. *aphor.* 16. qua parte asserit, *febrem esse conuersionem natiuæ caliditatis ad igneam naturam*, quippe calorem fieri igneum, nil aliud est, quàm extraneum esse. Item cum ea, quæ ab Hippocrate adducitur, cùm febrem *ignem* appellat. 1 *popu.* & 6. calorem præter naturam appellante. Sic à Galen. 1. *de caus. morb.* calorem in totum extensum esse accepit, sicut lib. *art. med.* actiones lædere. In cuius sanè diffinitionis explanatione duo potissimum inter pleraque alia sese offerunt enodanda. Primum quidem, *quisnam calor ex his, qui in*

G *corpore cognoscuntur, extraneus, & præter naturam, ac igneus efficitur, vt febris naturam & conditiones subeat*: Secundum verò, *quanam ratione is calor extraneus & igneus fieri possit.*

Vt constet, cuius naturæ sit calor, qui in nostris corporib. in igneum mutatur, præmittẽdum est,

A triplicem in nobis secundùm naturam reperiri calorem huic ministerio proficuum: (dimitto enim hac in parte consulto tres alias caloris differentias: quarum vna est *Elementalis*, alia *Particularis* cuiusuis mēbri, & reliqua *Caloris acquisiti*, quarum *libro nostro, de pulsus arte & harmonia*, abundè meminimus: quippe hac in parte nullius sunt vsus,) Primum Innatum, Primogenium, & Insitum peculiari dote iure optimo Medici omnes appellant, præsertim Galen. 1. *aphor.* 14. & 15. *atq.* 6. *pop. part.* 4. *com.* 25. quem potius calidum innatum, aut substantiam calidam, quàm calorem appellare libet. Quod sanè calidum, *lib. de tremore*, primū, & generis principium, & quod natura nihil præter ipsum est, etiam appellauit. Dicitur enim meritò *innatum*, quia à generationis nostræ principiis originem ducit, vt qui in genitura potentia sepultus, ad prima nostræ generationis rudiméta efformāda, primus in actum deductus, singula quæq; postea lineaméta distinguat & figuret, ibidemq; immersus maneat, & tanquam totius operis primarium instrumentum singula quæq; dispēsans

*Calor in nobis triplex secundum naturam.*

*Calor innatus & primogenitus qui sit.*

B moderatur, & calorem alimētarium seu influentem suo imperio regit, idq; maximé in corde: elementalem verò in composito cum reliquis suo nutu coniungit, & quamdiu potest, in vnum concordi pace vincit atq; tuetur. Quæ sanè beneficia retulit Galenus 1. *popu.* dicens: *Etenim protensa est per solida corpora natura, qua illorum est virtus, concoctionemq; à solidis corporibus sanis humores consequuntur.* Sed quanam ratione calor (*qui ab elemento ignis necessario originem ducit in quauis mixtione*) natiuus ingenitusq; effici ac dici mereatur, non est ita facile inuentu. Cuius hæsitationis gratia sciendum est, euocatis elemētis virtute cœli ad locum mixtionis, calorem ignis, vt auctorem omnium mixtionum, primo concurrere, atque ignis opera exsequentem, fundere, liquare, ac discindere miscibilia omnia. Postea verò cœlesti quadam virtute, huic muneri sibi á cœlo præstita attemperari & perfici, adeo vt quæ antea attenuauerat, atq; separare studuerat, deinceps vniat beneficium illius cœlestis muneris, & coniungat misceatque. Qua sanè mixtione ob actionem & reactionem

*Quare talis dicatur.*

C omnium miscibilium ad inuicé factam, ipsemet calor attemperatur, retunditurque, & māsuetior efficitur, pro natura eius, cuius futurus est calor naturalis, adeo vt deinceps naturalis factus concoquat, & coquendo incrassandoq; vniat, & mira opera pro indigentia mixti exsequatur, vt iure optimo deinceps *natiuus* habeatur. Itaq; his tribus naturis adiunctis, calor in mixtione euadit naturalis: quibus in viuentium generatione accedit alia profectò ex spirituum consortio atq; implantatione, qua lōgè admirabilior euadit. Hac enim ratione Gal. *lib.* 5. *simp. citans* 14. *aph.* 1. *sectionis*, innatum calidum dixit, de spirituum natura esse, aut plurimum abundare spirituosa substantia. Quod etiam confirmauerat 1. *aphor.* 15. & *lib. de natura hu-*

*Ex quibus constet natiuus.*

D *mana*. statuens, hunc calorem primo sui ortu ex omnium entium cōmmunibus elementis non fieri, sed ex semine & sanguine menstruo, quæ spiritu abundare certissimum est, hæc enim alterum constituunt elamentorum genus, quæ neq; prima, neq. communia exsistunt, sed propria sunt animalium sanguine præditorū, & ob id quadruplici constat materia, sanguine videlicet, vtraque bile, & pituita, *vt ex Gal. etiam comperimus, lib. de elemen & 1. de temper. & 1. de sanit. tuend. ac de facul. natur.* Et licet omnia hæc, ex quibus semen & sanguis menstruus constant, frigido, calido, humido, ac sicco polleant: in semine quidem plus est igneæ aëreæq; substantiæ, sicut in sanguine plus terreæ & aqueæ. Oportuit itaq; hæc nostra principia humiditate & calore præualere, qualitates quidem ad omnia vitæ munia promptiores: quapropter in innato calido easdem præualere fuit necessum, & ob eas *innatum calidum* appellari. Innatum quidē, quia á principiis trahit originem; calidum verò, quia in eo calorem omnium actionum opificem vigere comperimus. Quare cùm Aristot. 2. *de part.*

*Semen igneæ substantiæ ac aëreæ.*

*Innati calidi qua ratione humiditas & calor.*

E *anim. c.* 3. asserat, esse in semine omnium aliquid, quod faciat fœcunda esse semina, videlicet calorem, eum nō esse ignem arbitratur: sed quid proportione respondens elemento stellarum: & ob id si quando per inediam, diuturnos morbos, vel per senium contingat diminui, difficile esse eum ipsum reparare, aut proba victus ratione reponere: quod si id accidat, nec tantum, nec talem fi.bent.

*Semen quid faciat fœcundum.*

Alter verò calor, quem *influentem* seu *alimentarium* Medici appellant, in corde, velut in proprio domicilio inhabitat, & ab eo in totū corpus velutí á fonte quodam diffunditur: nam calor ille, qui singulis partibus á principio generationis est insitus, tepidus quidem calor est, etiamsi ab eo distigatur in actiones influens, qui ipsum innatum excitauerat. Verùm ne substantia ea insita promptè periret, aut tardiùs, quàm par esset, actiones perfecisset, fabrefecit natura spiritum quendam & sanguinem in cordis finibus, adeo calida & vtili conditione præditum, vt calidum quoque natiuum iure optimo ob insitam similitudinem dici mereretur. De quo Hippoc. inquit 1. *aphor. Ventres*

*Calor influens quis sit, & quomodo distinguitur ab actionibus à calore innato.*

F *hyeme & vere calidissimi sunt*, hoc est, calido hoc naturali calidissimi; nam ex prohibito eius effluxu fit facile, vt in visceribus reconditus copiosior conspiciatur. Quem etiam calorem Gal. *innatum* appellauit, non quod reuera velut alter sit, sed quod eius actiones iuuet, & ab eodem quoque mutuo beneficio influens reficiatur in corde & arteriis.

Tertia vero & vltima natiui caloris sors & species est, eius, quem Medici appellant *actuatum*, *viuum, seu vegetum*, & totius temperamentum. Cuius naturam & substantiam, vt quis exactè intelligat, ac etiam qua ratione ab aliis dissideat, primo cōcipiat animo, cor & vniuersum etiam corpus ex tribus omnino integrari substantiis, *vt communis est omnium Philosophorum sententia ab Hippocrate desumta*, qui, corpus constare ex continentibus, contentis, & impetum facientibus, dixerat, nimirum ex solidis substantiis, ex sanguine & spiritu: quas sane partes calidas esse prouidit natura, & pari ratione in vnum coire, & vnum construere commune temperamentum à componentium

*Calor actuatus quis sit, & cuius naturæ.*

G temperaturis longe diuersum, quod futurū esset animæ aptum, & vniuersale instrumētum ad obeundas actiones. Calidæ enim sunt solidæ partes calore innato, ex sanguine & semine à primordiis contracto: calidus etiam sanguis natura & spirituum consortio: calidi insuper, & cæteris calidiores exsistunt spiritus. Qui sanè calores cùm in vnū cogantur, copulenturq; à natura (*& ipsi ex natiua conditione magis minusve suscepta re possint, & ob id intendi & remitti*) vnum communemq; toti corpori tem-

185 A temperiem præstant eā commensuratione & harmonia constitutam, quod eius beneficio salubri corpus fruatur, calore & tepore adeo sibi proprio & proficua, vt ab alus corporib. facile dissideat. & discernatur actionum diuersitate, & peculiari temperamento, & natura. Quo sanè caloris modo vnum corpus ab alio dissidere cognoscimus, & eodem denominatur minus magisve calidum; nullus enim cæterorum calorum id cōspicuè ac certè præstare potest. Cùm enim necessum sit vniuersum corpus vnam communemq; temperiem, & ex ea salubritaté obtinere, sicut quæuis particula obtinet ad peculiaria munia exsequenda, & qua quælibet earum est q eft, nimirū os, caro, aut cartilago; ita prorsus instituit natura vnā toti corpori consignare salubrem temperiem ex affluente spiritu, & sanguine, & ex innata caliditate cōflatam: quæ quidē vna cum sit, & á cōponentib. diuersa, & enata a particularib. membrorū temperaturis, vnam (vt dictum est) præstat corpori cōmunem quoq; temperiem & caliditatem. Quoniam cùm anima sit vna toti corpori cōmunicata, opus etiā

B fuit, temperiem vnam toti corpori cōmunem ponere, per quā subiectum aptum præparatumq; sit ad animā suscepiendam (*vt optimè Fulgineus est arbitratus*) & per quā anima ipsa operari possit, tanquam cum instromento cōmuni. Verùm licet certū sit, hunc actuatum calorē ab insito & influente exsurgere, & penes radicem & fundamentum ab eis non distinguī, cum hoc tamē ab eisdem dissidere multis numeris certum est. Quippe distinguuntur vt natura totius à suis partibus, hoc est, secūdum suam rationem & diffinitionem. Item separantur penes maiorem aut minorē gradum caloris perfectiori etiā modo cōparati. Constat enim, vnumquemq; calorēm suum obtinere perfectionis gradū, ita vt gradus caloris insiti dissideant á gradibus caloris influentis. & quisq; suo modo temperatus a contrario gradu frigiditatis existit: qua quidem temperie & sv ametria naturalis tēperatu q. dicitur. Pari prorsus ratione actuatus calor ea vtriusq; contemperatos in vtroq; differt, & alius est longeq; nobilior, & excellentior præ illor: qua etiā perfectio ne naturam non est, li a componentibus dissideat. Quod profectò intelligis exemplo cith ardarū cy-

C tharæ; nam licet quælibet suum proprium proferat sonitum, iuxta sui rationē contemperatum, ex omnibus tamen simul percussis & cōmotis longè suauior & perfectior sequitur harmonia & concentus quā componētia possint per se & seorsum edere: sic etenim dum composita temperies hæc natiuum salubremq; statū seruat, salubriter viuit homo, insalubriter verò, dū aliquo modo euertitur. Atdū ob alicuius ex cōponentibus excessum versus calorē vitiatur, communesq; calidos affectus progignit, inter quos potissime febris sita est.

Verùm quia febrilis constitutio nō simplex est, sed ex variis rationibus constans (*non enim de accidentalibus firmis repugnat*) ob id expendendū nunc est, quid constituere possit, & integrare vniuersam sui rationem, vt subsit, cui calorum tribuen-

D da sit eius natura & substātia; nam plures calores alterari ad eius constitutionem & integritatem est opus, licet diuersa ratione vnusquisq; concurrat ad eius confectionem, iuxta diuersam cōsiderationem ab ipsa febre petitam. Consideramus itaq; in febre, quale sit intemperamentum: qua in re statutum est ab omnibus, tum Medicis, tum Philosophis, calidum esse, cuius formale est esse præter naturam. Consideramus etiam hunc præter naturam calorem, vt veram rationem [illegible] adipiscatur, morbum necessario debere esse. Sunt enim caloris præter naturam plures differentiæ, quæ febris rationem non subeunt, quia non consequuntur rationem morbi: qua in re principium præstat & formale febris (*sub ratione morbi considerata*) caliditas dicta præter naturam, dummodo sit partis viuentis; alioqui licet calor sit quātumuis præter naturam, non obtinebit rationē morbi: qua ratione (*vt inferius latius monstrabo*) cordis calidum intemperamentum febris rationem præscribit. Consideramus etiam, febrilem affectum non solum esse calidum, & partis viuentis intemperamentum, sed etiam per vniuersum corpus ex propria & peculiari natura extensum. Cuius rei

E rationem & formale præstat febri calor actuatus mutatus ad igneam naturam. Non enim satis est ad integritatem naturæ febris calidum esse intemperamentum, neq; morbi rationem subire (*nam plures sunt particulæ, quæ morbo calido laborant, cum hoc tamen non dicitur corpus febrire*) sed præterea oportet necessario in totum corpus prædictum calidum affectum extendi, adeo, vt iure optimo possit dici vniuersalis & cōmunis caliditas: quod sanè nulla ratione poterat obtinere, ni aliquod etiā vniuersale temperamentum ad igneam naturam mutaretur, fieretq; iusto calidius. Neq, obstat, sat fuisse mutari innatum temperamentum; nam cùm id non sit toti corpori vnū, sed varium, iuxta cuiusq; partis peculiarem naturam, nequibunt profectò vnū neq; vnius rationis ac vniformitatis morbū constituere. Item videbatur etiam sufficisse mutari influens temperamentum, quo etiam cōmuni caliditate corpus afficitur. At licet necessario hoc temperamentum quoq; alteretur, non valat tamen rationem formalem febris per se cōstituere,

F quod facilè fluat & effluat, nec q. habeat stabile ac permanens. Quibus rationes constare arbitror: hunc solum actuatum calorem esse, cui necessario per mutationem ignem mutari naturā in qua is febris constituatur, diu ratione tamen morbi communis (*vt dictum est*) nam cùm hæc actuata caliditas, dum secundùm naturæ legem se habet, cōmunem potius salubritatem tuetur, hæc eadem prorsus in ignea morbo. q. affectione cōstituta (*qua ignis nomine ab antiquis fuit nuncupata,*) insalubriter animæ functiones pertractat: æque enim vniuersalis est artifex bonarum malarumq; operationum. Qua profectò ratione actuata hæc caliditas, dum ignea febrilisq; euadit, communis affectio iure optimo cēsenda est. Præterea necesse per arterias & venas defundatur, vt teneri diffinitio: atq; vt absolutior maneat, sat est calorē oat uum substantiæ cordis primo mutari, vt administiculo influentis à corde actuat⁹ vniuersus alteretur.

G Cæterum, licet dogma præhabitum verissimū mihi videatur, cum hoc tamen superest discutiendum, *quanam ratione, & quomodo id malum nostris corporibus accidere possit, & qualis natura sit calor, qui specificam febris constituit differentiam*; siquidem innatus varius existit & multiplex. Cuius rei gratia statuendum est, nec semper, nec in omnibus febribus æqualiter & eodem modo hūc calorem actua-

Calor actuatus quid ab insito & influente & aliis differat.

Calor actuatus longè nobilior est à ducente & insito, & quare.

Febrem in suo esse formaliter constitutam, ad quem calorem pertineat.

Calor actuatus solus est, ad quem pertinet, ad igneam naturam mutari.

Calor actuatus quanā ratione ad igneam naturam mutari possit, & spec ficā febris differentiam cōstituere.

A actuatum intendi, mutari, & in ignem verti: nam pro ratione futuræ febris calor hoc principium suæ mutationis nanciscitur: quippe aliquando spirituosa eius pars, quæ promtius à suis caussis obleditur, nec non & cordis substantia, irritata eius spirituosam partem caussa est mutationis totius caloris: nonnunquam sanguinis calor, quod ipse & reliqui eius humores virientur, nec non & humidior solidæ substantiæ cordis pars. Tertio verò modo, cùm solida partium substantia, atq; etiam cordis ipsius prædicti actuati calores temperiem in igneam mutant. Quo sane fit, vt licet vniuersus calor mutetur, altererutve mutationis conditio, seu febris ratio, talis sit & prodeat, qualis est natura illius caloris, qui ex omnibus actuatus componitur, qui primo intensior factus exarsit, & ob id febris succrescit, vel *ephemera*, vel *hectica*, vel *putrida*; atq; hac ratione licet intelligere, febrem esse morbum calidum, & toti corpori communem, intellecto cuiusque harum conditionum fundamento, & perspecta ratione formali cuiusuis.

Calidum innatum quomodo fiat igneum in febre.

B Non est profectò adeo facile nosse, quanam ratione, qua via ac modo calidum hoc innatum (*sive actuatum consideres ad constitutionem morbi communis, sive cuiq; membro & cordi innatum, vt febris morbi rationem nanciscatur*) ignis naturam acquirat, vt aliquam febrilem rationem ex dictis obtineat. Calor igitur tunc naturalis & amicus censendus est, cùm suam temperiem, modetationemque, & naturam adseruauerit, videlicet, cùm ex contrarij debita mixtione formæ rei genitæ ex æquo correspondeat, ita vt moderatè calfaciat, suosq; exerceat actus, vt corpori ex vsu fuerit. Hæc autem met caliditas ab huiusmodi temperie lapsa, proportionemq; ad animæ potentias non habēs, *præternaturalis* distēperataq; nominatur, eo quod præter naturæ ordinem moueatur, & excalfaciat: mento profecto omnibus in confesso est, naturalem calorem probas, præter naturam vero deprauatas edere actiones. Inter quas mediæ differentiæ à termino temperiei ad terminum elementalis caloris, secundum quod huic vel illi magis ac-

C cedunt, appellantur *naturales*, aut *præter naturam*. Itaq; natiuus calor nunquam naturalitatis nomē amittet, nisi primos temperiei limites trāsgrediatur. Neq; ob id credendum est, naturalem calorē à supremo illo temperiei gradu lapsum omnino læsas edere actiones, dum omnino præter naturā non est: quippe latitudinē habet quoad medicam cōsiderationem. Neq; rursus tanquam inconueniens arbitramur, duos caloris gradus, quorum alter sit naturalis, & alter præter naturam, in vno & eodem esse subiecto, dummodo vnum constituāt, & vna resultet caloris forma, quæ ipsum subiectū denominet, & vna etiā actio, quæ vtrumq; calorē sapiat. Quippe calor solum est formę ignis instrumētum, qua calor est, efficitur tamē naturæ & formæ mixtorum viuentium & nō viuentium, aptum & vtile instrumentum, cùm moderationē & proportionē habito respectu ad animæ potentias habet: habere enim proportionem ad eas, est, opera efficere indiuiduo proficua, & ad vitam ac meliorem vitam ex vsu. Est tamē præter naturam

D esse, iterum ad munia & opera igni propria & peculiaria conuerti & mutari. Quo fit, vt licet vterq; calor sit vnius elementi instrumētum, puta, ignis, licet magis eius qualitas ad id elementum, cuius est qualitas, accedat; quo perfectior & naturalior fit et euadere, dum tamen in viuente corpore intenditur & ad ignis naturam accedit, eo imperfectior operatur, quatenus ad formā mixti attinet. Quippe calor naturalis & præter naturam, licet eiusdē sint speciei, & multis rationibus etiam conueniant, eisdē quoq; prorsus multis dissidere cognoscimus. Conueniunt naq; hi duo calores in genere substantiæ, in subiecto, inquam, & in forma eiusdē, à quo ambo emanāt, siquidē ambo ignei elementalesq; fundamentaliter dicūtur, quibus datum est vnica ratione caloris calfacere, & congregare homogenea, atq; heterogenea separare.

Calor naturalis & præternatura- lis in quibus conueniant & dissideant.

Cum hoc tamē in eisdemmet rebus proculdubio plurimum dissident. *Primo*, licet in genere substā- E tiæ conueniant, quod ambo sint ignei, in eadē differunt. Siquidem naturalis sapit naturā puri elemēti, quod ob id magis ex vsu est potēitis, quia magis accedit ad naturam & rationem formæ: præter naturam tamen huius ignis inferioris, qui materiæ sequitur cōditionem potius, quam formæ. Quod profecto ex actionib. facile venaberis: nam ignis puri, & naturale, atq; æthereum elementū nullū aliud habet peculiare, neq; commune officium, quā mixtionibus & generationibus adesse, neq; vlla ratione sui machinatur corruptionē, nisi quatenus sui custodiam intendit, vt in suum locum conscendat mixtū dissoluere. Elementarius vero & inferior ignis semper corruptionem & destructionem intendit subiecti, eo quod perpetuo nitatur conuertere, & commutare ipsum in sui naturam (*quod æthereus ignis nō curat*) quapropter acris, mordax, & omnino nobis alienus euadit, ob materiæ, in qua subijcitur, conditionē. Et hoc arbitror esse, quod voluit Fernelius, appellans *innatum calorem de natura caloris cœlestis & ætherei*, quem cœlum elemēto ignis ad mixtiones efficiendas præstare antea diximus, hoc est, *ignis puri & elementalis*: præter naturam vero de natura & conditionibus huius F elementi. Differunt præterea in modo & termino motionis, calfactionis, congregationis, & disgregationis. Quoniam naturalis calor certe determinatéq; penes naturam formæ, cui inseruit, calfacit, & intus ac extra mouetur. Præternaturalis vero determinatè inordinateq; penes conditionē formæ elemēti, & sic naturalis concoquit, quo in opere congregantur heterogenea, & excrementitia separātur: Præternaturalis putrefacit disgregando, quæ mixtionem componunt, & congregando, quæ vnius sunt rationis, sic enim humidū cum humido, & siccum cum sicco abit, & ambo disgregantur inter se, quæ potissima est putrefactionis cōditio. *Differunt* præterea specifica quadā differentia, quādo disiunctis oppositisq; sunt conditionibus affecti, quibus inuicem contrarij sunt, & mutuo agūt, & patiuntur, licet conueniāt communi illa & specifica qualitate, nimirum qua ambo calidi sunt, quia igneus nulli formæ, nulliq; potentiæ est adstrictus, nilq; amplius nititur, quā assimilare sibi passum, quod ignis formæ subser- G uiat. Naturalis vero & cœlestis cum suum augmentum non quærat, subseruit potentiis, quæ indiuiduum nituntur tueri. *Differunt* etiā, quoniam instrumēta sunt inimicarum formarū, quæ simul esse nequeūt, sed mutuo per hæc eadē instrumēta se interimunt, vnde opifices sunt diuersarum specierum, quas subiecta, in quæ agunt, diuersis me-

dus

... dus adipiſ... Q... naturalis viuentis formam ſemper ... & huic materiam, circa quam ... ponit. Præter naturā verò cadaueris ... mam infert, & multigena corruptione viuenti ... & non ... uenta perdit. Ea qui bus conſtabit profectò, quod vere ſit, calorem naturalem fieri igneum & præter naturam, & quia induat conditiones, quibus ... dum mutatur. Is tamen calor, dum præter naturam efficitur, duobus profectò modis talis redditur: vno, quatenus egreditur extra menſuram & modulationē caloris naturalis, & dicitur *præternaturalis menſura*, ſiue gradus: alio vero, cum egreditur à proportione debita ſuæ formæ, quam caloris conditionem Philoſophi appellant *malignitatis proprietatisq; præternaturalitatem*. In quarum profectò vtraq; dum actiones (*corde ſcilicet vitiato*) læduntur, febris natura & eſſentia conſiſtit. Sit igitur febris innati caloris inflāmatio, quę nihil aliud eſt quam ea bene temperato ſtatu in igneum (*eo modo, quo dictum eſt*) conuerti ac tranſmutari: & per conſequens calor natiuus in igneum conuerſus nil aliud eſt, quàm febris ipſa. Non quidē, ꝙ extrinſecus aliquis calor huic additus ſuccreſcat, ſed vt iuuenum & biliosorum corporum intenſus, cui accedit acrimonia ſiccitasq;, & ſubinde ignis conditio & opera: quem ſanè ſic affectū extraneum pronuntiamus, eo quod bene temperati limites excedat intēſione & qualitate. Sic calor innatus familiaris ac domeſticus cenſetur, cùm ſuas actiones perficit, nūc verò depoſita propria natura tanquā hoſtis & extraneus eas diſtorquet & corrumpit, ſitq; præter naturam: haud ſecus quā paterfamilias, qui, dum mente conſtat, prudenter familiam ſibi ſubditam moderatur ac regit, resq; ſuas tuetur, & probe adminiſtrat: idē tamen mente captus & extra ſe poſitus turbat omnia, & perfundit eaſdem res quas prius magna diligētia cōſeruabat. Quo ſanè exemplo vera febris conditio & natura facile eluceſcit, iuxta definitionis conditionem & partes.

Calorem naturalem mutari in igneum, qui à vere ſit.

Calor duobus modis fit præter naturam.

Febris eſt innati caloris inflammatio.

Calor natiuus in igneū conuerſus, eſt febris ipſa.

Supereſt adhuc in hac dubitatione explicandum ſi certum eſt, *ad formalem morbi rationem neceſſum eſſe innatam cordis caliditatem in igneam naturam debere commutari* (*vt actuatus calor extraneus certam ſuique ſibi formam communicet morbum efficiat*) *quidnam eſt, quod in ipſa mutatur, qualitasne, an totū ipſum calidum?* In qua ... re arbitramur, in calore hoc innato, dum febris efficitur, non ſolum mutari qualitatē, ſed & ſubſtantiam: eſſe tamen hanc differentiam in ... que mutatione, quod calor mutatur ea mutatione, quæ ipſum alium reddit: nam efficitur præter naturam, & longe aliter informat ſubiectū, quia qualitas efficitur habitualis, & quæ nata eſt ipſum denominare: ſubſtantia vero non alia efficitur, ſed ſolùm alterata manet. Econtra quidem acquiſito iuuenum contingit, qui licet ſola maioris minorisque ratione à febre videatur differre, (oh acrem qualitatem, quam ſucceſſu temporis acquirit, *vt aſſeuerat Gal. 6. epi. part. 1. com.* quo in loco admittens geminum calorem in animalium corporibus, poſito innato dicebat: *Alter verò acris, mordax, & igneus, ex quo genere & febrium eſt*.) cum hoc tamen conſtat, febrilem calorem & acquiſitum, quem de febrilis ſorte conſignat Gal. licet conueniré certū ſit qualitate acri, mordaci, inſuaui, & ignea; differre tamē longiſſimis interuallis, tum cauſa, tum maioris minorisue ratione, ita vt nollo lege poſſit ſe ... ratione ſubire, quantumuis acrior efficiatur. *Primo*, quia in calore acquiſito iuuenum qualitas in deteriorem ad ſubſtantiæ mutationem, quæ ea altmentis reficitur, quod talis non ſit qualis præſtiterat ea, cuius loco apponitur; & ob id qualitas, quæ acquiritur, ſapit naturam ſubſtantiæ, quæ loco deperditę reficitur: & quia ſubſtātia calor naturaliter mutatur, non efficitur morbus. At in calore febrili (*loco eiuſdem videatur natura*) primo mutatur qualitas, acriorq; & ignea redditur, moxque alteratur ſubſtātia. Qua potiſſimum ratione fit, quod licet vterq; calor ſit extraneus, is tamen, qui acquiſitus dicitur, naturalis ſit, & ad corporis vſum & gratiā ſummopere proficuus; quia ab intrinſeco & naturalibus principiis (*hoc eſt, ab innata ſubſtantia per alimentum mutata*) ſuboritur: alter vero febrilis ab extrinſeco, & præternaturali principio factus, & omnino alius effectus, natus tamen ſubſtantiā, cui inhæret, mutate mutatione corruptiua. Quapropter ſtatuendū eſt, quod licet alicui diminuatur aliquis gradus caloris naturalis, & aduentat loco eius alter, qui extrinſecus excedat, non ob id calor natiuus priſtino reſtituetur ſtatui, quia natiui caloris refectio expoſtulat ab intrinſeco fieri principio: calor vero, qui ab extrinſeca cauſa prodit, non ſupplet vicem natiui, ſed iure optimo febrilis & præter naturam (*hoc eſt, à præternaturalo principio factus*) cenſeri debet. Quo fit, vt ab illa caloris mutatione, quę acquiſitum & iuuenilem calorem conficit, actiones incolumes & ſecundūm naturam fiant, verùm ex reliqua, quæ extrinſecus accedit, intemperie, actiones prorſus læduntur: nō quidem à ſola qualitate, ſed ab ipſo innato calore, hoc eſt, ab ipſa ſubſtantia innati calidi alterata, & intemperatiori facta; & hac ratione febris ſubit morbi conditionem: nam actiones nō ſunt referendæ ſubſtantiis ſimpliciter, ſed dum agunt aliquo medio. Sic enim inquit Ariſtot. *lib. de ſenſu & ſenſil. Non agit ignis quatenus ignis, ſed quatenus calidus*: neq; rurſus *qualitas ipſa per ſe ſola opus perficit, ſuppoſitorum* (inquit idem) *ſunt actiones, quod de ſubſtantia innati caloris eodem modo licet intelligere*. Itaque in mutatione innati calidi ad igneam naturā, neceſſum eſt primo, qualitatem mutari, & extraneam atq; alienam fieri, ſubſtantiam vero alterari, plus minusve, prout febris differentia futura eſt: nam in ephemeris & putridis inæquali quadam alteratione mutatur, in hectica vero æqualior, magis minusve intenſa, prout tempus ſeu ſpecies ipſius hecticæ poſtulat.

In calido innato ad igneam naturam quid mutetur, qualitas ne, an totum calidum.

Calor ac quiſitus & febrilis in quo differāt & conueniant.

Quæ ſanè vt clariùs intelligas, expende, calorē præter naturam, in genere talem fieri per additamentum, aut intentionem, quæ opponuntur mediocritati naturali & ſalubri, aut mediocritati vitali, quę omnino efficitur pręter naturam. Vtcunque tamen ſit, quadruplex exiſtit calor præter naturam, iuxta quatuor febrium genera, quæ in ... viſuntur: quippe calor hic aut *Vrens* eſt, & febrem concitat ephemeram; aut *Marcidus*, & hecticam gignit; aut *Putridus*, & putridam concitat; vel *Peſtilens* exiſtit, & peſtilentem atq; contagioſam creat. Quorū omnium *lib. 6. huius operis* latiùs meminero, cuiuſq; naturam ſcribens, & omnium differentias, ac inter ſe diſſidium conſignās. Modo enim ſat eſt docere, *qua via, & quibus modis calor fiat præter naturam & calidus*.

Calor præter naturam quadruplex.

Cum

Cum non satis constet apud Gal. & reliquos auctores, *an febrilis calor sit simplex intemperamentum, an ex siccitate & calore compositum*, hac parte studui id paulo diligentius expendere. Euidenter quidem ex Galeno colligi potest, febrem simplicem intemperantiam solum esse, cum expressissimis verbis id afferat 8. *method.* & 1. *de differ. febr. cap.* 2. & *de differ. morbor. cap.* 5. & *de caus. morb. cap.* 2. siquidem febrem definit per abundantiam caloris, nulla alterius qualitatis facta mentione. Quod etiam communi concipiendi modo probare oritur: nam si aliquis intemperamento solum calido vniuersum corpus occupante laboret, is proculdubio febricitare dicitur: quo fit, vt iure videatur simplex esse intemperamentum. Ex altera autem parte non desunt auctores, & rationes, quibus probari possit, necessario esse compositum intemperamentum, potissimum quidem ex caliditate & siccitate. *Primo* quidem constat, quia nunquam tanta caliditas in corpore potest concitari, quæ possit febrem efficere, quin sibi siccitatem adiungat, præsertim cum febrilis calor sit igneæ naturæ, cui proprium est esse calidum & siccum. *Secundo* constat, id posse probari ex eod. Gal. qui 1. *aph.* 16. inquit: *Est igitur febris conuersio natiuæ caliditatis ad igneam naturam*: & rursus ob id censet Hipp. dixisse, *victum humidum febricitantibus conuenire, quia febris calida & sicca passio est.* Quæ sané rationes & auctorum decreta adeo ad inuicem pugnant, vt non sit ita facile controuersiam dirimere.

In quo sané dubio sic arbitrandum censeo, siccitatem nullo modo esse de ratione febris, & cum hoc non inconuenire, febrili calori coniungi, citra id quod morbum efficiat; & aliquando rationem quoque morbi præstare. Quam equidem conclusionem sic probo: *Febrilis calor aliquando humiditati associatur & plerumq; siccitati: sed alterum erit accidens: ergo febris solum erit distemperantia simplex.* Primam antecedentis partem sic probo: *Dum calor ille præter naturam corripit hominem bene temperatum in actiuis, & humidum per excessum in passiuis, is febricitare dicitur, & tamen non patitur morbum siccum, etiamsi siccior reddatur, quam antea: Ergo saltem febris non obtinebit tanquam quid essentiale siccitatem.* Præterea etiamsi demus iam eam obtinere, probo, non ob id esse semper compositum intemperamentum: nam licet siccitas (*vt probant alterius factionis rationes*) plerumq; febrili calori adiungatur, non ob id sequitur, protinus morbi rationem obtinere (*quod necessum est, vt febris sit compositum intemperamentum*) nam morbi ratio est, vt actiones lędat, atq; cùm caliditas sit qualitas longé magis actiua, quàm siccitas aut humiditas, priusquam hæ ad lædendas actiones sint aptæ, sola caliditas excedens easdem lædet, ac ex consequenti solum obtinebit rationem febris & morbi, licet alias qualitates sibi comites habeat, vt probant argumenta. Vt enim siccitas iure optimo morbi habeat rationem, non sufficit, quod sit maior moderata, sed requiritur tantam esse, quæ possit lædere actiones. Quo fit, vt calor ille febrilis licet alicui passiuarum qualitatum adhæreat quod frequentissimum est, nihilominus tamen non semper illa qualitas morbus sit, ac de febris essentia. Quod si aliquando accidat, aliquam ex prædictis qualitatibus actiones lædere, eo tempore morbus ille non erit vnus simplex, sed compositus ex calore & siccitate, quales sunt hecticæ febres: & sic siccitas illa, vel humiditas non erunt de ratione febris. Itaq; febris ratio in sola caliditate consistit, *vt probant Galeni testimonia*: & cum hoc non inconuenit, siccitatem sibi comitem habere, quę aut morbi rationem non habeat, aut si id obtinuerit, affectum efficiat complicatum. Cæterum vt vera sit de hac re prædicta sententia, nihil inconuenit, quo minus victus humidos febricitantibus omnibus exhibendos sit quia febris affectus quidem calidus est, siccus verò effectiuè. Neq; obstat Hipp. nullam caloris febrilis fecisse mentionem, 1. *aph.* 16. sed solum siccitatis, quod magno profecto consilio factum esse suspicor. Nam refrigerantia auxilia non semper febribus ex vsu existunt, sicut quæ humida sunt, *vt aperte docet Gal.* 8. *meth. c.* 1. & 11. *c.* 9. Nam frigidorum exhibitio, *inquit*, periculosa est, tum quia incrudantur humores, tum etiam quia obstructiones pariunt: humectantia verò securius febricitantib. exhibentur, tum quia dictis periculis carent, tum insuper, quia præcauent corpus ab intemperantia sicca, & præsentem corrigunt. Tum verò, quia natiuam corporis humiditatem tuentur & augent, qua quidem ratione potissimum adhibentur. Inquit enim Hipp. *Præsertim in pueris & his qui tali victu vti consueuerunt*: quib. verbis aperte monstrat, potius conseruandæ naturæ adolescentium & consuetudinis adultorum gratia, quam alia quauis causa victum humidum fuisse febricitantibus institutum. Cum hoc tamen Gal. 8. *meth. cap. vlt.* aperte docet, febrem perpetuò indicare refrigerationem & humectationem: nam præter caussam superius adductam, febris suapte natura affectus est essentialiter calidus, siccus tamen effectiuè: & sic vna eademq; victus institutione vtrique necessitati subuenimus.

Expendendum quoq; est, *qualenam sit huius febrilis caloris subiectum*: quippe id etiam exposcunt verba definitionis Auicennæ: nam inquit: *Est calor præter naturam accensus in corde, procedens ab eo in totum corpus*: erat enim necessum, quod vbi communiter existebat salubritatis causa, ibi etiam communis morbi extitisset subiectum. Cuius doctrinę gratia statuere oporter fundamentum summopere necessarium, præstitum à B. Thom. 7 *metb.* dicente, *subiectum constituens accidens in esse, poni in definitione accidentis loco differentiæ.* Sic etenim in definitione febris, quæ rationem & naturam sortitur accidentis, duo assignantur subiecta, nimirum cor, & vniuersum corpus. Quapropter expendendum nunc est, quale eorum sit primum & potentissimum, siquidem accidens vnum nequit esse in pluribus subiectis loco distinctis, eodem inhæsionis modo, sic enim, vt ex innumeris Galeni locis constat, coniectandum est, nundum extraneum calorem fieri febrem, donec cor apprehendat; ita vt constet, id necessario debere esse vnicum & principale febris subiectum. E contrario tamen ex definitione Auicennæ & aliis Galeni locis euidenter colligitur, febrem calorem esse præter naturam in vniuersum corpus extensum. Præterea non desunt, qui sanguinem, & reliquos humores, ac spiritum arbitrentur febrium quarundam esse subiectum, decepti loco Gal. ex 1. *de differ. febr.* qui potissimas febrium differentias eas arbitratur esse, quæ à materia sumuntur, in qua succenditur & fabricatur calor ille præter naturam. Sed aduersus hanc vltimam sententiam satest statuere in fide philosophorum & Medicorum omnium stare, sanitatem

Marginal notes:

288 A — Febris siue simplex qualitas, siue ex siccitate & calore composita.

B

Febris essentia nullo modo consistit in siccitate, sed solo calore.

C

D

Febricitantibus humidus [illegible]

non refrigerantia.

E

Febris subiectum quale sit.

F

Cor est primo principale febris subiectum.

G

tatem

tatem & morbum solis viuentibus particulis pertinere: & cùm febris etiam morbus sit, constabit profectò, eius subiectum non esse humores, neq; spiritus, cùm reuera non viuant, sed solùm esse subiecta caloris præter naturam, qui nondum febris est, donec cor apprehendat. Quo fit, vt subsit partes nostri corporis solidas subiectum esse febris: nam licet calor etiam in humoribus & spiritibus subiiciatur, calor ille rationem habet caussæ, & non morbi.

Sed circa propositā controuersiam expendendum est, necessario febrilem calorem inesse cordi, & solidis etiam corporis particulis; verū quod habet vicem subiecti principalis, & à quo tanquā à principio febrilis calor oritur, proculdubio cor est: quia id constituit febrem in esse febris, quæ est differentia intemperamēti calidi, quo natura ipsa constat. Quippe toti corpori inesse non constituit primam hanc & communissimam differentiam, sed aliam magis indiuiduam, nimirum, in totum corpus extendi: nam licet necessum sit calorē sic diffundi, illud quidem potius prouenit ex natura & conditione cordis, quam ex febrilis caloris ratione. Hoc enim habet propriū & peculiare cordis intemperamentum, vt protinus singulis corporis membris, & quibusq; particulis cōmunicetur. Qua ratione dixerat Auicen. *Si enim accendatur febris accensione prima, quod est cordi inflammato: nam corpus inflammari, spiritus aut humores potius caussa febris censeri debet*. Et ob id calor febrilis, seu à corpore, vel à quauis eius particula elatus, postquā cor apprehēdit, mox in totum corpus aut plures eius partes sese extendit (*vt diluatur controuersia de lypiria, & reliquis febribus, in quibus calor eo non occupat vniuersum corpus, quia à caussā aliqua contraria remoratur*) ita vt ea sit vera febris ratio, quæ ex calore præter naturam cordis prodeat. Quippe cùm calidissimum sit inter nostri corporis membra, priusquam reliqua calidā recipit intemperiē, & ipsam ad alia transmittit: quod nulli alteri membro datum est. Cum hoc tamen non mihi displicet eorū sententia, quæ duplex febri præstitit subiectum: alterum *Attributionis*, quale cor est, & cui ratio febrilis morbi primo tribuitur: alterum verò *Inhæsionis*, (licet nonnulli aliter hæc subiecta interpretentur) quod est corpus vniuersum; quia peculiaris & inseparabilis febrium cōditio est, in vniuersum corpus extendi: quod illi succrescit merito actuati caloris, quem necessario ad prædictā conditionem febri comparandam alterari debere dicimus: non enim calor in totum corpus extendi potest, vt morbi communis rationem compleat, ni actuatus etiam calor vitietur. Nec sat est, calorem influētem alterari ad cordis alterationem, & sobinde corpus quoq; calfieri, nisi totalis hæc actuata tēperies in facto esse vitiatur. Quippe millies mutatur influens calor, & corpus alterat; non tamen alteratur facta & febrili alteratione prædictus calor actuatus, sed eum vehementer incalescit vitio componentium, sed maxime eorū, quæ in corde sunt: tunc enim totum corpus febrili calore alterari necessum est. Nam licet aliquando iecur præcalidum in vniuersum corpus effundat calorem, non ob id profectò febricitabit homo, licet illud febris causa possit esse, si cordi communicetur; tamē calor ille febris non erit, sed calida totius corporis intemperies: nomen tamen & ratio nem febris nō obtinebit, donec cor suo temperamento apprehensum. Qua enim ratione cor principium est, & origo caloris natiui, eadē prorsus erit præternaturalis caloris (*siquidem febris est calor natiuus in igneum conuersus*) primum & potissimum subiectū. Cui rationi aduersabitur aliquis, dicens: *Cor non esse principium caloris primogeniti, imo quo febris consistit, sed tantummodo solum, ac ex consequenti rationem non stare*. Huic dicendum est, verum esse argumenti antecedens, cum hoc tamen non concludere: quia ad hoc, quod febris sit, requiritur factum intemperamentum cordis & membrorū: Cordis quidem, vt mediante eius influxu conferuetur membrorū febrilis calor, qui non minus eo adseruatur, quā innatus ob influxum influentis, tueturque calorē totius corporis secūdùm naturam. Et licet Christophorus à Vega huic rationi aduersetur, censemus, frigidorū quoq; membrorū posse esse principium, priuatimè tamen, & sic nō valet eius ratio: Ipse tamen se exponit, & probat hoc modo verū esse, cor primū existere calidi intēperamenti, quod febrem cōstituit principium, & adhuc frigidi, sed modo dicto. loquitur enim Gal. *l. de sang. miss. c. 5.* caliditates & frigiditates nō posse extendi in totum corpus, priusquā mutēt cor, & similiter *lib. de maras. c. 1.* inquit: *Nullus affectus fieri in toto corpore potest, nisi membrū principale affectum fuerit*. id verò esse cor, satis probatū arbitror. Itaq; si calor in corpore vniuerso succedatur, nondū habebit febris rationem, donec cor apprehēdat, & rursus is calor toti corpori communicetur, qui (licet humores intra cor coorienti refrigeretur, *vt refert Gal. 3. de præsag. ex puls.*) refrigerari nequit, & ob id semper hunc calorem communicat: ex qua etiam communicatione hectica febris efficitur, & conseruatur.

Ipsa sermonis series nos ducit in tractationem *de subsistentia caloris febrilis in subiecto, & qua etiam modo inhæreat in humoribus & spiritibus*. In qua re expēdendum est, calorem febrilem, vbicunq; sit, siue in humoribus, siue in spiritibus, aut in solidis membris, semper factum esse in ea parte ea *annumeratus*, quæ febrem denominat. Quamobrem ex antiquis nō pauci appellarunt febrem *æqualem intemperiem*. Cum hoc tamē reliqui auctores, quotquot fuere, eam *inæqualem intemperiem* appellarunt, eo quod in febre putrida humores sunt in calfacto esse, & spiritus in calfieri, sicut in ephemera spiritus in calfacto esse, & humores in calfieri. Quo fit, vt hi auctores febrem iure optimo appellauerint *inæqualem intemperiem*, ob inæquale subiectorum caloris præter naturam intempetamentum, licet aliæ etiam sint inæqualitatis acceptiones, vt videre est in epiala, & aliis eius naturę. Verùm qui eam *æqualem* appellarunt intemperiem, id profectò dixerunt solum habito respectu ad eum calorem, qui verè morbi & febris rationē habet, eum nimirum, qui & factus est, & in solidis membris existit, non quidem ad eum, qui ex causis prodit.

Verùm cùm Factum & Fieri multis modis vsurpari conspiciamus, id profectò priùs distinxisse erit opus, *Fieri* verò illud dicitur, cùm ita à causa oritur, vt ablata causa confestim cesset, non requirens vllam ad factum prouidentiam, de quo locutus est Gal. 8. *meth.* dicens: *Sed qua in generatione febris est, sola oblatione efficientis causa cessat*. Factum verò accipitur pro eo temperamento, quod partem ipsam informat more naturalis tēperamenti.

[Margin notes:]
Febres aliquæ cur nō occupent vniuersum corpus.

Febris subiectum duplex.

Calor actuatus est, cuius ratione febris toti corpori cōmunicatur, neq; ad hoc sufficit solū influentem alterari.

Cor principium primū caloris in-nati.

Febrilis calor quatiter cordi & corporis inhæreat.

Febris qua ratione æqualis & inæqualis temperies appellatur.

Fieri intēperamentum quid.

Factū quid.

Medium quid.

Aliud etiam est intemperamentum *medium* inter fiens & factum, quod adhuc in motu est, nondum ad terminum, perfectionem, æqualitatemq; perductum, licet aliquid habeat simul, quod factum sit, quo significato putridam febrem vocamus *fientem calorem*, quoniam nondum accrescit eo in illa calor vt æqualitate partes omnes possideat, licet hoc fiens, *vt mox docebo*, rationem & partem quodammodo facti habeat, intemperamenti: Et tamen hæc differentia inter calorē factum & fientem, quod fiens, prout huic opponitur, id est, qui nondum corrupit: neq; destruxit naturalem temperiem partis, cui inest, sed adhuc ipsam corrumpit, & subuertit. Ita vt partes frigidę naturę beneficio possint temperamentum ad antiquum statum reducere: factū verò iam ipsam corrupit, & destruxit, nec amplius est in subuertēdo. Quod probauerat Gal. *lib. 1. de præsag. ex pul. c. 4. & l. 3. c. 1.* At intemperamentum medium partem habet fientem, & partem etiam factam, ac insuper partem futuram. Quippe quod in ipso fieri aliquid factum habet, quo terminum retinet, & morbus efficitur, ac in salubritatem agit, & facta caliditas nuncupatur, non tamen sub ratione habitus, sed habitudinis tantum. His habitis, factum hoc significatu accipitur pro ratione formali febris; nam quatenus à proximis causis calfacientibus fit, & dependet, semper fieri dicitur, nisi causa in habitu quoq; sit, *vt mox disputaturus sum*.

Febris natura in calore consistit.

Sed vt hæc clariora euadant, iterum ea repetere clariori & vtiliori stylo studui. Certum enim est, febris naturam in calore consistere, verùm nō parum refert, *vt inquit Gal. in 1. de differ. feb.* si ea, quæ huic calori subiectum præstant, incalescere dicamus, aut incaluisse, seu calfacta esse: quæ sanè verba haud facile intelliges, ni priùs expenderis, calfactum esse in definitione Auicennæ multis modis vsurpari. Nam primo rationem habet primi, quod verbum non minoris est difficultatis: inquit enim: *Si enim accendatur febris accensione prima:* in quo verbo sita est affectus seu morbi natura, quæ primo actionē vitiat, quia factum est intemperamentum. *Secundo*, caliditas facta habet rationem causæ, quoniam in continuo est calfaciendi actu, haud secus quàm innata caliditas: ea enim ratione dicitur corpus febrile, & febrire. *Tertio*, facta caliditas dicit eiusdem causę firmam constantemq; fixionem à nullo dependētem, sed suis firmata radicibus, ita vt verè habitus difficile mobilis existat, vt calor cordis in febre hectica.

Calfactum esse, multis modis dicitur.

Pari quoq; ratione *Calfieri* seu *Incalescere* variè à Medicis vsurpari contingit: *Primo* namq; dicit suum effectum, hoc est, calorem. *secundo*, velut symptoma suam naturam ostēdit, cùm à particulari prodeat causa: *tertio*, continuam à calfacientibus causis dependētiam notat. Itaq; factum difficile mobilem dispositionem ostendit, & fiens dependentiam procul dubio designat: primum rationem morbi sortitur: secundum verò, causæ efficaciam habet.

Incalescere variè à Medicis vsurpatur.

Hæc autem qui expenderit, facile discet, qualenā naturam sit illud factum, quod febris & morbi rationem sortitur, nimirum, quod in solida cordis substantia inhæserit: in reliquis verò substantiis, nimirum in contētis & impetum facientibus, etiamsi calidum intemperamentum factum sit, solùm causæ rationem sortitur, nedum cùm fiens fuerit, quod in cordis substantia ita non est, nam etiamsi intemperamentum fiens sit (*quia necessum est aliquid factum habere,*) & à causis dependens, morbum circumscribere natum esse arbitramur.

Calor adhuc vt morbus sit, solidæ cordis substantiæ inhærere debet.

Licet omnibus sit in confesso, calorem in humoribus, qui vicem causæ gerit, factum debere esse, vt subsecutura febris putridæ nomen mereatur: & in spiritibus, vt ephemera sit, ac in partibus solidis, vt hectica, cum hoc tamen non leuis sese offert disceptatio, desumta quidem ex communi hoc Gal. & Medicorum omnium loquendi modo: quippe asserunt, differentiam febris sumendā esse ex calfactu eius partis (*ex continentibus, contentis, & impetum facientibus*) quæ febris speciem designat, cæteris tamen in calfieri positis, vt in ephemera incaluerunt quidem spiritus, incalescunt tamen humores & membra, & pari pensu de reliquis duabus febrium speciebus. Quanta quidem huiusmodi doctrina, quantumuis receptissima sit, secum afferat inconuenientia, iam audies.

Dubium.

Differentia febrium vnde sumenda.

*Primo* quidē, si ratio, propter quam febris ephemera ab omnib. facta appellatur, nulla alia est, quā quod spiritus habeat in calfacto esse; quorsum igitur, q̄ putrida est, ea lege non dicetur facta, si humores quoq; in calfacto esse, haud secus quā ephemera sortitur? *Præterea*, qua nā ratione humo sanæ mentis calorem humorum in putridis febribus factū appellare poterit, si certissimū est, coctionis munus esse in eisdem febribus compescere, & facere cessare putredinem? si igitur sistit putredinem, nondum factus est calor: tum quia quod factum putridumq; est, neq; infectum fieri potest, neque coqui, aut beneficium suscipere vllum: si verò suscepit & subsistit, procul dubio in motu erat, ac in via, non in termino & facto esse, vt hi auctores liberè asseuerant. *Item*, necessariò cōstat, calorem illum non debere esse factum, neq; adhuc in summo febrium vigore: inquit enim Hipp. *Dum pus conficitur, dolores ac febres magis accidunt, quam ipso pure confecto:* cessante enim putredinis motu & caloris actione, cessat quoq; febris, q̄ si calor extitisset factus, nō vtiq; moueretur, neq; in termino illo cessasset febris, sed tūc magis vigeret, quia esset in facto, q̄ est inseparabile ab hac febre, vt præfati auctores statuūt. *Insuper* id etiam videtur esse falsum, quia ex alteratione, quam natura infert in prædictos humores (*quæ necessario debet contrariari alterationi, quæ fit à calore præter naturam nitēte deuastare ac superare materiam illam*) nulla sequeretur tēporū morbi variatio, neq; diuersitas, quippe nulla alia ratione hæc distinguit Gal. quā ex maiori vel minori caloris actione: si igitur factus iam extitisset, vtiq; natura non valuisset eum pescere, neque mouere. *Vltimo* tamen, quis vsquam ob factum humorum, febris naturam seu differentiam ausus est circumscribere: siquidem febres non ex facto causarum, sed ex eo facto, quod circumscribit rationem morbi, sunt æstimandæ.

His habitis statuendum est, quod licet febrem putridam dictam sit obtinere calorem factum in humoribus, nō subinde sequitur, factam debere dici, vt ephemeram factam censemus: quia ephemera habet calorem factum, prout dicit independentiam à causa: Nam cum ea teneatur esse externa, aut interna: quæ mox euanescat, manifesta & leuis sit, protinus abit, & spiritus simul tāta cōflagratione succēdunt, & ea ratione iure optimo dicitur facta: quia calor cordis, q cōstituit rationē mor-

Solutio.

morbi, dependet à causa facta, hoc est, à simultanea spirituum successione: quod putrido febri nõ contingit, quia licet aliquid habeat factum & in A termino, non tamen id est in vltimo, sed in medio. Cum hoc tamen semper habet causam, quæ illud factum efficit, aliquid caloris de nouo producere, cuius ratione nequit calor dici independens, veluti is, qui in spiritibus febrium ephemerarum reperitur: quippe calor febrium putridarũ semper ob continuum caussæ influxum nouum gradum natus est producere. Qua occasione opus est coctione, quæ compescat illud fiens, ne factum fiat: in qua sane actione certissimum est, tempora morbi circumscribi. Itaq; licet tenendum sit, factum esse calorem in humoribus, qui febrem putridam constituunt, illud factum non dicit independentiam à causa, vt factum spirituum ephemerarum febrium, sed solùm qualitatem illam, quæ motu acquiritur, quæ sufficiens est, separato agente permanere ac denominare subiectum. Cuius occasione dixerat Gal. *Vnamquamq; causam absistere prim, deinde ad eam, quæ facta est, discrasiam peruenire.* Quibus verbis constat, simul cum eo, quod factum est, esse adhuc causam, quæ nõ cessat pro- B ducere, augereq; calorem, motum continuans, vsq; dum agentis forma introducatur, saltem ea, quæ omnino separata causa diu permanere possit, vt in hectica contingere scimus. Qua etiam ratione ephemera febris homotona & *facta* dicitur, quod nullus alius caloris gradus neque nouum augmentum in ea acquiratur, quatenus ad caussam attinet, quemadmodum in febribus putridis, vbi nouum augmentum & noua succensio ob causæ præsentiam conspicitur.

Hectica & ephemera quare factæ censeantur.

Quibus exacté pensatis statuendum est, febrē hecticam & ephemeram ob id factas cēteri, quod à causa facta & independente proficiscantur potius, quàm quòd calor substantiæ solidæ omnino & æqua lance in vtraq; independens haberi debeat. Est tamen differentia, quod calor substantiæ cordis & membrorum in ephemera, licet aliquid (*quantumuis paruissimum sit*) habeat factum, siquidem rationẽ morbi circumscribere tenetur, fientis tamen plurimum habet in prędicta cordis sub- C stantia, etiamsi spirituum calor independens existat, nullam que capessat intensionem. At calor cordis, & membrorũ, in hectica omnis factus est, nihilq; habet fientis, nullumq; gradum vlterius acquirit, neq; augmẽtum: & cum hoc haud secus est affectus factus ratione causę factę, ac ephemeræ calor. Nam à calore, q factus est in cordis substantia, nullamq; habet a causa depẽdentiam, dependet in conseruari membrorum calor, vt apertissimis verbis diffinitio Auicen. profitetur: *Est enim febris calor extraneus accensus in corde, procedens ab eo in totum corpus, mediantibus venis & arterijs.* Quib. verbis euidenter cõstat, febrilem totius corporis calorem, à cordis calore, veluti à causa cõseruante conseruari, cum hoc tamẽ nullum gradum caloris auget cor, quia causa facta est. Quod sanè videtur esse rationi consonum, quia, vt febris duo habet subiecta, puta, *cor, & vniuersum corpus*, ita perfecto duplicem habet rationem differẽtiæ, siquidem subiectum constituens accidens in esse, in diffinitione accidentis, vt dictum est, habet vicẽ differentiæ. Sic enim febris potissimum suæ natu- D ræ rationẽ desumit à corde. Nondum enim febris

Febris potissimum naturam sumit à corde.

Febris duplicem habet differentiam.

est (*inquit Gal. loquẽs de calore præter naturam*) donec cor apprehendat: postmodum verò calor totius corporis, qui parum ante solum caloris pręter naturam nomẽ tuebatur, iam febris factus est. Quã quidem naturam à corde mutuatam esse inficiabitur nemo, sicut ab eodẽ mediante calore actuato cõditionem & naturam morbi communis, sub qua ratione totum corpus inter optimo statu sur in diffinitione. His habitis, statuendũ est vlterius, febrem hecticam calorẽ habere factum & independentem in substantia cordis, qui quidem vicẽ habet causæ factæ (*qualis erat calor spirituum ephemerarum*) à qua cordis independente temperie, ea, quæ facta est in membris morbi communis rationem præstans, continua emanatione adseruatur, vt diffinitio asseuerat. Quod etenim dogma verũ cuiuis esse iam monstrabo, si refractario non sit animo. Quippe qua ratione innatus calor partium omnium perpetua & generali quadã dimanatione ac dependentia à corde prodit, eadem prorsus calor præter naturam febrilis (*qui nil aliud est, quàm* E *idem mutet ad igneum versus, & partem vt naturalis & habitualis informat*) ab eodem proficisci tenetur eadem generali dimanatione. Argumento euidentissimo sunt extrema frigida in his, q epyala, syncopali, aut internarum inflammationum laborãt febre; vel in his, qui ea causa morti sunt proximi: quippe ob defectum huius generalis dimanationis à corde non solùm priuantur calore naturali, verùm & præternaturali, adeo vt omnino refrigerentur, quo cõstat, vtrunq; calorem ab ea parte disseminari. Verùm quia ratio febris generica est, calorem innatum esse igneum factum, ob id omnium membrorum caliditas mutator, quæ mutatio fouetur & conseruatur calore & influxu cordis. Attamẽ cùm certum sit, calorẽ substantiæ cordis nullam habere dependentiam in febre hectica, constabit profecto in eadẽ membrorum calorem hanc generalem à corde sortiri dimanationem. Cum hoc tamen non est credendũ, cor producere aliquẽ nouum gradum caloris præter naturam membris, neq; esse caussam augentem aut F intendentem ipsum, (*sicut calor humorum putridarũ in febribus, que productiuus est, & intẽsiuus,*) sed solum conseruantem, haud secus quã se habet in conseruatione caloris innati: vt constat, quia absente ob aliquã occasionẽ cordis influxu, partes, quas cumuis febricitare constet, frigidas conspicimus, siue cor nequeat calorem præ langoure diffundere, *vt in morientibus*, siue retrahatur, vt in internis inflammationibus, siue impediatur, *vt in epyalia. & similibus.* Et ob id prædicta dependentia in febre hectica non est, sicut ea, quæ reperitur in putridis, in quibus calor indies magis ac magis crescit, intenditur, & exacerbatur, quia caussa est in fieri: sed sicut calor ephemerarum, quæ ob calorẽ factum spirituum, (*quem causam factam appellamus, vt in hectica est calor substantiæ cordis*) qui nequit vllũ alium gradum præstare, sed semel præstitum tueri: qua sané causa ablata, vt protinus cessat ephemera febris, consumtis nimirum spiritibus, ita prorsus calore facto cordis ablato, cessabit etiam totius corporis intemperamentum, quantumuis fixum ex- G istat, quia cessabit generalis illa dependentia, & ex gradibus naturalis caloris iterum ad natiuum statum reducetur, iuuante nouo & naturali cordis influxu, *vt lib. de hect. feb. latius leges.*

Febrem occupare totum corpus, quare ponatur in febris desinitione.

Superest tamen vltimo differere, *quo differat calor intemperantia cordis, dum febrem non constituit, vt ira & labore, cum non vltimantur, ab eodem met calore vltimato, adeo vt febrem constituat.* Quod sane dubiũ licet facile non sit dirimere, sic enodari posse existimo: nimirum calorem dici non vltimari, licet intemperamenti & morbi rationem habeat, cum solum calor alteratur ad maiorem, modo diminuto frigore præexistente, modo addito calore. Quod expresse docuerat Auic. *fen.2.prim.doct.2.c.1.* dicens: *Calfacere autem simpliciter est, vt omnes humores secundum suas speciales remaneant naturas, sed plus fiant calidi*: quod sané de partium solidarum calore venit subaudiendum. At verò id est arbitrandum, solum posse dici *vltimari*, cum calor non modo alteratur, sed & mutatur: nam id revera est *vltimari*, quod est vltimam dispositionem acquirere, ad hoc, vt introducatur ignis natura; ea nimirum, quæ febrem constituere valet: est enim proximior dispositio ea, quæ febris est, igni introducendo, quam sit alia ex his, quæ constituunt calida intemperamenta. Quo fit, vt hæc sola dicatur *vltimari*. & rationem febris sortiri, quæ dispositionem hãc igni proximam & magis affinem susceptat: nam aliud est calorem intendi, & à medio deflecti; & aliud, in igneam mutari naturam.

292 A — Calor febrilis quid differat à calore iræ ac laboris.

B

Quibus omnibus euidenter iam constare arbitror, diffinitionis Auic. verba veré naturam febris exponere; nimirum, *calorem esse, & eum præter naturam*, talem q́ue fieri, vt Gal. diffinitio manifestat, cõuersione natiuæ caliditatis ad igneam naturam. Item procedet à corde, tanquam à primo & potissimo subiecto: in totum corpus extendi ex natura febris, quæ morbus est communis, ac ex officio cordis & vitio etiã actuati caloris mediãte sanguine & spiritu. Præterea ex natura caloris, qui efficitur extraneus, constat, actiones necessario plures aut omnes lædi; siquidem innatus est auctor aliouqui omnium. Quod vero lędantur, emanat ab eo intemperamento, quod vltiman antea diximus, quia non est sicut caliditas iræ & laboris, sed adeo intensa & radicata, quæ veluti habitualis facta vicem habet formæ, & ob id nata est actiones euertere, sicut dum secundum naturam erat, efficere.

Febrilis calor quare lædat actiones, & quasi plures, aut omnes.

C

---

*LIBER SECVNDVS.*

# DE FEBRIVM DIFFERENTIIS.

TAM est ratio seu lex diuidendi in quauis arte necessaria, & potissimum in hac nostra, vt citra ipsam morbos methodo & ratione nosse, distinguere & curare nullo modo possis. Nam tot sunt curatiuæ artis indicationes, quot morborum ideæ & species: quas equidem nisi certo numero, beneficio diuisionis comprehendas, difficulter & cæcutiens nosces & curabis. Quo fit, vt sapienter videatur dixisse Galen. dum scribit: *Quicquid autem in aliis secus a multis Medicis in morborum curationibus delinquitur, primam maximamq; causam id habere videtur diuisionem.* Qua ratione perito Medico incũbit diuisoria methodo probe vti: quam profecto eam esse arbitranur, qua potissimum ad differentias vsq; infimas genus diducitur. Ita vt ex sententia Platonis à primo maximeque generali per medias differentias, quibus diffinitiones specierum constant, ad eam, quæ nullam amplius sectionem admittat, deueniendum sit: sic nos in diuidendis febribus ea prorsus diuidendi ratione vti studebimus. Ante cuius doctrinæ explanationem, censeo magni fore momenti, *quibus modis rem aliquam ab alia differre contingat*, docere, quo facilius quisque ad diuidendas febres accedere possit. A principio enim huius operis dictum est, ex similitudine diuersorum indiuiduorum colligi, constituique vltimam speciem, quam *specialissimam* Iuniores appellant, Porphyrium secuti, & Galen. *lib.1. de differ. febr.* Præterea ea similitudine specierum constituitur quoque genus vsque ad supremum. Qua ratione censeo, ab Alex. Aphrod *lib. de Anima*, dictum fuisse, *speciem esse tenuem similitudinem indiuiduorum, & genus magis tenuem specierum*. Sic profecto ex diuersarum febrium similitudinibus diuersæ pullulant earum species, & ea vna similitudine, qua omnes conueniunt, vnicum resultat genus, nimirum calor præter naturam.

D

Diuisionis quãta commoda.

Methodus diuisoria quid.

Species vltima vnde colligatur.

E

Genus summum vnde colligatur.

Verùm in consignandis differentiis, quibus genus in varias species distribuitur in febrili calore, antiquiores Medici non parum errarunt, *vt euidenter probat Galen. lib.1. de differ. febr.* Nam eorum multi eo errabant, quod licet recenserent essentiales differentias, omittebant tamen aliquas ex illis: alij substantialibus admiscebant ex accidentalibus aliquas, desumptas quidem á parte affecta, vel ex adiuncto symptomate: rursus alij omnium pessimi omittentes essentiales, solas accidentales adduxerunt. Itaque eorum primi defecerunt in numero, secundi superfluis abundarũt, & vltimi errarunt sumentes alienas pro propriis. Sic ex eis pauci diuiserunt genus in species: sed diuisione abutentes, accidentaliter partiti sunt febres omnes. Verùm licet in methodo diuisionis prædictas differentias inutiles & vitiosas esse constet, vsui tamen medico summopere sunt necessariæ, & ob id, qua potero breuitate, earum vsum hac in parte monstrabo.

Medicorum errores in constituendis differentiis febrium.

F

Sunt profecto inter auctores, qui febrem diuidant, prima sui diuisione, in febrem *Morbum*, & in febrem, quam *Accidens* appellant. Quæ sané diuisio abusiue febri adaptatur, cum febris suapte natura accidens aut passio minime esse possit; siquidem vna febris ratio est, ipsam esse affectum, quem de genere permanentium esse antea diximus, & ob id constat, non esse accidens, aut passionem, quorum essentia in successione & dependentia consistat. Præterquam quod præd. febres omnino ablegat Galen á febrium natura, *vt probat 4. aphor. 66. & lib.1. ad Glauc. cap.3.* dicens: *Reliqua vero febres nonnulla ex humoribus accenduntur, & qua ex inflammationibus fiunt, sunt veluti quadam accidentia partium phlegmone laborantium, & morbus magna ex parte ab instrumento patiente denominatur, vt phrenitis, aut peripneumonia, atque pleuritis, & aliquid tale.* Et rursus cap. sequent. inquit: *At qua ex humorum putredine febres accenduntur, hæ ipsa nominantur febres, & sunt, non accidentia morborum, sed ipsa morbi.* Quibus constat, Galen. reiicere prædictas febres a ratione optimæ diuisionis, maximè cùm *lib.7. aphor.42. & 4.73.* statuat,

Diuisio I. in febrem morbum & febrem accidens.

G

Febris nulla est accidens.

tuat, eum, qui citra inflammationem febricitat, A verè dici febricitare, aut febre laborare, reliquos verò secus, & taxat an[illegible]quos, quod huiusmodi febrium differentiam statuerint, licet aliquando ex aliorũ & Hipp. mẽte easdẽ admiserit, *vt de Praxagora refert* Verũ ex propria mente eas negat, 7. aph. 42. dicens: *Atq; in ipsis febrium scripsere differentiis Ephialen, & lyppriam, eladem, & typhodem, pestilentem, & ardentem nominantes: hepaticam autem febrem, vel lienosam, aut pulmonarã, aut lateralem nemo dixit.* Qua sententia apertissimè videtur distinguere præd. febres à febrium diuisione. Verùm licet hæc diuisio longè distet à febris ratione, cum hoc tamen, si eius consideratio in veram medẽdi rationem dirigatur, non solùm vtilis erit, verùm & necessaria. Quippe certissimum est, huiusmodi febres solum diligentia morbo adhibita, curari: quod in pleuritide & aliis inflãmationibus facile est colligere.

Diuisio II. in Factam & Fientem.

B Diuiduntur etiã febres in *Factas & Fientes*: quæ sanè diuisio calori conuenit potius, qua habitus est, & dispositio, quàm vt passio est, vel passibilis qualitas; & ea ratione maioris est momẽti, quàm cùm calor consideratur, vt calor est: Sic profectò, dum calor factus est, diuersam habet medendi rationem ab ea, quam expostulat, dum fit. Quæ enim sunt præcauere, quæ vero fiunt, impedire: quæ autẽ facta exsistũt, ex toto auferre conuenit.

Diuisio III. in simplicẽ & compositam.

Alij rursus febrem diuidũt *in Simplicem & Compositam*, quæ sanè diuisio licet de febris ratione nõ sit, tamen vsui Medico haud parum vtilis exsistit. Aliis enim auxiliis, quæ simplices sunt, febres curari expostulant, aliis verò compositæ: quippe hæc composita desiderant auxilia, & considerare iubent, quid sit alterius causa, & an alterum ab altero depẽdeat, vel an diuersa habeat principia.

Diuisio IV. in breues & diuturnas, lentas & acutas.

Omnes fere auctores inter alias febrium partitiones annumerant eam, qua diuiduntur in *Breues & diuturnas, Acutas & lentas*: quod non leui consideratione factum esse suspicor, siquidem maiorẽ C institutionis victus partem ex hac diuisione pendere certum est: dum enim morbus breuis est, aut acutus, tenuissimam victus formam expostulat, sicut dum diuturnus, crassiorem, quantum nimirum naturam possit vsque ad statum, ne statim primo accessu vel naturam opprimamus nimia copia, vel tenuiori victus forma dissipemus.

Diuisio V. in continuã & intermittentem.

In *Continuam* item & *Intermittentem* pleriq; febrẽ diuidunt, & harum quãlibet in multo plures ordinatas, aut ordine carẽtes, & mille aliis mutationibus & accidentibus insignitas. Quod profectò ex vsu est, tum ad cognoscendam partem, in qua humores putrescunt, tum verò ad heterogeniatem ac diuersitatem humoris dignoscẽdam. Præstat insuper eadem diuisio ad præsagandi munus probe exsequendum: *quocunq; enim modo intermiserint*, inquit Hipp. *periculum abesse significat*: ex vsu quoq; est ad curationem, & ad rectam victus administrationem. Quæ sanè diuisiones etsi non sint generis in proprias species, nihilominus tamẽ vsui medico summopere necessariæ exsistunt.

Febris diuisio, & diuisionis ratio, quam Gal. ex Hippocr. adducit.

D His iactis fundamentis, docere nunc expedit, quo diuidendi genere vsus fuerit Galenus in dissecandis febribus, & quantum habeat veritatis, quo facto, ne videat ab antiqua Galeni doctrina omnino discessisse, meam sententiam ingenuo animo scribam. Pollicetur itaque hic auctor, se febres diuisurum per differentias substantiales, & maximè proprias, taxatq;, vt dictum est, solitem potis Medicos, quod in febrium diuisionibus accidentales adduxerint, aut inutiles, cæteris postlıabitis. Fatetur insuper, formam diuidendi per substantiales differentias ab Hipp. sumpsisse, lib. 6. *popu. par. 1. com 29.* quo loco Hippoc. hæc refert verba: *Febrium hæ quidem manui sunt mordaces, illæ vero mites: hæ autem non mordaces quidem, sed post insurgentes. Aliæ vero acutæ, sed quæ manui succumbunt. Aliæ statim ardentes, quædam semper pusillæ & siccæ, quædam salsuginosæ, quædam inflatæ, aspectu graues, nonnullæ ad tactum humectæ, nonnullæ vehementer rubicundæ, aliquæ vehementer pallidæ, aliæ liuidæ, & alia huiusmodi.* Qua quidem sententia, vt Galeni E etiam mens est, multi in quatuor partitiones diuidunt omnes differentias ab Hippoc. eo loci numeratas: quarum tres primæ prodeunt à Caloris modo, à Motu, & à Materia, cui calor ille præter naturam inhæret: quarta vero ab his, quæ per accidens febri succrescunt, cuius naturæ est calor.

Febrium ex Hipp. quatuor partitiones.

I. *Prima* igitur partitio, quæ fit secundùm differentiam causarum internarum, innotescit penes diuersum modum afficiendi tactum, & ob id quadruplici membro constat. Quippe ex febribus aliæ sunt *Manui mordaces* semper & à principio: aliæ verò *Mites*, & minimè mordẽtes tactum. Rursus aliæ *Non mordaces* primo manus accessu, sed post *Insurgentes* paulatim mordacitatẽ acquirunt: aliæ contrà *Acutæ* & mordentes prima manus admotione, sed paulò post veluti à manu *deuictæ*, sensim mordacitatem deponunt. Ex qua diuisione non solùm constat febrium differentia ex caloris modo, verùm & materia, in qua talis calor accenditur. Quippe bilis ac melancholiæ succensæ calor acris est, & mordax, ob innatam siccitatem: F cæterum bilis acrimonia, quod tenuioris sit substantiæ, protinus ab ipsa manu deuincitur, melancholiæ verò diu perstat. At sanguinis & pituitæ calor mitis & suauis apparet, sed sanguinis suauior: nam pituita ob contractam putredinem nõ omnino mordacitatis est expers, sed postmodum insurgit persistente manu.

II. *Secunda* Hipp. partitio est, in qua febres quædam sunt statim *Vrentes*, & aliæ semper *Debiles*, quod illis accidit ea motu caloris, cui munus est, iuxta sui efficaciam motum constituere lentum vel celerem, & sic acutas aut diuturnas constituere febres.

III. *Tertia* & vltima partitio (*nam quarta parui est momenti, & vt mea mens tenet, huic tertiæ reducibilis*) ea procul dubio est, qua febres diuiduntur in *Hecticas, Ephemeras, & Putridas*. Inquit enim Hipp. *Siccæ, aliæ autem salsuginosæ, aliæ pemphigodes*, hoc est, *inflatæ, seu ampullosæ. & aspectu graues: aliæ autem ad tactum humectæ.* Sic etenim hecticas febres comperimus corpus siccum, ac veluti salsum reddere, & mordacissimo calore, quem tactus diiudicat, contrahe lactum, haud se G cus quàm gustus salsugine mordetur. Inflatas verò, & adspectu graues, magnæ auctoritatis viri putridas nuncupatunt, & eas maximè, quibus innascuntur pustulæ ad modum ampullarum, quo reddũtur adspectu graues. Verùm quę tales sunt, non solùm adspectu graues exsistunt, verùm & reuera; sed harum quam paucissimæ apparent: quinimo reperiuntur quam plurimæ adspectu mitissimæ, quæ grauiores sunt, & perniciosiores. Quo fit, vt mihi non displiceat eorum sententia, quæ tenet, per has febres solùm subaudiẽdas esse ephe-

Febres pemphygodes sunt ephemeræ.

tatus, varias suscipere differentias, easq; prædicto modo essentiales. Verùm quod præter naturam omne varium sit & dissimile, probatũ est ex Gal. loco in argumenti primi responsione. Ex quib. cõstare arbitror, febrilem calorem, nõ quatenus calor est, sed quatenus præter naturam, in varias dissecari species, sub ratione affectus præter naturã, essentiales: quæ enim ratione Arist. in prædicamẽto qualitatis calorem, vel quamuis aliam qualitatem in diuersas illius prędicamenti species ob diuersam & specificam rationẽ dissecuit. Nam hæc differentia qua constituimus calorem præter naturam, licet sit (*vt calor est*) eiusdem entitatis cum calore, vt passibilis qualitas est, non tamen est eiusdem entitatis, vt habitus existit, & ob id potest prædictas diuisiones suscipere, quas vt passibilis qualitas nequit.

Ad tertium. Et licet intensum, & remissum, ac motus etiam caloris non possint sub ratione prædicta essentiales differentias caloris constituere, possunt tamen sub ratione morbi, seu præter naturam, quemadmodum hoc exemplo haud obscure constabit: *Corripiatur quis calore aliquo intensiore naturali, qui tamen nondum actiones vitiet: postmodum addatur illi aliquis caloris gradus, quo actiones vitientur: constabit profectò, hos calores esse eiusdem speciei sub ratione caloris, licet alter altero sit intensior: nihilominus tamen sub ratione morbi & præter naturam, nulli fore dubium arbitror, quin longissime inter se differant, quia primus non denominat subiectum, secundus verò efficit subiectum febrile, licet calores inter se specie nõ differant.* Cum hoc tamẽ dicet aliquis dum *vtraq; caloris intensio morbosa est, nõ prodire morbos specie differentes, quia maior morbus non differt à minori, dum vtriusq; natura sit vna: quippe febris ardens intensa non differt specie ab ardenti remissa.* Cui dubitationi dicimus, intensum & remissum duobus modis posse constituere differentes species: *Vno* essentiales, eo modo quo dictum est: *Alio* verò accidentales.

Intensum & remissum duobus modis differentes species constituunt.

Quippe licet causoni ex accidenti sequatur maior aut minor intensio: verùm cum hoc spurium constituit remissus calor, & legitimum qui intensior fuerit. Quippe febris putrida pestilens specie differt à putrida ardenti, & tertiana exquisita, ab ea, quæ ob remissiorem calorem spuria seu illegitima dicitur. Neque obstet calorem esse diuersimode intensum in diuersis vnius morbi temporibus: nam talis morbi natura constat; & conflata est ex illa graduum disparitate, quæ varia concitet, & distinguat in ipso temporat non quidem varios morbos, quia actionum lęsionis ratio (*quod est morbi formale*) vna est tantũ à principio ad finem: nam prædictæ differentiæ, *vt iam propositum est*, non prodeunt à calore, quatenus talis est, sed quatenus est prętet naturam. Alia quippe est ratio formalis morbi febrilis, dum calor ille afficit actionibus acrimonia, alia quatenus sola intensione, & alia cum à principio mitis est, & mox crescit, ac pari pensu de singulis differentiis ab Hipp. numeratis: nam quęlibet sub ratione peculiaris præternaturalitatis suam nanciscitur febris rationem ab alia diuersam, ob varios læsionis actionum modos, q variè à gradibus vel qualitatibus caloris, vel differentia materiæ, cui ille calor inhæret, corpori succrescunt. Sic enim sola hac ratione Arist. venari docuit varietatem ac differentiam potentiarum, nimirum, ex actionũ varietate ac diuersitate: quo fit, vt pari ratione diuersas ideas & species morborum ex diuersitate læsionis actionum venari tueamur.

Ad quartũ. Quarto argumento respondendum est, Calorem non considerari apud Medicos vt calor est, nam hac ratione eandem habet in diuersis subiectis formalem rationem, sed sub ratione præter naturam, cuius occasione non eadem est eiusdem formalis ratio in diuersis subiectis, sed varia, iuxta differentias, excessus, aut defectus, quos pati potest facta collatione ad calorem secundũ naturam, aut ad temperamẽtum iustitiale. Quo fit, vt argumentum nihil probet.

Ad quintũ. Hinc pendet etiam ad quintam rationem respõsio: nam in calore febrili variatur formæ ratio ad subiecti mutationem, quinimo iuxta materiæ diuersam conditionem diuerso modo introductus calor informat, & tanquam præter naturam lædit diuersa ratione actiones. Quo fit, vt licet calor sub hac ratione sit vnius naturæ, sub conditione tamen præternaturali diuersimode informat materiam illam: ex qua diuersitate prodeunt diuersæ febriũ species. In qua re auctores Neoterici Gal. mentẽ de febrilis caloris materia varie exprimont: quippe autumant, & non sine ratione, diuisionẽ per subiectũ caloris à Gal. traditam non esse febris diuisionẽ, sed solum caloris præter naturã, & hanc differentiam maxime propriam esse censendam, quia vsui Medico summopere conducit. Alij quidem arbitrati sunt, & falso quidẽ Gal. per *continentia, contenta, & impetum facientia*, materiam febris intellexisse: quod falsum omnino est, quia aliud est considerare febrilis caloris subiectum, aliud verò materiam: Gal. quidem non diuisit febres per continentia, contenta, & impetum facientia, tanquam per materiam, sed solum tanquã per subiecta, quibus calor præter naturã inhæret. Sed de his satis.

Febrium diuidẽdarum per differ. essent. vera ratio ex mẽte auctoris.

Incumbit nunc veniorẽ iudicio nostro doctrinam, iuxta rationẽ diuidendi febres docere, non posthabitâ pręfata Gal. doctrina: quippe sequar in eis diuidendis eius potius mentem, quam verba; & explicabo, quæ ipse & Hipp. de substantialibus febrium differentiis scripserunt, clarius fortan & verius. Quæ omnia, vt, sicut polliceor, exsequi possim, præmittenda sunt multa huic mysterio summopere necessaria.

I. Vt ergo hæc & reliqua, q̃ dicturus sum, clariora euadant, & constet etiã, qualis sit proprior diuidendi ratio, & methodus, & an differentiæ à Gal. assignatæ sint maxime proprię, & essentiales: expendendum est, triplicis esse naturæ & cõditionis id, quo alterum ab altero differre compertum: quippe aut substãtia est rei & essentia, aut proprium aliquod accidens, quod naturam rei consequitur: aut accidens commune, quod generali & communi quadam ratione rei naturam patefacit. Sic proculdubio iuxta hanc trimembrem rei diuisionem triplex quoq; erit differentiarum modus: *Vnus* ab ipsa rei substantia seu essentia deromptus, qui proprias differentias constituit. *Alter* à propriis accidentibus, quæ proximas prædictis constituunt differentias: *Tertius* verò à communibus accidentibus, quæ differentias à communi quadam ratione acceptas constituunt, non quidẽ proprias. Itaq; primus modus constituit *essentiales* differentias, quas iure optimo ob id *essentiales* arbitramur, quia in eis id quod diuiditur fit aliud:

non solum quidem efficitur alteratum, quod sane aliud cum sit relatiuum diuersitatis substantię, nil aliud sonat, quam diuersitatem in substantia. *Secundus* autem *& tertius* constituunt *accidentales* differentias, tales ob id appellatas, quod earum ratione id quod diuiditur reddatur alterũ seu diuersum: & cum alterũ seu alteratũ tantum sit relatiuum diuersitatis accidentis apud Philosophos, differentiæ, quæ id efficiunt, solum dicuntur accidentales, seu diuersitatis. Itaq; differentia faciens aliud, specificam consequitur rationem: faciens verò alterum, solũ efficit differre secundũ quid, hoc est, secundum illud accidens in quo differẽtia sita est. Præterea differentia illa dici meretur *substantialis*, quæ præter id, quod constituat aliud, nõ est susceptiua magis & minus: accidẽtalis è contra nata est magis & minus suscipere. Item differentia essentialis addit supra genus perfectionẽ aliquã; B accidentalis verò quid accidẽtale tantummodo. Quibus iam constare arbitror, qualia naturæ futura sit diuisio, quę per differentias essentiales fieri debet, vt cum opus fuerit, ea in diuidẽdis febribus vtamur.

Differẽtiarum modus triplex. Differ. essẽtiales. Accidentales.

II. Est quidem secundum fundamentum, calorem, dum à modo recedit in nostris corporibus, duplici circa vsu parti à Gal. *Primo*, pro calore præter naturam: *Secundo*, pro calore febrili, qui præter id, quod præter naturam etiam est, morbosam & febrilem præstat toti corpori affectionem. Potest quidẽ corpus esse calore præter naturam affectũ, cum hoc tamen non febrire. Quapropter statuendum est, calorem pręter naturam optime posse diuidi per sua subiecta, nimirum, per *spiritus, humores & solida membra*: quo significato calor sic distributus non habet rationem febris, nec valet ipsam in species dissecare, sed solum præstat rationem proximæ causæ. Quamobrem merito dixit Gal. *lib. 1. de different. febr. cap. 1.* differentias huius caloris à materia desumtas potius esse caloris præter naturam, quam febris: quippe hæc sunt eius verba: C *Quæ vero differentiæ à materia sumuntur, in qua calor ille præter naturam consistit, maximè propria caloris præter naturam differentiæ sunt. Itaque calor qui præest in humoribus, spiritibus, & solidis corporis particulis, solum præstat rationem caussæ habito respectu ad febrem: non quidem febris, quæ morbi rationem habet, qua caret calor humorum & spirituum. Calor verò qui verè febrilis caloris nomen meretur, is solum censeri debet, qui in cordis substantia præter naturam efficitur*: ex quibus constat, diuisiones caloris per tria subiecta non esse febris essentiales & maximè proprias, sed solum caloris, vt præter naturam est, non quidem vt febrem constituit: siquidem vnus tantum calor est, qui eius naturam pręstat, ac ex consequenti, ab eo solo, aut eius differentiis, si quas habet, necessario dependere tenentur febrium species, *vt mox firmo probabimus*. Sic profectò, *vt ex mente Galeni antea dictum est*, D calor præter naturam, siue in humoribus præsit, siue in spiritibus, febris rationem non obtinebit, nisi à prædictis substantiæ cordi accedat, in quo calor ille febris sortitur conditionem; non quidem in spiritibus aut humoribus, qui intra ipsum cor vagantur, sed in ipsamet cordis substantia, in qua sita est ratio & natura febrilis morbi, in reliquis verò caussæ solum conditionem habet. Verùm quia circa notitiam huius caloris præter naturam siti in humoribus & spiritibus, vel reliquis corporis particulis, neq; febrilem naturam nosse, neq; curare est possibile ob id ignorum, hoc est, febrilem cordis calorẽ per notius docuit Gal. cognoscere: statuens, tot esse febriũ species, quot sunt subiecta illa caloris præter naturam. Non quidem, quod illa sit differentia à rei diuidendæ substantia desumta, sed solum à caussæ proximæ differentia. Neq; rursus erat diuisio per subiecta caloris febrilis, siquidem subiectum caloris præter naturam, vt formale febris dicit, cor est, in eoq; tantum solida substantia, non humores aut spiritus intra ipsum, aut alicubi contenti. Sed forsan E his auditis dubitabit aliquis & merito, *si febris solum est mutatio innati calidi ad igneam naturam (vt re[illegible] est) & hoc innatum calidũ (vt dum conuertitur, morbi febrilis rationem præstat) continet solidis, & vincentibus partibus cordis inest, proculdubio febris nullas per subiecta aut materiam, vt aiunt, caloris præter naturam suscipiet differentias, siquidem & cor, & eius innatum calidum vtrum subiecti tantum rationem præstant, contentia verò tam tum & vaporum facientia solum caussa*. Cui dubitationi respondendum est mox iacto tertio fundamento fusissime, nam eius enodatio sita est in explicatione mentis nostræ, & in inuestigandis febrium essentialibus differentiis, & à materia, & ab ipsa rei diuidenda substãtia desumtis. Interim tamen sciendum est, cor licet vnum sit potestatiuum, tamen esse non simpliciter totum vnum essentiale, sed potentiam habet ad susceptandas differẽtias aptas febrium speciebus efformandis, *vt paulo inferius monstrabimus*.

Calor alius est præter naturam, alius febrilis.

Calor præter naturam etiamsi per subiecta diuidi possit, non tamen habet rationem febris.

Dubium.

Solutio.

F III. Sit tertium suppositum, quod tanquam verissimum recipiendum indubitatum est, differentias maximè proprias & essentiales vniuscuiusque accidentis, ac ex consequenti febris, sumendas esse à subiecto seu materia, cui accedit illud accidens, seu prædictus calor febrilis. In quo dogmate probabimus primo, prædictas differentias esse maxime *substantiales*, postmodum qualis naturæ & differentiæ sunt subiecta hæc in cordis substantia, vt variæ etiam suboriantur febrium species: & primò *an spirituum humorum & partium solidarum calor præter naturam, aliquid conferat, ad constitutionem prædictarum febrium specierum*. Primum probatur, quia *vt ex Arist. conf. 7. meth.* quæuis forma duplex habet esse, alterum *Essentiæ*, reliquum verò *Existentiæ* seu inhærentiæ. Sic profectò huiusmodi calor præter naturam, & quoduis aliud accidens duplex habet esse essentiæ suæ, qualisqualis ipsa sit, vnum, & existentiæ seu inhærentiæ in subiecto aliud. Et cum accidentium præcipuum esse, & quoad nostram cognitionem potissimum sit inesse, iuxta hanc essentiæ rationem, aptitudinem habet calor præter naturam diuisioni aptã: nam ex eo, quod alicui subiecto inhæret, differẽtias essentiales, iuxta inhærentiæ essentiam suscepiat. Quippe differentiæ ab inhærentia à materia G desumtę, non solum reddunt ipsum diuisum, hoc est calorem alteratum, sed etiam alium, ea differentia, quę addit supra genus perfectionem & cõditionem singularem, & specificam: quippe efficit ipsum præter naturam & febrilem, quæ ratio formalis & distinctiua est caloris, vt ex operantibus constat, præterquam quod ex materię, cui inhæret, conditionibus (*etiam dum præstat rationem caussa, vt cum e[illegible] in spiritibus aut humoribus*) calori substantiæ cordis, in quo sita est substantia febris,

Febrium differentiæ essent. & maxime propriæ, sumẽdæ sunt à materia & subiecto, cui accidit febris.

acce-

297 A accedunt conditiones ita efficaces & potentes, vt natæ sint febrium species in longe dissidentes immotare, & ob id Gal. considerans tanquam medicus totam rationem, qua actiones læduntur in febribus, febrilem morbosum'q; calorem prouenire ab esse exsistentiæ rectè iudicat, & neque diffiniri, neq; diuidi commodius & essentialius alio modo posse, quã per subiecta, eo quod ipsa subiecta informantur caloribus vario modo immutantibus tactum ac officientibus actioni. Namq; licet esse accidentis nõ varietur ex diuersitate subiecti, varietur tamen esse exsistentiæ, ad cuius varietatem varias essentialesq; subsequi differentias, rationi

*Febrium subiecta quæ.*

B est consonum. Hæc tamen est differẽtia inter meam & Gal. sententiã, quod ipse arbitratus est subiecta hæc in febribus esse continentia & contẽta, atq; impetum facientia (*licet, vt dictum est, hæc solum caloris præter naturam subiecta, quæ causæ rationem habent, liceat appellare:*) cum hoc tamen censemus calorem in prædictis substãtiis inhærentem, non parum præstare ad differentias febriũ perficiendas. Nos tamen arbitramur, febrium differentias, non à prædictis subiectis, sed ab his quæ cordis substãtiam complent, petendas fore, vt mox sum probaturus. Sed probatur adhuc apertius prædictum axioma de caloris exsistẽtia in subiecto, quia cum ad veram cuiusq; febris essentiam prærequiratur calorem esse factum in aliqua ex substantiis, quæ nostrum corpus & cor etiam constituunt, & esse factũ calorẽ, nihil aliud sit, q̃ quod illa substantia cui inhæret, informetur illo calore præter naturã tanquam noua forma, quę mutare valet speciem: & cum solum inhęrere possit dispositiue vel habitualiter, fit profectò, vt in genere hæc sit prima, & communissima febris diuisio, *vt ex Gal. patet*, qui in factas & fientes primo febres diuisit: Ex quo etiam fit, quod idem et calor ex diuersa hac ex

C sistendi seu inhærendi in subiecto ratione, qua vtitur in diuersis subiectis, quæ diuerso modo informat, diuersas constituat febrium differentias. Atqui non solum id est verum in diuersa materia, verum & in eadem cum intenditur, ita vt diuersas quoq; pariat febris species, nam si calor adaugeatur duobus gradibus ex diuersa inhærendi ratione, ij duo gradus diuersam constituunt morbi speciem, etiamsi in eodem fuerint subiecto. Quibus præmissis manet probatum, veram esse hanc diuisionem, quod etiam probatum repertes *libr. 5. 3. difficilis*, quo constat differre ex modo, quem cunctabit habitus, quantumuis corporeus sit, à dispositione per facilitatem aut difficultatem remotionis à subiecto: quod spectat ad rationem essentialem differentiæ habitus, & dispositionis, *vt constat ex Arist. cap. de qualitate*, vbi statuit, *morbum ob diuturnitatem ex dispositione conuerti in habitũ.*

*Dubium.* Verùm dicit aliquis, *si ex diuersi inhærendi modo calor febrilis diuiditur in tres species, sequeretur, ephemeram & putridam nõ differre:* quod patet, *quia in vtraq; calor in cordis substantia [solum] est in habitudine seu dispositione, non in habitu. At in hectica cum in habitu sit, constabit subinde duos tantum esse inhærendi modos, ac ex hoc*

D *sequentes duas solum febrium differentias.*

*Solutio.* Cui dubitationi dicimus, verum esse, calorem altero è duobus modis posse inhærere, vt febrem constituat, & in genere & in prima febris diuisione duas reperiri febrium differẽtias, in habitu videlicet hecticam, & in dispositione ephemeram & putridam. verum has duas inter se adeo differre, vt necessario sequatur tres fore differentias. nã calor factus qui est in humoribus, est semper dependẽs à sua causa, calor verò factus, qui est in spiritibus, independens exsistit. Quę sane non est leuis differentiæ ratio: quia ephemera plerumq; fit à causis externis, vel internis, quæ simul & affatim totũ suum esse communicant & simul in calfacto esse ponunt spiritus, ita vt opus nõ sit fouente causa, saltẽ dum cõstituitur febris ephemera in genere: secus res se habet de eius speciebus. Et sic rationi videtur consonum, tres esse ex materia differẽtias, quia in his tribus diuersimode inhæret calor præter naturam. Quare quamuis dependere aut

*Febris humoralis & ephemera esse conuenium in modo inhærẽdi subiecto, differunt tamen specie.*

E non dependere solum importet aliquam relationem in effectu, qua causam respicit, tamen eo q̃ dependens nondum assequutum est integram perfectionem, ac independens iam acquisiuit, succrescit ex his modis in vtroq; prędicta differentia, vt inter duo indiuidua accidentis eiusdẽ speciei.

*Differt ex materia tres.*

Vt ea quæsita differentiarum omnium febris constet propria ratio, statuendũ est, calorẽ præter naturam tribus modis cõsiderandum fore. *Primo*, vt est substantia innati calidi versa ad ipsam naturã, in quo sita est omnis febrilis morbi ratio. *Secundo*, vt inhæret materiæ, nimirũ spiritibus, humoribus & partibus solidis, in quo quidẽ sita est omnium causarum proxima [..] febris ratio, diuersitas, & natura. *Tertio* verò & vltimò solum consideratur vt calor præter naturam, in qua differentia, penes modum ipsius, motum, & accidentia contemplari oportet, qua hęc omnia nata sunt ipsum reddere præter naturam.

*Calor præt. naturam trib. modis cõsideratur.*

Circa primum, quia statutũ est à Gal. & Hipp. tria esse in calore præter naturam consideranda, quæ veluti genera quædam, quæ in varias postmodum species dissecantur, haberi debent: nimirum ipsam rei diuidendæ *Substantiam, & Inhærentiam caloris præter naturam* in spiritibus, humorib⁹ & partibus solidis, tertium *Modum* & conditiones caloris ipsius præter naturam, ideo profectò iam se offert disceptatio & modus, quibus constare deinceps arbitror, quanam ratione substantia caloris præter naturam, (*quem tanquam genus ad essentiales febrium differentias sumimus*) cum videatur species specialissima, per essentiales differentias vlterius diuidi possit. Qua in re expendendum est, febrem

*Differentiarum febris exquisita ratio.*

F nil aliud esse q̃ innatum cordis calidum, (*& subinde totius corporis*) id nimirum quod partibus viuentibus inest, ad igneam naturam versum. Item diligẽter cõsiderare oportet, in ipsa cordis solida substantia, haud secus quam in quauis corporis particula, ipsum calorẽ innatũ triplici cõstare parte seu substantia, spirituosa nimirũ, humida & solida, vtraq; tamẽ calida, ex quibus in vnũ coagmentatis & vnitis, vnica resultat innati calidi forma. Ac si oppositorũ eadẽ est lex & ratio, cõstabit profectò, febrem, quæ cõuersione fit huius caloris ad igneam naturam, ex trib. etiã illis constituendam necessario fore: nam cum triplex sit calor q̃ mutari potest ad igneam naturã, triplex profectò succrescet febrilis caloris differentia, ex conuersione cuiusq; naturalis vna. Et cum ex ante dictis, ac ex Auerr. decretu constet, *calorem naturalem esse verum subiectum febrilis caloris*, & calores naturales, qui natiuum consistunt, sunt tres: subinde sequitur, emanare ab vnoquoq; tanquam à subiecto, seu rei

*Febris quid. Calor innatus triplici constat parte seu substantia.*

*[..]vada*

*Caloris febrilis triplex differentia, triplicem constituit febrium differentiam.*

G

diuisæ

Cum non satis constet apud Gal. & reliquos auctores, *an febrilis calor sit simplex intemperamentum, an ex siccitate & calore compositum*, hac parte studui id paulo diligentius expendere. Euidenter quidem ex Galeno colligi potest, febrem simplicem intemperantiam solum esse, cum expressissimis verbis id asserat 8. *method.* & 1. *de differ. febr. cap. 2.* & *de differ. morbor. cap. 5.* & *de caus. morb. cap. 2.* siquidem febrem definit per abundantiam caloris, nulla alterius qualitatis facta mentione. Quod etiam communi concipiendi modo probare nititur: nam si aliquis intemperamento solum calido vniuersum corpus occupante laboret, is proculdubio febricitare dicitur: quo fit, vt iure videatur simplex esse intemperamentum. Ex altera autē parte non desunt auctores, & rationes, quibus probari possit, necessario esse cōpositum intemperamentum, potissimum quidē ex caliditate & siccitate. *Primo* quidem constat, quia nunquam tanta caliditas in corpore potest concitari, quæ possit febrē efficere, quin sibi siccitatē adiungat, præsertim cū febrilis calor sit igneæ naturæ, cui propriū est esse calidū & siccum. *Secūdo* cōstat, id posse probari ex eod. Gal. qui 1. *aph. 16.* inquit: *Est igitur febris cōuersio natiuæ caliditatis ad igneam naturam*: & rursus ob id censet Hipp. dixisse, *victum humidum febricitantibus conuenire, quia febris calida & sicca passio est.* Quæ sanè rationes & auctorum decreta adeo ad inuicē pugnant, vt nō sit ita facile controuersiam dirimere.

*[margin: 288 A. Febris sitne simplex qualitas, an ex siccitate & calore cōposita.]*

In quo sanè dubio arbitrandum censeo, siccitatem nullo modo esse de ratione febris, & cum hoc nō inconuenire, febrili calori coniungi, citra id quod morbum efficiat; & aliquādo rationem quoq; morbi præstare. Quam equidem cōclusionem sic probo: *Febrilis calor aliquando humiditati associatur & pleraq; siccitati: sed alterum erit accidens: ergo febris solum erit distemperantia simplex.* Primam antecedentis partem sic probo: *Dum calor ille præter naturam corripit hominem bene temperatum in actionibus, & humidum per excessum in passiuis, is febricitare dicetur, & tamen non patitur morbum siccum, etiamsi siccior reddatur, quàm antea: Ergo saltem febris non obtinebit tanquam quid essentiale siccitatem.* Præterea etiamsi demus iam eam obtinere, probo, non ob id esse semper compositum intemperamentum: nam licet siccitas (*vt probant alterius factionis rationes*) plerumq; febrili calori adiungatur, non ob id sequitur, protinus morbi rationem obtinere (*quod necessum est, vt febris sit compositum intemperamentum*) nam morbi ratio est, vt actiones lędat, atq; cùm caliditas sit qualitas longé magis actiua, quám siccitas aut humiditas, priusquam hæ ad lædendas actiones sint aptæ, sola caliditas excedens easdē lædet, ac ex consequenti solum obtinebit rationem febris & morbi, licet alias qualitates sibi comites habeat, vt probant argumenta. Vt enim siccitas iure optimo morbi habeat rationem, nō sufficit, quod sit maior moderata, sed requiritur tantam esse, quæ possit lædere actiones. Quo fit, vt calor ille febrilis licet alicui passiuarum qualitatum adhæreat, quod frequentissimum est, nihilominus tamen non semper illa qualitas morbus sit, ac de febris essentia. Quod si aliquando accidat, aliquam ex prædictis qualitatibus actiones lædere, eo tēpore morbus ille nō erit vnus simplex, sed compositus ex calore & siccitate, quales sunt hecticæ febres: & sic siccitas illa, vel humiditas non erunt de ratione febris. Itaq; febris essentia in sola caliditate consistit, *vt probant Galeni testimonia*: & cum hoc non inconuenit, siccitatem sibi comitem habere, quę aut morbi rationem non habeat, aut si id obtinuerit, affectum efficiat cōplicatum. Cæterum vt vera sit de hac re prædicta sententia, nil inconuenit, quo minus victus humidus febricitantibus omnibus exhibendus sit quia febris affectus quidē calidus est, siccus verò effectiuè. Neq; obstat Hipp. nullam caloris febrilis fecisse mentionem, 1. *aph. 16.* sed solum siccitatis, quod magno profectò consilio factum esse suspicor. Nam refrigerātia auxilia non semper febribus ex vsu existunt, sicut quæ humida sunt, *vt aperte docet Gal. 8. meth. c. 1.* & 11. *c. 9.* Nam frigidorum exhibitio, *inquit*, periculosa est, tum quia incrudantur humores, tum etiam quia obstructiones pariunt: humectantia verò securius febricitantib. exhibentur, tum quia dictis periculis carēt, tum insuper, quia præcauent corpus ab intemperantia sicca, & præsentem corrigunt. Tum verò, quia natiuam corporis humiditatem tuentur & augent, qua quidem ratione potissimum adhibentur. Inquit enim Hipp. *Præsertim pueris & his qui tali victu vti consueuerunt*: quib. verbis aperte monstrat, potius conseruandæ naturæ adolescentium & consuetudinis adultorum gratia, quam alia quauis causa victum humidum fuisse febricitantibus institutum. Cum hoc tamē Gal. 8. *meth. cap. vlt.* aperte docet, febrem perpetuò indicare refrigerationē & humectationem: nam præter caussam superius adductam, febris suapte natura affectus est essentialiter calidus, siccus tamen effectiuè: & sic vna eademq; victus institutione vtrique necessitati subuenimus.

*[margin: Febris affectum siccum . . . humidus.] [margin: non refrigerans.]*

*[margin: B] [margin: Febris essentia nullo modo consistit in siccitate, sed solo calore] [margin: C] [margin: D] [margin: E]*

Expendendum quoq; est, *qualenam sit humus febrilis caloris subiectum*: quippe id etiam expostulant verba definitionis Auicennæ: nam inquit: *Est calor præter naturam accēsus in corde, procedens ab eo in totum corpus*: erat enim necessum, quod vbi cōsistebat salubritatis causa, ibi etiā cōmunis morbi extitisset subiectū. Cuius dictiq; gratia statuere oportet fundamentū summopere necessariū, præstitū à B. Thom. 7. *meth.* dicēte, *subiectum constitutas accidens in esse, poni in definitione accidentis loco differentiæ.* Sic etenim in definitione febris, quæ rationem & naturam sortitur accidentis, duo assignantur subiecta, nimirum cor, & vniuersum corpus. Quapropter expendēdum nunc est, quale eorum sit primum & potētissimum, siquidem accidens vnum nequit esse in pluribus subiectis loco distinctis, eodem inhęsionis modo, sic enim, vt ex innumeris Galeni locis constat, coniectandum est, nondum extraneum calorem fieri febrē, donec cor apprehendat; ita vt constet, id necessario debere esse vnicum & principale febris subiectum. E contrario tamen ex definitione Auicennæ & alijs Galeni locis euidenter colligitur, febrem calorem esse præter naturam in vniuersum corpus extensum. Præterea non desunt, qui sanguinem, & reliquos humores, ac spiritum arbitrentur febrium quorundam esse subiectum, decepti loco Gal. ex 1. *de differ. febr.* qui potissimas febrium differentias eas arbitratur esse quæ à materia sumuntur, in qua succenditur & subijcitur calor ille præter naturam. Sed aduersus hanc vltimam sententiam sat est statuere, in fide philosophorum & Medicorum omnium stare, sanitatem

*[margin: Febris subiectum quale sit.] [margin: F] [margin: Cor est principale febris subiectum.] [margin: G]*

tatem & morbum solis viventibus particulis pertinere: & cùm febris etiam morbus sit, constabit profectò, eius subiectum non esse humores, neq; 289 A spiritus, cùm revera non vivant, sed solùm esse subiecta caloris præter naturam, qui nondum febris est, donec cor apprehendat. Quo fit, vt subsit partes nostri corporis solidas subiectum esse febris: nam licet calor etiam humoribus & spiritibus subiciatur, calor ille rationem habet caussæ, & non morbi.

Sed circa propositã controversiam expendendum est, necessario febrilem calorem inesse cordi, & solidis etiam corporis particulis; verũ quod habet vicem subiecti principalis, & à quo tanquã à principio febrilis calor oritur, proculdubio cor est: quia id constituit febrem in esse febris, quæ est differentia intemperamẽti calidi, quo natura ipsa constat. Quippe toti corpori inesse non constituit primam hanc & communissimam differentiam, sed aliam magis individuam, nimirum, in totum corpus extendi: nam licet necessum sit calorẽ sic diffundi, illud quidem potius provenit ea natura & conditione cordis, quam ex febrilis caloris ratione. B Hoc enim habet propriũ & peculiare cordis intemperamentum, vt protinus singulis corporis membris, & quibusq; particulis cõmunicetur. Qua ratione dixerat Avicen. *Si enim accendatur febris accensione prima, quod est corde inflammato: nam corpus inflammari, spiritus aut humores, potius caussa febris censeri debet.* Et ob id calor febrilis, seu à corpore, vel à quavis eius particula elatus, postquã cor apprehẽdit, mox in totum corpus aut plures eius partes sese extendit (*vt diluatur controversia de lypiria, & reliquis febribus, in quibus calor eo non occupat vniversum corpus, quia à causa aliqua contraria remoratur*) ita vt ea sit vera febris ratio, quæ ex calore præter naturam cordis prodeat. Quippe cùm calidissimum sit inter nostri corporis membra, priusquam reliqua calidã recipit intemperiẽ, & ipsam ad alia transmittit: quod nulli alteri membro datum est. Cum hoc tamen non mihi displicet eorũ sententia, quæ duplex febri præstituit subiectum: alterum *Attributionis*, quale cor est, & cui ratio C febrilis morbi primo tribuitur: alterum verò *Inhæsionis*, (licet nonnulli aliter hæc subiecta interpretentur) quod est corpus vniversum; quia peculiaris & inseparabilis febrium cõditio est, in vniversum corpus extendi: quod illi succrescit merito actuati caloris, quem necessario ad prædictã conditionem febri comparandam alterari debere diximus: non enim calor in totum corpus extendi potest, vt morbi communis rationem compleat, ni actuatos etiam calor vitietur. Nec sat est, calorem influẽtem alterari ad cordis alterationem, & subinde corpus quoq; calfieri, nisi totalis hæc actuata tẽperies in facto esse vitiatur. Quippe millies mutatur influens calor, & corpus alterat; non tamen alteratur facta & febrili alteratione prædictus calor actuatus, sed cum vehementer incalescit vitio componentium, sed maxime eorũ, quæ in corde sunt: tunc enim totum corpus febrili calore alterari necessum est. Nam licet aliquando lecur præcalidum in vniversum corpus effundat calorem, non ob id profecto febricitabit homo, licet illud febris causa possit esse, si cordi commu- D nicetur; tamẽ calor ille febris non erit, sed calida totius corporis intemperies: nomen tamen & rationem febris nõ obtinebit, donec cor sit eo temperamento apprehensum. Qua enim ratione cor principium est, & origo caloris nativi, eadẽ prorsus erit præternaturalis caloris (*siquidem febris est calor innatus in igneum conversus*) primum & potissimum subiectũ. Cui rationi adversabitur aliquis, dicens: *Cor non esse principium caloris primogeniti, in quo febris consistit, sed influentis solum, ac ex consequenti rationem non stare.* Huic dicendum est, verum esse argumenti antecedens, cum hoc tamen non concludere: quia ad hoc, quod febris sit, requiritur factum intemperamentum cordis & membrorũ: Cordis quidem, vt mediante eius influxu conservetur membrorũ febrilis calor, qui non minus eo adservatur, quã innatus ob influxum influentis, tuetur calorẽ totius corporis secũdùm naturam. Et licet Christophorus à Vega huic rationi adversetur, censemus, frigidorũ quoq; membrorũ posse esse principium, privatiuè tamen, & sicuõ valet eius ratio: ipse tamen se exponit, & probat hoc E modo verũ esse, cor primũ existere calidi intẽperamenti, quod febrem cõstituit principium, & adhuc frigidi, sed modo dicto. loquitur enim Gal. *l. de sang. miss. c. 5.* caliditates & frigiditates nõ posse extendi in totum corpus, priusquã mutẽt cor, & similiter *lib. de maras. c. 1.* inquit: *Nullum affectum fieri in toto corpore potest, quin membrũ principale afficiatur:* id verò esse cor, satis probarũ arbitror. Itaq; si calor in corpore vniverso succẽdatur, nondũ habebit febris rationem, donec cor apprehẽdat, & rursus is calor toti corpori communicetur, qui (licet humores intra cor contenti refrigerentur, *vt refert Gal. 3. de præsag. expuls.*) refrigerari nequit, & ob id semper hunc calorem communicat: ea quã etiam communicatione hectica febris efficitur, & conservatur.

Ipsa sermonis series nos ducit in tractationem F *de inhærentia caloris febrilis in subiecto, & quo etiam modo inhæreat in humoribus & spiritibus.* In qua re expẽdendum est, calorem febrilem, vbicunq; sit, siue in humoribus, siue in spiritibus, aut in solidis mẽbris, semper factum esse in ea parte ex *numeratis*, quæ febrem denominat. Quamobrem ea antiquis nõ pauci appellarunt febrem *æqualem intemperiem*. Cum hoc tamẽ reliqui auctores, quotquot fuere, eam *inæqualem intemperiem* appellarunt, eo quod in febre putrida humores sunt in calfacto esse, & spiritus in calfieri, sicut in ephemera spiritus in calfacto esse, & humores in calfieri. Quo fit, vt hi auctores febrem iure optimo appellaverint *inæqualem intemperiem*, ob inæquale subiectorum caloris præter naturam intemperamentum, licet aliæ etiam sint inæqualitatis acceptiones, vt videre est in epiala, & aliis eius naturæ. Verùm qui eam *æqualem* appellarunt intemperiem, id profecto dixerunt solum habito respectu ad eum calorem, qui verè morbi & febris rationẽ habet, eum nimirum, qui & factus est, & in solidis membris existit, non quidem ad eum, qui ex caussis prodit.

Verùm cùm Factum & Fiens multis modis vsurpari conspiciamus, id profecto priùs distinguere G erit opus, *Fiens* verò illud dicitur, cùm ita à caussa oritur, vt ablata caussa confestim cesset, non requirens vllam ad factum providentiam, de quo locutus est Gal. 8 *meth.* dicens: *Sed quæ in generatione febris est, sola oblatione efficientis caussa cessat.* Factum verò accipitur pro eo temperamento, quod partem ipsam informat more naturalis tẽperamenti.

Febres aliquæ cur nõ occupent vniversum corpus.

Febris subiectum duplex.

Calor actuatus est, cuius ratione febris toti corpori cõmunicatur, neq; ad hoc sufficit solũ influentem alterari.

Cor principium primũ caloris insiti.

Febrilis calor qualiter cordi & corpori inhæreat.

Febris qua ratione æqualis & inæqualis temperies appellentur.

Fiens intẽperamentum quid.

Factũ quid.

Medium quid.

Aliud etiam est intemperamentum *medium* inter fiens & factum, quod adhuc in motu est, nondum ad terminum, perfectionem, æqualitatemq; perductum, licet aliquid habeat simul, quod factum sit, quo significato putridam febrem vocamus *fientem calorem*, quoniam nondum accrescit eo in illa calor vt æqualitate partes omnes possideat, licet hoc fiens, *vt mox docebo*, rationem & partem quodammodo facti habeat, more naturalis temperamenti: Et tamen hæc differentia inter caloré factum & fientem, quod fiens, prout huic opponitur, is est, qui nundum corrupit: neq; destruxit naturalem temperiem partis, cui inest, sed adhuc ipsam corrumpit, & subuertit. Ita vt partes frigidę naturę beneficio possint temperamentum ad antiquum calorem reducere: factũ verò iam ipsam corrupit, & destruxit, nec amplius est in subuertẽdo. Quod probauerat Gal. *lib. 1. de præsag. ex pul. c. 4. & l. 3. c. 2.* At intemperamentum medium partem habet fientem, & partem etiam factam, ac insuper partem futuram. Quippe quod in ipso fieri aliquid factum habet, quo terminum retinet, & morbus efficitur, ac insalubriter agit, & facta caliditas nuncupatur, non tamen sub ratione habitus, sed habitudinis tantum. His habitis, factum hoc significato accipitur pro ratione formali febris; nam quatenus á proximis causis calfacientibus fit, & dependet, semper fieri dicitur, nisi causa in habitu quoq; sit, *vt mox disputaturus sum*.

Febris natura in calore consistit.

Sed vt hæc clariora euadant, iterum ea repetere clariori & vtiliori stylo studui. Certum enim est, febris naturam in calore consistere, verùm nõ parum refert, *vt inquit Gal. n. 1. de differ. feb.* li ca, quæ huic calori subiectum præstant, incalescere dicamus, aut incaluisse, seu calfacta esse: quæ sanè verba haud facile intelliges, ni priùs expenderis, calfactum esse in definitione Anicennæ multis modis vsurpari. Nam primo rationem habet primi, quod verbum non minoris est difficultatis: inquit enim: *Statim accenditur febra accensione prima:* in quo verbo sita est affectus seu morbi natura, quæ primo actiuné vitiat, quia factum est intemperamentum. *Secundo*, caliditas facta habet rationem causæ, quoniam in continuo est calfaciendi actu, haud secus quàm innata caliditas: ea enim ratione dicitur corpus febrile, & febrire. *Tertio*, facta caliditas dicit eiusdem causę firmam constantemq; fixionem á nullo dependẽtem, sed suis firmata radicibus, ita vt veré habitus difficile mobilis existat, vt calor cordis in febre hectica. Pari quoq; ratione *Calfieri* seu *Incalescere* varié á Medicis vsurpari contingit: *Primo* namq; dicit suum effectum, hoc est, calorem: *secundo*, velut symptoma suam naturam ostẽdit, cùm á particulari prodeat causa: *tertio*, continuam á calfacientibus causis dependẽtiam notat. Itaq; factum difficile mobilem dispositionem ostendit, & fiens dependentiam proculdubio designat: primum rationem morbi sortitur: secundum verò, causæ efficaciam habet. Hæc autem qui expenderit, facile discet, qualenã futurum sit illud factum, quod febris & morbi rationem sortitur, nimirum, quod in solida cordis substantia inhæterit: in reliquis verò substantiis, nimirum in contẽtis & impetum facientibus, etiamsi calidum intemperamentum factum sit, solùm caussæ rationem sortitur, nedum cùm fiens fuerit, quod in cordis substantia ita non est, nam etiamsi intemperamentum fiens sit (*quia accessum est aliquid factum habere*,) & á caussa dependens, morbum circumscribere natum esse arbitramur.

Calfactum esse, multis modis dictus.

Incalescere varié á Medicis vsurpatur.

Calor adhuc vt morbus sit, solidæ cordis substantia inhæiere debet.

Dubium.

Licet omnibus sit in confesso, calorem in humoribus, qui vicem caussæ gerit, factum debere esse, vt subsecutiua febris putridæ numen mereatur: & in spiritibus, vt ephemera sit, ac in partibus solidis, vt hectica, cum hoc tamen non leuis sese offert disceptatio, desumta quidem ex communi hoc Gal. & Medicorum omnium loquendi modo: quippe asserunt, differentiam febris sumendã esse ea calfacto eius partis (*ex contineatibus, contenta, & impetum facientibus*) quæ febris speciem designat, cæteris tamen in calfieri positis, vt in ephemera incaluerunt quidem spiritus, incalescunt tamen humores & membra, & pari pensu de reliquis duabus febrium speciebus. Quanta quidem huiusmodi doctrina, quãtumuis receptissima sit, secum afferat inconuenientia, iam audies. *Primo* quidẽ, si ratio, propter quam febris ephemera ab omnib. facta appellatur, nulla alia est, quã quod spiritus habeat in calfacto esse; quorsum igitur, q̃ putrida est, ea lege non dicetur facta, si humores quoq; in calfacto esse, haud secus quã ephemera sortitur? *Præterea*, quanã ratione homo sanæ mentis calorem humorum in putridis febribus factũ appellare poterit, si certissimũ est, coctionis munus esse in eisdem febribus compescere, & facere cessare putredinem? si igitur sistit putredinem, nondum factus est calor: tum quia quod factum putridumq; est, neq; infectum fieri potest, neque coqui, aut beneficium susceptare vllum: si verò susceptat & subsistit, proculdubio in motu erat, ac in via, non in termino & facto esse, vt hi auctores liberé asseuerant. *Item*, necessario cõstat, calorem illum non debere esse factum, neq; adhuc in summo febrium vigore: inquit enim Hipp. *Dum pus conficitur, dolores ac febres magis accidunt, quam ipso pure confecto*: cessante enim putredinis motu & caloris actione, cessat quoq; febris, q̃ si calor extitisset factus, nõ vtiq; moueretur, neq; in termino illo cessasset febris, sed tũc magis vigeret, quia esset in facto, q̃ est inseparabile ab hac febre, vt præfati auctores statuũt. *Insuper* id etiam videtur esse falsum, quia ea alteratione, quam natura infert in prædictos humores (*quæ necessario debet contrariæ alterationi, quæ fit á calore præter naturam aut eũe deuincere ac superare materiam illam*) nulla sequeretur tẽporũ morbi variatio, neq; diuersitas, quippe nulla alia ratione hæc distinguit Gal. quã ex maiori vel minori caloris actione: si igitur factus iam extitisset, vtiq; natura non valuisset compescere, neque mouere. *Vltimo* tamen, quis vsquam ob factum humorum, febris naturam seu differentiam ausus est circumscribere: siquidem febres non ex facto causarum, sed ea eo facto, quod circumscribit rationem morbi, sunt æstimandæ.

Differentiæ febrium vnde sumendæ.

Solutio.

His habitis statuendum est, quod licet febrem putridam dictum sit obtinere calorem factum in humoribus, nõ subinde sequitur, factam debere dici, vt ephemeram factam censemus: quia ephemera habet calorem factum, prout dicit independentiam á causa: Nam cum ea teneatur esse externa, aut interna: quæ mox euanescat, manifesta & leuis sit, protinus abit, & spiritus simul tãta cõflagratione succẽduntur, & ea ratione iure optimo dicitur facta: quia calor cordis, q̃ cõstituit rationẽ mor-

morbi, dependet à causa facta, hoc est, à simultanea spirituum successione: quod putrido febri nõ contingit, quia licet aliquid habeat factum & in

A termino, non tamen id est in vltimo, sed in medio. Cum hoc tamen semper habet causam, quæ illud factum efficit, aliquid caloris denuo producere, cuius ratione nequit calor dici independẽs, veluti is, qui in spiritibus febrium ephemerarum reperitur: quippe calor febrium putridarũ semper ob continuum caussæ influxum nouum gradum natus est producere. Qua occasione opus est coctione, quæ compescat illud fiens, ne factum fiat: in qua sane actione certissimum est, tempora morbi circumscribi. Itaq; licet tenendum sit, factum esse calorem in humoribus, qui febrem putridam constituunt, illud factum non dicit independentiam à causa, vt factum spirituum ephemerarum febrium, sed solùm qualitatem illam, quæ motu acquiritur, quæ sufficiens est, separato agẽte permanere ac denominare subiectum. Cuius occasione dixerat Gal. *Vnamquamq; causam abscindere prius, deinde ad eam, quæ facta est, discrasiam peruenire.* Quibus verbis constat, simul cum eo, quod factum est, esse adhuc causam, quæ nõ cessat pro-

B ducere, augereq; calorem, motum continuans, vsq; dum agentis forma introducatur, saltem ea, quæ omnino separata causa diu permanere possit, vt in hectica contingere scimus. Qua etiam ratione ephemera febris humorosa & *facta* dicitur, quod nullus alius caloris gradus neque nouum augmentum in ea acquiratur, quatenus ad caussam attinet, quemadmodum in febribus putridis, vbi nouum augmentum & noua succensio ob causæ præsentiam conspicitur.

*Hectica & ephemera quare factæ censeantur.*

Quibus exactè pensatis statuendum est, febrẽ hecticam & ephemeram ob id factas cẽteri, quod à causa facta & independente proficiscantur potius, quàm quòd calor substantiæ solidæ omnino & æqua lance in vtraq; independens haberi debeat. Est tamen differentia, quod calor substantię cordis & membrorum in ephemera, licet aliquid (*quantumuis paruissimum sit*) habeat factum, siquidem rationẽ morbi circumscribere tenetur, fientis tamen plurimum habet in pędicta cordis substantia, etiamsi spirituum calor independens ex-

C sistat, nullam quę capessat intensionem. At calor cordis, & membrorũ, in hectica omnis factus est, nihilq; habet fientis, nullumq; gradum vlterius acquirit, neq; augmẽtum: & cum hoc haud secus est affectus factus ratione causę factę, ac ephemeræ calor. Nam à calore, q factus est in cordis substantia, nullamq; habet à causa depẽdentiam, dependet in conseruari membrorum calor, vt apertissimis verbis diffinitio Auicen. profitetur: *Est enim febris calor extraneus accensus in corde, procedens ab eo in totum corpus, mediantibus venis & arteriis.* Quib. verbis euidenter cõstat, febrilem totius corporis calorem, à cordis calore, veluti à causa cõseruante conseruari, cum hoc tamẽ nullum gradum caloris auget cor, quia causa facta est. Quod sanè videtur esse rationi consonum, quia, vt febris duo habet subiecta, puta, *cor, & vniuersum corpus*, ita profecto duplicem habet rationem differẽtiæ, siquidem subiectum constituens accidens in esse, in diffinitione accidentis, vt dictum est, habet vicẽ differentiæ. Sic enim febris potissimum suæ natu-

*Febris potissimum naturam sumit à corde.*

*Febris duplicem habet differentiam.*

D ræ rationẽ desumit à corde. Nondum enim febris est (*inquit Gal. loquẽs de calore præter naturam*) donec cor apprehendat: postmodum verò calor totius corporis, qui parum ante solum caloris pręter naturam nomẽ tuebatur, iam febris factus est. Quã quidem naturam à corde mutuatam esse inficiabitur nemo, sicut ab eodẽ mediante calore actuato cõditionem & naturam morbi communis, sub qua ratione totum corpus iure optimo statu tur in diffinitione. His habitis, statuendũ est vlterius, febrem hecticam calorẽ habere factum & independentem in substantia cordis, qui quidem vicẽ habet causæ factæ (*qualis erat calor spirituum ephemerarum*) à qua cordis independente temperie, ea, quæ facta est in membris morbi communicationem præstans, continua emanatione adseruatur, vt diffinitio asseuerat. Quod etenim dogma verũ cuiuis esse iam monstrabo, si refractario non sit animo. Quippe qua ratione innatus calor partium omnium perpetua & generali quadã dimanatione ac dependentia à corde prodit, eadem prorsus calor præter naturam febrilis (*qui nil aliud est, quàm*

*Febrem occupare totum corpus, quare ponatur in febris definitione.*

E *idemmet ad igneum versus, & partem vt naturalis & habitualis informari*) ab eodem proficisci tenetur eadem generali dimanatione. Argumento euidentissimo sunt extrema frigida in his, q epyala, syncopali, aut internarum inflammationum laborãt febre; vel in his, qui ex cautoni de morti sunt proximi: quippe ob defectum huius generalis dimanationis à corde non solùm priuantur calore naturali, verùm & præternaturali, adeo vt omnino refrigerentur, quo cõstat, vtrumq; calorem ab ea parte disseminari. Verum quia ratio febris generica est, calorem innatum esse igneum facturo, ob id omnium membrorum caliditas mutatur, quæ mutatio fouetur & conseruatur calore & influxu cordis. Attamẽ cùm certum sit, calorẽ substantiæ cordis nullam habere dependentiam in febre hectica, constabit profecto in eadẽ membrorum calorem hanc generalem à corde sortiri dimanationem. Cum hoc tamen non est credendũ, cor producere aliquẽ nouum gradum caloris præter naturam membris, neq; esse caussam augentem aut

F intendentem ipsum, (*sicut calor humorum putridorũ in febribus, qui productiuus est, & intẽsiuus,*) sed solum conseruantem, haud secus quã se habet in conseruatione caloris innati: vt constat, quia absente ob aliquã occasionẽ cordis influxu, partes, quãtumuis febricitare constet, frigidas conspicimus, siue cor nequeat calorem præ languore diffundere, *vt in morientibus*, siue retrahatur, vt in internis inflammationibus, siue impediatur, *vt in epyalia, & similibus*. Et ob id prædicta dependentia in febre hectica non est, sicut ea, quæ reperitur in putridis, in quibus calor indies magis ac magis crescit, intenditur, & exacerbatur, quia caussa est in fieri: sed sicut calor ephemerarum, quæ ob calorẽ factum spirituum, (*quem causam factam appellamus, vt in hectica est calor substantia cordis*) qui nequit vllũ alium gradum præstare, sed semel præstitum tueri: qua sané causa ablata, vt protinus cessat ephemera febris, consumptis nimirum spiritibus, ita prorsus a calore facto cordis ablato, cessabit etiam totius cor-

G poris intemperamentum, quantumuis fixum existat, quia cessabit generalis illa dependentia, & ex gradibus naturalis caloris iterum ad natiuum statum reducetur, iuuante nouo & naturali cordis influxu, *vt lib. de hect. feb. latius leges.*

Superest tamen vltimo differere, *quo differat calor intemperantiæ cordis, dum febrem non constituit, vt in ira & labore, cum non vltimatur, ab eodemmet calore vltimato, adeo vt febrem constituat.* Quod sane dubiũ licet facile non sit dirimere, sic enodari posse existimo: nimirum calorem dici non vltimari, licet intemperamenti & morbi rationem habeat, cum solum calor alteratur ad maiorem, modo diminutu frigore præexsistente, modo addito calore. Quod expresse docuerat Auic. *fen. 1. prim. doct. 2. c. 1.* dicens: *Calefieri autem simpliciter est, vt omnes humores secundum suas speciales remaneant naturas, sed plus fiant calidi*: quod sané de partium solidarum calore venit subaudiendum. At veró id est arbitrandum, solum posse dici *vltimari*, cum calor non modo alteratur, sed & mutatur: nam id re vera est *vltimari*, quod est vltimam dispositionem acquirere, ad hoc, vt introducatur ignis natura; ea nimirum, quæ febrem constituere valet: est enim proximior dispositio ea, quæ febris est, igni introducendo, quam sit alia ex his, quæ constituunt calida intemperamenta. Quo fit, vt hæc sola dicatur *vltimari*, & rationem febris sortiri, quæ dispositionem hác igni proximiam & magis affinem susceperat: nam aliud est calorem intendi, & á medio deflecti; & aliud, in igneam mutari naturam.

293 A

Calor febrilis quid differat à calore iræ ac laboris.

B

Quibus omnibus euidenter iam constare arbitror, diffinitionis Auic. verba veré naturam febris exponere; nimirum, *calorem esse, & eum præter naturam*, talem que fieri, vt Gal. diffinitio manifestat, cõuersione natiuæ caliditatis ad igneam naturam. Item procedere á corde, tanquam á primo & potissimo subiecto: in totum corpus extendi ea natura febris, quæ morbus est communis, ac ex officio cordis & vitio etiã actuati caloris mediãte sanguine & spiritu. Præterea ex natura caloris, qui efficitur extraneus, constat, actiones necessario plures aut omnes lædi; siquidem innatus est auctor aliquo omnium. Quod vero lędantur, emanat ab eo intemperamento, quod vltimari antea diximus, quia non est sicut caliditas irę & laboris, sed adeo intensa & radicata, quæ veluti habitualis facta vicem habet formæ, & ob id nata est actiones euertere, sicut dum secundum naturam erat, efficere.

Febrilis calor quare lædat actiones, & quare plures, aut omnes.

C

---

*LIBER SECVNDVS.*

# DE FEBRIVM DIFFEREN-TIIS.

TAM est ratio seu lex diuidendi in quauis arte necessaria, & potissimum in hac nostra, vt citra ipsam morbos methodo & ratione nosse, distinguere & curare nullo modo possit. Nam tot sunt curatiuæ artis indicationes, quot morborum ideæ & species: quas equidem nisi certo numero, beneficio diuisionis comprehendas, difficulter & cæcutiens nosces & curabis. Quo fit, vt sapienter videatur dixisse Galen. dum scribit: *Quicquid autem in aliis fectu a multis Medicis in morborum curationibus delinquitur, primam maximamq; causam id habere vitiosam diuisionem.* Qua ratione perito Medico incũbit diuisoria methodo probe vti: quam profecto eam esse arbitranur, qua potissimum ad differentias vsq; infimas genua diducitur. Ita vt ea sententia Platonis á primo maximeque generali per medias differentias, quibus diffinitiones specierum constant, ad eam, quæ nullam amplius sectionem admittat, deueniendum sit: sic nos in diuidendis febribus ea prorsus diuidendi ratione vti studebimus. Ante cuius doctrinæ explanationem, censeo magni fore momenti, *quibus modis rem aliquam ab alia differre contingat*, docere, quo facilius quisque ad diuidendas febres accedere possit. A principio enim huius operis dictum est, ex similitudine diuersorum indiuiduorum colligi, constituique vltimam speciem, quam *specialissimam* Iuniores appellant, Porphyrium secuti, & Galen *lib. 1. de differ. febr.* Præterea ex similitudine specierum constituitur quoque genus vsque ad supremum. Qua ratione censeo, ab Alex. Aphrod *lib. de Anima*, dictum fuisse, *speciem esse tenuem similitudinem indiuiduorum, & genus magis tenuem specierum.* Sic profecto ex diuersarum febrium similitudinibus diuersæ pullulant earum species, & ex vna similitudine, qua omnes conueniunt, vnicum resultat genus, nimirum calor præter naturam.

D

Diuisionis quãta commoda.

Methodus diuisoria quid.

Species vltima vnde colligatur.

E

Genus summum vnde colligatur.

Verùm in consignandis differentiis, quibus genus in varias species distribuitur in febrili calore, antiquiores Medici non parum errarunt, vt *ardenter probat Galen. lib. 1. de differ. febr.* Nam eorum multi eo errabant, quod licet recenserent essentiales differentias, omittebant tamen aliquas ex illis: alij substantialibus admiscebant ea accidentalibus aliquas, desumptas quidem á parte affecta, vel ex adiuncto symptomate: rursus alij omnium pessimi omittentes essentiales, solas accidentales adduxerunt. Itaque eorum primi defecerunt in numero, secundi superfluis abundarũt, & vltimi errarunt sumentes alienas pro propriis. Sic ex eis pauci diuiserunt genus in species: sed diuisione abutentes, accidentaliter partiti sunt febres omnes. Verum licet in methodo diuisionis prædictas differentias inutiles & vitiosas esse constet, vsui tamen medico summopere sunt necessariæ, & ob id, qua potero breuitate, earum vsum hac in parte monstrabo.

Medicorum errores in constituendis differentiis febrium.

F

Sunt profecto inter auctores, qui febrem diuidant, prima sui diuisione, in febrem *Morbum*, & in febrem, quam *Accidens* appellant. Quæ sané diuisio abusiue febri adaptatur, cum febris suapte natura accidens aut passio minime esse possit; siquidem vna febris ratio est, ipsam esse affectum, quem de genere permanentium esse antea diximus, & ob id constat, non esse accidens, aut passionem, quorum essentia in successione & dependentia consistat. Præterquam quod præd. febres omnino ablegat Galen á febrium natura, *vt probat 4. aphor. 66. & lib. 1. ad Glauc. cap. 3.* dicens: *Reliqua vero febres nonnulla ex humoribus accenduntur, & quæ ex inflammationibus fiant, sunt veluti quædam accidentia partium phlegmone laborantium, & morbus magna ex parte ab instrumento patiente denominatur, vt phrenitis, aut peripneumonia, atque pleuritis, & aliquid tale.* Et rursus cap. sequent. inquit: *At quæ ex humorum putredine febres accenduntur, hoc ipso nominantur febres, & sunt, non accidentia morborum, sed ipsa morbi.* Quibus constat, Galen. reiicere prædictas febres á ratione optimæ diuisionis, maximè cùm *lib. 7. aphor. 42. & 4. 73.* statuat,

Diuisio 1. in febrem morbum & febrem accidens.

G

Febris nulla est accidens.

tuat, eum, qui circa inflammationem febricitat, A verè dici febricitare, aut febre laborare, reliquos verò secus, & taxat antiquos, quod huiusmodi febrium differentiam statuerint, licet aliquando ex aliorũ & Hipp. mẽte easdẽ admiserit, *vt de Praxagora refert* Verũ ex propria mente eas negat, 7. *aph.* 42. dicens: *Atq; in ipsis febrium scripsere differentiis Ephialen, & lipyriam, cladem, & typhodem, pestilentem, & ardentem nominantes: hepaticam autem febrem, vel lienosam, aut pulmoniã, aut lateralem nemo dixit.* Qua sententia apertissimè videtur distinguere præd. febres à febrium diuisione. Verùm licet hæc diuisio longè distet à febris ratione, cum hoc tamen, si eius consideratio in veram medẽdi rationem dirigatur, non solùm vtilis erit, verùm & necessaria. Quippe certissimum est, huiusmodi febres solum diligentia morbo adhibita, curari: quod in pleuritide & aliis inflãmationibus facile est colligere.

B Diuiduntur etiã febres in *Factas & Fientes*: quæ sanè diuisio calori conuenit potius, qua habitus est, & dispositio, quàm vt passio est, vel passibilis qualitas; & ea ratione maioris est momẽti, quàm cùm calor consideratur, vt calor est: Sic profectò, dum calor factus est, diuersam habet medendi rationem ab ea, quam expostulat, dum fit. Quæ enim fiunt præcauere, quæ vero fiunt, impedire: quæ autẽ facta exsistũt, ex toto auferre conuenit.

Diuisio II. in Factam & Fientem.

Alij rursus febrem diuidũt *in Simplicem & Compositam*, quæ sanè diuisio licet de febris ratione nõ sit, tamen vsui Medico haud parum vtilis exsistit. Aliis enim auxiliis, quæ simplices sunt, febres curari expostulant, aliis verò compositæ: quippe hæc composita desiderant auxilia, & considerare iubent, quid sit alterius causa, & an alterum ab altero depẽdeat, vel an diuersa habeat principia.

Diuisio III. in simplicẽ & compositam.

Omnes fere auctores inter alias febrium partitiones annumerant eam, qua diuiduntur in *Breues & diuturnas, Acutas & lentas*: quod non leui consideratione factum esse suspicor, siquidem maiorẽ C institutionis victus partem ex hac diuisione pendere certum est: dum enim morbus breuis est, aut acutus, tenuissimam victus formam expostulat, sicut dum diuturnus, crassiorem, quantum nimirum naturam possit vsque ad standum, ne statim primo accessu vel naturam opprimamus nimia copia, vel tenuiori victus forma dissipemus.

Diuisio IV. in breues & diuturnas, lentas & acutas.

In *Continuam* item & *Intermittentem* plerique febrẽ diuidunt, & harum quãlibet in multo plures ordinatas, aut ordine carẽtes, & mille aliis motationibus & accidentibus insignitas. Quod profectò ex vsu est, tum ad cognoscendam partem, in qua humores putrescunt, tum verò ad heterogeneitatem ac diuersitatem humoris dignoscẽdam. Præstat insuper eadem diuisio ad præsagandi munus probe exsequendum: *quocunq; enim modo intermiserint*, inquit Hipp. *periculum abesse significat*: ex vsu quoq; est ad curationem, & ad rectam victus administrationem. Quæ sanè diuisiones etsi non sint generis in proprias species, nihilominus tamẽ vsui medico summopere necessariæ exsistunt.

Diuisio V. in continuã & intermittentem.

D His iactis fundamentis, docere nunc expedit, quo diuidendi genere vsus fuerit Galenus in dissecandis febribus, & quantum habeat veritatis, quo facto, ne videas ab antiqua Galeni doctrina omnino discessisse, meam sententiam ingenuo animo scribam. Pollicetur itaque hic auctor, se febres diuisurum per differentias substantiales, & maximè proprias, taxatq;, vt dictum est, similiter potis Medicos, quod in febrium diuisionibus accidentales adduxerint, aut inutiles, cæteris posthabitis. Fatetur insuper, formam diuidendi per substantiales differentias ab Hipp. sumpsisse, *lib. 6. popu. par. 1. com. 19.* quo loco Hippocr. hæc refert verba: *Febrium hæ quidem manui sunt mordaces, illæ verò mites: hæ autem non mordaces quidem, sed post insurgentes. Aliæ vero acutæ, sed quæ manui succumbunt. Aliæ sunt [illegible] ardentes, quædam semper pusillæ & siccæ, quædam salsuginosa, quædam inflata, aspectu graues, nonnullæ ad tactum humectæ, nonnullæ vehementer rubicundæ, aliquæ vehementer pallidæ, aliæ liuidæ, & alia huiusmodi.* Qua quidem sententia, vt Galeni E etiam mens est, multi in quatuor partitiones diuidunt omnes differentias ab Hippoc. eo loci numeratas: quarum tres primæ prodeunt à Caloris modo, à Motu, & à Materia, cui calor ille præter naturam inhæret: quarta vero ab his, quæ per accidens febri succrescunt, cuius naturæ est calor.

Febrium ex Hipp. quatuor partitiones.

I. *Prima* igitur partitio, quæ fit secundùm differentiam causarum internarum, innotescit penes diuersum modum afficiendi tactum, & ob id quadruplici membro constat. Quippe ex febribus aliæ sunt *Manui mordaces* semper & à principio: aliæ verò *Mites*, & minimè mordẽtes tactum. Rursus aliæ *Non mordaces* primo manus accessu, sed post *Insurgentes* paulatim mordacitatẽ acquirunt: aliæ contrà *Acutæ* & mordentes prima manus admotione, sed paulò pòst velut à manu *deuictæ*, sensim mordacitatem deponunt. Ex qua diuisione non solùm constat febrium differentia ex caloris modo, verùm & materia, in qua talis calor accenditur. Quippe bilis ac melancholiæ succensæ calor acris est, & mordax, ob innatam siccitatem: F cæterum bilis acrimonia, quod tenuioris sit substantiæ, protinus ab ipsa manu deuincitur, melancholiæ verò diu perstat. At sanguinis & pituitæ calor mitis & suauis apparet, sed sanguinis suauior: nam pituita ob contractam putredinem nõ omnino mordacitatis est expers, sed postmodum insurgit persistente manu.

II. *Secunda* Hipp partitio est, in qua febres quædam sunt statim *Vrentes*, & aliæ semper *Debiles*, quod illis accidit ea motu caloris, cui munus est, iuxta sui efficaciam motum constituere lentum vel celerem, & sic acutas aut diuturnas constituere febres.

III. *Tertia* & vltima partitio (*nam quarta parui est momenti, & vt mea mens tenet, huic tertiæ reducibilis*) ea proculdubio est, qua febres diuiduntur in *Hecticas, Ephemeras, & Putridas*. Inquit enim Hipp. *Siccæ, aliæ autem salsuginosa, aliæ pemphigodes*, hoc est, *inflata, seu ampullosa, & aspectu graues: aliæ autem ad tactum humida.* Sic etenim hecticas febres comperimus corpus siccum, ac veluti salitum reddere, & mordacissimo calore, quem tactus diiudicat, contabefactum, haud se G cus quàm gustus salsugine mordetur. Insistat verò, & adspectu graues, magnæ auctoritatis viri putridas nuncupatunt, & eas maximè, quibus innascuntur pustulæ ad modum ampullarum, quo redduntur adspectu graues. Verùm quę tales sunt, non solùm adspectu graues exsistunt, verùm & reuera; sed harum quam paucissimæ apparent: quinimo reperiuntur quam plurimæ adspectu mitissimæ, quæ grauiores sunt, & perniciosiores. Quo fit, vt mihi non displiceat eorum sententia, quæ tenet, per has febres solùm subaudiẽdas esse ephe-

Febres pemphygodes sunt ephemeræ.

tatus, varias suscipere differentias, easq; prædicto modo essentiales. Verùm quod præter naturam omne varium sit & dissimile, probatũ est ex Gal. locu in argumenti primi responsione. Ex quib. cõstare arbitror, febrilem calorem, nõ quatenus calor est, sed quatenus præter naturam, in varias dissecari species, sub ratione affectus præter naturã, essentiales: qua enim ratione Arist. in prædicamẽto qualitatis calorem, vel quamuis aliam qualitatem in diuersas illius prędicamenti species ob diuersam & specificam rationẽ dissecuit. Nam hæc differentia qua constituimus calorem præter naturam, licet sit (*vt calor est*) eiusdem entitatis cum calore, vt passibilis qualitas est, non tamen est eiusdem entitatis, vt habitus existit, & ob id potest prædictas diuisiones suscipere, quas vt passibilis qualitas nequit.

B

Ad tertium.

Et licet intensum, & remissum, ac motus etiam caloris non possint sub ratione prædicta essentiales differentias caloris constituere, possunt tamen sub ratione morbi, seu præter naturam, quemadmodum hoc exemplo haud obscure constabit: *Corripiatur quis calore aliquo intensiore naturali, qui tamen nondum actiones vitiet: postmodum addatur illi alius caloris gradus, quo actiones vitientur: constabit profectò, hos calores esse eiusdem speciei sub ratione caloris, licet alter altero sit intensior: nihilominus tamen sub ratione morbi & præter naturam, nulli fore dubium arbitror, quin longissime inter se differant, quia primus non denominat subiectum, secundus verò efficit subiectum febrile, licet calores inter se specie nõ differant.* Cum hoc tamẽ dicere aliquis dum *vtraq; caloris intensio morbosa est, nõ prodere morbos specie differentes, quia maior morbus non differt à minori, dum vtriusq; natura sit vna: quippe febris ardens intensa non differt specie ab ardenti remissa.* Cui dubitationi dicimus, intensum & remissum duobus modis posse constituere differentes species: *Vno* essentiales, eo modo quo dictum est: *Alio* verò accidentales. Quippe licet ex usoni ex accidenti sequatur maior aut minor intensio: verum cum hoc spurium constituit remissus calor, & legitimum qui intensior fuerit. Quippe febris putrida pestilens specie differt à putrida ardenti, & tertiana exquisita, ab ea, quæ ob remissiorem calorem spuria seu illegitima dicitur. Neque obstet calorem esse diuersimode intensum in diuersis vnius morbi temporibus: nam talis morbi natura constat; & conflata est ex illa graduum disparitate, quæ varia concitet, & distinguat in ipso tempora: non quidem varios morbos, quia actionum læsionis ratio (*quod est morbi formale*) vna est tantũ à principio ad finem: nam prædictæ differentiæ, *vt iam propositum est*, non prodeunt à calore, quatenus talis est, sed quatenus est pręter naturam. Alia quippe est ratio formalis morbi febrilis, dum calor ille officit actionibus acrimonia, alia quatenus sola intensione, & alia cum à principio mitis est, & mox crescit, ac pari pensu de singulis differentiis ab Hipp. numeratis: nam quęlibet sub ratione peculiaris præternaturalitatis suam nanciscitur febris rationem ab alia diuersam, ob varios læsionis actionum modos, q varie à gradibus vel qualitatibus caloris, vel differentia materiæ, cui ille calor inhæret, corporis succrescunt. Sic enim sola hac ratione Arist. venari docuit varietatem ac differentiam potentiarum, nimirum, ex actionũ varietate ac diuersitate: quo fit, vt pari ratione diuersas ideas & species morborum ex diuersitate læsionis actionum venari tueamur.

Intensum & remissum duobus modis differentes species cõstituunt.

C

D

Ad quartũ.

Quarto argumento respondendum est, Calorem non considerari apud Medicos vt calor est, nam hac ratione eandem habet in diuersis subiectis formalem rationem, sed sub ratione præter naturam, cuius occasione non eadem est eiusdem formalis ratio in diuersis subiectis, sed varia, iuxta differentias, excessus, aut defectus, quos pati potest facta collatione ad calorem secundũ naturam, aut ad temperamentum iustitiale. Quo fit, vt argumentum nihil probet.

E

Ad quintũ.

Hinc pendet etiam ad quintam rationem responsio: nam in calore febrili variatur formæ ratio ad subiecti mutationem, quinimo iuxta materiæ diuersam conditionem diuerso modo introductus calor informat, & tanquam præter naturam lædit diuersa ratione actiones. Quo fit, vt licet calor sub hac ratione sit vnius naturæ, sub conditione tamen præternaturali diuersimode informat materiam illam: ex qua diuersitate prodeunt diuersæ febriũ species. In qua re auctores Neoterici Gal. mentẽ de febrilis caloris materia varie exprimunt: quippe autumant, & non sine ratione, diuisionẽ per subiectũ caloris à Gal. traditam non esse febris diuisionẽ, sed solum caloris præter naturã, & hanc differentiam maxime propriam esse censendam, quia vsui Medico summopere conducit. Alij quidem arbitrati sunt, & falsu quidẽ Gal. per *continentia, contenta, & impetum facientia*, materiam febris intellexisse: quod falsum omnino est, quia aliud est considerare febrilis caloris subiectum, aliud verò materiam: Gal. quidem non diuisit febres per continentia, contenta, & impetum facientia, tanquam per materiam, sed solum tanquã per subiecta, quibus calor præter naturã inhæret. Sed de his satis.

F

Febrium diuidẽdarum per differ. essent. vera ratio ex mẽte auctoris.

Incumbit nunc veritatẽ iudicio nostro doctrinam, iuxta rationẽ diuidendi febres docere, non posthabita pręfata Gal. doctrina: quippe sequar in eis diuidendis eius potius mentem, quam verba; & explicabo, quæ ipse & Hipp. de substantialibus febrium differentiis scripserunt, clarius forsan & verius. Quæ omnia, vt, sicut polliceor, exsequi possim, præmittenda sunt multa huic ministerio summopere necessaria.

I. Vt ergo hæc & reliqua, q dicturus sum, clariora euadant, & constet etiã, qualis sit proprior diuidendi ratio, & methodus, & an differentiæ à Gal. assignatæ sint maxime propriæ, & essentiales: expendendum est, triplicis esse naturæ & cõditionis id, quo alterum ab altero differre comperim⁹: quippe aut substãtia est rei & essentia, aut proprium aliquod accidens, quod naturam rei consequitur: aut accidens commune, quod generali & communi quadam ratione rei naturam patefacit. Sic procul dubio iuxta hanc trimembrem rei diuisionem triplex quoq; erit differentiarum modus: *Vnus* ab ipsa rei substantia seu essentia desumptus, qui proprias differentias constituit: *Alter* à propriis accidentibus, quæ proximas prædictis constituunt differentias: *Tertius* verò à communibus accidentibus, quæ differentias à communi quadam ratione acceptas constituunt, non quidẽ proprias. Itaq; primus modus constituit *essentiales* differentias, quas iure optimo ob id *essentiales* arbitramur, quia in eis id quod diuiditur sit aliud:

G

A 296

297 A accedunt conditiones ita efficaces & potentes, vt natæ liot febrium species ut longe dissidentes immutare, & ob id Gal. consideraos tanquam medicus totam rationem, qua actiones læduntur in febribus, febrilem morbosum q; calorem prouenire ab esse ea sistentiæ recte iudicat, & neque diffiniri, neq; diuidi commodius & essentialius alio modo posse, quā per subiecta, eo quod ipsa subiecta informantur caloribus vario modo immutatis tactum ac officientibus actioni. Namq; licet esse accidentis nō varietur ex diuersitate subiecti, variatur tamen esse ea sistentiæ, ad cuius varietatem varias essentialesq; subsequi differentias, rationi

Febrium subiecta quæ.

B est consonum. Hæc tamen est differētia inter meam & Gal. sententiā, quod ipse arbitratus est subiecta hæc in febribus esse continentia & contēta, atq; impetum facientia (*licet, vt dictum sit, hæc solum caloris præter naturam subiecta, quæ tam se rationem habent, liceat appellare:*) eum hoc tamen censemus calorem in prædictis substātiis inhærentem, non parum præstare ad differentias febriū perficiendas. Nos tamen arbitramur, febrium differentias, non à prædictis subiectis, sed ab his quæ cordis substātiam complent, petendas fore, vt mox sum probaturus. Sed probatur adhuc apertius prædictum axioma de caloris ea sistētia in subiecto, quia cum ad veram eorusq; febris essentiam prærequiratur calorem esse factum in aliqua ex substantiis, quæ nostrum corpus & cor etiam constituunt, & esse factū caloré, nihil aliud sit, q̄ quod illa substantia cui inhæret, informetur illo calore præter naturā tanquam noua forma, quę mutare valet speciem: & cum solum inhęrere possit dispositioe vel habitualiter, fit profectò, vt in genere hæc sit prima, & communissima febris diuisio, *vt ex Gal. patet*, qui in factas & fientes primo febres diuisit: Ex quo etiam fit, quod ilmet calor ea diuersa hac ex-

C istendi seu inhærendi in subiecto ratione, quà variatur in diuersis subiectis, quæ diuerso modo informat, diuersas constituat febrium differentias. Atqui non solum id est verum in diuersa materia, verum & in eadem cum intenditur, ita vt diuersas quoq; pariat febris species, nam si calor adaugeatur duobus gradibus ex diuersa inhærendi ratione, ij duo gradus diuersam constituunt morbi speciem, etiamsi in eodem fuerint subiecto. Quibus præmissis manet probatum, veram esse hanc diuisionem, quod etiam probatum reperies *libr. 5. 5. difficult.*, quo constat differre ex modo, quem contrahit habitus, quantumuis corporeus sit, à dispositione per facilitatem aut difficultatem remotionis à subiecto: quod spectat ad rationem essentialem differentiæ habitus, & dispositionis, *vt constat ex Arist. cap. de qualitate*, vbi statuit, *morbum ob diuturnitatem ex dispositione conuerti in habitū.*

Dubium.

Verùm dicit aliquis, *si ex diuerso inhærendi modo calor febrilis diuiditur in tres species, sequeretur, ephemeram & putridam nō differre: quod patet, quia in vtraq; calor in cordis substantia solum est in habitudine seu dispositione, non in habitu. At in hectica cum in habitu sit, constabit subinde duos tantum esse inhærendi modos, ac ex his*

D *sequentes duas solum febrium differentias.*

Solutio.

Cui dubitationi dicimus, verum esse, calorem altero è duobus modis posse inhærere, vt febrem constituat, & in genere & in prima febris diuisione duas reperiri febrium differētias, in habitu videlicet hecticam, & in dispositione ephemeram & putridam. verùm has duas inter se adeo differre, vt necessario sequatur tres fore differentias. nā calor factus qui est in humoribus, est semper dependēs à sua causis, calor verò factus, qui est in spiritibus, independens existit. Quę sane non est leuis differentiæ ratio: quia ephemera plerumq; fit à causis externis, vel internis, quæ simul & affatim totū suum esse communicant & simul in calfactu esse ponunt spiritus, ita vt opus nō sit fouente causa, saltē dum cōstituitur febris ephemera in genere: secus res se habet de eius speciebus. Et sic rationi videtur consonum, tres esse ea materia differētias, quia in his tribus diuersimode inhæret calor præter naturam. Quare quamuis dependere aut non dependere solum importet aliquam relationem in effectu, qua causam respicit, tamen eo q̄ dependens nondum assequutum est integram perfectionem, ac independens iam acquisiuit, succrescit ex his modis in vtroq; prędicta differentia, vt inter duo indiuidua accidentis eiusdē speciei.

Febris humoralis & ephemera etsi conueniant in modo inhærēdi subiecto, differunt tamen specie.

E

Differ ex materia tres

Vt exquisita differentiarum omnium febris, constet propria ratio, statuendū est, caloré præter naturam tribus modis cōsiderandum fore. *Primò*, vt est substantia innati calidi versa ad ipsam naturā, in quo sita est omnis febrilis morbi ratio. *Secundò*, vt inhæret materiæ, nimirū spiritibus, humoribus & partibus solidis, in quo quidē sita est omnium causarum proxima-ū febris ratio, diuersitas, & natura. *Tertio* verò & vltimò solum consideratur vt calor præter naturam, in qua differentia, penes modum ipsius, motum, & accidentia contemplari oportet, quæ hęc omnia nata sunt ipsum reddere præter naturam.

Calor præt. naturam trib modis cōsideratur.

Circa primum, quia statutū est à Gal. & Hipp. tria esse in calore præter naturam consideranda, quæ velut genera quædam, quæ in varias postmodum species dissecantur, haberi debent: nimirum ipsam rei diuidendæ *Substantiam, & Inhærentiam caloris præter naturam* in spiritibus, humorib' & partibus solidis: item *Modum* & conditiones caloris ipsius præter naturam: ideo profecto iam se offert disceptatio & modus, quibus constare deinceps arbitror, quanam ratione substantia caloris præter naturam, (*quem tanquam genus ad essentiales febrium differentias sumimus*) cum videatur species specialissima, per essentiales differentias vlterius diuidi possit. Quare in re expendendum est, febrem nil aliud esse q̄ innatum cordis calidum, (*& subinde totius corporis*) id nimirum quod partibus viuentibus inest, ad igneam naturam versum. Item diligēter cōsiderare oportet, in ipsa cordis solida substantia, haud secus quam in quauis corporis particula, ipsum caloré innatū triplici cōstare parte seu substantia, spirituosa nimirū, humida & solida, vtraq; tamē calida, ex quibus in vnū coagmentatis & vnitis, vnica resultat innati calidi forma. Ac si oppositorū eadē est ratio, cōstabit profecto, febrem, quæ cōuersione fit huius caloris ad igneam naturam, ex trib. etiā illis constituendam necessario fore: nam cum triplex sit calor q mutari potest ad igneam naturā, triplex profecto succrescet febrilis caloris differentia, ea conuersione cuiusq; naturalis vna. Et cum ex ante dictis, ac ex Auerr. decreto constet, *calorem naturalem esse verum subiectum febrilis caloris*, & calores naturales, qui natiuum constituunt, sint tres: subinde sequitur, emanare ab vnoquoq; tanquam à subiecto, seu ter diuisæ

Differentiarum febris exquisita ratio.

F

Febris quid

Calor innatus triplici constat parte seu substantia.

vnde

Caloris febrilis triplex differentia, triplicem constituit febrium different.

G

298 A diuisæ substantia, vnam febris speciem; quo constat tres necessario subsecuturas febrium differentias, primas maxime, proprias & essentiales. Verū vt clarior euadat præfata doctrina, considerandū insuper est, in quauis febrium specie necessum esse spirituum, humiditatum, aut crassarum partium calorem alterari, sed maxime eius partis (*earū quæ innatum calorem constituunt*) cuius naturæ febris futura est: sic ephemeram cōstituit febrem calidi innati spirituosa pars incalfacto esse posita: humoralem humidior eiusdem calidi portio: hecticam verò solidior & crassior, ita vt constet tres esse primas & generalissimas febrium differētias, ab ipsa rei diuidendę substantia desumtas. Quippe nō sat est, ad constitutionē febrilis morbi in genere, neq; ad constitutionē cuiusuis prædictarum specierū, corporis spiritus, aut humores, vel membra solida (*neq. adhuc spiritus & humores qui sunt intra cor*) incaluisse, nisi in cordis substantia innatum calidū pariratione coafficiatur, & in eo potissimum ea pars,

Ephemera Hectica.

Humoralis vnde.

B cuius naturę futura est febris, nimirū, spirituosa in ephemera, & humida in putrida, ac solida in hectica: nam ratio, quæ cōstituit calorem præter naturam in esse morbi febrilis, succensio est & conuersio prędictarum partium ad igneam naturam: siquidem reliquarū, in quauis corporis parte sint, aut humorum vel spirituum succensio solum habent rationem causæ, nō morbi febrilis. Cum hoc tamen arbitrandum est, eam partem ex iis quę calidum innatū constituunt, ocyus alterari & in calfacto esse poni, ac subinde febrem iuxta sui rationem constituere, quæ maiorem habet cum causa ipsum cordis calidū alterante, sympathiam & cōnexionem. Sic profectò spiritibus arteriarū, cauitatū cordis, aut totius corporis calfactis, aut quauis occasione succēsis, spirituosa pars calidi innati promtius incalescet, vt ephemerā constituat, licet reliquæ ēt partes calfiant: si verò corporis humores putrido calore polleant, humidam innati calidi partē in calfacto esse facilius poni credendum erit: q̃ de solidorum calore pari pensuerit subau-

C diendum. Quib. accedit, vt prædictus morbus febrilis in corde succensus affectus cōmunis efficiatur, præter quòd etiam, calorem actuatū totius corporis immutari & incalescere, in eoq; potissimū eam partē quæ febris naturæ correspondeat: nam cum ipse actuatus calor ex innato & sanguinis ac spirituum calore cōstet, rationi consonū videtur, in eo maxime morari eam partē quæ ei respondet, cuius calor primo mutatur ad præternaturalē. Sic spiritibus calfactis in aliqua corporis parte, in hoc etiam calore actuato maxime mutatur spirituosa pars, & ephemera efficitur morbus communis: ac si de reliquis corporis partibus pari pēsu est intelligendum. Quibus sic intellectis constabit profectò, eas necessario fore proprias & essentiales febrium differentias, quæ à substantia rei diuisæ dissemīnantur: prætterquam quod quælibet ex prædictis differentiis habet hac via diuersam rationē formalem morbi, ob diuersos læsionis operatio-

Calor innatus vno è quatuor fit modis præter naturam

D num modos, proficiscentes quidem à diuersa ratione specifica constituta ex diuersa caloris forma seu substantia, iuxta diuersitatem partium caloris innati ad igneam cōditionem mutati acquisitam. Argumento euidentissimo sunt præhabiti dogmatis febres ephemerę, hecticis corporib. frequenter succrescentes: in quib. licet in habitu mutatus appareat vniuersus membrorū & cordis calor, cum hoc tamen accedente ipsi cordi calore à succensis denuo spiritibus, febris ephemera succrescit, quę nouam cōstituit speciem diuersam ab hectica quæ præexsistebat: in qua te credendum non est, amplius mutari illud calidū, quod omnino subuersum erat in febre hectica, sed quod potissimum eius spirituosa pars mutetur, adeo vt nouam & diuersam circumscribat morbi febrilis rationem, & ephemeram cōstituat: quod etiam de complicatione cum putrida subaudiendum est. Nam cum cor sit pars heterogenea, facilè potest in quauis ex componentib. partibus recipi diuersum accidens, vt quodius constituat diuersam rationem specificam. Itaq; (*vt vltimam huic rei manum imponam*) supponendum est, quod sicut vera

E febris & morbi ratio in calore, in habitu aut habitudine in substantia cordis sita est, ita prorsus differentiæ febrium proficiscuntur ab eodem: qui cum triplici constet substantia, prædictas tres cōstruit differentias. Quibus sic intellectis colligitur, ob adductam à me rationem, calorem innatum vno è quatuor modis posse fieri præter naturam (*vt antea cœperam docere, & lib. 6. & 7 latius sum scripturus.*) Successione videlic. vt in *ephemeris*, putredine, *vt in humoralibus*, marcore, *vt in hecticis*, ac vltimo omnib. modis simul iunctis, *vt in pestilentibus contingit febribus*. Quo sane euentu, ob id calorem natiuum vrentem fieri, quod solum vt potissimum spirituosa nostri caloris pars succendatur, quæ nullo alio calore corripi potest. Sic etiam putredinosum fieri, quia talis est humidæ caloris partis conditio, & pari ratione cum crassior solidiorq; eius portio exsiccatur & incalescit, marcescit innata caliditas, licet intensior fiat calido præter naturam: quæ omnia non mediocria sunt prædictæ doctrinæ augmenta.

Sed arbitrabitur forsan aliquis, *hoc nostrum inuentum potius figmentum quam verum dogma exsistere: nam impossibile (aut saltem perdifficile) videtur, in vnione*

F *& connexione seu mixtione illa adeo perfecta innati calidi ex prædictis tribus substantiis, posse magis incalescere vnā, aut primū & potissimum quam reliquas, vt ex differentia excalfacta substantia, differentia quoq; essentialis constituens diuersam febris speciem prodeat: quinimo ex quacunq; causa omnes simul & pariter debere incalescere & incaluisse, & ob id quia vnicum tantum ex iis succensis resultat subiectum, vnica quoq; forma calidi præter naturam succresceret*: quapropter vana omnino videri potest nostra sententia.

Dubium

Cui dubitationi vt respondere possim, quæro, quæ est ratio, propter q̃ intra vasa, vbi eadē mixtione & forsan maiori & exactiori humores oēs

G in vnum coeunt, eorū vnus, duo, aut tres seorsum putrescant, reliqs manentibus illæsis, adeo, vt febris q̃ ex eius putredine ꝓdit, multis numeris distet & dissideat à febre, q̃ alio humore putrescente oriri potest. Quod sane si quis dixerit, scio facile posse venari rationem mei axiomatis, cuius ꝓfectò euidentior est ratio, quā in humoribus haberi possit. Nā humores intra vasa in calfacto esse positi, aut spirit⁹ quoq; intra arterias calfacti, vel mēbra solida, maiorē habent connexionē & sympathiam cum substantiis: quibus innatum calidum constat, vt eorum vitium facilius substantia similis quam dissimilis suscipiat, quam cum ipsis humoribus habeant causæ, quæ putredinem inferre possunt:

Solutio

A possunt: quæ ratio mihi [illegible] est, ad veritatem propositi, nam licet vnicum tantum sit subiectum, cum ex variis constet, variis etiam modis lædi & infirmari potest, variasq; subinde morbi ideas constituere, omnes tamen febriles.

Dubium.

Dicet insuper aliquis, *si verum est prædictum axioma, sequitur proculdubio in omni febre hectica necessario & semper adesse omnes tres species simul.* & patet, *nam calor factus membrorum citius fiet communis spirituosæ substantiæ innati calidi atq; humidæ, quam solidiori: si igitur solida huius calidi pars in calfacto esse ponitur, proculdubio reliquas iam incaluisse constabit, ac ex consequenti omnes tres febrium species adesse simul.*

Solutio.

Febris in solida caloris innati parte accensa, non necessario accenditur in humida & spirituosa, ob maiorem causæ sympathiam ad partem illa, & ideo solum fit hectica.

B Cui dubitationi dicendum est, quod licet omnes tres calores in quauis febre alterentur, non est tamen semper necessum omnes febrium species complicari: & patet, quia facilè ephemera per intensiorem calorem in putridam aut hecticam commigrare poterit, aut putrida in hecticã. Nec valida est ratio ab hectica desumpta, vt omnes simul necessario habeat comites, quod possint facilius humores & spiritus succendi, quã solidæ partes: tum quia causa, quare potius vna quam altera fit, est vel apparatus substantiæ cordis (quippe aliquando promtior exsistit solidior substãtiæ pars) & ex eadem causa facilius succrescet hectica: nõnunquam humores, ac sæpius spiritus, vel caloris cordi accedentis conditio, putrida, sicca, vaporosa, aut intensior vel remissior: quippe ea his, quædam vni, quædam alteri magis nocet. Tùm vltimò ob sympathiam causæ agentis, vel materiæ in qua calor præter naturam qui nondum febris est succenditur, quæ maiorem cum vna, quam cum alia ea nostri calidi substantiis similitudinem habet. Quo fit, vt non indistinctè sequatur quælibet febris species ea quauis causa, seu materia in corpore succensa, sed determinata ea determinata

C & signata causa. Quare autem dum hectica febris viget non ponit simul reliquas substantias in calfacto esse, vt constituant reliquas sibi respondentes febris species, disces facilè, si expenderis, calorem hecticum summopere esse putredini efficiendæ ineptum, quod siccissimus admodum sit, & putredo humectiorem requirat: neq; rursus ephemeram concitabit, quia tantam caloris intẽsionem ferre spiritus nequeunt, quin prius dissipentur, quam possint in ea intensione durare & poni in calfacto esse. Quo fit, vt solum possint esse in calfieri, aut resolui, vt calor innatus in dies magis ac magis imbecillus ob spirituosæ substantiæ dispendium appareat.

Cõfirmatio sententiæ auctoris.

Confirmat vltimò hanc nostram veritatem euidantissimus rei huius euentus: quippe compertum nobis est, quod licet calor præter naturam in humorib. spiritibus, ac solidis corporis membris succendatur, nequit tamen ob id febrem concitare, donec aliqua ea tribus caloris innati cõponentibus substantiis, calore illo præter naturam, & nõ vtcunq;, sed facto corripiatur, ex quo talis pullulabit febris differentia, qualis innati calidi cordis pars potissimum apprehensa fuerit. Sic profectò

D spirituosa huius calidi innati (*iam præter naturam facti*) pars potissimum in calfacto esse posita, ephemera prodit, quæ ob id transactis paucis horis, & cessante spirituum conflagratione, confestim nullo relicto vestigio cessat febris, quod spirituosa illa pars in calido innato succensa, protinus reficiatur, & ocyus attemperetur. Nam si tota caloris substantia pateret & æquali intensione incalesceret, nequiret vtique iam citò in antiquam naturam & integritatem restitui: quod quidem pari ordine de reliquis febribus est subaudiendum. Nam quouis humore putrefacto, calore putredinoso cor ascendente humidior innati calidi ipsius cordis pars, calfacta magis ob sympathium fiet, quam ex reliquis aliqua, verùm ablata putredine adhuc superest, & durat adeo euidens caloris vestigium, vt & refrigerandi necessitatem inferat, & solidiorẽ substantiam innato calido incaluisse commonstret, adeo vt ablata causa, non protinus cesset calor, *vt in ephemera*: argumentum quidem euidentissimum diuersam & humidiorẽ

E substantiam incaluisse. Quod sane euidentius pbat solidior huius calidi pars, dum semel incaluit, siquidem difficilius longè refrigescit, quãtumuis à nulla causa foueatur, vt quotidiano euẽtu in hectica febre experimur.

Subdiuidũtur febrium genera.

Febres vt curẽtur tria sunt necessario consideranda.

Qui rectè febres diuisurus est, expendat multorum vsuum gratia (*quibus in medendi methodo opus habemus*) eas diuidere opus esse. Tria enim sese nobis offerunt in cuiusuis febris curatione summopere necessaria ad integram sanitatem reficiendam. *Primum* quidem *morbus* est febrilis, qui cum in caliditate innata versa ad igneum consistat, refrigerari, refici, repararíq; mille modis expostulat, vt præsignant febrium species, quibus ipsa infirmabatur. *Secundum* caussa est, quæ vel calorem præter naturam continet, vel illi fomentum præstat. *Tertium* verò calor ipse est præter naturam, qui variis modis affectus ea caussæ, seu subiecti conditione, varias effingit febrium formas, accidentiaque innumera consignat, quæ nata sunt febrium species immutare. Sic profectò calor præ-

F ter naturam, qui horum maiorum origo est, tribus modis consideratur: vno quidem, vt est substentia innati calidi versa ad igneam naturam, in quo sita est omnis febrilis morbi ratio: secundò vt inhæret materiæ, nimirum spiritibus, humoribus, & solidis corporis membris: in quo quidem sita est omnium caussarum febris ratio, diuersitas & natura. Tertiò verò & vltimò solum consideratur velut calor præter naturam, in quo modum ipsius contemplari oportet, & in eo motus qualitatem, quantitatem & conditionea quæ ipsum præter naturam reddunt, & non leues febrium differentias consignant. Ex quibus sane veluti ex tribus summis ac vniuersalissima generib. variç sequuntur febrium species hac lege distributæ.

Calor præter naturam trib. modis cõsideratur.

Differentia febrisi à rei diuidendæ substantia desumptæ.

Cum substantia rei diuidendæ sit innatum calidum ad igneũ versum (*quia in eo sic alterato sita est febris ratio & morbosa conditio*) ob id ab eo, quod genus constituit in definitione, velut est hoc calidũ innatum ad igneam naturam versum, differentiæ

G quærendæ sunt, & per easdem in varias species genus dissecandum. Sic etenim dictum est, prędictũ calorem, vt triplici constat substantia, quæ diuersimode & seorsum potest extraneari, ita prorsus tres species, easq; specialissimas succrescere ab spiritnosa huius caloris parte, succensa ephemera, ab humida & oleosa humorali, sicut à solidiori hectica febris prodit. Quæ sane species in alias diuisibiles non sunt, quatenus pertinet ad rationem diuisi in eas, licet ob alias causas illis succrescant acci-

accidẽtia, quæ mille specierum sortes in vnaquaque ex tribus prędictis constituere possint, vt *mox docebo*, si prius dixero, Gal. sententiã, qua docet, eas esse maxime proprias febrium differentias, quæ à materia, in qua succenditur calor, desumuntur: sic debere intelligi, nimirũ, dum partes constituentes calorem innatum succẽduntur: nam id profecto est materia, & subiectum, cui inhęret prędict⁹ calor febrilis, quatenus morbus est: & idem ẽt est quod dixerat Auic. videlicet, *febrem ramificari a calore natiuo*, & sic iuxta diuersitatem modi, quo inhęret hic calor in calido innato, factã aut fientem appellemus febrem.

Differentiæ à materia, in qua calor præter naturam est desumtæ.

Calor præter naturã, qui causæ proximæ rationem habet, siue in continentib. cõtinentis, & impetum facientibus, vt Hipp. ait, non quidẽ rationẽ morbi, sed causæ solum citra dubitationem obtinens, non leues & paucas, à diuersitate materię in qua inhæret, progignit febrium differẽtias, quinimo tanti sunt momenti, vt veluti accidẽtia febris naturã & conditionã monstrare, & ad specialissimam speciẽ contrahere possint, q̃uis prędictarum triũ specierũ, quas sui ratione indiuiduas esse diximus. Quæ quidẽ diuiduntur & cõsignantur nõ ea propria natura & substantia, sed ex accidentali & extranea conditione à materiæ succensę natura & varietate prodeunte. Itaq; supponendũ est, q̄ sicut vera febrilis morbi ratio ex calore in habitu, aut in habitudine in substantia cordis sita est, ob conuersionẽ calidi innati ad igneũ: & differentiæ essentiales febrium ab eo tanq̃ à supremo genere prodeant, ita ꝓ̃sus prædictis speciebus aut differentiis succrescit, à conditione caloris (*qui additur calido innato exsistenti in substantia cordis*) eleuati & p̄stiti ab aliqua ex dictis partib. nimirũ, ab spiritib⁹, humorib. aut solidis particulis in calfacto esse positis, & vicẽ causæ agentibus, differentia adeo cõspicua & manifesta, quæ nata sit ephemerã verbi gratia, aut humoralẽ in subalternas & varias species subdiuidere.

Ephemeræ febris species.

Sic profecto *Ephemera febris*, quæ in ratione primi generis diuisi species est specialissima, ratione caloris succensi in spiritib. ob varietatẽ causæ succẽdentis, duplex exsistit, vna *Legitima*, *&* *Spuria* altera: hæc autẽ ob id illegitima seu spuria dicitur, & ab exquisita differt, *primò*, quia ad plures dies prorogatur, ea quilita verò vno tantum die finitur: *secundo*, quia exquisita solum habet fieri à causis externis, aut maiori ex parte, at spuria à manifestis, *vt Celsus arbitratur*, quæ nõ raro sunt internæ, licet euidentes: *tertio* quidẽ, quia legitima est independens, & ob id differt à putridis, & ab ephemeris spuriis, quæ semper sunt dependentes, vel à bubone, vel à cruditate, vel à sanguinis calfactione. Quibus constat ex caussa succensa calorem præter naturam eam contrahere conditionem, quæ nata sit febrilem calorem in varias species dissecare.

Humoralis febris subdiuisio.

Item *humoralis* appellata *febris*, quæ secundum complet primę diuisionis membrũ innumera varietate dissecatur: nam quędã *Simpliciter* appellantur *humorales*, quędã verò peculiari nomine *Putridæ* nuncupantur. Humorales quidẽ sunt, quæ citra humorũ putredinẽ, sola humoris calfactione, vnti bonis, *vt Gal. docet, lib. de atra b. c. 2.* vel cruditatũ efferuescentia fiunt, quas ad ephemeras spurias reduximus, vel saltem mediæ exsistunt naturæ inter ephemeras & putridas. Num verò humorales & putridæ conuertantur, non satis constat: nã putridam esse diariã, ostendit sudor Britannicus: q̄ hectica aliquando putrida sit, ex Gal. colliges 3 *de præs. ex puls. c. 3.* Quod aliqua humoralis non sit putrida, ẽt constat in synocho citra putredinẽ. De biliosissimis etiã febrib. apud auctores non minoris eruditionis ẽt constat, plerasq; esse citra putredinem, *vt ex Tral. lib. 12. colligitur, ac ex Auer. lib. 3. c. 4. nec non & ex Gal. lib. 10. meth. cap. 5.* qui recensens tertianã ex inflammata bile, refert, ob id initio accessionis cibum præbuisse, q̄ si ex putredine ortum duxisset, esset profecto præter omnem rationem. Inquit etiã *1. pop. par. 2.* tertianam fieri ex bile multa, & febrem ardentẽ ex inflammata non multa. Itaque ob dictas rationes ꝓbabile videtur, posse dari febrem humoralẽ citra humoris putredinem. Ex quib. constat, febres huius census admodum esse varias, eo q̄ calor pręter naturam in humorib. succensus mille conditionib. afficitur, quarum quælibet vim habet immutandi prędictam febrem, ea mutatione, quæ nata sit peculiarẽ constituere differentię modum. Quippe humores putridi ex peculiari cuiusq; idea & natura calorem immutare habent, ita vt ea ratione ex febrib⁹ in humore succensis, quædã sint *Biliosa*, vt tertianæ naturam referentes, quædam *Pituitosa*, quædam *Melancholica*, & aliæ *Sanguinea*. Item ea loco, vti humores putrescunt, non leuis febriũ differentia succrescit: nam earũ quædam sunt *Continuæ*, quædam *Intermittentes*. Illarum verò quædam *Continentes*, quædã *Continua nuncupantur*: at intermittentium plures *Tertiana*, nõnullæ *Quotidiana*, aliæ *Quartana* visuntur. Præterea ex modo ex diuersitate putredinis, duæ prodeunt febrium differentiæ, vna quæ *Putrida simpliciter* est nuncupata, reliqua verò *Putrida pestilens*, quæ modo putredinis longè à communi putridarum conditione dissidet. Subdiuiduntur ẽt febres ex loco desumtæ, quia quæ continuæ sunt, & intra vasa putrescentes sortiuntur humores, in quatuor diuiduntur species, quarũ vna est *Biliosa*, *Pituitosa* alia, & alia insuper *Melancholica*, & vltimo reliqua *Sanguinea*. Præterea ex his, quæ continuæ sunt, quædã in *vasis* fiunt *maioribus*, & appellantur *Continua*, cum cognomine humoris qui putrescit, vno modo retulimus. Quædã rursus prodeunt ex humoribus putrescentibus in omnibus vasis, pręsertim maioribus, & iis quæ prope cor exsistunt, quas *Continẽtes, seu Synochas*, Gal. & fere omnes medici appellãt, & ex sanguine, flaua bile, aut salsa pituita tantũ fieri autumãt. Quas ẽt Gal. in tres species diuiserat, videlic. in *Crescentes, Decrescẽtes, & eundem tenorem seruantes*: ex quibus etenim quędã sunt *cum putredine*, & nonnullæ *citra ipsam*, quas potius *diarias* plurium dierum dixeris. Dimitto consulto hac in parte plures alias, quæ vel ex ichoribus, aut aliis succis fieri possunt, quia licet materia dissideant, continuitate aut interpolatione communes efficiuntur. Dimitto pariter aliam diuisionem à loco etiam desumtam, in qua prima febrilis ardoris origo est, qua febres constituuntur, quædam *Symptomatodes* appellatæ, quædam verò *protogenea & primaria* nuncupatæ. A duratione etiam non leues suboriuntur febrium differentiæ, siquidem aliæ sunt *Diuturna*, aliæ *Breues*: quod non solum in tota morbi duratione conijciendum est, sed in accessionibus etiam. Nam quædam sunt *Breuium accessio-*

301 A *nam*, licet febres ipsæ diu durent: quædam verò *Productarum*. quarum omnium caussas, quia magni sunt momenti ad curationem, sequenti libro sum scripturus. Ab ordine quidem magni prodeunt momenti in febribus differentiæ: Nam quædam dicuntur *Erratica* seu *vaga*: aliæ verò *Ordinata*. Atq; licet error potissimum in accessionibus notetur, (*quia videlicet neq; quotidianam, neq; tertianam aut quartanam periodum, vel aliud etiam statutum tempus accedendo aut recedendo, seruent*) in continuis etiam nil vetat errorem posse cōtingere. Nam quod intermittentiū accessione fit, id in continuarū exacerbatione fieri quoq; potest, idq; non solum ea internis cōfusisq; humoribus, aut æqualiter vel inæqualiter permixtis, sed etiā ea certa humoris specie, quod varie à natura moueatur, ab externis vel internis occasionibus inconstanter lacessita. Ab anneais etiam symptomatis non leues oriuntur febrium conditiones, qualis illa est, quæ cum perpetuis sudoribus inuadit, ab Hip. *Hydrodes* appellata, & à Gal. *lib aduersus Licum*, ad genus humidarum
B febrium redacta. Quibus profectò symptomatis plures febrium peculiare sibi nomē acquirunt, velut est *lyppiria febra*, aut *epiala*, & ea quæ *quarto de ratione victus, com.* 47. Alodis febris dicitur, quia per eam laborātes grauentur exerceanturq; anxij, inquieti adeo, vt nullo recubare loco dici possint. Cui reducitur alia de *causōna* genere, *vt idem Gal. recenset eodem loco*, quam *difficulter tolerabilem* Græca litera denotat. Alia insuper est *traxodes* appellata, in qua spectris quibusdam visis perterrentur, exsiliunt, delirant, & clamant laborantes, ea bile feruente, & vapores multos à se sursum fundente. Insuper alia reperitur, in qua maiorem totius accessionis partem horroris symptoma occupat, vel ex materiæ motu, vel ex suppuratione, quæ in ea parte fit, vnde rigor oritur. Reperitur insuper alia, per quam tenuis materia, acris & feruida natiuum corporis succum eliquat, igneo calore intus nimis feruente. Item reperitur alia, ea
C fuliginibus per corporis habitum elatis. Aliæ sunt *pallida* aut *rubicanda* appellatæ febres, quæ humorem commonstrant.

Differentiæ febrium ex modo caloris.

Tertium & vltimum genus, quod superest dissecandum in species, eas differentias sortitur, quæ ex modo caloris atq; ea eius conditionibus suboriri possunt: Succrescit enim calori, à caussa, quæ ipsum præter naturam efficit, vel à materia in qua subijcitur, & ea mille alijs occasionibus, adeo varia conditio & sors, vt mira varietate differre febres, quas succendit, cogat. Quippe in calore, *vt ex Hipp.6.pop.part.1.tex.26.constat*, considerari varia possunt, sed duo potissimum (*præter quantitatem & intensionem*) qualitatem videlicet, & secundum illam progressionis rationem. Sic enim si qualitatem consideres, calorem, & febrem, quam constituit, reperies vel *Mordacem* esse vel *Mitem*: quod illi accidere certum est, vel ratione caussæ calore concitantis, vel ratione materiæ, cui subijciatur. Biliosum enim excrementum calorem è se fundit acrem, & mordacem; mulcebrem verò pituitosum: in qua sane caloris conditione,
D duplex etiam obseruatur motus, vt aiunt, vnus, q manet sui similis à principio ad finem; alter versò, qui indies mille modis variatur. Sunt n. febres, quæ initio sui non admodum feriunt, mordentq; manum; paulò verò post non leuiter ipsam mordent & feriunt: Aliæ verò sunt febres ijs cōtrariæ, per quas initio calor apparet acrior, temporis tamen processu mitescit: quæ quidem differentiæ non leui dissidio inter se disconueniunt. In primo enim genere illæ febres continentur, in quibus pituitosus succus in quacunq; parte sit, primum accenditur, deinde verò incendium in alia loca serpit, vbi biliosus humor viget magis: siquidem sanguis non in omnibus partibus sui similis exsistit, sed hic purior; illic verò impurior, idque varia insuper impuritate: quo fit, vt sensim caloris & mordacitatis increscat sensus. At vbi biliosus humor primo putrescit, mirum non est, si primo accessu mordacior appareat calor; postea verò fumida parte euanescente, & cute rariore facta,
E confestim cesset morsus, huius naturæ sunt, vel ephemeræ, vel ex sanguine non paucæ. Huic etiam generi reducuntur febres omnes ex *synochorum* sorte, nec non ex *intermittentibus* quædam, quę vel ad finem vsq; perseuerant *tertianæ*, vel *quotidianæ*, vel *quartanæ*: sicut aliæ, quæ commigrant ab vna in aliam, & eo tempore desinunt, aut iterum reuertuntur ad antiquam naturam. Sic ea continuis pleræq; in alias degenerant, sicut aliæ propriam conditionem vsq; ad integram sanitatem retinēt. Alias etiam febrilia caloris conditiones in prædicto contextu annumerat Hipp. quas ob id consulto prætereo, quia per eas potius nititur idem auctor mōstrare, vel naturam succensæ materiæ, vel genus ipsius febris, nimirum, ephemera ne sit humoralis an hectica, quam peculiarem caloris cōditionem: Ea enim methodo vsus est Hipp. in adinueniendis febrium, tùm generibus, tùm speciebus omnibus.

Atque hæc de febrium summis generibus ac speciebus dixisse sit satis. Qui exactè diuidendi hanc à nobis statutam rationem expenderit, proculdubio reperiet vnamquamque differentiam
F ad suum genus reductam esse, & eam, quæ vnius est generis, non confundi cum his, quæ alterius generis exsistunt, ità vt omnes facilè prosequatur, & nullius sit immemor: sic quidem processimus, diuidendo primum & summum genus per primas differentias, & eas rursus per alias eisdem proximas, donec tandem deuenimus ad vltimas, quæ nullam amplius admittunt partitionem: sed in indiuiduis consistant.

*LIBER TERTIVS.*

# DE FEBRIVM CAVSSIS.

G
FEBRIVM caussas exactè, & vt par est, scripturo, incumbit solum in his immorari, quæ ad cognitionem & veram curandi methodum inueniendam, vsui esse possunt, reliquis per transennam, vt ferunt, aut leniter memoraris. Cuius rei gratia expendere diligenter oportet, ex caussis huic rei proficuis, quasdam esse *calorem illum generantes* seu efficientes, quasdam eundem *Conseruantes*, alias quidem *Adaugentes*: & plurimas, quæ non leuem inter febres constituunt differentiam, subortam quidem à *Natura, Loco, Durations, Ordine, Constantia, Accessionum tempore aut*

*partitate, vel ab an*[illegible] *symptomat*[illegible] [illegible]atum [illegible] uni naturam & vires [illegible]alius considerare opus erit, vt facilior cuiq; [illegible] sit dignuscendi, & curandi ratio ac methodus.

Causæ febrem inducentes aut sunt præteritæ aut præsentes.

Quę verò febrem, veluti quamuis aliam calidã intemperiem committere possunt, in dupli[ci] existunt differentia. Quippe ex his quædam sunt, quæ licet iam Præterierint, & ante febris aditum præfuerint, futuræ sunt caloris causę, etiãsi in corpore lateant, & occulte ipsi insidientur: quædam etiam adhuc præsentes vigent, & in actum calfaciendi diriguntur. Quæ tamen præterit causa, & ex se corpori aliquid pręstitit, quo in febrem calorem sperandum sit, insalubris est victus ratio, quę licet iam diu præcesserit, futurum morbi apparatum præstitit, & principium dedit futuræ caussæ: Nam causa futura, proculdubio est corporis vitiatum temperamentum, & humores putredini obnoxij. Corporis enim morbidus apparatus, *vt Gal. in pari, 2 de diff. fébr. & ab Hipp. accepit 6. pop.* maiorẽ huius mali partem sibi vendicat: ita vt constet, parum aut nihil externas causas, quæ calfaciendi B vires habent, posse efficere, citra corporis aptitudinem à prædicta futura causa, siue victus improbaratu sit, siue prædictus corporis apparatus, siue vterque: dummodo consideremus, vim & naturam cuiusque seorsim diuerso modo se habere.

Calorẽ inducere variæ [illegible]es causæ quinque.

Præsens autem causa, vel quæ mox præterit, & non materiam seu apparatum calori excitando præstat, sed ipsum sua natura intendere generareque habet, quinario numero complexa, frequentius febres & reliquos affectus, qui ad calidum vergunt, concitare habet, *vt ex Gal. eadem colligitur, lib. de cauß. morb. cap. 2. & 1. feb. c. 4.* Huius censusquidem sunt, *Motus, Rerum calidarum adhæsus, Mixtio substantiæ calida, prohibitus effluxus naturæ consuetus & familiaris*, & vltimò *putredo*. Quas huic ministerio cõuenire facile disces, quia quod calfit, vel intenditur ex accessu alieni, vel sponte sua, en quod aliquid internum, vt propriæ partes calidæ agunt in frigidas, *vt in prohibito efflaxu contingit*: vel calor externus propter impotentiam in- C nati calidi occupat aliquid contentum in corpore, *vt in putredine contingit*: vel calor augetur per aduentum copiosioris caloris ab intrinseco ad partes, *vt in mora accidere conspicimus*: vel calfit corpus quia augetur substantia innati calidi, *vt ex assumto alimento contingit*. Quod si dixeris vigiliam & inediam corpus etiam calfacere, citra aliquẽ ex prædictis modis, expende id fieri propter mixtionem bilis cum sanguine: Nam vigilia & famea augent flauam bilem, præterquam quod inedia calfacit etiam propter actionem caloris interni in membra, sicut vigilia per modum spirituum. Neq; obstat, medicam. enim pituitam purgans etiam calfacere, quia id reducitur ad mixtionem rei calidę: siquidem aliquid alio fieri calidius contingit, vel adhæsu calidi, vel priuatione frigidi. Quo fit, vt constet ad has tantũ quinque caloris causas, reliquas fore reducendas. Quorum proculdubio qui ignorauerit rationem & modum operandi, D fateatur oportet, se nõ posse *curandi methodum* adinuenire, neque quid certum in febribus præsagire.

Causæ caloris ab his quinq. distinctæ non sunt fames & vigilia, neq. medicam purgãs pituitam.

De caloris verò concitatione ex motu, tam est dubia & varia apud priscos & recentiores omnes e[a] d[isputat]io, vt quant[illegible] & [illegible] [illegible] ntum profect[illegible] ca[illegible] ,& [illegible] ffic[illegible] Verum quia duplex est huius dubitationis p[ars], vna quæ rationem euentus in animatis inuestigare nititur. Altera vero quæ in anima carentibus huius ha[bet] [ra]tionem mihi [sc]ibere studui, vt quæ nihil aut parum [v]sui medico p[rod]esse possit. Sat enim est scire, motum inanimatorum caloris esse causam, quia est aliquis motus primus eiusdem naturæ, nimirum localis, qui habet eminenter virtualiter virtutem producendi omnes qualitates, quæ fiunt ab aliis motibus. Cuius naturæ est *Motus cæli*, nõ quidem solum ratione motus, sed ratione etiam mobilis: & sic *motus localis* habet virtutem inferẽdi calorem non quidem alias qualitates vt cœlum, id præstans ratione mobilis & ratione motus. Quo fit, vt inanimatorum motus non generet frigiditatem vt ipsum, sed tantum calorem: idq; solum quia inducit rationẽ, quæ immediata est dispositio ad calorem, non quidem ad frigiditatem: atq; hæc de re hac dubia, & nostro vsui incommoda sint satis. Motus autem, qui in viuentibus corporibus calorem excitat, licet facilior notitia habeatur, vtilior longe est vsu: & ob id modum diligentius inuestigabo. Viuentium igitur corpora adeo ex motu (*siue proprio, siue extrin[se]cus facto*) incalescere assolent, vt non raro in febrem commigrare visum sit, & frequentissimè in spontaneas & intolerabiles lassitudines. Quod sane ob id fieri omnibus fere est in confesso, quod mouent innatum calidum ab ipsius cordis doctrina ad varias partes, ibidemq; congregare, pro varia rerum necessitate, euidenti euentu comprobari potest. Quo fit, vt his motibus agitatum, mirũ non sit, si corpus plus iusto incalescat: quia motis spiritibus & sanguine per omnia membra vehementius & copiosius quã antea, vberius singulis partibus sese communicãt, & ob id intensius corpus ipsum, & omnes ei[us] partes calfaciunt. In quo quidem opere, primo *lassitudo* es vehementia motus succrescit, postea verò si quod ad partes confluxit plus est, quã ipsæ discutere possint, aut compescere, vt lassitudo protinus subsideat, caloq; ille immodicus in totũ corpus spargitur, tandẽ ad cor deueniens febrẽ concitat. Sed viuentiũ corporũ duplex reperitur (*qui hunc calorem concitare possit*) motus differentia, vna corporibus propria, vt *labor, exercitatio incompt[a]. a a. fi[c]tio & motus quina*: alia partium corporis actiuus & voluntarius, vel passiuus & ab alio mouente externo: animæ verò alia velut *cogitatio vehemẽs, cura, ira, mæror*, & similes animi affectus, dum vehementes sunt, aut diuturni, aut crebri. Quia cum dictũ sit, naturam sui operis gnaram spiritus vbi opus est, vel lento vel celeri grado coercere, contingit ob id in cogitationibus ad caput tam vberem eorum, ac sæpe sanguinis, copiam pellere, vt caput incalescat, refrigereturque ventriculus: in tristitia ad cor, in verecundia ad faciem, in gaudio ad cutem, in inflammationibus ad partem suppurandam, ad locum dolentem, vnde tumet pars dolens, in partibus morbo obsessis ad coctionem humorum, ad musculos in motu, ad sensoria vt in actum exeant, ad ventriculum vltimo, vt coctio promptius fiat. Quo fit, vt constet in motionibus vtriusque partis citatioribus aut vehementioribus, necessario plures partes

Motus [illegible] [illegible] qua[illegible] [illegible]

E

Motus viuentium [illegible] inter causas caloris & tandem febris.

F

Lassitudo ex motu, & es [illegible] discussa febris.

Motus viuentium duplex corporis & animæ.

G

partes aut vniuersum corpus incalescere. Cæterum licet euêtu quotidiano côspicimus ex mœrore, ex verecundia aut timore, pleroq. homines, qui animi sunt deiecti, febricitare; ratio tamen nô satis aperta conspicitur: Nam 4. *de caus. pul. c. 5.* Gal. pulsum tardum tristitiam efficere, quæ conspicue cor refrigerat, fatetur: idem etiam de timore, & verecundia profert. Quod etiam probari potest, quia in timore, & mœstitia potius spiritus vitales quiescunt, quam moueantur, & ob id potius cor refrigerabunt, quam quod calfacere possint. Verum eum hoc non raro febrem inducere certum est, *vt scribitur 1. de san. tuen. c. 2.* qua parte Gal. affectus omnes animi, si modum non seruent, reddere corpus biliosum scribit. Præterea ex prædictis animi affectionibus febrem succrescere certum est; per accidens tamen, nimirum ob conculcationem spirituum vitalium, & ob motum animalium, ex immodica cogitatione: Nam licet adsit motus introrsum velocior, quam par sit, fieri minime potest febris, quia deest timentibus contentio animæ vrientis spiritus, & iden dissipantur, & subinde corpus refrigescit, *vt ex Galen. 2. de causs. sympt. c. 5. aperte colligitur.* Quo fit, vt in prædictis animi passionibus solum ex accidenti, (*conculcatis nimirum, & veluti obstructis spiritibus*) febris sobonatur, aut calor concitetur. Verùm licet hoc sit fere omnium commune dogma, in timore proculdubio arbitror, dum recens & vehemens exsistit, febrem per se ab spirituum contrario, & violento motu posse fieri, *vt latius scripsi lib. 2. de caus. puls. tract. 3. de passionib. animæ puls.* vt vibratus pulsuum motus ostendit.

Mœror verecundia & timor quo pacto febrê causent.

Contactus etiam rei calidæ, vt *vt ignis, solis, causticorum medicamentorum*, aut *corporis alterius febrientis*, calorem ac sæpe febrem excitare omnibus est compertum: idq; vel ex Vicinia, & Adhæsu, vel per Inspirationem. Ex vicinia quidem scimus duobus modis id contingere posse: Vno præ calore cute corrugata, vt in combustis partibus videmus. Sic enim quibus cutis calida & rugosa est, ob prohibitum effluxum, febris non raro concitatur. Altero verò modo fit ob calorem, quem vltra modum corporis substantia susceptat. Quippe hæ causæ, & spiritus, & humores, & vniuersam corporis molem, calfacere plus iusto natæ sunt: quorum sane caliditas si cor apprehenderit febrem proculdubio excitabit. Verùm cum hoc non est arbitrandum, prædictas causas posse febrem euocare, vtcunq; corp⁹ calfaciant, sed necessum esse, spiritus simul omnes calfieri: Nam dum lente & successiue calfiunt, potius resolutionē spirituum, vel tenuis alterius substantiæ, ac ob id animi defectum efficiunt, quam *ephemeram* efficere possint. Ob id profecto requiritur simul omnes inflammari, si febris futura est: quippe Diaria inter febres factas recensetur, quo fit, vt oporteat simul omnes spiritus inflammari, & in humoribus aliquid etiam esse exustum vel putrefactum, aut in partibus solidis exsiccatum, & præter omne temperamentum calidum. Sed in his, quæ corpus calfacere possunt, edíscere oportet, quoddam esse Virtuale calfaciens, vt *Sol*, aliud Potentiale, vt *piper*, item aliud Actuale, vt *ignis*. Præterea vel hæc proxime corpori adhærent, vel per aliquod interuallum distant, aut corpus ipsum attingunt, vel in ipsum penetrant, non quidem sicut alimentum,

Contactus seu calidi adhæsus qualiter febrē causset.

Calfaciens quid.

quod in eius naturam mutatur, sed velut res, quæ immutata corpus alterat.

Accidit quoq; corporibus plus iusto incalescere *Suppressione calidi effluuij*. Ita enim natura comparatum est, vt ex his quæ in corpore coquuntur, halituosa partim, & partim fuliginosa excernantur excrementa: Hoc igitur effluuium, præsertim acre & vstilaginosum, si ex cutis pororum constipatione, vel quauis alia de causa prohibeatur libere exspirare, quia calidum est, & conculcatur ac difflari nequit, febres potissimum diarias excitat, vel putridas iuxta halitus conditionem & morbosum humorum & corporis apparatum. cui operi etiam prohibita refrigeratio a constipatione orta non parum iuuat. Multa sane sunt in huius causæ enodatione scitu digna, & summopere ad veram medendi rationem necessaria: quapropter studui diligentius ea expendere. Primum itaq; scito, prohibitum effluxum non semper febrem posse côcitare, sed eum natura accidit in salubribus: Nam hi, qui salubriter degunt, ac temperatura & humoribus gaudent inculpatis, potius ea prohibito effluuio plenitudinem concipiunt, quam febrem. Quapropter sic affectos Hipp. *lib. de vict. priuat. 26. & lib. de affect. ad fin.* consulit, cauere à carne & vino, & parcissimum sumere alimentū, quo à multis obstructionis sontibus immunes euadât. Nec omnino arbitrandū est, hos non incalescere febrili calore aliquando: Nam licet, quod in ipsis quotidie euaporat, lene sit & naturæ familiare; cū hoc tamen, quod remanet, acrius efficitur ob vlteriorem calfactionem, quo fit, vt non semper sola quantitas caloris augeatur. Item, non valet aduersus hanc veritatem ratio, qua probatur, per frigerationem maiorem & primo habere vim refrigerandi, quam cutis densationem calfaciendi: Nam calor non difflatus, sed vnus euidentius augetur, nisi id, quod densat & refrigerat, intus quoque permeet. Verùm si citra insignē refrigerationem vapores prohibiti acres sint, proculdubio sequitur intensio caloris ad febrem concitandam idonea; si verò vapores mites sint, solum augetur calidi quâtitas. Vtcunq; tamē vapores inhibeantur, siue acres sint, siue secus, vbi calor intus adauctus nô difflatur, vel succēditur febris (*quod omnimodo prohibitio facta non fit*) vel si diu id duret, paulo post ob suffocationem in frigidū pathos commigrat affectio. Dēsant verò cutim & natiuum effluuium prohibent, vt ex 8 *meth. c. 2.* aperte colligitur, refrigerantia, adstringentia, necnō & siccantia, vt frictio dura, & insolatio: Nec credendum est, q̄uis siccitatem densare posse, sed eam tantum, quę immodica est, subitoq; & affatim facta, quo senū & febrium hecticarum siccitatem excludamus, Verum vt densitatis natura constet, côsiderare oportet, Obstructionē cômune nomen esse ad côstipationem & obstructionē, peculiari nomine sic appellatum: Nam stipatio seu constipatio, vel angustia meatuum tunc dicitur, cum solum pori angustiores reddunt, inter sese cōtractis & côpressis foraminulis: Obstructio verò vel *infarctio* significat plenitudinē pori ab aliquo infarciente, vel replente eius cauitatē. Sed quia hac in parte solum de cutis densitate tractatio locū habet (*nam paulo inferius de obstructione longior erat disceptatio*) expendere oportet, ex varijs Gal. locis varias quoq; colligi posse causas, quæ cutim stipare possint. Tertiò

Suppressio calidi effluuij qualiter febre causet.

Effluxus prohibitus quando febrem concitet, quando non.

Fluxum natiuum quæ prohibeant.

Densantia cutem.

Siccitas nô omnis densat.

Constipatio quid.

Obstructio quid.

Densitas cutis & calidi effluuij suppressio quas habeant causas.

enim *de san. tuen.* quia solum inquirit causas angustiæ pororũ, duas tantũ annumerat, conuenientiam nimirum, & densitatẽ forsan ex repletione facta ex 9. *meth.* tertia alia colligitur, quia eo loco ꝓhibitæ vẽtilationis causas venari studebat, & ob id addit, adstrictionem carnium inter medios poros: At 1. *de loc.* quia amplioris meatus causas inquirebat, obstructionẽ addidit, sed veræ densitatis potiores, & priores sunt primæ causæ, etiãsi quæ adducitur 9. *meth.* id malum quoq; nõ raro moliatur. Quæ sane causæ si aliquando corpori accesserint, dubium nõ est, quin febrem excitare possint, maximè si acribus excrementis corpus scateat: Corpora enim, quæ his abundant, proculdubio sunt, quæ à natura *cacochyma* exsistunt, & prauam rempenem sortiuntur, & ea etiam, quæ prauis vtũtur edulijs, ac insuper, quæ crebras patiuntur cruditates. Inter quæ ea maximè febribus corripiuntur ob prædictam cutis densitatẽ, quæ natura biliosa exsistunt, & prauis vtẽtia edulijs, nidorosas cruditates frequẽter patiuntur. Sed superest adhuc, ex his quæ de præsubito effluxu dicta sunt, dubitãdi occasio, nimirũ, *qui fieri possit, quod hyeme ob eiusdẽ effluxus prohibitionẽ, ventres, vt inquit Hipp. (nulla salubris aut biliosi facta distinctione) calido naturali fiant calidiores, & ex quauis alia eius prohibitione febris succẽdatur: Nam & leuissimus frigoris contactu, vel si quis in prato dormiat, vel aqua frigida immergatur, protinus febricitabit; hyberno verò tempore vehemẽtissima adhuc exsistente aeris frigiditate, non solũ non febricitat homo, verũ copiosior ipsi succrescit innatus calor.* Ratio profectò huius rei triplex repetitur; *Prima* quidem, quia licet in vtraq; occasione fiat retrocessus caloris ad intima; ea tamen, quæ affatim & subito fit, aptior est ad febrem efficiendam, quàm ea; quæ lente & paulatim, qualis ea est, quæ hyberno tẽpore fit, quia non statim ab æstiuo calore ingruit, sed medio autumno & sensim. At in reliquis causis subitus fit prædictus retrocessus, & ob id spiritus succenduntur, vel humores, ꝓ defectu vẽtilationis putrescunt. *Secundò* ẽt fit, quia hyberno tempore, & in causa quæ lente operatur, nõ omnino constipantur pori, sed eorũ id manet apertum, quod transpirationi est satis: qui sane pori non sunt adeo patuli, quod caloris natiui simul cum fuliginibus plurimum spirent, sed quàm paucissimum, vt calor vegetior, ob retentionem eius, quod secundum naturam est, efficiatur, vt vere & hyeme cõtingit. At in cutis densitate ob externã causam, & naturalium & ꝑter naturã prohibetur effluuium, quod subito & magna fiat pororum condensatio. *Tertiò* verò hyeme calorem naturalem crescere, ob id sane arbitramur, quia ab intrinseco fit magis augmẽtum caloris & humidi, ob copiosiora alimenta, quibus homines eo tempore vtuntur.

Dubiam.

Suppressio calidi effluxus à frigore hyberno euenientem reddat calidiorem, ex alia vero causa leuissima febrem concites.

Solutio.

Permixtio insuper calidæ substantiæ, vt *alimentorum salsuginem referentium*, item *amarorum*, aut *calidorum* id maximè efficit: huius etiam naturæ sunt *aromata, medicamenta purgantia, aut deleteria.* Fit autẽ calidi augmẽtum ex admixtione rei calidæ, duobus modis: *Vno* quidem, *vt antea dictum est*, quod crescat ab assumpto alimento substantia innati calidi, quod rarissime in febres commigrat. *Alio* verò cum solum ipsius innati calidi augetur caliditas, manente eadẽ substantia, vel si ipsa quoq; augeatur, & vitiosa admodum sit, qualis ex cacochymis edulijs succrescere solet. Vtroq; enim modo inẽdi caliditatem conspicimus ea intensione, & adeo aliena conditione, vt pleru[illegible] degere[illegible]. [illegible] d sane fieri credend[illegible] dum rei calidæ substãtia nostri corporis spiritus, humores, [illegible] solida, ita euertit, vt mutata ad calidius innata tẽperie actiones euertat ac vitiet, & ꝓut causæ maior fuerit vis, in subuertendo spiritus, humores aut solida membra, hæc vel illa febris subortur species.

Permixtio rei calidæ quomodo febrem causet.

Calidi augmentum quot modis fiat.

Putrefactio verò, quæ calore externo viget, calorem ẽt & frequentius febrilem efficere habet. Nam cum putredo sit propriæ caliditatis ab aliena corruptio, cuius materia est humiditas & causa efficiens calor præter naturam, fit profectò, vt oia putrescentia adscititio calore calidiora euadãt, & naturali frigidiora. Ex quibus autẽ humores putrescãt, inferius leges fusius. Nũc verò sat est nosse in corpore posse putrefieri, & febrem concitare humores, vermes aut membrum aliquod, cuiuscuius naturæ sit. Quæ sane caussarum genera, prout corpus offendunt, susceptioni caloris paratum (*quamuis certum sit, ea omnia nata esse calorem solum inferre*) ita ipsum generare babent, vel nanuum adaugere, aut præter naturam efficere, vel febrilem committere, vt vehementia est caussæ: Nam licet ipsę per se natę sint calorem concitare, hunc tamen vel illum, aut si febrilem concitant, febrem *ephemeram* facere, humoralem aut hecticã non ex natura propria habent, sed vel ex passuri corporis apparatu, vel ex vehementia causæ, quæ calorem concitare nata est.

Putrefactio quomodo febrẽ cau[illegible]

quare [illegible] hanc unus aliam [illegible] excitet.

Ex causis febrem conseruãtibus potissima quidem *Obstructio* est, quæ prohibitam difflationem adeo tuetur, vt & putredinẽ & calorem ab ea ortum semper seruet, & tueatur. Cui plerunq; accedit *Succorũ copia* vel *crassities*, *Virium imbecillitas*, quæ coctionem retardat, & *Inordinata* aut *praua victus & vita ratio*, quæ cõsimilem materiæ copiam suppeditat. Quippe hæc omnia, aut horũ singula calorem tuentur, quia aut materiam augent, aut superari & concoqui prohibent, quo putredo in dies magis inualescit, & inde calor constanter durat, donec prædictæ causæ, vel sponte, vel arte delitescant.

Causę febrẽ cõseruantes.

Tertium causæ genus febrem iam genitã summopere adauget, & vitiat adhuc amplius eius calorem. Cuius namq; sunt, quæ ipsum calorẽ tueri vires habent, *vt nuper adduximus*, dummodo adauctiores sint, vt non solum cõseruent, verum & intendant calorem. Item symptomata, quæ laborãtibus succrescunt, vt *sitis*, *vigilia*, *frigidorum humorũ intempestiua vacuatio*, aut *calidorum importuna detentio*, & id genus alia, quæ caloris vim & efficaciam intendere sunt nata, tùm quia malignius reddunt subiectum caloris, tùm verò, quia intensior efficitur ob similis excessum.

Causæ febrẽ augentes.

Ad causas igitur constituentes aliq̃ differentiæ rationẽ in febribus accedendo, coniectandũ primo est, eas proculdubio esse multis modis varias, iuxta varietatem rei, quæ differentiam aliq̃ constituere nata est. Verùm si quis rem hanc diligentius pensitet, reperiet facile nil æque posse differentiam constituere ac *materiales* causas, quas sic clarioris doctrinæ gratia appellare placuit, licet potius subiecta caloris præter naturam, quam materiales eius causas existimare eas oporteat. Quibus habitis, quia, *vt antea dictum est*, hæc materia triplicis est naturę & cõditionis, ob id cogimur, de cuiusq;

Causa differentiarum febrib. constituentes variæ.

Spiritus quales esse re sint, quæ ephemeram cõstituant.

Spiritus quales natura sint, qui ephemeram constituunt.

cuiusq; natura nonnihil docere. De *Spiritibus* igitur primo nouisse oportet, quales naturæ sint, qui ephemeram constituunt: In qua re asserendū iudico, eos solū ipsam efficere, qui vitales exsistunt: Nam licet animales & reliq. (*si qui sunt*) velut sanguinis vapor, calfieri & succēdi aliquo modo possint; ephemeræ tamen febris rationem solum vitales constituunt: Nam etsi ephemera febris aliquando incipiat à sanguinis vapore, summo initio ab inedia, satietate ebrietateq; mox tamē in spiritus vitales cōmigrat calor. Aliquādo etiam ephemera incipit à vitalis spiritus succensione, vt in *ira, mœrore*, & plerisq; animi passionibus contingit. Alias autem ab animali incipit spiritu: exemplo sunt, *vigilia cura*, & *cogitatio vehemens*, sed mox calor vitales tenuit spiritus, quibus succensi, vera febris ephemera concitatur, quia differentia spirituum non constituit eam febris differentiam, quam humores, quæ essentialiter inter se differunt per firmas de genere substantiæ: quod spiritibus non accidit, quia solum accidenti aliquo differunt, licet nos, vt medici, differentiam inter ipsos constituamus, ratione facultatum, quibus inseruiunt.

Spiritus putridi an possint diariam putridam excitare.

De quibus sane spiritibus dubitare insuper oportebit, an putridi possint febrem diariam putridā excitare. Ego quidem in hac re existimo, licet spiritus possint (*vt cum aliis præter rationem*) putrefieri, (*quod raro contingere scimus*) nihilominus tamen nō possunt adeo in putrescendo persistere ac durare, vt febrem gignant, quin prius eorum substantia dissipetur & euanescat, quam eorum putridus calor cor attingat, ac febrem putridam excitet. Ad huiusmodi enim febris conditionem seu differētiam reduci possunt status, dum inflammantur, humorum vapor, sed impurior, & crassior, turbidiorque siue à materia quauis calfacta in nobis prodeant, siue ab externo flatu fœtido, aut nimis calido, vel ab alimento flatulento: siue prædictus vapor quietus sit, siue motus per cauitates, vt *cerebri, cordis, pulmonum, ventriculi, intestinorum, vesicæ, vteri, venarum & arteriarum, aut partium similarium*, vt *neruorum & carnis*. Argumento est huic doctrinæ ephemera superueniens colicis doloribus, aut cruditatibus, quæ protinus dolorem soluit. Quibus sane flatibus non difflatis, sed diu in parte calida coercitis quandoq; calor excrescit; quandoq; verò putredo aduenit, quam graueolentia declarat: quo tempore, cum citò euanescant, potius ephemeram, quā putridam concitare habent, licet in prędictis substantiis putridam aliquando succendi, mirum non est, quod spiritibus accidere nequit. His de caussis contingit, quasdam ephemerarum esse *Legitimas*, quasdam *Spurias*, vt antea abunde docuimus.

Ad humores igitur, qui putridarum exsistunt caussa accedendo, tria in ipsis cōsideranda sese offerunt, vt causas differentiarum humoralium febrium consequi ad vnguem possimus. Primum, *humorum differentia*? Secundum, *putredinis locus seu minera, vt aiunt*: Tertium verò & vltimum, *cuiusq. propria ac peculiaris conditio & natura*.

Humorum tres differentiæ.

Circa primum (*siquidem humorum molem & copiam causam materialem licet abusiue, diximus esse febrium putridarum*) expendendum est, tres reperiri in nostris corporibus humorum differentias, quas omni putridarum febrium generi materiam suppeditare pro cumperto habemus. *Prima* quidem humorum classis eorum est, quos in venis residere scimus, *naturales humores* à Medicis & Philosophis appellatos. *Secunda* humores continet, qui licet naturaliter corpori insint, & ex quotidiano alimento generationem sortiantur, & locū sibi vendicent peculiarem (*quod natura eis ad aliquod ministerium vtatur*) nihilominus tamen eos, quod alimentum corpori non præstent, vt reliqui, *non naturales* libet appellare. His enim naturam receptacula quædam præstituisse, ex anatome & corporis notitia euidenter constat: quippe *flauæ bili cystim fellis, terrestri & melancholico succo splenem, pituitoso quidem recremento ventriculum, & pleraq; corporis cauitates dimisse conspicimus*. *Tertia verò & vltima* eorum est recrementorum, quæ peculiari nomine humores *præternaturales* nuncupamus: Hos enim posse vagari per vniuersum corpus, vt symptomata & affectus monstrant, nulli esse dubium cēseo: sicut eos generationem sortiri à caussis præter naturam in alimentorum officinis aut intra venas ipsas, ac non raro in carne & partibus etiā solidis.

Naturales. Non naturales. Præternaturales.

Naturales igitur humores, quatuor numero exsistere, omnibus est in cōfesso, *Sanguinem* nimirum, *Vtramq. bilem* & *Pituitam*. Quibus omnibus ea procul dubio natura est, quod extra venas facillime concrescant, & in vna coeant omnes, vt sanguine misso cuiuis patere arbitror: qua quidē cōditione ab his, quos non naturales & præter naturam esse diximus, differre indubitatū exsistit. Hos sic iunctos medici *massam sanguineam* appellant, constantem quidem ex heterogenea illa substantia quam nuper diximus.

Humores naturales quatuor.

Sic profectò non naturales humores quatuor quoq; existere censemus, *Crudum* nimirum *succū bilem atram*, & *flauam*, & quarto loco *sanguinis serores*, quos scimus non raro febribus materiam præstare. Cognosces quidem hos esse non naturales succos, quia alere nequaquam possunt, quo fit, vt eos natura separauerit à consortio sanguinis & aliorum humorum, vt qui neq; substantia, neq; qualitate prodesse huic vsui possint. Quapropter sedes illis & receptacula peculiaria fabrefecit natura, in quibus, quod eorum certis vsibus necessarium erat, ad vsus indigētiam seruaretur. Sanguinis verò seroribus nullum præstitit locum, sed vagari eos cum sanguine ipso permisit, deductionē sanguinis & aliorum humorū ad minima quæq; corporis præstantes. Quinimo quia *sanguinis massam* vberrimē instituit natura, & ob id huius serois copiam vberem quoq; necessum erat præstare, emulgētes, renes, vreteres, & vesicam fabrefecit, partes quidem purgationi & receptioni huius succi idoneas. Quibus etiam constat à sanguine hos succos differre loco & natura: Nam sanguini & eius partibus venas solum naturam tribuisse constat; prædictis verò succis loca nuper dicta. Differunt *præterea*, quia massa sanguinaria vtcunq; excernatur, habet hoc propriū & peculiare, vt semper concrescat, at non naturales succos cōcrescere nunquam visum est, neq; in vomitibus, neque in alui subductione: licet aliquando venas regurgitare succos, qui non concrescunt, eosque vomitu aut alui fluxu excerni, comperiamus. Quod censeo fieri, quia aut prædicti succi facti sunt præter naturam in venis ipsis, aut ad venas aliunde confluxerunt.

Humores non naturales quatuor. Quid differant à sanguine.

Humores præternaturales in quibus partibus conficiantur.

Tertia & vltima humorum fors eſt eorũ, quos *præter naturam* nuncupamus, neq; propriam ſedẽ, neq; receptaculum obtinentes. Fiunt tamen præter naturam & generationem ſortiũtur in vna ex tribus partibus. Nam aut conficiuntur in officinis alimentorum, veluti in *Ventriculo* aut *Iecore*, vel illis *Subſeruientibus membris*, quemadmodum fertur de ea *porracea bile*, quã ſcimus in ventriculo generari: aut fiunt in omni venoſo genere, cuius cẽſus ſunt *vitellina bilis*, *æruginoſa & atra*, quas intra venas ex vſtione generari certum eſt. Vltimò verò humores generantur præter naturam, quemadmodum bilioſa, pituitoſa, aut melãcholica recrementa in partibus carnoſis & ſolidis, haud raro generari contingit: vt in pleriſq; febribus ex intermittentium genere fieri conſpicimus. Quarum ſane humorem aut materiam ex diſtẽperata carnis aut ſolidarum partium natura fieri certum eſt, *vt ſuo loco latius ſumus probaturi*. Hæ igitur in vniuerſum ſunt materiæ omnes, in quibus febres omnes, quas *humorales* appellant, ſuccenduntur, quas qui exactè calluerit, certum eſt, poſſe curationẽ longè melius inſtituere, & omnium differentias ad vnguem diſtinguere & cognoſcere.

306 A

Plenitudo & Cacochymia vnde.

Ex his enim humorum ſortibus, naturis, & cõditionibus, prodeunt illa duo tãtopere ad febres putridas concitandas neceſſaria, nimirum Plenitudo & Cacochymia: ex quibus nõ ſolum febres, verum & pleraq; alia mala paſſim ſuccreſcunt. Eſt igitur plenitudo, *vt alibi latius expoſuimus*, omnium humorum (*quos naturales appellauimus*) ex æquo redundãtia, vel ſolius ſanguinis. Cuius ſane duplex eſt natura: Altera eſt à Medicis plenitudo abſolutè talis appellata, cum, *vt dictum eſt*, omnes humores, aut ſolus ſanguis abũdat. Altera verò cum addito, nimirum cum ſanguis abũdat, & cum eo bilis vel pituita, vel melancholia, & tunc appellatur *plenitudo bilioſa*, aut *pituitoſa*, vel *melancholica*. Aliam rurſus plenitudinis differentiam conſpicimus, q̃ diuidimus in Vniuerſalem & Particularem, quarum vna in toto viget ambitu, maximeq́ue in vaſis maioribus propè dorſum & iecur: altera verò alicui partiaffixa, quæ tumorem aliquem concitat, vt *in plenitudo* (exempli gratia) *contingit, angina & ſimilibus*. Item tertia adhuc ſupereſt differentia, qua diuiditur plenitudo in *Plenitudinem ad vaſa*, & in eam *Quæ ad vires* refertur, ſiquidem plenitudinis ratio non conſiſtit in ſola multitudine, niſi facta ad aliud collatione, aut in relatione, vt aiunt: Poteſt enim in noſtro corpore plenitudo conferri, aut ad vaſa quę replentur, aut ad vires corporis, quibus incumbit humorum pondus aut perferre, aut conficere, aut proprio calore & ſpiritu fouere. Ea verò, quæ ad vaſa refertur, duplex etiam eſt: Nam aut vaſa habent plus ſanguinis quam par eſt, aut plenitudo hæc adeo eſt aucta, vt periculum ſit, ne vaſa rumpantur. Sic ea, quæ ad vires dicitur, nunc refertur ad naturales, aliquando ad animales, & non raro ad vitales. Cacochymia autem duplicem ſortitur differentiam, vnam à diuerſa ſubſtantia, quæ corpus vitiat & conſpurcat, & ſic vna reperitur *bilioſa, pituitoſa*, altera, alia *melancholica, quartam ſeroſa*, quibus haud immerito addi poteſt, ex ſanguine nimirum adeo putreſcẽte, vt iure optimo corruptionis nomen potius, quam cacochymiæ meruerit apud Galen. *libro* 2. *aphoriſmo*. 17. licet corruptionis vocabulo pro cacochymia vſus fuerit, *libr. quos & quando*. Fiunt autem prædicti humores cacochymi duobus modis: *Vno*, dum propriam naturam mutant. *Alio* verò, dum ſolum alterantur facti calidiores, frigidiores, humectiores, ſicciores, tenuiores, craſſiores, aut viſcidiores, quam pro corporis vſu par erat. Secunda cacochymiæ ſpecies denominationem ſumit à loco, in quo aliquis ex prædictis ſuccis abundat: Nam vel abundat in toto corpore intra vaſa, & ſuſcipit nomen affectus quem generat, velut *Ikterum*, aut malum corporis habitum. Coniectaneum inſuper eſt, cacochymiam non ſuſcipere differentiam à vaſis, aut viribus vt plethora, quia cum conſtet ex praua conſtitutione & natura, per ſe & citra relationem ad aliud eſt præter naturam: plenitudo verò cum ex laudabili fiat ſubſtantia, peſſima tantum cenſetur, ſi ad aliud conferatur. In qua re ſciendum eſt plenitudinem ad vaſa, & ad vires, non ſemper coniũgi cum cacochymia, quia in illa omnium eſt humorum vbertas, in cacochymia verò ſat eſt vnius: nec rurſus vbi eſt cacochymia, erit neceſſario plenitudo ad vires, vt coctiones humorum & morborum indicationes paſſim oſtẽdunt. Hę profectò ſunt humorum ſortes & diſpoſitiones, quæ febribus perpetuò materiam ſuppeditant, quorũ magni eſt ad curationem momenti notitia, & prouidentia.

Plenitudo quid.

B

Plenitudinis differentiæ tres.

I.

II.

III.

C

Plenitudo ad vaſa.

Plenitudo ad vires.

Cacochymia duplex

I. Humores quot modis fiant cacochymi.

D

II.

Cacochymia quæ non ſuſcipit differentiã à vaſis aut viribus, ſicut efficit plenitudo ad vires.

E

Ad aliud igitur (*quod de loco vbi humores vitiantur, diximus*) accedendo, meminiſſe oportebit, dictum antea eſſe, maximam inde febres ſuſcipere differentiam: Nam ex loco prodit febres vel Continuas vel Interpolatas eſſe. In qua quidem re (*antequam cauſas huius diuerſitatis expendam*) tanquam verum & firmum ſtatuendum eſt; nomine febrium continuarum duo febrium genera contineri: vnũ quod febres appellatas *continentes* complectitur, quas *continuas vnius acceſsionis* medici appellant, alterum verò, quas alias continuas ſortitur, quas *plurium acceſsionum continuas* nuncupatur. *Primum* ſane rectè ſic dictum arbitror, quia quę continentes ſunt febres, vnica acceſſione à principio ad finem tendunt, ſemper nimirum decreſcentes, vel ſemper increſcentes, aut à principio ad finem vniformitatem ſeruantes. *Secundum* autem, quia febris continua nunquam ad infebricitationem peruenit, plures tamen habet acceſſiones, iuxta naturam humoris, qui putreſcit, factas: quo fit, vt tres tantum ſint, quemadmodum & continentes: Quædam quæ tertio quoq; die exacerbationem habent, licèt nuſquam intermittant, ex bile proficiſcentes; Quædam ſingulis diebus, & Aliæ quarto quoq; die. Sed vt prædictarum differentiarum cauſa eluceſcat magis, aduertendum primo eſt, *quonam modo & loco prædicti humores putreſcant*.

Continuarum nomine duo febrium genera continentur.

Continuarum tres ſpecies.

F

Neceſſum itaq; conſtat eſſe ad cuiuſuis harum febriũ generationẽ, humores vel creſcere, vel vitiari: ſi verò ſanguis, prout aggregatũ dicit omniũ humorum, ex æquo adaugeatur, id proculdubio genus febrium efficit, quod propriè & peculiariter *continentes* febres complectitur. Verũ dum ſolus ſanguis, prout eſt quartus humor, naturalem commoderationem, & quantitatem excedit, febrem quoq; continentem ſuccendit, cæterùm eam, quam Galen. & medici omnes *continentem citra putredinem* nuncuparunt. Hoc quidem fit, quia facile eſt cõijcare, prædictum humorem citra pu-

I. Continens citra putredinem ſit, neque ex vniuerſa ſanguinis maſſa accenſa, ſed ex ſolo ſanguine.

neſa-

trefactionem posse calfieri, verùm vniuersa sanguinis massa, non capit intellectus, qua via possit adeo crescere, quin ex prohibita ventilatione protinus putrescat, & synochum dictam cum putredine excitet, vt Gal. apertè docuerat 9. *meth.* dicens: *Quod si qua ex solo sanguine calfacto fit (hanc ephemeram quoq; plurium dierum appellamus) vltra tres aut quatuor dies durat, putrida protinus efficitur, nedum cum vniuersa sanguinis massa incalescit.* Quod si simul cum sanguine adaucto, ex reliquis humoribus aliquis etiam adaugeatur, nō quidem continentem simpliciter efficiet, sed cum addito, *pituitosam* nimirum, *biliosam* aut *melancholicam*. Itaque constat, vt sunt tres potissimæ plenitudinis sortes, sic prorsus tres esse continentium febrium species: *Vnam* ex solo sanguine crescente, *Aliam* ex omnibus humoribus, & *Tertiam* ex eisdem, sed vno reliquos superante. Cum hoc tamen, in quo consistat vniuersa continuarum & continentium differentia, nondum dictum est. Nam licet Medicorum vulgus existimet, ex sanguine solo, vel crescentibus simul omnibus continentes fieri, nō ob id credendum est, hac sola ratione differre à continuis, in quibus nisi complicatæ sint, vnicus tantum putrescat humor, sed ex locis etiam, vbi humores vigent & putrescunt. Nam quemadmodum ex Galen. *lib. 2. de differ. feb. & lib. 2. de crisib.* euidenter constat, febres continentes fiunt, cùm humores putredinem sortiuntur in vasis maioribus, & prope cor, qua etiam libri parte continuas refert fieri in vasis minoribus, & à corde dissitis. Ratio quidem primi dogmatis est, quia cùm humores putrescūt in vasis maioribus, & in locis abditis corporis, nō fit quotidiana resolutio eius, quod quotidie putrescit, quod vasa ad illa sint distantissima à corporis & cutis spiramentis: sic enim factum est, vt quiuis humor ibidem putrescens vnam seruet accessionis rationem à principio ad finem. At verò in continuis febribus, quia putredo est in vasis exilibus, & prope cutis spiracula, mediocris fit singulis diebus resolutio, nō tamē integra, siquidem adhuc intra vasa manent humores putrescētes. Quibus rationib. accedit alia differentiæ causa inter has febres: nimirum in continentibus omnes humores simul putrefieri, ex quo prodit, vnicam fieri accessionem: in continuis verò nō fit, sed contingit plerunq; per partes fieri alterationē aut putredinem (*natura ad minora vasa sic humores transmittente,*) facta tamen partium continuitate: quo fit, vt varia habeant incrementa & varias accessiones. Extat insuper alia differentiæ ratio & causa, videl. quod febres continentes plerunque fieri habeāt ex humoribus naturalibus, & his, qui maiori ex parte copia potius, quā vitio aliquo in febrem commigrant: At continuæ altero ē duob. modis succēduntur: vno quidem ex humoribus naturalibus, sicut cōtinentes, licet loco putredinis dissideant, cuius tantùm tres sunt species, *biliosa, pituitosa, & melancholica*, ex sanguine namq; nequit febris continua fieri, licet cōntinens fiat, quia impotens est ex propria natura plures accessiones efficere, nisi in alios humores media putredine commigret: alio verò modo fiunt ex humoribus non naturalibus, aut in ipsis venis perperam genitis, vel aliunde in eas irruentibus: qui tamen ea his humoribus intra venas fiunt, potius dixeris præter naturam, argumento sunt vehementissimæ & grauissimæ febres, quæ ab eis concitantur; licet grauiores sint, quæ prope cor ex præternaturalibus & vstione media generantur.

*Continentium febrium species.*

*Continuæ & continentes quid differant.*

*Continua ex sanguine fieri nequit, sed continens.*

Sed dubitabit in hac re quispiam, *nullam febrem posse esse continuam, sed omnes debere esse continentes; siquidem licet vnus tantum humor putrescat, reliquos in consensum trahere, & in putredinem certum est: nam cum huiusmodi humores intra vasa impermixti non reperiantur, sed omnes ad inuicem mixti, vt sanguinem vtcunq; fluentem intueri licet, ob id quidem perdifficile videtur vnum putrefieri posse, quin reliquos quoq; putrescere necessum sit.* Cuius dubij occasione expendendum est, hanc esse inter continentem & cōtinuam febrem differentiam, quod in continente (*non solum in ea, quæ ex æquali plenitudine proficiscitur, verum & in continente, quæ fit flaua bile cum sanguine in vasis maioribus plurimum crescente, aut pituita, vel melancholia: nam ex his omnibus continentes fieri non dubitat Gal. 2. de differ. febr. & 2. de cris. & præcip. 4. aent. 13.*) humores omnes ex æquo putrescunt, licet vnus, *vt dictum est*, exsuperet, primo ac magis putrescat: at in cōtinua febre humor ille, qui exsuperat cæteros, siue naturalis sit, siue ex nō naturalibus ad vasa transmissus, aut ex præternaturalibus per adustionem aut cruditatē ibidē genitus, vtcunq; sit, solus putrescit, & solus efficit exacerbationē: & cum ea toto nō resoluitur, ad infebricitationē laborās nō deuenit, quia radicitus nō euanescit humor, qui putrescit, sed tantū eius resoluitur, quantū par est ad remissionē, quam febres cōtinuæ efficiunt. Itaq; hæc est differentia, q reliqui humores ab eo, qui putrescit, in cōtinua incalescūt; in cōtinente verò putrescunt omnes. Cur verò *in continua incalescāt, & in cōtinente putrescant*, non est inuentu facile. Rei tamē ratio est, q in continente omnes putrescūt, q omnes creuerint, & q omnes pariter per spirationē prohibentur, quātum sat sit, vt in putredinem cōmigrent, locus putredinis recōditus est, & beneficio ventilationis dissitus. At in continuis ille signanter putrescet, cui magis deest ventilatio, & illi profecto deerit, qui magis creuerit, reliquis vero illæsis, aut falsē calescentibus; tum quia perspiratione nō destituātur, q extima pars, per quā fit, prope sit; tū verò quia concreuerunt, & sic minus damni suscipiūt ex minori vētilatione. Quod verò id certū sit, cōstat ex tumorib. præter naturā, in quib. licet omnes humores reperiātur, vnus tamē est, qui putredinē sortitur, & ratione aliorum materia facile ad benignum reducitur, alioquin gangrænā aut omnimodā corruptionē degenerarent omnes, non quidē in pus. Quod sanè euidēti experimēto confirmat typus, quem ille humor à principio ad finē perpetuo seruat, ni febris in aliā speciē diuersam cōmigrauerit. Quod etiā confirmat expurgātium medicamentorum vsus; nam si quis pituitā expurget in causone, aut flauā bilē in cōtinua pituitosa, nō solū à morbo nihil adimet, verū potius effrænē & intensiorē efficiet, ac sanas carnes forsan colliquabit, eo q naturā nō habeamus ad euacuationē inculpati humoris adminiculantē: quo fit, vt nihil aut parū laborātes expurgēt, & cū grauissimis accidētibus. Probat insuper dictā veritatē alia nō minoris momenti ratio, desumpta quidē ex quotidiano euētu: cōspicimus n. frequētissimē febrē biliosā, si diu duret, ipsa euanescēre remanere pituitosā ab eadē succensā, aut, si placet, melāncholicā: qui sanè humores interim,

*Dubium.*

*Solutio. Continua febris à cōtinente cum putredine differt.*

dum putresceret flaua bilis, immunes aderant à putredine, temporis tamen tractu, & resoluta flaua bile, putredinem contraxerunt. Quod equidē si verum non esset febres omnes complicatæ existerent, & vni accessionum sorti aut typo nō esset credendum ad dignoscēdum humorem peccantem. Atq; hæc est continuarum & continentium febrium differentiæ causa & ratio.

2. Intermittentium febrium quæ causæ, & quid à continuis & cōtinentibus differant.

Superest nunc docere *Interpolatarum* febrium causas, quas ferunt Medici, ferè omnes fieri ex omnibus humoribus, exceptis his, quos *naturales* appellamus, dum naturam suam seruauerint in quantitate & qualitate. *Statuunt* insuper, fieri ab vno tantum humore, ad differentiam continentium febrium, quas ab omnibus statutum est prodire. *Item statutum est*, intermittentes differe à continuis & continētibus, loco vbi humores putrescunt: & ob id ferunt, intermittentes necessario extra vasa fieri, delato, inquam, humore per sentientia loca, vbi destitutus à naturæ beneficio putrescit, & febrem concitat interpolatam, quia euanescente aut resoluto humore transmisso etiam intermittit febris, & delitescit, donec aliam natura transmittit humoris portionem, quæ succensa idem efficiat. In qua quidem re, quantumuis vulgatissima & probata, non desunt, qui futilibus quibusdam ratiunculis contrarium dogma tueantur. Nam Iubertus longissimum contexit paradoxum, asserens, *proximam omnium febrium causam seu materiam in corde ipso contineri, nullamq; ex loco, vbi humores putrescunt, febribus continuitatis aut interpolationis succrescere differentiam, sed omnes vno in loco humores fortiri putrefactos, nimirum in cordis sinibus, continuam verò, aut interpolatam, ex copia maiori, vel minori, aut crassitie, vel tenuitate ipsius humoris, qui putrescit, succrescere.* Ita vt copiosum humorem, vel crassum, aut crassioribus admixtum, continuam febrem concitare pro comperto habeat: at tenuem vel in parua copia in cordis sinum transmissum, eo quod cito euanescat, & resoluatur, febrem quidem committere interim, dum eius putredo durat, resoluto tamen humore intermittere, atq; iterum febrem concitare, si tertio die, vt assolet, flaua bilis reentrat in cor, vel quarto die, vt melancholia, aut singulis diebus, vt pituita. Fulcit quidem hic Auctor suum dogma, quia si huiusmodi fierent per extramissionem humoris, nō mererentur dici febres intermittentes, nisi solùm per consensum, more febrium, quæ vocantur accidentia. *Præterquam* (subdit) *quod nulla apparent via per quas ad cor peruenire possint ex putredinis loco vapores humorum putrescentium, quia prius per cutis spiramenta, quæ propinquiora sunt, euolarent.* Et statuit, biliosum succum nulla lege posse frigoris sensum inducere, cùm sua natura calidissimus existat humor: quinimo adstruit, si antiquissimum dogma verum extitisset, necessum esse, externas partes deuri, vbi putredo fit, interioribus frigidis manētibus: quod non apparet in huiusmodi febribus. Atq; id confirmat, quia *si ex habitu corporis, humore ad ipsum transmisso calescente, cor debet calfieri, proculdubio ephemera fiet primitus, quàm putrida.* Verùm si quis exactè expenderit, quanta secum inconuenientia præfatum dogma afferat, & quàm infirmis innuatur fundamētis, reperiet proculdubio, nec comparabile esse cum ipsa rei natura & veritate, neq; eius rationes quicquam valere. Falsitas autem huius dogmatis in hoc stat, quod humores cordis in febre salubri putrefieri est impossibile, aut omnes febres essent lethales. *Item*, quia cordis cauitas citra maiora mala, quàm febris sit, recipere tantam humorum quantitatem, quæ sufficiat febrem, neq; adhuc tertianam, ne dum continuam efficere, est impossibile: nam si fuliginosus quidam halitus & aliorū vasorum prope cor mediocris plenitudo, syncopim & arteriarum intercepriones efficere natæ sunt, qui fieri possit, quod innoxie tantam humorum copiam intra ventriculos suscipiat? *Præterea*, videtur esse perdifficile, existimare, cor esse in omnibus febribus, cæteris partibus imbecillius, siquidem ab omnibus recipit transmissum humorem, vt febris succēdatur: ex quo sequitur proculdubio, vires cordis non posse refici, & perpetuo periclitari, quia corde existente imbecillo, non est à quo vires reficiantur. *Præterea*, si id verum esset, quid præstaret in cōtinuis febribus sanguinem mittere? quid expurgans medicamentum porrigere? aut quouis alio artis præsidio vti, si vniuersa febrium materia in corde inest? *Item*, non quidem sanguine misso subitò Gal. iugulasset febrem, si proxima eius materia cordi incumbit. Constat igitur, neq; humores cordis putrefieri, (*quod solùm pestilentibus febribus concesserat Montanus*) neq; ad ipsum cōfluere, qui febri materiam sunt præstituri, sed in proprio aut alieno loco putrefieri, & humoribus sui vitium præstare, *vt latiùs sum probaturus.*

Iuberti opinio intermittentium proximam materiam esse humores in cordis sinibus contendēs.

Iuberti opinio reprobatur.

Nec rationes Iuberti quicquam valere arbitrandum est; nam febris putrida, quatenus febris est, vnicam habet rationem continuis & interpolatis communem, hoc est, humores cordis alterari, differentia tamen prodit, quod in continuis semper cor & eius humores alterātur citra vllam intermissionem; in interpolatis verò nō semper, sed per statuta interualla, quia accedente calore præter naturam cordi, ipsum ponit in calfacto esse, quod est formale febris: quo constat, intermittentes febres non esse accidentia, quia nō dependent ab alio morbo, sed ab eo affectu, qui velut causa auferri debet. Item, inualida est eius ratio, qua probat, fuliginosa hæc citiùs per cutim euolare, siquidem arteriarum dilatationes & compressiones plus præualent ad attrahenda fuliginosa excrementa ad cor, quam iubent commoditas, & propinquitas cutis, ad euanescentiam copiosioris excrementi, quam secundum naturam illis est datum. Ex quo etiam euidenter probatur, interiores partes conflagrare magis.

Putrida quid a continuis & interpolata differat.

Quamobrem vt rei veritatem attingamus, expendendum est, febres interpolatas fieri vno è duobus modis: *Primo* quidem ratione humoris, qui succenditur: *Secundo* verò, ratione loci, vbi humores putrescunt. Circa primū statuere oportet, febres has concitare posse vnam è tribus humorum sortibus: quippe huic febrium generi materiam præstant, vel humores *Naturales* intra venas quodammodo alterati, vel mediocriter adaucti: vel *Non naturales*: vel *Præter naturam*. Naturales quidem id efficiunt, vbi mediocriter à natura recesserint in copia aut qualitate: non tamen dum plurimum adauxerint, sed ea solùm copia excrescentes, quam facile natura ad vasa minora, & ad spatia sentientia transmittere possit. Nam in minori copia existentes cōtemnit natura, in maiori

Intermittentes ratione aut Humoris, aut Loci.

Intermittens ratione humoris. Quales fiat ex humore naturali interm.

fori v[illegible] ambit, & febrem efficiet continuam: nec qualitas putredinem attingere debet, quia sic ante coctionem non transmittet à venis natura.

G Deniq; ea conditione præditos esse humores oportet, quæ naturam irritare valeant, non superare: quippe tunc febris fiet continua. Itaq; cùm sic disponuntur humores, vt natura eos ad vasa minora transmittat, & ab his ad partes sentientes (*vt more vulgi loquar*) tunc putredinem ibidem nacti, rigorem primo, deinde febrem excitant, eamque iuxta naturam humoris, quem trudit facultas, biliosum nimirum, pituitosum, aut melãcholicum.

*quæ fiunt ex humoribus præter naturalibus.*

Præterea hæ eædẽ febris interpolatæ species proficisci possunt, in eisdem locis, & eodem modo, cæterum ex *humoribus præter naturalibus*: contingit profectò non rarò ex febre aliqua continua, aut

309 A ex quauis alia causa, flauam, aut atram bilem, aut pituitam intra vasa extra, fieri præter naturalem, & irritata natura ac potẽs cùm sit, eosdem humores ad prædictas partes eo modo, quo dictum est, trudi, & ex continua degenerat in intermittentem.

*quæ fiunt ex non naturalibus.*

*Tertio* vero ac vltimo modo, febris interpolata fit ex flaua bile, atra, aut pituita, quos *humores non naturales* censemus, irruentibus quidem in vasa ipsa, quos cùm præsenserit natura, pellit eorũ acrimonia, & vitio irritata, & in extrema vasorũ trãsmittit: possibile enim est & quotidie conspicimus, pituitatu in ventriculo redundantem venas irruere, item & melãcholiam, quam aut splen regurgitat, aut nõ recipit, sic flauam bilem à iecore expurgatam in venas ipsas remeare, non raro cõspicimus, è quibus ad spatia prædicta facilis est cõmeatus, lacessita ob acrimoniam natura. Quamobrẽ censeo, Gal. dictum fuisse *lib. 1. ad Glau. c. 5.* rarò quotidianam fieri absq; vitio ventriculi, aut tertianam citra iecoris damnum, vel sine splenis incõmodo quartanam. Sed fiãtne interpolatæ febres in prædictis spatiis, & sentientibus locis, an in extremis

B vasorum, inferiùs latiùs sum disputaturus.

*Intermittentes ratione loci quatuor modis fiunt.*

Circa secundum statuendum est, *ratione Loci febres interpolatas* fieri, ex vitio ipsarum partium sentientium, & carnosarum, vel cauitatũ, in quib. aliquẽ trium humorũ aggregari nõ raro cõspicimus:

I. quẽ tanquam in incõmodo loco existentẽ putrefieri certum est, & ob id rigorẽ ac febrem efficere. Sed modus ac dispositio partis, q̃ nata est talẽ febrem cõstituere ex humore ibidem cõgesto, vel à vasis aut aliunde transmisso, quadruplex existit: vno quidẽ, *vt ex Gal. 2. de diff. feb. c. 17.* cũ partes carnosæ, & extrema vasorum, ꝙ ab aliis partibus transmittitur, facile susceperĩt, cuius accessu rigores, & ex mora putredinẽ fieri necessum est. Atq; cum natura seruet in expulsione legem & typum iuxta naturã humoris, quem trãsmittit, tertio vel quarto quoq; die vel singulis diebus accessiones

II. fieri contingit. *Secũdo* accidit, quia partes prædictæ dolore vel calore percitæ, ꝙ in venis redundat, ad

C se facilime trahunt, ꝙ sane ibidem putrefactum, eandem febrem excitare habet: vt Gal. docuerat *lib. 4. acut. com. 1.* dicẽs: *Quemadmodum facultas venarum tractoria perpetuo è vicinis partib. humiditatẽ trahit, ita quoq; & carnis ab ipsis venis.* Quo fit, vt propter dictas causas ad se alliciant & trahãt, quicquid superfluum est in venis ipsis, quo putrefacto fieri fe-

III. bres, & antea rigores, dubium non est. *Tertio* vero febres interpolatas fieri ex vitio sentientium partium cõtingit nõ raro, quando prædictæ partes factæ imbecilles [illegible] alimento excrementa generant & agg[illegible] q̃ non minus, q̃ reliqua, rigorẽ & febrem nata sunt efficere. Quod etiam docuerat Gal. *l. 2. de diff. feb. c. 17* dicẽs: *Vbi pars aliqua debilis efficitur, ideo causa erit, vt nõ excremẽta solùm, sed ipse etiã sanguis corrũpatur, ac putrescat, & febris accẽdatur*, quemadmodum de tertiana scripserat quoq; *lib. 3. popu. part. 3. com. 20.* ostendens tradere caussas, cur

D tertianæ febres in illa cõstitutione numerosiores erant ardentibus, vt Hipp. ꝓferebat, inquit: Tunc propter flauæ bilis exsuperantiam febres ardentes ac tertianas oriri: atq; hoc cõuenit inter illas, locis vero, in quibus contrahitur humor, distare, & tunc, dum febres ardentes sunt, in venis abundat ꝓcipue iecoris: tertianæ vero fiũt, cum totius corporis carnes affluant flaua bile, ꝓ inde transpiratione impedita eorum, q̃ natura biliosa sunt, quãtum bilis in carnoso genere congestũ ante expurgabitur in hoc statu nõ purgatũ generabit tertianam ardentibus frequentiorem. In qua sententia nõ solum in carne generari, sed ex non expurgata flaua bile tertianas fieri fatetur, quas q̃dem febres nõ plurimum horroris aut rigoris obtinere, certũ est, ꝙ in eis bilis vehementer non moueatur, sicut ad rigorem efficiendum opus est, sed ibidem genita quiescens putrescit.

IV. *Quarto* vero & vltimo mõdo febres intermittentes fiunt, *vt Fernelio viro doctissimo visum est*, nimirum ex humorib. nõ naturalibus, existentib. in primis venis, & pancreis ac cæteris partib. nutrimentalibus membris viciosis.

E Quod quidem dogma ipse autumat pertinere ad omnes intermittentium species, nos tñ censemus solum esse ꝓprium huic quarto generi. Fulcit suã opinionem ea sententia illa Gal. *lib. 1. ad Glauc. c. 5.* qua docet, *vix citra seu ventriculi vitium fieri quotidianã, nec sine lienis vitio quartanã, nec tertianam absq; iecoris offensione.* Verùm ꝙ de eisdem partibus Gal. retulit, idem de vicinis accipiendum esse scribit: in his n. intermittentium causa haud raro insidet, quod tanquam verum plerisq; probatũ reperio. Quas sane febres ex indebita vitæ institutione plerunq; proficisci existimo, licet aliquãdo in his laborãtes rigere contingat, ex acribus & mordacibus fumis à putredine illorum recrementorum eleuatis, & vniuersum corpus irruentib. cõtingit. Cui etiã febriũ generi rigorem & febrem inuadere si haud raro comperimus, quia cùm rigere ob humoris locum non possint, nisi humores prius putrescant, necessum est prius totũ corpus rigere, ac simul incalescere: qua quidem lege arbitror,

F Fernel. opinionem verã esse, & mille experimentis cõprobatam.

*Dubium.*

Succrescit profecto non leue dubium his, qui *febres interpolatas necessario extra vasa fieri* adstruũt: siquidem sequeretur, *in earum cognitione & curatione vrinam nullum certum ac fidum posse præstare signum.* Præterea ex eodem principio prodit, frustra humorem peccãtem præparari ad purgationem, siquidem febris materia singulis accessionibus euacuatur insensibiliter per vomitum, per aluum, ac sudorem: item sequeretur, frustra esse sanguinem mittere, aut expurgans medicamentum porrigere.

*Solutio.*

*Intermittentium materia duplex, & quæ Medico cõsideranda.*

Quarum dubitationũ gratiã (*interim dum mea mens exprimitur, qua teneo, nõ debere extra venas humores prædictarum febrium prosilire*) duplicem in his febribus tenentur considerare materiam: Vnam quidem, quæ febrilem calorẽ iam cõcepit, cuius nulla in hac opinione habenda est

ratio,

ratio, interest quidem naturæ, ipsam discutere & euacuare: alteram verò, quam speramus sequentem accessionem effecturam, cuius vniuersalis & particularis prouidentia necessaria exsistit. Quam sanè materiam paulò superiùs diximus intra venas ex humoribus naturalibus alteratis consistere, aut ex præter naturam ibidem genitis, vel ex non naturalibus, aliunde in venas transmissis: quorum omnium copiam, alterationem aut malam qualitatem cõsiderare ex vrina oportet, euacuare per sanguinis remissionem, ac vltimo alterare, & expurganti medicamento educere, vt minores ac benigniores fiant, quo amplius natura non irritetur, nec febris deinceps fiat. Ex quibus iam constabit, potius sedimentum & vrinam notitiam ad naturæ actionem in humores intra venas exsistentes (*quos causam antecedentem esse censemus*) monstrare, quam eorum, qui iam in ambitu potruerunt: cum hoc tamen arbitramur, vtriusq; humoris notitiam posse præstare: nam cum sedimentum fiat aliqua ex parte ex humoribus morbum facientibus, & in interpolatis, quod exortum est, in finibusq; vasorum computruit, ad maiora vasa & per vrinas deuehatur, fit facile, vt illius quoq; humoris, qui intra vasa est, specimen præbeat ac monstret, quantum valeat natura supra causam illam morbificam, vt iuxta id præsagandi ars certius proferat iudicium. Atq; hæc est euasio, qua vti possunt, qui hanc opinionem tueri velint.

Vrina putrefactos in finibus venarum humores ostendit.

Reliquas autem differentiarum febrium causas, quæ sitæ sunt in Magnitudine, Ordine, aut ordinis Perturbatione, in Duratione, ac aliis, quæ antea memorauimus, facile venaberis, si eas penè totis omnes ad materiæ copiam, conditionem, putritatem, aut permistionem, locum, in quo putrescit, ad vnum aut diuersa posse reduci, vt in complicatarũ febrium examine latiùs sum scripturus.

Circuituum morborum quæ caussæ.

Haud secus res se habet ad circuitus efficiendos in febribus ipsis, ac in reliquis affectionibus, quę repetunt per interualla, accidere scimus: nam quædam per periodos & vices pergunt, aliæ verò omnino periodis carent. Præterea inter febres plures etiam reperies, quę periodum habent, eam tamẽ inordinatam & vagam. Aliæ item sunt, quæ statutam ac determinatam habent accessionum seriem, eam quidem, vel quotidie, vel tertio aut quarto quoq; die, vel per longius interuallum repetitam. Quas sanè omnes dispari duratione moueri certum est, longa nimirũ, aut breui, vel mille varietatibus implicata. In qua quidem re primo absoluere oportet, *quanam ratione morbus repetat per interualla*: secundo, *quare per statuta & certa*: & vltimo, *cur per quotidianam, tertianam, vel quartanam periodum, & quæ sit hæc ineuitabilis & firmata humorum lex, quæ ipsos per dictas periodos moueri cogat.*

Morbi qua ratione repetant per interualla.

Circa primum quidem scimus, vulgatum esse apud Galenum & plerosq; Medicorum, morbos ob id per periodos & interualla repetere, quod membrum aliquod sibi aggreget excrementum quoduis, vel ab alio sibi potentiore transmissum suscepter, tali quidem qualitate aut quantitate affectum, quod omnino alitioni membri inutile exsistat, & quo tempore vel suscipiens membrũ, vel transmittens portionẽ excrementi affectioni aptam obtinuerit, protinus in affectum prorumpit. & idem toties fit, quoties eadem quãtitas vel qualitas præfuerit in excremento aggregato cum æquali virium robore. Item, ferè omnes auctores proferunt, membrũ transmittens id efficere, cum vel copia grauatur, vel parua molestatur qualitate, ea potẽtia, cui munus est, aliena expellere. Itaque totũ illud tempus, quo cõteritur, interim dum aggregãtur noua excrementa, quæ præ copia non possit natura ferre, aut præ malitia eius cõtactum sustinere, appellatur in prędictis affectionib. *interuallũ*. Cũ verò iã natura dicta ratione morã nocui molit, *accessio* nũcupatur, & sic facile fit, vt p intervalla pleriq; morborũ repetant. Quã quoq; causam, licet diuersa ratione in membrũ recipiẽs, aut in quo affectus magis elucet, iure optimo Medici referũt. Nam recipit promptè id membrum, cui id munus est in corpore, vt glãdulosæ & adenosæ partes, & quę emũctoria vocãtur, itẽ membrũ laxum & molle, aut in decliui loco sitũ, vel calidũ, aut vacuum, vel dolore affectũ, vel id, quod attractricẽ potentiã habet expultrice vehementiorẽ: quo fit, vt sibi malũ aliũde vel susceptet, vel attrahat, & eum iam, quod satis est, obtinuerit, in morbũ prorumpat.

Interuallum quid.

Accessio quid.

Superest quidem nunc docere, *cur per statuta & certa interualla*, quod censeo ex communi doctissimorum sententia, fieri ex æquali caussarum, quæ in affectum coeunt, potentia & efficacia. Quippe si membri mandantis robur idem est, vel ad prauorum generationem, vel ad eorundem in aliud transmissionem, proculdubio idem & eodẽ tempore sequeretur affectus: quod equidẽ de membro recipienti eadem lege subaudiendum puto. Verùm si aliqua causarum ab antiquo more euariet quãtitate, qualitate, tempore, aut virtutis robore, victus & vitæ mutatione, vel quauis alia re, ex his, quæ primæ accessioni causam præstiterunt, nulli dubium fore arbitror, quin accessio quoq; futura sit, verùm inæqualis duratione, magnitudine, aut vehementia, vel tempore, & occasione varia, vel mille aliis modis inordinata exsistat.

Morbi cur per statuta & certa interualla repetant.

Tertium verò, & quod longè difficiliùs videtur, est nosse, quanã ratione, licet ordinatæ procedant accessiones, *cur quædam tertio quoq; die, aliæ quotidie, & aliæ quarto die, aut pluribus sui, r(e)scant*: quem sanè ordinem, neq; qualitatem, neq; quantitatẽ, neq; quicquam aliud euertere posse, fidissimo experimento comperimus, interim dum humor, qui in accessionem migrat, in alterius naturam nõ degenerauerit. In qua sanè re non subscribuntur sententiæ, vt difficilimum sit, quam probare oporteat, asserere, breuiter tamen recensebo, vt, quę verior exsistit, clariùs aliis improbatis expendatur.

cur quædam quotidie, aliæ tertio, &c. die, repetant.

Primo quidem optimè tenet, febrium interpolatarum ordinatos circuitus Lunæ esse tribuendos. Quod probãt eius fautores ex mẽstruis purgationibus, quas ob id *Lunares* nuncuparũt, & arbitrantur, ita id necessario esse, ex perpetuo & inuariabili mensium ordine. Verùm licet hæc opinio quodãmodo videatur alicuius circuitus causas docere, nõ tamen febrilium periodicationum attingit occasionem & caussam: præterquã quod ad occultas & abditas caussas refugit, quo fit, vt minimè probari debeat: nam quæ tales sunt, medicis consideratoribus, aut actionibus parum aut nihil commodi afferre videntur. Reiicit insuper hanc positionem, quod pari pensu deberent tribui febrium periodicationes reliquis Planetis, siquidem ordinatim ac statis temporibus etiam mouentur, quod nullus sanæ mentis probabit.

Prima opinio. Luna periodorum non est caussa.

Secun-

Secunda opinio. Secunda opinio tenet, huiusmodi [illegible] motum corporibus cœlestibus subditum etiam esse, non tamen omnibus Planetæ, sed pluribus. Cuius sententiæ Conciliatorē fuisse credo, ut constat *differ.* 88. Quo equidem loco Marti flauam bilem, Lunæ pituitam, Saturno melancholiam, & Ioui sanguinem tribuit. Ex quo infert, quia Luna celeriùs mouetur, quàm quiuis alius Planeta, ideo celeriùs pituitam mouere, & quotidie nouam accessionem efficere. Sic Mars, cùm celeriùs moueatur, quàm Saturnus, flauam bilē, quæ illi subiicitur, citiùs mouet, quam à Saturno melancholia moueatur. Hanc profectò positionem multis rationibus inualidam esse constat: nam si flaua bilis Marti sit similis, eo est, quod in vtroq; caliditas & siccitas præpollet, sed cum bilis ex omniū consensu facilius ob calorem & siccitatem teneatur moueri: quod si quis diligenter consideret naturam & conditionem huius humoris, inueniet singulis diebus potius, quàm per longius interuallū id debere esse, sed non ita accidit: Ergo prædicta causa non est huius motus immediata: præterquā quod Marti nullus est motus, qui tertio quoque die signatim respondeat. *Præterea*, si pituita refertur ad Lunæ motum, non quidem quotidie, sed singulis mensibus moueretur: quotidie, igitur ratione videtur absonum Lunæ tribui. Item, falsum arbitramur, Ioui esse subditum sanguinis motū. Siquidem menstruæ purgationes, quæ sanguini propriæ existunt, Lunæ potius quam Ioui subiiciuntur: & ob inualidam esse huius auctoris positionem arbitrandum iudico.

Planetæ periodicationum caussæ non sunt.

Dictum præterea alius est, motum humorum ordinatum proprietati cuiusq; humoris occultæ esse tribuendum, quam *proprietatem* ipsi *specificam* appellarunt. Quod profectò si verum esset, huiusce causæ conditio, neq; ad curationem, neque ad rei notitiam vllius esset momenti. *Secundo* loqueretur, quod dum humores essent magis secūdùm naturam, eo perfectius hos motus ederent, quod à forma cum prærequisitis proficiscantur, quæ sanè prærequisita commodiora sunt, dum secundùm naturam existunt. Quod si dixeris, has vires solùm habere, dum ab statu naturali humores recedunt, tūc magis probatur falsitas dogmatis: quia in ictero & aliis fluxibus euidentius fieret accessio per statas periodos, cuius contrarium omnino monstrat quotidianus euentus. *Præterea*, quia si humores ex propria natura prædictum motum obtinuissent, naturaliter quoque ad sui corruptionem mouerentur, eo quod à locis naturalibus ad locum corruptionis in accessionibus mouentur. *Item*, si à propria forma is motus proficisceretur, sequeretur, semper eodem modo debere fieri, sed anticipant aut remorantur accessionem, & mille aliis varietatibus implicantur; ergo alia est excogitanda caussa.

Tertia opinio. nec proprietas specifica humorum.

Quarta opinio tenet, prędictum humorū motum fieri ratione vehementiæ partis transmittentis, & ob recipientis imbecillitatem. Sed membrū transmittens hunc humorē expellit, eum ad aliud quātitas deuenit, quæ facultatem irritare nata sit: atq; cùm id ex vno & eodem humore variè variis temporibus & occasionibus fieri possit, fit facile, vt ab incerta caussa & vaga certam & ordinatam periodum fieri sit impossibile. Dicūt *præterea*, qui huiusmodi opinionem profitentur, prædictam humorū abundantiam irritationis [illegible] neam, in ratione mei [illegible] humorū generationi: quo fit, vt pituita, quia in ventriculo generatur, ex prima alimētorum coctione quotidie reperitur, quod quotidie generetur. & quia bilis generatur in iecore, in quo natura secūda molitur coctionem, ideo bilis accessio interponit vnius diei spatium: & eadē lege melancholia longius prętequirit interuallum, q in splene perfectionē adipiscatur, & reliquas prærequirat coctiones. Quā etiam positionem arbitramur esse falsam, quia licet humoris expulsio sit facultatis expultricis munus, q tunc operatur, cùm ab aliquo nocuo lacessitur, expulsio tamē statutis temporibus, neq; hac, neq; illa occasione fit, quia tales motus excedunt naturam & conditionem naturalis facultatis, & vt dictum est, non sequuntur humorum copiam.

Quarta opinio.

nec humoris expulsio.

Quintam opinionem adstruit Gal. *lib.* 1. *de diff. feb. cap. vlt. & lib.* 2. *c.* 11. Qui sanè istius rei caussam reducere conatur ad humorum natiuam quantitatem primo: nam cùm pituitę maior sit secūdum naturam in corpore copia, quàm flauæ bilis, ideo singulis diebus moueri, & naturam irritare, ac accessionem efficere, rationi consonum videbatur. Et quia bilis copia minor est, quàm pituitæ, maior tamen, quàm melancholię, ideo tertium diem exspectat: & melancholia quod frigida sit, & inepta ad inferendam irritationem, longeq; minori constet copia, quarto die accessionē mouet. Quæ quidem sententia licet quodam modo vera sit, non tamen omnino rei difficultatem absoluit, etiamsi illi addas, quod ipse quoq; refert, de virium robore, de alterius membri imbecillitate, ac de excrementorum congestione simili aut dissimili præcedenti: quippe ex hac positione multa sequuntur inconuenientia. ea tamen omnia proponam, & absoluam, ne videar leui occasione à tāto auctore discedere, & postmodum meam sententiam scribam. Primum sane inconueniens, *quod si solum quantitati humorum circuitus tribuerentur, sequeretur, flauam bilem quotidianam posse efficere accessionem: quod euidentissimum est, si quis ob vitæ erratum maiorem bilis, quàm pituitæ, aut æqualem generauerit copiam, sed quantumuis crescat, semper tertianum efficiet circuitum: Igitur alia erit excogitanda causa.* Huic rationi, qui Gal. tuentur, respondent, non esse intelligendum, solam voluisse sufficere quantitatem, sed necessario simul requiri, debitam adesse qualitatem, ac certum quendam virtutis tenorem: quorum si aliquid deficiat, defecturam quoq; accessionem arbitrantur. Sed his non obstantibus superest adhuc dubitandi occasio: *Nam demus, in corpore præternaturaliter constituto ratione caloris, bilis maiorem portionem, quàm aliorum succorum, vt contingit in his, qui frequenter ob copiam bilis vberiorem in biliosos incidunt affectus, tunc talis humor poterit acquirere eam dispositionem, quæ naturam quotidie ad expulsionem excitet: Ergo euasio non videtur recipienda.* Cui pro Gal. dicendum est, corpore sic disposito, febrem continuam vel duplicem, tertianam potius quàm simplicem euenturam. Præterea videtur etiam dubitatione dignum, siquidem robusta existente facultate, eum humoris quantitate non plurimum aucta, non fiet ad minima vasa transmissio: ac ex cōsequenti, neq; periodica accessio, cui dicimus, non semper necessum esse, febrē fieri crescente humore, cùm non rarò per vomitum, aut

Quinta opinio. nec natiua humorum quantitas.

Primum argum.

Solutio.

Secundum argum.

Solutio.

aut secessum sese exoneret, quia solum intelligitur, dum febris furora est, eam necessario tertianā fore. Tertio vero sic arguitur: *In morbo Regio adest quantitas & qualitas & fortitudo naturæ humorem trāsmittentis, & non subinde sequuntur tertianæ circuitus: ergo positio non ... constat.*

Tertium argum.

Solutio.

Hinc dicēdum, febrem interpolatam nō fieri, quia natura simul omnem humorem transmittat, & eum coctum & castigatum, sed cum pars post partem, quod in morbo Regio nō accidit, neq; in eius humoris expulsione tātum agit natura, quantū patitur ob id, quod

312 A humor regurgitat ab obstructis locis: quo fit, vt nullus fiat conspicuus circuitus. Præterquā quod morbus in ictenco affectu, neq; prodit ex quantitate, neque ex qualitate humoris biliosi, sed solum (*vt dictum est*) ab obstructione: Atq; hæc est sententia Galeni, & eius defensio, cum hoc tamē mihi aliter in hac re videtur sentiendum, quia non absoluitur difficultas.

Auctoris sententia de caussa circuituum in febribus.

Multa sanè sunt, quæ in re tam dubia me coegerunt paulò latiùs scribere, quàm mei sit instituti: *primum* quidem opinionum varietas: *secundum*, rei ipsius difficultas: *tertium*, plerosq; prauè Galenum intellexisse; ac *vltimo*, multa ad inuicem implicasse, quæ cum caussis varietatis circuitunm nullam habent connexionem, neque cohærentiam. Quapropter tria hac in re priùs distinxisse opus erit, quæ longè inter se sunt diuersa, licet

B connexionem aliquam habere videantur.

Caussæ febrium intermittentium quid inter se à se differant.

Primum quidem sciendum est, longè inter se differre causas febrium, quæ intermittunt, ab eis, quæ intermissionem tertianam, quotidianam, aut quartanam efficiunt: & rursus has omnes ab aliis, quæ inuariabili lege intermissionem illam procedere, eodem modo citra mutationem in aliam periodi naturam faciunt. Quæ sanè tria ferè velut vnum plerīq; Medicorum accipiunt, & caussas alioqui inter se distinctas confundunt. Quamobrem cuiusque earum seorsum meminisse oportebit, vt constet, tria hæc longè inter se esse diuersa, & diuersas sortiri caussas, ac diuerso modo de eis locutum fuisse Galen. *Sic profectò* inuestigamus idem Gal. caussas febrium, quæ per interualla repetunt, nulla facta mentione de tertiano, quotidiano, aut quartano circuitu, sed solùm cupiens inuenire rationem febris interpolatæ circuitus, tres potissimas assignat, quas licet ad statutæ periodi constitutionem præire necessum sit, nil tamen ad diem signatum vel determinatum faciūt.

C Est tamen prima harum caussarum *virium certa fortitudo*: nam hæc est, quæ vitiosa quæq; & aliena, antequam in maius malum prorumpant, extra pellit, aliquando insensibiliter, & citra animantis noxam, maximè cùm facultas viribus integris, & intemperamento vtitur inculpato.

Circuitus caussa prima virium certa fortitudo.

Quod si à natiuo robore parum deflectatur, ea etiam pellit, sed cum aliquo animalis incommodo, eo quod nequit ex toto malum superare, quia deiecta quodammodo est: cauet tamen maius damnum, & extra vasa, quod molestat, pellit, ne febrem efficiat continuam, & hac lege interpolata succrescit. Sic ne omnino verum, humores in febribus interpolatis extra funda 6 *libr.* disceptarum repe-ries, nunc verò satiùs mihi visum fuit, more vulgi loqui, quod clarior euadat nostri instrui doctrina. Verùm si minus sit virium robur, & infra dictā mediocritatem ... tum, eo tempore nil extra pellit natura, sed continua generabitur febris, vel affectus aliquis in eadem parte fixus pullulabit, vbi humores congesti sunt.

D *Secunda* tamen periodicationis causa à Gal. signata est, *mediocris exsuperantia cuiusuis humoris*, ea nimirum copia congesti, quæ potens sit facultatem ad expellendum irritare, & quam ipsa facultas trudere possit; nam si maior sit, aut facultas languidior, dubium non est, quin oneri succumbat, humorem intra vasa putrescere sinat, ac febrem efficiat continuam: Si vero humoris minor sit copia, aut robustior potentia existat, certū est, per insensibilē habitum humores euolare, antequam in affectum commigrent.

II Certa ... tantum ... humoris

Si profectò multi ex Medicis, sumto solùm principio ab hac quantitate, falso sutumant, pituitam, quod copiosior sit, singulis diebus moueri, & flauam bilem, cuius minor in corpore adest quantitas, tertio quoq; die, & melancholiam quarto, quæ minor sit eius in corpore portio. Verùm si quis rem diligentiùs pensitet, reperiet profectò, naturalem quantitatem nil agere ad promptitudinem aut ineptitudinem periodicationis, cùm naturā non grauet, quod naturale exsistit, sed quod præter naturam.

E Quo fit, vt quiuis humor sit, qui naturalem mensuram excedat, siue melancholia sit, siue bilis, protinus naturam irritet potius, quàm sanguis aut pituita, quorum maior adhuc superest secundùm naturam in corpore portio, & sic humores illos excedentes certum est promous vim causæ morbificæ & putredinis, aut vitij cuiusuis principium suscepturos, quàm eos, qui naturales sint, quamuis in maiori exsistāt copia. Ex hoc profectò dogmate deregitur Auerrois error, qui censuit, calorem innatum periodicationis esse potissimam causam: nam scribit, perpetuum & inuariabilem effectum ac ordinatum, perpetuā & inuariabilē necessario obtinere causam, cuius naturæ calorem innatum esse scribit, statuēs, prædictum calorem humores consumpere, & post corruptionem statutis diebus pellere.

Auerrois error.

Ego quidem hac in re censeo, illud esse merum figmentum, & calorem innatum sese tātum præstare, vt aptum instrumētum potentiis, quibus munus est, quod irritat, & vitiosum exsistit, pellere, non quidē corrumpere, quinimo quod corruptum est, vel reducere ad

F meliorē statum, vel, dum corrumpitur, prohibere, ne corrumpatur. Itaq; neq; caloris naturalis est periodicationē signatam efficere, neq; humorum quantitatis. Nam si quantitas naturalem excedat, ea mēsura, quam diximus, protinus in periodum prorumpit, nō tamen in determinatam, quia hoc nō est quantitatis proprium, sed alterius rei. Tertia vero & vltima periodicationis caussa est, hu-

II moris periodicationem facturi *certa quadam qualitas*, & præter naturam dispositio, qua natura ad prædictam expulsionē cupidè sese accingit: quæ sanè humoris conditio magni est momēti ad periodicationem efficiendam.

Certa quædam qualitas.

Quæ sanè caussæ, dum æqualiter se habent, ordinatum efficiunt circuitum, non tamen tertianum, quotidianum, aut quartanum, sed prout quantitas vel qualitas, aut virtutis tenor se habuerint, per longius aut breuius interuallum; nam per diem signatum repetere, specialioris est causæ.

Circuitus ordinatus unde.

Verùm si prædictæ causæ dispari modo coeant, & coniungantur, circuitum quidem efficient, cæterum inordinatum: nam *pro ratione maioris vel minoris actionis &*

Inordinatus ...

G

effica-

efficaciæ vnius, vel alterius, aut vtriusque, aut ſiltam ab ſingulis [illegible] vel [illegible] ſimul (ſiue et interpolata hac febris, [illegible] differentia [illegible]) profectò non leuem ſimplicis, duplicis, aut triplicis, vel aliter complicatæ, vel inordinatæ febris ſuccreſcere, arbitrandum eſt.

*Periodica noua causa vnica humoris natura.*

Quantum verò diſtent cauſſæ, quæ periodum natæ ſunt efficere, ab his, quæ tertianam, quartanam, aut quotidianam conſtituunt, mox audies, ſi expenderis, id citra vllam dubitationem prouenire à peculiari cuiuſque humoris conditione & natura, dummodo intelligas per humoris naturam nil aliud, quàm facilitatem aut promptitudinem, vel difficultatem ad ſuſcipiendam putredinem, vel ad eidem reſiſtendum. Quippe hæc ſola nata eſt in circuitum humorem mouere: nam ſiue quantitatem conſideres adauctam vel diminutam, ſiue qualitatem ad maiorem calorem, frigiditatem, humiditatem, aut ſiccitatem, acrimoniam, vel mordacitatem vergentem, proculdubiò hæc omnia, vel per interualla ipſos humores mouere, vel per ordinata interualla, verùm per tertiũ aut quartum diem minimè. Sic enim mille ſunt morbi, qui ea bile orti non repetunt per tertium, donec aliquid putredinoſum contrahant, & pari lege de reliquis humoribus conijcies: itaque ſola hæc putredinoſa cõditio nata eſt periodum cuiq; humori peculiarem circumſcribere. Quod ſi diligenter conſideres, reperies, bilioſi humoris eam eſſe naturam & ſortem, vt non niſi tertio quoque die poſſit putrefieri. Nam cum agens tãto paſſum

*Bilioſus humor non niſi tertio die repetit.*

deuincat, & ſuperet citius, quanto minus ipſum paſſum obtinuerit reſiſtentiæ, & eo tardius, quo magis ea ſit bilioſi humoris reſiſtentia, quod non niſi tertio die putredinem admittat, fit facile, vt bilioſæ febres ante aut poſt tertium diem innadere minimè poſſint. Nam cum bilis plurimum ſiccitatis obtineat, & hæc ſit omnino putredini aduerſa, & inſuper innati & proprij caloris plurimũ habeat, qui putredinoſo magis reſiſtat, quàm humor, qui minus habet, ob id tardius putreſcit, quia calori præter naturam plus reſiſtit calor cuiuſque proprius, quã externa aut interna frigiditas. Quo profectò fit, vt tardius ſuccendatur, & ſic ſibi ex propria & natiua ſorte habet ad tertiũ vſq; diem reſiſtere, & in eadem, calori præter naturam iam cedere, atq; acceſſionem efficere. Quod ſanè pituitæ non ita euenit; nam cùm humor ſit, cui parũ caliditatis eſt, & præter id humidus natura exſiſtat, & hæc duo ſint potiſſimæ putredinis cauſſæ, ob id profectò minus putredinoſo calori obſiſtit, & ocyus putreſcit: quippe eadem die, qua ipſam calor adoritur, cedit protinus, & corrumpitur, acceſſionem generat, præterquam quod cum pituitæ & crudorum ſuccorum in corporibus maior ſubſit adhuc ſecundùm naturam copia, quàm bilis, in minori tempore plus aggregatur, quàm bilioſi humoris, & ob id citiùs ſuccenditur. Sic profectò melancholia ea neceſſitate propriæ naturæ ſuccenditur quarto quoq; die, quia ob impenſam ſiccitatem longe tardius putreſcit cæteris omnibus, præterquam quod ei accedit terreſtris ſoliditas, & craſſities impenſa, quæ magis præualet ad obſiſtendum putredini, quam ad ipſam inuitet defectus caloris, quẽ etiam ſicut pituita obtinet: quo fit, vt tardius ſuccendatur, & magis reſiſtat: ex quo profectò elicies, neceſſum eſſe ſtatuere, tardius in acceſſionem commigraturam [illegible] etiam accedit humoris [illegible] quantitas, [illegible] dius congregatur quantitas [illegible] ad [illegible] naturæ [illegible] dam, [illegible] eſt, [illegible] arbitror non eſſe minorem huius euentus [illegible].

*Pituita eadem die repetit.*

*Melancholia quarto die repetit.*

Neq; de ſanguine eodem modo poteſt iudicium proferri, quãuis maxime ob calorem & humiditatem putredinoſam ſortiatur naturam, qui cùm familiariſſimus ſit naturæ, nuſquam ab ipſa pellitur, donec ex toto propriam formam amiſerit, & eo tempore commigrat in bilem & melancholiam. Quo fit, vt ex ſe nullam poſſit efficere periodum, niſi ratione humorum, in quos degenerat.

*Sanguis cur non repetat.*

Quibus ſic conſideratis, arbitror, eam qualitatem (*quam auctores in humoribus requirunt, vt ſtatu dictis acceſſionem efficiant*) nullam aliam eſſe præter putredinoſam ſeu corruptioni paratam; nam quæ aliter vitiata exiſtit, periodum quidẽ faciet, quia naturam irritat, cæterum inordinatam & vagam, iuxta modum & frequentiam irritationis, ſolum verò, quæ putredinoſa eſt, ſtatutã & certam periodum facit, iuxta naturã & promtitudinẽ humoris, qui morboſum præſtat apparatũ, ea lege, quã nuper diximus. Cum hoc tamen intelligendum eſt, huiuſmodi putredinoſam qualitatẽ nõ oportere nimis intenſam eſſe: nam eo tempore potius profectò febris ſuccreſcet continua, quàm interpolata. Quippe natura nunquam humorem adeo vitioſum citra correctionem & coctionem extra vaſa pellere nititur, & ob id, vt naturæ gratiam & coctionem recipiat, manens intra venas, febrem efficit continuam, cùm verò leuiter alteratus eſt humor, antequam vlteriorem adipiſcatur corruptionem, cæterosq; ſuccos cõſputrefaciat, pellitur ab ipſa natura efficiente interpolatum affectum. Argumento eſt huius veritatis, quod dum quantitas vel qualitas plus iuſto excedũt, licet nõ ſufficiant continuam efficere, cõcitant quidẽ acceſſionem, vel maiorem, vel productam, vel anticipatam: Si verò minor ſit quãtitas, vel remiſſior qualitas, aut facultas languidior, tardior aut minor fiet acceſſio. Sic profectò Galen. ex illis venatur humoris vel copiam, vel malam qualitatem, & ex his naturam vincere, ac ſuperare materiam, & ipſius minorem longè iam ſubeſſe copiam. Itaq; ex natiua cuiuſq; humoris ſorte prodit, cuiq; certum quendam poſſe efficere circuitum, non tamen ſemper, & vtcunq; alteretur, ſed dũ putredinoſa affectione vitietur: nam hæc eſt, quæ magis probat vim & efficaciam reſiſtentiæ humoris, & quæ infallibili experimento monſtrat, bilem non poſſe putredinem concipere, niſi tertio die, & pituitã quotidie, ac melancholiam quarto: nam cæteræ cauſæ, quæ ad quantitatem, vel ad quemuis alium qualitatis modum attinent, euertere diem nequeunt, licet acceſſionem anteuertere & protrahere poſſint.

*Qualitas periodum efficiens qualis eſſe oporteat.*

Supereſt tertio docere, (*quod etiam ſummopere conducit ad prædicti axiomatis confirmationem,*) *qui factum ſit, quòd tertiana circuita, vel quouis alio ſemel incepto, ſemper de tertia in tertiam procedat affectia, & nuſquam aut rarò in aliam mutetur, cùm ex quartano circuitu calor, qui ſupereſt, facilius poſſit bilem aut pituitam alterare, & ad putredinem mouere, quam melancholiam, quæ tardius & difficilius ex propria natura ſuccenditur.* Cuius dubitationis gratia præmittẽdum eſt, pendere huius rei veritatem & enodationẽ ex fomite relicto in corpore à præcedente circuitu: à quo

*Circuitus ſemel inceptus cur nõ mutetur in alium.*

facile iterum succrescit præcedenti similis alter circuitus. Sic enim cùm pituita sit crassus & viscidus humor, ac ob id difficulter resoluatur, maioremq; hac ratione fomitis copiam relinquat, fit facile, vt ocyus succendatur in pituita, quæ præerat, & alteram accessionem efficiat, quod habuerit caussam, nimirum fomitem efficacissimum aptumq; sequenti die succendere pituitam (*qua suapte natura huic damno est aptissima, vt antea dictum est*) & aliquando, antequam ex toto finiatur accessio, cùm longissimæ sit durationis, quod profectò non parum interest ad citius succendendam pituitam: bilis autem, quia facile dissipatur, & minimum ob eius tenuitatem ex se relinquat vestigium, ob id, & quia minus durat accessio, etiamsi leuis & calidus sit humor, nó protinus succendit remanentem bilem, sed tertiam diem requirit, tum ex propria natura, quæ ante id tempus non contrahit putredinosam labem, tum verò, quia prædicto temporis spatio adimpletur putredinosi fomitis defectus ac tenuitas. At melancholia humor cum sit terrestris, non relinquit post se grande caloris vestigium, & ob id non protinus succenditur præexsistẽs melancholia, quia, quod remanet, cinericium est, & terrestre, & naturaliter in minori copia, tũ vero quia (*vt dictum est*) quartum diem requirit, vt putredinem suscipere possit, tum vltimo, quia in quartana febre ad omnimodam infebricitationem deueniunt laborãtes, quod est forsan nó minor occasio accessionis per quartum diem. Ex quibus facile probatur, ex tertiana accessione tertianas quoq; accessiones subsecuturas necessario, & quartanas ex quartana, & pari ratione ex quotidiana. Nam putredinosa caloris conditio, euius fomes & vestigium post primam accessionem relinquitur in membris, transmittẽte, recipiente, aut generãte, vel humoribus, qui supersunt, tanquã caussa exsistit: putrida enim caliditas, quæ in flaua bile succenditur, vt febrem efficiat, dum sui vestigium reliquit in aliqua ex dictis partibus, post accessionem prius sese insert & insinuat in flauam bilẽ, ob similitudinẽ, quam in aliquem ex prædictis humoribus, cum quibus nullã habet, & ob id cum humor similis præterito succendatur, fit profectò facile, vt q̃ succrescit accessio, præcedẽti sit quã simillima, & eiusdẽ rationis ac speciei. Præterquã q̃ cæteri humores inculpati existunt, ille vero solus principium susceperit vitij, ob immodicã copiam, aut quamuis aliam alterationẽ. Quo fit, vt licet in quartana febre maior sit biliosi aut pituitosi humoris secundùm naturã copia, cum hoc tamẽ humor melancholicus citius succenditur, quia cæteri inculpati cum sint, resistent magis: quod etiam de tertiano & quotidiano circuitu subaudiendũ est. Cum hoc tamen aliquando cõtinget, cõsumta humoris parte, quæ abundabat, & affectũ solebat excitare, relictũ fomitẽ sese in quemuis alium humorẽ inserere, ac in eum maximè, qui facilius suscipere possit caloris putredinosi impressionem: qui sanè is erit, qui in mali discursu magis extra naturam positus fuerit. Quo fit, vt non raro vna febris conditio in aliam cõmigret, puta tertiana in quartanam, & econtra.

Sed vt hæc, & reliqua, quæ huc usq; dicta sunt, clariora euadant, studui, quæ ipsis aliquo modo euertere possint, enodare, ne alicui subsit errandi & à vero discedendi occasio. Instatur primo: *Si in accidat maiorem ac vehementiorem ad putredinem commendari ... vere caussam in flaua bile, quam qua tertium diem requirat, sequeretur prop... necessario bilem ante tertium putrefieri.* Huic argumẽto dicimus, eo tempore continuam biliosam potius fieri, quã intermittentem: nam hac ratione dictum est, plerisque huic operi præexigi certam quandam in humoribus qualitatem & quantitatem, & in v... bus robur, quæ omnia si causa, quæ succrescit, excedat, & virtus corporis ac humoris natura non obsistant, proculdubio continua fiet febris. Secundo, *Si quis dixerit, in continuis febribus semper putrefieri humorem, & non esse prædictam resistentiam periodicationi necessariam, & cum hoc continuam biliosam vehementiorem euadere tertio quoq; die.* Respondeo, continuam esse, prodireq; ex caussæ vehementia, & tertio die esse vehementiorem, quia in die remissionis maior quantitas humoris præparatur ad sequentis diei exacerbationem. Tertio *constat, plures esse morbos, qui citra febrem tertio vel quarto die mouentur, in quibus non requiritur (siquidem putredinoso calore carent) resistentia prædicta, ac ex consequenti prædictam caussam esse aliqua ex parte vanam.* Huic dicimus, verum esse, sine febre morborum plurimos per ordinatos circuitus tertianos & quartanos repetere, cæterum non citra putredinem, quæ licet ad febrem efficiendam apta non sit, sufficit tamen, prædictam periodicationẽ efficere, vt quotidiano euentu in morbo Gallico, in cephalea, & podagra conspicimus, in quibus eo tempore fit status circuitus, quo aliquid putrescit, sin aliter, minimè. Quarto dicet aliquis, *accessiones febrium non incipere ab humore putrido, sed post transmissionem à vasis ad alia loca putrefieri, & ob id aliam esse indagandam periodicationis caussam.* Cui dicimus, humores intra vasa principium putredinis sortiri: Nam hæc est qualitas, qua natura ad ordinatam expulsionem irritatur, & cùm illud vitij principium nõ succrescat in humoribus, nisi dieb. ac interuallis dictis, fit, vt eisdem necessario fiant accessiones. Probat hanc veritatem bilis effusa in vomitibus & alui fluxibus, in quibus nullus fit rigor, etiamsi per partes sentientes permeet bilis, aut in carnosas, vt in ictericoaffectu, quia humor ille nondum nactus est principium putredinis.

Est etiam vltimum argumentum, quo Neotericus quidam nititur probare, *periodicationem hanc nullam habere determinatam caussam*, sed statuit, *a quouis humore omnes febres interpolatas posse fieri.* Probat suum dogma ex variis Auctorum locis, quibus videtur constare, *tertianam a pituita quandoque fieri, nonnunquam à melancholia, & quotidianam a bile.* Adducit quidem Hippocrat. qui *lib. 1. de natur. hum. quotidianam, tertianam, & quartanam ab eodem humore oriri* scripsit: item scribit, Celsum dixisse, *ex humore melancholico quotidianas excitari, lib. 3. c. 15.* quartanas insuper debere a pituita fieri, docuisse Galenum *lib. 2. de cris.* quod etiam scribit Syluio placuisse, *com. de febrib. cap. de causs. humor. melanchol.* Præterea refert, ex eadem pituita tam tertianam quàm quartanam fieri, Aui. *lib. 4. tract. 2. cap. 50.* scripsisse: quod etiam confirmauerat Gentilis *quæst. 13.* imo vero refert, ex bile quotidianam fieri, *cap. 36.* scriptum reliquisse. Verùm si quis rem hanc diligenter expendat, reperiet profectò, argumenta hæc vel monstrosam aliquam raritatem ostendere, vel prædictos auctores de complicatis, dupli-

Marginalia: 314 A; B; Accessio tertiana tertianam expectat.; C; Obiectio I.; Secun... D; Obiect.; C... Sine ... febre, non tamen sine periodo. E; Obiect. IV.; Obiect. V F

duplicatis aut illegitimis febribus loquutus fuisse: nam huiusmodi febres alienum humorem admittunt, & signa eiusdem aliquando euidentiora monstrant: cum hoc tamen proprium circuitum emittere non est credendum. Nulla enim bilis quantitas, neq; qualitas, aut quæuis alia dispositio nata erit ipsam bilē efficere moueri vltra citraq; tertiam diem, quod de aliis humoribus eodem modo est arbitrandum. Argumēto fidissimo profectò sunt duplices, tertianæ vel quartanæ, in quibus licet plus illius humoris abundet, ita vt duplicem efficiat tertianam vel quartanam, nunquā tamen visum est in aliam febris speciem migrasse, (*dummodo humor perseueret sub propria forma*) sed semper tertianos vel quartanos circuitus sibi inuicem, & statis diebus respondentes.

*LIBER QVARTVS.*

# DE FEBRIVM EPHEMERARVM NATVRA, CAVSSIS, Differentiis, Signis, & Curatione.

LICET alieni vanum & omnino inutile videri possit, febrium ephemerarum longius contexere certamen & prolixam tractationem, cùm certum sit, sanius omnes curari nullo adhibito auxilio, quàm præstito, quinimo non raro ex præsidio in putridam, aut aliud grauius malum commigrare: cum hoc tamen magni arbitror fore momenti, earum tractationem paulò diligentiùs (*licet breuius*) exsequi: vt constet earum natura, & apertior fiat cognitio ac dissidium ab aliis, ne decepti specie ephemeræ, ea, quæ maioris sit momenti præsidio ob id destituta, in immedicabilem succrescat magnitudinem: aut credentes, putridam vel alterius generis esse, citra indigentiam id præstetur auxilium, quod læsurum sit. Quapropter breuitate maiori, qua potero, earum omnium in genere conditionem & naturam expendam, differentias explicabo, & cuiusque omnium simul signa exsequar, quo facilius sit, hoc genus febrium à reliquis seiungere: tandem curationem cuiusq; ac speciei peculiaris scribam.

*Ephemera vnde dicta.*

Constat ab vnius diei duratione, quę viginti & quatuor horarum spatio finitur, hanc febrem nomen sumsisse, vel (*vt alij censent*) ab animali quodam, cuius Arist. meminit, *lib. 5. de natur. anim. c. 19.* quod vnius diei interuallo nascitur, & moritur, quod sanè ob id *Ephemeron* appellarunt. Quo fit, vt ea febris, quæ vnius diei interuallo finitur, *ephemera* quoq; fuerit appellata, quam Latini *diariam* dixerunt.

*Ephemera cuius naturæ.*

Est autem huius febris natura & conditio, mitissima ac simplicissima, & vt Hipp. refert *lib. prognostic.* signis firmata securissimis, quod equidem multis rationibus probari potest: Prima ex caussæ, quæ ipsam excitat ephemeram, conditione desumpta: quippe caussæ omnes externæ sunt vel manifestæ, & quæ nullam habent determinatam conditionem, neque vehementem efficaciam. Item ex symptomatis, quę mitissima admodum sunt, & nullum sui ratione facessunt negotium. Præterea id probari amplius potest ex propria sui natura & ratione, siquidem solum in spiritibus sita est, *vt re vera Gal. lib. de inæqual. intemp.* dicens: *Ephemera generatur, si intemperies caloris spiritu ipsam duntaxat partem inuadat*, & cùm spiritus sit, *vt Galen. docet, 6. de vsu part.* optimi sanguinis exhalatio, vel qui ex sanguinis exhalatione nutritor aut reficitur, fit facile, vt calor in eo succensus & mitis sit, & facilime euanescat ac temperetur. Cum hoc tamen in huiusmodi febribus spiritus vitales (*ad quos ratio & natura huius mali propriè pertinet*) nam (vt antea dictum est) licet animales aut naturales succēdantur spiritus, nulla suboritur febris, antequā vitales incalescant, & ex toto putātur in calfacto esse, vt febris naturam constituāt, & omnes simul euanescant, & cunterantur, haud secus quā res accidit in hectica, licet lōgitudine & prædicto subiecto ab ea differat: quia crassior est eius materia, quam quæ in ephemera succenditur: In hoc etiam differt à putrida, quia in hac nō cunterūtur humores, nec omnes, neq; confertim, aut ita breuiter, sicut spiritus in ephemera.

*Ephemera quid ab hectica differat & à putrida.*

Itaque in hac ab exurente calore (*non quidem à putredine, sed aut marcido, vt in putridis & hecticis contingit*) spiritus simul cōcalescunt, non quidē successiuè, aut pars post partem, quo profectò fit, vt omnino temporibus careat, siquidem morborū tempora ex alteratione prodeant, quæ fit in materia: & cùm in ephemera alteratio sit vna totalis & semel facta, creditur omnino augmēto carere, & etiam, quia nulla adest pugna, & ob id caret accidentibus & vacuatione, licet declinatione fruatur vera, quia vniuersa spirituum successorū copia dissipatur, & sic vnica tātum constat accessione.

*Ephemera non habet tempora, & quare.*

Quod si cum Auic. velis dicere, obscura tempora quodammodo obtinere, non recusabo. Dictū est antea, morbum esse factum, *vt Gal. 8. meth. aduertit*, nam diaria cū hectica conuenit, quod non ampliùs dependeat à caussa, verùm eum hoc idem Gal *9. meth.* se explicat, dicēs, de solis veris ephemeris loqui, in quibus causa, quæ ipsas excitauit absente, nullus est affectus, qui eas aut gignat, vel adaugeat; ac ob id concludit, nullam indicationem sumendam esse à causa: secus profectò res se habet in spuriis; nam & causam habent, & eam indicationē præstant: & licet in hac re credēdum sit, ephemerā non esse morbū ratione succensorum spirituum, quantumuis sint in calfacto esse positi, solùm enim (*vt dictum est*) causæ rationem habent, sed ob calorē solidæ substantiæ præstitum, cùm hoc tamē longè ab hectica (*quæ verè facta est*) differre est arbitrandū, & cum putrida conuenire, quæ in habitudine calorem tantū habet.

*Ephemeram esse fa tam ratione independentem.*

Quo factū est, vt spiritus, quantumuis in calfactu esse existāt, nullā requirant prouidētiam, vt humores, sed eorum remediorum genere curari debēt, ac diaria ipsa, & ob id non præstare eam indicatiōnē, quā præstant cęteræ causæ.

*Ephemerarum differētiæ penes diuersitatem causarum sunt sumendæ.*

Aliter enim ephemerarum febrium species licet venari, ac reliquarum: quippe hecticas diuidimus penes diuersas solidæ substantiæ partes, quas calor depopulatur: putridas verò iuxta humorum varietatem: at ephemeras, cum cōstet ex vna spirituum succensorum natura fieri, nō ab ea, sed penes diuersitatem causarum, à quibus concitantur, dissecare oportebit. Quæ sanè cùm diuersam sortiantur efficaciam, succrescit in corpore diuersum accidens, cuius occasione diuersitatem in ephemeris constituimus. Ex qua autem diuisionis sorte solùm prodeunt duo febrium ephemera-

*Ephemerarum duo genera.*

rum genera, quorum vnum continet eas, quæ verè dicuntur *Legitima & exquisita*: alterum verò eas, quæ *Spuriæ* sunt, & *illegitimæ*. Cum hoc tamen scimus, vtrumque genus in vna communi ratione conuenire, nimirum in spirituum vitalium suc-

316 A censione, licet duratione (*vt antea dictum est*) longè dissideant, quod censeo illis succrescere, sicut multa alia, in quibus differunt, ex caussæ seu occasionis diuersitate. Nam quæ *legitima* est, à caussa prodit non solùm procatarctica, sed recenti etiam, quæ spiritus nata sit calfacere, citra alterius rei in corpore mutationem: quæ tamen *illegitima* censetur, licet à caussa etiam procatarctica proficiscatur, non quidem à recenti, sed vetustiori facta, præterquam quod ab internis quibusdam plerunque fiat, quas oportet esse euidentes & manifestas: Quas certum est habere hoc proprium & peculiare, nimirum aliquid prius aut simul in corpore succēdere & alterare cum spirituum succensione, quo excalfacto, spiritus quoque calfiunt, & qui denuo generantur, etiam incalescūt, adeo vt verè dictum sit, & necessarium existat, ad plures dies sese extendere, donec id, quod simul cum spiritibus incaluit, attemperationem susceperit, aut beneficium à natura, vel in aliam speciē commigrerit. Itaque in vtraque febrium sorte spiritus vitales succenduntur, verùm in legitima soli spiritus vim caussæ susceperunt, & ipsi solùm cum corde febrem efficiūt: in spuria verò vltra spiritus

Legitima.

Illegitima.

B aliquid aliud vel primo incaluit, vel simul, aut postmodū. Quæ sanè vltima & illegitima species eo multo plures subdiuisa est, iuxta diuisionem & naturam caussarum, quæ ipsam excitare habent, velut est *cruditas, leuis obstructio, externa inflammatio*, & reliqua eius naturæ, vt in explicatione caussarū latiùs sum monstraturus. Hoc tamen differentiæ habent prædictæ caussæ, quod ex his quædā protinus principium actionis inferunt in spiritus vitales: aliæ in animales: nonnullæ insuper in sanguinis halitum, & mox calfaciunt vitales spiritus, à quibus vera ratio ephemeræ febris suboritur.

Ephemeræ spuriæ multiplices, & quomodo inter se differant.

Verùm quanam ratione credibile sit, *ephemeram posse ad plures dies prorogari*, nunc in examen reuocare oportet: nam id videtur esse impossibile, siquidem ea est spirituum conditio & natura, vt non possint, dum succēduntur, vltra viginti quatuor horarum spatium durare, quin antea deficiāt

Ephemera qua ratione ad plures dies prorogari possit.

C & resoluantur. Quod experimento reliquarum ephemerarum satis esse probatum arbitror; constabit igitur, si diu protrahitur, non vnā esse ephemeram, sed plures simul iunctas, vt etiam ex neotericis Herculanus profitetur. Verùm dicet aliquis, certum esse, *spirituum substantiam non posse vltra id tempus vstionem perferre*: cum hoc tamen ex parte caussæ, quæ non adeo vehementer operetur (*vt ea, quæ vno die spiritus habet conterere*) prodire plurium dierum spatio, spiritus resistere posse vstioni. Siquidem tanto tardius spiritus succendi & cōflagrari est opus, quanto caussa lentius & debilius egerit: qualis naturæ est vapor crudi alimenti & sanguinis, vt non nisi in prædictis diebus vniuersi spiritus in totum conflagrari possint: ex quo prodit, vnam esse ephemeram, eamque diuturniorem, ratione debilitatis caussæ, licet spiritus celerem ex natiua cōditione sortiantur exustionem. Aduersus quam euasionem stat etiam esse adhoc ioter ephemeras, quæ vnius tantum diei spatio finiuntur, & cum hoc à longe debiliori caussa suboriuntur, velut est, quæ ex inedia, timore & tristitia suboritur, & cum hoc breuissimo spatio consumuntur, & euanescunt spiritus: Ergo *consignanda est alia*

D *caussa præfata longioris durationis.* Hanc profectò nos arbitramur esse perstantiam & durationem caussæ, non debilitatem (*siquidem calfactus sanguis vehementissimum succendit calorem, longè magis quam metus & mæstitia*) nam cùm legitimarum febrium ephemerarum proprium sit, affectus esse factos, hoc est, independentes à caussa, quæ ipsos excitauit, prodit quidem ea ratione, spiritus conflagratos vno die finiri: quia nulla est caussa, quæ reliquos calfaciat, & semel calfactos, certum est finito tempore finiri. At in spuriis ephemeris ob id diutius conspicimus incendium durare, quod caussa, quæ omnibus illis diebus durat & viget, omnes etiam spiritus, vt nouiter generantur, valet exurere, & tam diu durat exustio, quam diu caussa operatur, & spiritus denuo generantur, donec euanescente caussa, & resolutis ex vtrisque generis spiritibus, qui deinceps succrescunt, superstites euadunt, & sic cessat febris, vel si non cessauerit, in aliam diuersæ naturæ commigrasse, est coniectandum.

Solutio.

E Quod si quis dixerit pari ratione, si caussæ perstātia occasio est durationis ephemeræ, sequeretur necessario, ex putrida febre semper spiritus conflagrare, & sibi comitem habere ephemerā. & præstantiori adhuc ratione hecticam posse idem efficere, coniiciendum est. In cuius dubij enodatione expendēdum erit, longè distinctis distare interuallis prædictas caussas: nam putrida febris, licet spirituum ponat in calfieri maximā partē, reliquā tamen ob vehementiā putredinosi caloris, antequā febrem cōcitare possit, cōterit, & resoluit, & ferè simul est calfieri spiritus, & resolui. Quo fit, vt ephemera sit morbus, & is sit affectio permanens, & ante hanc permansionem calor putridæ & hecticæ quosdam spiritus conterunt, & alios calfaciunt. Quæ sanè caussa est, cur citius resoluantur, antequam calfacti febrem cōcitare possint, quod aliis caussis non euenit: nam cum subito & affatim ingruant, omnes spiritus simul calfaciunt, & vrūt:

Dubium.

Solutio.

F at in his febribus lente & paulatim disponūtur, & calfiūt, ita vt leui calore dissoluātur, & insensibili resolutione euanescāt citra febris succensionem.

Est proculdubio ephemerarum febrium per caussas adeo vtilis & necessaria ad curationem & cognitionem tractatio, vt iure optimo teneamur eas diligentius expendere, & specialius scribere, licet earum nulla habenda sit in curatione prouidentia, sed iuxta effectum, quem ante spirituum succensionem in corpore relinquunt: præterquā quod in spuriis ephemeris non parum ad curationem conducit caussarum cognitio. In qua sanè te licet certum sit, febrem ephemeram tot posse sortiri caussarum genera, quot quamuis aliam febrē aut calidum intemperamentum (*putredine excepta*). vt optimè Gal. aduertit *lib. de caus. morb. c. 2. & 1. de diff. feb. cap. 3.* cum hoc tamen, vt etiam Serapio scripsit *6. breuiary, cap. 1.* ad quatuor potissima genera omnes caussæ reducendæ sunt, quo clarius & expeditius possimus eas omnes & complecti, & ad peculiare genus reducere. Sic profectò *primum* genus cōtinet caussas omnes, quæ exterius corpori occurrunt: *Secundum*, quæ corpus ingrediū tur: *Tertium*, quæ passionē inferunt in animā aut

De ephemerarum caussis.

Ephemerarum caussæ ad quatuor genera reducuntur, & quæ sint.

G cor-

[illegible]orpus. *Quartum* verò & vltimum, symptomata omnia, quæ [illegible] xi inse[illegible] corpori occurrunt, sunt veluti *contactu calida substantia, vel æstus & calidissimus aeris [illegible] ignis, balnei feruentis, alamnosa vel frigidissima aqua*, a quibus vel calori succrescit augmentum, vel natiuus effluxus p[illegible] hibetur. At quæ in corpus subeunt, sunt *cibi, potus, & medicamentum*, quæ si calidiora sunt, aut plus iusto ingerantur, calorem augent & spiritus accendunt, sic-

317 A ut fames, quam in hoc etiam genere contineri, multi asserunt, etiamsi non displiceat ad animi motum referre. Quæ passionem inferunt, sunt animi & corporis motus atque passiones: symptomata verò sunt velut *dolor, vigilia*, & eius naturæ non pauca. Quibus suppositis, expendendum est, ephemeras febres, duas, *vt dictum est*, constituere differentias, & ita quoq; has omnes causas ad duplicem sortem esse reducendas statuimus: vnam, quæ *Veras* & exquisitas progignit ephemeras: alteram verò, quæ *Spurias* & illegitimas, quas etiam clarioris doctrinæ gratia, in *Procatarcticas* & recentes, ac in *Euidentes* & Antecedentes consulto diuidere studui, vt aperti[illegible]s subinde constet medendi via & ratio. Sed expendendum nunc etiam est, *an ephemera febres continentem habeant causam?* Medici ferè omnes habent tanquam verum & firmum præceptum, ephemeris solum primitiuam causam esse propriam, hecticis antecedentem, putridis autem primitiuam, antecedentem & coniunctam. Atqui non defuere etiam, qui ex vetustiori-

*Caussæ [illegible] reducuntur ad duo genera.*

*Dubium Ephemeræ an continentem habeat causam.*

B bus caussam continentem hecticis & ephemeris subscripserint, quod credant, omne, quod est, quam diu habet esse, habere etiam & conseruans diuersum ab eo, quoniam conseruans & conseruatum non sunt idem: Sic in diariis conseruans censent esse subtilitatem substantiæ, & caliditatem, ac raritatem & coadunationem spirituum ipsorum: & in hecticis promptitudinem humiditatũ partium radicalium ad inflammationem. Ego tamen longè aliter de hac re sentio: quippe qui existimem, ephemeras spurias omnes causam habere antecedentem & continentem, non tamen, quam ipsi censent, sed vel humorum crudorum succensionem, vlcus, inflammationemve externã, vel cutis densitatẽ, aut sanguinis excalfactionem, quorũ omnium durationem sequitur etiam spirituum vitalium succẽsio, quæ *ephemeram* subinde plurĩũ dierũ appellatam procreat. Nec ob id credẽdum est, vt multi falso autumãt, ephemeram periodos & circuitus habere: quia solum, quod ephemerã

*Ephemeræ spuriæ omnes habẽt causam antecedentem & continentem.*

*Eph. circuitus non habent.*

C gignit, spirituum est materia, quæ proximè existit, non quidem ea, quæ in corpore præalteratur, vt in reliquis febribus humoralibus contingit. Sed vt ad pensum redeam, sciendũ est, huius naturæ esse febres, quæ ex bubonibus prodeunt, aut ex quauis alia externa inflãmatione, sub quibus inflammationem col[illegible] vteri non comprehendo; nam vteri inflammationem non arbitror ephemeram posse efficere. Itaq; in externis inflammationibus alteratione per continuum facta, ephemera concitatur febris, vt Gal. 1. *de diff. feb. c. 1.* apertè docuit: *In inflammationibus autem, & putredine, quæ aut in visceribus, aut in magnis vasis fiunt, quidam veluti fumus ex putrescentibus humoribus ad cordis ventriculos peruenit & per idem concitat febrem.* Galenus enim vbiq; ephemeras distinguit à febribus, quæ ex partis alicuius internæ inflammatione proficiscuntur, vt

*Inflammationes & viscerum putredine ephemeras non concitant.*

3. *de præs. ex puls.* [illegible] *& 1. ad Glauc. c. 3. & 2. de cri*[illegible] 11. expressè late[illegible] Cum etiam ca[illegible]ssarum generi reduci possunt febr[illegible], quæ ex vlceribus prodeunt: quæ sanè vlcera licet sui ratione ephemeras nequeant exci[illegible]are, dum inflammantur tamen, a[illegible]t cruciantur do[illegible]e magno, ephemeras efficiunt,

D sin aliter, aut putridam, aut si diu perstiterit vlcus, maximè [illegible] vitiosum effectum fuerit, hecticam.

Si motum iuxta ephemerarum cognitionem, duplex exsistit genus, quoddam enim in communi [c]omplectitur signa omnia, quæ calorem harũ febrium ab aliarum calore distinguũt: Reliquum vero cuiusq; speciei signa in particulari continet. *Primum* sanè genus docet ephemerarũ notitiam ediscere ex multis, nimirum ex symptomatis, ex his, quæ ad substantiam pertinẽt, aut ab ipsis caussis efficientibus. Horum aliqua propria huic generi soli licet non omni, alia omni, etsi non soli, nonnulla vero omni & soli, quod genus maximè propriũ & pathognomonicon ephemerarum febrium exsistit, inseparabile autem signum est (*licet non sit proprium solius ephemeris, quia commune etiam est hecticæ & putridæ*) à procatarcticis orta caussis: quod quidem etiamsi omnibus sit cõmune, cum hoc tamen inseparabile exsistit ab his ephemeris, quæ exquisitæ sunt. Et vt id apertiùs exprimeret

*Ephemerarum signa duplicia.*

*Signum 1. à symptomatibus.*

*Ephemerarum signum inseparabile.*

E Auicen. *fen 1. 4. c. de sig. ephem.* scribit, quod de proprietatibus earum est, quod ipsæ non fiant à caussis antecedentibus. Sed intelligẽdum est, caussam hanc procatarcticam recentem debere esse, nam vetusta aut diu perseuerans alterius naturæ febris molem nacta est: cum hoc tamen huius naturæ febres optimè dignoscũtur per relationem ad caussam, à qua febris succenditur, velut *æstus, ira, mæror*, & huius censûs alia. In quibus etiam cõtinentur, quæ è bubone fiunt, aut externis inflammationibus, & leui obstructione: quæ sanè occasiones, licet procatarcticæ non sint, sunt tamen euidentes & leues, sicut ea, quæ à cutis densitate fit, si à caosis otiarum procatarcticis. Nam in omnibus his febribus, sicut in his, quæ verè exquisitæ sunt, formalis ratio vna & eadem est, nimirũ spirituum succensio, aut sanguinis efferuescentia, quæ tamẽ licet vnius diei spatium excedant, cum à causa fiãt externa aut euidenti, ad diarium genus reducit Gal. 9. *meth. c. 1. & 1. feb. c. 3.* Secũdum igitur signum

*Ephemerarum ratio formalis vna.*

F est ab vrinis desumptum: vrinæ enim in his omnibus omnino similes naturalibus, aut parũ ab his diuersæ, bene coloratæ & ruffæ exsistunt, *vt Gal. docet 1. feb. c. 7.* Quibusdam tamen harum nebula adest, aliis eneoræma, aliis vero sedimentum, *vt docuit idem Auctor lib. 2. de cris. c. 13.* quia cum omne absit humorum vitium, à quo inquinari possit, prounus excernitur cocta, signũ profectò inculpatorum humorum, nisi aliquid aliud vitians accesserit, vt in his ephemeris, quæ ex cruditate prodeunt. Quippe in his albidior non raro apparet, signum quidem impensæ cruditatis, cuius calor si cito non remittatur, sæpissimè in putridam commigrat, & præludium est maioris mali, *vt suo loco latius sum monstraturus*. Interim tamen statuendum est, signum hoc maxime esse ephemerarum proprium, ita vt & solis & omnibus saltem legitimis conueniat: etiamsi in morbis materialibus, qui quarto die terminari debent, primo etiam diè vrina talis appareat. sed ob id dictum est Gal. primã vrinam in ephemeris talem fore: at in illis morbis

*Signum 2. ab vrina.*

G

in principio, die videlicet prima talis mingitur, nō quidem prima vrina. Pari etiam ratione tertium signum ex pulsu desumptum, omni & soli ephemeræ conuenire est arbitrandum. Duobus enim modis pulsus patefacit huius febris naturam: vno interim, dum viget febris: altero verò, dum recessit. Præsente enim febre, licet pulsus sit magnus, & celer, nullum tamen inflammationis habet vestigium, neq; inæqualitatis, aut saltē summe obscurum quia nullū adest in instrumentis vitium, aut quam leuissimum, velut contingit in his, qui ex densa cute, aut obstructione, inedia, aut immodico exercitio prodeunt, quæ peculiares ea sistunt harum febrium conditiones, licet non omnium. *Accedit* etiam, quod prædictam æqualitatē per omne tempus seruāt ephemeræ febres, quod nulli putridarum datum est. Cum hoc tamen certissimum ea sistit, dilatationem longè maiorē & celeriorem esse cōpressione, eo quod calor solùm creuerit circa humorum corruptelam, á qua fuligines eleuatæ cōpressionem accelerant ad sui excretionē moliendam, quod de quietibus interna & externa pari mensura ob eandem caussam iudicandum est. At licet hęc vera sint, cum hoc tamen monet Gal. 3. *de præsag. ex puls.* rationes causæ febrem conciitantis, prædictam pulsuum harmoniam aliquando variari. Nam pulsum paruum & imbecillum reddunt fames, nimius labor, & alia, quæ vires eneruāt, sicut ventriculi affectus, & cordis motsus. Qua ratione censeo dictum esse Auic. signa ephemerarum plurimum euariari: *sæpe enim* (inquit) *in ephemera vrina tincta est, pulsus diuersus, debilis & paruus*: quæ sanè potius ad caussam, quam ad effectus naturā referēda sunt, nam huiusmodi causæ spuriá ephemerá & plerunq; putridā excitare natæ sunt. Absente verò febre pulsus protinus ad natiuū & antiquum regreditur statum, quod aliis febribus cōtingere non scimus: nam intermissionis tempore inæqualitas quædā adhuc remanet, indicium profectò euidentissimū putrescentis humoris, *vt Gal. aduertit 1. ad Glau. c. 2.* Dimitto cōsultò hac in parte, ne videar longius signorū tractationē protrahere, nullam ephemeras febres habere compressam annotationē (*haud secus quàm bellua*) nisi id ratione alicuius caussæ, quæ spuriā reddat ipsam ephemeram, succrescat: nam ea propria lege eam obtinere est omnino impossibile, siquidē ea, quę legitima est, *vt Gal. docet 1. de diff. feb.* neq; horrorem aliquem, neq; extremarū partium perfrigerationē, neq; ad somnum propensionem, aut ad vigilandū pigritiam, neq; inęqualitatē aliquam in pulsu, aut contractionē, quę cōspicuè appareant, vsquā sortitur. Quod si aliquando horū aliquid reperiatur, id quidē in spuriis, & quæ ex cruditate vel perfrigeratione prodeunt potius, quàm in veris & legitimis cōperies. Quartum autē signum, quod etiā ephemeris proprium existit, á substātialiter in hę[c] reb. desumptū, maximā in hac re præstat cognitionem: nam cùm substantia febris cōsistat in calore præter naturam, qui diuersum modum in diuersis febribus habet, ideo signum ab eo desumptum, á rei substātia ducl certū est. Sic enim calor suauis & mitis existit, si ad cæteras febres fiat collatio, *vt ex Gal. consl. 2. de crisib. c. 13.* nam quantumuis appareat leuis & familiaris, caloris natura respectu insuauitatem habet, & molestiæ non nihil præbet, sed facta collatione ad alias febres, longe est suauior & vaporosior, [illegible] in [illegible] occultū & posterius. In quo [illegible] calore [illegible] peculiarius conspicimus, quod á principio ad [illegible] vsque calor æqualiter crescat, & pulsus cum æqualitate augetur. Ratio quidem est, quia nulla interest caloris in pulsibus coarctatio, sicut in febribus, quæ in humorib. succenduntur, quod Hipp. intellexit per febres statim ardentes, & alias increscētes. Ac licet tertianis hoc signum quoq; aliquando reperiamus, *vt ex Gal. constat in 2. de crisib.* non tamen ita manifestè id conspicimus: quocirca id signum sicut & caloris suauitatem, satius duxi inter propria reponi, quod licet aliquibus etiā conueniat, ephemeris tamen inest præcipuè & præ cæteris, *vt 3. de diff. feb. c. 6 Gal. aduertit.* Sumitur profectò quintum signum, quod nō est minoris momenti a facilima ægri tolerantia in ferēdo morbum, adhuc in summo eius vigore, *vt ex Aetio sumptum est, Tetr. 2. serm. 1. c. 58.* cui accedit purum admodum interuallum, & perfecta inclinatio, quod aliis febribus, quæ putridæ sunt, minimè accidere [scimus]; nam semper post accessionem aliquod mali vestigium superest, quo nobis const[at], præcedentē febrem nō fuisse ephemeram. Quibus etiā accedit, symptomata, quę præfuerant in corpore, vt capitis dolor, simul cum febre aboleri: habet tamen hoc proprium, quod nullum temporis discrimen cognoscibile sit. Sextum verò & vltimū signum ex his, quæ accidūt in huius febris inclinatione, petitur: inclinat enim febris hæc cum Sudore, vel Rore, aut humidu & satis copioso Vapore. Quæ sane conditio non paruam dubitandi præstat ansam, *quanam ratione, cùm certum sit, has febres ab humore non pendere, in earum inclinatione copiosus prorumpat sudor, conditio propriè putridis magis propria?* Cui respondendum arbitror (posthabita eorum opinione, qui spiritus abire in ea cutim in aquam cēsent: quod difficile videatur sic eum natura & vsione spiritū in aquam mutari. Præterea nec omnino admiss. Stephani Atheniensis, *lib. 1. ad Glauc.* sentētia, qua probat id fieri, quia in declinatione pellitur attenuatum prope cutim existens excrementū) haud secus in his sudorem fieri, ac in sanis corporibus, & inculpatis, ab immodico & calorifico exercitio: nam cùm eo tempore corpus vniuersum incalescat, facile attenuatis, & ad cutim euocatis succis, mador erumpit. Sic profectò ab spiritibus calfactis in arterioso & venoso genere, corpus etiam & humores incalescunt, & consimili ratione sudor erumpit ab incremento ad inclinationem vsq; febris. Nec idem videtur esse, sudorē erumpere, ac vaporē aut madorem: nam á diuersa prodeunt facultate aut materia. Siquidem dum materia, quę in corpore mo[uetur] aut liquatur, pauca est, tenuis, & paulatim fertur ad cutim, sæpius insensibiliter discutitur, maximé si calor validus sit aliquādo in speciē vaporis exhalat, si remissior sit calor, & materia crassior aut copiosior, ac repente moueatur, tūc enim madores aut sudores erumpunt: quod profectò nouissime maximi est momēti.

Cum potissima distinctionis [fe]brium diariarum [ra]tio a caussæ diuersita[te] & peculiari natura desumenda sit, vt an[te] [illegible], & caussæ huius cognitio citra interrogationem habita, nō parum honoris & auctoritatis Medico cō[cili]aret & laboranti ad curationem summopere prosit *non quoad ipsam caussam, quæ iam abiit, sed quoad eff[e]ctam*

*in corpore relictum* ob ... profectò magni esse momenti tum arbitratus, cuiusq; seorsum signa, & sigillationem in corpore relictam, postquam causa abiit, docere. Sic enim, qui ex *ira* febricitant, pulsum habent magnum, crebrum, & vehementé ob impetum ad vindictam exsequendam in potentia excitatum: præterea calor his copiosior est, nó mordacior: iratis etiam oculi non cauantur, neq; decolorati fiunt. Quibus prorsus contrarium accidit in his, quibus *tristitia* febrem cóncitauit, nam & pulsum habent paruum, tardum, languidú & rarum ob caloris rationem, aut secus, quam timore correpti, nisi timor recens fuerit: nam tunc celerior, inordinatus, inæqualis & vibratus efficitur. Pari etiam ratione *tristatis* calor non adeo est copiosus aut mordax & acris, cum hoc tamen ob calorem genitum naturalem excedit, & in præfatis differentiis mutatio ad naturam caloris adaucti persentitur: at qui diu vigilarût, & ob id febre correpti sunt, oculos habent cauos: sicut qui tristitia aut timore corripiuntur diotino, qui verò præ vigiliis contabuerunt, licet cauos habeant oculos & excalidos, tumentes quodammodo habens palpebras: nam hi, qui febricitát ob vigilias, subtumidam habent faciem, & oculos ac palpebras tardè mouent, ob vaporum multitudinem, qui nó fuerunt probè resoluti: suntq; ipsis oculi excalidi iuxta angulos, tumidi verò in palpebrarum sommitatibus, tristatis tamé ac cogitabundis omnes sicci. Sed tristatos à cogitabundis distingues, quo cogitantibus, corporis tenuitas, oculorum cauitas, insolita decoloratio maiores sint & manifestiores, quam tristatis, quod Gal. *2. de cris. & 1. ad Glauc.* pulcre aduertit: omnibus tamen animo affectis vrinæ coloratiores conspiciuntur. Verùm si ex bubone aut quauis alia externa inflámatione febris suboriatur, manifesta profectò exsistût signa, vt facile colliges *lib. 1. ad Glauc.* Cum hoc tamé distingues, putrida ne sit, an ephemera, q̃ ex bubone prodit, nam ephemera mox à principio pulsum edit magnum, celerem, cum copioso & miti calore & rubore maxillarum & albicáte vrina, quod humores ad locum bubonis confluant. At putrida, vel cum rigore incipit leui, aut cum pulsus côtractione, aut frequenti horripilatione: vrina coloratior mingitur, & facies pallescit ac extenuatur. Qui verò ex *lassitudine* laborant, cutim habent aridiorem, quam sit in quacunq; diaria: siquidem in exercitatis prodit febris vehementi exercitatione calfactis musculis, neruis, ligamentis & articulis, adeo vt eorum & cutis etiam humiditas dissipetur, & eo magis, quo immoderatius fuerit exercitium, in quo quidem sudant laborantes, quod omnis dissoluatur humiditas: in leui vero exercitio ex alto corpore ad cutem calidus erumpit vapor. Quo fit, vt vehementius exercitatis etiá post febris vigorem perseueret siccitas, resoluto nimium vapore, tum motus vehementia, tum corporis habitu calidiori. Quod si cum labore simul adsit temporis frigiditas aut æstus, cutis longè inténsius arida per totam accessionem permanebit, ná frigus sudorem cohibet, impensa caliditas dissipat. Pulsus præterea non fit in omnibus similibus similis, nam fatigatis, & quibus sudor ob id non erumpit, non efficitur valde magnus. iis tamen qui supra modum fatigantur, paruus ob dissolutam facultatem exsistit. Atque hæc sunt signa quæ peculiares has caussas monstrare habent ... rùm supersunt ephemeræ, quæ ex obstructione aut cruditate prodeunt, quarum signa & curationem propriis capitibus iam leges, i ... prius febrium diariarum in communi medendi rationem scripsero.

Memini me scripsisse *lib. de rect. præsid. art. medendi*, simplicem affectum, simplicem quoq; ex se præstare indicationem, ita vt solum ex adhibitione contrarij auferatur, citra alterius rei cóside rationé. Verú si plura sint in affectione, quę considerationem peculiarem requirant, vt caussæ vel symptomata, vel alterius affectionis commercium, tunc profectò vnius rei indicatio parui erit momenti, sed multiplex futura est, iuxta eorum, quæ in vno coeunt, varietatem & numerum. At quia omnis febrium ephemerarum differentia a causa proficiscitur, duplex subinde erit curandi eas indicatio & methodus: *Vna*, quæ ephemeris absente iam & recedente causa debetur; *altera* verò, quæ causa adhuc cum febre superstite, peculiaré præscribit curandi rationem; *Prima* curandi via, q̃ absente causa desideratur, duplex est, nam aut causa abiit & nihil aliud relinquit in corpore præter febrem, & hæc, cum morbus sit immaterialis in solo calore immodico situs, tantum per contraria desiderat correctioné & attemperamentú, vt optime Gal. aduertit *11. meth. c. 2.* dicens *q̃ diariarú & hecticarú propria est curatio*: vel rursus licet causa abierit, relinquit in corpore præter calorem aliquod sui vestigium, cuius maxima prouidentia habenda est, vt in *vigiliis, fame, immodico exercitio, cutis immodica densitate ab insolatione aut frigore*, quibus profectò ante caloris attemperationem prouidendum est. Dum verò causa adhuc pmanet, veluti in obstructione aut bubone contigit, longe aliter curationem instituere opotrebit: hoc tamé est vtriq; generi & cuiq; eorum speciei commune, quod si corpus naturali fruatur habitudine, optima temperie, & omnino cacochymiæ aut excrementorú exsuperantiæ immune sit, tunc profectò, vel nullo adhibito præsidio, vel leui, res ad antiquum regreditur statum. Verum si morbosus præsto sit in corpore apparatus, non solum in medicis auxiliis, verum & in victus & potus ratione, maxima habenda est cura ac diligentia. Quod si causa adhuc præsto sit, demenda protinus est: Cæterùm si causa absente aliquis supersit in corpore affectus, tunc profectò iuxta naturam damni & impressum effectú, ex his, quę vsualia sunt, quod vtilius fuerit administrare oportebit. His enim in vniuerso institutis medendi rationem partitá esse, iuxta duplicem effectum, quem causa in corpus imprimit, coniectandum est (quoniam dum causa adhuc præualet, specialiorem requisit curationem *vt mox scribam*) quippe aut resoluunt caussæ aliquid eius, quod in corpore est, vel ipsum certo quodam modo replent. Sic enim ex ephemeris febribus, dum causa iam abiit, quædam potu & alimentis expostulant humectari & refrigerari: alia quidem exsiccari, aut euacuari saltem inedia. Quæ verò refrigerationé exoptant, licet oés calore pulleant, plerunq; sunt, quæ potissimú a causa prodeunt primo & p se calfaciente, vt ab ebrietate, vsu medicamentorú calidorú, ex insolatu, ira, & gaudio: nam q̃ ex accidenti incalescunt, vt quę ex mœrore, tristitia, labore & inedia maximę

Marginalia: Ephemeræ ex ira signa. / ex tristitia / 319 A / ex vigiliis / Tristati à cogitabundis differunt. / ex bubone. B / ex lassitudine; / C / ex frigiditate aut æstu. / ex obstructione. / D Febrium diariarú in communi medendi ratio duplex. / L / E / II. / F

in calidioribus temperaturis prodeunt, secus se habent, quippe humectari magis ac reficiexpostulant.

Quapropter ijs cibis & potibus indulgendū est, G aliis in quibus protsus viget calor, frigidis aspergimnous, quiete & aëre temperation facto, omnibus tamen vino subuenire oportet malo inclinante, præter [illegible], qui ex ebrietate febricitant, sanguinis incēdio, bubone, dolore, ita, cutis dēsitate, & biliosoex[illegible] stunt tēperamēto, quos inedia macerare oporter, donec vel ex toto calor euanescat, aut saltee ventriculo decedat calfaciens inflammataq; causa. Quibus etiam vinum omnino denegare oportet, ossi ventris cruditas & caloris defectus, aut spirituum resolutio, & animi angor contrariū insttiterint: quos etiam à balneorum vsu cauere oportet: Nam longè magis vlteriori spiritūū resolutione & langnore contabescent. In aliis verò, vbi calor, siccitasque & incendium, copiosiores 320 A sunt, balneorum vsus magni foret momenti, ut iam diu recessissent ab vsu, quorum loco aëris attemperatione, & frigidis aspergimibus vtendum erit. Itaque tāmetsi leuis ephemeratum calot, vt nisi quis agendo erratum committat, raro sua sponte in maius malum commigrent: quapropter longè minus committitur error, nullo præstito auxilio, sed sola instituta vitæ & victus probaratione, quam adlubito, si forsan importune adhibeatur.

*Ephemeratum ab obstructa cute signa & curandi ratio.* Inter omnes febres diarias ea promptius vel nullo errato commisso, in putridam commigrat, quę ex cutis densitate vel obstructione leui suboritur: quare studui hac in parte banc occasionem diligentius docere cognoscere (*Nam forsan ob eam & similem dixit Galenus ephemeram esse difficilis cognitionis & [illegible] curationis, sicut ob legitimas diarias esse facilis curationis & cognitionis*) & præcauere atque curare, vt quæ frequentissime in grauiora mala degenerare soleat. Diuidere præterea captio duas potissimum partea antea studui, quod duplex sit obstructionis, à qua febris hæc oriri possit, mod^d: *Obstructio duplex & quid differant.*

B Vnus cum solum cutis foramina constipantur, alter verò, cum penitiora loca & poros etiam cutis leuis obstructio occupat. Nam licet vtraq; causa ephemeram nata sit efficere, non tamen æquale periculum est commeatus in putridam: præterquam quod inter se longe differunt, cum obstructio solum fiat ab his, quæ foramen intrinsecus repleant præter naturam: cutis vero densitas ab his, quæ extrinsecus foramina comprimant, & coarctent. Quapropter vtriusq; seorsum meminisse, operæ pretium duxi.

*Densitas cutis quid & vnde oriatur, & quib. curetur.* Cutis igitur densitas, in qua meatuum angustia viget, licet à varijs proficiscatur causis (*vt mox [illegible]*) solum adstricta passio censenda est, ea quę ex densante frigore aut adstringente aliqua qualitate, *[illegible] aqua*, affatim condensante prodirnam [illegible] causæ, quæ id etiā videntur efficere, vt *[illegible] labor vehemēs, ignis aut dura frictiones*, non qui [illegible] tangunt, sed potius siccant, durant & [illegible], haud secus quam corio madi-

C [illegible] onningere scimus. Atque licet [illegible] que [illegible] prodiens diuersa sit, cum hoc [illegible] figura plura, quæ vtraq, commu [illegible] ida enim in vtraq; cutis [illegible] ur adstringente aliquo fiat de [illegible] afflatu aut frictione vel gran-

di exercitio. Sed refrigerat [illegible] tabl [illegible] ut, deinde actior apparet, vt [illegible] non sunt, neq, oculi caui, sed potius prominentes. Exustis verò cutis magis mutatur ad caliditatem & [illegible] tatem, quam pulsus ad differentias febriles, quæ copiosum calorem ostendere natæ sint: quo fit, vt hi minus sint molestetur, quod externæ partes intetnis sint calidiores, & ob id primo manus accessu ardentiores videntur: qui vero ex refrigeratione febricitant, cum è profundo corpore emergat calor, minus calidas habent, sed processu temporis calor intensior conspicitur. Diffident præterea quia refrigeratis eo plus totum magis in tumorem eleuatur, aut saltem non minuitur, quam exustis, quoniam exustorum corpus calore ambientis dissoluitur & extenuatur: Refrigeratorum verò retentis vaporibus & excrementis impletur ac distenditur. Præterea refrigeratis tumet, exustis extenuatur, sed non semper: Nam aliquando à causa calfaciente caput repletur, & facies etiam subtumida apparet. Item licet vtrisq; caput repleatur, & ob id ambo grauedine aut distillatione premantur, maximè si corpus vitiosis succis scateat, diffident tamen, quia ex calfactis valdè impletur, non quidem æque refrigeratis, *vt Gal. admittit 1. de differ. febr. c. 13.* dictū enim est, 10 vstione promtius & magis caput repleri: quod intelligendum velim, non solum in impuris corporibus, verum & in puris: Nam puro adhuc existente corpore, bonus ipse sanguis, & quantitate moderatus per corpus effusus ad caput immodicè deferetur, & ipsum proculdubio implet. Insuper vtriusæ 10 vtraq; cutis densitate non plurimum mutantur, neq; ad flauum vertuntur, vt in animi passionibus ob internam humorum & spirituum ebullitionem, cum hoc tamē ex frigore laborantes intensiorem mingunt ob retrocessum excrementorum. Præterea qui ab incalfactione febricitant, E frigidis iuuantur, & gaudent aëre & aspergimibus, maxime in capite & iuxta dorsum, vbi maius apparet incendium, quo fit, vt crissime refrigerētur & incalescant, *vt ex Arist. constat [illegible] depart. anim. c. 7.* Atq; licet vstia & refrigeratis febris diaria succrescat, idq; fit ob spirituum successionem; non tamen vtroq; fit eodem modo. Nam refrigeratis oritur febris ob recursum caloris & fuliginosorum excrementorum ad viscera, ob cutis densitatem: quo fit, vt crebriores fiant byeme pleuritides, *vt Hipp docuit 3 aphor. 17. & 20.* & eadem ratione ex laborantibus calida jecoris intemperie, non pauci byeme deterius se habeant. Exustis verò, febris succrescit ob calorem capiti aut toti corpori, à sole vel à realiqua calfaciente communicatum. Circa pulsus autem arbitrandum est in vtraq; affectione no esse minores, quam in tempore sanitatis; non tamen possunt apparere maiores, ob vitium quod vel in cute, vel in instrumentis, in v- F traq; affectione succrescit. Ad curationem igitur huius febris accedendo, longè aliam expostulant curationem hi, quibus ex frigore cutis densatur, ab ea, quæ proficua est his, qu[illegible] us ex calore cutis corrugata superest, & ob id cuiusq; seorsim meminisse oportebit.

Qui enim ex insolatu aut [illegible] ha calorifica causa, & quæ vim habeat di[illegible] luendi [illegible] cut[illegible] ha- bent siccā & ob id [illegible] bre core p[illegible] ur *nulla habita apparatus morbosi cognitione, nam si adsit, ab eo (fumto principio* *Eph[illegible] ob [illegible] a calore [illegible] curanda.*

*principio, purgandum quidem primi est. Nam in hoc casu nulla subest plenitudo, quæ sanguinis missionem exoptet, quia impetus affectus ab euacuatione per resolutionem facta)* refrigerari & humectari protinus ab initio desiderant, tùm cibis; tùm verò potibus: neq; vllam ferũt frictionem, nisi leniter & blande fiat adm[illegible] dum, perfusionibus ex rosaceo aut olei dulci, vel amygdalarum dulcium, aut sesamino, cum modico butyro vaccino. Eadem verò ratione caput dulci aqua G vel lacte lauare oportebit, si nec defluxione, neq; ipsius plenitudine laborauerit: item hydrœleo ex rosaceo aut oxyrhodino tepido caput sæpius perfundendum est, denique ea est instituenda curandi ratio, quam capite dolentibus diximus esse proficuam. Quatenus verò ad victum & potum attinet, certo, in cute adstrictis & bubone affectis tenuem perpetuò & parciorem esse ministrandum, sicuti inedia & labore confectis copiosiorem & boni nutrimenti; à vino enim accendi sunt sic affecti, maximè si morboso polleant apparatu, in resolutis verò liberalius eo vti oportebit, diluto tamen.

321 A — Ephemeræ ex densata à frigore cute curatio.

Qui verò ex frigore comprimente aliquo cutim habent adstrictam, si nullus adsit in corpore morbosus apparatus *(nam si adsit, leniter prius ab aperiente sanguinem mittere cunctandum non est)* eam tantùm curationem desiderant, quæ per cutis raritatem & apertionem perficitur, vt qui prohibetur effluxus, libere spiret, & ob id febrilis calor euanescat. Quod profectò opus, si quis legat Galen. & reliquos auctores, comperiet, nullo alio auxilio commodius fieri, quàm per balnea: verum cum his nostris temporib. notissimum sit, parum in vsu esse, aliis fricationibus & inunctionib. auxiliis rem agere oportebit. *Præterquam* quod nullũ reperies corpus adeo ab humorum excremento, seu exsuperantia aut vitio immune, quod libere balneis committi primo accessu, & citra præmissam aliquam vacuationem possit. Sic enim Auic. canone *4. cap. 9.* balneum cauet ab his, quibus putredinosus adest apparatus, aut B obstructio vel distillatio, aut nauseatiua satietas. Quapropter *(siquidem vacuationibus quæ hæc mala præcaueant in ephemera hac non datur locus, præterquam detractioni sanguinis, quæ ob plenitudinem huic affectioni semper comitem, summopere primitus est necessaria)* aliis est vtendum præsidiis, quæ & tutiora sint, & idem beneficiũ præstare possint, ac præcauere, quominus hæc degeneret in putridam, vt non raro solet. Sic enim primo accessu linteis mollibus fricare oportet, & aërẽ, vbi laborans degit, calfacere: quod si eum vapore ex aqua feruenti calfeceris, probè facies.

Victus ratio.

Quo facto, plenitudine inspecta & cognita, modicè sanguinem detrahes: postmodum verò oleis tepidis, mollibus, & minime discutientibus corpus inunges, maxime iuxta dorsum, ventrẽ & thoracem, quem quoq; vsum præstat *hydræleum*, præsertim si ex modicè calidis oleis aliquid addideris: nam corpore à frictione & inunctione linteis cooperto, promptius sudorem euocabis: sicut dum corpus, si nuper euacuatum est, aut abundantia, vel vitio manifeste carere scimus, iuxta prædi C ctas partes, & maxime ventrem apposueris decoctum *buglossæ, florum papaueris erratici, condrila, & chamæmali exceptum vesica.* Præstant & potus, qui sudorem euocare possunt, postquam cutis raritas facta est, id quidẽ fiat, vel epoto decocto nuper dicto, vel *aqua cormentillæ, aut napha, buglossæ & aliarum herbarum*, quas scimus sudorem [illegible] posse, quibus addes vel *lapidis Bezaar*, aut *puluer[illegible] cornu monocerotis modicum*, ventrem enim ne excrementa *vitientur, & maius efficiant malum*) leui clysmate emollire oportebit: in victu eua id instituere. quod parcius & tenuius sit, quam in consuetudine viebatur laborans. Bibant aquam *anisi*, vel *fœniculi*, *cortice citri*, vel *cinnamomi decoctum*. Vinum item porrigit Galen. omnibus diaria affectis quod ego de assuetis bibere intelligerem, in aliis etenim non est mutanda consuetudo, præsertim in rebus, quę nocent febri, cuius natura vinum est: inassuens verò febre correptus ephemera, probe potest administrari, quoniam si in acutis illud permisit, *2. & 3. acutorum* Hippocr. quantò liberalius in diariis febribus illud concedet, præsertim si aquosum, tenue & probe dilutum sit, aut necessitas, vt D dictum est, vrgeat. Neq; obstet, Trallianũ in diariis vinum interdicere, nisi vires postulent: nã id intelligendum esse censeo, cum diaria ex inflãmatione, dolore capitis aut temporum, bubone, solis aut medicamenti æstuantis vi oriatur, vel à quouis alio, quod vel dolorem capitis accersat, vel pulsum in temporibus conspicuum afficiat: Verùm si cum densitate cutis simul præsit in corpore apparatus, eam curationis formam instituas, quam mox in diaria ex obstructione sum scripturus.

Vinum verũ in ephemera porrigendũ.

Ephemeræ ex leui obstructione curatio.

Raro profectò obstructio febrem diariam cõmittit, quin vel protinus in putridam commigret, vel saltem in humoralem, hoc est continentem citra putredinem. Quamobrem sicut in his, quæ ex cutis densitate oriuntur, dum citra morbosum consistunt apparatum, à causæ effectu in corpore relicto, nimirũ à densitate ipsius cutis, incipiendũ E esse diximus, ita prorsũ cõtrario modo in his, quæ ex leui obstructione prodeunt, nõ ab ipsa obstructione sed à morboso apparatu demẽdo, curationis principium auspicãdum est: atq; cum obstructio dum ephemeram gignit, potius copiam humorũ, quam vitium (*vt ferunt*) cacochymiã sibi comitem habeat (*nam si vitium esset, protinus à putrida inciperet*) fit profectò, aut vt ante meatuũ obstructorum reserationem opus sit, statim sanguinem detrahere, quo deposita maiori abundãtiæ copia, vel obstructio delitescat, si eius causa erat sola plenitudo, vel facilius, quod superest, spiret, donec incidentibus, & aperientibus medicamẽtis & vacuatio, qui obstruit humore, viæ liberiores supersint, & humores ventilari cõmodius possint: neq; cunctãdum est translata prima die, mox à sanguinis detractione incipere, ne forsã ex leui diaria ex sanguinis solo calore in eius, vel aliorũ putredinẽ ocyus cõmigret. Quod pari prorsus ratione agendum esse arbitror in his febribus, quæ ex cutis dẽsitate (*siue à calore desiccante prodeant*) cum morboso F humorum vitiosorum aut multorum apparatu, idque protinus ante cutis densatæ prouideoriam. Verùm quia huiusmodi humorum, & obstructionis curationẽ, & præparationẽ latius *cap. de febre, sanguinis & reliquarũ continentiũ* sum scripturus, ne videar eadẽ variis locis repetere, illud relegat lector cõsulo. Nec placet hac in parte diutius immorari in curatione eius febris diariæ, quæ ex bubone oritur, cum vniuersa eiusdem medela in bubonis curatione sita potius sit, quã in aliquis ipsius

Ephemeræ ea densitate cutis cum morboso apparatu curatio.

Ephemeræ ex bubone curatio.

Sudorem mouent.

caluria

calori aptum videntur, sed bubonis curatio non est præsentis instituti.

Ephemera ex cruditate ventriculi curatio.

Inter omnes febrium diariarũ occasiones, nulla frequentius & vrgentius curationem, ac maiorem in artifice diligentiam requirit, quam ea, quæ ea ventriculi cruditate ortum ducit: nam præterq̃ quod soleat non raro in putridam commigrare, ipsa cruditas cum febris occasione adeo est grauis, molesta, & præsidio indigẽs, vt sæpe maius facessat negotium, quam febris ipsa. Quapropter, ne nobis curata perperam aut negligenter, cõtingat G in febre suapte conditione leui turpiter hallucinari, & laborantem in maius malum deferre, studui maiori qua potui diligentia eius naturam, lædendi modum, signa, causas, & medendi viam inuestigare. Est igitur cruditas in genere duplex: *vna* quæ fit ex calore natiuo Diminuto: *reliqua* verò ea Adaucto, redditoq; præter naturam. Hæc quidẽ duplicẽ cruditatis parit speciẽ: *Vnam* in qua calor, qui excreuit, & præter naturã factus fuit, *putredinẽ* molitur, qua mediante, quæ coctione erant vnita & perfecta, iterum separauit & incrudat quæ supersunt: cuius latius meminero, *lib. 6.* q̃ febribus 32x A putridis propria & peculiaris exsistat; *reliquam* verò in qua adauctus calor non putredinẽ, sed quẽdam *vstionis* modum induxit, mutauitq; in nidorẽ (coctionis loco) exustam substantiam. Reliqua verò cruditas, quæ ex imminutione innatę caliditatis fit, duplex etiã exsistit: quippe *Vna* est, in qua ingesta alimenta eadem manent forma ac deuorata fuere, modo id prodeat defectu calidi, modo ea superantia alimenti supra innati calidi vires: *Altera* verò est, in qua alimenta in acidum mutata supersunt. His habitis, nomine cruditatis in genere intelligendũ est, vitium in alimentis contractum ob defectum primæ coctionis, quã scimus in ventriculo fieri: ita vt nomine huius cruditatis intelligamus, vel diminutam caloris natiui actionem, vel caloris exsuperantis, & præter naturam vitiosam coctionẽ, quæ potius *vstio*, vel *corruptio* censenda est, quam vera cruditas: Illam quidem *acidam cruditatem* nuncupamus: hanc verò *nidorosam*.

Cruditas duplex. Cruditas caloris adaucti.

Cruditas caloris imminuti.

Cruditas in genere quid.

B Fit quidẽ *acida cruditas* ob caloris natiui inopiam, quæ aliquando succrescit ex ingenti & inconsueta alimenti copia, quæ calorem infirmat: nonnũquam ex positiua frigiditate, sæpius ex diminuto innato calido à contrario cõsumente ipsius pabulum & humidum; aliquando verò à calore præter naturam dissipante innatum: *Nidorosa* verò ob vitiosi, & præternaturalis ac fumosi caloris copiã & exsuperantiam, ac febres ephemeræ, q̃ ex cruditate pdeunt, duplices quoq; exsistunt: *Quadã* ab acida cruditate, quæ non admodũ frequenter fiunt, nisi inopia caloris ob dissipationẽ ab externo, aut alimentorũ copia, & vino multo ingesto: *Quedam* verò à nidorosa, q̃ frequẽtius accidere scim^9^. Sed prodit febris à prædictis causis hac lege, cum acidus crudusq; in ventre superfit cibus, quem calor nequit in chylum mutare neq; distribuere, calfit quidẽ ab eisdem membris, & ventriculo, & cum coqui nõ possit incalescit, si ibidẽ crudus superfit, & per partiũ, quas calfacit, continuitatẽ, ac ex halitu immisso spiritus incalescunt, donec à ventre proiectus vel excernatur, vel aliis hn motibus ad- C mixtus attemperetur, quo febris confestim cessat: nidorosa verò cruditas à causa, quæ ipsam concitat, & ab eius acri, calida & vitiosa natura eadẽ lege spiritus calfacit, & ephemeram citius ac frequentius concitat.

Cruditas acida, vnde fiat.

Nidorosa vnde.

Ephemeræ à cruditate duplices.

Verùm licet vtraq; notissima fiat ex ructu nidoroso aut sapore acido, & cõstet acidam vestigium esse frigiditatis, & nidorosam caloris: in hac tamen, quæ maius facessit negotiũ, coniectandũ est, quo melius cognosci & curari possit, triplicẽ esse materiæ naturam & conditionẽ, quæ v aut in nidorẽ verti & incrudari põt: & triplicẽ quoq; huius febris specialiorem differentiam. Nam vel materia, quæ in ventre vritur, sicca suapte natura exsistit, & tunc *fumosus* erumpit *ructus*, & veluti à te, quę solum vritur eleuatus; vel crassa & viscida est, à qua proculdubio *fuligo* potius eleuatur, quã fumus, & ructus eo tempore *aerugmosus* sentitur, & *fuliginosum* potius redolens: aut vltimò cibus, qui per vstionem incrudatur *pinguis* ac *oleosus* est, & eo tempore ructus excretus nidorem propriè dictũ prę se fert. Quæ omnia, si quis exactè penitet, facilè in causæ cognitionem deueniet, & curationẽ facilius instituet. D

Ephemera ex nidorosa cruditate triplex differentia.

Etiamsi dictum sit, nidorosum ructum, & ei consimiles à causa proficisci calida, distinguendũ tamen hoc est, sitne alimentum ex sui natura, & peculiari conditione ea leui occasione nidorosum, veluti quæ dulcia sunt, vt *mellea*, vel *frixa oua*, vel *pisces parati & frixi*, aut ea, q̃ subamara sunt vel amaris condita: sed cõsiderare oportet, quò hæc facilius distinguas, calidã ægri temperiem, ætatẽ iuuenilem, victũ iusto calidiorem, hominem fasciculosum bilem vomere assuetũ, aut pictocholu: nam hæc omnia proculdubio calidã fore cruditatẽ necessario commonstrant. Qua cognita, vlterius sciscitaberis (*vt non solum causam vrentem noscas, verum & vstæ materiæ conditionem & naturam*) qualisnam saporis sit erumpens ructus: nam si fumosam tantum referat naturam, siccissimã esse materiam cõijcies: si vero fuliginem redoleat, crassam, lentam, & viscidam. At si nidorẽ sapit pinguosam proculdubio vri materiã designat. Monstrat insuper *calidam* subesse causam, oris amaritudo, siccitas, sitis, vigilia, nausea ac vomitus amarorum, aut bilis F synceriotis. *Frigiditatem* enim attestantur acidi ructus, quibus ad exactam notitiam, non solum fidendum est, sed anteactam victus rationẽ timari oportet, linguę calorem album, gustus acidum saporem, inappetentiam potus, pituitæ vomitum & ad somnum promptitudinẽ. Quæ omnia crudum ex caloris inopia superesse alimentum attestantur, nisi id vberioris alimenti ingesti copię tribuere velis, quod ex relatione facile disces. Si tamen cum his omnibus signis, & acido ructu accedant causæ calfacientes, coniectandum tunc erit, caloris innati diminutionem à dissipante calore ortam fuisse, vt discas, qua curationis lege vti teoearis.

Ephemeræ ex cruditate quomodo per signa distinguantur.

Est profectò in his febribus tanti momenti & vsus curandi ratio probè instituta, vt non solum præsentem affectum nata sit demere, verũ & imminentem, in quem frequentissimo euentu scimus commigrara. Nulla enim causa ex his, quæ ephemeram gignũt, adeo breuiter nata est putridam concitare, ac ea cruditas, quę nidorosa est, sicut quę acida sępius diuturnis febribus materiam præstare. In qua re duplex insurgit medendi ratio: vna dum adhuc in ventre immoratur crudus cibus, siue nidorem conceperit, siue acorem: altera verò,

Ephemeræ ex cruditate à cibo infecto orta, & nondum in acorem aut nidorẽ mutato curatio.

verò, dum iam abit descenditq; vel ad intestina, vel ad venas. *Prima* quidẽ solum docet versari circa crudi expolitionem aut correctionem: *Secunda* verò ventriculi habet prouidentiam. In prima earum curationis via, duo ẽt supersunt consideráda, vnum, dum cruditas est acida, reliquũ verò, dum nidorosa exsistit: quippe diuersam expostulát diligentiam, licet vtraq; semper ante aliud opus expurgari desideret, ea tamen, quæ nódum acorem concepit, sed quod solum inconfectus crudusq; est cibus, semimutationem quandam tantum natus, si modica sit, potius concoqui, & gratiam à natura vlterius recipere desiderat, quam pelli. Ob idq; corpus somno & quieti mandare oportet, ac manu supra ventrem posita calorẽ reuocare, & omnino à cibo abstinere, donec p̃exsistẽs descẽderit; tum verò clystere iniecto, leuẽ institues victũ, & ventrem inunges *oleo naphæ, cotoniorum aut absynthij*. Cæterũ si nauseatiua adfuerit satietas, quæ ad vomendũ primo adigat crudos prę copia cibos, tunc n. satius erit à vomitu curationis initium auspicari, siquidẽ eo vergit natura: quo solo prędidio sępissime sat esse solet, instituto insuper somno, & nullo præstito ea die cibo. Cauendum profectò eo tempore ab vsu expurgantium auxiliorum, siue lenientia sint, siue secus, q̃ summopere nulla vel tenui ac difficulter facta excretione turbetur natura, quia, quæ cruda in ventre sunt, raro ante coctionem excerni contingit. Verum si ventriculus auidior promtiorq; sit ad complectendum cibum, quam ad vomendum, & non vereamur naturam non posse tantum alimenti copiam conficere, etiamsi ad id munus exsequendũ, iterum teneretur, (*alioqui cogendus est ad vomitum laborans*) cusandum est, clysmate iniecto, ventriculum fouere oleis, quę defectum caloris adimpleant, cuius naturæ est oleum *absynthij, nardi, de mentha*, in quibus aut aliquo eorum ferbuerit, vel *cortex citri*, vel *semen Angelicæ*, vel *ligni aloes* modicum. Quod si frigiditas maior eluceat, quam par sit, ita vt speremus naturam nõ posse prædictum opus perficere, micam panis tosti vino albo odorifero irroratã, sparso desuper *cinnamomi, aut corticum citri puluere*, ventriculo adhibebis, & corpus curabis quieti, & somno mandare. Postea verò antequam nouo vtaris alimento, iterum clysterẽ injicies, dum senseris iam ad intestina, q̃ ab alimento crudo separauit natura descendisse. At si transacta prima die, & ad summum secunda, febris vel nõ cessauerit, vel adhuc vestigium aliq̃ superesse constiterit, quantumuis leuis sit, & neq; inedia, neq; somno, neq; adhuc iniecto clystere ex toto quieuerit, maxime si labes succrescat, capitis, ventris, vel alterius partis dolor, aut sitis, vel profundior somnus, aut intensior vigilia, aut oris amaritudo, tunc profecto suspicãdum est, in maius aliquod malum febrem commigrare, & protinus corpus, & maxime ventrem purgare opus erit, *cassia cum puluere anisi, manna, sirupo ex infusionibus rosarum, & violarum cum succo rosarum*. Quo facto, iterum ad prouidentiã ventriculi te cõferes, cum prædictis oleis adiectis desuper pulueribus *diarrhodonis*, quo maior fiat corroboratio. Verum si his factis febris adhuc perstiterit, iam nõ tanquam ephemera ex cruditate, sed alterius sortis curari debet.

Cæterũ si cruditas eo mali peruenerit, vt ad acorem mutetur, censeo frustra esse naturã iterum cogere ad coctionem. Nam quod semel in acidum migrauit, nequit amplius in eam naturam regredi, quę nobis aut familiaris exsistat, aut ex propria conditione, naturæ actibus cedere possit. Quapropter primo accessu curandum est vomitibus ipsam pellere, exhibito aliquot ante horas *rhodomelle calido*, postea verò vt facilius vomat laborans, mulsam cum *oleo dulci, aut amygdalarũ dulcium* porrigito, donec cõstet vomuisse, quod satis sit, vt leuamẽ aliquod persentiscat. Quod si his nõ paruerit, per ventrem perturbare studebis, exhibito vel syrupo ex *infusionibus*, vel decocto *foliorum senæ*, vel *manna in prædicto decocto liquata* aut alio eiusdem facultatis pharmaco, quod iecoris vires nõ transcendat. Quo facto clysmatis aluo molliori reddita, ad ventriculi corroborationẽ veniendũ est, cui vsui præter olea, quibus vtendum esse, antea diximus, ipsum fouere oportebit oleo *naphæ cum modico nardino*: præstat & *de mentha cum cinnamomo*, sed longe vtilius est *oleum de abiete cum puluere musci & ambra*. Verum si transacta febre ventriculus coctione turbidus supersit, cataplasma ex *mica panis tosti cum vino*, & aliquo ex prędictis pulueribus bis die ipsa appones, aut emplastrum ex *theriaca*, *aut carana indorum cum oleo iasminorum, aut napha liquata*, & supra pannum grana tinctum extensa ac densata. Itẽ præstat vsum *vini absynthij cum tabellis ex diarrhodon*. aut si vltra pergat malum, ipsum *rhabarbarum masticatum* & laboranti vinum porriges: item *vinum mellitum* aut *Hippocras* appellatum, & alia medicamenta, quæ Gal. consulit in nidorosa cruditate, vt *diatrionpipereon, theriaca*, & reliqua eius naturæ, maxime ante victum in ventriculo ieiuno, & cibaria insuper facilis coctionis, & aromatis cõdita, maxima febre transacta: Sed hæc sint satis, nã iã videt̃ limites curationis ephemerarũ trãsgredi.

Verum si cruditas nidorosa sit, & in ventre adhuc immoretur, q̃ ex ructu & sensu ponderis cognosces, tunc considerandũ est, quænam materia sit, q̃ vititur, tenuisne, an crassa vel pinguosa? quippe si tenuis est & fumosa, nullo alio auxilio tutius & citius id malum exstingues, quam aquæ frigidę potu, & postquam vel quieuisse vel descẽdisse ad intestina compereris, corpori crassius, & temperatius porriges alimentũ: ac si persenseris ex iecoris aut ventriculi, vel mesæræi æstu exuri, ea maxime, quæ tenuia sunt, laboranti in prima mensa porrige *aquam*, & postea crassiori, *vt dictum est*, victu, sed in parua quantitate, ac si pluribus opus habeat, id frequentius porrigito. Verum si quod in ventre vititur, crassius est, aut pinguosius, & adhuc in ipso immoratur, copiosa aqua tepida ingesta ipsius attemperare, & corrigere nidorẽ oportebit, & postea ex *hydraleo*, vomere. Quod si hoc facto venter non quiescat, sed adhuc nidorem aut fuliginem eructauerit, omni diligẽtia (*nullo cibo ante præcedente & rite decessum præstito*) purganti pharmaco leuissimo ad infernam aluum, antequam venas adeat, deturbare oportebit. Hunc vsum secure præstant *manna, cassia fistula, syrupus violarum ex infusionibus*, sed maxime admixto infuso *foliorum senæ*. At si corpore iam purgato, morsum aut erosionem adhuc in ventre inferiori senserit, conijce flatuosum aliquid superesse, quod discussionem desiderat, interius quidem factam ex decocto absynthij cum tabellis *diarrhodon*: exterius verò inunctis hypochondriis oleo *chamæmeli, absynthij, admixto modico dulci*

Ephemeræ ex acido cruditatum curatio.

Ephemeræ ex nidorosa cruditate curatio.

*dulci.* Item ventriculum totiebis oleo *rosarum* cum modico oleo *absynthii vel citoniorum, cum rosis & corallo.* Quod si his factis adhuc in ventre, febre iam restincta, molestiæ vel ructus, cibi fastidium & sitis apparuerint, tunc profectò credendum est, ex crassa vel pinguiosa materia, quæ vsta fuit, aliquid impactum, vel adhærens aut imbibitum superesse, quod vlteriorem requirit purgationem: quam molieris, (*prius adhibitis, quæ attemperando attenuent, vt acetosi aliquid violaceo syrupo, vel ex borragine aut buglossa admixtum*) hiera picra, vel *pilulis Rasis*, aut *prunis Damascenis, saccharo, & infuso foliorum sena confectis*: aut si manis, *syrupo violarum ex infusionibus cum modico rhabarbaro & sero lactis.* Nam coniectandum est, aliquid iam in iecur migrasse, cuius antequam penitus sese inserat, habenda quoq; prouidentia est. Quo facto, ad consumptionem eius, quod reliquum est, deuenies, cauens, ne in hac affectione porrigas *diatrionpipereon*, vt Gal. consuluerat, aut alia, quæ consimilem virtutem habeant, vt est *citoniorum missa* cum aromatibus: Sat enim est, quæ modicè id efficiant porrigere, nam in calido intemperamento longè melius & securius, quæ supersunt, reliquiæ conteruntur, ventre reducto ad temperatiorem conditionem, iis, quæ temperata sunt.

Huius quidem naturæ existunt tabellæ *diamargaritanis frigidi, margaritarum preparatarum, & coralli cum sacchara rosaceo, aqua buglossæ, scortionera & similibus.* A quibus iterum ventrem inunges prædictis oleis, addito *modica rosaceo*; nam satius est intus & extra phlogosim compescere, quam sub specie cruditatis calida auxilia præstare, quæ intensiorem reddant calorem. Alimenta verò succo *pampinorum* aut *agresta*, vel *succo acetosa* condiantur, & ex montanis carnibus pareatur, & aliis, quæ difficulter corrumpi possint, cauentes quæ mollia & dulcia sunt, vt quæ facillimè exurantur à calido ventre. Potus ex aqua instituatur, & aliquando in prima mensa, maximè si ventriculi imbecillitas non tenuerit, semper tamen non longè à primo cibo & in media mensa. Quippe curandum est omni arte calorem compescere, vt interim dum hoc attemperamentum ducet in ventriculo, citra vstionem alimenta concoqui possint, quod in huius affectus curatione peculiare solet esse consilium & præsidium. Vinum verò in nidorosa hac affectione solum porriges virium corroborandarum gratiâ, cauens ne id ventriculo ieiuno præstes. Item clysteria in eadem affectione, non quæ flatus discutiunt solum, vt nonnulli consulunt ex rutaceo & similibus, sed ex molliori materia, & quæ viscera attemperent, ac modicè leniant, alias vero calidior redditur venter, & maiori tensione afficitur. Hæc enim ex *hydraleo* conficies, aut ex *aqua hordei & saccharo*, vel ex *decocto maluarum, violarum & oleo* ac *saccharo*, dummodo aliquid ex discutientium sorte adhibeas, velut est *oleum liliorum aut Chamamali*.

*LIBER QVINTVS*

# DE FEBRIVM HECTICARVM ESSENTIA, CAVSSIS, DIgnotione & curatione.

IN morborum curationibus nihil profectò vtilius, & ad finem probe consequendum commodius reperies, quam, quod ea, quæ alicui ministerio necessaria sint, ordine & distincta methodo tractes. Sic profectò in febrium hecticarum curatione me facturum, spero, si prius dixero, *quid ipsa febris hectica sit, quibus partibus propria, cuius natura & conditionis*, ac rursus, *quibus signis ipsa & eius causæ dignoscantur*, quibus cognitis, facile deinceps cuiuis erit curandi rationem nosse & aggredi, sicut [illegible] ita facile beneficium consequi.

Nulla profectò alia via ac ratione citius rei alicuius naturam venabimur, quam præmissa definitione quidditatiua, vel descriptiua tali [illegible] m. quapropter ab hecticæ febris definitione initium sumere duxi. Est itaq; febris quædam facta, æqualis fixaq; in membris nostri corporis solidis, independens quidem, & sine sensatione doloro[illegible], cum manifesta siccitate coniuncta. In cuius diffinitionis expositione multa expendenda sese nobis offerunt.

Primum quidem hecticæ seu habitualis nomine non solum febrem hecticam, sed plures alios morbos subintellexerunt, & veteres & nostri temporis Medici: Nam *habitualis* & *hecticus* morbus habetur *marasmus*, & habitualem etiam tabitudinem censemus: sic & *atrophiam* & *malum corporis habitum*, & ex intemperamentis plurima habitualia censemus. Sed, vt constet, quando habitualis nomine hecticam febrem liceat intelligere; qualisnam intersit differentia inter memoratos affectus, expendendum primo est. Quod, vt facilius discas, scito hecticam appellatam febrem, viam quandam & initium esse corruptionis viuentium ad siccitatem; in id n. tendit hectica febris. Verum cum ob siccitatem animal multis modis corrumpi, contabescere ac perire possit, expendendum profectò est, cui eorum febris hectica proprior & peculiarior existat. Corruptio igitur viuentis à siccitate duplex existit: Facta nimirum, & difficulter reparabilis; ac Fiens, & quæ impediri facilius quodammodo potest. Eam quidem *fientem* appellamus, quæ vitio caloris innati extrinsecus aduenientis fit; *Factam* verò eam, quæ vitio eiusdem caloris suboritur, ceterum à causa intrinsecus depopulante proprium ipsius caloris humidum. Hæc ea, quæ in fieri adhuc consistit, multis certum est modis posse contingere: omnibus tamen factis à corruptione seu vitio ipsius innati calidi citra humidi sensibile damnum. His habitis, siccior efficitur homo, eo quod non possit corpus reficere, idq; vna è tribus causis, nimirum ob defectum alimenti, *vt in his, qui fame contabescunt*, vel quod non permeet alimentum ad alendas partes, vel quod partes nequeant ipsum mutare in propriam substantiam. Secundò, & quo in fieri corpus plerunq; exsiccatur, fit ob peculiarem caloris iacturam ab extrinseco factam: nam aut calor imbecillior efficitur, & impotens ad reficiendum corpus, dum violenter à frigido extinguitur, aut præ nimia humiditate suffocatur, vel euanescit & dissipatur in ambientem aërem, aut vltimo resoluitur præ distractione ob diuersas caussas diuerso mod[o] operantes, ac etiam ob partium diuersarum dissimilem, & varium affectum. Quibus profectò modis siccatur corpus, atque huiusmodi siccitas nondu[m] facta censeri debet (*quia tantum fit de[fectu] caloris influentis*) donec calor innatus defectu proprii humidi

minor

Margin notes:
D
Hectica quid.
Hecticæ nomen quid significet.
E
Corruptio viuentis à siccitate duplex, fiens ac facta.
Homo siccior quomodo efficiatur.
F
I.
II.
324 A
B
C
G

minor aut vitiosior fiat. Tertio vero & vltimo modo siccatur corpus ea siccitate, quæ ocyssime facta habeti debet. Ea n. est, dum resoluitur calor præ defectu humidi nutrimentalis & radicalis: ad quorum consumtionem varii succrescunt affectus, vt max iam probaturus, si prius dixero, eum affectum in genere marcorem appellasse Aristot. & nos hac in parte per siccitatem intelligere eã, quæ ex humidi defectu fit. Quippe caloris innati defectu, qui sequitur proprii humidi penuriam, viuentia omnia, vt semen, planta & animalia exsiccantur, tabescunt & pereunt. Hanc etenim exsiccationem multis fieri modis, Philosophis omnibus & Medicis compertum est, atq; non solum fieri, verũ & lædere, & affectus præter naturam generare: quosdam etiã tientes, talẽ breui tempore, & aliquando longiori, diuersos tamẽ ab eis, quos solum generat influens calor, dum corrumpitur (*quos consistere potius in schesi seu habitudine, vt de putridis & ephemeris febribus dictum est, quam in habitu & radicali permansione certum exsistit*) alios vero factus, hecticos seu habituales, quos licet vitio caloris quoq; fieri constet, potissimum in siccitate sitos esse cognoscimus: nam hæc est qualitas, quæ dum defectu humiditatis natiuæ succrescit, potissimum nata est habitualem affectum concitare, saltem hæc est, ex ea quam effectus, quorum hic meminimus, maxime veriantur. Constat enim, huiusmodi exsiccationem plantas perpeti, tum ab intrinseco, deficiente illis nutrimento ob consumentem calorem; tum præ senio calore iam resoluto & marcido ob humidi proprii defectum, ac ob id calore ipso nequeunte alimentum conficere, & loco deperditi apponere. Tum vero ab extrinseco ẽ a Solis vel ignis æstu, aut frigore eas cedente: vel vltimo deficiente extrinsecus alimento, vt his plantis accidit, quę arenam incolunt. Pari prorsus ratione & modo animalia arescere conspicimus: nã vel tame contabescunt, vel licet alimentum ingerant, virtutis coctricis defectu, neq; cõmutatur, neq; alit.

Viuentia multis modis tabescunt.

325 A

Hectica siccitas ea intelligitur, quæ fit defectu humidi.

B

A quibus sane causis siccitas, quæ proficiscitur, *simplex tabitudo* appellatur, quod nulla alia qualitate aliena aut vitiata constet, quam siccitate: cui si associetur frigiditas, vt sæpissime contingit, *hecticam senectutis* ex antiquiorum decreto Gal. appellat: quæ sane affectio familiaris est senibus & pueris, licet Auerroes id renuerit. Vera tamen senectus, licet etiam via sit to corruptionem propter siccitatem ex nutrimenti optimi defectu, quod pusillus senum calor reficere corpus non possit, proprie tamen *tabes* dici non meretur, quia calor citra morbosam causam marcescit à seipso. Verũ si ob aliquam ex prædictis causis corpus in siccitatem dilabatur succrescente calore, aut, *vt rectius loquar*, ipso siccitatem præ humidi resolutione efficiente, maximeq; in cordis substantia, tum profecto calor innatus præter naturã, & calidior factus, marcidus efficitur & imbecillus, qualem diximus huic generi febrium conuenire. Qui talis ob id dicitur, quia pedetentim & lente consumta propria humiditate perit, crescente in senectute frigiditate innata, & calore præter naturam loci proprii. Quo sane dispendio marcidus efficitur calor, & febris succrescit, quæ tunc quidem nomine hecticæ simpliciter & proprius gaudet, cum membrorum nutritiuæ humiditatea euolant præ calore præter naturam, aut, *vt verius loquar*, efferuescent;

Tabitudo. Hecticam senectutis appellat Gal. habitualem siccitatem ex defectu alimenti, cui iungitur frigiditas.

C

Hectica simpliciter & proprie quæ dicatur.

Hectica fe-

& subinde membra vno è tribus modis exsiccantur, nimirum consumtis primis humiditatibus, quæ in exilibus præsunt venis, & vltra vel carnosarum partium alimentorum, vel earum, quæ spermaticæ & solidiores exsistunt. Sic primis humiditatibus resolutis, per efferuescentiam *prima* hecticæ pars constituitur, & vere ac simpliciter *hectica* etiam dicitur; nam dum vltra pergit caliditas, obsidetque & consumit alias humiditates, licet hectica etiam nuncupetur, non tamen simpliciter, sed cum addito. Nam ob secundæ seu primogeneæ humiditatis consumtionem siccitas orta, *tabitudo* à Galen. & veteribus nuncupatur: quam ego secundam hecticę speciem constituere arbitror. *Marasmum* tamen appellant solidorum membrorum consumtionem, quam tertiam huius hecticæ speciem dicunt, *vt latius & clarius inferius sum probaturus*. Ex quibus euidenter iam constabit (*licet communiter nomen hecticæ omnem consumtionem cum febre complectatur*) peculiari vocis huius significato, hecticam solum designare primam siccitatem, seu febris hecticæ speciem: tabem vero secundam, si cum calore adiungatur; nam Gal. tabidos solum appellat diutino morbo aut acutissimo confectos, aut eos quidem, & adhuc proprius, qui ex pulmonis vlcere exsiccantur, *vt latius dictũ est lib. 2. de pul. arte. & libr. de arte medendi*. Marasmum tamen censemus peculiarius tertiam hanc hecticæ speciem significare, dummodo vltima illa & solidorum siccitas calori adiungatur: nam generali *Marasmi* significato constat, eum diuisum esse in tres species, quarum vltima febrem hecticam in tertia specie complectitur, vt latius explicuimus libris & locis nuper allegatis.

bris 3. species.

1. Hectica.

2. Tabitudo.

D

3. Marasmus.

Ex generali illa & communi febrium differentia euidenter constare arbitror, hecticam febrem solidis nostri corporis particulis solum & primo pertinere. Nam cum omnium febrium ratio & conditio subijciatur caloris secundum naturam, fit facile, vt quot fuerint caloris secundum naturam partes, tot necessario sint caloris præter naturam sortes: & cum triplex sit innati caloris ratio & substantia, vna ab spiritibus secunda ab humorosa portione, & tertia à solidiori orta; tu profecto, vt hectica febris ex calore partium solidarum succensione fuerit. Accentemus, hanc febris conditionem (*licet omnes à caloris innati subuersione naturam & differentiam sortiantur*) ob id magis appellari hecticam, quam eas, quæ ex succenso calore in reliquis partibus fiunt, quia cum in solidarum partium temperie & calore omnis actio sita sit, quo caloris solidior pars magis, q̃ reliqua eijcitur, eo magis actiones lędi contingit, & cum solidior hęc pars mutari minime possit, nisi ex magna causa, quæ magnam & fixam mutationem nata sit efficere, ob id radicata efficitur intemperies, qua actiones viciantur connaturali vitio. Quippe ob id huius partis vitium & auctum calorem *hecticam febrem* proprius appellamus, quod siccitati sit adiunctus, qui suapte condicione difficilius remouetur, qualis est propria habitus conditio. Et sic is calor euersus solum habet rationem habitus, reliquæ vero caloris partes, ob id etiam non dicuntur *habitualem & hecticam febrem constituere*, quia facilius dissipantur, & iterum quam facillime reficiuntur, vt videre est in putridis & ephemeris febribus. Partes vero, quas solidas appellãt Medici, ex

Hectica febris quas partes afficiat.

Hecticam febrẽ quare appellemus quando calor præter naturam solidas partes occupat.

E

Partes solidæ quæ a Gal appellentur.

 ducti-

doctrina Gal. certo ac determinato numero comprehendere difficillimum profecto fore arbitror, cum multis in locis solidas partes eas tantum appellet, quę ex semine gignuntur, fibrosas quidē & membranosas, *vt ex eodem constat lib. 1. de semine, c. 13. & lib. 2. c. vlt. & 1. aphor. 15. sed clarius 7. & 10. method.* & ob id censet locis citatis, has partes, si nimium exsiccatæ sint, sanitati restitui esse impossibile, & cum pereunt, in cauis vlceribus non regenerari.

G Alibi tamen, *vt lib. 1. de differ. febr. c. 9. lib. 7. meth. c. 6. & 11. & vlt.* prædictis addit tertiam substantiam, naturalem, *inquam*, humorem, ex quo omnes partes nutriuntur, appellatam: quam multi naturalem seu implantatum spiritum appellare assuescunt, vel saltem prædictum spiritum huic substātiæ inesse existimant. Præterea aliam 7. *metho.* prædictis adscribit, quam substantiam carnosam appellat. Sed existimo, vt Gale. hanc varietatem non temere fuisse scriptam intelligatur, aliquando solum appellasse solidas partes fibrosas, membranaceas, & neruosas, cum inquirit, quę partes regenerari possint, & eas, quæ regenerari nequeunt, *solidas* appellasse. At cum febris huius subiectum inuenire nititur, alias duas substantias addit: quia cum morbi ratio fit actionem lædere, & à cuiuuis harum substantiarum vitio actiones lædi contingat, ob id profecto æquum fuit, in huius affectionis natura & conditione indaganda eas annumerare, secludens humores & spiritus, quod in se sitam non habeant operandi rationem.

Gal. loci explicantur, in quibus visus fuit varius.

326 A

In his igitur vt vera stat morbi ratio, ita & febris hectica sita est, quinimo ceteræ oēs febres morbi nanciscuntur sortem & rationem, quatenus suum calorem calori innato prędictarum partium communicant: & vt verum fateat, in rigore à prædictarum partium calido intemperamento duplicem Gal. cōstituit solum febrium differentiam: vnam, quam *scheticam* appellat, alteram vero *hecticam*, eo quòd is calor præter naturam, quem febrem appellamus, hæreat prædictis solidis membris, & eurdē in dispositione, & inęqualiter, vel in habitu, & ęqualiter. Itaq; calor prędictus ab humoribus aut spiritibus substantiæ cordis spirituosæ aut humidæ cōmunicatus, in dispositione tantum esse potest, & ab illa dispositione, & non à calore humorum aut spirituum morbi rationem habet: si vero calor substantiam cordis crassiorem & solidiorem simul cum aliis occupauerit, citra dependentiam, quæ ab alia causa fuerit, hecticā constituit febrem.

B

Febrium differentia duplex, Schetica & Hectica.

Verum eum constet, febrē esse intemperamentum calidum, idq; dictum sit duplex exsistere, in Habitu nimirū, aut in Dispositione, atq; hoc Putridas & Ephemeras complecti, & illud Hecticas; ob id sane expendendum est, temperamentum omne à medio versus calorem posse recedere, *Inæqualiter* aut varie, aut *Aequaliter* & vniformiter. Inæquale autē id censemus esse temperamentum, quod extraneum cum sit depēdens & cū euidenti sensū, multiforme ac diuersum exsistit, medium quidem inter naturā temperamentum, quod abducere intendit, & æquale seu hecticum, quod inducere nititur. Quo fit, vt ob id etiam dependens exsistat, quia causam habet efficientem extra propriū subiectum, à qua quidē in esse & in conseruari dependet, donec æqualis ex toto factus habitualis euadat. Succrescit insuper huic calori, ob dependentiam & inæqualitatem, vt subiectum, cui inhæret,

Temperamentum æquale & inæquale quid sit.

C

molestius ac dolorosius exsistat: propter actionem contrariam ex naturali calore nondum omnino subuersō & præter naturā, qui adhuc lixus non est; sed in fieri & transmutari existens, quod alioqui doloris solet esse causa. Apparet insuper is calor diuersus & multiformis, quia contrarios exsistit naturali & moderato ..m etiam quod sit in fieri, & cōtinuo intendatur, tum vltimo quod diuersus sit in gradu à causa, quæ agit in subiectum, donec ad inæqualitatem & terminum, pro ratione & efficacia causæ reducatur, sub qua equidem intemperantiæ ratione militant omnes putridæ febres.

Æquale autē intemperamentum est caliditas extranea independens, nō sentata, & singulis partibus, quibus inest, vt naturalis facta & fixa. Cuius sane naturam pulcre depinxit Hip. *lib. de natur. humana, & Gal. lib. de inæqual. intemperie, c. 4.* quorum verba si exacte quis consideret, reperiet, æquale hoc intemperamentum multis modis ab inęquali seiungi. *Primo* quidem, quia inæqualiter alterat subiectum, in quo est, in fieri tamen: æquale vero informat, non alterat. *Secundo*, quod inæquale dolorosum exsistat, æquale vero sine sensu & molestia. *Tertio*, quod inæquale diuersum habeat esse diminutum & remissum tendens ad intensionem gradum, hoc est, ad æquale, vt ad terminū: ęquale vero terminus est, & esse habet completum, quia fixum & perfectum exsistit, & ob id caret motu. *Præterea* differunt, quia inæquale dependet, æquale vero subsistit sine dependētia, præter eam, quæ subiectiua siue nutrimentalis appellatur, quia calor præter naturam, qui in membris viget, humiditatē depascitur & corrumpit, & ab ea dependet in conseruari, quamdiu ipsa durauerit. *Differunt* etiam, quia inæquale ablata causa remouetur facillime, præualet innatum calidum: æquale vero minime, quod natiuum temperamentum omnino videatur subuersum, aut saltem frænatū & coercitum, & ob id nulla remanet contrarietas, imo cōnaturalis fit. *Item* inæquale intemperamentum non est eodem modo inhærens omnibus partibus in quibus exsistit: æquale vero secus se habet, licet aliquo modo euariare videatur, iuxta diuersitatē naturæ membri: quippe calidius apparet cor, nec hoc secius, quod non est arbitrandum esse, quod inæqualiter participet calorem præter naturam, sed quod inæquali mensura sortiatur calorem secundum naturam. Ex dictis quidem prodit, inæquale temperamentum varia habere tempora, eaque sensu perceptibilia, & maxime distincta, æquale vero minime, quatenus pertinet ad calorē, licet quoad siccitatem febris hæc hectica aliquo modo euariet: quod multos fefellisse constat. Quippe ob id crediderunt primam & secundam partem huius febris non constituere omnino æquale temperamentum, sed inæquale, verum id ad siccitatem, non ad calorem referri debet.

D

Temperamentum æquale quid sit.

Temperamentum ęquale quod ab inæquali differat.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

Hectica quoad calorem non habet tempora, sed quoad siccitatem.

F

Verum cum vniuersam huius intemperamenti rationem constare (*dictum sit*) in facto esse, videndum profecto nunc est, quid per factum quid per fiens intelligendum sit. Nam vt varii sunt hominum conceptus, varię quoq; in his rebus sunt sententię, ita procul dubio nihil certum & vnū in hac re colligi poterit. Diximus n. antea quid factum & fiens significent, vt locus ille de generali febrium cōditione exposcere videbatur, nunc vero specialius res agenda est. *Factum* igitur is morbos dicitur, qui

Factum & fiens ac futurum quid.

qui dispositio est præter naturam, à qua primo læduntur actiones: quo significato quiuis morbus, siue dependeat à causa, siue secus, dummodo operationes lædat, factus censeri debet. Huic sane affectus significato opponitur ex aduerso affectus *fiens*, cuius nihil est in esse productum, aut permanens & factum, sed omne suum esse habet in fieri & produci, sicut motus, qui omnino in fieri & conseruari à causa dependet. Alio modo factum dicitur, vt status tumorum præter naturã, *dysenteria tertia species, febris ephemera*, ac vltimus seu maximus interpolatarum febrium circuitus, eo quod hæc omnia sint in esse completo, quia causa antecedens vniuersa abiit in coniunctam. Huic etiam morborum sorti opponitur *morbus fiens* alter, hoc est, incoatus, & qui licet actiones lædat, non tamen ad summum incrementum & perfectionem seu terminum peruenit, sed adhuc in fieri existit: huius conditionis sunt *tumores præter naturam in principio & augmento, dysenteria prima & secunda species, & febres omnes humorales quæ nondum ad statum peruenerunt*. Præterea morbus dicitur factus, hoc est, taliter in suo esse productus, quod amplius nihil habeat futurum neque fieri, sed fixus & independens in esse & conseruari existat, qualem arbitramur esse *febrem, continuas solutionem ac de articulationem*. Qui sane affectus quantum est ex propria natura dolore carent, quod nihil habeant in fieri: & ob id arbitramur, febres omnes putridas esse fientes, quia dependente causa, quod hecticæ febri accidere non est credendum, quia nullam habet dependentiam, præterquam à proprio subiecto, *vt antea dictum est*. De morbo autem futuro nihil agere studui, quod non sit præsentis considerationis.

Quibus præmissis, ad ea, quæ in diffinitione febris hecticę primo posita sunt, iam esse deueniendum consulit rei ratio: in quorum sane enodatione tot oriuntur dubia, totque difficilia, vt facile non sit ea enodare. Nos tamen conabimur id efficere, vt clarius constet, qualis sit huius febris natura & conditio.

### DIFFICILE I.

### An temperamentum innatum possit subuerti?

Dictvm itaq; in diffinitione est, febrem hanc calorem præter naturam habere omnino factum & habitualem: cuius dicti occasione cuiuis dubitare licebit, *an in febre hectica innatum membrorum temperamentum, & peculiaris calor omnino subuertatur*. Ratio dubitandi est, quia si calor præter naturam nihil haberet in fieri, sequeretur, natiuum temperamentum ex toto subuersum fuisse, quod maximum est in re medica inconueniens, & creditu difficile.

Quod profecto si verum fuisset, sequeretur, *hecticum corpus non posse intrinsecum sanitatis habere principium, neque sanitati restitui*: sequela patet; *cum morborum constet naturam esse medicatricem, & præcipuum instrumentum, quo ipsa operatur, sit subuersum, & omnino præter naturam factum, & citra ipsum naturam nihil posse efficere. constat profecto, nullum esse ad sanitatem comparandam principium, præterquam quod ex Arist. constat 7. metaph. sanitatem fieri: si igitur latitudo sanitatis omnino subuersa est, sequitur profecto, nullum ad sanitatem subesse principium.*

Secundo sequeretur, *animal viuere temperamento præter naturam, & illo operari, quod videtur impossibile, quia caloris natiui est, corpus & eius actiones tueri, præter naturam vero omnino perdere: sed cum hecticus viuat & nutriatur, constat non omnino habere calorem subuersum & factum.*

*Si omnino natiuum temperamentum subuersum extitisset (præterquam quod febris hectica non haberet varia tempora, quod esset contra communem conceptum sequeretur, hecticum non posse viuere: patet sequela, quia vita est participatio calidi in humido: sed corpus hecticum viuit. ergo eius calor non erit omnino subuersus, alioque viueret calore præter naturam, quo omnia vita munia ex natura eiusdem caloris corrumpuntur.*

Quarto & vltimo sequeretur, *febrem hecticam non posse cum putrida complicari, quod est profecto contra euentum: sequela patet, quia si febris hectica habet calorem iam factum, non est modus, quo possit stare cum putrida, quæ ipsum habet fientem, quod si fiens sit, non erat omnino factus calor hecticæ, aut si factus, nequit esse fiens.*

Multi sane ex Barbarorum familia, & ex aliis Neotericis varia fingunt & machinantur monstra, vt iis argumentis, & aliis, quæ breuitatis studio prætermitto, satisfacere possint: quorum nonnulla, antequam veram huius rei rationem statuam, expendere studui, vt clarius deinceps subsit rei veritas. *Primo* quidem supponunt nonnulli auctores, subuersionem temperamenti non vno modo esse sumendam, sed variis, idq; iuxta diuersitatẽ partium, quas hecticus calor obsidet. Nam cum partes solidæ appellatæ (*sedes quidem febrium hecticarum*) sint variæ, fieri profecto censent, vt temperamentum, & calorem vnius prædictarum partium calor hecticus omnino subuertat, reliquis manentibus solum alteratis (*vt ferunt in prima hectica specie fieri*) vel si placet, duarũ, vt in secunda specie, alia citra calorem factum asseruata: aut vltimo contingit in omnibus solidorum membrorum partibus ex æquo calorem subuerti, vt in tertia hecticæ specie. Ex qua suppositione inferunt, *in prima & secunda caloris subuersione non inconuenire superesse intrinsecum sanitatis principium, cum adhuc calor parum, aut leuiter mutatus in aliis solidorum membrorum particulis supersit*. Et rursus eadem ratione censent, *animal posse viuere & nutriri, ac insuper putridæ & hecticæ complicationem pati, cum adhuc supersit caloris natiui aliquid, quo prædictæ operationes fieri possint, & sic arbitrantur se argumentis respondisse.*

Verum cum prædictorum virorum opinio falso innitatur fundamento, constat, *neque eorum decretum, neque argumentorum dilutiones, quas statuunt, alicuius esse momenti*. Ratio est, quia censent partes solidorum membrorum diuersimode & diuersis temporibus inflammari, & sic diuersas hecticæ species fieri, cum certum sit, omnes solidorum membrorum partes simul calore facto & habituali corripi. Quod sane ex necessitate naturæ febris hecticæ oportuit ita fieri: nam cum ipsa sit æquale & commune totius corporis intemperamentum, erat impossibile febrem hecticam habere habitualem calorem in quibusdam partibus, & in reliquis in fieri: esset enim eo tempore inæquale ac dependens intemperamentum: quo supposito, corruit eorum responsio, & adhuc militant argumenta. *Secundo* sequitur ex eorum dogmate,

Marginalia: Factus qui dispositio est præter naturam. — Factus secundo modo qui. — Fiens. — 3. Factus. — Futurus qui. — Temperamentum innatum an omnino in hectica subuerti possit. — Arg. I. — Arg. II. — Arg. III. — Arg. IV. — Prima opinio. — Patet falsitas huius opinionis.

corpus hecticum in tertia (*vt aiunt*) specie, nulla lege posse habere intrinsecum sanitatis principium, (*qua prima fuit dubitandi ratio*) sed solum externo adminiculo id fieri. Et probant hoc esse verissimum, quia cum elementa sint in mixto solum virtualiter, non poterunt mixta à principio intrinseco, si semel amiserunt ex toto tẽperiem, iterum recuperare, vt cum in propria forma adhuc vigent, recuperant, velut videre est in aqua feruentissima, quæ à se in antiquum regreditur temperamentum. Cui rationi experimentum aliquando aduersatur, & nos in responsione ad primum diligentius monstrabimus. Præterquam, quod si vera esset, sequeretur, corpus marasmo affectum neq; posse putridis febribus corripi, nec vitales edere actiones, nec rursus viuere, quod nulla subsit humidi portio: cuius contrarium nos latius probaturi sumus in responsione ad argumenta. Quo fit, vt nec hæc quidem opinio, neq; argumentorum solutiones rei huius veritatem ad vnguem attingãt.

Item plures sunt, & non contemnendi auctores, qui arbitrantur prædicta hecticorum corpora, & marasmo adhuc confecta, quantumuis ex toto subuersam obtineant natiuam temperiẽ posse quidem sanari, & huic muneri subesse intrinsecum principium: ceterum id fieri sola facultatum operatione, citra instrumentorum & caloris naturalis (*qui nullus est*) adminiculum. Nam cum ipsi & Medici etiam nonnulli teneant, facultates non laborare, existimant, licet desint apta instrumenta, solas facultates id munus posse præstare cũ calore illo iam habituali, & connaturali facto, quem vicem naturalis gerere proculdubio autumant.

328 A — Secunda opinio.

Opinionis improbatio.

Quod sane dogma licet recepto illo fundamẽto innitatur, nimirum facultates non laborare, nihilominus tamen falso colligit, quod possibile sit quicquam facultates operari, deficiente apto & natiuo instrumento. Cuius rei euidens est argumentum *visiua facultas in oculo*, quam nusquã posse operari, euidenter constat, si oculus praue dispositus sit: quod etiam verum est in motiua facultate B in musculos. Exemplo sunt *instrumẽta in artificialibus* citra quæ nec peritissimus artifex probe operari poterit, neq; adhuc si ex toto, loco vnius instrumenti aliud maxime illi contrarium ad operandũ sumat, quippe eo tempore mirum non est, si artifex nihil agere possit: haud secus profecto res se habet in naturalibus, maxime cum potentiæ non possint effectũ attingere citra medium, cum materia sit inferioris ordinis, & adhuc longe magis cum natura tenetur efficere opus, quod alicui alteri sit simile: quapropter si conceditur hoc esse solius facultatis munus, videtur absurdum, & absurdius, si citra naturale medium & instrumentum existiment actionem naturalem posse fieri, quippe ex parte vitii instrumenti id fieri, videtur perdifficile. Quapropter longe minus prædicti auctores absoluunt præhabitam difficultatem.

Auctoris sententia.

Multa sane sunt, quæ præmitti debent, si rem hanc exacti ori calculo velimus enodare. Quapropter paulo diligentius expendenda nunc nobis veritas est.

C Statuendum primo est, in hecticis corporibus cal dum intemperamentum omnino esse, & habitualiter suboctum in omnibus solidorum membrorum partibus in quibus calor subiicitur, idque non solũ in marasmo, sed in reliquis febus hecticę

Fundamentum I.

partibus & cum hoc asserendum est, non esse inconueniens, corpus marasmo affectum ab intrinseco sanari posse. Quod sane dogma vt exacte intelligas, expende primo, temperamentum natiuum, & temperamentum febrile hecticum & factum, licet inter se contrepugnent, & simul se non possint compati, ambo tamẽ sunt temperamenta intra latitudinem temperamenti humani constantia. Quo fit, vt praue teneant, qui dicunt, eo q prædicta temperamenta specie differant, ob id vnam & eandem formam illis non posse operari, & cum hecticus viuat, eamque formam habeat, quam ante malum illud obtinebat, eo enim colligunt, calorem innatum non posse esse subuersum: cui vsui statuendum est secundo.

Huius doctrinæ gratia duplicem esse calorem, D seu temperiem innatam in animalium corporibus: *Vnam*, quæ complet & circumscribit omnem sanitatis latitudinem, quam arbitramur in hecticis corporibus ex toto aboleri: *Alteram* vero, quæ latitudinem, infra quam animal viuere nequit, complectitur: qua sane temperie hecticum corpus viuere, nulli esse dubium arbitrandum est. E rursus statuendum, vtrumq; temperiẽ seu vtrumque calorem esse eiusdem naturæ & conditionis, differre tamẽn in ea latitudine & libratione, quæ vsui sit actionibus vitalibus salubriter atque integre, vna, & reliqua vtcunque factis.

Fundamentum II. Temperies innata animalis duplex eiusdem speciei.

Fundamentum III.

Statuendum tertio est, *vniuersam febris hecticæ rationem solum consistere in subuersione calidi membrorum ad igneam naturam, ita vt vniuersa eius ratio sit habitualis membrorum caliditas, cui necessario ratione sua speciei siccitas associatur, certo tamen modo.* Hæc tamen est differentia, quod licet nostra substantia constet ex calido & humido, febris tamen hectica solum dicit, calorem illum habitualiter fuisse omnino natiuam membrorum humiditatem: neque protinus ac hecticus calor contrahitur, ita & siccitas, nam sensim, paulatim & sensim acquiritur toto febris hecticæ durationis tẽpore. Quo fit, vt mirum E non sit, temperamentum subuersum fuisse ex parte caloris salubritatis: ex parte vero humiditatis & caloris vitalis nec subuerti, nec mutari adhuc, & ob id in marasmo etiam superesse aliquod sanitatis principium, nulli debet esse dubium.

Hecticæ vniuersa ratio in quo subsistat.

His omnibus suppositis, non est admodum difficile, veritatẽ huius dubii admuenire: nam cum impossibile sit, tota eximdum animal viuit, omnino vitali calore, & humido priuari, statuendum est, illud principium (*quantumuis pusillum sit*) caloris & humidi, in quo vita sese tuetur, posse quoque esse principium & instrumentum sanitatis recuperandæ vi & efficacia formæ seu animæ ipsius. Quippe hominis forma, anima (*inquirum*) intellectiua, tribuit quidẽ homini esse hominis & esse animalis, & viuentis, & esse corporis mixti, ac esse substãtię, & vltimo esse entis. *Præterea* sicut formaliter per substantiam suam dat esse intellectiuum sentientis, viuens, esse corporis mixti, & corporis substãtię & entis: ita quidem efficienter, per potentiã actiuam producit, & elicit actionẽ intelligendi, sentiendi, viuendi, corporis mixti, & corporis. Quocirca proculdubio arbitrandum est, continere prædictam animã intellectiuã in potentia formali perfectionem corporis mixti, & in potentia actiua operationẽ corporis mixti. Nam licet in dicta prędicatione non ponantur per se mixtio, temperamentum

Hecticum corpus habet intrinsecum sanitatis principium ipsam animam.

[illegible] ecc[illegible] o [illegible] intrinseco [illegible] anima, quæ effectiue illud produ[illegible]
[illegible] oduce dam [illegible]
[illegible] quæda [illegible] se [illegible]
fectionem [illegible] uent is. Itaq. [illegible] a [illegible] effe [illegible] producere [illegible] propriis [illegible] actione [illegible] homo [illegible] etiam anim[illegible] viuentis [illegible] mixti & [illegible] corporis: & [illegible] ne [illegible] quia [illegible] nunc [illegible] mix [illegible] [illegible] ideo a[illegible] virtual[illegible] quente [illegible] cere ea[illegible] non caret cu[illegible] instrumento [illegible] perari [illegible] & [illegible] uentis, vt ante [illegible] tum est. Tüc [illegible] e virtutes elementa [illegible] in mixto conti[illegible], eadem profecto anim[illegible] ipsa valebit ea[illegible] d[illegible] minuuntur, remoto prohibente & in[illegible] re producere: no tamen [illegible] et simplicē emanat[illegible] mediāte viuentis temperamento & calo[illegible], quo adhuc corpus marasino confectum, orbat[illegible] est. Quippe supplet adeo prin-

329 A cipale agens [illegible] prædicta virtute & coordinatione, quod instrumentum ad maiorem perfectionem com[illegible] paranda [illegible] est, quod aliæ imperfectiores formæ efficere nequibunt. Q[illegible]am [illegible] ne intemperamenti redu[illegible] onem præstito c[illegible] ore, frigiditate, humiditate, aut [illegible] citate efficere per [illegible] lam manationem, vt dictum est, citra dubium ast impossibile, sed solum facta deperditi renutritione, refectioneq; mediante nutrimento, cui præstitit eam temperiem suttili, quæ intima sit & genuina corpori nutriendo, vt solebat deper[illegible] us calor efficere: qui cum pusillus iam effectus sit, & id munus nequeat consequi, beneficium & supplementum illi præstat propria hominis forma, media vegetabili potētia, & medio etiam nutritiuis temperamento adhuc superstite: quod auget alimento adueniente, & eisdem qualitatibus prædito. quæ pro indiuidui sorte & natura ipsi erant naturales, & præexistentibus simillima, vt consistet adhuc in corpore marasino affecto superesse viuentis temperiem & calorem, ad cuius penitum anima comproducit, quod deerat.

B Quibus sic habitis, asserimus, corpus sic affectū

Ad primum

ab intrinseco posse deperditum temperamentum recuperare, anima id producente modo dicto, nisi aliquod fuerit prohibēs, quod medicus tenebitur remouere, cuius defectu, *vt dictum est*, sæpe non consequimur reductionem corporis huiusmodi ad antiquam sanitatem. Quippe nisi caliditas illa præter naturam facta, prius remoueatur, aut aliquo modo mitescat, quo similior antiquo calori & temperamento fiat nutritura substantia, quæ producitur, licet anima semper nitatur tueri antiquum & natiuum temperamentum, homo nō sanescet. Haud secus quā aqua igni apposita, quam certū est interim, dum igni approximatur (*etiamsi à propria forma semper producatur frigiditas*) non posse refrigerari, donec prohibens remoueatur. Itaq. profectu in hecticis corporib præsidiis frigidioribus sumto aut modice temp[illegible] calore præter natu-

C ram (*quippe frigida auxilia ad [illegible] ss credendum est*) protinus producitur antiquo temperamento simillimum, nullo alio instrumento neq; medio ex-

trinseco [illegible] anima, quæ effectiue illud produ[illegible] cat, [illegible] q[illegible] tam tuetu[illegible], dum[illegible] M[illegible] um prohibens prud[illegible] nter ten[illegible] ueat. [illegible] Gal & [illegible] omnes a[illegible] gnæ [illegible] ip [illegible] te[illegible] q [illegible] [illegible] mo marasmo [illegible] fanitati restitu[illegible] post: ensen[illegible] ge[illegible] ma [illegible] part [illegible] vi[illegible] mo existunt termin[illegible] superest quantum est ex parte [illegible] nō deest sanitatis vestig[illegible] [illegible] ius corpore sic affecto [illegible] test, ob id ego etiam [illegible] esse affectionem: quippe [illegible] mus, an ab intrinseco sanitat[illegible] toto adeo sit subuersa & eradicata [illegible] temperies, quod nullum eius subsit [illegible] vestigium. Quod si quis arguat adu[illegible] lotionem, curationem hanc potius ab e[illegible] auxilio proficisci, quam ab interno cal[illegible] exp[illegible] dat, longe diuersum esse in hac curatione pr[illegible] bens remouere, & natiuum temperame[illegible] mido & calido constans producere: nam [illegible] ab extrinseco fit: hic vero, in quo fere vniuersa red[illegible] ctionis hecticorum corporum ad pristinum [illegible] tum ran[illegible] sita est, nisi solum à prime benet[illegible] prædicto reductionis prin[illegible] o & m[illegible] do

Corpus vi[illegible] mo marasmo affectū [illegible] sanitati restitui [illegible] non [illegible] quo[illegible] [illegible] codum

D

Quod si quis dixerit *eadem ratione in sen[illegible] posse vitam vltra statutum terminum prorogari*, [illegible] at non esse æqualem rationem, quia in senibus prohibens, hoc est, innatum temperamentum ex frigiditate & siccitate contractum, quod in senectute prædominatur, nulla ratione est remobile, quia frigiditas & siccitas in eis prudeunt ab extrinseco principio & natiua constitutione, præualentibus quidem supra calorem & humidum, & diutina caloris actione iam resolutum: quo fit, vt natura non possit deperditum calorem reficere, quia prędominatur frigiditas, quam remouere est omnino impossibile, quod prodeat ab intrinseca hominis mixtione & compositione, quam demere esset eius ipsum perdere: quapropter licet forma semper conetur, vtens pusillo senum calore, tempera-

Dubiam. Senum vita vltra statutum terminum cur nō possit prorogari.

E

mentum reficere & corpus, prohibetur tamen ab impensa & innata frigiditate, quæ remoueri non potest, vt hecticorum calor.

Dicimus ad *secundum*, verum esse, hecticū corpus viuere & nutriri, verum illud fieri adminiculo vitalis temperamenti, quod adhuc superest: præterquam quod calidum ac febrile intemperamētum non est adeo diuersum in gradu & [illegible] tate, quod cum eo non possit humana forma stare, & exercere aliquo modo operationes vitales.

Ad secundum.

Ex quo superest ad tertium solutio, quia iure optimo dici potest, vitam in hecticis corporibus esse participationem calidi in humido, quod videtur sufficere ad tertii argumenti dilutionem.

Ad tertiam.

Dicimus ad quart[illegible]m, eundem calorem præter naturam, qui factus est, & hecticam consti[illegible] uit, ad vlteriorem gradum posse moueri in febribus putridis & ephemeri, noui agentis & nouæ [illegible] aulę accessu: quo fit [illegible] ind[illegible] ne [illegible] alor, qui duob. gradibus habitualiter erat præter naturam, in fieri ponatur ad tertium gradum, & ratione gradus habitualis præexistentis sit hectica, velut antea, & ob gradum, qui acquiritur, sit putrida, quia humores habet in facto esse, & cordis substantiam

F

Ad quartam.

habitualiter seu dispositione in fieri ad [illegible] trium gradum. Non enim inconuenit habitum [illegible] ex accessu nouæ causæ calfa[illegible] entis, corpori suc[illegible] licere intensi[illegible] tem caloris gradum, qui tendat, & di[illegible] tio sit ad habitum alterum intentionis cal[illegible] qui sane dum intenditur, calor eft hens & depe[illegible] Ne[illegible] incon[illegible] enit, ex[illegible] uoq, calore he[illegible] qui sub [illegible] tione diuersa [illegible] habit is, ratione omnin[illegible] gradoo[illegible], qui præterea [illegible] llam habent depen[illegible] tiam, & tic etiam disp[illegible] ositio ratione grad[illegible] s, [illegible] dependet à noua causa conante inter[illegible] oten[illegible] habi[illegible] n efficere. Neq; inconueniens dicere non dum contract[illegible] in eff[illegible] habitum, donec [illegible] ubire temperamentum sit subiectum, ex [illegible] videtur [illegible] qui, non posse amplius c[illegible] lin [illegible] qua si posset, hab[illegible] s esset particeps contrarii he[illegible] n & [illegible] tentionis. Cui respondeo idum arbi[illegible] quod licet latitudo salubritatis prædicto hab[illegible] q[illegible] uito ex toto desit, superest adhuc *non solum in prima ac secunda febris hecticæ parte, verum in tertia ac marasmo*) latitudo caloris vitalis, ad quem vsque se poterit extendere alteratio caloris adhuc intentior habitu præ[illegible] sistenti, ita vt calores ii, licet sint eiusdem speciei specialissimæ, & in vno subiecto non possint vnam constituere, & ob id vnam, solum febri[illegible] ionem, cum hoc tamen alio speciali modo inter se differre certissimum est, nimirum sub ratione præternaturalitatis: quippe diuersa est præternaturalitas gradus caloris additi & fientis, ab ea, quæ in gradibus habitualis reperitur: quia hæc est independens, & illa adhuc à sua causa dependet, & sic pro diuersitate præternaturalitatis, in qua morbifica ratio consistit, diuersa quoq; febris natura subor[illegible]: præterquam quod h[illegible] cticus calor informat, putridus alterat: ille habet rationem habitus, hic vero ad summum habitudinis.

G Dubium.

330 A Solutio.

Quæ sane omnia si quis syncero animo & citra liuorem expendat, reperiet profecto solutam esse difficultatem, nec superesse dubium, quod momenti sit alicuius.

### Difficile II.

B An siccitas sit de essentia febris hecticæ.

Hectica an ratione eſ [illegible] sibi siccitatem coniunctam habeat.

Circa expositionem naturæ & conditionis febrium hecticarum, ex vsu etiam fore duxi, expendere, *an siccitas sit de essentia febris hecticæ*. cui dubitationi præstitit ansam ignorantia modi & conditionis, qua siccitas febrili cal[illegible] ri adiungi potest. Quippe sunt nonnullæ rationes, quibus proban po[illegible] siccitatē non esse de essentia febris hecticę.

Prima ratio.

Pri[illegible] a igitur ratio desumitur ex Gal. *lib. 1 de diff. febr. cap. 8.* qui [illegible] um duplex proposuit *febrium hecticarum ge[illegible] us: vnum cum tabe seu siccitate vel humiditatis consumtione, reliquum vero sine ipsa.* Et rursus eadem parte docet *solum dici hecticam febrem, cum velut quadam efferuescentia natiua humiditatis fit*: inferi[illegible] inde *donec eadem humiditas consumta fuerit febrem hecticam ab[illegible] que [illegible] tate posse consistere.*

Secunda ratio.

F[illegible] *natura & essentia in genere sita solum in calore præter naturam solidarum partium existit. Sed si bru hecticæ, [illegible] cialis aetmet calor habere in membris soidu, [illegible] hoc calore cet[illegible] sumunt nam naturā [illegible] erent[illegible] m. nas sic [illegible] habere consunctam [illegible] sam nonne [illegible] neque [illegible] tenebit* [illegible]

C [illegible] ergo [illegible] *nod*

[illegible] *tempor[illegible]* [illegible] *tat [illegible] priuat [illegible] opus non est adi[illegible] tat [illegible] semper [illegible] in [illegible] ac in deconuet a, at [illegible] se in vsq[illegible] marasm[illegible] ne pit [illegible] de [illegible] re se[illegible] n[illegible] ergo ni[illegible] tra [illegible] c[illegible] ittat q[illegible] na G[illegible] no eff. [illegible] alteius [illegible] se [illegible] beci[illegible] [illegible] sumdurū.con, [illegible] est falsum* [illegible]

Quibus la[illegible] ibus [illegible] lutio, expendend m[illegible] ll. sic[illegible] dis aequo[illegible], vsq: *Vno* quidem [illegible] tur prædo[illegible] ante siccio[illegible] dum ian facta est, et priuationem [illegible] ditatis. Q[illegible] fane solet contin[illegible] modis. Nam [illegible] hæc sicc[illegible] humiditatem [illegible] sensata, ceterum actiones non [illegible] rationem habens. *Secundo* succ[illegible] est & siccum constituit affectum, [illegible] ex toto non sit subuersa, sed solum qua[illegible] est, [illegible] actiones lędantur. *Tertio* vero, conti[illegible] crescere tabidam seu marcidam siccitate[illegible] ea profecto est, quæ non solum id factum [illegible] quod ad morbi rationem sat erat, sed quæ [illegible] facta est, vt quam paucissimum habeat [illegible] vel in fieri, qualis corporum marasmo co[illegible] tum existit. Quibus præmissis, dubitationi [illegible] dendum est sub distinctione: nam si quis c[illegible] ret peculiarem febris hecticæ conditionem, con[illegible] ijciet necessario, siccitatem [illegible] adiunctā obti[illegible] re, esseq; intemperamentum ex cal[illegible] itate & [illegible] tate compositum: nam cum ad hecticum habitum acquirendum, opus sit diutina caloris præter naturam actione, rationi cōsonum videtur, necessario sibi adducere siccitatem, alioquin non erit habitus febrilis. Verum cum hoc non constat, an siccitas illa, quæ calori adiungitur, sit in fieri, an morbosa, an tabida; quod est difficultatis propositum. Quare reasserendum fore arbitror, calorem febrilem in genere semper sibi euocaturum siccitatem, q̄ tamen non est necessum ad febris constitutionē esse morbosam aut tabidam, sat. enim est, esse siccitatem præter naturam, & in fieri, quemadmodū ephemeris & putridis febribus plerumq; accidit, nam putrida, quæ in hecticam commigrat, prius omnem humidam putrilaginem deponit, aut si adhuc retineat, siccitas, de qua loquimur, non requiritur in hormonibus ad [illegible] tcæ febris naturam sed in bibentibus partibus, in hecticis vero necessum est ad integram ipsarum naturam, [illegible] tem etiam adesse, ceterum eam non [illegible] sicut in putridis, sed morbosam, & quæ facta quid obtineat [illegible] idq; in prima eius specie [illegible] [illegible] m licet multi asserant, & ex Galeni dec[illegible] stet, hanc fieri ex humiditatum in extre[illegible] ta[illegible] valium & in solidorū spatiis contentorum [illegible] ffer uescentia, nihilominus tamen certum est eff[illegible] licere nullam nondum [illegible] suffe[illegible] re febrem h[illegible] cticæ efficere [illegible] quoque ob aliquo[illegible] pr[illegible] ct[illegible] rum hom[illegible] tatem morbo [illegible] tas contracta [illegible] t, quo tempore incipit febris hectica, & durat

E

F

[illegible] potem.

[illegible] ac [illegible] inat ipsam ex toto [illegible] humiditatibus [illegible]. Post meam sententiam [illegible] bus & mutatas qualitates, quas el[illegible] usoriti [illegible] mor[illegible] te moa[illegible] principio hecticæ: nam pro[illegible]us carnes [illegible] bil[illegible] ex[illegible]ccantur, collabitur corpus, [illegible] & [illegible] oratius redditur. Quæ sa[illegible] vitia [illegible] à calore proficisci possunt, quia [illegible] potius d[illegible] partes, & porositates aperit, quam quod co[illegible]gare & per[illegible]ngere possit, nisi inducta [illegible]. Euidens est huius ver[illegible] [illegible] curandi ratio: quippe duplex est [illegible] humectandi indigentia: *Vna*, quæ sub[illegible] [illegible] reparet, quam substantificam humectationem [illegible] appellant. *Altera* vero, quæ [illegible]s, balneis & [illegible]ctuationibus perficitur, qua naturam potius [illegible] cuparam, cui [illegible] tantum est, collapsas, [illegible]ictas, & corrugatas partes humectando di[illegible]te, quo facilius exsequatur natura primæ [illegible]ctationis beneficium. Quibus euidenter constat, necessario habituali calori siccitatem esse comitem, saltem morbosam. At siccitas ea, quam tabidam appellamus, non necessario cum hecticæ adiungitur, sed solum tabitudini aut mar[illegible]o. Ex quibus probe considera[illegible]s, subsunt ad argumenta dilutiones.

Ad primũ.

Sic enim re[illegible]ondemus. G[illegible] lib. [illegible] de diff. febr. dixisse, *becticarum vnum genus sibi habere comitem tabidam siccitatem. reliquum vero sine ipsa fieri, hoc est, sine tabida siccitate, non tamen sine morbosa, hoc enim in ratione & natura febris hectica videtur impossibile.*

B Ad secundũ

Pro secundi argumenti enodatione præmittendum est, licet febres omnes vna communi & generica ratione conueniant, nimirum quatenus in omnibus calor præter naturam adest factus in solidis membris: nihilominus tamē specifica & peculiari quadam conditione adeo inter se dissidēt, vt conditio illa sit veluti proprium & inseparabile accidens, quo & earum essentia innotescit magis, & differentia peculiaris constituitur. Sic putridæ febres hoc habent sibi peculiare, vt earum calor semper sit dependens, spirituum vero, qui ephemeram constituunt, independens: hectica autem neq; causam habet dependentem aut independentem, sed solum calorem factum & independentem in cordis substantia: habet tamen id peculiarius, quod siccitatem morbosam sortiatur sibi adiunctam, quod aliæ febrium species nō requirunt. Nam sicut ad habitum caloris secundum naturam (*vt prædictus calor forma efficiatur partis*) prærequiritur tanquam necessaria dispositio, certus quidam humiditatis naturalis gradus & tenor, citra quem habitus nũ fiet naturalis: sic procul dubio ad generationem habitus caloris præter C naturam, prærequiritur tanquam immediata & proxima dispositio morbosa hæc membrorum siccitas, quæ etiam suo modo actiones lædat, *vt dictum est*. Quapropter argumento dicimus, de essentia caloris febrilis non esse siccitatem saltem morbosam, verum hectico calori esse veluti accidens proprium, quod ab ipso emanat, cuius ratione differentia prædicta constituitur.

Hectico calori siccitas proprium accidens, quod ab ipso emanat.

Ad tertium.

Vt subsit ad tertium solutio, præmittendum est, quod licet humiditatem aliquam corpus hecticum in principio generet, ea quidem non impedit, quo minus corpus exsiccetur morbosa siccitate: nam prædicta humiditas, quæ noviter generatur, non sufficit corpus humectare ea humiditate, quæ [illegible]itatem protinus tollat [illegible] [illegible]quam quod caliditas illa præter naturam non [illegible] nuper genitam humiditatem, verum [illegible] præexistentes conterit & ex[illegible]cat, eo gradu, qu[illegible] [illegible]cero nequit, quæ denuo generatur. Quo fit, vt necessum sit, corpus in dies m[illegible]s ac magis exsiccari.

Pro quarto vero & vltimo præmitte[illegible]odu[illegible], D *non esse de essentia febris hectica, tabidam siccitatem obtinere, sed satis est ad integ[illegible]tatem [illegible] natura, obtinuisse morbosam*. Et cum de febris essentia in genere sit calor factus, sufficit ad eius integritatem calorem habere factum: quo fit, vt [illegible] detrahat ab eius natura, aliquid habere [illegible]ad[illegible]ctum, quod nō nihil habeat fieri, cum sufficiat vt febris hectica facta dicatur, calorem habere independentem & factum, & siccitatem etiam factam, verum eam solum quæ sufficiat morbi rationem obtinere. Ex quo constat, non tollere facti & habitualis rationem illud quod futurum aut fiens est, si præsit id factum quod natum est morbi naturam & conditionem constituere. Nam cum calor ille factus perpetuo agat in humidum, necessario ad consumptionem maiorem aut minorem eius, sequitur morbosa aut tabida siccitas, quæ proprietas quædam est cōstitutiua speciei, & qua genus, hoc est, calor febrilis, contrahitur ad speciem hecticæ, non quidem quod siccitas sit de essentia caloris, sed quod ex calore & siccitate prodeat quidam E morbus compositus, cuius essentia in vtraq; qualitate sita sit: nam febrilis calor intemperamentũ quoddam est ex quatuor qualitatibus conflatum, immodice tamen exsuperātibus caliditate in habitu facta, & siccitate morbosa.

Ad quartũ. Habitus calidus ad sui generationem requirit tanquam proximam dispositionem morbosam membrorum siccitatem.

Ad quintum dicendum est, verissimũ esse, pulsum durum comitem esse febribus hecticis, plus minusve, prout hæc vel illa eius fuerit species: quia durities propria est omni siccitati morbosæ, qualem in hecticis concedimus. Quo constat, Galenum optime dixisse: cæterum intelligendum est, non conuenire alicui febrium, quia febris est; sed propter aliquid aliud adiunctum.

Ad quintũ.

D I F F I C I L E III.

An febris hectica augeri possit?

CONSTAT etiam ex natura & definitione F febris hecticæ, *eam non posse suscipere incrementum, neque differentiam maioris aut minoris, neque vllam temporum distinctionem*. ex quibus non minus videtur difficile, an febris hectica aliquo modo augeri possit. Quapropter expendendum diligentius est, qualem fixionem sortiatur febrilis hic habitus, & an sit qualitas, quæ facile removeri possit. Adeo enim religiose obseruatum est apud plerosque auctorum, hecticam febrem (*quod habitus sit, & non dependeat à causa*) intendi minime posse, quod me coegit & rei difficultas & vulgatis opinio, paulo diligentius rem ipsam expendere: quippe aliquibus rationibus videtur posse probari, hecticam febrem, cum independens sit, intensionem suscipere non posse.

Hectica febris an possit augeri.

*At habitus non est per se motus, licet intensio aut remissio non fiant citra ipsum, sed febris hectica dicitur habitus. & si intensior futurus est, citra motum nequibit profecto. ergo ad ipsum habitum qui pote[illegible] per inten[illegible]nem acquiri [illegible] per se motus, aut hectica febris non fiet intensior habitus.*

Prima ratio.

G *Nullo [illegible] potest [illegible] febris hectica non [illegible] antecedens probatur.* P[illegible] ab extrinseco [illegible] calor [illegible] nihil potest a certa gradu [illegible] hectico, vt [illegible] temperatur [illegible] ergo non intendetur. Rursus [illegible] incrementum [illegible] vit. [illegible] cum mutetur. & probatur, quia [illegible] habet [illegible] natura [illegible] inde [illegible] [illegible] neque ab intrinseco [illegible] [illegible].

Secunda ratio.

A Verum vt consideremus, qualis natura sit hecticorum corporum habitus, & an manens in eadem natura [illegible] intentionem recipere, in memoriam reuocare oportet Beati Thom. sententiam 1.2. *quæst.* [illegible] *art.* 2. quo loco ex Aristot. *mente* 7. Phys. refert, habitus corporis & animæ esse dispositiones quasdam perfecti ad optimum, & per verbum *perfecti*, intelligit dispositionem secundum naturam. quo quidem habitu disponitur hæc natura bene vel male, *vt* [illegible] *Aristot. dixerat* 5. *Metaphys.* Atqui cum modus & determinatio [illegible] *quæ fit per habitum & dispositionem* ad bonum vel ad malum, fiat in ordine ad naturam rei. & quia ipsa forma & natura rei est finis, & cuius causa fit aliquid, ob id profecto quando modus est conueniens naturæ. habitus habet rationem boni, *vt sanitas & pulchritudo*. cum autem non conuenit, tunc habet rationem

Quæstionis [illegible] habitus [illegible] & animæ est dispositio perfecti ad optimum.

B mali, *vt morbus & calor hecticus.* Verum quia natura est id, quod primo consideratur in re, ideo habitus & dispositio ponuntur in prima specie qualitatis, licet qualitas in genere sit modus, qui importat determinationem ad aliquid. Substantia enim quatuor modis modificari potest: *primo* nimirum ratione quantitatis, & hic est quarta species qualitatis, quæ est figura vel forma, quæ quantitati [illegible] *secundo* modificatur quoad obiecta operationum: & *tertio* quoad principia operationum, secundum quas modificationes attenditur secunda & tertia species qualitatis: *tandem* potest substantia modificari, quoad bonã vel malam operationem, in ordine ad naturam rei: quia habitus & dispositio non solum important ordinem ad ipsam naturam rei, sed etiam consequenter ad operationem: & ideo profecto determinant naturam ad bene vel male operandum, in quantum operatio est finis naturæ, vel perducit ad finẽ. Hos habitus statuunt Philosophi, duplicẽ esse habitum: alterum quidem animæ, & reliquum corporis, *vt constat ex B. Thom.* 1.2 *quæst.* 50. *art.* 1. quorũ sane eum qui ad animam pertinet, vere habitum appellat: corporeum vero, improprie & per acci-

Substantia quatuor modis modificari potest.

Habitus duplex, animæ & corporis.

C dens, ac solum per similitudinem. Nam cum ratio habitus sit esse dispositionem difficile mobilem, constat corporis habitũ non esse huiusmodi, propter mutabilitatem corporalium causarum: potest tamen esse difficulter mobilis per collationem ad tale subiectum, aut ad alias dispositiones: [illegible] qualitates animæ, quæ vere *habitus* appellantur propter immutabilitatem subiecti, & causarum firmitatẽ: quippe habitus scientiæ firmissimus est, & difficulter mouetur quia per demonstrationem acquiritur, [illegible] maxime existit causa. Præter [illegible] habitus et dispositiones [illegible] & [illegible] naturales [illegible] po[illegible] vnum [illegible] id profecto consequuntur proprie habere habitũ: quo

Habitus corporis non est difficile mobilis, sed difficulter.

[illegible] n[illegible] eq[illegible] [illegible] ve[illegible] cus, [illegible] Ex q[illegible] d[illegible] om[illegible] habitus & d[illegible] on[illegible] tanquam [illegible] duas [illegible] rum [illegible] [illegible] quas est ipsæ essentialiter [illegible] [illegible] q. est. [illegible] differentiæ [illegible] esse, [illegible] & habitus [illegible] appellauit B. [illegible] *dispositione* [illegible] qui [illegible] non est dispositione [illegible] neq; habitus [illegible] tam propriissime [illegible] ad [illegible] natura [illegible] qui eadem [illegible] prædictus habitus corporeus [illegible] æmulatur, qua à dispositione [illegible] ratione perfecti & imperfecti [illegible] ex doctrina B. Thom. *loco citato* [illegible] quos esse habitus, qui nõ [illegible] ne à dispositione, vt calor, qui [illegible] calor, qui vehementer radicatus [illegible] cto. & exemplũ assignat in pueris & iuuene. [illegible] fit, vt dispositiones aliquæ [illegible] in subiecto fiant habitus, & aliæ sunt dispositiones sua natura, & ob id nequeunt fieri habitus [illegible] *ephemera febris.* Quibus non obstantibus [illegible]

E dum est, differre etiam modo, *vt* [illegible] *eius operis* [illegible] *an febrium diuisionibus*, quod [illegible] ad [illegible] uisionem specificam, & essentia eius. Differunt tamen habitus & dispositio corporei a [illegible] qualitatis speciebus, quia frigiditas primæ speciei subiectum bene vel male secundum suum esse disponunt: inquit enim Beatus Thum. *Calorem & frigus secundum quod conueniunt naturæ rei, pertinent ad sanitatem. & hoc modo caliditas & frigiditas ponuntur a Philosopho in prima specie qualitatis* [illegible] *eadem met, vt in tertia specie sita secundum passione subiecti sunt qualitates, non quidem secundum quod subiectum bene vel male disponunt secũdum suum esse.* Quam sane doctrinam longe clarius & verius explicuit Beatus Thom *loco addicto artic.* 4. constituens veram differentiam inter qualitates primæ speciei, & eas, quæ ponuntur in tertia: nam cum qualitates elementorum secundum vnum modum determinatum naturis elementorum conueniunt, tunc profecto non dicuntur dispositiones vel ha-

F bitus. sed simplices qualitates, nitentes proprii elementi formam introducere, & ad eam disponere. mediante passione, qua fit passibilis qualitas, via quidem & dispositio ad introductionem formæ eius elementi, cui respondet hæc qualitas, quo tempore ad tertiam speciem proculdubio pertinet. At dispositionem & habitum corporeum appellamus eas qualitates, quæ important quandam commensurationem plurium qualitatum, quæ [illegible] modis commensurari possunt, vt sanitas & pulchritudo. Nam ob eam rationem, vt docet B. Thom. *loco citato art.* 4. ex Aristot. mente 5. *Metaphysic.* habitus & dispositio diffiniuntur per dispositionem, quæ nil aliud est, quam [illegible] habentis partes secundum locum, potentiam [illegible] speciem. Quapropter commensuratio qual[illegible] passiuarum secundum conuenientiam ad naturam habent rationem dispositionis [illegible] habitus [illegible] probe ab eis natura disponatur [illegible] sin autem male, morbus [illegible] ppe [illegible]

Habitus & dispositio diffiniuntur per dispositionem [illegible] Aristot. dispositio quid.

uarura-

naturale temperamentum aut intemperamentum, quod ſane tunc habet rationē habitus, cum qualitates, quæ ipſum conſtituunt, aut extrinſecus occurſant, ceſſant ad inuicem agere & pati: quo fit, vt ceſſet etiam omnis cauſalitatis ratio, & temperamentum ſuperſit habituale, factum & independens, & quaſi forma partis effectum.

Cognita igitur habitus corporei natura, quę ob mutabilitatē corporalium cauſarum & ſubiecti, habitus naturam non attingit: cõſtabit profecto, hecticam febrem (*cum verè habitus non ſit, ſed corporalis habitudo*) intendi ac remitti mille modis poſſe, quod null⁹ dubitare poterit: neq; etiam, quod grauius dubium eſt, *an poſt intenſionem & remiſſionē maneat eadē habitus ratio, vel mutetur protinus in qualitatem vel paſsionē.* Cuius doctrinæ gratia ſtatuendum eſt, hecticorum corporum habitum tribus modis poſſe conſiderari: *Vno* quidem in eſſe caloris: *Alio* in eſſe caloris præter naturam: & ruſus: *Tertio* in eſſe habitus eo modo, quo dictum eſt. Appello quidem calorem ſimpliciter, ſolum habita caloris excedētis conſideratione, vel, *vt rectius loquar*, prout eſt paſſibilis qualitas, licet eius iam fuerit cõtractus prædictus habituationis modus. Item calorem præter naturam dicimus, prout in eo conſideramus conditionem diſtinctam, aut contrariam qualitati caloris naturalis. Tandem habitum dicimus eum calorem, prout iam praue diſponit naturam.

*Hecticorū corporum habitus tribus modis conſiderantur.*

Quibus habitis ſtatuendum eſt, prædictum febrilem & habitualem calorem omnibus præfatis modis poſſe intendi & remitti, manente ad modū dictum habitu pręter naturam praue ipſam diſponente. Quippe euidentiſſimum eſt, habituatum calorem optime poſſe augeri, manēte habituali in eadem diſpoſitione, vt in reſpõſione ad quartum tertiæ quæſtionis nuper adduximus de calore putridæ febris addito corpori hectico: quo fit, vt optime poſſit, vt calor eſt, intendi citra mutationē habitus. Verum quatenus calor hecticus dicit. calorem præter naturā longe euidētius poſſe augeri & fieri intenſiorem, conſpicimus: ratio huius eſt, quia cum habitualis ille calor indies magis ac magis humiditatē conterat, cuius defectu iudicetur magis, ſicciorq; & longe diſſitus fiat à natura noſtri caloris, qui humidus eſt & vaporoſus, fit profecto, vt præternaturalior efficiatur, tum quod ob ſiccitatē ſibi adiunctam efficacius operetur, ac ob id actiones longe magis vitiet, ſignū profectu intenſionis pręternaturalitatis: tum vero, quia ea ratione magis accedit ad naturam ignis diſceditq; à natura mixti & temperamēti, licet gradus caloris ſemper ſint idē, quia hecticus calor independens eſt, & factum intemperamentum. At in ratione ēt habitus (*quod minus videtur dubium*) prædictum calorem intendi ac remitti optime poſſe, facile conſtabit: ſi prius dixero modū, quo hic habitus hecticus contrahitur. Huic ſane habitui comparando, neceſſum eſt calidam cauſam agentē tantam formæ (*vt aiunt*) multitudinem aut intenſionem introducere, quantam valet corporis natura recipere, vt vicem naturalis temperamēti gerat: quod neceſſum eſt coercere, vt ſolū reſiſtere poſſit, quominus ex toto pereat, non tamen agere, niſi quantum par eſt ad vitales actiones, perperā tamen effectas. Qua ſemel producta caliditate, & abiecta efficacia paſſi, reſultat virtute multitudinis formę introductę, aut intenſionis habitualis quędā qualitas, tanta intenſione prædita, quanta fuit virtus multitudinis formæ introductæ, aut agētis efficacia. Quibus ſic habitis præmittenda eſt doctrina B. Th. *p. 2. qu. 52. art. 1.* qua parte ſtatuit, quod illa, quę recipiunt ſpeciem ex aliquo, ad quod ordinātur, poſſunt ſecundum ſeipſa diuerſificari in plus vel minus, & nihilominus ſunt eadem ſpecie, propter vnitatem eius, ad quod ordinantur, ex quo recipiunt ſpeciem. Et ponit exemplum in ſanitate: nam *corpus* inquit, *pertingit rationem ſanitatis, ſecundum quod habet diſpoſitionem conuenientem naturæ animalis, cui poſſunt diſpoſitiones diuerſæ conuenientes eſſe, vnde poteſt variari diſpoſitio in plus vel minus* (Medici enim appellant ſanitatis latitudinem) *& tamen ſemper remanet ſanitatis ratio.* Quo fit, vt iure optimo dixerit Ariſt. 10. Eth. *ſanitatem recipere magis & minus: nam huiuſmodi commenſurationes diuerſæ ſanitatis, ſe habent ſecundum excedens & exceſſum.* Quod ſane documentum de habitu præter naturam pari ratione ſubaudire oportet: nam qualitates, quæ plurimum diſtant à ſubſtantia, & coniunguntur paſſionibus & actionibus, recipiunt quidem magis & minus, ſecundum participationem ſubiecti, à quo ſumūt ſpeciem. Sic profecto calor hecticus, qui huiuſmodi ſpeciem ſumit à ſubiecto (*ſicut ſanitas, quæ talem naturam ſortitur à corpore, cui adhæret*) intendi & remitti optime poteſt, non variata ſpecie habitus, niſi ſolum intenſiori facto eodem habitu: nec inconuenit, habitum dicere perfectionē, & ob id non poſſe mutari, quia habitus ſanitatis non dat corpori eſſe ſpecificum, ſed accidentale. Quo ſuppoſito conſtabit euidenter, ſiquidem hecticus hic calor non habet veram habitus rationē, ad quam nullus eſt per ſe motus, ac licet verus ſtetiſſet, poſſet optime augeri: nā caliditas illa quāuis augeatur, eius motus non terminatur primo & per ſe ad diſpoſitionem & habitum, ſed vt paſſio ad paſſibilem qualitatem, cuius augmentum ſequuntur habitus aut diſpoſitio per modum cõſecutionis, quo intenſiorem fieri habitum mirum non eſt, licet id non intendat caloris motus, vt habitus eſt. Nam caloris intenſio & motus ad vlteriorem gradum, primo & per ſe non niſi in ignē aut mortem tendit, non quidem in habitum: is enim ſolum ſequitur, hoc eſt, per modum ſequelæ ſuccreſcit, facta enim alteratione ſecundum calidum & frigidum, ſequitur, hominem alterari ſecundum ſanum & ægrum, *vt ſcripſerat Beatus Thomas loco citato in reſponſione ad 3.* Sed inſtabit aliquis, *ſi hoc eſſet verum, ſequeretur, quod caliditas, prout pertinet ad tertiam ſpeciem, effectiue cauſaret rationem habitus aut diſpoſitionis: quod videtur eſſe falſum; quia eadem res numero eſſet cauſa efficiens & effectus.* Pro cuius dubii enodatione expendendum eſt, efficientem cauſam eſſe in duplici differentia: *Vnam*, quæ cum tranſmutatione producit effectum, de qua quidem verum probat argumentum, & nos in hac parte non intelligimus: *Alteram* vero, quæ non per tranſmotationem, ſed per conſecutionem quandam producit talem effectum: quo tempore nullum eſt inconueniens. Exemplo ſunt propriæ paſſiones, quæ non diſtinguuntur realiter à ſubiecto, *vt in ente bonitas & veritas*, quæ ſunt idem re cum ente: cum hoc tamen ens ſe habet ad illas in genere cauſæ efficientis. Quod quidem pari penſu de habitu & diſpoſitione intelligendum eſt: nam caliditas primo & per ſe cum intenditur, effectiue producit inten-

*Febrilis & habitualis calor tribus modis augeri poteſt.*

*Habitus hecticus febrilis quomodo contrahatur.*

*Dubium. Solutio. Efficiens cauſa duplex.*

intensionem qualitatis calidæ, prout pertinet ad ternam speciem, ut vero consequitur tanquam propria passio, quædam tamen formalis distincta a caliditate, non re, sed solum ratione, nimirum, ratio habitus aut dispositionis, quæ ea ratione, qua consequitur caliditatem, ad alios mensuram introducitur, ut habitus intensiur præexsistentes, eo qui prius exsistebat non corrupto, sed intensiori facto, & uno cum adueniente: quod nullum est inconueniens, quia solum acquirit nouum modum se habendi, non quidem nouam entitatem. Quo fit, ut nullum sit inconueniens, habitum hecticum intendi, siquidem calorem augeri est possibile, & ad eius augmentum rationem habitus, maxime cum hecticus calor non habeat rationem veri habitus, sed solum sit radicata dispositio, quæ magis & minus susceptauit, cum non differat nisi accidentaliter à qualitate caloris, quæ, ut patet, intensibilis est. Cum hoc tamen ob similitudinem in difficultate remotionis cum vero habitu, addimus huic calori fixo quandam rationem formalem, distinctam à caliditate, saltẽ ratione. Præterea licet dictum sit, magis aut minus suscipere posse prædictum calorem habitualem, expendendum tamen est, hanc intensionem non posse suscipere ab extrinseco, si intensio per additionem grados futura est; quia talis affectus non dependet à causa, à qua possit eum gradom suscipere: verum si fieri debet per maiorem radicationem in subiecto, poterit quidem ab extrinseco intendi, calore ipso (*quantumuis independens sit*) humidum consumente, seseque insinuantem subiectum penitius & radicatius. Verum imminui & remitti poterit quidem utroque modo; nam ab extrinseco remittetur calor, maxime si Medicus extrinsecus prohibentia remoueat. Quippe primo calor redditur naturalior, ob inductam humiditatem; postmodum vero remittitur aliqua pars ultimi gradus caloris ex temperie humidi acquisiti, & attemperato extrinsecus excessu caloris, qui est prohibens: quo tempore efficitur calor minoris intensionis quoad gradum, & quoad radicationem; & subito perit ratio habitus, ut per modum consecutiuus factus fuerat; nihilominus tamẽ remanet ille calor, qui superest præter naturam, donec adeo ab utraque causa naturalior & remissior fiat, quod non habeat rationem febris, sed dispositionis, seu intemperamenti calidi corporis neutrum conualescentię circumscribens, eo quod iterum solutus & maior factus calor innatus dominetur, actionesque liberius exsequatur ac remittat externo adminiculo omne intemperamentum: Atque hac via & ratione subest responsio ad argumenta.

G

Hecticus calor non habet rationem veri habitus, sed est solum radicata dispositio.

334 A

Hectica quando possit intendi aut remitti ab extrinseco, aut intrinseco calore.

B

Ad primũ.

Ad primum igitur respondendum est, *Hecticam febrem non esse verum habitum, sed fixam dispositionem, qua fixior fieri potest per maiorem radicationem in subiecto, & intensior ab extrinseco per acquisitionem noui gradus, noua adueniente causa: nam secus impossibile est, cum sua natura sit affectus independens. Pari etiam ratione remitti potest modo dicto, & iuuante etiam causa externa. Itaque præterquam quod hectica non est verus habitus con[illegible]atione quadam efficitur radicatior.*

Ad secundũ.

A[illegible]e ondum dicimus, *Prædictum habitualem calorem optime posse fieri ab extrinseco, quatenus pertinet ad præter naturalitatem ab extrinseco vero optimè probat argumentum, non posse intendi nisi noua causa accedat, quod abunde probatum est in quæstionis enodatione.*

*Quod si quis dixerit, Augmentum caloris hectici semper habere coniunctam putredinem, quæ semper ab extrinseco augetur, præter modum a nobis citatum expendat, nõ esse leue inconueniens concedere febrem hecticam perpetuo & ex sua natura complicari cum putredine, quia semper opus est mixta curatione, ex prophylatica & præcautoria putredinis, quæ cum hectica habet ratione causæ augmenti, quod nemo facile concedit, neque auctorum decretis cogi potest, præterquam quod euidenter & necessario in quauis febre hectica erunt ratione caloris quatuor tempora, quemadmodum in putrida: & insuper ratione huius magis magis esset hecticus refrigerandum, quod veretur omnes prudentiores, quia vel minus refrigerant vel æqualiter, & semper magis ac substantialius humectant, præterquam quod plures sunt hecticæ, quæ incipiendo ac citra præexistentem putredinem generantur.*

## DIFFICILE IV.

### An hectica [illegible] ardenti f[illegible]re inte[illegible]sior?

EX his, quæ mox [illegible]cta sunt, atque ex diffinitionis verbis prodit non leue dubium, nimirum *an possit hectica febris causone intensior fieri.* In qua re pro utraque parte sese offerunt multę rationes: nã hecticam esse intensiorem, probant duę rationes, quarum prima se habet in hunc modum:

Hectica calore intensior.

*Hectica febris fit ex ardenti, & hoc nequit esse nisi per maiorem intensionem, ergo erit ipsa intensior.* Maior est mille experimentis manifesta, & minor probatur, *quia febris ardens habet formale morbi in habitudine in cordis substantia, hectica vero in habitu, ergo necessario fict per maiorem intensionem.*

Prima ratio.

E

*Febris hectica necessario interficit ex propria natura, nisi diligenter præueniatur: febris vero ardens contingenter, ergo efficacioris est & intensioris qualitatis hectica febris.*

S. canda ratio.

Sed ex altera parte non minoris momẽti rationes sese offerunt, quibus facile probari potest, ardentem febrem esse longe intensiorem, & prima se habet in hunc modum:

*Febris ardens citius per calorem interficit quam hectica: hoc nequit fieri citra efficaciorem caloris conditionem, hæc prouenit ab intensione, ergo erit hectica intensior.* Maior est experimento vera, & minor probatur. *Ea est intensior qualitas, quæ citius dirimit nostrum calorem, & grauiora constat accidentia, talis est ardentis febris calor: ergo: nam ratio victoria supra innatum calidum prouenit ab efficacia agentis: talis apparet in causone, cum citius dissipet innatum calorem, quam calor hecticus, ergo necessario erit ipse intensior.*

Prima ratio.

*Si ratio habitus est, bene vel male disponere naturam, tanto deterior erit habitus aut dispositio, quanto perniciosius disposita apparuerit natura: talis apparet in causonide, ergo deterior erit eius dispositio:* quod vero hæc prauitas dispositionis ab intẽsiori calore prodeat, patet (*ut sensus iudicio liter disternere*) nam *mitior apparet hecticus calor & naturali simillimus: intensior vero febris ardentis & acrior, quippe quæ ustione extrementa æruginosa & nigra reddat, & corpus colliquatione tabefaciat,* ergo *necessario tenetur quis indicare longe intensiorem esse.*

F

Secunda ratio.

Duo mihi subsunt agenda ad huius quæstionis enodationem: Primum erit, *discernere, uter horum calorum sit intensior:* secundum vero, *quid argumentis respondendum sit.*

Quæstio[illegible] [illegible]cabo quot modis [illegible].

Circa primum statuendũ est, uniuersam huius dubii enodationem pendere ex vera & integra notitia intensionis qualitatum: constat enim ex

maiori

G maiori Philosophorum parte, intensionem fieri vno è duobus modis: *Vno* per propriam intensionem ex additione gradus in subiecto. *Altero* quidem per maiorem radicationem in illo. Ex quo constabit profecto, has febres longe diuerso intensionis modo dissidere: nam cum intensio, quoque fit per maiorem radicationem in subiecto, sit velut quoddam complementum formæ in eodem subiecto adæquato. & in hectica febre calor ille præter naturam factus formæ accidentalis, loco natiui caloris, semper magis ac magis perficiatur, & perfectius ob maiorem radicationem actuet subiectum, constat, maiorem in ea esse intensionem, quam in quauis alia febre.

Hectica secundum maiorem radicationem in subiecto intensior ardente.

315 A Verum quatenus ad gradus caloris attinet, dubium non est, quin longe plures sortiatur febris ardens. Vtrumque tamen probari potest euidentissimis rationibus: nam ex ardenti febre per maiorem eradicationem in subiecto efficitur febris hectica: at longe maiores apparent in ardenti febre caloris præter naturam actiones, quod plures sortiantur caloris gradus, quibus effectus caloris eluceot magis. Præterquam quod semper fouentur illi gradus à caosa calfaciente, quam habet febris ardens: quibus accedit id, quod inflammatur in ardenti, tenuioris esse substantiæ, quo fit, vt minor in hectica eleuetur flamma: qua occasione censeo Galen. dixisse, nullam hecticam esse magnam febrem. Denique, si quis consideret caloris gradus, longe plures sortitur febris ardens, ac si intensionem hac via fieri concedendum sit, procul dubio lõge intensior habenda est. Verum si radicationẽ in subiecto consideres, nulli dubium est, quin fe-

Ardens secundum additionem graduum calidior, intensior est hectica.

B bris hectica reliquis omnibus longe intensior existat, etiamsi non sortiatur tot gradus ac ardens. nam potest introduci in declinatione ardẽtis hectica febris, & cum hoc erit intensior per maiorem quam sortitur eradicationẽ in subiecto: nam hæc est differentia inter gradus additionem, & maiorem radicationem in subiecto, quod acquisitio habitus sit per maiorem eradicationem, at formæ agentis introductio non nisi per plurium graduum additionem, donec forma introducatur agentis, & compleantur gradus latitudinis cuiusque elementi aut alterius agentis. Qua ratione necessum est statuere, his duobus modis necessario debere fieri intensionem iuxta diuersitatem rei introducendæ, videlicet habitus, aut elementi formæ, nam hoc solum per additionem gradus illud vero per maiorem in subiecto eradicationem. Qua distinctione facile erit, & intensionis dubium & hoc præsens enodare.

C Ex quibus ad primum subest responsio, nimirum, *Hecticam febrem fieri ex ardenti, non tamen per additionem gradus, sed solum per maiorem radicationem gradus præexistentis in subiecto (& aliquando per radicationem minoris gradus) quippe facta & independens efficitur, at subiectum informans, quod antea tum fiens esset, nequibat.*

Ad primum.

Ad secundum dicimus: *Febrem hecticam necessario, nisi præueniatur, laborãtem interficere more consumptionis naturalis per humidi resolutionem à proprio calido: quia omnis forma, quæ non est in subiecto naturali, tendit in sui corruptionem, nisi aliunde conseruetur: quo fit, vt calor ille præter naturam ex hac peculiari conditione id necessario nitatur efficere. At calor febris ardentis nondum habet rationem formæ, saltem in corde, in quo solum est in habitudine (licet in humoribus sit in facto esse, quod eos putredine nitatur corrumpere) & ob id non interficit necessario, sicut calor hecticus qui factus est, & vitam caloris innati gerit.*

Ad secundũ.

Ad primum vero alterius factionis dicendum D est, *Febrem ardentem citius interficere, potius quidem ex modo, quo vtitur ad mortem inducendam, quam ob maiorem intensionem. Nam licet in vtraque febre mors sequatur innati caloris corruptione, citius autem fiet in ardenti febre, quia calor naturalis dissipatione perit, aut ex copia, vel abundantia suffocatur, manente quidem maiori humidi radicalis parte: at in hectica febre vniuersa humidi portio dissoluitur, cuius defectum sequitur mors.*

Ad primũ.

*Et enim dissoluere calorem, longe facilius fit quam humidum, ob tenuitatem & facilitatem passi, ob id potius ardens febris & citius interimit, quam ob maiorem intensionem. Cui rationi accedit, actionem hanc dependere à causa fouente, illam vero à calore independente, quantumuis radicato existente.*

Ad secundũ.

Huic secundæ rationi dicendum est, longe deterius disponere naturam calorem habitualis, quam febris ardentis, cum ille primus calor veluti habitualis sit, hic vero solum dispositiuus. Probant hanc veritatem accidentia, quæ succrescunt in ardenti febre, quæ solum oriuntur ex natura pugnante, niténteque contrarium euincere: at E calor hecticus deuictam habet naturam, & ipse iam connaturalis factus, quia ex toto abiecit & superauit contrarium. Ex quibus constat, deterius dispositam fuisse naturam in hectica, quam in ardenti.

## Difficvlta V.

### An febris hectica diuidatur in species?

CVm vulgari quodam loquendi modo consueti, febrem hecticam in plures species diuidi, rationi consonum hac in parte mihi visum fuit, in controuersiam ducere, an febris hectica diuidatur in plures species. Sed quod affirmatiua huius controuersiæ pars vera quodammodo videatur, iam probare aggredior.

Hectica an diuidatur in species.

*Calor præter naturam in febre hectica occupat diuersa subiecta, idque diuersimode, sed sola hac ratione distinguuntur putrida, ephemera, & hectica, ergo pari lege in hectica plures aderunt species.* Antecedens probatur, *occupat diuersas humiditates specie inter se differentes, carnis nimirum, & solidorum membrorum:* ergo *necessario calor febrilis in eis succensus, erit specie diuersus, ac ex consequenti erunt diuersæ species.*

F Prima ratio.

*Siccitas habitualis, quæ calori hectico adiuncta est, adeo est in diuersas species dissecta, vt diuersos efficiat morbos, non solum nomine (siquidem primus hectica, secundus tabes, & tertius marasmos dicitur) sed & re diuersos,* ergo *necessario in species dissecanda est:* antecedens patet, *quia nulli est dubium, quin siccitas primæ speciei, specie differat à siccitate secunda, & secunda à tertia, siquidem humiditate, quæ consumuntur, specie inter se differunt,* ergo *& morbi, qui ex eisdem prodeunt, specie etiam differre tenentur.* Nec valet, si dixeris, *Siccitate quoad magis & minus differentes, specie non differre: siquidem siccitas non habet rationem morbi, prout pertinet ad tertiam speciem qualitatis, sed tantum prout dicit habitum aut dispositionem, quibus bene vel male disponitur natura.*

Secunda ratio.

Tertio sic arguitur, *Diuersam omnino præsagendi* G *rationem præbent ê se prædictæ febris hecticæ species, sed* di-

Tertia ratio.

*diuersum præsagandi principium nequit vnus morbus, neque vnam rationis præstare, ergo febris hectica, quæ id ex propria natura habet, necessario in plures species dissecari debet:* antecedens probat Gal. qui *lib. 1. de differ. feb. primam speciem asserit facillime curari: impossibiliter vltimam, secundam vero non facile, sed hæc diuersitas vni speciei conuenire non potest,* ergo *à diuersitate specifica ipsius morbi necessum est prodeat.*

336 A

Difficultatis enodatio.

Pendet profecto vniuersa huius dubii enodatio ex notitia naturæ caloris, qui febris hecticæ naturam complet, & eius etiam, qui reliquas febres constituere natus est. In qua quidem re tanquam verissimum arbitramur, quod licet vnius naturæ & conditionis in genere sit omnis calor, qui præstaturus est febris rationem, cum hoc tamen ex diuersitate modi, quo operatur in ea parte, in qua viget, à diuersitate partis sumpto principio, prodit specifica & essentialis morbi differentia. Quippe certissimum est, vnum & eundem calorem verti in igneam naturam, ac febrilem fieri in omnibus febrium differentiis: verum cum hoc, prodit in actione ab eo diuersitas adeo mirabilis, vt videatur ab vno agente fieri non posse. Habet enim is calor præter naturam vbicunque adhæret, si potens sit, aliquid necessario corrumpere, siue id sit frigidũ, siue calidum innatum, siue naturale humidum eius rei, cui adhæret: si vero corrumpat calorẽ naturalẽ partis aut humoris, necessario putredo subsequetur: quia cum natiu⁹ calor imminuatur, humidum protinus separatur à sicco, & putredo succrescit protinus.

Caloris hectici diuersitas mirabilis, & quais natura sit.

B Verum si idemmet calor præter naturam humorum natiuam humiditatem dissipando corrumpat, *vstio* proculdubio pullulabit. Sic pari ratione, si idemmet calor partem solidam obsideat, dissipetque eiusdem partis calorem, aut ex copiosa & calida materia suffocetur, corruptione seu gangræna periclitabitur particula. Cæterũ si proprium partis humidum adoriatur, calore ipso facto habituali: tunc profecto siccabitur particula, & hectica febre contabescet defectu propriæ & alimentosæ humiditatis. Est tamẽ pulchra differentia inter calorem febris putridæ, & calorẽ hecticæ febris, quod in febre putrida, actione caloris membrorum, qui nondum factus est habitualis, humorum putredo indies benignior & naturalior efficitur, donec ipsius cordis affectio inclinata & remissa omnino appareat: in febre vero hectica humiditas naturalis, cui inhęret calor pręter naturam, indies magis ac magis ab eodẽ calore dissipatur, & præternaturalior redditur, donec ex

Calor febris putridæ & hecticæ quid differant.

C toto marcore consumptum perit animal. Quo fit, vt longe diuerso modo saluti restituantur hæ duæ affectiones: quippe putrida febris inclinat vacuata materia, cui calor præter naturam inhæret: hectica vero inclinat, facta sufficiente refectione eius, quod calor præter naturam vacauerat. Ex quibus euidenter constat, huius mali differẽtiam pendere ex diuersitate partium, quæ calore præter naturam siccantur, quarum ratione & diuersitate, diuersitatem quoque in febre hectica Medici statuunt, qualis vero hæc futura sit, iam audies, si prius dixero quędam ad huius rei enodationem scitu necessaria.

Hecticæ diuersitas ex diuersitate caloris.

Primo tanquam verum & firmum statuendum esse arbitror, hecticã febrẽ speciem esse infimam & specialissimam, nullamque amplius pati in alias species veram diuisionem: cum hoc tamen asserendum est, varias in sui constitutione [illegible] partes, quas potius sic esse appellandas, q[illegible] censeo, cum potius ex vna eademque calo[illegible] ter naturam actione in varia subiecta prodeant, quam ex diuersitate causæ, aut habitus caloris [illegible] vicem morbi præstat, cum vnus & idem sit æqualitate [illegible] iore scione præditus ab hectica vsque ad [illegible] marasmum. Partes tamen habere certum est [illegible] *tempora*) ea lege morbum constituentes, qua[illegible] sum expositurus, si prius dixero, quãtum diff[illegible] tatis sit in doctrina Galen. & aliorum docto[r]um, nusse partes, quæ siccari possunt, ea licet [illegible] febrem hecticam constituere nata sit cur on[illegible] cunque modo fiat, febrem huius naturæ [illegible].

Hectica in alias species diuidi non potest, cum sit species

per assig[illegible]

D

Habet tamen partes seu tempora.

Præmittendum insuper est, solidas partes [illegible] esse à veteribus appellatas, quib. corpus integratur seclusis humoribus & spiritibus: quas sanè [illegible] *ceptis ossibus*) in Fibrosas diuiserunt & Membranosas, quæ propriè solidæ sunt & aliarum fundamentum, & in Carnosam substantiam, quæ fibrosas & membranosas vestit. Præterea adest in prædictis particulis proprium quoddam humidum natiuum & contractum à principio generationis. adest & nutritiua humiditas, qua & partes crescunt, & prædictum humidum natiuum reficitur. Cæterũ hæc

Partes a veteribus vt appellatæ.

Solidæ triplices.

E nutritiua humiditas multiformis consideratur à Galen. necnon & Auicen. nam *quædam* est innominata in extremis venis existens, non longe dissita à natura sanguinis. *secunda* roris modo per partes sternitur: *tertia* cambium appellata: *quarta* vero gluten ab omnibus nuncupata.

Humidum nutritium quadruplex.

His habitis constat, ex doct. Galen. variè visas esse febris hecticæ partes iuxta varietatem prædictarum partium & humiditatum, adeo vt nullibi constet vnus & idem modus, aut vna & eadem sententia. Quippe *lib. 10. meth. prope fin.* statuit *primam* differentiam seu partem febris hecticæ constituere consumptionem humiditatis, qua cordis partes nutriuntur: *Secundam* tamen scribit fieri, vbi carnosum genus contereretur: *Tertiam* vero, vbi fibrosæ & neruosæ partes liquantur & conteruntur. Verum si quis legat Gal. *1. de diff. febr. c. 8.* reperiet, solum in natiuum humorem varie alteratum aut consumptum omnes partes seu species referri, nulla neruosarum aut carnosarũ partium facta mentione. Sed statuit *primam* speciem fieri ob efferuescentiam natiuæ humiditatis, in qua virtus quam paucissimum laborat. *Secundam* vero fieri & durare interim, dum consumitur hæc eadẽ natiua humiditas. At *tertiam*, quam tabidam appellat, statuit dicens: *Dico autem tabem incipere, quando natiuus humor, qui in vnoquoque dispergitur corpore in spatiis particularum cõsimilium intermedius, & iam cordis substantia aboleri periclitatur: donec enim pars huius reseruatur, solum febris hectica exsistit, nondum etiam tabida. Cum vero iam res eo periculi peruenerit, vt nihil etiam ex tali humiditate superfit, tunc exquisita tabes consistit.* Itaque constat ex Galen. verbis, febris hecticæ partes fieri, dum hæc natiua humiditas efferuescit, primam: dum absumitur, secundã: & iam ipsamet absumpta penitus, tertiam. Dimitto hic in parte eundem Galen. *lib. 7. meth.* quatuor statuisse siccitatis species, quod eo loco solum studuerit prædictas siccitates venari, non febris hecticæ partes. Sed quam varius fuerit prædictis duobus locis, nemo est, qui ignorare possit. nam aliud est, proprium pro quo aluntur partes humidum siccari;

Hecticæ partes varie a Gal. visæ.

cari, quod Gal. 10. *meth.* scribit, primam speciem constituens, & aliud profectò est ac longissimis intervallis dissitum, eadem constituere sola natiui humidi effetuescentia, vt 1. *febr. scripserat.* Item aliud est, carnosam substantiam liquari, vt constituat secundam speciem, quod scripserat 10. *meth.* & aliud profectò, siccari innatum humidum eandem constituens 1. *feb.* quod dicerat 10. *meth.* constituere primam, & pari etiam ratione in tertia specie videtur differre, statuens, eam esse solidarum consumptionem, 10. *meth.* & humidi natiui omnimodam priuationem 1. *febrium.*

Verum vt quis ab huiusmodi varietate sese extricat, concipiat primo, non omnem siccitatem, vel cuiusuis humidi consumptionem, vel quauis alteratione factã, aut cuiusuis partis, febrem hecticam constituere, sed eam prodire ex certis, & certo ac determinato quodam modo vitiatis & corruptis. Stat enim corpus siccari deficientibus, quę in exilibus venis sunt humiditatibus, & corpus hecticum non esse: constat etiam frequentissime carnem & pinguedinẽ colliquari, & exsiccari subinde corpus, cum hoc tamen febre hectica carere: quod quidem in ardẽtissimis febribus, & diuturnissimis non raro conspicimus, corpore ad marcorem fere deducto, febris tamen hecticæ exortæ. Quorum *primum* censen fieri, quia humiditates illæ nõ dicuntur adhuc membri humiditates, quod existant adhuc in exilibus venis: *secundum* vero fien optime potest, & hecticam non adesse, quia hæc in solo calore facto, peculiari sui conditione natiuam sitam habet. Qui sane calor cum in membris factus non remaneat, quantumuis corpus siccitate contabescat, vt in conualescentibus ab ardentissima febre, vel solum fiens existat, nulla ratione hecticus dici meretur, quãtumuis corpus exsiccatum existat.

Ego tamen in hac re veritatis potius, quam inanis gloriæ cupidus, longe aliter cogor, quam Gal. & reliqui sentire. Quippe vbi ratia est in vno eodemque auctore, ac in vna re dissonantia & varietas, licebit profectò cuius philosophari vt libuerit, maxime si studuerit ex principijs naturæ rei difficultatem enodare. Pr. sertim si eius sententiam esse veram, probauerit ex eiusdẽ Gal. verbis, vt in hac controuersia conabor efficere. In quo sane opere præmittendum est *primo*, hecticam febrem, licet in partes diuidatur, non posse in species dissecari, quia quantumuis tres humiditates (*vt mox sum probaturus*) consumantur, id quidẽ fit vno tantum calore præter naturam modo, nimirum, per consumtionem proprij humidi, more caloris naturalis, & ob id hæc febris habitualis dicitur: *Secundo* præmittendum est, triplicem in nostris corporibus ministerio constitutionis hecticarum febrium aptã reperiri humiditatem: vnam quidem *alimentosam*, multis carnosam appellatam: secundam *primigeniam*, reliquam vero *elementosam*. *Carnosa* profectò est humor quidam alimentarius, cõcretus, roridus, & qui iam sparsus per mẽbra, mullemque factum efficiens, verum existens alimentum, quod vere & actualiter assimilatur, ac ob id deperditum restituit. *Primigenia* vero est, ipsius innati calidi substantia, & humidum radicale à principus corpori præstitum (*non sicut carnosus humor ex sanguine in corpore genitus*) in quo spiritus seu innatus calor consistit. *Elementalis* autem humiditas ea est, qua partes corpulentiam sortiuntur, & vel ut alterum membrorum solidorum elementum existens, quæ cõmonis est omnibus corporis partibus, tam carnosis, quam solidioribus. Quæ sane, postquam ad summum incrementum peruenit animal, neq; augetur, neq; nisi magna causa dissoluitur aut corrumpitur. Quo fit, vt mortuo adhuc homine (*nisi naturaliter interreat*) etiã superstit. Neq; hic intelligimus per dictam humiditatem, eam, quæ vinculum est partium elementalium, quę nisi per putredinem corrumpi non potest, elementorum mixtione dissoluta: sed eam solum partem carnis, neruorum, arteriarum, & venarum, ac reliquarum particularum, quæ in ipsarum substantia humidior est, & corpulentiam illis præstat; qua absumpta & colliquata, quod siccius & terrestrius in compositione est, solum remanet. Quippe diuersa omnino est à rorida substantia, quę adhuc alimentum est, & ab ea, quæ natiua dicitur, cum crassior, viscidior, & tenacior existat: quam quidam Medici ipsam membri substantiam & corpulentiam appellant. Hanc etenim humiditatem elementalem appellabimus potius, quod nomine proprio careat, quam quod re vera primæ elementorum mixtionis humiditas sit, sed membrorum solidorum alterum elementum.

His habitis, in harũ humiditatum deperditione & siccitate arbitrandum est, sita esse omnium hecticarum febrium tempora, & partes procul dubio distingui. Sic etenim primam partem constituit calor factus in omnibus membris, cum deperditione carnosæ, seu alimentosæ humiditatis, qu. .amdiu durat, quamdiu ipsa humiditas durauerit, quin ea toto dissipetur: & eo tempore, vel parum ante id, primam partem, seu primum tempus febris hecticæ terminat & circumscribit: itaq; calor idem est in omnibus membris & humiditatibus, cæterum siccitas diuersa, ob diuersas humiditatis consumptionem. Differt hæc nostra sententia à Gal. & reliquorũ dogmate, quod ipsi censuerint, primam hecticæ febris partẽ fieri hac humiditate solum effetuescente: Ego sane arbitror, feruorem quidem necessario adesse, sed solum vt medium, quo prædicta humiditas consumitur: & sic ratio huius primæ partis non circumscribitur, neq; terminatur, nisi cum cõsumptione prædictæ humiditatis, quod ipsi secundæ parti, & principio marasmodis tribuunt. Et perperam quidem cum certum sit, à principio hecticę mediante prædicto feruore dictam humiditatem cõsumi ac exsiccari: & cum vnumquodq; horum febris hecticæ tẽporum principium habeat, augmentum & statum, quaten* ad siccitatem solum attinet, sic profectò à primo hecticæ insultu hæc effetuescit simul, & exsiccatur, & pari modu feruor idem, & maior exsiccatio pergunt, donec in statu prædicta humiditas ex toto consumpta appareat, & primũ tempus febris hecticę circumscribit. Verum ex his, quę dicta sunt, cum citra communem Gal. & aliorũ sententiam sint statuta, non leue succrescit dubium: nimirum, *si rorũ ebullitio hecticam febrem non constituit, quam igitur febris speciem constituet?* Quod vero bullitio quã necessario sebris rorida substantia effetuescẽte subsequatur, nulli esse dubium, arbitror. ac si eam secludimus ab hecticæ natura, cui ergo referenda ẽn? In qua sane dubitatione, quę maximi est momenti, asserimus, roridam substantiam in feruorẽ agi,

Marginalia: 337 A — Siccitatem nõ omnem hecticam constituere. — B — Auctoris sententia. — C — Hectica in species non diuiditur. — Humiditas hecticę apta triplex in corporibus. — Carnosa. — Primigenia. — Elementalis. — D — E — Auctoris sententia quid differat à Galen. sententia. — F — Rorida Ebullitio quã febrem constituat.

agi, tum à febribus putridis, tum vero ab ephemeris, necnon & à caloficis causis, quæ omnes sunt hecticam febrem efficere, aut iam fecerunt: cæterum non semper vnum & idē febris genus molitur,

G sed cū tot ebullit ex febre diaria diariam fieri febrē, cum magna tamen dispositione ad hecticam: cum vero ex putrida, putridā, maxime, si prædictæ humiditates tertiæ corporis regionis aliquo modo putrescant, vt de chylo, & lacte putrescentibus fertur. Sic etiam Auerroes dixerat 3. *collig. feb. c.* 4.

Febres putridæ duplices.

febres putridas esse duplices, quasdam ex humoribus hepatis, alias vero ex humiditatibus tertiæ coctionis, quæ maiorem præstant ad hecticam apparatum: cum vero prædictæ humiditates ex hectico calore ebulliunt, hecticæ primum tempus incipit, maximè, si cum earum resolutione fiat efferuescentia. Hæc tamen est differentia

338 A inter has tres efferuescētias, quod in duab. primis nihil absumitur notatu dignum, sed solum incalescunt cum leui resolutione earum, quod est ad introductionem *hectici caloris* potissimus *apparatus*, & immediata dispositio: in hectica vero euidentius cōsumitur & efferuescit, donec vniuersa consumpta primum tempus circumscribat. Item constat id verum esse, & nostrum axioma esse rationi consonum, nimirum solam efferuescentiam nulla lege posse hecticā constituere, nam inquit Gal. *lib.* 1. *de diff. feb. c.* 8. Cum enim naturalis cordis tēperies primum euerti inceperit, neq; natiua humiditas protinus absumitur, neq; virtus plurimum laborat, sed primo fit veluti quędam efferuescentia humiditatis. Quibus verbis euidenter constat, hanc efferuescentiam solum fieri, dum cordis substantia tantum incipit calescere, non quidem dum iam incaluit. at febris hecticæ principium tunc dicitur, cum iam cor incaluit, ergo *nulla ratione prædictā*

Efferuescē-tia quid differant.

1. Hectici caloris apparatus.

Efferuescētia sola hecticam non constituit.

B *efferuescentia principium potest esse febris hecticæ*, sed potius *designare aliquam aliam ex his, quæ in habitudine, & in alterata substantia cordis suum esse habent*, vt verba Galen. euidentissime monstrant.

Consumpta iam prædicta humiditate, hanc primam partem excipit secunda, quæ tunc incipit, cum primigenea seu radicalis humiditas (*quæ solū fundamentum est, & socia innati caloris*) exsiccari, & consumi incipit in omnibus nostri corporis partibus, sed maxime in carnosis. Quam quidem hecticæ partem non citra rationem *tabitudinem* placuit appellare, quia eius solum defectus tabidum reddit corpus. Calor igitur, quem factū diximus in singulis membris esse, postquam faciliorem & tenuiorem humiditatem absumpsit, hanc aggreditur, quæ licet veluti propria illi sit, vnita & quasi fundamentum, & pabulum, quia tamen illi deest alia humiditas, in quam agat, & à qua reficiatur, cum otiari non possit, in ipsam agit paulatim, & seipsum ac eandem imminuendo, euidentius, & manifestius in partibus carneis; tardius, morosius, & occultius in partibus seminariis, & solidioribus.

2. Tabitudo.

C Ex quo & ex Galen. ipsius decreto prodit, veriorem esse hanc nostram sententiam ea, quam idem met Galen. profitetur: nam statuerat *lib.* 1. *de differ. feb. cap.* 8. primam febris hecticæ partem nullam facilitatum impotentiam præ se ferre, secundam vero iam conspicuam & manifestam. Quo supposito, certum est, facilitates tunc euidenter labefactari, cum natiua humiditas contabescit, (*nam consuaptio roridi alimenti, non per se, sed ex accidenti, quod non reficiatur primigenea, quæ periit, imbecillitatem parit, non ex propria natura, cum in se non habeat vires obtinere, quo fit, vt tantum primam hecticæ partem valeat circumscribere*) & ob id certius est, ad consumptionē huius primigeneæ substantiæ succrescere secūdam hecticæ partem, quam dum totidæ humiditates contabescunt & resoluuntur, siquidem eius euidens signum & incipientis marasmi facultatum imbecillitatem esse Gal. dixerat: Quam equidem secundam partem circumscribit, (*licet magnam sub se quoad magis & minus differentiam contineat, vt de sua etiam secunda parte retulerat idem auctor*) consumpta in partibus carnosis innata

D humiditas, à quibus citius & promptius vi caloris hæc euolat, quam à reliquis, quæ seminales dicuntur: quo tempore, licet in prędictis partibus humidi prædicti pusillum adhuc supersit, secundam finiri partem, & principium esse *marasmi*, coniectandum est. Quem sane constituit consumptio, & exsiccatio elementalis humiditatis, tum in partibus carnosis (*quæ iam primigenea humiditate orbatæ fere sunt*) tum vero in partibus solidioribus, quas seminales esse scimus, simul cum vlteriore consumptione eius primigeneæ humiditatis, quę adhuc in solidioribus viget, & vitam adhuc tuetur. Nam circumscribitur hæc postrema hecticæ pars *marasmodes* appellata, dum ea carnosis ex toto fere primigenea humiditas euolauit, & colliquatur elemētalis ab eisdem, & solidioribus cum grandiori, & innati humidi, & virium dissolutione. Dixi quidem consulto hanc elemētarem colliquari, quia cū crassioris, pinguiorisque sit substātiæ, lentoremque obtinens non mediocrem, potius colliquari conspicimus, quam per resolutionem exsiccari, licet pars etiam eius aliqua insensibiliter euolet. Quod profecto experimento quo-

3. Marasmus.

E tidiano probatū esse scio: nam qui marasmo iam conficiuntur, colliquari per ventrem euidentissime conspiciuntur: excrementaq; opima, & crassa, si pars carnosa contabescat, vel glutinosa, si solidior & seminalis pars. Haud secus, quam in ardentibus febribus accidere solet ex maximo & inæquali calore: quippe idem ex habituali lente, & seorsim agente in marasmode visitur, & hoc profecto est, quod Medici ferunt in marasmode corpus iam & solidam substantiam colliquari. Dubitabit forsan quispiam, & ex his, quæ diximus, inferet *marasmum non esse passionē viuentis*: quod patet, quia tunc iam partes ali non possunt, quod vitæ certissimum testimonium existit, *vt ex Arist. constat 2. de anima*: quod etiam probari potest, quia calore & humido prædictæ partes videntur omnino orbari. Cui dicendum est, quod in marasmo vitalis & pusillus insitusque calor mox periturus seruatur adhuc in solidis partibus, quibus hæret, haud secus, quam flamma consumpto fere lucernæ oleo, elychnio quasi resiccato hæret infirma ac tremola, donec ex toto eradicet humidi pusillum.

Marasmus viuentis passio est.

F Atque hæc est mea mens de partibus febris hecticæ, qua videtur clarius tolli omnis ambiguitas, & dubitādi occasio. Dummodo in memoriam teneres, in quauis hecticæ parte calorem existere factum in omnibus solidi membri particulis simul, (*quicquid alij senserint*) nam in quauis febre hectica omnino & primo accessu, omniū solidarū partiū calor acquirit factū esse, alioqui non esset factū & æquale intemperamentum, sed fiens & inæquale, si

Hectica primo accessu habet calorem in factio esse in omnib. partibus membrorum.

partes

partes omnes [illegible] manent eodem, sed quædam [illegible] ecto, & aliæ fieri [illegible] vera esset, in omnibus partibus non esset calor omnino factus. Quod euidenti quadam ratione probabis: nam *partes omnes quæ solidum membrum constituunt, vnico solum gaudent calore natiuo*, quod maxime verissimũ est in corde, a quo reliquæ factum calorẽ suscipiunt) *& cum febris sit caloris illius conuersio ad igneum, constat, eadem conuersione omnem calorem habitum contrahere.*

G His habitis, ad primam rationem dicimus. prędictas differentias, quas Medici fingunt *non posse sumi a ratione caloris, cum factus sit in omnibus partibus, nec solum ex diuersa materia, quæ consumitur à facto calore, quæ sane materia cum nec subiectum sit febrilis caloris, nec febris materia, cum hectica sit immaterialis morbus, neque species generat, vt materia febrium putridarũ aut ephemerarum, neque tempora proprie dici possunt, quia alteratio, quæ fit a calore in prædictas humiditates, vna & eadem est, licet alteratum sit varium, cuius varietate partes diuersæ effingi possunt ea lege, qua superius dictum est.*

Ad primam rationem.

339 A Dicendum etiam est ad soluẽdam secundam rationem, *siccitatem non esse diuersa species, ob diuersitatem cõsumptæ humiditatis, quia priuatio vna est in omnium humiditatum [illegible] ratione, dissidens tantum ratione maioris, aut minoris, sed sol[illegible] in diuer[illegible]as partes, nõ diuersos morbos nominari, quod re vera non dissideant, sed quod sint veluti partes vnius haud [illegible] eius, quam in reliquis morbis dicimus principium, augmentum, & declinationem, quæ licet diuersæ sint morbi partes, non ob id specificam eiusdem morbi diuersitatem constituunt, sed solum fiunt prius & posterius; quæ partes sunt vnius morbi calidi, facti, habitualis licet accidentaliter has partes sortiatur solum ob diuersos siccitatis gradus. Nam cum calor vnus & idem sit, æqualisque a principio ad finem, & vnum tantum habitus, atque vnica formalis morbi ratio, ac penes eam tempora morbi signari nequeant, distinguuntur profecto iuxta diuersitatẽ humiditatis quam depascitur. Quo fit, vt licet vnicus sit calor & vniformiter agens, diuersa appareant actiones: quia ea humiditas, quæ tenuior exsistit, minusque radicata*

Ad secundam.

B *est, facilius & citius conteritur, & quæ penitus sese inserit, difficilius, & tardius, & sic quæ crassior est, longe morosius.* Quia profecto in re reisciscitur vlterius oportet *qua nam ratione dictum sit, hãc febrem posse habere tẽpora aut partes, siquidem a summo incipit vigore & statu, eo quod factum & habitualesit intemperamentũ.* Cui dicimus, hecticam febrem incipere ab statu, quatenus ad calorem attinet, & ea ratione neque partes, neque tempora obtinere, sed solum penes modum siccitatis, quam indies magis ac magis acquirit vsque ad vitæ extremũ. Quo fit, vt diuerso prorsus modo liceat distinguere has partes in morbis immaterialibus, ac in materialibus: quippe in his eas venamur penes actionẽ naturę in materiam morbificam: in illis vero penes naturæ passionem, & alterationem ab extraneo calore f[illegible] ctam in propriam & natiuam substantiam. Sic profecto febrilis calor siccitatem acquirit, in cuius diuersitate

Hecticum habere tempora aut partes, qua ratione dictum sit. Solutio.

C sita est omnis partium diuersitas, quia siccitas in hecticis corporibus non est in facto esse, sicut caliditas: quo fit, vt via pateat & aditus ad sanitatem recuperandam.

Ad tertiam vero rationem dicimus, *Præsagium non variari ratione morbi, quia vnus est, sed ratione effectus & partium morbi, hoc est, ex consumptione huius aut illius humiditatis [illegible] æstimantur, ratione complicati affectus ex siccitate prodeuntis, cum certum sit, hecticam febrem non esse simplicem intemperantiam, sed compositam*

Ad tertiam.

*ex calore sa[illegible] fi[illegible] ate fie[illegible] [illegible] uconti[illegible] variatio in curatione, ratione potius prædictæ siccitatis quam caloris, [illegible] actum est.*

Atque hæc quidem sufficere videbantur de febris hecticæ essentia & natura, nisi Argenterius, vir profecto magnæ eruditionis, nos iterum in [illegible] certamen reuocasset. Qui sane libro [illegible] artis medicinalis arbitratus est, *febris hecticæ partes non ob [illegible] quod diuersæ humiditates exsiccentur, [illegible] quod vna solum, [illegible] quoad magis & minus, cuius na[illegible] vniuigenea humiditas, ex cuius varia [illegible] tione varias pro[illegible] febris hectica partes [illegible].* Quam profecto sententiam non [illegible] arbitror, nam certum est, nulla [illegible] pos[illegible] nere, si ex toto pereat radicalis humiditas, na[illegible] fertior, vitam participationem esse caloris in humido. Verum cum hoc censeoam [illegible] eius consumptionem, alterius humiditatis defectum primam posse cõstituere hecticæ partem: & post consumptionem maioris partis eius posse consumi, quam appellamus *elementalem*, & consignare tertiam partem. Quæ [illegible] ratio conspicua efficitur, cum tanta sit multorum corporum hecticorum differentia ab vna earum parte ad aliam in consumptionis modo, quod sola humidi radicalis consumptio minime [illegible] efficere: quo fit, vt licet vera sit aliquo modo, & iuxta aliquam hecticæ partem Argenterii sententia, non tamen absolute & omnino. Quæ sane omnia si quis diligenti & æquo animo expenderit; reperiet, hecticæ febris naturam & finitionem apertissimè iam constare, & difficilia enodata superesse.

Argenterius laus.

D

E

## De causis febrium hecticarum.

HECTICARVM febrium causas, qui opime curaturus est, scrutari diligentissime tenetur: non quidem quod in curatione quicquam indicent, sed quod modum & [illegible] in passo relictum probe monstrare possint: quod ad præsagandi, & curandi munera posthabendum non est. Scimus autem, hecticam febrem inferre causas omnes, quibus cæteræ febres excitãtur; verum id non vtcumque, sed certo & peculiari quodam modo. Quippe solum hecticum calorem inferre natæ sunt, quæ plurimum humidæ substantiæ a solidis membris euacuant: vel quæ maximam [illegible] caloris [illegible] præstare [illegible] beot: & [illegible] quæ [illegible] quæ natæ sunt [illegible] Quibus sane operibus efficiendis occasion [illegible] ltant dub, quæ magni momenti sunt, [illegible] *subiecti dispositio, & promptitudo in recipiendis alterationibus, maxime calorificis:* quod [illegible] effic[illegible] sunt causæ omnes, quæ corpus confestim aut diutius euacuare natæ sunt: Alterum quidem est *continua ac vehemens etiam cum[illegible] prædictarum causarum actio, qua calor fixim imprimitur.* Sic profecto corpus huic malo disponunt ea omnia, quæ euacuant membra solida, & propriis humiditatibus orbata reddunt, & idonea etiam calori hectico facile suscipiendo. Cuius naturæ sunt insignes, aut diutinæ euacuationes, siue per aluum fiant, vt *dysenteria*, aut *fluxus colliquatiuus*, vel *cœliacus*, siue per diutinos sudores, aut *manantia & fistulosa vlcera*, ea maxime, quæ prope articulos sunt, nec non quę in *pulmone, thorace, ventriculo, hepate, renibus, vesica, vtero, mesareo, intestinis, & aliis partibus* excauantur, & si purulenta aut rabida eualerint, calorem præter id copiosum cordi

Hecticæ febris causæ quæ considerandæ, & quæ sint.

F

præstare habent. Possunt enim hæc omnia caloris vitiosi continua communione cum corde ipsum adeo afficere, quod factum contrahat calorem, & subinde vniuersum corpus. Pari etiam ratione *inedia*, & *ingentes labores*, aut *diutini*, & *laboriosi pariter*, & *mœror*, *cura*, & *ingens tristitia* copiosam è membris humiditatem exhauriunt. Calorem insuper plurimum in membris solidis inprimunt *febres ardentes & acutæ*, in quibus vtrumque damnum fieri euidentius conspicimus: liquescit enim præ calore carnosa partium substantia, resoluta euaporataque tenida humiditate, & calor etiam solidas membri partes innadit, quobreui tempore habitualis efficitur. Idem quoque efficiunt febres diuturnæ, & quæ eundem tenorem ac magnitudinem diu seruant. Præterea externæ causæ omnes calorificæ, lassitudo magna cum Solis exustione, diaria febris & aliæ eiusdē naturæ, quæ vel primo insultu, vel excitata primo febre ephemera, licet, vt *Gal. placuit, lib. 1. de diff. feb. c. 8. & 9.* inedia, & ephemeræ febres raro visæ sunt hecticam febrem excitare, nisi in corpore nimis parato. Sed qualis sit promptior huic malo suscipiendo apparat*, haud difficulter intelliges, si animo conceperis calidiorem, sicciorem que corporis habitum, siue is natiuus sit, siue morbosus, maxime si viribus careat idoneis ad resistendum: quem profecto ocyssime in prædictam febrem prolabi comperies. Maxime si vitam egerit laboribus, vigiliis, curis & victui tenuiori deditam. Et adhuc eundem habitum promptius in hoc malum incidere conticies, si æstas & constitutio calida, & sicca, locusque huiusmodi accesserint. Sed cum hoc expendendum est, siccum habitum non esse omnino idoneum ad suscipiendum calorem, sed siccum cum ea humiditate, quæ mediæ sit consistentiæ: quæ enim summè sicca sunt, *vt cinis*, calorem suscipere habitualem nequeunt: neque rursus ex opposito *lignum viride*, quod aqueo humore abundet, erit caloris habitualis capax. Ita prorsus viuens corpus orbatum tamen aquosa humiditate (*quippe aquea humiditas ignem exstinguere potius nata est, sicut aerea, quæ licet inflammetur, nihil durat, potius enim dissipatur, quam habitū contrahat*) humidolento præditum, huic malo aptum esse arbitramur: nam qua humidum, prompte inflammatur, & qua lentum, diu calorem retinet. Quo fit, vt corpora sicca, hoc est, quæ aquea aut aërea humiditate carent, facilius in habitualem calorem prolabantur.

His habitis, constat, si ea exactè intellexeris, triplicem esse modum generationis febrium hecticarum: nam aut per se *incipere* possunt, minimum, cum ex causa aliqua externa fiunt, similem sortientes generationem ac febres diariæ. *Secundo* ardentes febres & alias diuturnas insequuntur, quod frequentius accidere conspicimus: ac *vltimo* alicuius partis effectum comitantur, *vt paulo antea retulimus*. Ex quibus triplex etiam sese ex huiusmodi principio offert disputandi ratio: nam primo non videtur omnino certum existere, citra prægressum morbum febrem hecticam posse fieri. Quo supposito, primo prodit vulgaris illa difficultas, *an aliqua febris hectica incipiendo, ac citra dependentiam ab aliis affectibus possit principium sortiri.*

Hectica febris tribus modis generatur.

An febris hectica incipiendo fieri possit.

PROMPTIOR & *obsequentior est humorum & spirituum ad caloris susceptionem natura, quam ea sit, quæ in membris solidis inest: ergo promptius suscipient calorem. Nam videtur causam quãuis calorem spiritibus & humoribus præstaturam, quod minus resistere possint, quam solida membra, quæ maiorem necessario sortiuntur resistentiam.*

Prima ratio.

*Vulgatum est etiam, & in confesso apud omnes medicos, semper calfactum membrorum præcedere calfieri humorum aut spirituum, vel ipsarum solidarum partium, atq; id lædere operationes tanquam verum morbum qui hecticam præcedit, ergo nulla lege fieri poterit incipiendo*

Secunda ratio.

Videntur etiam difficultatis occasionem adaugere, quæ Galen. *3. crisium cap. vlt.* scripsit: *nimirum, febrem hecticam non accidere in primis diebus, quo videtur constare, his necessario prius transactis, ex aliquo præexistente affectu febrem hecticam succrescere*, & confirmatur eiusdem Galen. sent. *lib. 10. meth. cap. .* vbi probat. *hecticam incepisse, quia ipsam agnouerat quarta die morbi: quibus videtur constare haudquaquam incipere posse citra præexistentiam alterius affectus.*

Tertia ratio.

Hanc sane dubitationē soluit communis quædam ratio, quæ se habet in hunc modum. In actionibus non fit indistinctè quodlibet ex quolibet, sed necessario determinatum ex determinato: sed illud magis videtur ad suscipiendam actionē determinatum, quod magis dispositum existit, & quia possibile est humoribus, & spiritibus, secundum naturam existentibus, cordis substantiam ob prægressam aliquam occasionem, sicciorem & paratiorem esse, fit facile, vt promptius calorem suscipiet. Nam si cui mœrore, & curis diu perpessis contabefacto causa calfaciens accedat, nulli dubium fore arbitror, promptius solidam substantiam calorem suscepturam, quam spiritus & humores, qui secundum naturam existunt. Ingens enim cura & mœror ossa ipsa; nedum carnes exsiccare haud difficile potest, tristis quoq; spiritus, & alia, quæ suapte natura humiditatem plurimā conterunt, id non minus valebunt efficere. Quo supposito, rationi consonum videtur, adeo vehementis actionis corpori posse succrescere externas & euidentes causas, vt tum ex agentis efficacia, tum vero ex passi promptitudine facile sequatur, solidiores partes succendi potius, quam humores & spiritus. Nec valet aduersus hanc rationem asserere, *impossibile videri, magis esse dispositam cordis substantiam, quam contenta*: quia spiritus & humores ab ipsis partibus solidis fiunt aut alterantur, & ob id non possunt obtinere maiorem in resistendo perfectionem, quam solidæ partes. Cui dicimus, id, quod in solidis membris efficit ipsa facilis succensionis, id proculdubio est in humoribus & spiritibus difficultatis potissima ratio, eo enim tardius humores & spiritus succenduntur, quo crassiores fiunt, tales enim reddit membrum solidum exsiccatione durius factum, quo ipsum ocyus calorem susceptat: ergo *ratio in contrarium adducta nil videtur probare*. Confirmat insuper hanc sententiam, rationem resistentiæ potissimam in membris solidis esse tonidam substantiam, quam depascitur prægressa caussa, quousque adeo impotens & siccum remaneat cor, vt accedente calorifica caussa, promptissime eius vim suscipiet: maxime cum humoribus & spiritibus non

Difficultatis enodatio.

Cura & mœroris in hectica producenda quanta vis.

Dubium.

Solutio.

desit [illegible] ens & naturalis copia, qua [illegible] lutimom resistunt, potissimum accedente crassitie, quæ ipsos reddit ad resistendum aptiores. Acceditetiam alia non minoris momenti ratio, nimirum, si causa calorifica, quæ accedit, sit efficacissima & vehemens, potius quidem spiritus dissipabit, ne G forsan humores, quam eorum succensione morbum efficiat, ante id enim euanescunt spiritus, & causa imprimet suum effectum in cordis substantia. Nec valet aduersus adductas rationes, *membra solida suapte natura magis resistere, quod perfectiori mixtione & vita fruantur, quæ sanè causa maioris resistentia solent esse.* Quinimo in breui, ob id aliquo deficiente minus resistere posse: nã id, quod pluribus & perfectioribus ad sui productionem & tutelam opus habet, citius quouis deficiente læditur, & hæc cordis substantia ob inductam siccitatem paratior ad suscipiendum calorem efficitur, 341 A quam quæuis alia, quæ cum minoris momenti sit, faciliori negotio resistet, & se tuetur. Quibus habitis statuimus, non esse difficile à causa externa calorem reddi factum in cordis substantia, humoribus & spiritibus nequaquam morbose læsis. Et sic adductis rationibus respondere oportet. Vltimo in hac controuersia statuendum, *hecticam non posse incipere ab vna solum causa, sed à duabus*, quarum altera disponat humidum resoluendo, vt *inedia*: & altera calorem habitualem inferat, quantumuis paruæ sit efficaciæ, id tamen ex membrorum apparatu: nam causa, quæ solum calorem & siccitatẽ simul introducere sit nata, proculdubio prius humores aut spiritus morbose vitiabit, quam solidas partes, ob id hecticam incipiendo requiritur, quę exigendo disponat, atque calfaciendo calorem inferat.

Calorẽ reddi factum in cordis substantia ab externa causa.

Hectica ab vna solum causa non incipit.

Ad primã. Primæ igitur rationi dicendum est, *Quod licet concedi possit, simul & aliquando citius à causa externa* B *humores & spiritus calorẽ suscipere; cum hoc tamen asserendũ est, illum calorẽ esse fientem, & antequam in eis substantiis factus sit, fieri factum in mẽbris solidis. Id hoc tribus rationibus necessum est contingat, tũ ratione efficacia causa externa, tum ẽt ex fiente calore humorũ & spirituũ plurimũ huic ministerio iuuante, tum vltimo ex aptitudine membri. Quibus constat, calorẽ primo fieri habitualẽ in corde, quam morborũ in spiritibus & humoribus, in quibus solũ est in fieri, quo statu nullã possunt per se committere febrem, & ob id hectica, quæ succresit incipiendo fiet.*

Ad secundã. *Nam licet concedatur præcedere calfieri humorum & spirituum, nunquam ea ratione sensibiliter poterunt lædi actiones, quod ad morbi rationem prærequiritur: præterquam quod neq; adhuc calfactum esse humorum & spirituum morbi rationem præstare poterunt; ac ex consequẽti sequitur, febrem hecticam fieri incipiendo, quantumuis incalescant prædicta substantia: nam antequã ex toto po-* C *nantur in calfacto esse, & febris ephemera aut putrida fiunt causa, ponetur in calfacto esse, & incipiet febris hectica.*

Ad tertiam. Prædictis Gal. locis in tertia ratione adductis, dicendum est: *Ibidem non intelligere de hecticis, quæ ab aliis morbis suboriuntur, & quæ morbosam causam habẽt in corpore, sed refert se cognouisse febrem hecticam esse, quæ in corpore vigebat quarto die ab eius principio, quasi se iactans, quod difficillimum est, facilime cognouisse, namque non omnibus datur, ex antecedentis causa febrem subortam hecticam esse primo accessu cognoscere.*

Hectica quomodo ex aliis febribus oriatur. Secundum, quod ex præfata causarũ febris hecticæ diuisione sese offert disceptandum est, qua via ex aliis febrib. hectica succrescere possit. Quod facile quis intelliget, si in memoriam reuocauerit, hanc esse febrium ephemerarum & [illegible] dam naturam, quatenus morbi sunt, vt [illegible] habeant factum in spiritibus aut humoribus [illegible] entẽ (sed in dispositione ad habitum) in [illegible] solidis. Ea quæ peculiari harum febrium [illegible] one prodit, quod febris quę [illegible] est (*siue p* [illegible] *ephe-* D *mera sit*) vehementissimi sit caloris [illegible] duret necessario actione caloris diutina aut vehementi membri solidi temperiem euertat, & [illegible] met calor adeo sese insinuet, vt eo[illegible] od [illegible] habitualis radicatus & fixus [illegible] vllam d[illegible] am fiat. Quod sane non soli [illegible] bribus ob diutinam humidi con[illegible] ardẽtissimis ob caloris efficac[illegible] in, verum & in ephemeris contigisse comperimus, & G[illegible] *meth. ad G.* *Auicen. fen. 1. 4.* euidenter testantur: quippe ex indextera victus institutione vterque auctor posse contingere asseuerat, non quidem vt multi sunt arbitrati, ob alimenti prauitatem, sed potissimum ob indexterum vsum. Nam in corporibus biliosis, adustis, cura & laboribus confectis, aut sua natura pituitosis victum protrahere, aut intemperanter & intemperatum versus calorem porrigere, facile habitualem accersit febrem, vnius diei, aut saltem non plurium spatio. Itaque coniectandum est, ni quis cito causam febrem concitantem demat, cum per perum actione ipsam cordis substantiam calfaciat, facile sese eradicatam [illegible] in subiecto, & habitualem fieri: siue causa & febris, quæ habitualem processerunt, præsint, siue [illegible]. Con- E tingit enim non raro vtramque coniungi & complicari, aut illa errata hanc superstites euadere, & deiectum imbecilleq; corpus præc[illegible] efficacia, labore, & auxiliis facilius & ocyus conuabefacere & interficere.

Tertium vero, ac forsan difficilius, quod ex illa diuisione causarum succrescit, est, innumeris experimentis probatum esse *ex vlcere pulmonis vel carum partium, quarũ superius meminimus*, [illegible] *calorẽ ortum fuisse*, difficilioris profectò curationis, quam quæuis alia ex prædictis. Quippe ex diutino vlcere, aut eo qui plurimum prius diu excer[illegible], velut sunt, quæ prope magnos articulos existunt, prodit in cordis substantia eo caloris conditio adeò fixa, & ob putrilaginosam naturam adhærescens & intranea, vt facile negotio causa dissipari humidi ab euacuatione, vel calore, vel ab vtroque: & rursus innati caloris deuicta resistentia extraneus ille vlcerosus & præter naturam in cordis corpus sese insinuet, eradicetur & fixus fiat, quod curato semotoque vlcere superesse adhoc possit, enimvero F non raro ex putrilagine vlceris halitus qui eleuantur, possit optime putridam, malignam & contagiosam concitare febrẽ, quæ comes sit hecticæ aliquo temporis interuallo, & noctu repetat euidentet. In qua re sciendum est, *vlcus putrilaginosum, & carnis putredine hecticam efficere per putrilaginosam exulcerationem solidis partibus communicatam, quibus ob sympathiam facile calorem præstat: si vero ex humore putrilaginosus sit, non hecticam, sed putridam. Cæterum, si siccum & scaldum fit vlcus per continuitatem, calorem & siccitatem molitur in solidis membris: At vlcus prope articulos per humidi copiosam euacuationem corpus siccando disponit, vt à quauis calorifica causa calorem suscipiunt.* In hac enim febris hecticæ forte dubitare erit æquum, an (*siquidem ab vlcere*

Hectica ex vlceribus qualiter fiat.

Dubium.

*prodit & adhuc remanet idem damnum eundem calorem suppeditans* causam habeat coniunctam vel antecedentem, à qua dependeat more febrium putridarum; quod omnibus alijs febris hecticæ G [illegible] us denegari diximus. In qua sane dubitatione statuendum esse arbitror, habitualem calorem fixum & permanentem in corde nullam habere causam, à qua dependeat, etiamsi ex vlcere prodeat perpetuus calor, cuius interuentu id fieri possit, sed calorem illum posse permanere semoto vlcere: cæterum eum qui viget in vlcere, solum posse maiorem siccitatem & contabescentiam efficere, solumque reddere febrem maiorem quoad caloris præternaturalitatem, interim dum vlceris calor plures gradus non contraxerit: nam eo tempore intensior fit habitus, & hectica fiet maioris intensionis, quam quæ primo facta fuit, vt millies contingit ac monstratur ex colliquatione maiore ad tactum calore, rubore, & reliquis signis, quæ plures gradus caloris possunt attestari: & hac lege iudicio nostro dirimenda est perfecta controuersia.

Solutio.

Calor præter naturã, qua ratione siccitatem producere possit.

Sed cum prædictæ causæ, quæ calorem inferre natæ sint, vim habeant siccitatem, quam huic febri comitem esse diximus, inducere, videndum nunc est, *quanam ratione calor ille præter naturam in nobis genitus siccitatem producere possit.* Qua sane in re præmittendum est, *vt antea diximus*, per solidorum membrorum naturam intelligendam esse omnem eorum substantiam, exceptis ventriculorum spiritibus & venarum humoribus: sed hanc constare scimus ex partibus quibusdam humidis, & ex alijs siccis ac solidis, vt constabit, si quis in memoriam reuocauerit, quod antea dictum est, nimirum, qua ratione calor innatus & proprius (*dum naturæ leges non egreditur*) corporis omnẽ hu- B miditatem tuetur, quotidiana humidæ substantiæ propagatione, eandem prorsus extra se egressus præter naturam, & copiosior factus longe plus dissipare & conterere quam reficiat. Itaque cum indies magis ac magis pereat, fit facile, vt necessario sibi comitem accersat morbosam siccitatem, cuius etiam adminiculo idẽ ipse calor promptius operetur, faciliúsque ipsum corpus dissipet, vtpote siccius factum.

His suppositis, videndum nunc est (si siccitatis cõditio, quæ succrescit, ex priuatione humidi sit) *quanam ratione calor id possit efficere.* Et ratio dubitationis est quia certũ existit, *id calorẽ non posse vt causa est per se operans, neq; rursus per alium, quia calor qui viget in hecticorum corporibus factus est, & independens: ergo nõ est ita facile nosse, qua via siccitas succrescat in his corporibus.* In qua quidem controuersia aliquibus rationibus probabo, calorem non posse siccitatem producere, & postea patefacta prius veritate, his respondebo, vt subsit quæsiti veritas & ratio.

C *Nulla forma potest agere effectiue in suum subiectum; ac si agit, est ea ratione, qua aliunde fouetur: sed caliditas naturalis, & calor hecticus sunt independentes, quia aliunde non fouentur, & se habent veluti forma humidi radicalis: ergo effectiue in proprium subiectum, & ex cõsequentia calore non proficiscetur siccitas.*

Prima ratio.

*Caliditas ex sua ratione formali solum habet calfacere: ergo effectiue ac per se non poterit siccitatem inferre.* Quod patet, quia ab vno agente, in quantum vnum est, tantum vnum prouenire est æquum, *vt ex Aristot. constat 2. de generat. text. 56.* Quod etiam

Secunda ratio.

prob[illegible] [illegible] est: quia, *vt idem [illegible] qualitates primæ non possunt ad paucio[res] reduci, eo quod neutra alterius sit causa:* item constat, *quia si hoc esset verum, semper caliditas siccitatem haberet comitem.* [illegible] *contrarium monstrat aer, qui licet ca[lid]us sit, humidus etiam existit, & nusquam vi caloris exsiccabitur: ergo caliditas per se non habet siccitatem inferre.*

*Omne quod corrumpitur, à contrario corrumpitur, sed caliditas non contrariatur humiditati;* ergo caliditas *nequibit siccitatem inducere.* Quod probatur, *quia si caliditas posset siccitatem producere, posset etiam humiditatem per se corrumpere:* sed *id quod corrumpitur per se ab aliquo, est illi per se contrarium,* ergo *caliditas esset humiditati per se contraria: consequens est falsum,* ergo *& illud ex quo sequitur.*

D

Tertia ratio.

*Si caliditas virtutem haberet producendi siccitatem, necessario obtinuisset tandem formaliter aut virtualiter:* *neutro modo obtinet,* ergo *non poterit eam producere. Quod formaliter non probatum est, neque rursus virtualiter, quia frustra esset prædicta potentia, eo quod nũquam ad actum reduceretur: quod patet in aere, in quo caliditas nunquam produxit siccitatem,* ergo.

Quarta ratio.

Quinto probatur, *adhuc non posse calorem neque priuatiuam producere siccitatem: omne quod corrumpitur per se, corrumpitur à contrario per se. sed caliditas per se non contrariatur humiditati,* ergo *caliditas per se non corrumpit humiditatem,* ergo *neque siccitatem priuatiuam valebit per se inferre.*

E

Quinta ratio.

His habitis, vt subsit huius dubii vera ratio, prætermittendum est, in hecticorum corporibus per accidens à calore produci consecutione ad effectum proprium caloris. Pro cuius suppositi intelligentia præmittẽdum est, omnes formas hoc habere proprium & peculiare, quod præter rationem formalem, & esse quod præstant composito, habent etiam proprios & peculiares effectus: Sic profecto (*vt exemplo vtar*) forma hominis aut ignis per se dant esse formale homini aut igni: prætereà quam rationem formalem, habent etiam peculiares quosdam effectus producere mediantibus suis facultatibus. Pari prorsus ratione caliditas, cum forma quædam accidentalis sit, præter calorem, quem tribuit subiecto, in quo recipitur, necessario tenetur aliquem effectum producere per se, qui ab eadem formali ratione caliditatis pullulet. Quod facile probari potest, quia hęc qualitas forma est actiua, qua mediante disponitur subiectum ad suscipiendam formam ignis, qua etiam mediante expelluntur dispositiones contrariæ. Ergo necessario præter effectum formalem, producet alium effectiue in subiecto ad dispositionã necessarium formę introducendæ necessariũ. Sed qualisnam sit prædictus effectus, nunc docere oportet. Primo itaque calor, cum de lege habeat mixtionem efficere, ante omnia raritatem molitur in passo, qua mediante in minimas partes miscibile dissecatur, vt deinceps facilius miscibilia omnia vniri possint: quo fit, vt hac ratione frigiditati opponatur, quæ omnia cõdensat. Ex quo iam alter caloris effectus prodit, nimirũ heterogenea separare, & quæ eiusdem naturæ sunt congregare: nam cũ caliditas ex sua natura habeat rarefacere, hinc fit, quod partes ad inuicem discedant, & cõfestim quæ vnius rationis sunt, congregẽtur, separatis, quæ diuersæ naturæ existunt, nam fieret omnes similium accessu conseruantur. Pari quoq; ratione tertius alter effectus sequitur, nimirum, humi-

Siccitas in hecticorum corporibus per accidens à calore producitur, consecutione ad effectum proprium caloris.

F

Calor in corpore hectico quid præstet.

humidi[illegible] consumtio, ceterum hic effectus non proueniet primo & per se, sed ex accidenti: nam cum caliditas rarefaciat, & eas partes magis, quæ

G huic ministerio aptiores sunt, quales existunt humidæ, fit facile, vt eas calor in vaporeas conuertat, quæ sane sic motæ ex sua natura & caloris ope facile petunt loca superiora, & euolant: cui dissolutioni tunc plurimum corporis raritas, quam caliditas etiam ex natiua conditione molitur: nam si partes illæ antea non euolabant, hoc quidem erat ob subiecti densitatem, & ob crassarum partium mixtionem, qua facile tenues coercebantur. Ea quoque etiam effectu quartus proficiscitur, nimirum, introductio siccitatis, quod hoc opus fien censeo ex accidenti, videlicet, ad humidi priuationem. Quem insuper effectum arbitrandum est sequi positiuam siccitatem: nec inconueniens si quis dixerit, ex priuatiua causa effectum positiuum non posse produci, quia euidentissimum est, calorem huoc non esse simplicem calorem, sed calorem mixtum, & ex aliquis qualitatibus contempera-

343 A tum. Quo fit, vt cum ex siccitate quoque constet, facile seipsam in aptum subiectum inferat, fit autem subiectum aptum humiditatis, quam discussit caliditas: quod Gal. 1. *de san. tuen. cap. 2. & lib. de marc. c. 3.* expresse fatetur: quippe has duas arbitror esse siccitatis causas, nimirum, caliditatem ex accidenti, & siccitatem, quæ deficiente humido crescit, dominaturque, & ab intrinseco nititur humiditatem deuincere, haud secus quam in senio & marcore naturali. Quibus habitis, dubitationi facilior subest responsio, nimirum, ex accidenti calorem dissipare natiuam humiditatem, & ob id natiuam siccitatem adeo ob defectum humidi crescere, vt præter naturam & morbosa efficiatur, quibus non erit difficile argumentis respondere. Cum hoc tamen sciendum est, febres acutas per sensilem euacuationem colliquatis membris, corpus cadauerosum & siccum reddere, diuturnas vero per insensibilē & per renutritionis sufficientis defectum. quippe his duobus modis redduntur

B partes solidæ paratæ suscipere calorem habitualem, hoc est, fiunt sicciores, quo calori præter naturam (qui siccus est) suscipiendo fiunt aptissimæ.

Siccitatis duæ causæ.

Calor ex accidenti dissipat natiuam humiditatem.

Febris acuta sensibiliter euacuando corpus siccum reddit.

Ad primū. Ad primum concedimus, *verum esse nullam formam proprium subiectum corrumpere: esse tale, sed non concedimus, humidum radicale esse proprium subiectum caloris: nam eius proprium est materia & forma ignea. & sic non militat argumentum: nam ob id caliditas nititur subiectum illud corrumpere, vt vera ignis forma introducatur, nam hoc est, quod caliditas molitur & intendit.*

Ad secundum. Secundo argumento respondendum est, *caliditatem primo & per se nil aliud efficere quam calfacere: cum hoc tamen concedimus ex accidenti humidum exsiccare posse, ea tamen lege, quam adduximus.*

Ad tertium. Ad tertium dicendum est, *calorem duobus modis considerari: vno prout est simplex quædam qualitas, & sic nil aliud producit nisi aliam similem sibi, neque corrumpit nisi contrariam: altero vero pro temperamento calido*

C *ex variis qualitatibus constituto, & sic optime poterit inducere siccitatem, maxime deficiente humiditate.*

Ad quartum. Ad quartum dicendum est, *quod calidum temperamentum potest vtroq; modo siccitatem inferre, formaliter quidem, quatenus siccitatem etiam habet formaliter, virtualiter vero, quatenus vim habet caloris efficaciam depopulandi humidum, quæ siccitas priuatiua dicitur.*

Ad quintū. Ad quintum vero manet ex dictis responsio, *siquidem temperamentum omni qualitati extra se existenti contrariatur, & ob id concedendum est, caliditatem vt temperamentum dicti, non inconuenire humiditati contrariari, ad minus per accidens.*

Quibus exacte pensitatis, apertissimus superest modus, quo calor & causæ omnes, quæ vim habent calfacere, habitualem febrem possint excitare: nam vel Externæ sunt & præmisso corporis apparatu: vel Internæ, & mutuato calore ingenti aut lente operante huiusmodi habitualem calorē præstant: est vltimo ex vlceribus prodit qualitas eius efficaciæ, quæ idem possit efficere. Expendendum tamen est, non omnia vlcera huic ministerio esse apta, sed ea tantum, quæ ex calida sunt & salsa, diuque & habitualiter sic extiterunt, aut putrilaginosa & mali moris, quæ remediis diu adhibitis non cedunt; quinimo præter hecticum calorem etiam putredinosum alium singulis noctibus ex se fundunt, & nocturnam exacerbationem moliuntur: tertio vero & vltimo id possunt efficere ea vlcera, quæ summopere sunt manantia, siue opus sit, quod effluit, siue sanies, dummodo id naturæ robore non sit factum, quod ex conferentia dignosces: quippe si alter fiat, conferes, corpus colliquari potius quam purgari. Ex quo sane apparatu, sicut ex quauis diuturna & maxime in naturæ contemptum potius, quam eius gratia factam, prodit, quemuis calorem accidentem posse habitualem febrem concitare, inducta prædicta siccitate, & ipso habituali eradicatione facto. Atque hæc de hecticarum causis dixisse sat sit.

Causæ habituæ em febrem excitantes sunt.

D

Externæ vel Internæ.

Vlcera hecticæ febri apta quæ sint.

## De signis febrium hecticarum.

Scripserat quidem Gal. *lib. de morborum differen-* E *tiis,* morbos in qualitatum alteratione existentes non facile dignosci posse, nisi pars eo intemperamento affecta, à naturali plurimum deflexit. Quo fit, vt hecticę febris accessus, siue incipiendo fiat, siue ab alia morbi proficiscatur, difficillime cognosci possit: & ea, quæ *marasmodes* dicitur, facilime, quod corpus vniuersum in ea plurimum à naturali deflexerit. Quapropter cogor hac in parte paulo diligentius istarum febrium notitiam docere, ne quis turpi ignoratione deceptus, prætermisso principio, curationis deinceps locum inuenire non possit. Constat namque ex Gal. cui fere omnes Medici consentiunt, hecticam febrem in exortu sui, ac in prima eius parte, tanto cognitionem sortiri difficilem, quanto facilem curationem: cum hoc tamen longe difficilius cognoscit, si alteri affectioni alteri iungatur, aut hectica ex alia febre subnatur. Ceterum si citra amplexum al- F terius affectus sit, haud difficulter cognoscetur, sed longe facilius reliqua eiusdem febris tempora, quanto inquam difficilius curationi cedunt.

Hoc supposito expendendum est, signa omnia, quæ hecticarum febrium tempora monstrare habent, aliquid peculiaris obtinere, quam ea, quæ in genere hecticum calorem commonstrant. Quamobrem cuiusq; signorum generis seorsum meminisse studui, vt clarior euadat docendi ratio. Primum tamen principium hecticæ *quonam modo fiat, monstrabo,* iam ea lege signa, quæ à caloris substantia ectionibus ipsius & qualitatibus corporis hectici sumuntur, monstrantia genus & naturam

suram hectici caloris, necnon & partes eiusdem febris facilius innotescent.

*Hecticæ febris incipientis signa.*

Quantum enim Galen. facesserit negotium dignoscendo principio febris hecticæ, nemo eorum, qui eius librum *de febrium differentiis* euoluerint, dubitare poterit, quod sane principium dupliciter considerare expediet: *Vno*, dum à causa externa vel euidenti initium sumit: *Alio* vero, dum ab alia febre, vel quouis alio corporis affectu, ex his, quos memorauimus. Primum enim docuit Gale. noster 1. *febr. c. 8.* quippe inquit: *Supponatur iam ipsa sola ex aliqua nuper dictarum causarum habuisse principiũ, appareantque in ipsa prima diei omnis generis febrium ephemerarum indicia: simul igitur cum ipsis apparet & praeincipientis causa forma, quod etiam in progressu sermonis ostendetur. Sed etiam ex ægro interrogato addiscere licet, si certa quidem bene se habent, solum ob id, quod supra modum fuerit iratus, aut tristitia affectus cœperit febricitare. Et si hæc vera esse inuenientur, febris autem ad diem sequentem extendatur, neque ad quietem declinans, neque magis inualescens, ariditatem autem maiorem in corpore repræsentet, talem hecticam fore suspicandum erit. Quod si vsque ad tertium diem sine cibo permanserit, dum tertianæ accessionis suspectas præterit horas, nihilque essatu dignum priori accesserit febri, aut fuerit imminutum, sed quædam primæ febris exigua reliquiæ tantummodo procedant atque permaneant cum ariditate corporis & caliditate, quæ primo tactu mitis censeatur, in processu vero temporis acris, mordax, atque arida manui se offerat, huiusmodi febrem hecticam esse est existimandum.* Qua sententia constat, suspicandum esse, febrem hecticam incepisse, dum citra vllam molestiam aut sensum caloris febricula ab externa causa velut ephemera orta, non omnino incliner, & mitis appareat primo manus accessu, siccitatem tamen deinceps præ se ferat: maxime si cutis asperior appareat, & corpus conuenienti cibo vtens extenuetur, vigilet; aut si dormierit, à cibo non corroboretur, præsertim si transacta tertia die, eiusdem tenoris febricula appareat. Quod si hæc omnia ad quartam vsque diem peruenerint, & æqualis ac pusilla à principio perstiterit febris (*cum id Galen. loco citato dixerit esse omnibus hecticis commune*) maxime si pulsus minor ac imbecillior apparuerit, cum perstante æqualitate, tunc profectò rationi consonum videtur, prædictam febrem *hecticam* fore.

*Hecticæ febris cum putrida intermittente complicatæ signa.*

Quibus accedit, quod Gal. eodem capite refert, dicens: *Si enim nec altera accessio superuenit, neq; ægrotus sine febre fuerit, adiuncta insuper siccitate, tunc procul dubio hic hectica febre laborat*: accedit etiam vt euidentissimum signum, calorem minime esse vaporosum, sed siccum atque excalidum. *Verum si cum putrida febre hectica iungatur, aut ab ea originem trahat*, difficulter profectò cognoscetur, maxime si putrida ex continuarum genere sit, *vt mox probabo.* Complicatur etenim hectica febris vel cum Intermittente aliqua, vel cum Continua: si primum, difficile admodum non est id distinguere, nisi accessionum turba velis decipi. Quippe tunc nil de accessionibus curandum est, nec tutius si adhuc cum madore desierint, aut perspiratione vaporosa, neque etiam si corpus temperatum ab accessione superesse tangentibus videatur, hæc enim sunt, quæ Medicos decipere solent; namq; febrium naturam certum est, non esse deprehendendam ex sola accessionum proportione, sed potius ex ipsarum febrium natura, quam appellant *morbi speciem.* Confert pro[illegible] nihil ad febrium naturam cognoscendam, ac [illegible] num repetentia, sed id m[illegible] est in[illegible], quod tamen ex morbi specie deluitur [illegible] prudentius est. Quod Gal. nuscent & distinguens [illegible] pe prima die speciem cognouit, nullam accessionem exspectans. Inquit enim 2. *de crisib.* [illegible] lem esse febrium cognitionem, si multæ con[illegible]gantur, non adeo difficilem, vbi singulas per se exspectari contingat. Sic profectò ab ipsa affectus specie certius indicium elicies: nam inclinante accessione (*aut transacto febrium ardentium statu*) præmissa vacuatione, quo huiusmodi febres [illegible]nit, siue per sudorem sit, siue per alui excre[illegible]ta, si calor excalidus superent, ceterum [illegible], & cum hoc laborans se iudicet à febre immunem, cum virium languore, maxime si præcesserit sanguinis excretio, an diaphoreticus sudor, coniectandum est, calorem fixius sese inheruisse (si calor, qui adhuc superest, siccior sit) cum præcesserit iam febris diuturnioris status, & inclinante affectu, si calor, qui prædictis temporibus præfuit, vaporosior fuerit; tunc quidem iudicandum est, hecticæ febris principium adesse, maxime si remanente adhucpost accessionem febre, neq; ipsam, neque molestiam aliquam laborans persenserit. *Quibus* aliud signum maioris momenti accedit, nimirum, quod cum transacta accessione reliquæ corporis partes temperatiores appareant, arteriarum vero loca calidiora supersint. *Item* quia inclinante accessionabili febre, & laborante melius se habente, corpus contabescit, colliquamenta in vrina apparent: cibum insuper assumens nil corroboratur, vel cibos fastidiens indigentiam persentit. *Praeterea* qui sic affecti sunt, cessante putridæ febris incremento, non raro præter rationem perfrigerantur ob corporis imbecillitatem: *insuper* à cibo frequentius, vel antiqua & consueta accessio, vel denuo alia, quæ nullum seruat ordinem, neque æqualem cum accessione febris putridæ præbet laborem & molestiam.

*Hecticæ febris in putrida continua complicatæ signa.*

Verum si febris, quæ præest ante hecticæ ingressum, è continuarum genere sit, tunc profectò difficilimũ est hecticam dignoscere: quamuis clam & occulte corpus antea conterat & colliquabit, quam quid de se specimen aliquod præstare possit. Hoc tamen est certissimum huius complicationis signum, nimirum, quod calor, qualis inclinante affectu apparuit, talis sese tactui deinceps offert ac perseuerat, quod nullo modo natura putridis concesserat: quippe licet primo accessu mitior appareat, maioris efficaciæ deinceps se ostendit: nam in his febribus in quibus idem tenor diu asseruatur, neque incrementum eo decrementum peruenit, quod sensibilem admodum efficit remissionem, verendum semper est, aliquid hecticæ febris esse admixtum, cuius occasione eadem febris potentior semper conspicitur. Quæ omnia si quis attento animo inspexerit, non erit difficile febris hecticæ initium, quantumuis complicatum sit, dignoscere.

*Hecticæ febris [illegible] propriæ [illegible]*

Sed vt ad alia signa, quæ hecticum calorem demonstrare possunt, deueniamus, expendendum est, ea triplici fonte oriri posse, nimirum, ab *Essentia* & substantia hectici caloris, à Læsis actionibus, & vltimo à Qualitatibus corporis ipsius mutatis. Est igitur primum signum, calorem huius febris nullum

... dolorem, nullamque molestiam neq; alterationem ... cuius ratio est, eundem calorem esse tantum & habitualem, æqualem & independentem, ... quod factam iam exstitit, veluti in naturam est conuersum & mutatum; at alterationes, quæ à natura fiunt, insensibiles sunt, & ob id licet hic calor semper in humidum agat, non subinde sequitur molestia, neque dolor, quod lente & paulatim fiat actio: quippe dolores & alterationes ab eo, quod subito & affatim fit, prodeunt.

II. *Secundum* signum est, calorem esse omni tempore æqualem citra aliquã exacerbationem, quod appellat Gal. incom; ressam febris anuotationem: quod sane signum censet hecticarum esse proprium & inseparabile. Quo fit, vt differat à reliquis febribus, præterquam ab *homotona*, sed ab ea etiam euidenter differt vehementia, quia longe mitior appatet hectica febris. Prodit autem huiusmodi æqualitas eo, quod calor factus sit & independens, nullaque foueatur causa, quæ exacerbationem moliri possit. Quod si exacerbationem aliquam conspiciamus, id quidem ex cibo vel aliqua ephemera, quæ succrescit, fieri potius credendum est, quam ex calonis hecticæ nouo insultu.

345 A III. *Tertium* prætereas signum ab ipsa febrili substantia desumptum, est simulata quædã caloris exiguitas primo manus accessu percepta, adeo vt Hip. dixerit *pusillum esse hecticarum calorem*, & Gal. primo tactu *mitem cæterum manu diutius immorante acriorem*: nam cum subiectum siccum præter naturam efficiatur, sit facile, vt calor prædictæ siccitati adiunctus acrior, insuauior, siccior que conspiciatur.

IV. Quartum autem signum desumere oportet ab effectu ipsius caloris, qui sane conspicue elucet ob materiæ consumptionem, & totius corporis siccitatem, quod necessario omnes humidæ partes dissoluantur, & pinguosæ colliquentur. Exquibus prodit ariditas tertio aut quarto die à causæ aggressione, maxime si præcesserint febris, quæ nec tertianæ naturam, aut cuiusuis alterius repræsentet vestigium.

B V. Quintum signum huic febrium generi maxime proprium est à cibo caloris incrementum, cum annotatione sine rigore, frigore, horrore, aut inæqualitate, facto tamen prius diligenti examine, ne forsan si putrida adiuncta sit, suspecta accessionis hora victum porrigas, tunc enim mirum non est, si calor increscat. Quapropter vt vim propriam & efficaciam signum hoc nanciscatur, ac vt fidelius possis de eo iudicium proferre, coniectandum est, si calor à cibu increuerit, prima, secunda, tertia, & quarta die mutatis horis & remoss accessionis suspicione; & rursus qua hora victus institutionem mutaueris, eadem laborantem intensiori calore corripi videas, tunc enim citra dubitationẽ conijcies, affectũ corpus febre hectica correptum fuisse: maxime si febrilis calor, qui perstat, fuerit eiusdem efficaciæ adhuc tertio die: quod significat verbum illud Auic. *fen.1.4. tract.3.c.2.* vbi affirmat, validum caloris augmentum in tertio pro signo esse hecticæ. Cuius sententiæ fuerat antea Gal. *lib.1. de diff. feb.* quiad diem vsque sequentem caliditatem ex cibo perdurare scripserat, quia durat quousq; completa sit tertia digestio, & ex cibo digesto & apposito cordis siccitas humectetur.

C Sed incrementum hoc non vtcunque si baudien-

dum est, vt passim ... omnicum ... febris hecticæ signum, sed animaduersis prius q ... conditionibus, quas modo refertam, si prius dixero, *quanam ratione hecticum corpus a cibo incalescat.* Cuius sane rei euentum quotidie conspicimus, rationem vero, causam, & modum, quo fi., non omnes norunt. Galen. quidem arbitratur id fieri, quod calor ab humiditate alimenti haud secus excandescat, renuitatque, quam ex calcis viuæ conspicimus succrescere desuper sparsa aqua. Multi sane licet euentum conspiciant, & sugenue fatentur modum, tamen à Gal. expositum non probant, neque ego etiam probare possum. *Primo*, quia impossibile est viuo animali tantam adesse caliditatem & siccitatem, quæ calcis naturam æmuletur. *Secundo*, quia partes, quæ in hectica incalescunt, sunt partes solidæ, sed ad eas alimentum non peruenit, nisi translatis ad minus sex horis; quinimo refert, sequenti die alimentum cordis substantiam humectare, at hectici mox à cibo incalescunt, quippe scribit Gal *vna aut duabus horis post assumptum cibum incalescere*. Ergo probabile est, *partes solidas adeo breui spatio non incalescere, ac ex consequenti Galeni interpretationem cum euentu non stare.* Sunt etiam, qui euentum negare studeant, asserentes, calorem illum, qui à cibo succrescit, nullius esse momenti, neque considerationis, & ob id potius accidentaliter ex labore quam ex cibo prouenire.

Quibus præhabitis, vt subsit veritatis maius vestigium, asserimus, signum hoc ab incalescentia ex cibo desumptum, vere esse pathognomonicum & proprium febrium hecticarũ. Ratio est, quia cum in hectica febre membrorum temperamentum sit habitualiter subuersum, & mediante prædicto temperamento & calore conficiatur alimentum, fit facile, vt calor ille ab assumpto cibo ad maiorem illam materiæ quantitatẽ extendatur, vt qm eam coquere & mutare studeat: & ita profecto qui sic affecti sunt à cibo, & mox ab eo assumpto incalescunt, quia maior est quantitas substantiæ, quæ calore participat, quam antequam corpus alimentũ assumeret. Duratq; prædicta incalescentia, donec cibus distributus discutiatur, & per sudorem exhalet, idq; noctu maxime, quia calor hic additus noctu magis nocet. At vero in aliis febribus vt pulcre aduertit Auerro. 4 *colli. c.33.* quia mediante caliditate membrorum, quæ adhuc naturalis ex assistit, alimẽta conficiuntur, non communicatur alimentis, nisi caliditas minus & suauis aut in fieri (*vt aiunt*) vitiata, quæ non efficit insignem mutationem, quæ alterare corpus possit, quinimo ipsum alimentum cõficit, ac secundum naturam mutat, si copia modica sit. Et ob id cum more naturali vniuersum corpus febriens ob calorem habitualem, qui vicem gerit naturalis, corpus incalescere est opus: quo fit, vt cum solis & omnibus febribus hecticis id accidere conspiciamus, proculdubio censemus, huiusmodi signum pathognomonicũ esse, & maxime proprium. Cum hoc tamen Gal. modus explicatus non placet, sed asserimus, exemplum de calce quodam modo esse proprium, sed non omnino; solum enim ab humectatione corpus vt calx incalescere docet, non quide neadem fieri causa & ratione. Neq; ob id credendum est, F corpus quoque debere incalescere ob sanguinis generati copiam, quia certum est, plus membra solida

*Hecticum corpus quã nam ratione a cibo incalescat.*

D

*Signum hecticarum proprium & pathognomonicum.*

E

[illegible] la conterere, quam refici possit: quod si plus te[illegible] atur, quia corpus in sanitatem agitur, illud quidem adeo est naturale & benignum, vt potius ca[l]ido naturali abundet, q̃ corpus lædere possit. *Præterea* censendum est, calorem illum à cibo additũ nullo modo [illegible] de ratione febris, neq; perti[ne]re ad putridam aut ephemeram, sed solum esse c[al]orem præter naturam, & intemperamentum hec[ticum] quod rationem febris non habet. Constat igitur incal[e]scentiam à cibo esse signum huius febris path[o]gnomonicum, habereq; etiam id proprium, vt tamdiu duret, quamdiu alimentum in ventriculo & primis venis: cui etiam accedit, in omnibus partib. febris hecticæ apparere, cum calor sit in omnibus æqualis, cui sane calori tribuenda est omnis incalescentiæ ratio, iuxta nostram interpretationem, non siccitati, vt Gal. & alii, quod omnino videtur improbabile. Præterq̃ quod subest solutio & enodatio contradictionis in Galeni scriptis, cum *in princ. c.* statuat, incalescentiam seu an[illegible] ē in hecticis contingere, vna aut duabus h[o]ris à cibo sumto: in medio vero cap. (*cuiet-iam subscribit Aui. loco citato*) adstruit, eandem fieri, cum cibus distribuitur: nam durante incalescentia credibile est, toto eo tempore, quo alimentum non commutatur in membra, aut per sudorem euanescit, vel per ventrem crudum non excernitur, posse corpus calfacere: neq; opus est ad huiusmodi conciliationem alia figmenta machinari: siquidem calfacit, non vt calx ab humido, sed vt subiectũ, ad quod præexsistens calor extenditur.

Incalescentia à cibo signum hecticæ pathognomonicum.

G

346 A

Hecticæ signa ex pulsu.

Præterea monstrant eundem hecticum calorem, & in eo aliquid peculiarius, alia non pauci momenti signa, cuius naturæ est *Pulsus*; nam cum in hoc malo vires essentialiter debilitari oporteat, nulli esse dubium arbitror, pulsus quoq; debiles fore paruos, & ob vsum adauctum crebros ac modice celeres. Cum hoc tamen in prima eius parte celerrimos licet conspicere, & non æque paruos neque crebros: quia licet idem sit caloris gradus, est tamen mi[n]or imbecillitas, aut parum conspicua, & ob id pulsus non sunt æque parui ac in reliquis temporibus, sunt tamẽ celeriores, quia quantitas illa distensionis nequit vsui satisfacere, cuius defectum supplet maior celeritas: quo fit, vt non oporteat esse æque crebros ac in reliquis temporibus; vbi & imbecillitas maior est, & ob id pulsus minor & crebrior. Apparet insuper in secunda & tertia huius febris parte, pulsus ipse durior ob siccitatem, & vtcunque sit, contractio pulsus minor futura est quam diastole, quod maior sit refrigerationis vsus, quia sp[i]ritus quoq; & humores cordis in calorem [illegible] ponuntur.

B

Hecticorũ arteriæ calidiores sunt, quam in aliis febribus.

In omnibus tamen huius febris partibus arteriarum calor conspicuus apparet magis quam in reliquis, quia arteria à calore cordis valde reliquis calidior efficitur, *vt ex Galen. 4. de caus. puls. cap. 16. aperte constat*. Est ergo proprium signum hecticæ exce[ss]us caloris in loco arteriarum collatione ad alias febres, & in eadem hectica collatione ad alias partes: quia cum partes solidæ calorem habeant factum, & arteriæ ob cordis communionem necessario sanguinis & spirituum feruentium maiorem sortiantur portionem, fit profecto *quantumuis calor factus sit, & æqualis in omnibus partibus*) vt solum circa arterias ob adductam rationem maior appareat.

Vrinæ cal[illegible] non mul[t]um a[illegible] cet [illegible] permissio [illegible] um leu[illegible] [illegible] mentum [illegible] ne [illegible] æ [illegible] mis. al[i]qua[illegible] fieri, ob coctionis defectum: an[illegible] quan[illegible] aut fur[furac]eam, vel globosam [illegible] com[illegible] icat, solidorum consumtione[m] [illegible] ostendi[illegible] tamẽ cum pinguedine [s]uper[n]atante, e[illegible] maxime quo magis in principio steterit [illegible] bus. Qua[illegible] Gal. 3. *de præsag. ex puls.* vrinam sta[t]uat [illegible] pria hecticam febrem monstrare, q[illegible] de calore aut substantia subintelligi oportet. Nam cum in ea appareant sublimationes aranearum telis similes, coniectabile est, hecticum calorem esse *iuxta Hipp. sententiam 2. prognosticorum*. Nec inconuenit plerique sanorum aut affectorum ten bos apparere, nam hectica pinguedo guttatim [illegible] tur, aut velut tela aranearum: at iu rel[illegible] us crass[illegible] milisq; ei, quæ in summo lacte co[illegible] gitur, aut quæ in iusculis refrigeratis solet concre[sce]re, *vt men est Gal. 4. de sanit. tuen.* Verum quæ solum oleosa est primo hecticæ grado, aut principio secundi propria exsistit: quæ tamen præcedente vlterius hectica, & colliquata iam pi[n]guedine, delitescit, & amplius non apparet. Quapropter optime censeo dictum esse Ralio, qui [illegible] *ad Alman. cap. 3.* statuit, vbi huiusmodi vnctuosa vrina apparet, innitendum esse in hecticæ medela.

D

Hecticæ signa ex viribus.

Ostendit etiam huius mali augmentum conspicua virium debilitas, quæ licet omnibus hecticæ partibus communis sit, eo quod in omnibus intemperamentum sit factum, in secunda vero euidentior exsistit, quia in ea consumitur natiua humiditas, quam ad robur consequendum maxime opus habemus. Sic enim lib. *de inæqual. intemp.* s. 5. statuens, debilitatem operis signum esse inseparabile intemperamenti hectici vel facti, nostram sententiam confirmauit.

Hecticæ signa ex oculis & facie consumta.

Præterea ex oculis & consumta facie distinguimus reliqua tempora, quia cum iam vltra primum tempus hecticum corpus steterit, ob imbecillitatem oculorum palpebras attollere nequit. Neque obstat huic signo 1. *prog. 14.* scriptum esse, *tanquã debilitatis signum, non integram oculorum clausionem*: v[i]detur enim non posse eiusdem debilitatis esse effectum, non integre claudere palpebras, & easdem non integre aperire: quia intelligendum est, integram clausionem referendam esse ad dormientes, & integram apertionem ad vigilantes, nam hi sunt extremi motus exigentes robur facultatis, idemque media nictantium figura, quam sua natura palpebræ petunt, summam indicat debilitatem & defunctis propria exsistit.

E

Dubium. Solutio.

*Præterea* sciscitabitur forsan aliquis, *cur ea debilitas in morbo acuto agnoscatur per defectum clausuræ dormientium, in marasmo vero per defectum apertionis oculorum vigilantium*: cui dicimus id fieri, quia in acuto morbo ex repentino fluxu sequitur inæqualis siccitas, quam consequitur conuulsio palpebrarum impediens integram inter dormiendum clausuram: in marasmo autem siccitas est æqualis, quam consequuntur rigor & ariditas cutis, ariditas autem impedit corrugationem palpebrarum, & ob id hectici nictant, maxime cum accedat debilitas motoriæ facultatis. *Item* sic affecti maximam p[ar]te se ferunt in oculis obscuritatem ob defectum spirituum, sicut ob absumtam temporum carnẽ ipsa [o]cul[o]s lapsa conspicim[us]: sic & lippa in eorum oculis sunt

lis summam debilitatem ostendit. *Tandem* vniuersus corporis habitus contabescit, cutis circa faciem excalida & intenta, præsertim circa frontem: viuidus præterea colons flos abiit, venter ad thoracem contractus, depressus atque inanis, nec omnino in ipso quidquam aliud, quam ossa membranis & cute obducta, quæ corii instar aridissima apparet: vngues nudari, & acutos ac nonnunquam crutuos fieri cernimus, sicut pilus elongari ac rariores fieri.

## Ratio præsagandi in hecticis febribus.

Hecticarum febrium præsagia.

EST sane febris hectica grauis & periculosissimus affectus, nam eius principium clam & occulte sese inserit, & incurabilior indies magis ac magis efficitur. Nam certum est, facilius esse in artis operibus demere quod superest, quam quæ desunt adiicere: fiunt enim difficulter affectus exinanitione, sed longe difficilius curantur, & eo magis, quo siccitas magis radicata exstiterit, *vt ex* G *Galen. constat lib. 1. de differen. febr.* Inquit in 7. *method. Sane hecticarum omnium dispositio difficilis est, vbi præterierit principij tempus, quod non dierum aut horarum numero, sed ipso dispositionis modo determinandum est.* Quapropter dictum est etiam Gal. *eod. loc. & 1. febr.* marasmodem immedicabilem esse, vt primam hecticæ partem curabilem, quæ vero in medio sita est, & ab vtraque discedit, æqualiter ambiguum habet ad curationem momentum: nam quo marasmodi propior, ei periculo propinquior: quo vero ad priorem speciem magis accedit, eo maiorem 347 A salutis spem promittit. *Præterea* si febris hectica velut symptoma ab alio morbo procedat, præsenti morbo curari non potest: si febri putridæ cohæreat, difficillima curatio est & mortiferum vitium ob indicationes inter se pugnantes, *vt ex Gal. etiam constat* 10. *method. cap.* 10. maxime si phlegmon, eresypelas, aut similis affectio internam partem occupet: quod si princeps sit, omnino desperata salus est. Verum si cordi vtcunque affecto marasmus superuenerit, mors celerrime accedet, proxime huic, si à iecore inceperit, & æqua lance si à ventriculo: nec minoris momenti est pulmonis vitium, sed immedicabile fere vlcus. Itaque qui ab aliis partibus ortum habet, tanto sane tardius mortem infert, quanto earum quælibet minoris præstantiæ exsistit, *vt ex eod. Galen. constat 7.* B *met. t. 7.*

Hectici morientes ex marasmo cum febre verum frigiditate moriantur, an per calorem.

Sed dubitandum hac in parte est, *an qui ex marasmo cum febre moriuntur, præ frigiditate moriantur, an per calorem, siquidem febris calida & sicca passio exsistit.* Cui dubio dicimus, calorem vno è tribus modis corrumpi, nimirum per contrariam qualitatem, hoc est, per frigiditatem: aut per corruptionem ab extrinseco, vt in putredine, quæ corruptio est propriæ caliditatis ab externo calore: aut vltimo per defectum humidi à calore resoluente, vt in hectica. Quo fit, vt primo & tertio modo laborantes frigiditas interimat, vt videre est in marasmode, qui corpus tactui adhuc frigidum commonstrat, non quidem positiua frigiditate, sed solum natiua vincente proprium calorem. Cum hoc tamen calore dissipante innatum humidum, perire animal est credendum, cum certum sit, ad dissipationem calidi succrescere protinus frigiditatem.

## Curandi Ratio.

CVM morbus hic ex eorum sit numero, qui C *(præter id, quod in calido æqualiq; intemperamento exsistunt)* in defectu & inanitione consistunt, duplicem tantum *(si simplex sit, & nulli alteri affectioni admixtus)* medendi rationem expostulat: postulat primam quidem in *Adiectione* sitam: alteram vero in *Refrigeratione*, caute tamen & prudenter administrata. Verum si hecticum corpus vel sibi communem aliam obuenerit febrem, vel ab alia febre, aut quouis vlcere vel malo in hecticum habitum deuenerit, quod febris calor ad suam medelam expostulat, neq; libere, neq; vtcunque administrare æquum erit, maxime quod refrigerando calori opus fuerit, ne forsan modica vis natiui caloris violenta refrigeratione pereat, aut condensatione maiori, quam putredinosus vel complicatus affectus opus habeat, facta, pressiorem & grauiorem reddas affectionem. Sed in huius mali curatione præsentem corporis statum prius metiri oportet, & futurorum optima coniectura assequi, vt præsenti, quantum satis sit, tribuas, & futuro prouideas. At D cum hic affectus ex factis proculdubio sit, vera sanitatum curatione, quæ per contraria omnino fit, sanari expostulat. Inquit enim Gal. 8. meth. *Facta autem ægritudo curatur, vnam præcipue habens intentionem, ad id aliud, quod est dispositioni auferendæ contrarium.* In qua re etiam præ oculis haberi debet id, quod Gal. de tabe admonuit, nutritionem, *quod ne leuissimum quidem tolerant errorem febres hecticæ.* His habitis, ad curationis summam accedendo, expendendum in ea est, potiorem & maximam obtinere indicationem, quæ reficiendi vires habet: quippe calidus habitus nullo citius auxilio corrumpi poterit *(vt sanitatem recipiat)* quam reddito ipso calore ad naturaliorem statum, quod proculdubio fiet per ea, quæ vere & substantialiter humectent tutius & citius, quam per ea, quæ refrigerant, humidum enim & futurum malum impediunt, & præsentem siccitatem *(qua vehementius operatur, & præternaturalior redditur ipse calor)* corrigunt, donec quod præter naturam est, in habitu calido corrumpant, & corpus reficiant. Sic profecto prima indicatio, quæ in adiectione sita est, tria munia docet exsequi, vt Medicus Deo fauente maximo E optatum finem consequatur: primum *Apponere* quod deest, secundum *vias Dilatare*, per quas præsticum alimentum minimas quasque particulas adeat: tertium ipsum *Alimentum ad prædictas particulas allicere & euocare.* Quibus factis, & interim dum fiunt, calorem febrilem attemperare & compescere opus erit, vt qui alteram solus esse asseribat indicationem.

Hectica si simplex sit, duplicem ex qua curationem modum.

Hectica veram curationem per contraria postulat.

Hecticæ nec leuissimum tolerant errorem.

Hecticæ curationi quæ tutius & citius conferant.

Hecticæ prima curatiua indicatio tribus perficitur.

Ad primum igitur opus accedendo, quod in victus proba victus & vitæ ratione situm est, expendere primo oportet longe diuersam à morbis materialibus hecticorum corpora exposcere victus institutionem: nam dictum est Hip. *libr. 1. aphorism.* in principiis morborum prius esse laborantibus indulgendum copiosioribus cibis, eo quod prouidendum sit, ne vires ante morbi statum collabantur: dixerat enim, *prius vero vberius agendum, vt æger sufficiat, & in statu cibum esse omnino subtrahendum.* Cuius sententiæ ratio est, ne facultas laborando à principio vsque ad finem deficiat, ob alimenti defectum, vel in statu ab eodem distracta operi

Victus ratio.

Hecticis cur in principio

*pro minori in statu vero maiori indigeant alimento.*

operi incepto non sufficiat. Cui sane omnino contrariam institutioné seruare in hecticis oportet; nam cum is affectus ex inanitione fiat, & victus ratio in ordine ad ipsum affectum instituí debeat, in principio minus esse indulgendum consulit affectus natura, in statu vero vberius. Ratio autem huius rei in promtu est, nam cum morbus constet ex humorum defectu, tantum deponere loco deperditi oportet, quantum ipsum fuerit deperditum: & cum in principiis parum sit, quod periit, parum subinde reficere oportebit. Sed in statu cum nulla sit naturæ pugna (*eo quod morbus immaterialis sit*) & plurimum etiam sit, quod resoluitur, necessario (*si malo æquale debet esse præsidium*) plurimum quoq; indulgere oportebit: cuius doctrinæ principium præstitit Gal. *lib. 1. apho. 15.* dicens: *Siquidem nutritio est eius quod euacuatur repletio: oportet igitur alimenti quantitatem esse eius, quod* G *difflatur, quantitate proportionalem.* Quibus sic habitis euidentissimum est, in primo febris hecticæ tempore facile esse corpus reficere, quia parum est, quod in eo statu resolutum exsistit: in statu vero ob id maiori opus est subsidio, quia plurimum resoluitur. In qua re expendenda est differentia status seu conditionis naturæ in morbis materialibus, & in hectica febre: quippe in illis natura semper agit in materiam morbi, & quo minus operatur, velut in principio, pluribus eget, & plura potest conficere. quo vero magis laborat in materiæ confectione & expulsione, eo minus distrahenda est alimentis, quia longe minus ea conficere valet, velut in morborum statu contingit. In hectica vero febre & reliquis morbis immate-

348 A rialibus cum semper natura patiatur, tantum cibi indulgendum est illi, quantum passio maior illi succrescat: sic etenim in principio febris hecticæ parũ patitur, & paucis fomitibus eget: in reliquis vero temporibus, in quibus pati plus cõperimus, maiori subsidio opus habet. Verum quia in vtroque tempore febris hecticæ essentialiter languida existit, ob inanitionem vtilis substantiæ, ob id alimentum etiam porrigere oportet, iuxta naturæ ipsius robur, vt Galen. docet *lib. 1. apho. 17.* dicens: *Quod si virtus debilis fuerit cum humorum corruptione vel defectu, parum & sæpe porrigere oportet.* Et subdit: *Parum quidem, quia nequit languida facultas plurimum conficere; sæpe vero, quia multis indiget affectio, vt quæ in inanitione sita sit.* Itaque minus in principio hecticæ quam in eius statu porrigere oportebit: nam qua ratione in morbis materialibus minus, quam sa-

B nitatis temporis porrigimus (*iuxta morbi acutiem aut diuturnitatem*) licet in principio parum minus, & in statu longe minus, aut omnino cibum subtrahere: ita prorsus in principio eorum morborum, qui in defectu consistunt, parũ magis, quam vires ferre possunt adhibemus, partitis tamen vicibus, vt facultas tolerare possit, & defectus qui eo tempore paruus est, adimpleatur: ac procedente morbo, vt maius est dispendium, ita pluribus indiget affectio; ceterum per plures vices, quia languidior subest facultas, & vrgentior est morbi cõditio, quia in summa est inanitione sita. Itaq; cibi quantitatem expostulat maiorem aut minorem, humiditatum maior aut minor resolutio; quam sane quantitatem moderantur vires, quę cum minus languidę sint in principio, maiorem ferre possunt. & quia affectio minus expostulat, non diuidi in plures vices alimentũm esse opus cõmonstrant,

*Hecticis quando alimentum per plures vices exhiberi debeat & quãdo per pauciores.*

sat enim est bis die laborantem reficere, quia ea quantitate potest cibum superare, & maiori non indiget. Cum vero languidiores sint, & inanitio maior, copiosius alimentum desiderant: quia multis indiget affectio, ceterum per plures vices, ob facultatis maiorem iacturam, ter enim & quater alimentis indulgendum est. C

Nec minoris momenti est, in re cibaria nosse, cuius naturæ alimentum in febre hectica profuturum sit. Sunt enim qui existiment, in principio huius febris crassius alimentum porrigendum fore, tenuius vero in statu, sumta quidem ad id indicatione ea virũ tenore: imbecilliores enim in statu esse cõstat, & ob id tenuius exposcere alimentum, robustiores vero in principio, & eo crassiori victu indigere. Ego autem tutius esse existimo, in principio febris hecticæ tenuiora porrigenda esse alimenta, & in statu crassiora. Nam cum in his febribus non solum præcauendæ siccitatis gratia, vt in putridis victus formam instituamus, sed vt præcaueamus etiam vlteriorem siccitatem, vt substantiam deperditam suo simili alimento reparemus, ob id alimentum deperditæ substantiæ persimile esse tenetur; necessum profecto est (*quia in principio tenuior substantia dissipatur*) tenuiora adhibere alimenta: in statu vero ob id crassiora sunt adhibenda, quod crassior substantia conteratur. Ex qua sane doctrina sese offert sciscitandi occasio, nimirum, *quodnam alimentum vtile exsistat febrientibus hectica; nam videtur tenue à calore facile dissipari, crassum vero minime posse permeare per constricta & corrugata foramina.* Cui dicendũ esse arbitror, in principio non esse vehementem dissipationem, & ob id tenuia alimenta esse proficua, ceterum vt resistant calori in maiori quantitate, rarius tamen exhibita, vt vna die minor sit totius alimenti copia, vt in principio conuenire antea dictum est: neq; deest etiam in statu modus distribuendi alimentum, quamtumuis crassum sit: nam eo tempore minorem copiam exhibemus, vt facilius natura liquet atq; conficiat, ceterum frequentius, vt par sit dispendio præsidium. *Præterea* cuiuscumque sint alimenta sint, siue crassa, siue tenuia, mediocriter frigida, & copiosius humectantia esse oportet: forma simili deperditæ substantiæ, & copia æquali, nisi causa aliqua, vel affectus, aut symptoma aliquod contrarium vel diuersum popolcerint.

*Dubium. Solutio.*

*Hecticis tenuiora debentur in principio alimenta, & in statu crassiora.* D

*Hecticorum alimenta mediocriter frigida & copiose humectantia.*

*Hecticorum alimenta in principio.*

Quibus præmissis, cibus primi temporis cõstabit ex *iuribus pullorum & auium sine pinguedine*, in quibus *hordeum sine cortice, lactuca, & portulaca* coxerint, vel ex iure incocto & macerato pane, prius loto: prosunt & *oua tremula & sorbilia*. Pisces autem saxatiles, præsertim *trocta nouella*, *cochleæ* itẽ prius aqua maceratæ decoctæque cum iure pulli gallinæ, aut agni: pulli etiam lacte saginati, pultes ex lacte & farina præsertim hordei. Præstãt & parui cuniculi, ac testudines, & columbarũ pulli saginati *ptysana* aut *farre*. Tandem ego laudarem victum omnem humidum, & coctu facilem, & optimi nutrimenti. Verum quoniã infirma est hecticorum attrahendi facultas, liquidiora alimenta conueniunt, sic enim facilius coquuntur & distribuũtur. Cui vsui aceti aliquid admiscemus, vt distributionem adiuuet, etiamsi nocere posse videatur, hoc enim Gal. commendat eo nomine, & cõdito ac ptysanæ inicit *lib. de marasm. c. 10. & lib. 10. meth. c. 11.* nam licet calore membra polleant, non ob id, vt *Gal. aduertit*, vim habent ad attrahendum idoneam, maxime cum

E

F me cum alimenta vel frigida debeant esse, vel subtepida. Docent insuper auctores *panatellam* conficere ex succo carnis pulli aut hœdi in duplici vase excocto, cum modico sale, & admixtione post colaturam succo cydoniorum. Quæ sane omnia & reliqua, quæ hecticis offeruntur, calida adhiberi oportet, *vt Gal. 12. meth. aduertit.*

Panatella.

Procedente vero affectu solidioribus vtendum, velut exstillant *pultes ex farina hordei cum lacte vel in-re confecta, far item aut amylum cum lacte aut iure paratum.* Quod si alterius vitia purgat, conferet *testudinum caro, pullorum gallinarum perdicum*, maxime si (*vt dictum est*) iugulati fuerint lactuca seruefacta lacte, & extremitatum animalium, prodest & summopere cibus albus Hispane (*manjar blanco*) appellatus, carne pullorum, ranarum, aut testudinum confectus cum *amylo aut farina* hordei. Verum si ad solidioris substantiæ vsque deperditionem laborans deuenerit *porcellorum, vituli, vel hœdorum carnibus* vtemur, bis die exhibitis, præstito

Hecticorum alimenta procedente morbo.

Manjar blanco.

G alio tenuiori cibo inter vnam & aliam. Nec est in hac parte silentio prætereundum, quanam ratione carnes laborantibus parare oporteat: multi enim fugiunt à carnibus assis, credentes plus exsiccare: Ego tamen censeo ex Arist. sumptam *lib. 1. problem.* carnes assas plus elixis humectare: ratio huius est, quia cum carnes assæ in superficie exsiccentur, fit facile, vt interna humiditas vi ignis dissipari non possit. Quippe elixæ carnes omnes humiditatem deponunt in aquam, & ob id iuribus esse vtendum frequentius ratio postulat, & ex carnibus eas, quæ assæ sunt, si ventriculus ferat: quod facies,

Carnes assæ plus elixis humectant.

349 A semotis partibus externis & crustosis, nisi adiuncta fuerit pituitæ redundantia. Nec omnino hectica febre laborantes à fructibus esse arcendos certum est, quippe expostulat morbi conditio *melones, saltem Indicos, cucurbitas, lactucam, scariolam, sicyorum, poma etiam, pruna, cerasa,* & id genus alia. Quod si aluus solito largius fluxerit, abstinere ab his summopere oportebit, & eos fructus, quæ modice adstringunt, porrigere.

Hecticis non omnino a fructibus arcendi.

Verum vt hæc omnia alimenta beneficium præstent, aerem, in quo habitet laborans, eliges frigidum (*nam maius sequitur beneficium ex aere frigido inspirato, quam ex cutis densitate incommodum: siquidem quam paucissimi sunt fumi, qui retrorsi possunt, quia nulla est humorum putredo aut vstio*) aut temperatum,

Hecticis aer frigidus aut temperatus eligendus, & qualis debeat parari domus.

B vel tu ipse diligentia parato. Sic primo quæres domum prope humum, & humili loco sitam, ac spirantibus ventis & Aquilone perflatam, quam etiam amplius temperabis per aquæ ductus, & artificiosos fontes, qui & aerem humectent, & somnum concilient. Præstat & soli irrigatio, & sparsa humi frigidarum stirpium folia, nisi laborans tenellus, aut natura frigidus, vel senex id vetuerit, licet certum sit, minus lædi ex densata cute, quæ facile vel leui frictione aut tegumentis laxari potest, *vt optime Galen. aduertit libr. 10. meth. cap. 8.* Somnus etiam mediocris exhibeat, ne longior viscerum calorem augeat, aut breuior imbecillitatem & siccitatem: item lectus & indumenta, *vt Auicen. consilit,* bonum odorem inspirent, *rosarum* videlicet, *violarum, santalorum, camphora, & trochiscorum eius, ac florum nenupharis.* Caueat insuper laborans omnem animi perturbationem, quinimo quærere oportet, quæ mentis hilaritatem concilient, & peculiari iucunditate delectant.

Somnus. Lectus.

Indumenta.

Verum quia languidi laborantes prædicta alimenta, quæ non nisi maximo labore fructum præstant, perferre nequeunt, ad aliquod aliud alimentum, quo nostræ generationis principia fructum & beneficium capesserunt, deueniendum est. Tantam enim habet lac cum semine & sanguine menstruo connexionem, vt sicut in nostri exortu præstitit alimentum, ita quoque hecticorum corpora ad antiquum statum reducere contendit. Hac tamen lege eo vtendum est, quod si corpus robustum fuerit, rurale, & laboribus assuetum, lacte vaccino detracto butyro vti oportebit. Verum si id ventriculus non concesserit (*tale enim sumptu aliquid vtilissimum fieret*) caprillum porriges, est enim vaccino tenuius. Tertio vero vilioris & tenuioris substantiæ est asininum lac, quo profecto frequentius se optime habuerunt febre hectica laborantes: tenet enim medium caprillum inter vtrumque, nam asininum crassius est, & bubulo aquosius. Danda vero opera est, vt ab vbere, vel quam recentissime mulctum bibatur, ne aeris iniuria vitietur. Prætera lac quam dulcissimum esto, sibi ipsi continuum, nullam externam qualitatem gustu aut odore prætereferens, ruloperet animal florentis ætatis. Lactis vero vsum insomno non commendabis, à quo non esse dormiendum auctores plures commendant. ego autem censeo vna aut duabus horis à suctione lactis superdormiendum esse, nam eo tempore nullum est periculum eius per vaporis ad caput, neque corruptionis in lacte quam præstat eo tempore somnum ... quod securius & celerius ... distribuatur lac. In cuius etiam via considerandum est ... ventriculo corrumpatur, cogatur vel acescat. ... mirum non est, si corruptionem subeat, sicut dum venter frigidis abundat humoribus, aut ipse frigidus est, si concitetur aut in acorem mutetur. Ceterum intelliges corruptum ex nidore & pulsuum mutatione. languidiores ... tardiores ac frequentiores (*vel si imbecillitas sit maxima*) rariores fiunt, quales ore ventriculi laborantibus solent fluere crescere. Sic & acescere monstrat ructus acidus, & vtriusque ventris torminulus dolor. Quapropter vtrique vitio subueniendum est, ne laboranti desit occasio & modus vtendi præsidio adeo insigni & vtili. Sic enim si corrumpi compereris, coquenda est cum lacte aquæ portio, vel lacte exhibito modicum aquæ porriges: aut si ventriculus vel iecur

Hecticis lactis vsus quare vtilis & quibus bubulum, quibus caprillum, quibus asininum conueniat, & qualiter propinari debeat.

Hecticis vt lac sit vtile, quæ sint accipienda.

C

D

Lactis acidi correctiones.

E nimia caliditate polleant, ante lactis sumptionem haustum aquæ frigidæ porrigito: etiam solet corruptionem interdicere lac acetosum præbere à quo butyrosa pars detracta fuerit. Verum si cogatur aut acescat, mellis tepidi aut sacchari momentum admiscebis, sicut dum serum in aluum descendit, ac difficulter ob concretionem coquitur, salis tantillum, *vt Gal. docuisse constat, 5. meth. c. 12. & 10. eiusdem c. 11. & 5. de san. tuen. c. 7.* Sic etiam dum studemus acrimoniam seri retundere (*quod Gal. etiam consulueerat*) post coctionem aquæ modicum adiicimus, quod ex vsu est dysentericis, & vlcera habentib. in pulmone ac thorace, *vt latius dictũ est lib. de art. med. c. de physic.* Periculum tamen prius fiat in lactis exhibitione, sumptis tantum vnciis duabus, & paulatim aucta quãtitate ad sex vel octo vncias. Quod si laborans dormire assuetus somnum vitare non potuerit, superbibat aquæ modicum, quominus lac calore somni corrumpatur. Possunt præterea

Seri acrimonia qualiter retundatur.

Fea lacte utiliter fercula non pauca parari, cum *amylo, aut farina hordeacea, vel mica panis sæpius aqua frigida lota.* Item Alex. lib. 12. cap. 4. cum ptysana & condro cõcoquere iubet, si per se sumptum prave conficiatur. Verum in quibus iam consumtionis negotium maximum minatur periculum, ad humanum lac deveniendum est, maxime ab ubere suctum ex fœmina iuuencula, & optimi temperamenti, ac proba etiam victus institutione nutrita. In cuius sane lactis usu nec expectandum est grande carniũ dispendium, neq; mox à principio ipsũ instituere oportet, ne aut serius præstes, aut xrite genuinam occationem. Quod si laborantes aliqui lacte uti formidaverint, iterum confugiendum est ad ante dicta cibaria: nõ quidem, vt multi consulunt, ad carnium instillationes. Quarum loco succos carnium frequentius uti consulo, maxime ex assis carnibus, hæ enim substantiæ magis nutriunt, & difficilius resoluuntur. Cuius succi prelo pressi, & iterum igni appo[si]t[i] d[um] nec pinguedo co-

G [a]gulari quodam cataphatur, *quatuor vnciae cum instillatione aliqua vel iure ex prædictis carnibus cum lactucis, hordeo, aut aliqua ex frigidis herbis elixo* præbere satis est, addito gustus gratia *limonum aut arantiorum succo vel citrãgorum acetum.* Item præstat ipsas carnes minutim incisas & decoctas cum *lactucis, cucurbita, pyris, succo limonum aut arantiorum præbere:* placentas vero modo ex testudinum carne, modo ex quaeis alia confectas, ubi plurimum coxeris, inutiles esse censeo, nisi eam etiam coxeris, quod humiditas carnis non resoluatur, quas equidem *amygdalis, aut nucleis pinearum* conficere, vel nucleos ipsos diu *aqua rosacea* maceratos, per se præbere

350 A optimum est. Gustus etiam atque utilitatis & corroborationis gratia uti oportebit condito aliquo, confecto ex conserva *borraginis, buglossæ & rosarum cum pulveribus seminis papaueris albi, & diamargariton frigidi cum laminis auri minutim incisis, cuius coclearia duo summo mane porriges.* Hæc enim sunt aliment[a], quæ medicamenti vice, generosa corpus quoq; blande refrigerant, sicut *semina portulacæ atque cucumeris, cum mucilagine psyllii & seminis citoniorum cum pulveribus diamargariton frigidi & saccharo,* quantum sit satis ad formandos trochiscos, quorum unum ori detentum sitim compescere & corpus refrigerare, compertum est.

Nec minus potus habẽda cura est in huiusmodi laborantibus: cui usui primas tenet *aqua hordei, aqua saccharata, aqua item diu in cisterna asseruata,* sed maximam habet efficaciam aqua per lapideum mortarium cinnamomi excolata, tenuitate namque vehiculũ præstat alimento, ut citius permeet.

B Vtilissima etiam est, quæ ex cort[ice] ... coquitur, aut *cum papauere, vel nymphæa aut floribus violarum:* laudatur etiam ab Avic. *aqua hordei,* in qua cancrorum caro abiectis testaceis coquitur: oportet autem cancros prius excorticari, & diligenter lixiuio; deinde aqua ablui, ut fœdum odorem deponant, deinde singulæ unciæ singulis libris *aq. hordei* mec[uantur]: quum dixi, habent enim aduersus tabem miram efficaciam, omnem enim siccitatem corrigit & cõpescit. Oportet insuper potum omnem frigidiusculũ esse, *vt Gal. 10. meth. c. 10.* optime aduertit, dũ modo citra perfrigerationẽ sensibilem bibatur. Præterea licet Alex. consulat largius à cibo potandum esse his, qui sic affecti sunt, cum hoc tamen quia Gal. non placet, ne in aliud malum laborans ob virium imbecillitatẽ decidat, moderari oportet, ita ut neq; adeo multã aut gelidam vel à cibo distantem, neque ita parcam, ut ex siti amplius perseliteretur. In debilibus vero corporibus natura frigidis, pituitosis & crudis succis scatentibus, aut nimis vino assuetis, albo & tenui vino uti opus erit, præsertim eo, quod *oligophoron* appellant, quod si vel alvus fluat, vel laborans nimis exsoluatur, rubro uti conceditur. Tanti enim est momenti in corporibus hecticorum vini usus, vigilantius sit enarrandum, quod sequitur ex subtractione, quam ex paulo importuna eius administratione.

C

Præmissa debita vitæ institutione, ratio consulit veniendum esse ad reliquam curationẽ, quæ extrinsecus humectantibus (*& vt rectius loquar madefacientibus*) & modice refrigerantibus perficitur. Vniuersa itaq; medendi ratio huic febri proficua sita est in *Humectatione & Refrigeratione:* humectatio tamen tutior & utilior existit, siue intus, siue extra adhibeatur, *vt Galen. est sententia, 7. meth.* Est quidem non leue periculum in refrigeratione, eo, quod per efficacem maxime qualitatẽ inducatur, & ob id periculosa existit adeo, vt passio eẽ senda sit potius quam actiua: quo fit, vt imbecillum corpus citra notam id minimo ferre queat: è diuerso vero, siccitatis per ea, quæ humectant, curatio, ut longo tempore est opus, ita minus est quam refrigeratio periculo exposita, *vt ex Gal. 7. & 10. meth. aperte colliges, & ex Aner. 7. collect.* Est tamen intus &

D extra facta magis necessaria in huius mali curatione humectatio, quã refrigeratio: nam interna deperditum reficit, externa vero mod[ic]o calore partes dilatat, constricta & corrugata lenit & laxat atque aperit, & rursus modico calore vim habet alimentum trahendi ad extimas & carnosas corporis partes: quæ sane munia medicus præ oculis perpetuo habere tenetur, si velit deperditam sanitatem reficere. Sed huic ministerio ea quædo probauit usus, & rationi consonum existit, inter potissima auxilia, quæ hucusq; ars adinuenit, nullũ esse balneis utilius. Sic profecto hac sola ratione antiquitas adeo sumptuosa & magnificã parauit ædificia, ut à sihuc extẽt pretiosissima & usu gratissima apud Romanos: parabant quidẽ tres domos seu cisternas aut cuppas, in quarum prima; q̃ *stupham* nuncupabant, aẽr tantum immorabatur seu halitus calidus: quo sane loco exuebantur laborantes, ibidemq; donec corpus ad calorem moueretur persistebant. Postea in secundam cisternam conscen-

E debant, quæ aqua calida plena huic usui erat parata: à qua in tertiam domum confestim prosiliebant, quæ frigida aqua scatebat. Erat autẽ antiquorum mens in his balneis hæc: in primo quidẽ corporis poros aperire: ut in secundo corpus apertis poris altius humectaretur: sicut in tertio, ne vires tanto calore deficerent, aut corporis calor intensior fieret, frigiditate frænare atq; cõpescere. Auenzoar, Rasius & reliqui Barbari suspecta habent balnea, primum & tertium: illud quidem, quod facultatẽ dissipandi spiritus atq; prosternendi vires natura sit, hoc vero quod ne corpus quidem validũ subitas & contrarias alterationes citra noxam ferre valeat. Quapropter nostra ætas & peritiores Medici tantũ probant balneum aquæ tepidæ, aut moderate calidæ, & pororũ apertionem moliuntur lenitiusculis quibusdã frictionibus, quæ moderate calorẽ euocent & poros aperiant atq; alimen[tum] ad singulas

Hecticis quando lac humanum propinandum.

Hecticis melius instaurantur succis carnium assatarum, quam earundem instillationibus.

Placentæ.

Conditum.

Hecticorũ potus.

Aquæ cancrorum efficacia aduersus tabem mira.

Hecticorũ potus sit modice frigidus & moderatæ quã[titatis].

Hecticis vini usus magni momenti.

Humectatio hecticis tutior, quã refrigeratio.

Hecticis balnea profutura.

Balneorũ paratio.

Antiquorũ in balneis mens.

Hecticis quibusdam balneorum loco frictiones.

*Hecticorum balneum quale optimum.*

gulas partes trahant, iuxta illud Hipp. *Frictio mollis impinguat. dura exsiccat.* Itaque labrum aqua plenum prope lectum disponatur dulci & modice F calida, eo ordine situm, vt in eam æger citra laborem descendat. idq; fiat summo mane duabus horis ab exortu Solis, & tribus ad minus, à leui quodam pastu ex vitellis ouorum, aut iure vel succo aliquo carnium, quem natura præscripto spatio deuincat, vt si. care linteis moderate corpus liceat, & lacte muliebri ab vbere multum madefacere dorsum, & postea ipsum conijcere in aquam, leniterq; hinc inde manibus tractare, sineteq; in aqua tamdiu immorari, donec ipsa tepescat: & quia necessaria quodammodo post balneum calidæ moderata frigiditas est, non oportet laborantem extrahere, antequam ipse persentiat aquam quodammodo tepescere ac refrigerari, quo tempore corpus linteis inuoluere & molliter abstergere oportebit, quia id videtur sufficere loco frigidi balnei. Nam tanti momenti censetur apud Galen. & plerosq; medicos eius vsus mox à calido balneo, vt iure optimo arbitrentur, calidum nil commodi G præstare, ni prontius frigidum accedat. Quod sane præsidium licet reuera commode & prudenter præstitum, maximi sit momenti, cum hoc tamen adeo est frigidi occursus hecticis grauis & periculosus, vt verendum sit, ne ea leui quodam errato, maius sequatur damnum, quam ex recto vsu beneficium. Verum si quis velit citra periculum eius gratiam experiri, primo laboranti inergat modice calida aqua, & vbi aliquantulum ibidem immoratus sit (*nisi interea conuenientem teporem acquisierit*) iniecta frigida ad exactam temperiem reducatur. Vbi iam laborans tædere cœperit, tantum frigidæ admiscendum, quantum ad aquam balnei

*Frigiditas moderata a balneo calido maxime prodest.*

*Frigidi quantum balneo calido admiscendum*

351 A aperte refrigerandum sufficiat. Itaq; in calido balneo parua sit mora, in tepido mediocris, in frigido vero omnium minima: hæc enim ratione balnei partes omnes experietur laborans, & nullum ex frigido periculum, sed summam vtilitatem percipiet. Verum si placuerit maiorē efficere humectationem, aquam ipsam decoques *violis, malua, branchia, vrsina, & seminibus frigidis*: si tamen adhuc impensius humectare libuerit, *mucagini: seminum citoniorum, & psyllii* in aqua conijcies, dum decoquitur, & extremitates etiam animalium addes. Ceterum quod vltimo refrigerat & humectat moderatissime est *balneum ex equino lacte paratum*. Quod si adhuc calorem plurimum vigere ex siccitate, tisi, ac reliquis accidentibus compereris, vsu probatissimum est laborantem dormire supra vtres aqua plenos. Poteris enim ex duobus parere idoneum stratum aqua existente modice calida: quo sane auxilio leuatum fuisse illustrissimum quendam Mecœnatem fideliter accepi, & scio maximi B futurum commodi. Vtcunque tamen corpus humectaueris, mox ante, quam à balneo aut à frictione refugeretur, inungere oportet his, quæ temperata sunt & pinguota.

*Balneum ex lacte refrigerat & humectat.*

*Hecticos valde iuuat dormire supra vtres aqua plenos.*

Quod sane exsequeris, si primo præstiteris *oleū amygdalarum dulcium, aut dulce oleum sine sale butyrum* etiam *vaccinum* per se aut *violatum aqua lotum*: *oleum item de nenuphare, de salicibus, de papauere, violarum, rosarū & de curbita*. Quod si impensius refrigerare oportuerit, *rosaceo* quoq; *vnguento* corpus inunges, aut re sumtiuo nuper facto cum modico refrigerante ex Gal. Verum si humectare adhuc amplius libuerit, *mucagine coclearum psyllii ac seminis citoniorum prædicto oleo admiscebis*, ac si magnam perserieris caliditatem, vt impensius refrigerare cogaris, *vnguento Gal. refrigerante* corpus inunges, primum eo solo, & si necessitas plurimum vigeat, cum *albumine oui commixto, ac succo semperuiui in parua quantitate adiecto*. Ne tamen desit materiæ copia, quia in diuersis corporibus, ætatibus, & anni temporibus, vti libere possis, inungere quoq; dorsum licebit *cremore ptisanæ, butyro vaccino* admixto: quod facies caute & sensim, dorso primum inuncto, procedente tamen malo vniuersam thoracis regionem inunges, præsertim iuxta cordis situm: qua parte quæ minus frigida sunt adhibebis. Ventrem quoq; inunges, & in viris, qui [illegible] ndum mediam ætatem præterierunt, testes etiam.

*Hecticis … ex … un … nes pa … le, & … modo … ndum*

Sic enim dorsum & spinam lacte muliebri ex fœminæ vbere irrigare, magni probatum est fore momenti. At si particulam aliquam corporis calore illo præter naturam cognoueris pollere, ea quidem epithematis irrigāda est, extracto ab herbis frigidis succo, aut facto decocto, veluti ex *semperuiuo, lactuca, violis, rosis, intubo, oxalide, hordeo, & palustri lenticula*. Ex quibus etiam instillatitiæ aquæ cum pulueribus, qui membrum calidum respiciant, fieri irrigationes possunt, maxime æstiuo tempore, & laborante non transgresso mediam ætatem. Sic capiti ex calido prosunt perfusiones D ex *dulci aqua. lacte, aut decocto hordei, papaueris psylii, & violarum*. item desuper sparges *pulueris coriandri præparati, seminis papaueris albi, cum oleo rosaceo aut violaceo, ac mucilaginibus psylii, aqua hordei aut rosarum extractis*. Si vero ventriculus nimis incalescat, proficuus est *puluis coralli, vtriusque cornu cerui, & rosarum*: si iecur, *puluis santalorum omnium, schœnanti, & agrimoniæ*: si cor, *puluis diamargariton frigidi, electarium de gemmis, cum aqua frigidis, & modicissimo aceto*, quæ ex ceprateneo philiro ipsi adhibeantur: quibus omnibus subuenies facto cataplasmate aliquo ex succis vel decoctis cum *polenta* adinuicem mixtis. Poteris quoque effingere vnguentum ex lacte *seminum frigidorum* cum aliquo ex supradictis succis, *albumine oui & portulaca pistatis cum rosaceo & medullis crurum vituli ad consumtionem succorum*. Cōfert ventri adlibitum emplastrum ex *farina hordei cum succo lactucæ, portulacæ semper se vtiliter ventriculo imponitur*. Iuuat quoque vnguentum hoc quod recipit *ceræ lotæ* ℥.iiij *olei rosati, lib.* j. liquefiant in vase duplici, & vbi refrixerint ex aqua frigidissima lactucæ vel portulacæ succo subigatur, & fiat ceratum. Item ad renes id parabis ceratum, quod re- E cipit *olei rosati omphacini* ℥vj. sæpius aceto abluatur, deinde succo *acetosæ, vel semperuiui, aut solani* subdupla quantitas, ac modica cera lota aqua frigida fiat ceratum, in cuius confectione & aliorum vnguentorum modicum aceti admiscere tanquā probatissimum laudant plerique auctorum. Nec omnino internum calorem citra refrigerationem relinquere oportebit, sed præter ea, quę potui esse idonea antea diximus, conditum hoc mirabilis refrigerationis est in vsu: recipit quidem *santali albi & rubei ana drach.* j. *seminis verberis, seminis portulacæ, scariolæ, melonis, succi liquiritiæ, rosarum, violarum, nenupharis, spodii ana drach.* j. *sacchari, q. s.* vt cū aqua rosacea fiat electarium. Refrigerat quoque mirifice & reficit extenuatos, id quod recipit *albumina quinquaginta ouorum agitata & in aquam conuersa*, ac in

*Hecticis spina dorsi lacte muliebri ab vbere emulso irriganda.*

*Hecticis epithemata, pro singulis partibus, quando & quomodo parari debeant.*

*Vnguentū.*

*Ceratum.*

*Hecticis quæ condita vtilia.*

*Aqua ex albuminibus ouorum hecticos mire refrigerat.*

F ac io encanismate posita, in quo sedeat æger. Sed si lacte admiscueris muliebri, dorso cum vesica adhibere poteris, sicut vniuersum corpus ipsa aqua lauare, quod incredibilis est efficaciæ his, qui per halitum digeruntur.

Hectici quemadmodum seruare debeant in balneorum vsu.

Verum ne quis intrepide & vt sors tulerit, iis vtatur, legem ac rationem vtendi, ne aberret, primo addiscat opus est. Primo itaq; cauendum est, ne laborantes crudi aut crudis succis abundantes, vel famelici balneum adeant, sed prius clystere aluum mollire oportet, ne dilatatis viis superuacua excrementa loco optimi nutrimenti trahantur: curandum tamen est, ne clysteria ex acrioribus constent, sed ex mollientibus, humectantib. ac refrigerantibus, modice tamen. Qualia sunt quæ conficiuntur ex iure aliquo pingui & alimentoso, ex *oleo violarum ac rosarum, ex saccharo & vitellis ouorum*: quod si mutare libuerit, aliud conficies ex *hordei decocto, ex lacte seminum frigidorum maiorum cum oleo*

G *violarum, & succo portulacæ.* Parantur item ex *lacte caprino cum oleo & saccharo. et ex hydraleo & saccharo*: tanti enim momenti huiusmodi curandi ratio est, quantum monstrare videntur febres ephemeræ frequentissime hecticis corporibus succrescentes, quas ex cruditate alimentorum, quæ facultates languidæ nequeunt conficere, proficisci necessum est. Cuius mali vitandi gratia prudentiores medici non omnino abstinent se à purgantium medicamentorum vsu in febre hectica, si aluus adstricta est. Qua in re expendere oportet, cauendum ille à vehementibus medicamentis, & tantum vtendum *cassia, aut manna, aut syrupo ex nouem infusionib. violar.* quorum aliquid semel in mense sumere, vtile & necessarium esse, ephemerarum febrium frequentia docet. Qua lege præmollito corpore quatuor horis à cibo, vt *dictum est*, licebit corpus fricare, moxq; prædictis balneis ordine scripto committere, ibidemq; immorari sinere, leuiter corpus fricando, donec aut carneo quodammodo intumescere videantur, aut aquam refugerint: nam si vltra pergas, periculum est, ne id quod frictione & aquæ calore ad partes carneas tractum sunt, cuius ratione partes intumescunt, vehementius operante calore aquæ & frictionibus conteratur resoluaturque, & corpus siccum supersit. Ob id quidem dictum est ab Hipp. *mollem frictionem impinguare, duram vero exsiccare.* Quo sanè termino cognito, corpus linteis inuolutum in lecto tepido recondes inungesq; aliqua ex prædictis vnctionibus, facto itero, vt *diximus*, leuioribus, & prout cognoueris prodesse parum aut nihil, sic in ea persistes, aut ad alias exsiccationibus te conferes. Est insuper eo tempore præstantissimum auxilium, duarum aut trium horarum spatio somnum conciliare, nam vltra dormiendo pergere, non minus resoluit, quod attractum est, quam balneum.

352 A Hecticis adstricta aluo semel in mense leuiter purgandi.

Frictio mollis impinguat, dura siccat.

B

Vnum tamen hoc inter alia obseruandum est in hac curatione, nimirum inunctiones & appositas refrigerantia diu in corpore non oportere immorari, ne plus iusto corpus refrigerent, aut altera ad calorem vi febrilis ardoris corpus amplius calfaciant, sed mutare, & aliquando ex toto auferre eos oportebit.

Inunctiones & refrigerantia in corpore non diu immorantes.

Quod si aluus fluxio succedat, vt sæpe solet, coniectandum est, an corpus per ventrem colliquetur, an ex ventris impotentia aliment cruda aut praue confecta excernat, vel hæc eadem ex irritamento illato ab his quæ colliquantur, acria & mordacia

Hecticis si aluus fluxio accidat, quomodo sint occurrendum.

præ calore & siccitate eaite contingat. Hæc enim omnia considerare magna diligentia prius oportebit: primo tamen conricies, nusquam corpus sic affectum medicamentis adstringentibus extrinsecus corpus esse macerandum: nam compressis partibus externioribus & carnosis, facile est omnem colliquationem & humorem ad internas partes protrudi, & fieri ob id maiorem aluit fluxum. Quapropter dum corpus colliquatur, & colliquamenta per ventrem excernuntur, viscosiora [illegible] & eâ quæ quodammodo emplasticam habent vim, porrigenda sunt, velut sunt *pultes ex farina hordei cum iure capitum & extremitatum auium, & omne alimentum quod ex hordeo parari potest*: cuius rei beneficium præstat *cibus albus cum farina hordei & carne ranarum confectus, succus etiam carnium assarum cum pulueribus boli armeni, margaritarum præparatarum, aut electarii de gemmis*. Quo sane tempore tutissimum est præsidium, corpus amplius fricare, & mollioribus vnguentis ac illinitionibus inungere, vt ad partes externas trahatur quod fluit, & caliditas exurens attemperetur. Quo facto, alimentis admiscere oportet aliquid eorum, quæ vim habent adstringendi, velut est *agrestæ succus, acetosa, aut granatorum acinum*: quos latte succos extrahes cum *aqua deaurata aut chalybeata*, vt simul calorem compescant. Vti etiam in eodem fluxu poteris *chalybeato*

C

D *lacte ferro aut candentibus lapillis, addito bolo armeno, aut terra sigillata*: vel porriges *saccharum rosaceum cum eisdem pulueribus*, & alia non pauca quæ capite de phthisi in arte medendi latius scripsimus. Verum si ex ventris imbecillitate affectio prodeat, tunc quidem roborantibus & adstringentibus firmare ipsum oportebit: ac si calore æstuore compertes, addes quæ refrigerare nata sunt, vt *syrupus citoniorum, rosarum myrtillorum, & de rosis siccis*: prodest & *ptisana hordeacea, aqua hordeo torrefacto admixta* exterius vero quæ consimilem vim habeant præstabis. Quod si ex caloris defectu venter fluxerit, temperatioribus ac modice calidis ipsum roborabis. Pari etiam modo syncopizantibus subuenies vino, instillatis ex carne aquis cum modico *vino rubro*, maxime *granatorum cum saccharo ferrefacto*, & frequenti renutritione, minorum tamen facta, odoramentis insuper vteris ex recente *pane, vino aqua rosacea, ac napha irrorato*: tandem omni arte curandum est, spiritus reficere.

Hecticis si syncope superuenerit, quid agendum.

## LIBER SEXTVS

# DE FEBRIVM PVTRIDARVM NATVRA, CAVSIS, DIGNOTIONE ET CVRATIONE.

QVi febres putridas optime curaturus est, nosse prius tenetur quæ sint omnibus ipsis communia, tum quatenus ad materiam earum pertinet, tum vero ad materiæ alterationes: tum vltimo quoad communem omnium curationem. Præterea expendisse etiam oportet, quæ sint cuiq; febrium sorti propria & peculiaria atque proficua. Verum illa tria diligenter expédere prius instituo, quam auxiliares manus alicui earum adhibeam. Dictum quidem in superioribus est, materiam febribus omnibus præstare humores naturales appellatos, quos in venis residere gratia præstandæ alimoniam diximus: sed & naturales, qui licet naturales

Febrium omnium communia.

raliter corpori insint, & ex quotidiano alimento generationem sortiantur, eo quod alimoniam non præstent, & ob id non naturales à medicis iure optimo appellantur. Pari etiam pensu putridis febribus materiam præstant humores, quos præter naturam nuncupamus, quod generationem sortiantur ex aliis humoribus, aut ex eorum materia, à causis tamen præter naturam, cuius naturæ est *vitellina* bilis, & reliquæ eiusdem speciei, quæ G perperam in corpore generantur: sic & pituita vitrea, salsa, atra bilis, & huiusmodi humores, nec non & eorum serea substantia, & mille varietatibus implicata humorum vagantium sors: quos omnes ... imus febribus omnibus & singulis materiam præstare.

Calor eiusdem humorum sex modis alteratur, aut præter naturam fit.

Qua vero alteratione humores prædicti afficiantur, vt febrem, quæ *humoralis* nomen mereatur succendere possint, expendendum nunc est: & quod maius in hoc negotio præstare beneficiũ potest, est nosse, qualis naturæ & efficaciæ futurus sit calor, qui prædictam alterationem in humores

353 A inferre possit. Cuius doctrinæ gratia præmittendum est, calorem cuiusuis humorũ vno è sex modis posse præter naturam fieri, nam *Aut* incalescit amplius idem humor, q̃ illi secundum naturam ex vsu est, calore ex aliqua occasione intrinseca aut extrinseca illi accedente: *Aut* efferuescit, ebullit, & calore agitatur atque mouetur: *Aut* insuper adeo crescit eiusdem calor, vt humor ipse veluti vri videatur: *quarto* vero marcidus redditur humorum calor, & viribus infirmis, veluti deficiente proprio humido deuincitur: *quinto* putredinosus redditur prædictus calor ex longe diuersa humorum alteratione, quam patitur ab omnibus nuper adductis, humido calorem superante: *vltimo* vero pestilens & contagiosus redditur humorum calor, principium præstans febribus pestilentibus & malignis. His præmissis, quæ magni sunt momenti curaturo febres putridas, necessum est, cuiusq; seorsum meminisse, vt constet qualis naturæ febrium humoralium sint febres, quæ ex vnoquoque principium sortiuntur: sic profecto & cuiusque cognitio & præsagiendi ratio atque medendi B via clariores vnicuique sese offerent.

I. Calor adauctus præter naturam in humorib. citra putredinẽ febres efficit ephemeras plurium dierũ de continentium genere.

Circa horum calorum primum sciendum est, humores, quos antea *naturales* appellauimus, & maxime sanguinem aut crudum aliquem succum posse excalfieri citra vllam putredinis labem, quo tempore si cordis aliqua substantia, maxime spirituosa ponatur in calefacto esse, *ephemera* succrescit *febris*, plurium dierum nuncupata: quæ sane de genere est humoralium, earum præsertim, quæ continentes citra putredinem dicuntur: quas omnes Gal. iure optimo à consortio putridarum ablegauit, reduxitque ad spurias & illegitimas ephemeras. Hæc sane caloris alteratio tantum fit calore præter naturam humoribus succrescente citra aliud vitium. quippe incalescentia hæc nullam in calorem natiuum rei, quæ alteratur, neq; in eius substantiam infert sensibilem iacturam, sed ex calore illo cor & corpus amplius incalescunt, & cum humorum substantia incolumis existat, etiamsi cordi communicet suum calorem, vt plu- C rimum prædicta ephemerarum sors succrescit.

II. Calor p. n. qui humores solum

Secunda caloris conditio maioris est efficaciæ, vt quæ non solum ad calorem humores omnea mouere nata sit, sed eo peruenit, vt etiam in feruorem agat. Quippe is calor exagitat, mouet & in feruorem mutat ac ebullitionẽ prædictos humores, & omnes etiã alios. Quo sane tempore febres quoq; fieri *humorales* censemus, ceterum reducibiles ad genus putridarum, quales multorum decreto sunt nonnullæ ex tertianis exquisitis: item aliæ quæ ex sanguine fiunt, dum ipse adeo efferuescit, vt eius subtile vertatur in flauam bilem, & crassum in melancholiam: quæ sane febrium generatio, censenda non est per putredinem fieri, sed solum per sanguinis efferuescentiam, in qua non fit febris ephemera, sed ea quæ ob mutationem sanguinis in aliam substantiam putridarum generi adstricta sit, licet putrida reuera non existat. Differunt etiam is calor, & eius actio à præce- D denti calore, peculiari eiusdẽ actione, quia in hoc non est sola humorum alteratio, sed adeo crescit eius actiuitas & efficacia, vt substantiam quoque humorum dissipari, & corrumpi aliquo modo contingat, quia calor ille primus solum ad maiorem intensionem calorem agit: hic vero potius calorem præexistentem depopulatur, & conterit ac substantiæ tenuiorem partem dissipat, media efferuescentia, quam molitur.

efferuescere facit, febres efficit humorales. Febres humorales vnde. Calor secũdus quid a primo differat.

Hos sane calores (*quos tanquam præludium sumis*) tertius sequitur vrens quidam calor, qui dum siccam corporis substãtiam, & spirituosam adoritur, *febres* concitat *ephemeras*, quas *legitimas* esse procul dubio arbitramur: ea enim est vstionis propria, & peculiaris conditio, vt non nisi siccorum (*velut spiritus sunt*) genuina sit passio. Cum hoc tamen large sumpto huius vocis significato, Humores etiam comburi, omnis medicorum schola citra controuersiam fatetur, nimirum cum adeo efferuescunt, & præ calore ebulliunt, vt non solum aliquid eorum resoluatur & euanescat, verum & sensibiliter corrumpatur mutetur q; in alienam naturam: sicut dum ex flaua bile per efferuescentiam fit vitellina, quam nos & medici omnes per vstionem fieri concedimus, aut hæc in viridem vel æruginosam & atram. Quam sane mutationem nulli est E dubium per efferuescentiam fieri, eam tamẽ *vstionem* appellamus, ad differentiam secundi caloris, quod ille quantũuis humores in efferuescentiam ducat, eos tamen in alienam naturam non mutat sanguine excepto: hic vero quem *vstiuum* appellamus, more putredinosi caloris substantiam eorum mutat in alienam naturam & conditionẽ (*vt dictum est.*) Cuius sane conditionis censemus esse febres quarum Gal. meminit 10. *meth.* scribens cuidam iuueni contigisse, qui cum æstate media laboribus defatigatus, ira, vigilia, curisq; consumptus extitisset, febre correptus fuit biliosa, quam ex accidentibus facile venamur ex huiusmodi efferuescentia & vstione potius, quam ea putredine ortum duxisse: cum citra euidentem plenitudinem, F qua iuuenem illum carere certum erat, vel humorum crassitie, sed solum æstuantissima causa accedente, febricitauerit homo ob feruorẽ adeo intensum, qui flauam bilem naturalem, & paucam in vitellinam aut grauiorem forsan mutauit, corruptione facta serosæ & tenuioris eius partis. Itaque vera efferuescentia ea iure optimo censenda est, in qua aliquid humoris euanescit, manente tamẽ humore sub ꝓpria forma: efferuescentia vero quæ per resolutionem tenuioris partis & efferuescentiã vlteriorem in aliam naturam humorẽ mutat,

III. Calor vrens si spiritus adoritur efficit legitimam: si humores ardentem.

Calor p. n. efferuescens differt ab vrente.

Efferuescentia vera quæ.

Vstio quid

*Vstio* more medico nuncupanda est, siquidem verà vstio ab Arist. appellata, sicco rum potius passio quam humorum habenda sit. Nec turbet nostrã sententiam, esse quandam bilis speciem, quam *zinariam* Barbari medici appellant, cui maximam siccitatem ob impensam vstionem tribuunt: nam ne hæc quidem sine humiditate & fluiditate est: vnde constat *zinariam*, quæ eadem est cum æruginosa, non omnino sortiri conditionem terrã, quæ vstionem proprie pati possunt, sed solum ab ingenti calore maximam efferuescentiam, quæ perdunt, & deponunt naturam, familiarem ac nobis amicam humiditatem: qua deposita vnquidem possunt, ni antea animal ab eodem calore interierit. Itaque flaua bilis, vt quæ ad maiorem calorem facilius moueatur, velut serea humorum substantia, (*nam reliqui humores promptius putrescunt, quod eorum calor ex ambiente imbecillitetur prius quã subsidentia efferuescat*) frequentius efferuescere solent, præsertim æstiuo tempore, & præhabitis dispositionibus quas de iuuene illo retulerat Galen. 10. *meth.* Quarũ sane defectu frequentius conspicimus bilem putrefieri, quia iato quæ ad efferuescentiam necessaria sunt, coniunguntur & in vnum coeunt. Ichores tamen, & acras ac biliosas humiditates, *vt ex Hip. 4. acut. euidenter constat*, non raro efferuescere conspicimus, & à ieiunibus venis trahi, febrem ardentissimam facturas: quo tempore aut protinus ex loci mutatione putrescunt, aut in vasis maiorem corruptioni seruantur.

Zinaria bilis quæ.

Efferuescere qui humores possint.

IV. Sequitur iam quarta caloris præter naturam conditio, quæ *marcidum* reddit cuiusuis humoris innatum calorem. Marcidus vero efficitur calor vno è duobus modis: *Primo* in partibus solidis nostri corporis, cuius marcore *febris hectica* succrescit: quippe defectu proprii humidi facto ab eodem calore præter naturã reddito, ipsemet calor marcescit, & tabidus efficitur ob deperditionem sui; & propterea etiam humidi. Alio vero in humoribus, dum humidi externi efficacia imbecilliot efficitur cuiusq; humoris calor, & à proprio, & extraneo humido simul velutì deuincitur, marcescit; & impotens efficitur via quidem & præludium putredinis ipsius humoris, & causa potissima prauissimæ dispositionis, quæ minatur casum in febrẽ impense putridam. Quo sane tempore mirum non est, homines febribus quibusdam lentis atque prauissimis premi, quas potius ex hoc marcido calore ab humidi copia contracto, quam ex putredinis ortu esse arbitrandum. Est tamen differentia inter marcidum calorem partium solidarum & humorum pulcra, & magni momenti ad curationem [illegible] quippe in solidis membris marcescit calor ob humidi defectum, quod ipsemet calor extraneus factus depopulatur, & currentia in humoribus vero ob humidi abundantiam, abundat enim, quia non regulatur probe à proprio calore extraneo facto, & ob alienum humidi abundantiam & ob id dispositur ad prædictam perniciosam putredinem sic affectus humor, ni diligenter præueniatur.

Calor quot modis fiat marcidus.

Marcidus calor partium solidarum & humorum quid differat.

V. Caloris præter naturam quinta, communiorq; conditio est, qua non solum humores incalescunt vtcumq; sed adeo prauo, & putredinoso calore afficiuntur, vt [illegible] endat calor ipse, quo corrumpantur, & omnium eorum mixtio, miscibilibus manentibus dissipatur: quem sane [illegible] pu tredinem appellamus, & [illegible] *fum.* [illegible] natura vt exacte [illegible] guenda est, non solum à memoratis c[illegible] conditionibus, verum etiam à quauis alia alteratione ex his, quas scimus calorem naturale m pos[illegible] pati. Quippe differunt *putredo, & putredinosus calor* à prima caloris specie seu alteratione, quod in illa solum caliditas aduenicns accedat circa calores naturalis humorum quibus succreseit [illegible] le da[illegible] mnum: nulla etiam lesione in eo [illegible] tiam illata: in putredinoso vero calore [illegible] calor primum & maxime patitur, & hu[illegible] substantia ex consequẽti quam paucissim[illegible] susceptare beneficium, & gubernationem à proprio calore. *Differt* etiam putredo ab efferuescentia, quod in hac calor extrinsecus agens, & calorem, & humidum pariter dissipat, in putredine vero calor naturalis humorum infirmatur ab extraneo, & ab intrinseco separatur humidum à sicco, vtrumq; manens: quod in efferuescentia nõ contingit, & licet maneant tenues, & crassæ partes separatæ, & in putredine, non tamen sunt partes elementales, & mistionis, sed parte compositis massam sanguinariam. Pari etiam ratione differt ab efferuescentia, quam *vstionem* appellauimus, quia in hac vniuersum humidum quod separatur vi caloris per insensilem halitum euanescit, & si quid eius adhuc superest, id est in intimis rei quæ vrirur partibus: in putredine vero humiditas quæ separatur, manet quidem, ceterũ in extimis que [illegible] ctum esse censeo, quia calor exuiens & [illegible] vstiuni est proficuus, lentior vero & imbecillior putredini. Denique differunt, quia putrefactio fit cum excessu vtriusq; principii, formalis nimirum, & materialis ad interitum naturaliter perducẽtis: combustio autem cum excessu tantum formalis principii, & cum humidi defectu (vt dictum est) adeo vt iure optimo dictum sit Aristoteli, p[illegible] tredinem naturalem esse corruptionem [illegible] lentam. Differunt præterea, quia put[illegible] edo raro aut nusquam fit citra prohibitam ventil[illegible] tionem, vstio vero citra ipsam necessario. *Insuper* p[illegible] do differt à marcido calore, quoniam putredo humidi naturi interminationem [illegible] ab ambiente calore esse [illegible] declarat marcor [illegible] aliđe extraneitatem [illegible] ob humidi extranei superant dominium [illegible] dum in humoribus marcidus calor consideratur: nam in partibus solidis marcidus calidus; calor consideratus calidi per humidi proprii consumptionem, defectum & languorem corporat. Qualiter autem putridus calor à pestilenti calore differat, leges *lib. 7. de pest. feb. nat. & cond.* ibi enim tan en eius naturam breuiter explicabo.

Putredo quid differat à prima, secunda, tertia conditione.

Ab efferuescentia.

Ab vstione.

à calido.

Conditio caloris præter natu[illegible] sexta constituit calorem pestilentem cunctis grauiorem, & perniciosiorem. Cuius naturam latius suo loco monstraturus loco nuper citato: hac tamen in p[illegible] sufficiat scire, pestilentem calorem esse cum, cui omnes reliquorum calorum conditiones simul iunctæ insunt, & in vnum coeunt. Namq; calor hic maxime sibi subditam calfacit, in[illegible] torem agit, vrit, ac simul fœda putre[illegible] cat: quibus euidentissime [illegible] longissime intercapedine ab omnibus aliis differre.

VI. Calor pestilens quid.

Quum vniuersa curãdi febres putridas ratio & methodus prodeat procul dubio ex cognitione, & in-

& integra notitia eius & causarum, quibus continetur *cum contraria prorsus ipsam attinere ... necesse* ... necessum est profecto, paulo diligentius eius conditionem atque differentias inuestigare. In qua quidem disputatione præmittendum est, nulla alia ratione aut via priuationem distinctiue posse cognosci, quam habita prius proprii habitus exacta notitia: sic quidem, cum generatio & mixtio transitus sint ad esse, putrefactio & corruptio ad non esse, reduci facile possunt clarioris doctrinæ gratia ad habitum, & priuationem. Ita enim cogemur mixtionis principia & modũ summa quadam complecti, quo facilior euadat putredinis, quæ huic mixtorum generationi opponitur, naturæ cognitio. Cõstat enim ex Aristot. 1. *de generat.*

Mixtio quid.

C mixta omnia per mixtionem solum generari, & eam nil aliud esse, quam mistibilium alteratorum vnionẽ: adeo vt vniuersa ratio, & natura eorum sita sit in vnione eorũ, quæ mutuo alterantur & miscẽtur, vt generari mixtum possit. Ex quo euidenter constat, mixta, quatenus talia sunt, nullam aliam formam sortiri, quam vnionem. Cuius sane formæ introducendæ gratia, primo & per se mistibilia humida esse oportet: quod tanquã potissimum in mixtione prærequiritur, licet nõ sufficiat, ni siccum succrescat, quod est secundũ mistibilium elementum. Quod sane frustra in mixtionẽ conscẽderet, nisi præfuisset humidum: nam tunc mixtionem fieri scribit Arist. 1. *& 2. de generat.* dum siccum humido miscetur, quia hoc terminabile est alieno termino, illud vero stabilitatẽ præbet: erat enim opus mistibilia in loco recipi, figurari, & permanere sic. Sed ne hæc quidem sola satis ad mixtionem esse possunt, quia tantum nata sunt materiam mixtioni præstare, ni aliquod agẽs ea mutuo miscens, frangens, discindens, & veluti in mixtione perficiens accedat, & sese quoq; reliquis immisceat. Quod proculdubio calidum esse constat, quod licet elementa per se non possit ad mixtionem euocare, potens tamen est euocata miscere, vnire, & vnionem continere. Cum hoc tamen, ne ea quidem sufficerent, nisi frigidum insuper accederet, caloris modum imponens, iuxta mixti futuram conditionem & naturam. Itaque

Mixta quatenus talia, quam sortiantur formã.

Ad mixtionem quæ requirãtur.

355 A

B humidum & siccum tanquam materia mixtionis præstãntur, ita vt ab humido mixtum habeat continuitatem, à sicco consistentiam, à calido formã, mensuram vero & modum à frigido: siquidem non à quouis calore, neque à quauis etiam eiusmodi fieri potest mixtio, sed à mensurato & determinato ac diffinito: cui quidem modum & determinationem ponit frigiditas. Denique mixtio fit, & mixti generatio (*quæ tantum est vera mistibilium vnio*) tanquam à proxima causa, à calore, qui nitiuus vel innatus, seu naturalis dicitur. Sed in re hac non leuis sese nobis offert dubitandi ratio, ... *quanam ratione vnionis vinculum perfectionem & auctorem calorem esse arbitramur. & omnes Philosophi censent, adeo, vt eo dissoluto aut imbecilliore facto, omnis mixtio dissoluatur, & in interitum & vltimam corruptionem migret, si caloris munus, natura & conditio tantum est coagregare homogenea, & quæ heterogenea sunt, & diuersæ rationis, disgregare & secernere: vt putredinosus calor aperte monstrat, cuius munus est, humidum à sicco separare: & cum elementa sint longissimis*

Mixtũ quid ab humido calido sicco frigido habeat.

Mixtio fit à calore.

Calor qua ratione sit vnionis vinculum, non vero frigus.

C *mis interuallis dissidentia, heterogenea & contraria, incredibile videtur profecto, posse caloris beneficio coauagi & vniri: cum id calor non sapit & contrarium necessario & ex propria natura exsequatur: quapropter videtur potius vnionem mutuam fore tribuendam frigori, cuius conditio est heterogenea in vnum cogere eaq; vnire.* Cuius dubitationis gratia præmittendum est, mixtiones multis modis fieri posse: vno quidem ex primis & communissimisq; omnium rerum elementis: aliquando ex secundis, atque tertiis atq; quartis mistibilium vnione. Metalla enim ex primis fieri plerumque contingit, at mixtiones imperfectorũ animalium ex terræ putredine: perfectorũ ex semine & sanguine, atque carne & ossibus & humoribus. Sic enim quædam mixtiones fiunt ab vniuersali causa, & rursus quædam à particulari, quæ sibi simile efficere nititur. Dubium tamen præhabitum circa omnes mixtionis sortes quærit enodationem. In prima enim, quæ ex primis elementis fit, citra controuersiam statuendum est, elementa (*quod non habeant intrinsecam & naturalem repugnantium admixtionem*) ad eam moueri, motu & virtute cœlorum, mediante qualitate quadam cœlesti, in qua veluti in quodam seminario est vis generatiua mixtorum omnium, deducta à corporibus cœlestibus: qua quidem veluti quadam arte deriuata dispensantur elementa in mixti generatione. Coeunt enim in vnum locum prædicta elementa vbique pro qualitate materiæ & loci, eorumque partes maiores minoresve, atq; ibidem imputatæ alteratione ad inuicem ... componuntur. Præmittendum secundo, triplices esse calores, quibus commissum est, hoc insigne opus perficere: primus sane est calor elementalis, cui tantum munus est, mistibilia omnia, quæ iam in vnum locum conscenderunt, rariora tenuioraq; efficere: dispositio vero necessaria ad mixtionem efficiendam. Verum, quia hac sola dispositione & caloris actione mixtionem fieri erat impossibile, præstitit cœlum igni (*qui veluti organum est primum prædicti muneris*) cœlestem illam qualitatem, in ipsumque impressit, vt auctor fieret, figulus & architectus illius, quam nulli alteri elementorum præstitisse decuit: quippe igni erat magis familiaris, ob similitudinem, quam habet cum

Mixtiones multis modis fiunt.

D

Calor mixtionem perficiens triplex.

E cœli natura & conditionibus. nam reliqua elementa dignitate, puritate, actiuitate, & longe minore corruptibilitate superat: quibus sane dotibus cœlesti naturæ quodammodo assimilatus, & promptioris atque efficacioris efficitur conditionis: ob idq; sane cœlum in ipsum suam virtutem impressit, & illi productiuam qualitatem communicauit. Qua sane cœlesti qualitate ignis calor perfectior factus vires suas egrediens, elementa, quæ tenuauerat, aduersus propriam conditionem (*siquidem antea tantum tenuandi atque liquefaciendi vires sortiebatur*) vnit et ad inuicem & iungit: continuans perficiensq;, inceptum à cœlo mixtionis motum, virtute cœlestis qualitatis sibi huic muneri exequendo præstita. In quo sane opere cum omnia vicissim vicerint, victaque sint, etiam ad inuicem contemperata, calor ipse euadit diues virtute cœlesti, temperatus vero & remissus viribus propriis, ob coactionem & contrarietatem frigidi elementi, qua temperie suscepta simul cum tepore cœlestis qualitatis, sic mixta elementa concoquit, & coctione, quod antea (*vt purum elementum*) tenuauerat, nunc vero naturalis factus, incrassat, cogit, densat, coagulatque eo vsque, donec coquendo

Calor congregat heterogenea nõ vt igneus, sed vt temperatus et cœlesti virtute adiutus.

F

deuenium fit ad perfectionem & vnionem formæ introducendæ aptam; qualis naturæ est temperies seu complexio, quæ aptum existit instrumentum formæ mixti. Cui sane temperamento ac reliquis mixtionis elementis, qualitas illa cœlestis, quæ primo recepta fuit in calido proprio, seu in parte ignea communis efficitur. Qua profecto ratione calorem vocamus potius naturalem quam reliquas mistionis qualitates: & ob id etiam illi potius ob propriam naturã & peculiares G actiones tribuimus mixtionis efficientiam atque dignitatem. Itaque calor vt igneus est, elementa tenuat; vt cœlesti qualitate fruitur, miscet, & vt à frigido est attemperatus coquendo vnit: vnio autem est vltima perfectio misti (*vt mixtum est*) quo tempore succrescit forma substantialis, quæ prædictam vnionem tuetur medio temperamento, & calore ex prędictis actionibus in mixto contracto. Quo fit, vt actio hæc, qua mixtio fit & continetur, temperati caloris munus sit; quo tanquam immediato instrumento vniuntur mistibilia, & à forma mixti vnita continentur: quibus videtur, dubitationi esse satisfactum. Quæ sane omnia natura temperat insita diuina arte, quam intellectus humanus ad vnguem attingere nequit, sed generali quadam motione mira hæc naturæ opera scrutatur & agnoscit.

Calor vt igneus est elementum tenuat, vt cœlesti qualitate fruitur, miscet, vt a frigido attemperatur, coquẽdo vnit.

356 A Sed dubitabit vlterius forsan aliquis, *sitne eadem huius operis ratio, dum mixtum fit ab elementis, non prima mixtione, sed secunda, aut tertia, quartave compositione ex materiis seu humoribus mistilibus vicem elementorum gerentibus.* Cui profecto respondeo dum est, idem propemodum dicendum esse, nam vicem ignis sortitur corpus igneum, quod propriam temperiem habuerit accommodatam mixto generando, velut sanguis est, aut semen: & vicem terræ & aquæ, corpus mixtum crassius, atque vicem aëria corpus aëreum, quorum naturam referunt & sortiuntur animalium humores. Quæ sane omnia vicissim agent patienturq;, & fiet ex illis mixtum, vi generantis impressa in parte elemento ignis respondenti, vtpote quod calore medio hanc mixtionem, haud secus, quam cœlestis vis igni impressa efficere teneatur. Quo fit, vt tam mira viuentium generatio contineat opera, ex hoc nimirum calore cœlesti, tempore & qualitate insignito atque frigidi occursu & miscella frænato, nec non generantis etiam præstita impressaque vi generatiua spirituum omnium adminiculo. Qua sane caloris sorte in animalium corporibus mixtiones fieri coctione media, atque mistibilia seu humores coagulari euidentissimum est: quippe hæc B res coagulationem à calido factam vniuntur. Nam cum certum sit, coagulationem fieri duobus modis, à frigido nimirum per se, compressis & vnitis partibus humidis aut siccis, vel ex accidenti euaporatã, atq; expressa parte humida & vaporosa, & harum nulla veram efficiat viuentium mixtionẽ: superest à calido fieri necessario debere. Verum cum à calido etiam duobus modis fiat: vno à calido sicco inducendo siccitatem & firmitudinem: alio componendo partes aqueas, aëreasve & humidas cum terrestribus, nec non & resoluendo partes aqueas in vaporem, fit profectu, vt hoc vltimo modo mixtionem vnionemq; fieri certissimum sit: quia hæc caloris actio vera propriaq; existit coctio, qua omnia crassantur, coguntur que, & ad vnam formam reducuntur, quæ temperies in mixtione est, & complexio, quæ resultat ex prædicta caloris actione, & eodem etiam conseruatur. Exemplo profecto est putrefactio, qua viuato calo- C re mixtio dissoluitur, putrescitque mixtum.

Dubium. Mixtionis ratio vniuersa calori tributa.

Coagulatio fit duobus modis.

Ex qua sane doctrina dubium alicui videri potest. *si vniuersa mixtionis ratio calori tributa est, necessario eiusdem corruptionem frigori esse referendam.* nam contrariorum contrariæ videntur esse causæ. Verum si quis rem hanc diligentius pensitet, reperiet, calori etiam necessario tribuendam esse omnis corruptionis mixtorum per putredinẽ culpam. Primo, *quia non minus illi contrariatur calor extraneus quam frigiditas,* & probatur, *quia medio, vt calor innatus est, æque contrariantur extrema, sed calidum præter naturam, non minus habet vicem extremi, quam frigiditas, quia æque recedit à moderato, ergo pari mensura erit illi contrarius.* Secundo. *quia eius, cuius est aliquid facere, dum est secundum naturam, eius erit non efficere, aut praue facere, dum præter naturam fuerit, sed calore naturali conseruatur vnio, ergo a calore præter naturam dissipabitur.* Ratio quidem est D principiis naturæ prodit, *nam calor ignis in principio mixtionis antequam frigidi actione temperaretur, solum nitebatur dissoluere & separare, temperatus vero & mitior factus concoquere:* ergo, *si iterum ad eandem intemperantiam redierit, vt cum calor extraneus illi accedit, necessario ad antiquum opus se conuertet: illud tamen erat dissoluere & separare,* ergo *potius à calore, quam à frigore prædictam mixti dissolutionem per putredinem fieri, erit arbitrandum.* Et confirmatur, *quia media frigiditate putredinem cohibemus atque compescimus, calore nimirum temperatiori facto.* Quapropter arbitror, merito putredinẽ appellatam fuisse cruditatem, quod ab excedenti calore fiat, qui moderatum coctionis auctorem vitiet: & contrarium coctioni actum, hoc est, dissolutionem humidi à sicco exsequatur. Ex quibus iam constatq; arbitror (*& etiam ex Arist. constat 4. meteororum*) putredinem cõtrariam esse generationi mixti: quippe constat, ipsam esse communem, naturalemq; passionem, ex formæ nimirum priuatione corruptionis absolutę complementum. Et sicut mistio- E nis perfectio & opus calori secundum naturã iure optimo tribuitur, ita profecto, cũ similis sit oppositorũ ratio, putrefactionis principium eiusdem caloris imbecillitati, aut vitio referri debet: nam sicut cõcoctio & transmutatio à natiuo calore facta, via est ob caloris victoriam, ad mixtionẽ & vnionẽ eorum, quę miscentur: ita & putrefactio fit hoc calore ab extraneo deuicto, nequeuntq; amplius continere, quæ antea mixta erant & vnita.

Dubium. Calori non solum mixtio, sed & corruptio tribuenda. Solutio.

Putredo cur cruditas appellata.

Putredo contraria generationi mixti.

Incumbit profecto, vt clarior euadat prædicta doctrina, docere, dupliciter Aristot. diffiniisse putredinem, idque iuxta optimam cõsiderationem, & peculiarem indigentiam. Vno modo putredinem statuit *esse naturalem corruptionem, & interitum mixti.* quod censeo dixisse, quia putredo summe est cõtraria generationi mixti, siquidem alterum est commune principium & opus naturale, *nimirum mixtio*: alterum vero vt finis & communis passio, hoc est, putredo. Nec mirandum profecto F est, putredinem per *corruptionem* diffiniri: nam licet generatio & corruptio opposita sint, oppositiora quidem, & maxime contraria esse generationem & putredinem censeo, quia maxime extrema sunt. Cuius ratione arbitror, Aristotelem dixisse,

Putredo quid. I

dixisse, *putredinem, non mixtorum naturalium corruptionem, sed corruptionis terminum ac finem esse, eorum saltem, quæ vita orbantur*, nam viuentia per putredinem non corrumpuntur naturaliter, sed per siccitatem, quæ sane siccitas via est post mortem ad putredinem. Habet tamen hoc peculiare id verbum, *corruptio*, quod commune sit ad viuentium, & non viuentium interitum: quo fit, vt eorum generationi ex opposito assistat, siue per mixtionem fiat, cuius forma est vnio, & tunc dicitur corruptionis complementum seu terminus *putredoque* nuncupata: siue per formam perfectiuam cuiusuis entis fiat generatio, quo tempore simpliciter dicitur *corruptio*. At putredo tantum opponitur generationi, ei nimirum, quæ mixtis propria existit, quibus interitus & corruptio per putredinem propria est: vt probat verbum Aristotelis, *putredinem videlicet esse terminum & finem corruptionis*: quia omnia etiam viuentia vltimam post mortem adipiscuntur corruptionem per putredinem. Quod etiam probari potest, *nam generationis multa sunt agentia, & plures subsunt causarum genera, & ob id plures corruptionis modi, admixtionis vnica solum, caloris nimirum secundum naturam actio, & vnicus subinde corruptionis modus, videlicet, putrefactio, vt vnica etiam reductionis via & medela, coctio nimirum*, de qua Galen. dictum est, *posse putredinem compescere, siquidem sola nata fuit mixtionem fabrefacere.*

II. Putrefactio quid. Secundo itaque modo diffinitur ab Aristotel. non quidem putredo (*vt prima diffinitio statuit*) sed putrefactio, seu via ad putredinem: nam putredo corruptionis mixti est vltimum complementum, (vt dictum est) At putrefactio, quæ via est in prædictum corruptionis complementum, aliter diffinitur ab eodem Aristotele, nimirum, est *corruptio propriæ, & innati caloris in vnoquoque humido ab aliena caliditate*: Quas sane diffinitiones adeo diuersis terminis scriptas exposuisse arbitror, vt constet ex prima, qualis naturæ, & qualis etiam finis sit putredo ipsa, siquidem desinit in vltimum ipsius mixti interitum: ex secunda vero, vt subsit & innotescat via, modus & causa, quibus putredo efficitur, nimirum proprio mixti calore corrupto, idque ab aliena caliditate. Quod etiam arbitror Aristot. fecisse, vt doceret, in termino & fine putredinis nullam subesse reductionis seu beneficii occasionem, in putrefactione vero reductionis & correctionis locum adesse, eo modo non sit omnium quæ in mixto sunt corruptio. Inquit enim, *putredo est corruptio innati* (non totius compositi) *propriique in vnoquoque humido* (non in sicco) *caloris* (non frigiditatis) *ab aliena caliditate*, (vt secluderet mortem naturalem, quæ à primo & innato fit calore.) Hæc autem ambiens est, vt constet, quæ calore proprio vacant, hac putredine corrumpi non posse, sed totali corruptione, vt in cadauere contingit, ex propriis & naturalib. principiis. Quo fit, vt cum putrescit, obstructione aut prohibita ventilatione opus non habeat, sed solum vincentibus frigidis & humidis elementis: quæ sane putredinis ratio sub prima diffinitione comprehenditur, & eam inbibere difficile est, ni corpus nimirum exsiccaueris. At in putredine secundæ diffinitionis, facile est cognitionis eius causis modum & terminum ponere, qualem profecto coctionem præstare quotidie conspicimus. In quo sane sensu censeo Galen. dixisse: *Coctio est, qua facit cessare putredinem manente substantia.* Ex qua constat, in putrefactione non omnino omnem substantiam corrumpi, in putredine vero omnem & omnino. Putredo & putrefactio quid differant. Item in hac compellitur putredinis motus, so[la] caloris ad antiquum statum reductione, quia in sola eiusdem caloris corruptione tota erat omnis eius natura: in illa vero corrumpitur calor, & etiam penitus fere ex toto siccitas: quo fit, vt si velis cadauer tueri à putredine, id teneatis siccissimis, nec non & calidissimis efficere præsidiis, sicut in putrefactione nos solum, quæ proprium calorem ad antiquum statum red[ucit]. T[ali] in eadem docendi methodo vsus est Aristote[les] qua co[n]ctionem & miscibilium vnionem considerare docuit, nam coctionem dixit perfectam esse à propria & innata caliditate ex oppositis passiuis, cuius terminus est miscibilium alteratorum vnio: via autem in vnionem mixtione efficitur, quæ perfectio est à calore præstita. Pari prorsus ratione putredo terminus est interitus atque finis mixti: via vero & motus putrefactio, quæ ex corruptione innatæ caliditatis efficitur: quo fit, vt arbitrandum sit, Arist. has duas putredinis rationes distinxisse, vt seiungeret putredinem, quæ accidit viuentibus corporibus, ab ea, quæ succrescit vita orbatis, siue natura, siue morte talia sint: nam in his putredo est vltimum corruptionis complementum, vt in cadauere contingit, & id euenit vincente frigiditate calorem à se, aut ambiente proprium rei, quæ putrescit, calorem dissipante citra vllam obstructionis indigentiam: quo fit, vt talia mixta citius in calidis locis putrescant. At viuentium corpora putrefieri nequeunt citra prohibitam ventilationem, & caloris innati à calido externo corruptionem, *vt antea dictum est.* De qua sane putrefactione, quæ via est & motus, non vero de putredine, quæ terminus est & finis, nostra disceptatio hac in parte intelligenda venit.

Putredinis humorum ratio & differentiæ. Complectitur etiam putrefactio hæc, quam secundo loco vt viam diffinuit Aristot. eam alterationem seu passionem, quam humores perpetiuntur à calore præter naturam, dum febres succendunt: nam cum dictum sit, calorem cuiusque rei naturalem non solum ipsam perfecisse coctione, sed etiam eandem tueri & moderari: sic dum ipse calor vitiatur & corrompitur, protinus humores in corruptionem aguntur, mediante putrefactione, quæ corruptio est caloris, qui ipsius tuebatur. Cum enim calor cuiuscumque rei proprius ab extraneo calore vitiatur, aut ipse (*deficiente natiua attemperatione*) imbecillior efficitur, more ignis dissipare ac seiungere iam deinceps studet: & hoc est putrefacere. Potest autem ab alieno & extraneo calore Calor proprius quo[modo] [...] calore. subito fatiam superari & extingui proprius cuiusque rei calor: Vno quidem, dum adeo illum [...], vt humidum, cui sub[s]istitur, etiam consistat exinanitque in sui substantiam, quo consumpto simul & calor extinguitur: quam caloris actionem *combustionem* antea appellauimus. *Interdum* vero non ita subito, & affatim, ac violenter ipsum innatum calorem externus superat, vt eius humidum dissipet, sed paulatim extra euocat, educit, dissoluitque, vt proprium humidum deterês à sicco seiungatur, (*siquidem vt caloris ambo in mixtione continebantur*) & loco innati externus viget, & calfaciendo extra naturæ modum dissipat, donec interitum ambo pereant, & tunc *putredo* vere dicitur: argu-

argumento est humiditas, quæ exterius, quæ putrescunt, inundant, quod vstis non accidit. Ab intrinseco & ex propriis principiis seipsum perdit, & præter naturam efficitur idemmet calor innatus, duobus etiam modis: *Vno* naturaliter, cum ex diuturna ipsius actione humidum & vna cum ipso idemmet calor absumitur, qualiter senib⁹ accidere scimus naturaliter, sed hanc impropriè putredinem appellarunt, cum potius corruptio naturalis per siccitatem dicenda sit. *Altero* vero, quando calor natiuus in alienũ & extraneum conuertitur, (*violenter tamen licet à causis internis prodeat, ita vt ea ratione corruptio naturalis ab Aristot. iure optimo dici mereatur*) qui sane sicut dum naturalis erat, mixtionis & conseruationis erat auctor; ita cum transit in alienum & præter naturam, corrumpit, putrefacit & dissoluit mixtionem. Degenerat autem in alienum, cum excedit limites proprii & naturalis temperamenti rei, cuius est calor atque huius excessus etsi multæ possint referri causæ, hæc tamen prima & præcipua est, nimirum, *ventilationis*, quæ fit ab aëre frigido priuatio, cuius occasione cum non euentetur calor, atq; compescatur, crescit & intensior efficitur, ob prohibitum calidorum vaporum aut vstilaginum effluxum. quo fit, vt protinus proprios limites egrediatur. Sunt tamen huius deperditæ euentationis propriæ causæ obstructiones viscerum atq; vasorum, condensatioque cutis corporum animatorum. Quas sanè obstructiones efficiunt copiosi ac crassi humores.

*Putrefactionis humorũ in animalibus præcipua causa est prohibita ventilatio.*

358 A

*Humores febrem succendentes quomodo putrescant.*

Verum ne videar hæc omnia frustra & inutiliter dixisse, oportebit profectò ea reducere aptaeque admodum, quo humores febrem succendentes intra aut extra venas putrescũt. Sciendum itaque est, humores nostri corporis & fieri, & secundum naturam conseruari à proprio cuiusque alimenti aut humoris calore, & ab insito & natiuo membrorum, vbi vel conficiuntur, vel ad vitæ vsus asseruantur, adeo vt, quodcunque ex his deficiat, protinus humores vitientur, & alieni à vitæ vsibus supersint. Vitiatur autem venarum, iecoris, & solidorum membrorum calor, ex adiectione alterius extrinseci caloris, aut ex proprio excessu, commoda ventilatione deficiente, aut ob præstitum vitium à re contagiosa, vel dissipante, aut distrahẽte ipsum. At humores tunc ex proprio vitio putrescunt, cum à primæua sui constitutione caloris diminuti extiterunt, vel vitiosam & corruptam conditionem nacti fuere ob iecoris, ventriculi & venarum prauam caloris sortem: vel vltimo, ob alimentorum vitiosam naturam & conditionem, aut ob quantitatem, siue rei extraneæ mixtionem, vel præposterum sumendi ordinem.

B Quibus omnibus apti fiunt humores ad putredinem suscipiendam, quod in eis calor elementalis omnino prædominetur, & coctioni resistat: quo fit, vt facile putredinem subeant.

*Humores qualiter intra & extra vasa putrescant.*

Superest adhuc expendendum, qualiter intra & extra vasa humores putrefieri possint. Sed primo quantumuis receptissimum sit, humores posse intra vasa putredinem sortiri, & mille rationibus probatum existat, non desunt inter iuniores, qui libere ausint asserere, nullam febrẽ ex his, quę ex vitiatis humoribus intra vasa fiunt, posse à putredine fieri, sed omnes ab humorum effervescentiæ oriri: quod si à putredine aliqua febris oriatur, lethalis omnino habenda est, & salubris, quæ ab effervescentia prouenit. Huius autem sententiæ fuit Ioubertus, cuius profectò rationes non videntur omnino probare suum axioma. Quia sequeretur, intermittentes esse continuis periculosiores, quod necessario, *vt probant eius rationes*, humores extra venas debeant putrefieri: ac ex consequẽti ex præfata eius doctrina deteriores erunt. Sed eius opinionis falsitas multis rationibus probari potest. Quippe *si humores non possint intra vasa* C *putrefieri, corrueret profectò celebratissima illa diuisio plenitudinis in eam, quæ quoad vires dicitur, & eam, quæ quoad vasa.* Quo fit, vt cum humores deflectunt à debito statu ob copiam aut vitium, non minus intra vasa quam extra corrumpi possent, quod videbatur probare prima eius ratio. Itẽ licet synceros, & impermixtos humores extra vasa existimet non putrefieri, vt probat exemplo tumorum præter naturam, qui suppurationem non admittunt. cum hoc tamen experimento quotidiano constat putrefieri, quia raro absoluitur quiuis humorum, dum extra venas pellitur, ab alterius humoris consortio, aut ab aliqua humiditate, quę putredinem suscipere nata sit: quo fit, vt intra venas longe melius putrescant. Præterquam quod plus iuuat ac præualet ad putredinem prohibita ventilatio in vasis, quam iuuet eorum vasorum beneficium ad ipsam putredinem inhibendam, quod existimat Iobertus esse sui dogmatis firmissimum argumentum. Quapropter statuendum est, humores, dum intra venas impedimento sunt ventilationi, necessario putrefieri: non solum omnes simul, vt in lethalibus febribus, & in continentibus, verum & vnusquisque seorsum: quia non sufficit vasorum via ad inhibendam putredinem, vt humores ipsi debitam nacti fuerint copiam & qualitatem, nam vbi aliquid horum prætergrediuntur, putredine recrudescunt, ad quorũ subsidium iubent auctores exuberantem copiam demere, vt natura, visque vasorum reddatur potentior supra residuum, & coctione ipsum tueatur ac regat. Monstrat quidem huius doctrinæ veritatem quotidianus euentus, namq; ex febrium idea & excrementorũ fœtore id facile venamur. quippe illud humoris putrescentis naturam, hoc vero putredinem esse, non vstionẽ aperte demonstrat. Itaq; statuendum est, febres ex effervescentia humorum salubriores esse, verum cum hoc ex putridis tam continuis quam intermittentibus non paucas esse salubres, & cum hoc in plerisque con- E tinuarum materiam non effervescere, sed putrefieri intra venas.

## An in febribus interpolatis humor extra venas putrescat?

*Humores qualiter extra venas putrescant.*

SED quod maius profectò inferre dubium videtur, est nosse, *quanam ratione febres interpolatæ ab humoribus putrescentibus extra venas fieri possint.* In qua re vt clarior euadat nostra sententia, non est mihi in animo omnium auctorum sententias recensere, sed eis prætermissis, ne videar à Galen. & Hippocratis antiqua doctrina discedere, primum eorum sententiam referam, & rationibus confirmabo, curaboque diluere Iuniorum rationes, quibus nituntur antiquam illam doctrinam euertere. Quo facto, diligenter expendam, qualiter sit intelligendum humores putrefieri extra vasa in febribus interpolatis, & an omnino verum sit,

sit, in eisdem humores ad partes carnosas & sentientes diffundi.

F Circa primum communissima atq; vulgatissima est omnium medicorum sententia, *humores, vt cumque à vasis exierint, vel concrescere vt sanguis, vel putrefieri*: in quorum exitu ad prædictas partes rigores fieri, atque horrores frequentissimo experimur euentu. Sic enim Hipp. 6. *aphor.* 20. scripsit: *Sanguinem si extra venas exierit, necessum est corrumpi, & in pus verti*: cuius rei ratio est, quod humores, qui à venis profunduntur, calore & spiritu vitali destituuntur. Constat enim ex Galen. *libr. de vsu pulsuum*, *cap.* 3. *& de fœtus forma*, *c.* 3. quod vt iecur vim habet gignendi humores, ita quoq; & conseruandi tuendiq; à putredine, & reliquis vitiis, ob insitum calorem, & huic muneri à corde sibi præstitum, vt Galen. refert 6. *popul part.* 4. 25. Quod sane beneficium præstare etiam habet venosum genus, vt Galeno placuit *libr.* 4. *de vsu part. c.* 6. Verum cum præ humorum copia aut vitio, vel facultatis venarum & iecoris imbecillitate, humores aliquo

G modo alterari, vitiari, putrefieri, aut corrumpi cœperint, naturam lacessunt: & irritant adeo, vt vbi primum vitium aliquod ea numeratis persenserint, protinus ante maius malum à se pellere studeat, & ne vniuersa humorum copia eadem labe fœdari contingat, extra vasa incredibili diligentia fundit: in quorum sane exitu ad partes sentientes, rigores, horrores, atque perfrigerationes concitat; primo statim sui accessu; vt Gal. statuit 2. *de crisibus*, *c.* 3. *&* 6. In quibus locis cum prædicto venarum

359 A beneficio humores destituantur, putrefieri necessum est: & sic eorum calor protinus intensior efficitur: & putredinosam conditionem subit, ac febrẽ concitat intermittentem, eo quod facile resoluatur id, quod transmissum est ad partes sentientes, & tantundem iterum natura ad easdẽ transmittat, statutis ac certis periodis, quod vel per insensilem halitum discutit, vel per sudorem expurgat.

Humores extra venas in partibus carnosis nõ putrefieri, iuniores aduersus Gal. doctrinam statuunt.

Hanc sane sententiam, quantumuis receptissima ab Hippoc. & Galen. & reliquis auctoribus, ac mille rationibus nostro æuo confirmata fuerit, nõ defuit inter iuniores, qui eam studuerit euertere. Sic enim primo conatur probare, *nulla lege humores in febribus interpolatis, extra vasa posse putrefieri*. Primu quidem ex Aristot. se putat posse prædictum dogma tueri, quod statuerit, *quæ putrescunt aliquãdo in cinerem degenerare, aliquando vero in limum: sed in febribus tertianis nihil post accessionem in parte relinquitur, nec per cutim expurgatur, quod limi aut cineris naturam referat: ergo videtur rationi consonum, ibidem*

B *humores non putruisse*. Præterea videtur impossibile, *in prædicto spatio adeò breuiter putrefieri, cum eo tempore & loco sese atque ventilationi humores exponant, adeo vt promptius & commodius aeris beneficio frui possint, quam dum in venis, & abditis corporis sedibus degebant: præterquam quod fuliginibus expellendis, promptior tum temporis natura existit*. Præterea *in ictero maior bilis copia funditur, & nulla sequitur putredo neq; febris, ergo nec in febrium accessionibus sequetur ob putredinẽ. Item in tumoribus præter naturam, qui ex impermixtis fiant humoribus, vbi conclusi sunt; & coerciti humores ipsi, nulla fit suppuratio, ergo longe minus fiet putredo in partibus carnosis, maxime cum in parua quantitate ac per varias partes dispersi humores diffunduntur, ita vt pro paruissima quantitate, neq; calorem partium minuant, neque in tumorem eleuent*. Ex quo videtur rationi consonum esse, conicere *calorem febrilem, quem in febribus interpolatis conspicimus ab effervescentia potius, quam a putredine debere concitari*: Atque

Iuniorum rationes refutantur.

hæ sunt iuniorũ rationes, quibus nititur probare, nullam febrem intermittentẽ à putredine humorum proficisci (*licet id Galen. instituerit*) sed tantum ab humorum effervescentia contracta in iisdem ad partes sentientes transmissis. Verum ne

C quis (*si velit antiquam Hippocratis & Galeni hactenusque receptam doctrinã tueri*) careat debita ac vera rationum dilutione, expendat, putredinem in partibus carnosis longe difficilius posse concitari ob loci commoditatem ad ventilationem, quam in vasis, & reconditis corporis sedibus. Verum cum hæc duo esse, quę putredini obnoxios reddunt humores, in prædictas confluentes. *Primum*, quod ibidem transmissi, quieti existunt: quippe motus putredinem tenuit: sunt etiam inculcati in locis sibi non naturalibus, vbi omni naturæ subsidio destituuntur, ita, vt hæc omnia simul iuncta maiorem præstent putredini apparatum, quam ventilationis commoditas, humoris paruitas, & extensio ad eam prohibendam iuuent. *Secundum* vero, & quod maioris momenti esse arbitror, est procul dubio, humores ad prædictas partes transmissos, principium putredinis prius contraxisse intra vasa ipsa: cuius occasione natura eos tanquam inutiles ab aliorum consortio reiecit. Quo fit, vt

D hoc putredinis principio iam suscepto, deinceps extra venas cum non sit, qui eos tueatur, facilime vlterius putrescant. Quibus rationibus tueri haud difficulter possumus antiquam & receptissimam Galen. de hac re opinionem, vt quisque si velit, non discedat à tanto auctore: nam mihi in eadem re aliter sentiendum esse (saluo meliori iudicio,) nunc visum est, quod iam probare aggredior.

Auctoris sententia de missione humorũ extra vasa in interpolatis febribus.

Verùm quod magis videtur in febribus intermittentibus dubitatione dignum, non quidẽ est, humores possit aut non posse extra venas putrefieri: sed mihi longe difficilius videtur, naturam eos posse extra venas ad sentientia loca in febrium accessionibus pellere. In qua sane dubitatione *Primo* proponam rationes, quibus cogor asserere, nullum humorem extra venas exire, aut adeo tenuem & paruæ quantitatis, vt leui calore euanescat & resoluatur, ita vt nequeat putredini aut febri materiam præstare. *Secundo* statuam, quomodo,

E & quo in loco fiat in interpolatis febribus putredo, vt febris succrescat. *Tertio* vero studebo respondere dubiis, quę ex præfata doctrina suboriri possunt. Circa primam difficultatis huius partem, si quis diligenti animo pensitet, reperiet, eam mille rationes probare, præter auctorum nõ parui momenti decreta: quorum vnus Fernel. ob id statuit, interpolatas febres solum fieri ea putrescentia humorum in pancreis, quod crediderit præd. humorum transmissionem ad sentientia loca, merum esse figmentum. Quinimo arbitratur, non minus posse prædictos humores à venis profusos rigorem efficere, si ad ventrem, aut partium internarum membranas confluxerint, quam si ad sentientem carnẽ, quod omnes sensu participent. Qua ratione huius viri sententia fuit, interpolatam febrem fieri humore transmisso ad ventrem, & partes sibi vicinas. Neque obstet, Galen. dixisse *l.* 2. *de cris. cap.* 3. *&* 6. tertianam febrem fieri de lata

flauæ

Flaua bile per sentientia corporis mēbra, & ardentem intra vasa putrescente. nam censeo maturiori consilio ductum, *libr. 2. de differ. febr.* sententiam mutasse, atque statuisse non solum per partes sentientes delato humore, sed vbicunque putruerit in quouis membro, dum in vasis non fiat penitioribus, interpolatam fieri. Probat id etiam exemplo membri transmittentis & recipientis, nec non membri imbecillis ac nequeuntis conficere sibi commissum alimētum, aut reiicere proprium excrementum: nam id profecto periodicationis febrium causam esse antea diximus. Itaque adeo varius apparuit Galenus in enodanda huiusmodi difficultate, vt in tanto opinionum eius numero, possit quisque veriorem sententiam indagare & tueri. maxime eum rationibus probabilibus id confirmare possit.

Galen. accusatur varietatis.

Prima ratio.

Nam videtur omnino creditu difficile. *crassissimã melancholiam quartan. incrementũ effecturam, a vasis excedere & per angustissima carnis ac sentientium partium foramina permeare, & post modũ insensibiliter, adeo breui tempore in halitũ abire.* Cui etiam non maiorem difficultatē infert crassa, viscida atq; adhærescens pituita. *Quã enim accessionis tempore separauit, discidit, attenuauit, ac ad motum adegit humorem, qui ni neq; medicamenta, neq; natiuus calor, neq; corporis facultas longissimo tēpore valent attenuare, mouere aut deiicere? & quod granius est, eodē breuissimo tempore non quidem mutare vtcunq; ad benignum, sed in vaporem insensibilem conuertere.* Quapropter cōuincitur intellectus credere alicubi, quam in carnosis partibus prædictos humores putrefieri in febrium accessionibus.

360 A Probat insuper secundo nostrum veritatem, & vim præstat prædictæ rationi, euentus quidā haud obscurus, quem non raro in tertianis febribus cōperimus: quippe *in quibusdam ante accessionem per corpus apparent maculæ rubentes, tumorosæ, atque pruriginosæ, aemulantes amplum aut minutum esere Barbaris appellatum. quas sane fermè inuadente febre euanescere atque resolui.* Ex quo euentu duo necessario licet colligere. Primum quidem *non in omnibus interpolatis febribus humores fundi extra venas, siquidem in his, in quibus verè profunduntur, quātumuis tenues sint, protinus in cute efflorescunt, proprium calorem ferentes atq; sensibiliter partes in tumorem eleuantes.* quo fit, vt concludere liceat, in quibus id non apparet, non fundi extra venas, quod est nostri instituti certissimum argumentum. Secundum est *non putrescere, quod defluit extra venas, quinimo protinus deliquescere, & in hac febrem succrescere interpolatam,* quæ apertissimè euidentia demonstrat non omni ab humore extra vasa profuso, sed eo postea igorem dissoluto residuo, quamuis inde putrescit, febrem oriri. Itaque

B ex tepido isto euentu colligimus, tantum in illi, *humores venas excipere, nisi vbi vel tenues sint, vel intus quæ frigor maximus: ac licet aliquando excidant minimè ab eis febrem oriri, nisi abalio, qui alicubi remanent per tenentes.* argumento sunt maculæ rubentes, quæ apparent in febre maligna, quæ à putredine feruore hominum, qui sunt intra venas, prodeunt, & ipsæ non sunt materia febris, quantumuis ad partes sentientes deueniant, neque valent rigorem concitare, quia lenie & paulatim transmittuntur, non autem confertim & subito.

Tertia ratio.

Probat insuper hanc nostram sententiam ratio prædicata nimi humorum, petita à, mirum ea fomite selecto à materia, quæ computruit præter-

ra accessione. nam *illud quod relinquitur, nemo est, qui renuat concedere, haud secus quam sedimentum in extremitatibus vasorum recondi, nō autem in partibus sentientibus. à quo sanè loco nullum putredinis principium antecedens materia, quæ in venis est, suscipiare poterit.* Quapropter statuendum est, in vasis asseruari, vbi reliqua materia, quæ accessionē præstitit, computruit, ac ex consequenti febres intermittentes non fieri extra vasa.

C

Quarta ratio.

Non minori ratione prædicta sententiam confirmare possumus, ex sudore, qui plerumq; in declinatione prædictarum febrium intermittētium succrescere solet. Quippe sudorem, vnanimi vero omnium doctorum sententia, eiusdem materiæ esse cum vrina, & vno eodemque loco generari. *(licet per diuersas regiones distribui contingat)* certissimum est: quod si in venis generari assuescit sanitatis tempore, eisdem quoque gignetur *(vna enim est actionum ratio in corpore secundum naturam tantum officina)* in morboso statu, credēdum profecto erit, & ex consequenti eius materiam non adesse extra vasa in prædictis febribus erit arbitrandum. Quod si dixeris. *communissimam illam doctrinam veram quidem esse in sudore, qui ex eadē materia fit, ac vrina in corporibus bene valentibus, verum in morbosis & in, qui sæpe sudores expurgant, longe aliter accidere: nam ex quauis materia morbi fieri potest, ac ex consequenti vbicunque fuerit, ibidem generabitur etiam sudor.* Hanc tamen rationem, quantumuis verisimilem

D

videatur, in confirmationem mea sententiæ fecero: quo. *Si sudor soboles, & indicium est coctionis, aut auctus natura in materiam morbi, & coctiones non fiunt nisi in venis, nam hac lege refert Galenus coctiones humorum in febribus similes esse suppurationis, quæ in tumoribus fit præter naturam, argumentum erit euidentissimum, non solum debere generari sed intermittentibus febribus erumpunt prædicti sudores atque in declinatione, ergo eius generatio in vasis necessario erit, vbi coctiones humorum molitur natura.* Et confirmatur hæc ratio, *nam si humores extra vasa putrescerent, vera esset putredo, quæ in limum & cinerem degeneraret, vt statuit Aristot. aut esset suppuratio, sed neutrum horum apparet, ergo consistabit ibidem non alterari humores.* Et probatur vtraque antecedentis pars, *nam extra vasa nulla actio celebratur circa humores, nisi solum assimilatio alimenti ad partem alendam, aut putrefactio prædict. vel commutatio eorum in pus. sed neutrum istorum fit, ergo sententia nostra tenet.* Quod si dixeris, *materiam per resolutionem euanescere,* longe magis à veritate discedes: *nam in alteratione, quæ tendit in resolutionem, non est flat febris ratio, ac ex consequenti febris non fiet ex apradicta alteratione, præterquam quod per resolutionem non fieret sudor, sed fit, ergo per coctionem, ac ex consequenti intra vasa, natura vincente attenuanteque, quod concoxerat haud secus, quam in febribus ardentibus fieri quotidie conspicimus.*

E

Quinta ratio.

Probatur insuper quinto nostram sententiam ratione. *quod post accessionē in vrinis apparet. (non solum ex antecedere materia, vt multi sunt arbitrati, qua nondum putredinem nacta est adeo intensam, quod coctione morbosis causis debita corrigi desideret siquidem leuiori alteratione facilius in antiquum statum reducitur qua vya, victoriam naturæ partam in statu præcedentis accessionis supra materiam eiusdem protinus conspicimus. Sed materia tuor ipsa sedimentum nullibi, quam intra venas peti est arbitrandum, ergo ibidem præpossibile putrefactionem, tercio optimum erit statuendum.*

Con-

F Confirmat nostram sententiam ex rigore magni momenti sumpta ratio: quippe quo magis putrescit materia & febris exacerbatur, eo rigor est mitior, & omnino delitescit: quod suppositum confirmat quotidianus euentus: Tunc sic procedit ratio, *Si rigoris materia seu motiua causa est humor accessionem facturus, sequeretur, in febribus intermittentibus, vsque ad statum accessionis, longe intensiores debere fieri rigores & patet sequela, quia intensius putrescit, deteriorq; redditur, acrior atq; mordacior humor ibidem transmissus, cum dictum sit Hippocrati: dum pus conficitur, dolores ac febres magis accedere, & cum rigor sit dolorosa affectio, proculdubio intensior fieret, quo magis putresceret humor: exemplo sunt tumorum suppurationes, in quorum confectione frequentissimi fiunt rigores, quod in febribus continuis non accidit, quia humor nõ putrescit in partibus sentientibus. sed nullus apparet rigor crescente febre, ergo euidentissimum est argumentum, materiam aliunde putrefieri, & ex eius calore rigoris causam euanescere, ac ex consequenti credibile efficitur, materiam, quae rigorem mouet in partibus* G *sentientibus, longe diuersam esse ab ea, quae putrescit, & febrem concitat, ac ex consequenti loco etiam differre, quod est nostrum intentum. Nam quae rigorem concitat, necessum est, per partes sentientes moueri, quae vero febrem est factura, in extremis vasorum putrefieri. Nam si in carne putresceret, licet non moueretur, vt contingit in tumoribus, non minus rigorem efficeret, cum in statu eorum tumorum accedant rigores in pari generatione, quam inter initia accessionum.*

*Sexta ratio.*

361 A Septimo sequeretur, *Si humores non putrescant extra vasa, febres omnes intermittentes esse de sorte & natura febrium ephemerarum, & sequela probatur, quia pari ratione cor incalesceret, ac dum aliqua corporis particula phlegmone laborat: quippe nulla apparet dispar ratio, ac si eadem est, erit quoq; idem effectus, ac ex consequenti vel humores non putrescunt extra vasa, vel febris est ephemera, vel si tam non velis ephemeram aestimare, sed putridam, vt quae ex bubonibus aliquando ortum ducit, nulla febris intermittens erit sua natura salubris, iuxta illud Hipp. Febres omnes ex bubone malae, exceptis ephemeris.*

*Septima ratio.*

Vltimo tamen difficile videtur creditu, *humores extra vasa posse in febribus interpolatis putrefieri*, & assumptum probatur, *quia impossibile videtur, humorem extra vasa proiectum tam cito posse putrefieri, & simul vel excerni, vel insensibiliter resolui. exemplo euidentissimo sunt tumores praeter naturam, qui quamuis paruissimi sint, veluti paronychium vel furunculus, cum hoc tamen non nisi plurimis diebus suppurari, aut resolui vlla* B *arte aut diligentia possunt. Ex quo sic infero rationem, si tam parua humoris quantitas, & vno in loco collecta, tam longissimo indiget tempore ad suppurationem suscipiendam, proculdubio si humores fundantur extra vasa, non tam breui temporis interuallo, sed longe maiori tenentur putrefieri & resolui praeterquam quod in locis adeo conspicua transpiratione expositis longe tardius aut nunquam concitabitur putredo, quinimo ob continuam resolutionem sedent, ac ex consequenti constabit, vel ibidem non transmitti, vel longiori indigere tempore ad suppurationẽ, quod cum euentus non monstret, constat alicubi putrefieri.*

*Octaua ratio.*

Hae sunt, candide lector, rationes, quibus (*saluo meliori iudicio*) mihi persuasum habeo, humores in febribus interpolatis alicubi, quam extra venas putrefieri, qualis autem sit hic locus, iam probare aggredior.

Praemittendum in hac re primo est, humorem, qui naturalem facultatem irritat, vt ipsum à venis pellat, tripliciter solere ab ipsa natura, dum expellit, diuidi. Quippe aliquam eius partem C & aliquando maiorem in vtramque aluum, venas mesaraicas & his vicinas regiones perfundi ad conspicere, & inuariabili lege id efficiens, vrgerit Fernelium, & alios viros magni momenti, incere, solum ad eas partes in febribus intermittentibus naturam humores propellere & solum in eisdem putredinem suscipere. Quod sane probant ex frequentibus vitiosisq; alui fluxionibus, & torminibus ac ventriculi anxietate, & intolerabili molestia: argumentum profecto euidentissimum transmissionis humorum in praedictas partes. Aliam vero peccantis, seu antecedentis humoris partem in exiles, & extremas venas immittit. Vltimo quidem aliam ad spatia non naturalia extra venas ipsas; & ad carnosas ac sentientes partes propellit. Quam sane humoris diuisionem naturam frequenter obseruare, non temere & citra aliquem vsum arbitrandum est. Quippe, quod ex humore crassius est, ne magis & penitius vasa obstruantur, si per ea ad cutim deferatur, per interiores vasorum cauitates, vsque ad spatia & mantes vtriusque ventris bono consulens profundit. Quod sane, si natura per dicta vasa tandem, per D alteram, aut vtramque aluum in principiis accessionum studuerit, febrisq; subsequitur, longe tutior & leuior succrescet: verum si eorum humorum maior pars in mesaraicis venis, aut in eis, quae prope iecur sunt, permanserit, ibidem necessario putrescent, & febrem concitabunt, vt *Fernelius fuit arbitratus*. Distinguens autem ad cauam ventriculi, & intestinorum regionem (*vbi putrescere raro assuesiunt*) peruenisse, quod in principiis accessionũ maior eorũ pars vomitu vel secessu profunditur: febris, quae sequitur, leuior est, & accidentia febre crescente mitissima. At comperies humores permansisse in vasis prope iecur, & ventriculum: ibidemque computruisse, quia in accessionis initio inanis vomendi cupiditas laborantes torquet, & febris citra euidentem rigorem exacerbatur. anxietate & molestia, ac siti implacabili laborantes premuntur, ac vomitus & alui fluxus in accessionis declinatione copiosiores apparent. Atq; hac E ratione censeo fieri intermittentium febrium non paucas, licet Fernelius studuerit probare, omnes hac lege fieri. Altera quidem humoris pars, quae in extremitatibus vasorum immoratur (*vt mea mens tenet*) est profecto, quae ocyus & certius ac semper putrescit, vt quae conclusa in arctissimis locis, difflari nequeat, ac ex consequenti putrefieri teneatur: Quam sane mille rationes videntur probare. quia creditu videtur difficile, humores adeo frequenter in partibus carnosis putrefieri, et febrem efficiant, in carne vero nullum efficeat damnum, neque vitium vigente aut cessante febre: cũ paruissima bilis copia, quae *erysipelam* concitat, vel quiuis alius humor, qui paruissimum tumorem excitet, nunquam discedere per resolutionem, aut suppurationem possit citra dolores ingentes ac sensibile in parte relictum incommodum. Quo fit profecto, vt iam frequens humoris biliosi ad sentientes partes transmissio, tamque euidens putrefactio, impossibile sit, quin maius effecisset damnum, quam experimento comperimus, quod nullum apparet. Ex quo rationi consonum videtur, *alicubi putredinem fieri, quam in carnosis partibus, ac nullibi securius, & tutius ab his damnis*, F

*Pars putrescant?*

*Ref. 1. in aluo & venis mesaraicis. 2 in eis libus & extremis venis. 3 in spatiis non naturalibus extra venas, & quib. signis à singulis causis ortae febres cognoscantur.*

*Humorem febribus intermittentibus, qua*

F acio encatismate posita, in quo sedeat æger. Sed si lacte admiscueris muliebri, dorso cum vesica adhibere poteris, sicut vniuersum corpus ipsa aqua lauare, quod incredibilis est efficaciæ his, qui per halitum digeruntur.

Hecticis quemadmodum lauare, debeat in balneorum vsu.

Verum ne quis intrepide & vt sors tulerit, iis vtatur, legem ac rationem vtendi, ne aberret, primo addiscat opus est. Primo itaq; cauendum est, ne laborantes crudi aut crudis succis abundantes, vel famelici balneum adeant, sed prius clystere aluum mollire oportet, ne dilatatis viis superuacua excrementa succo optimi nutrimenti trahantur: curandum tamen est, ne clysteria ex acrioribus constent, sed ex mollientibus, humectantib. ac refrigerantibus, modice tamen. Qualia sunt quæ conficiuntur ex iure aliquo pingui & alimentuso, ex *oleo violarum ac rosarum, ex sacchare & vitellis ouorum.* quod si mutare libuerit, aliud conficies ex *hordei decocto, ex lacte seminum frigidorum maiorum cum oleo*

G *violarum, & succo portulacæ.* Parantur item ex *lacte caprino cum oleo & sacchare et ex hydraleo & sacchare:* tanti enim momenti huiusmodi curandi ratio est, quantum monstrare videntur febres ephemeræ frequentissime hecticis corporibus succrescentes, quas ea cruditate alimentorum, quam facultates languidæ nequeunt conficere, proficisci necessum est. Cuius mali vitandi gratia prudentiores medici non omnino abstinent se a purgantium medicamentorum vsu in febre hectica, si aluus adstricta est. Qua in re expendere oportet, cauendum ille a vehementibus medicamentis, & tantum vtendum *cassia, aut manna, aut syrupo ex nouem infusionib. violar.* quorum aliquid semel in mente sumere, vtile & necessarium esse, ephemerarum febrium frequentia

351 A

Hectici adstricta aluo leniter in mense leuiter purgandi.

docet. Qua lege præmollito corpore quatuor horis a cibo, vt *dictum est*, licebit corpus fricare, moxq; prædictis balneis ordine tempto committere, ibidemq; immoratum sinere, leuiter corpus fricando, donec aut carnes quodammodo intumescere videantur, aut aquam refrigerari: nam si vltra pergat, periculosum est, ne id quod frictione & aquæ calore ad partes carneas tractum fuit, cuius ratione partes intumescunt, vlterius operante calore aquæ & frictionibus consumatur resoluaturque, & corpus siccum supersit. Ob id quidem dictum est ab Hipp *mollem frictionem impinguare, duram vero exsiccare.* Quo sane termino cognito, corpus linteis inuolutum in lecto tepido recondes, longeq; aliqua ca prædictis vnctionibus, facto initio, *vt diximus*, leuioribus, & prout cognoueris prodesse parum aut nihil, sic in ea persistes, aut ad aliam ex efficacioribus te conferes. Est insuper eo tempore præstantissimum auxilium, duarum aut trium horarum spatio somnum conciliare, nam vltra dur-

Frictio mollis impinguat, dura siccat.

B one iudu pergere, non minus resoluet, quod attractum est, quam balneum.

Inunctio [illegible] frigerantia in corpore non diu immorentur.

Vnum tamen hoc inter alia obseruandum est in hac curatione, nimirum inunctiones & appositas refrigerantia diu in corpore non oportere immorari, ne plus iusto corpus refrigerent, aut alterata ad calorem vi febrilis ardoris corpus amplius calfaciant, sed mutare, & aliquando ex toto auferre ea oportebit.

Hecticis si alui fluxio accidat, quomodo [illegible]

Quod si alui fluxio succrescat, vt sæpe solet, coniectandum est, an corpus per ventrem colliquetur, an ea ventris impotentia alimenta cruda aut prave confecta excernat, vel [illegible] eadem cum [illegible] illato ab his quæ colliquantur, acria & mordacia præ calore & siccitate extergat. Hæc enim omnia considerare magna diligentia prius oportebit: primo tamen conijcies, nunquam corpus sic affectum medicamentis adstringentibus extrinsecus corpus esse macerandum: nam compressis partibus carnosioribus & carnosis, facile est omnem colliquationem & humorem ad interuas partes protrudi, & fieri ob id maiorem alui fluxum. Quapropter dum corpus colliquatur, & [illegible] alimenta per ventrem excernuntur, viscosiora [illegible] alimenta, & ea quæ quodammodo emplastica [illegible] habent [illegible], porrigenda sunt, velut sunt *pultes ex farina hordei cum iure capitum & extremitatum animalium, & omne alimentum quod ex hordeo parari potest:* cui simile beneficium præstat *cibus albus cum farina hordei & carne raiarum confectus, succus etiam carnium assarum cum pulueribus boli armeni, margaritarum præparatarum, aut electuarii de gemmis.* Quo sane tempore tutissimum est præsidium, corpus amplius fricare, & mollioribus vnguentis ac illinitionibus inungere, vt ad partes extimas trahatur quod fluit, & calidius exurens attemperetur. Quo facto, alimentis admiscere oportet aliquid eorum, quæ vim habent adstringendi, velut est *agresta succus, acetosa, aut granatorum acrium:* quos sane succos extrahes cum *aqua deaurata aut chalybeata*, vt simul calorem compescant. Vti etiam in eodem fluxu poteris *chalybeato*

C

D *lacte ferro aut candentibus lapillis*, addito *bolo armeno, aut terra sigillata*: vel porriges *saccharum rosaceum cum eisdem pulueribus*, & alia non pauca quæ capite de phthisi in arte medendi latius scripsimus. Verum si ex ventris imbecillitate affectio prodeat, tunc quidem roborantibus & adstringentibus firmare ipsum oportebit: ac si calore æstus re compescens, addes quæ refrigerare nata sunt, vt *syrupus cydoniorum, rosarum myrtillorum, & de rosis siccis:* prodest & *ptisana hordeacea, aqua hordeo torrefacto admixta:* cæterius vero quæ consimilem vim habeant præstabis. Quod si ex caloris defectu venter fluxerit, temperatioribus ac modice calidis ipsum roborabis. Iuari etiam modo syncopizantibus sobuenies vino, instillaritis ex carne aquis cum modico *vino rubro*, maxime *granatorum cum sacchare feruefacto.* & frequenti renutritione, minutim tamen facta, odoramentis insuper vteris ea recente *pane, vino aqua rosacea, ac napha irrorato*: tandem omni arte curandum est, spiritus reficere.

Hecticis si syncope superueniat, quid agendum.

*LIBER SEXTVS*

# DE FEBRIVM PVTRIDARVM NATVRA, CAVSIS, DIGNOTIONE ET CVRATIONE.

QVi febres putridas optime curaturus est, nosse prius tenetur quæ sint omnibus ipsis communia, tum quatenus ad materiam earum attinet, tum vero ad materiæ alterationes: non vltimo quoad communem omnium curationem. Præterea expendisse etiam oportet, quæ sint cuiq; febrium sorti propria & peculiaria atque proficua. Verum illa tria diligenter expedere prius instituimus, quam anatomiæ manus alicui earum adhibeamus. Dictum quidem in superioribus est, materiam febribus omnibus præstare humores naturales appellatos, quos in venis residere gratia præstandi alimentum diximus: hi & naturales, qui licet natu-

Febrium omnium communis materia.

raliter corpori insint, & ex quotidiano alimento generationem sortiantur, eo quod alimoniam non præstent, & ob id non naturales à medicis iure optimo appellantur. Pari etiam pensu putridis febribus materiam præstant humores, quos præter naturam nuncupamus, quod generationem sortiantur ex aliis humoribus, aut ex eorum materia, à causis tamen præter naturam, cuius naturæ est *vitellina* bilis, & reliquæ eiusdem speciei, quæ G perperam in corpore generantur. sic & pituita vitrea, salsa, atra bilis, & huiusmodi humores, nec non & eorum serea substantia, & mille varietatibus implicata humorum vagantium sors: quos omnes scimus febribus omnibus & singulis materiam præstare.

Calor cuiusuis humorum sex modis alteratur, aut præter naturam fit.

Qua vero alteratione humores prædicti afficiantur, vt febrem, quæ *humoralis* nomen meretur, succendere possint, expendendum nunc est: & quod maius in hoc negotio præstare beneficiũ potest est nosse, qualis naturæ & efficaciæ futurus sit calor, qui prædictam alterationem in humores 353 A inferre possit. Cuius doctrinæ gratia præmittendum est, calorem cuiusuis humorũ vno è sex modis posse præter naturam fieri, nam *Aut* incalescit amplius idem humor, q̃ illi secundum naturam ex vsu est, calore ea aliqua occasione intrinseca aut extrinseca illi accedente: *Aut* efferuescit, ebullit, & calore agitatur atque mouetur: *Aut* insuper adeo crescit eiusdem calor, vt humor ipse veluti vri videatur: *quarto* vero marcidus redditur humorum calor, & viribus infirmis, veluti deficiente proprio humido deuincitur: *quinto* putredinosus redditur prædictus calor ex longe diuersa humorum alteratione, quam patitur ab omnibus nuper adductis, humido calorem superante: *vltimo* vero pestileos & contagiosus redditur humorum calor, principium præstans febribus pestilentibus & malignis. His præmissis, quæ magni sunt momenti curaturo febres putridas, necessum est, cuiusq; seorsum meminisse, vt constet qualis naturæ febrium humoralium sint febres, quæ ex vnoquoque principium sortiuntur: sic profecto & cuiusque cognitio & præsagandi ratio atque medendi B via clariores vnicuique sese offerent.

I. Calor adauctus p. nat. in humorib. citra putredinẽ febres efficit ephemeras plurium dierũ de continentium genere.

Circa horum calorum primum sciendum est, humores, quos antea *naturales* appellauimus, & maxime sanguinem aut crudum aliquem succum posse excalfieri citra vllam putredinis labem, quo tempore si cordis aliqua substantia, maxime spirituosa ponatur in calfacto esse, *ephemera* succrescit *febris*, plurium dierum nuncupata. quæ sane de genere est humoralium, earum præsertim, quæ continentes citra putredinem dicuntur: quas omnes Gal. iure optimo à consortio putridarum ablegauit, reduxitque ad spurias & illegitimas ephemeras. Hæc sane caloris alteratio tantum fit calore præter naturam humoribus succrescente citra aliud vitium. quippe incalescentia hæc nullam in calorem natiuum rei, quæ alteratur, neq; in eius substantiam infert sensibilem iacturam, sed ex calore illo cor & corpus amplius incalescunt, & cum humorum substantia incolumis exsistat, etiamsi cordi communicet suum calorem, vt plu-C rimum prædicta ephemerarum sors succrescit.

II. Calor p. n. qui humores solum

Secunda caloris conditio maioris est efficaciæ, vt quæ non solum ad calorem humores omnes mouere nata sit, sed eo peruenit, vt etiam in feruorem agat. Quippe is calor exagitat, mouet & in feruorem mutat ac ebullitionẽ prædictos humores, & omnes etiã alios. Quo sane tempore febres quoq; fieri *humorales* censemus, ceterum reducibiles ad genus putridarum, quales multorum decreto sunt nonnullæ ex tertianis exquisitis: item aliæ quæ ex sanguine fiunt, dum ipse adeo efferuescit, vt eius subtile vertatur in flauam bilem, & crassum in melancholiam: quæ sane febrium generatio, censenda non est per putredinem fieri, sed solum per sanguinis efferuescentiam, in qua non fit febris ephemera, sed ea quæ ob mutationem sanguinis in aliam substantiam putridarum generi adstricta sit, licet putrida re vera non exsistat. Differunt etiam is calor, & eius actio à præce-D denti calore, peculiari eiusdẽ actione, quia in hoc non est sola humorum alteratio, sed adeo crescit eius actiuitas & efficacia, vt substantiam quoque humorum dissipari, & corrumpi aliquo modo contingat, quia calor ille primus solum ad maiorem intensionem calorem agit: hic vero potius calorem præexsistentem depopulatur, & conterit ac substantiæ tenuiorem partem dissipat, media efferuescentia, quam molitur.

efferuescere facit, febres efficit humorales. Febres humorales vnde. Calor secũdus quid a primo differat.

III. Calor vrens si spiritus adoritur efficit legitimam: si humores ardentem.

Hos sane calores (*quos tanquam preludium sumsit*) tertius sequitur vrens quidam calor, qui dum siccam corporis substãtiam, & spirituosam adoritur, *febres* concitat *ephemeras*, quas *legitimas* esse procul dubio arbitramur: ea enim est vstionis propria, & peculiaris conditio, vt non nisi siccorum (*velut spiritus sunt*) genuina sit passio. Cum hoc tamen large sumto huius vocis significato, Humores etiam comburi, omnis medicorum schola citra controuersiam fatetur, nimirum cum adeo efferuescunt, & præ calore ebulliunt, vt non solum aliquid eorum resoluatur & euanescat, verum & sensibiliter corrumpatur muteturq; in alienam naturam: sicut dum ex flaua bile per efferuescentiam fit vitellina, quam nos & medici omnes per vstionem fieri concedimus, aut hæc in viridem vel æruginosam & atram. Quam sane mutationem nulli est dubium per efferuescentiam fieri, eam tamẽ *vstionem* appellamus, ad differentiam secundi caloris, quod ille quantũuis humores in efferuescentiam ducat, eos tamen in alienam naturam non mutat sanguine excepto: hic vero quem *vstiuum* appellamus, more putredinosi caloris substantiam eorum mutat in alienam naturam & conditionẽ (*vt dictum est.*) Cuius sane conditionis censemus esse febres quarum Gal. meminit 10. *meth.* scribens cuidam iuueni contigisse, qui cum æstate media laboribus defatigatus, ira, vigilia, curisq; consumtus exstitisset, febre correptus fuit biliosa, quam ex accidentibus facile venamur ex huiusmodi efferuescentia & vstione potius, quam ex putredine ortum duxisse: cum citra euidentem plenitudinem, F qua iuuenem illum carere certum erat, vel humorum crassitie, sed solum æstuantissima causa accedente, febricitauerit homo ob feruorem adeo intensum, qui flauam bilem naturalem, & partem in vitellinam aut grauiorem forsan mutauit, corruptione facta serosæ & tenuioris eius partis. Itaque vera efferuescentia ea iure optimo censenda est, in qua aliquid humoris euanescit, manente tamẽ humore sub ꝓpria forma: efferuescentia vero quæ per resolutionem tenuioris partis & efferuescentiã vlteriorem in aliam naturam humorẽ mutat,

Calor p. n. efferuescens differt ab vrente.

Efferuescentia vera quæ.

*Vstio quid.*

*Vstio* more medico nuncupanda est; siquidem vera vstio ab Arist. appellata, siccorum potius passio quam humorum habenda sit. Nec turbet nostrā sententiam, esse quandam bilis speciem, quam *æruginariam* Barbari medici appellant, cui maximam siccitatem ob impensam vstionem tribuunt: nam nec hæc quidem sine humiditate & fluiditate est: unde constat *æruginariam*, quæ eadem est cum æruginosa, non omnino sortiri conditionem rerū, quæ vstionem proprie pati possunt, sed solum ab ingenti calore maximam effervescentiam, quæ perdunt, & deponunt naturam, familiarem ac nobis amicam humiditatem: qua deposita vri quidem possunt, nisi antea animal ab eodem calore interiisset. Itaque flaua bilis, vt quæ ad maiorem calorem facilius moueatur, velut serea humorum substantia, (*nam reliqui humores promtius putrescunt, quod eorum calor ex ambiente imbecillitetur prius quā substantia efferuescat*) frequentius efferuescere solent, præsertim æstiuo tempore, & præhabitis dispositionibus quas de iuuene illo retulerat Galen. 10. *meth.* Quatū sane defectu frequentius conspicimus bilem putrē fieri, quia raro quæ ad efferuescentiam necessaria sunt, coniunguntur & in vnum coeunt. Ichores tamen, & acras ac biliosas humiditates, *vt ex Hip. 4. acut. euidenter constat*, non raro efferuescere conspicimus, & à tenuibus venis trahi, febrem ardentissimam facturas: quo tempore aut prorinus ex loci mutatione putrescunt, aut in vasis maiorem concipiunt feruorem.

*Zinaria bilis quæ.* — *Efferuescere qui humores possint.*

IV. Sequitur iam quarta caloris præter naturam conditio, quæ *marcidum* reddit cuiusuis humoris innatum calorem. Marcidus vero efficitur calor vno è duobus modis: *Primo* in partibus solidis nostri corporis, cuius marcore *febris hectica* succrescit: quippe defectu proprii humidi facto ab eodem calore præter naturā reddito, ipsemet calor marcescit, & tabidus efficitur ob deperditionem sui, & proprii etiam humidi: Alio vero in humoribus, dum humidi externi efficacia imbecillior efficitur cuiusq; humoris calor, & à proprio, & extraneo humido simul veluti deuincitur, marcescit; & impotens efficitur: via quidem & præludium putredinis ipsius humoris, & causa potissima prauissimæ dispositionis, quæ minatur casum in febrē impense putridam. Quod sane tempore mirum non est, hominem febribus quibusdam lentis atque prauissimis premi, quas potius ex hoc marcido calore ab humidi copia contracto, quam ex putredinoso orta est arbitrandum. Est tamen differentia inter marcidum calorem partium solidarum & humorum pulcra, & magni momenti ad curationem vtriusque, & vetam eris qui est in humoribus [illegible]: quippe in solidis membris marcescit calor ob humidi defectum, quod ipsemet calor extraneus factus depopulatur, & conterit, in humoribus vero ob humidi abundantiam, abundat enim, quia non regulatur probe à proprio calore extraneo facto, & ob alieni humidi abundantiam & ob id disponitur ad prædictam perniciosam putredinem sic affectus humor [illegible] diligenter præueniatur.

*Calor quot modis fiat marcidus.* — *Marcidus calor partium solidarū & humorum quid differat.*

V. Caloris præter naturam quinta, communiorq; conditio est, qua non solum humores incalescunt [illegible], sed adeo prauo, & putredinoso calore afficiuntur, vt eo tendat calor ipse, quo corrumpantur, & omnis eorum mixtio, miscibilibus manentibus [illegible] luatur: quem sane [illegible] putredinem appellamus, & ipsum calorem [illegible] sum. Cuius natura vt exacte cont[illegible] dignoscenda est, non solum à memoratis [illegible] con[illegible] discernendus, verum etiam à quauis alia alteratione ex his, quas scimus calorem naturalem [illegible] pati. Quippe differunt *putredo, & putredinosus calor* à prima caloris specie seu alteratione, quod in illa solum caliditas adueniens accedat [illegible] naturalis humorum quibus succrescit [illegible] damnum: nulla etiam læsione in eorundem substantiam illata: in putredinoso vero calore [illegible] calos primum & maxime patitur, & humorum substantia ex consequēti quam paucissimum [illegible] suscepta beneficium, & gubernationem à proprio calore. *Differt* etiam putredo ab efferuescentia, quod in hac calor extrinsecus agens, & calorem, & humidum pariter dissipat, in putredine vero calor naturalis humorum infirmatus ab extraneo, & ab intrinseco separatur humidum à sicco, vtrumq; manens: quod in efferuescentia nō contingit, & licet maneant tenues, & crassæ partes separatæ, & in putredine, non tamen sunt partes elementales, & mistionis, sed partes compositæ massam sanguinariam. Pari etiam ratione dissidet ab efferuescentia, quam *vstionem* appellauimus, quia in hac vniuersum humidum quod separatur vi caloris per insensilem halitum euanescit, & si quid eius adhuc superest, id est in intimis rei quæ vritur partibus: in putredine vero humiditas quæ separatur, manet quidem, ceterū in extimis quod [illegible] ctum esse censeo, quia calor exurens & feruidus vstioni est proficuus, lenior vero & imbecillior putredini. Denique differunt, quia putrefactio fit cum excessu vtriusq; principii, formalis nimium, & materialis ad interitum naturaliter perduceret combustio autem cum excessu tantum formalis principii, & cum humidi defectu (vt dictum est) adeo vt iure optimo dictum sit Aristoteli, putredinem naturalem esse corruptionem [illegible] lentam. Differunt præterea, quia putredo raro aut nusquam fit citra prohibitam ventilationem, vstio vero citra ipsam necessario. *Insuper* putredo differt à marcido calore, quoniam putredo humidi natiui interminationem [illegible] ab ambiente calore effectam declarat: marcor vero [illegible] alidi extranearum [illegible] ob humidi extranei superantis dominium [illegible] dum in humoribus marcidus calor consideratur; nam in partibus solidis marcidus tabidusq; calor consideratus calidi per humidi proprii consumptionem, defectum & languorem connotat. Qualiter autem putridus calor à pestilenti calore dissideat, leges *lib. 7. de pest. feb. nat. & cond.* interim tamen eius naturam breuiter explicabo.

*Caloris putredinosi natura.* — *Putredo quid differat à calore [illegible] ab [illegible].* — *[illegible] ab efferuescentia.* — *ab vstione.* — *[illegible] pestilenti [illegible].*

VI. Conditio caloris præter naturā vltima, & sexta cōstituit calorem pestilentem cunctis grauiorem, & perniciosiorem. Cuius naturam latius sum monstraturus loco nuper citato: hac tamen in parte sufficiat scire, pestilentem calorem esse eum, cui omnes reliquorum calorum conditiones simul iunctæ insunt, & in vnum coeunt. Nam q; calor hic materiam sibi subditam [illegible] facit, in[illegible] uorem agit, vrit, ac simul fœda putredine co[illegible] quibus euidentissime [illegible] stat longissimis interuallis ab omnibus aliis differre.

*Calor pestilens quis.*

Quum vniuersa curādi febres putridas ra[illegible] & [illegible] methodus prodeat proculdubio ex cognitione, [illegible] & in-

& integra notitia eius & causarum, quibus concitatur, *cum contrariis prorsus ipsam nitatur euertere*, accessum est profecto, paulo diligentius eius conditionem atque differentias inuestigare. In qua quidem disputatione praemittendum est, nulla alia ratione aut via priuationem distinctius posse cognosci, quam habita prius proprii habitus exacta notitia: sic quidem, cum generatio & mixtio transitus sint ad esse, putrefactio & corruptio ad non esse, reduci facile possunt clariores doctrinae gratia ad habitum, & priuationem. Itaenim cogemur mixtionis principia & modū summa quadam complecti, quo facilior euadat putredinis, quae huic mixtorum generationi opponitur, natura cognitio. Cōstat enim ex Aristot. *2. de generat.* mixta omnia per mixtionem solum generari, & & eam nil aliud esse, quam mistibilium alteratorum vnionē: adeo vt vniuersa ratio, & natura eorum sita sit in vnione eorū, quae mutuo alterantur & miscētur, vt generari mixtum possit. Ex quo euidenter cōnstat, mixta, quatenus talia sunt, nullam aliam formam sortiri, quam vnionem. Cuius sane formae introducendae gratia, primo & per se mistibilia humida esse oportet: quod tanquā potissimum in mixtione praerequiritur, licet nō sufficiat, nisi siccum succrescat, quod est secundū mistibilium elementum. Quod sane frustra in mixtionē conscēderet, nisi praefuisset humidum: nam tunc mixtionem fieri scribit Arist. *1. & 2. de generat* dum siccum humido miscetur, quia hoc terminabile est alieno termino, illud vero stabiliratē praebet: erat enim opus mistibilia in loco recipi, figurari, & permanere sic. Sed ne haec quidem sola satis ad mixtionem esse possunt, quia tantum nata sunt materiam mixtioni praestare, nisi aliquod agēs ea mutuo miscens, frangens, diluendo, & veluti in mixtione perficiens accedat, & sese quoq; reliquis immisceat. Quod proculdubio calid in esse constat, quod licet elementa per se non possit ad mixtionem educare, potens tamen est euocata miscere, vnire, & vnionem continere. Cum hoc tamen, ne ea quidem sufficeret, nisi frigidum insuper accederet, calori modum imponens, iuxta mixti futuram conditionem & naturam. Itaque humidum & siccum tanquam materia mixtionis praestantur, ita vt ab humido mixtum habeat continuitatem, à sicco consistentiam, à calido formā, mensuram vero & modum à frigido: siquidem non à quouis calore, neque à quouis etiam eiusmodi fieri potest mixtio, sed à mensurato & determinato ac diffinito: cui quidem modum & determinationem ponit frigiditas. Denique mixtio fit, & mixti generatio (*quae tantum est vera mistibilium vnio*) tanquam à proxima causa, à calore, qui intus vel innatus, seu naturalis dicitur. Sed in te hac non leuis sese nobis offert dubitandi ratio, nimirum, *quanam ratione vnionis vinculum perfectionem & auctorem calorem esse arbitramur. & omnes Philosophi censent, adeo, vt eo dissoluto aut imbecilliori facto, omnis mixtio dissoluatur, & in interitum & vltimam corruptionem migret, si caloris munus, natura & conditio tantum est congregare homogenea, & quae heterogenea sunt, & diuersa rationis, disgregare & seiungere vt putredinosus calor aperte monstrat, cuius munus est, humidum à sicco separare: & cum elementa sint longissime inter se dissidentia, heterogenea & contraria, incredibile videtur profecto, posse caloris beneficio coniungi & vniri cum id calor non possit, & contrarium necessario ex propria natura exsequatur. Quapropter videtur potius vnionis munus se retribuendum frigori, cuius conditio est heterogenea in vnum cogere atq; vnire.* Cuius dubitationis gratia praemittendum est, mixtiones multis modis fieri posse: vno quidem ex primis cōmunissimisq; omnium rerum elementis: aliquando ex secundis, idque tertia atq; quarta mistibilium vnione. Metalla enim ex primis fiunt plerumque contingit, at mixtiones imperfectorū animalium ex tertia putredine: perfectorū ex semine & sanguine, atque carne & ossibus & humoribus. Sic enim quaedam mixtiones fiunt ab vniuersali causa, & cursus quaedam particulari, quae sibi simile efficere nititur. Dubium tamen praehabitum circa omnes mixtionis sortes quaerit enodationem. In prima enim, quae ex primis elementis fit, circa controuersiam statuendum est, elementa (*quod non habeant intrinsecam & naturalem repugnantiam admixtionem*) ad eam moueri, motu & virtute coelorum, mediante qualitate quadam coelesti, in quā veluti in quodam seminario est vis generatiua mixtorum omnium, deducta à corporibus coelestibus: qua quidem veluti quadam arte destituta dispensantur elementa in mistionem generationem. Coëunt enim in vnum locum praedicta elementa vbique pro qualitate materiae & loci, eorumque partes maiores immotae, atq; ibidem impuratae alteratione ad inuicem via compomuntur. Praemittendum secundo, triplices esse calores, quibus commissum est, hoc in igne opus perficere: primus sane est calor elementalis, cui tantum munus est, mistibilia omnia, quae iam in vnum locum coalescendi sunt, rariora tenuioraq; efficere: dispositio vero necessaria ad mistionem efficiendam. Verum, quia hac sola dispositione & caloris actione mixtionem fieri erat impossibile, praestitit coelum igni *qui veluti organum est primum praedicti muneris*) coelestem illam qualitatem, in ipsumque impressit, vt auctor fieret, figulus & architectus illius, quam nulli alteri elementorum praestitisse decuit: quippe igni erat magis familiaris, ob similitudinem, quam habet cum coeli natura & conditionibus. nam hic tel qua ceteris elementis dignitate, puritate, actiuitate, & longe minore corruptibilitate superat: quibus sane dotibus coelesti naturae quodammodo assimilatur, fit & promptioris atque efficacioris efficitur conditionis: ob idq; sane coelum in ipsum sua impressit, & illi productiuam qualitatem communicauit. Qua sane coelesti qualitate ignis calor perfectior factus vires suas egrediens, elementa, quae tenuauerat, aduersus propriam conditionem (*siquidem antea tantum tenuandi atque liquefaciendi vires sortiebatur*) miscet ad inuicem & iungit: continuans perficiensq; inceptum à coelo mixtionis motum, virtute coelestis qualitatis sibi huic muneri exequendo praestita. In quo sane opere cum omnia vicissim vicerint, victaque sint, etiam ad inuicem contemperata, calor ipse euadit duiis virtute coelesti, temperatus vero & remissus viribus propriis, ob coactionem & contrarietatem frigidi elementi, qua temperie suscepta simul cum tempore coelestis qualitatis, sic mixta elementa concoquit, & coctione, quod antea (*vt purum elementum*) tenuauerat, nunc vero naturalis factus, incrassat, cogit, & densat, coagulatque eo vsque, donec coquendo deuen-

Mixtio quid.

Mixta quatenus talia, quam sortiantur formā.

Ad mixtionem quae requirantur.

Mixtū quid ab humido calido sicco frigido habeat.

Mixtio fit à calore.

Calor qua ratione sit vnionis vinculum non vero frigus.

Mixtiones multis modis fiant.

Calor mixtiones perficiens multiplex.

Cur ignis coelestis vicem agat heterogenea nō vt igneus, sed vt coelestis virtute adiutus.

deuentum sit ad perfectionem & vnionem formæ introducendæ aptam; qualis naturæ est temperies seu complexio, quæ aptum existit instrumentum formæ mixti. Cui sane temperamento ac reliquis mixtionis elementis, qualitas illa cœlestis, quæ primo recepta fuit in calido proprio, seu in parte ignea communis efficitur. Qua profecto ratione calorem vocamus potius naturalem quam reliquas mixtionis qualitates: & ob id etiam illi potius ob propriam naturã & peculiares G actiones tribuimus mixtionis efficientiam atque dignitatem. Itaque calor vt igneus est, elementa tenuat; vt cœlesti qualitate fruitur, miscet; & vt à frigido est attemperatus coquendo vnit: vnio autem est vltima perfectio mixti (*vt mixtum est*) quo tempore succrescit forma substantialis, quæ prædictam vnionem tuetur medio temperamento, & calore ex prædictis actionibus in mixto contracto. Quo fit, vt actio hæc, qua mixtio fit & continetur, temperati caloris munus sit; quo tanquam immediato instrumento vniuntur mistibilia, & à forma mixti vnita continentur: quibus videtur, dubitationi esse satisfactum. Quæ sane omnia natura temperat insita diuina arte, quam intellectus humanus ad vnguem attingere nequit, sed generali quadam motione mira hæc naturæ opera scrutatur & agnoscit.

*Calor vt igneus est elementum tenuat, vt cœlesti qualitate fruitur, miscet, vt à frigido attemperatur, coquendo vnit.*

356 A Sed dubitabit vlterius forsan aliquis, *sitne eadem huius operis ratio, dum mixtum fit ab elementis, non prima mixtione, sed secunda, aut tertia, quartave compositione ex materiis seu humoribus mistilibus vicem elementorum gerentibus.* Cui profecto respondendum est, idem propemodum dicendum esse, nam vicem ignis sortitur corpus igneum, quod propriam temperiem habuerit accommodatam mixto generando, velut sanguis est, aut semen: & vicem terræ & aquæ, corpus mixtum crassius, atque vicem aëris corpus aëreum, quorum naturam referunt & sortiuntur animalium humores. Quæ sane omnia vicissim agent patienturq;, & fiet ex illis mixtum, vi generantis impressa in parte elemento ignis respondenti, vtpote quod calore medio hanc mixtionem, haud secus, quam cœlestis vis igni impressa efficere teneatur. Quo fit, vt tam mira viuentium generatio contineat opera, ex hoc nimirum calore cœlesti, tempore & qualitate insignito atque frigidi occursu & miscella frænato, nec non generantis etiam præstita impressaque vegeneratiua spirituum omnium adminiculo. Qua sane caloris sorte in animalium corporibus mixtiones fieri coctione media, atque mistibilia seu humores coagulari euidentissimum est: quippe hæc B res coagulationem à calido factam vniuntur. Nam cum certum sit, coagulationem fieri duobus modis, à frigido nimirum per se, compressis & vnitis partibus humidis aut siccis, vel ex accidenti euaporata, atq; expressa parte humida & vaporosa, & harum nulla veram efficiat viuentium mixtionẽ: superest à calido fieri necessario debere. Verum cum à calido etiam duobus modis fiat: vno à calido sicco inducendo siccitatem & firmitudinem: alio componendo partes aqueas, aëreas ve & humidas cum terrestribus, nec non & resoluendo partes aqueas in vaporem, fit profecto, vt hoc vltimo modo mixtionem vnionemq; fieri certissimum sit: quia hæc caloris actio vera propriaq; existit coctio, qua omnia crassantur, coguntur que,

*Dubium. Mixtionis ratio vniuersa calori tribuca.*

*Coagulatio fit duobus modis.*

& ad vnam formam reducũtur, quæ temperies in mixtione est, & complexio, quæ resultat ex præd. caloris actione, & eodem etiam conseruatur. Exemplo profecto est putrefactio, qua viciato calo- C re mistio dissoluitur, putrescitque mixtum.

Ex qua sane doctrina dubium alicui videri potest. *si vniuersa mixtionis ratio calori tribuata est, necessario eiusdem corruptionem frigori esse referendam.* nam contrariorum contrariæ videntur esse causæ. Verum si quis rem hanc diligentius penetret, reperiet, calori etiam necessario tribuendam esse omnis corruptionis mixtorum per putredinẽ culpam. Primo, *quia non minus illi contrariatur calor extraneus quam frigiditas*, & probatur, *quia medio vt calor innatus est, æque contrariantur extrema. sed calidum præter naturam, non minus habet vicem extremi, quam frigiditas, quia æque recedit à moderato, ergo pari mensura erit illi contrarium.* Secundo, *quia cuius munus est aliquid facere, dum est secundum naturam, eius erit non efficere, aut praue facere, dum præter naturam fuerit, sed calore naturali conseruatur vnio, ergo à calore præter naturam dissipabitur.* Ratio quidem ex D principiis naturæ prodit, *nam calor ignis in principio mixtionis antequam frigidi actione temperaretur, solam nitebatur dissoluere & separare, temperatus vero & mitior factus concoquere: ergo, si iterum ad eandem intemperantiam redierit, vt cum calor extraneus illi accedit, necessario ad antiquum opus se conuertet: illud tamen erat dissoluere & separare*, ergo *potius à calore, quam à frigore prædictam mixti dissolutionem per putredinem fieri, erit arbitrandum.* Et confirmatur, *quia medea frigiditate putredinem cohibemus atque compescimus, calore nimirum temperatiori facto.* Quapropter arbitror, merito putredinẽ appellatam fuisse cruditatem, quod ab excedenti calore fiat, qui moderatum coctionis auctorem vitiet: & contrarium coctioni actum, hoc est, dissolutionem humidi à sicco exsequatur. Ex quibus iam constare arbitror (*& etiam ex Arist. constat 4. meteororum*) putredinem cõtrariam esse generationi mixti: quippe constat, ipsam esse communem, naturalemq; passionem, ex formæ nimirum priuatione corruptionis absolutè complementum. Et sicut mistio- E nis perfectio & opus calori secundum naturã iure optimo tribuitur, ita profecto, cũ similis sit oppositorũ ratio, putrefactionis principium eiusdem caloris imbecillitati, aut vitio referri debet: nam sicut eõcoctio & transmutatio à natiuo calore facta, via est, ob caloris victoriam, ad mixtionẽ & vnionẽ eorum, quæ miscentur: ita & putrefactio fit hoc calore ab extraneo deuicto, nequeuntq; amplius continere, quæ antea mixta erant & vnita.

Incumbit profecto, vt clarior euadat prædicta doctrina, docere, dupliciter Aristot. diffiniisse putredinem, idque iuxta optimam cõsiderationem, & peculiarem indigentiam. Vno modo putredinem statuit *esse naturalem corruptionem, & interitum mixti.* quod censeo dixisse, quia putredo summe est cõtraria generationi mixti, siquidem alterum est commune principium & opus naturale, nimirum mixtio: alterum vero vt finis & communis passio, hoc est, putredo. Nec mirandum profecto F est, putredinem per *corruptionem* diffiniri: nam licet generatio & corruptio opposita sint, oppositiora quidem, & maxime contraria esse generationem & putredinem censeo, quia maxime extrema sunt. Cuius ratione arbitror, Aristotelem dixisse,

*Dubium. Calori non solum mixtio, sed & corruptio tribuenda. S. lusio.*

*Putredo cur cruditas appellata.*

*Putredo contraria generationi mixti.*

*Putredo quid. I.*

dixisse, *putredinem non mixtorum naturalium corruptionem, sed corruptionis terminum ac finem esse, eorum saltem, quæ vita orbantur*, nam viuentia per putredinem non corrumpuntur naturaliter, sed per siccitatem, quæ sane siccitas via est post mortem ad putredinem. Habet tamen hoc peculiare id verbum, *corruptio*, quod commune sit ad viuentium, & non viuentium interitum: quo fit, vt eius generationi ex opposito assistat, siue per mixtionem fiat, cuius forma est vnio, & tunc dicitur corruptionis complementum seu terminus *putredoque* nuncupata: siue per formam perfectiuem cuiuslibet entis fiat generatio, quo tempore simpliciter dicitur *corruptio*. At putredo tantum opponitur generationi, eius nimirum, quæ mixtis propria existit, quibus interitus & corruptio per putredinem propria est: vt probat verbum Aristotelis, *putredinem videlicet esse terminum & finem corruptionis*: quia omnia etiam viuentia vltimam post mortem adipiscuntur corruptionem per putredinem. Quod etiam probari potest, *nam generationis multa sunt agentia, & plures subsunt causarum genera, & ob id plures corruptionis modi, admixtionis vnica solum, caloris nimirum secundum naturam actio, & vnicus subinde corruptionis modus, videlicet, putrefactio, vt vnica etiam reductionis via & medela, coctio nimirum*, de qua Galen. dictum est, *posse putredinem compescere, siquidem sola nata fuit mixtionem fabrefacere.*

II. Putrefactio quid.

Secundo insuper modo diffinitur ab Aristotel. non quidem putredo (*vt prima diffinitio statuit*) sed putrefactio, seu via ad putredinem: nam putredo corruptionis mixti est vltimum complementum, (vt dictum est) At putrefactio, quæ via est in prædictum corruptionis complementum, aliter diffinitur ab eodem Aristotele, nimirum, est *corruptio proprii, & innati caloris in vnoquoque humido ab aliena caliditate*: Quas sane diffinitiones adeo diuersis terminis scriptas exposuisse arbitror, vt constet ex prima, qualis naturæ, & qualis etiam finis sit putredo ipsa, siquidem desinit in vltimum ipsius mixti interitum: ex secunda vero, vt subsit & innotescat via, modus & causa, quibus putredo efficitur, nimirum proprio mixti calore corrupto, idque ab aliena caliditate. Quod etiam arbitror Aristot. fecisse, vt doceret, in termino & fine putredinis nullam subesse reductionis seu beneficii occasionem, in putrefactione vero reductionis & correctionis locum adesse, cum non sit omnium quæ in mixto sunt corruptio. Inquit enim, *putredo est corruptio innati* (non totius compositi) *propriique in vnoquoque humido* (non in sicco) *caloris* (non frigiditatis) *ab aliena caliditate*, (vt secluderet mortem naturalem, quæ à primo & innato fit calore.) Hæc autem ambientis est, vt constet, quæ calore proprio vacant, hac putredine corrumpi non posse, sed totali corruptione, vt in cadaueribus contingit, ex propriis & naturalib. principiis. Quo fit, vt cum putrescit, obstructione aut prohibita ventilatione opus non habeat, sed solum vincentibus frigidis & humidis elementis: quæ sane putredinis ratio sub prima diffinitione comprehenditur, & eam inhibere difficile est, ni corpus nimirum exsiccaueris. At in putredine secundæ diffinitionis, facile est cognitionis eius causis modum & terminum ponere, qualem profecto coctionem præstare quotidie conspicimus. In quo sane sensu censeo Galen. dixisse: *Coctio est, quæ facit cessare putredinem manente substantia*. Ex qua constat in putrefactione non omnem substantiam corrumpi, in putredine vero omnem & omnino: item in hac compescitur putredinosus motus, solius caloris ad antiquum statum reductione, quia in sola eiusdem caloris corruptione ita erat omnis eius natura: in illa vero corrumpitur calor, & etiam perit fere ex toto siccitas: quo fit, vt si velis cadauer tueri à putredine, id teneas siccissimis, nec non & calidissimis efficere præsidiis, sicut in putrefactione illud, quæ proprium calorem ad antiquum statum redigit. Tali in eadem docendi methodo vsus est Aristoteles, qua coctionem & miscibilium vnionem considerare docuit, nam coctionem dixit perfectam esse a propria & innata caliditate ex oppositis passiuis, cuius terminus est miscibilium alteratorum vnio: via autem in vnionem mixtione efficitur, quæ perfectio est à calore præstita. Pari prorsus ratione putredo terminus est interitus atque finis mixti: via vero & motus putrefactio, quæ ex corruptione innatæ caliditatis efficitur: quo fit, vt arbitrandum sit, Arist. has duas putredinis rationes distinxisse, vt seiungeret putredinem, quæ accidit viuentibus corporibus, ab ea, quæ succrescit vita orbatis, siue naturalia, siue mortue talia sint: nam in his putredo est vltimum corruptionis complementum, vt in cadauere contingit, & id etenim vincente frigiditate calorem à se, aut ambiente proprium rei, quæ putrescit, calorem dissipante citra vllam obstructionis indigentiam: quo fit, vt talia mixta citius in calidis locis putrescant. At viuentium corpora putrefieri nequeunt citra prohibitam ventilationem, & caloris innati à calido externo corruptionem, *vt antea dictum est*. De qua sane putrefactione, quæ via est & motus, non vero de putredine, quæ terminus est & finis, nostra disceptatio hac in parte intelligenda venit.

Putredinis humorum ratio & differentiæ.

Complectitur etiam putrefactio hæc, quam secundo loco vt viam diffiniuit Aristot. eam alterationem seu passionem, quam humores perpetiuntur à calore præter naturam, dum febres succenduntur: nam cum dictum sit, calorem cuiusque rei naturalem non solum ipsam perfecisse coctione, sed etiam eandem tueri & moderari: sic dum ipsemet calor vitiatur & corrumpitur, proximus humores in corruptionem agunt, mediante putrefactione, quæ corruptio est caloris, qui ipsos tuebatur. Cum enim calor cuiuscunque rei proprius ab extraneo calore vitiatur, aut ipse (*deficiente natiua sua temperatione*) intensior efficitur, more ignis dissipare ac seiungere iam deinceps studet & hoc est putrefacere. Potest autem ab alieno & extraneo calore

Calor proprius quo[illegible] ... [illegible] extraneo calore.

b[illegible] iam superari & extingui proprius cuiusque rei calor. Vno quidem, dum adeo illum ... vt humiditati, cui subicitur, etiam consistat consumetque in sui substantiam, quo consumpto simul & calor exstinguitur: quam caloris actionem *combustionem* antea appellauimus. *Interdum* vero non ita subito, & affatim, se violenter ipsum innatum calorem externus superat, vt eius humidum dissipet, sed paulatim extra euocat, educit dissoluitque, vt proprium humidum deleres à sicco seiungatur. (*siquidem vt calore ambo ea mixtione continebantur*) & locum innati externus viget, & calfaciendo extra naturæ modum dissipat, donec in totum ambo pereant, & tunc *putredo* vere dicitur:

argu-

argumento est humiditas, qua exterius, quæ putrescunt, inundant, quod vstis non accidit. Ab intrinseco & ex propriis principiis seipsum perdit, & præter naturam efficitur idemmet calor innatus, duobus etiam modis: *Vno* naturaliter, cum ex diutina ipsius actione humidum & vna cum ipso idémet calor absumitur, qualiter senib' accidere scimus naturaliter, sed hanc impropriè putredinem appellarunt, cum potius corruptio naturalis per siccitatem dicenda sit. *Altero* vero, quando calor natiuus in alienū & extraneum conuertitur, (*violenter tamen licet à causis internis prodeat, ita vt caratione corruptio naturalis ab Aristot. iure optimo dici mereatur*) qui sane sicut dum naturalis erat, mistionis & conseruationis erat auctor; ita cum transit in alienum & præter naturam, corrumpit, putrefacit & dissoluit mistionem. Degenerat autem in

G

Putrefactionis humorū in animalibus præcipua causa est prohibita ventilatio.

alienum, cum excedit limites proprii & naturalis temperamenti rei, cuius est calor. atque huius excessus etsi multæ possint referri causæ, hæc tamen prima & præcipua est, nimirum, *ventilationis*, quæ fit ab aëre frigido priuatio, cuius occasione cum non euentetur calor, atq; compescatur, crescit & intensior efficitur, ob prohibitum calidorum vaporum aut fuliginum effluxum. quo fit, vt protinus proprios limites egrediatur. Sunt tamen huius deperditæ euentationis propriæ causæ obstructiones viscerum atq; vasorum, condensatioque cutis corporum animatorum. Quas sanè obstructiones efficiunt copiosi ac crassi humores.

358 A

Humores febrem succendentes quomodo putrescant.

Verum ne videar hæc omnia frustra & inutiliter dixisse, oportebit profecto ea reducere aptaseque admodum, quo humores febrem succendentes intro aut extra venas putrescūt. Sciendum itaque est, humores nostri corporis & fieri, & secundum naturam conseruari à proprio cuiusque alimenti aut humoris calore, & ab insito & natiuo membrorum, vbi vel conficiuntur, vel ad vitæ vsus asseruantur, adeo vt, quodcunque ex his deficiat, protinus humores vitientur, & alieni à vitæ vsibus supersint. Vitiatur autem venarum, iecoris, & solidorum membrorum calor, ex adiectione alterius extrinseci caloris, aut ex proprio excessu, commoda ventilatione deficiente, aut ob præstitum vitium à re contagiosa, vel dissipante, aut distrahēte ipsum. At humores tunc ex proprio vitio putrescunt, cum à primęua sui constitutione caloris diminuti extiterunt, vel vitiosam & corruptam conditionem nacti fuere ob iecoris, ventriculi & venarum prauam caloris sortem: vel vltimo, ob alimentorum vitiosam naturam & cōditionem, aut ob quantitatem, siue rei extraneæ mixtionem, vel præposterum sumendi ordinem.

B Quibus omnibus apti fiunt humores ad putredinem suscipiendam, quod in eis calor elementalis omnino prædominetur, & coctioni resistat: quo fit, vt facile putredinem subeant.

Humores qualiter intra & extra vasa putrescant.

Superest adhuc expendendum, qualiter intra & extra vasa humores putrefieri possint. Sed primo quantumuis receptissimum sit, humores posse intra vasa putredinem sortiri, & mille rationibus probatum existat, non desunt inter iuniores, qui libere ausint asserere, nullam febrē ex his, quę ex vitiatis humoribus intra vasa fiunt, posse à putredine fieri, sed omnes ab humorum efferuescētia oriri: quod si à putredine aliqua febris oriatur, lethalis omnino habenda est, & salubris, quæ ab efferuescentia prouenit. Huius autem sententiæ fuit Ioubertus, cuius profecto rationes non videntur omnino probare suum axioma. Quia sequeretur, intermittentes esse continuis periculosiores, quod necessario, *vt probant eius rationes*, humores extra venas debeant putrefieri: ac ex consequēti ex præfata eius doctrina deteriores erunt. Sed eius opinionis falsitas multis rationibus probari potest. Quippe *si humores non possint intra vasa putrefieri, corrueret profecto celebratissima illa diuisio plenitudinis in eam, quæ quoad vires dicitur, & eam, quæ quoad vasa*. Quo fit, vt cum humores deflectunt

C

à debito statu ob copiam aut vitium, non minus intra vasa quam extra corrumpi possent. quod videbatur probare prima eius ratio. Itē licet synceros, & impermixtos humores extra vasa existimet non putrefieri, vt probat exemplo tumorum præter naturam, qui supputationem non admittunt: cum hoc tamen experimento quotidiano constat putrefieri, quia raro absoluitur quiuis humorum, dum extra venas pellitur, ab alterius humoris cōsortio, aut ab aliqua humiditate, quę putredinem suscipere nata sit: quo fit, vt intra venas longe melius putrescant. Præterquam quod plus iuuat ac præualet ad putredinem prohibita ventilatio in vasis, quam iuuet eorum vasorum beneficium ad ipsam putredinem inhibendam, quod existimat Ioubertus esse sui dogmatis firmissimum argumentum. Quapropter statuendum est, humo-

D

res, dum intra venas impedimento sunt ventilationi, necessario putrefieri: non solum omnes simul, vt in lethalibus febribus, & in continentibus, verum & vnusquisque seorsum: quia non sufficit vasorum vis ad inhibendam putredinem, ni humores ipsi debitam nacti fuerint copiam & qualitatem, nam vbi aliquid horum prætergrediuntur, putredine recrudescunt, ad quorū sobsidium iubent autores exuberantem copiam demere, vt natura, visque vasorum reddatur potentior supra residuum, & coctione ipsum tueatur ac regat. Monstrat quidem huius doctrinæ veritatem quotidianus euentus, namq; ex febrium idea & excrementorū fœtore id facile venamur. quippe illud humoris putrescentis naturam, hoc vero putredinem esse, non vstionē aperte demonstrat. Itaq; statuendum est, febres ex efferuescentia humorum salubriores esse, verum cum hoc ex putridis tam continuis quam intermittentibus non paucas esse salubres, & cum hoc in plerisque con-

E

tinuarum materiam non efferuescere, sed putrefieri intra venas.

## An in febribus interpolatis humor extra venas putrescat?

Humores qualiter extra venas putrescant.

SEd quod maius profecto inferre dubium videtur, est nosse, *quanam ratione febres interpolatæ ab humoribus putrescentibus extra venas fieri possint.* In qua re vt clarior euadat nostra sententia, non est mihi in animo omnium auctorum sententias recensere, sed eis prætermissis, ne videar à Galen. & Hippocratis antiqua doctrina discedere, primum eorum sententiam referam, & rationibus confirmabo, curaboque diluere Iuniorum rationes, quibus nituntur antiquam illam doctrinam euertere. Quo facto, diligenter expendam, qualiter sit intelligendum humores putrefieri extra vasa in febribus interpolatis, & an omnino verum

sit,

sit, in eisdem humores ad partes carnosas & sentientes diffundi.

Gal. sententia de loco putredinis in febribus intermittentibus.

F Circa primum communissima atq; vulgatissima est omnium medicorum sententia, *humores, vt ituinque à vasis exierint, vel concrescere vt sanguis, vel putrefieri*: in quorum exitu ad prædictas partes rigores fieri, atque horrores frequentissimo experimur euentu. Sic enim Hipp. *6. aphor. 20.* scripsit: *Sanguinem si extra venas exierit, necessum est corrumpi, & in pus verti*: cuius ratio est, quod humores, qui à venis profunduntur, calore & spiritu vitali destituantur. Constat enim ex Galen. *libr. de vsu pulsuum, cap. 3. & de fœtus forma, c. 3.* quod vt iecur vim habet gignendi humores, ita quoq; & conseruãdi tuendiq; à putredine, & reliquis vitiis, ob insitum calorem, & huic muneri à corde sibi præstitum, vt Galen. refert *6. popul. part. 4. 25.* Quod sane beneficium præstare etiam habet venosum genus, vt Galeno placuit *libr. 4. de vsu part. c. 6.* Verum cum præ humorum copia aut vitio, vel facultatis venarum & iecoris imbecillitate, humores aliquid G modo alterari, vitiari, putrefieri, aut corrumpi cœperint, naturam lacessunt: & irritant adeo, vt vbi primũ vitium aliquod ex numeratis persenserint, protinus ante maius malum à se pellere studeat, & ne vniuersa humorum copia eadem labe fœdari contingat, extra vasa incredibili diligentia fundit: in quorum sane exitu ad partes sentientes, rigores, horrores, atque perfrigerationes concitat; primo statim sui accessu; vt Gal. statuit *2. de crisibus, c. 3. & 6.* In quibus locis cum prædicto venarum

359 A beneficio humores destituantur, putrefieri necessum est: & sic eorum calor protinus intensiur efficitur: & putredinosam conditionem subit, ac febrẽ concitat intermittentem, eo quod facile resoluatur id, quod transmissum est ad partes sentientes, & tantundem iterum natura ad easdẽ transmittat, statutis ac certis periodis, quod vel per insensilem halitum discutit, vel per sudorem expurgat.

Humores extra venas in partibus carnosis nõ putrefieri, iuniores ad uersus Gal. doctrinam statuunt.

Hanc sane sententiam, quantumuis receptissimam ab Hippoc. & Galeo. & reliquis auctoribus, ac mille rationibus nostro æuo confirmata fuerit, nõ defuit inter iuniores, qui eam studueru euertere. Sic enim primo conatur probare, *nulla lege humores in febribus interpolatis, extra vasa posse putrefieri.* Primo quidem ex Aristot. se putat posse prædictum dogma tueri, quod statuerit, *quæ putrescunt aliquãdo in cinerem degenerare, aliquando vero in limum: sed in febribus tertianis nihil post accessionem in parte relinquitur, nec per cutim expurgatur, quod limi aut cineris naturam referat: ergo videtur rationi consonum, ibidem* B *humores non putruisse.* Præterea videtur impossibile, *in prædicto spatio adeò breuiter putrefieri, cum eo tempore & loco sese magis ventilationi humores exponant, adeo vt promptius & commodius aeris beneficio frui possint, quam dum in venis, & abditis corporis sedibus degebant. præterquam quod fuliginibus expellendis, promptior tum temporis natura exsistit.* Præterea *in ictero maior bilis copia funditur, & nulla sequitur putredo neq; febris, ergo nec in febrium accessionibus sequetur ob putredinẽ. Item in tumoribus præter naturam, qui ex impermixtis fiunt humoribus, vbi conclusi sunt, & coerciti humores ipsi, nulla fit suppuratio, ergo longe minus fiet putredo in partibus carnosis, maxime cum in parua quantitate ac per varias partes dispersi humores diffunduntur, vt à pra paruissima quantitate, neq; calorem partium mutant, neque in tumorem eleuent.* Ex quo videtur rationi consonum esse, conijcere *calorem febrilem, quem in febribus interpolatis conspicimus ab efferuescentia potius, quam à putredine debere concitari*: Atque hæ sunt iuniorũ rationes, quibus nituntur probare, nullam febrem intermittentẽ à putredine humorum proficisci (*licet id Galen. sustituerit*) sed tantum ab humorum efferuescentia contracta in iisdem ad partes sentientes transmissis. Verum ne

Iuniorum rationes cõfutantur.

C quis (*si velit antiquam Hippocratis & Galeni hucusque receptam doctrinã tueri*) careat debita ac vera rationum dilutione, expendat, putredinem in partibus carnosis longe difficilius posse concitari ob loci commoditatem ad ventilationem, quam in vasis, & reconditis corporis sedibus. Verum cum hoc duo esse, quę putredini obnoxios reddunt humores, in prædictas confluentes. *Primum*, quod ibidem transmissi, quieti exsistunt: quippe motus putredinem tenuit: sunt etiam inculcati in locis sibi non naturalibus, vbi omni naturæ subsidio destituuntur, ita, vt hæc omnia simul iuncta maiorem præstent putredini apparatum, quam ventilationis commoditas, humoris paruitas, & extensio ad eam prohibendam iuuent. *Secundum* vero, & quod maioris momenti esse arbitror, est proculdubio, humores ad prædictas partes transmissos, principium putredinis prius contraxisse intra vasa ipsa: cuius occasione natura eos tanquam inutiles ab aliorum consortio reiecit. Quo fit, vt D hoc putredinis principio iam suscepto, deinceps extra venas cum non sit, qui eos tueatur, facilime vlterius putrescant. Quibus rationibus tueri haud difficulter possumus antiquam & receptissimam Galen. de hac re opinionem, vt quisque si velit, non discedat à tanto auctore: quam mihi in eadem re aliter sentiendum esse (salno meliori iudicio,) hunc visum est, quod iam probare aggredior.

Auctoris sententia de missione humorũ extra vasa in interpolatis febribus.

Verum quod magis videtur in febribus intermittentibus dubitatione dignum, non quidẽ est, humores posse aut non posse extra venas putrefieri: sed mihi longe difficilius videtur, naturam eus posse extra venas ad sententia loca in febrium accessionibus pellere. In qua sane dubitatione *Primo* proponam rationes, quibus cogor asserere, nullum humorem extra venas exire, aut adeò tenuem & paruæ quantitatis, vt leui calore euanescat & resoluatur, ita vt nequeat putredini aut febri materiam præstare. *Secundo* statuam, quo modo, & quo in loco fiat in interpolatis febribus putredo, vt febris succrescat. *Tertio* vero studebo respondere dubiis, quę ex præfata doctrina suboriri E possunt. Circa primam difficultatis huius partem, si quis diligẽter animo pensitet, reperiet, eam mille rationes probare, præter auctorum nõ parui momenti decreta: quorum vnus Fernel. ob id statuit, interpolatas febres solum fieri ex putrescentia humorum in pancreis, quod crediderit præd. humorum transmissionem ad sentientia loca, merum esse figmentum. Quinimo arbitratur, non minus posse prædictos humores à venis profusos rigorem efficere, si ad ventrem, aut paruum internarum membranas confluxerint, quam si ad sentientem carnẽ, quod omnes sensu participent. Qua ratione huius viri sententia fuit, interpolatam febrem fieri humore transmisso ad ventrem, & partes sibi vicinas. Neque obstet, Galen. dixisse *l. 2. de cris. cap. 3. & 6.* tertianam febrem fieri delata

flaua

F flaua bile per sentientia corporis mẽbra, & ardeo-rem intra vasa putrescente: nam censeo maturio-ri consilio ductum, *libr. 2. de differ. febr.* sententiam mutasse, atque statuisse non solum per partes sen-tientes delato humore, sed vbicunque putruerit in quouis membro, dum in vasis non fiat peni-tioribus, interpolatam fieri. Probat id etiam ex-emplo membri transmittentis & recipientis, nec non membri imbecillis ac nequeuntis conficere sibi commissum alimẽtum, aut reiicere proprium excrementum: quam id profectò periodicationis febrium causam esse antea diximus. Itaque adeo varius apparuit Galenus in enodanda huiusmodi dif-ficultate, vt nunc opinionem, citra eiusmentionem, possit quisque veriorem sententiam indagare & tueri. maxime cum rationibus probabilibus id confir-mare possit.

Galen. ac-cusatur va-rietatis.

Primatatio.

Non videtur omnino creditu difficile. *crassissi-mã melancholiam quartan. in circuitũ effecturam vasis excedere, & per angustissima carnis ac sentientium par-tium foramina permeare, & post modũ insensibiliter, adeo* G *breui tempore in halitũ abire.* Cui etiam rei maiorem difficultatẽ infert crassa, viscida atq; adhærescens pituita. *Quis enim accessionis tempore separauit, discin-dit, attenuauit, ac ad motum adegit humorem, quem neq; medicamenta, neq; natiuus calor, neq; corporis facultas longissimo tẽpore valent attenuare, mouere aut deducere? & quod grauius est, eodẽ breuissimo tempore non quidem mutare vtcunq; ad benignum, sed in vaporem insensibilem conuertere.* Quapropter cõuincitur intellectus cre-dere alicubi, quam in carnosis partibus prædictos humores putrefieri in febrium accessionibus.

360 A Probat insuper secundo nostram veritatem, & vim præstat prædictę rationi, euentus quidã haud obscurus, quem non raro in tertianis febribus cõ-perimus: quippe *in quibusdam ante accessionem per corpus apparent maculæ rubentes, tumorosæ, atque pruri-ginosæ, æmulantes amplum aut minutum essere Barbaris appellatum. quas sane statim inuadente febre euanescere atque resolui.* Ex quo euentu duo necessario licet colligere. Primum quidem *non in omnibus interpo-latis febribus humores fundi extra venas, siquidem in his, in quibus verè profunduntur, quãuis non tenues sint, pro-tinus in cute efflorescunt. proprium calorem ferentes atq; sensibiliter partes in tumorem eleuantes.* quo fit, vt con-tinere liceat, in quibus id non apparet, non fundi extra venas, quod est nostri instituti certissimum argumentum. Secundum est *non putrescere, quod defluit extra venas, quinimo protinus delitescere, & ei in hoc febrem succrescere interpolatam.* quæ apertissima euidentia demonstrat non oriri ab humore extra vasa profuso, sed eo post rigorem dissoluto ex re-siduo, quia alio modo putrescit, febrem oriri. Itaque B ex proposito euento colligimus, *rarissimum esse humores a venis excipere, nisi vbi vel tenues sint, vel in-terius feruor maximus: ac licet aliquando excidant mi-nime ab eis febrem oriri, nisi ab aliis, qui alicubi emanẽt prodeuntes.* argumento sunt maculæ sub cute, quæ apparent in febre maligna, quæ à putredine seu feruore humorum, qui sunt intra venas, prod-eunt, & ipsæ non sunt materia febris, quantumuis ad partes sentientes deueniant, neque valent ri-gorem concitare, quia lente & paulatim transmittitur humor, non autem confertim & subito.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Probat insuper hanc nostram sententiam tertio prædicatio morbi humorum, pertinaciter sumptum ex fu-rore relicto à materia, quæ computruit præter-ta accessione nam *illud quod relinquitur, nemo est, qui renuat concedere, haud secus quam sedimentum in ex-tremitatibus vasorum recondi, nõ autem in partibus sen-tientibus: à quo sanè loco nullum putredinis principium antecedens materia, quæ in venis est, suscipere poterit.* Quapropter statuendum est, in vasis asseruari, vbi reliqua materia, quæ accessionẽ præstitit, com-C putruit, ac ex consequenti febres intermittentes non fieri extra vasa.

Non minori ratione prædictã sententiam con-firmare possumus, ex sudore, qui plerumq; in de-clinatione prædictarum febrium intermittentium succrescere solet. Quippe sudorem, vnanimi ve-terum omnium doctorum sententia, eiusdem mate-riæ esse cum vrina, & vno eodemque loco genera-ri. *licet per diuersas regiones distribui contingat* cer-tissimum est: quod si in venis generari assuescit sanitatis tempore, eisdem quoque gignetur (*vna enim est actionis vnius in corpore secundum naturam tantum officina*) in morboso statu, credẽdum pro-culdubio erit, & ex consequenti eius materiam non adesse extra vasa in prædict. febribus erit ar-bitrandum. Quod si dixeris, *communissimam illam doctrinam veram quidem esse in sudore, qui ex eade ma-teria fit, ac vrina in corporibus bene valentibus, verum in morbosis & iis, quæ sese per sudorem expurgant, longe a-liter accidere: nam ex quauis materia morbi fieri potest, ac ex consequenti vbicunque fuerit, ibidem generabitur etiam sudor.* Hanc sanè rationem, quantumuis ve-D ra videatur, infirmat tamen nostræ sententię sic tero quæ. *Si sudor soboles, & indicium est coctionis, aut actus naturæ in materiam morbi, & coctiones non fiunt nisi in venis, nam hac lege refert Galen. coctiones hu-morum in febribus similes esse suppurationi, quæ in tumo-ribus fit præter naturam, argumenti id erit euidentissi-mum, in eis solum debere generari. sed intermittentibus febribus erumpunt prædict. sudores atque in declinatione, ergo eius generatio in vasis necessario erit, vbi coctiones humorum moliuntur natura.* Et confirmatur hæc ra-tio, *nam si humores extra vasa putrescerent, vera esset putredo, quæ in limum & cinerem degenerasset, vt statuit Aristot. aut esset suppuratio. sed neutrum horum apparet, ergo constabit ibidem non alterari humores.* Et proba-tur vtraque antecedentis pars, *nam extra vasa nul-la actio celebratur circa humores, nisi solum assimilatio alimenti ad partem alendam, aut putrefactio prædict. vel commutatio eorum in pus. sed neutrum istorum fit, ergo sententia nostra tenet.* Quod si dixeris, *materiam per* E *resolutionem euanescere*, longe magis à veritate dis-cedes, nam *in alteratione, quæ tendit in resolutionem, non obstat febris ratio, ac ex consequenti febris non suc-cresceret à prædicta alteratione, præterquam quod per reso-lutionem non fieret sudor, sed fit, ergo per coctionem, ac ex consequenti intra vasa. natura vincente attenuanteque, quod commoxerat, haud secus, quam in febribus ardentibus fieri quotidie conspicimus.*

Probat insuper quarto nostram sententiam ru-dimentum, *quod post accessionẽ in vrinis apparet. non so-lum ex antecedente materia, vt multi sunt arbitrati, quæ nondum putredinem nacta est adeo intensam, quod co-ctione morbosis causis debita corrigi desideret, siquidem le-uiori alteratione facilius in antiquum statum reducitur) qua ratione, victoriam natura partam in statu præcedentis accessionis supra materiam eiusdem protinus congerimus. Sed materia morbifica sedimentum nullibi, quam intra venas peperisse arbitrandum, ergo ibidem præfuisse putre-factionem, iure optimo erit statuendum.*

Quarta ra-tio.

Quinta ra-tio.

Con-

F Confirmat nostram sententiam ex rigore magni momenti sumpta ratio, quippe quo magis putrescit materia & febris exacerbatur, eo rigor est mitior, & omnino delitescit. quod suppositum confirmat quotidianus euentus: Tunc sic procedit ratio, *Si rigoris materia seu motiua causa est humor accessionem facturus, sequeretur, in febribus intermittentibus, vsque ad statum accessionis, longe intensiores debere fieri rigores: & patet sequela, quia intensius putrescit, deteriorq; redditur, acrior atq; mordacior humor ibidem transmissus, cum dictum sit Hippocratis: dum pus conficitur, dolores ac febres magis accedere, & cum rigor sit dolorosa affectio, procul dubio intensior fieret, quo magis putresceret humor: exemplo sunt tumorum suppurationes, in quorum confectione frequentissimi fiunt rigores, quod in febribus continuis non accidit, quia humor nō putrescit in partibus sentientibus. sed nullus apparet rigor crescente febre, ergo euidentissimum est argumentum, materiam aliunde putrescere, & ex eius calore rigoris causam euanescere, ac ex consequenti credibile efficitur, materiam, qua rigorem mouet in partibus*

*Sexta ratio.*

G *sentientibus, longe diuersam esse ab ea, qua putrescit, & febrem concitat, ac ex consequenti loco etiam differre, quod est nostrum intentum. Nam qua rigorem concitat, necessum est, per partes sentientes moueri, qua vero febrem est factura, in extremis vasorum putrescere. Nam si in carne putresceret, licet non moueretur, vt contingit in tumoribus, non minus rigorem efficeret, cum in statu eorum tumorum accedant rigores in puris generatione, quam inter initia accessionum.*

361 A Septimo sic quæritur, *Si humores non putrescunt extra vasa, febres omnes intermittentes esse de sorte & natura febrium ephemerarum, & sequela probatur, quia pari ratione cor incalesceret, ac dum aliqua corporis particula phlegmone laborat: quippe nulla apparet dispar ratio, ac si eadem est, erit quoq; idem effectus, ac ex consequenti vel humores non putrescunt extra vasa, vel febris est ephemera, vel si eam non velis ephemeram æstimare, sed putridam, vt quæ ex bubonibus aliquando ortum ducit, nulla febris intermittens erit sua natura salubris, iuxta illud Hipp. Febres omnes ex bubone malæ, exceptis ephemeris.*

*Septima ratio.*

Vltimo tamen difficile videtur creditu, *humores extra vasa posse in febribus interpolatis putrefieri*, & assumptum probatur, *quia impossibile videtur, humorem extra vasa protrusum tam cito posse putrefieri, & simul vel excerni, vel insensibiliter resolui: exemplo euidentissimo sunt tumores præter naturam, qui quantumuis paruissimi sint, veluti paronychium vel furunculus, cum hoc tamen non nisi plurimis diebus suppurari, aut resolui vlla*

*Octaua ratio.*

B *arte aut diligentia possunt.* Ex quo sic infero rationē, *si tam parua humoris quantitas, & vno in loco collecta, tam longissimo indiget tempore ad suppurationem suscipiendam, procul dubio si humores fuerint extra vasa, non tam breui temporis interuallo, sed longiori tenētur putrefieri & resolui: præterquam quod in loco adeo conspicua transpiratione exposito longe tardius aut nunquam concitabitur putredo, quinimo ocyus one resolutioni cedent, ac ex consequenti constabit, vel ibidem non transmitti, vel longiori indigere tempore ad suppurationē. quod cum euentus non monstret, constat alicubi putrefieri.*

Hæ sunt, candide lector, rationes, quibus (*saluo meliori iudicio*) mihi persuasum habeo, humores in febribus interpolatis alicubi, quam extra venas putrefieri, qualis autem sit hic locus, iam probare aggredior.

Præmittendum in hac re primo est, humorem, qui naturalem facultatem irritat, vt ipsum à venis pellat, tripliciter solere ab ipsa natura, dum expellit, diuidi. Quippe aliquam eius partem, & aliquando maiorem in vtrumque aluum, venas mesaraicas & his vicinas regiones, exundantem conspicere, & inuariabili lege id efficiens, vt cogerit Fernelium, & alios viros magni nominis, contendere, solum ad eas partes in febribus intermittentibus naturam humores propellere, & solum in eisdem putredinem suscipere. Quod sane probant ex frequentibus vtriusq; alui fluxionibus, & torminibus ac ventriculi anxietate, & intolerabili molestia: argumentum profecto euidentissimum transmissionis humorum in prædictas partes. Aliam vero peccantis, seu antecedentis humoris partem in exiles, & extremas venas immittit. Vltimo quidem aliam ad spatia non naturalia extra venas ipsas; & ad carnosas ac sentientes partes propellit. Quam sane humoris diuisionem naturam frequenter obseruare, non temere & citra aliquem vsum arbitrandum est. Quippe, quod ex humore crassius est, ne magis & prolixius vasa obstruantur, si per ea ad cutim deferatur, per maiores vasorum cauitates, vsque ad spatia & manifestiores vtriusque ventris loca confluens protrudit. Quod sane, si natura per dicta vasa tandem, per

*p. r putrefacant?*

*Ref. 1. in aluo & venis mesaraicis. 2. in exilibus & extremis venis. 3. in spatiis non naturalibus extra venas, & quib. signis à singulis causis istæ febres cognoscantur.*

D alteram, aut vtramque aluum in principiis accessionum studuerit, febrisq; subsequitur, longe mitior & leuior succrescet: verum si eorum humorum maior pars in mesaraicis venis, aut in eis, quæ prope iecur sunt, permanserit, ibi fere necessario putrescent, & febrem concitabunt, *vt Fernelius fuit arbitratus.* Distinguens autem ad cauam ventriculi, & intestinorum regionem (*vbi putrefiere raro assueuerunt*) peruenisse, quod in principiis accessionū maior eorū pars vomitu vel secessu profunditur: febris, quæ sequitur, leuior est, & accidentia febre crescente mitissima. At comperies humores permansisse in vasis prope iecur, & ventriculum: ibidemque computruisse, quia in accessionis initio inanis vomendi cupiditas laborantes torquet, & febris citra euidentem rigorem exacerbatur, anxietate & molestia, ac siti implacabili laborantes premuntur, ac vomitus & alui fluxus in accessionis declinatione copiosiores apparent. Atq; hac



E ratione censeo fieri intermittentium febrium non paucas, licet Fernelius studuerit probare, omnes hac lege fieri. Altera quidem humoris pars, quæ in extremitatibus vasorum immoratur, (*vt mea mens tenet*) est profecto, quæ ocyus & certius ac semper putrescit, vt quæ conclusa in arctissimis locis, diflari nequeat, ac ex consequenti putrefieri teneatur. Quam sane mille rationes videntur probare. quia creditu videtur difficile, humores adeo frequenter in partibus carnosis putrescere, & febrem efficiant, in carne vero nullum efficiat damnum, neque vitium vigente aut cessante febre: cū paruissima bilis copia, quæ *erysipelam* concitat, vel quiuis alius humor, qui paruissimum tumorem excitet, nunquam discedere per resolutionem, aut suppurationem possit citra dolores ingentes ac sensibile in parte relictum incommodum. Quo fit profecto, vt tam frequens humoris biliosi ad sentientes partes transmissio, tamque euidens putrefactio, impossibile sit, quin maius effecisset damnum, quam experimento comperimus, quod nullum apparet. Ex quo rationi consonum videtur, *alicubi putredinem fieri, quam in carnosis partibus ac nullibi saeuire, & tutius ab his damnu,*

F

*Humores in febribus intermittentibus, qua*

*quam in venis ipsis, vbi longe maiores fieri solent putredines citra vllum propositorum affectuum.* Confirmat nostram sententiam paruissima eiusdem humoris portio, quam ad prædicta spatia transmittit natura, rigorem concitans ob ingentem mordacitatẽ, & acrimoniam: quæ nisi tam cito euanesceret fugeretq; à prædictis partibus, easdẽ posse exulcerare, & sensibile damnũ præstare, nulli dubium fore arbitror: quę quidem damna, cum neque in rigore, neq; in febrium accessionibus cõspiciamus, coniectabile est, materiam intra vasa putrefieri, vbi hæc damna fieri non est facile. Accedit insuper alia ratio, nimirum, quod impossibilis esset adeo celer humoris putrefactio atq; resolutio, si locus putredinis esset extra venas: cum ne minimũ quidem paronychium, aut furunculum, adeo breui tempore superet, ac deuincat natura, nedum tantam humorum copiam, & aliquando melancholiæ, aut pituitæ, quantam esse, quæ in accessionem conscendit, est coniectabile. Quapropter iure optimo arbitrandum est, siquidem adeo breui spa-G tio putrescunt & resoluuntur prædicti humores, in calidioribus & conclusis locis manere, vbi facili negotio cum venarum beneficio omnino non destituantur, & in carnosis spatiis, in quibus non fruuntur prædicto venarum munere, calorem acquirant præter naturam, & ab vtraque causa, nimirum vasorum calore, & ipso qui succrescit præ-

363 A ter naturã, longe citius in puris effigiem, aut quid illi simile vertatur, atque simul euanescat, aut sensibiliter per partes & canales huic muneri dicatos expellatur. *Probant* insuper hanc veritatem excretiones humoris peccantis, quæ post accessionem febrium intermittentium plerumque fiunt: nimirum per vrinam, per vomitum & aluum, cum si pars carnosa esset putredinis locus, solum debuisset fieri per sudorem, aut per insensilem halitum: quippe credibile non est, id, quod extra venas putrescit, iterum transacta accessione ad eas remeare, vt per easdem ad renes & vrinæ meatus, ad ventriculum & intestina prolabi possit. Quod sane mihi est euidentissimum argumentum, in venarum extremitatibus necessario humorem febrium interpolatarum putrefieri. Quo fit, vt sedimentum in vrinis earundem febrium verum sit, ac certum alterationis materiæ coniunctæ indicium: quippe, si partes illæ probe coxerunt humorem illum (*hanc enim coctionem mediam alterationem inter eam & putredinem esse censendum est*) accessionem efficientem, sedi-B mentum ostendit naturæ victoriam, & morbum fore breuem, atque vacuationes arte factas, materiam antecedentem imminuisse, naturamque potentiorem supra residuum euasisse. Probat vlterius eleganti quadam ratione hanc putredinem in vasis necessario fieri, pulsus febricitantium febre interpolata natura & conditio: quippe habent inæqualitatem in vna pulsatione, (quam *febrilem* Medici appellãt) quam citra vitium instrumenti fieri est impossibile: tunc sic procedit ratio: *Si eadem met inæqualitas, quæ apparet in continuis febribus, hæc eadem apparet in interpolatis, vnam esse & communem causam, in vtraque arbitrandum erit: hæc autem est vitium instrumenti ob vasorum plenitudinem, quæ remoratur naturam, quo minus conuenienti celeritate vsui satisfaciat:* ergo *eandem vasorum plenitudinem necessum est adesse in interpolatis, dum febris viget, & prædicta inæqualitas apparet, ac ex consequenti ibidem erit putredo, non in spatia carnosis, vbi necessario non succresceret prædicta inæqualitas: quemmo si antea erat, delitesceret accessione superueniente, quod humores fundantur a vasis ad prædicta spatia, vbi nullum inferunt motibus arteriarum impedimentum, quo prædicta inæqualitas succrescat.* Quibus rationibus persuasus arbitror C veram putredinis mineram adesse in prædictis vasorum extremitatibus, à quibus ob cutis & carnis porosam commoditatem facilior est materiæ discussio, securior putredo, atque salubrior affectionis conditio.

Pulsus febre interpolata laborantium conditio.

Verum si quis dubitauerit, *qualisnam constituenda sit differentia inter febres continentes, continuas & interpolatas ratione loci, siquidem omnes intra venas sortiuntur locum putredinis:* expendat, eandem ac longe maiorem adesse differentiam inter febres intermittentes factas in extremitatibus vasorum, ac ea sit, quæ versatur inter continentes, & continuas, cum omnes etiam intra vasa fiant, quia distantior est locus putredinis intermittentium ab aliis omnibus, quam locus continentium ac continuatum loco, & hoc est sufficiens, vt continuæ & continentes differant inter se: Ergo maior erit differentia inter has omnes & intermittentes, etiamsi omnino extra vasa fierent. Quod si quis i- D terum dicent, *continentes & continuas licet loco distare comperiamus, continuare tamen, quia omnes sunt continua: quæ vero fiant in extremitatibus vasorum interpolata:* expendat, has necessario debere intermittere, quia, si ob id quod continuæ in minoribus vasis putredinem sortiuntur, accessionales existunt, licet non omnino intermittant, sed solum remittant, vt seruent sui humoris periodum, & continentes vnum semper tenorem sortiuntur, quod in loco abdito & penitiori fiant, coniectabile est, eas, quę prope foramina putredinem nanciscuntur, non solũ remissionem, sed intermissionem omnino habituras ob situs commoditatẽ, ac peruiam transpirationem, & liberum fuliginosorum ac humoris exitum, siue ad cutem, siue ad viscera & canales terminentur, ac degenerent in vasa, in quibus humor putrescit. Atque hic est locus, ad quem natura transmittit humorem febrem facturum interpolatam, vt mea mens tenet.

Intermittentes, continuæ & continentes febres quid differant.

364

Altera vero humoris pars, quæ paruissima atq; E tenuissima est, simul cum mordaci & acri halitu admixta foras egreditur, ad carnosa sentientiaque loca rigorem, horrorem, aut frigus factura, prout ipsius humoris qui expellitur, fuerit conditio & natura. Quippe id est naturæ secernentis conditio atque efficacia, vt id quod ipsam molestat, secernat, ab aliisque seiungat, & ad extremitates vasorum propellendo alliciat: & cum tenuioris substantiæ conditio sit, prius & antea moueri quam crassa: cõiectabile est, ad vltima vasorum tenuem citius peruenire, & ob commoditatem sui & vasorum vi & impulsu naturæ foras protrudi, crassiori humoris parte intus manẽte febrem successura. Illa tamen, quæ extra euolauit, causa seu materia effecta est rigoris; nam cum ad partes deuenit sentientes, eas exulcerando mordendoque ad sui excitat pulsionem, quæ tanto vehementior fit, quanto materia malignior, potentia robustior, & sensus exquisitior. Quam sane conceptus calor alterius, qui intra vasa potuit, penitus F discotit, resoluit, ac digerit adeo, vt quo maior

Humoris insensibilis rigor, horror & frigus causa.

Rigoris initia.

crescit

F crescit calor, longe minus aut nihil rigeant laborantes. Quod sane mihi est euidentissimum argumentum, materiam rigoris non esse eandem cum ea, quæ febrem est effectura: sed hanc intra venas manere, illam vero extra profundi. Probant etiam hanc veritatem oscitationes, & pandiculationes, quas scimus ante febrium accessiones nonnunquam succrescere, & solum à crasso halitu musculosas partes obsidente proficisci; & sicut in his febribus non præstat materiam vaporosa substantia, quæ pandiculationem concitauit, pari prorsus ratione credendum est, causam quæ rigorem concitat, febri materiam præstare posse. Confirmat vltimo plerasq; febrium intermittentium citra vllum rigoris, horroris, aut frigoris sensum incipere: quippe si necessum fuisset, humores extra venas fundi, necessario profecto aliquid horum symptomatum anteiret, cum credibile non sit, materiam posse ad sensientia loca peruenire citra sensibilem aliquam sensus alterationem. Quibus sane rationibus cogor ab antiquo dogmate discedere, atque asserere, materiam G febrium intermittentium in extremitatibus vasorum putrefieri.

Humores ventilationis & refrigerii beneficio destituti putrescunt.

Ad pensum igitur rediens, statuendum est, humores, vbi ventilationis & refrigerii beneficio destituuntur, protinus putrefieri: nam hæc est differentia inter viuentium & non viuentium putredinem, quod ad illam concitandam non opus est obstructione, neque prohibita ventilatione; nec 365 A rursus necessum est, calorem fieri maiorē. Quinimo tota huius putredinis ratio est, proprii caloris defectus, cuius imbecillitate humidum cum sicco regulari & contineri nō potest. Quo fit profecto, vt citius putrescant, quæ locis & venis calidis exposita sunt (*quod euolet ab externo calore internus*) quam quæ frigidis, quibus vegetior redditur innatus calor. Cum hoc tamen arbitrandum est, multa, quæ putrescunt, reddi calidiora, adeo, vt de stercore Columbino Galen. referat, totam domum, vbi computruerat, conflagrasse. Quod sane factum fuisse est arbitrandum, vel ex prohibito proprii caloris effluxu, vel ex causa externa, quæ rei putrescenti multum caloris præstitit, vt multi sunt arbitrati. Ego tamen conicio, putredinem illam violentam esse, & tantum caloris concipere ex cœli influxu, haud secus, quam in eodem stercore animalcula generantur: quippe mirum non est, eadem & Solis vehementi calore ignem concitari ex apta materia. Sic enim Galen. verba mōstrare videntur. At viuentium putredo fit ab externo calore, non solum corrumpente innatum, B verum & obsidente eius subiectum, quemadmodum antea abunde expositum est.

Putredinis vera causa proprii caloris defectus.

Domus à stercore columbino combusta.

Animalcula ex stercore vnde.

Ioubertus refutatur.

Superest adhuc expendenda Iouberti sententia, qua probat, *omnes febres ortum ducere ab efferuescente flaua bile*: sed tam est antiquo dogmati aduersa, euentui quotidiano omnino contraria, & mille rationibus infirmata, vt alienū mihi videatur ab optimo scribendi genere in re tam inutili tempus conterere. Sat enim mihi nunc est docere, omnes huius auctoris rationes probare, facilitatē succensionis prædicti humoris: verum cum hoc non ob id constat, necessario ante reliquos succēdi, eos enim natura facilius deserit, quos sibi molestos esse persentit: quo fit, vt copiosi & crassiores facilius succendantur, quam biliosi, si secundum naturā existant. Et hæc ratio sola sufficere vi- C detur. & loca Gal. atq; Hip. hoc idem [illegible] videntur, quamuis ipse in sui patrocinium ea adduxerit.

## De generali febrium putridarum curatione.

Curationis diuisio.

CVM affectuum omnium prima præcipuaq; diuisio sit quosdam esse Factos, quosdā Fientes, reliquos vero Partim factos, Partim fientes: ideo curandi rationes diuidere quoq; opus erit, in eam, quæ solis factis debetur, & in prophylacticam, seu præcautoriam, quę futuris seu imminentibus ex vsu est: verum affectus, qui mixtam compositamq; habent naturam, vt arbitramur esse febres in humoribus succensas, compositum quoq; opus seu officium desiderant, non solum quidem quatenus ad causam attinet, quę variæ admodum sunt, sed etiam quatenus ad morbi rationem spectat. Nam calida distemperies, partim facta, partim fiens ac dependens, & quæ incrementum susceptura est, existit. Sic pari ratione causa non vnica sed diuersa est: nam immediata caloris præter naturam & proxima putrefactio humorū existit, huic vero continua est prohibita ventilatio: hanc quidē efficit obstructio, cui causam præstare quo- D que potest, vel immodica humorum copia, quæ vasa replere, vel vires grauare nata sit, aut humorum ipsorum deprauata & aliena conditio, quæ crassitie, lentore, & viscidiate vasis adhærens eadem obstruat. Ex quibus constare arbitror duplicem esse in febribus omnibus ex humore concitatis curandi rationem: *Vnam*, quæ primam partem affectus sistat, fientem nimirum: quam *prophylacticā*, seu *præcautoriam* appellamus, & nonnulli etiam *curatoriam* nuncuparunt, quia aduersus aliquam morbi partem agere & pugnare nata erat: *Alteram* rursus, quæ aduersus factam distemperiem agit, nullo habitu ad crassam respectu, quam verè *curatricem* appellamus. Hanc equidem solis contrariis perfici constat, frigidis nimirum: illam vero per ablationem causarum suum consequitur finem. Atque cum causæ plures sint, *vt dictum est*, aduersus vnamquamque seorsum, debito ordine & ratione agere æquum esse duxi. Quod sane opus vt prudens & diligens medicus exacte intelligat, expendat, aliud esse, morbum cōsiderare ad cogni- E tionem, aliud vero ad curationem: nam ad cognitionem procedimus, vt integram notitiam eius adipiscamur, ordine resolutiuo, ab effectu nimirum ad causam, sic enim in cuiusuis affectionis cognitione primo nobis proponitur affectus, à quo per resolutionem versus primam causam retrocedimus, considerantes, si febris calor est præter naturam à putredine proficiscens, & putredo fieri etiam nequit citra prohibitam ventilationē; hanc insuper communissime ab obstructione fieri, & eam frequentius humores multi & crassi, proculdubio ex affectu, qui nobis primo propositus, dicto ordine in cognitionem causarum deueniemus. Cæterum ad curationem vario prorsus ordine procedēdum est, via nimirum compositiua, ex propositis causis vltimo inuentis, curationis principio sumpto. Nam cum statutum sit ab Hipp. ad causam & causæ principium deueniendum esse in curatione, licet febrilis calor primo nobis sese offerat, cum potissima eius pars in fieri cōstituta sit, vltimo curationem expostulat, initio

Distemperies calida vnde.

366

Curandi ratio in febribus duplex.

1 Prophylactica.

2. Curatrix.

Morbum ad cognitionē considerare quid.

Ad curationem quid.

F curationis sumpto à principio causæ, quæ vltimo inuenta est, quam sæpe arbitramur esse indebitam vitæ & victus institutionem, à qua humores aut multi aut vitiosi procedunt, vel alimenti culpa, vel defectu facultatum, quibus munus est ea probe conficere. Quo fit, vt si velimus recte febribus mederi, vnamquamque prædictarum causarum per se expendisse oportebit, vt postea ad morbi indicationem facile sobsit aditus.

Abundātia prima omnium putridarum causa.

Est igitur prima omnium causa, cui primo prouidendum est, in febrium putridarum curatione, abundantia, seu humorum vitium, à qua merito principium curationis auspicari oportet. Cuius gratia expendere est necessum, abundantiam, *vt primo capit. diximus*, tribus modis esse considerandam: nam *Aut* humores ex æquo abundant, *Aut* sanguis solus, vel alicui aliorum commixtus, *Aut* ex reliquis humoribus vnus aut duo, quam potius *cacochymiam* proprio vocabulo appellamus, aut vnius humoris redundantiam. In qua quidem re videndum est, quid aduersus vnamquamque abondātiam agere oporteat, insuper quam peculia-

G rem requirat prouidentiam humorum crassities, aut lentor. Est quidem inuiolabile præceptum illud Galen 11. *meth.* in omnibus febribus, quas putridus concitat humor, sanguinem esse mittendū, sed primo & maxime, vbi copia obstructionis, & prohibitæ ventilationis est causa, aut vt materiam peccantem minuamus *vt idem Galen eodem loco pulchre aduertit, quod facilius quod superest, concoquat, aut resoluat.* Quam sententiam tanti semper habui (*præter has occasiones*) vt citra vllam exceptionem

Abundātia tribus modis consideranda, & quomodo singulis sit prouidendum.

367 A intelligendam esse censuerim: nam vtcunque febris putrida sit, modo ex omnibus humoribus putrescentibus aut alteratis, modo ex aliquo humore quantumuis syncero, semper sanguinem esse mittendum mihi statui: atqui licet hoc præceptum primo accessu perdifficile videatur, facile tamen ex ipsa rei ratione probari potest: quippe sicut plenitudo ipsam sanguinis detractionem expostulat (*quod dubitauit nullus*) eodem prorsus modo id redundantiam cuiuslibet succi exposcere, tenetur fateri, etiamsi vulgariter dictum sit, cacochymiam expurgationem postulare. Nam vitiosi succi abundantia, non quidem suę naturę ratione, sed solam ratione abundantiæ ventilationem inhibentis, id auxilium expostulat, eo quod rectius sanguine misso, id opus exsequetur natura. Quippe quatenus pertinet ad vasorum plenitudinem, nullo alio habito respectu, sanguinem extrahimo, etiamsi cum humore peccante aliorum quoque aliquid extrahatur, quod perperam esse

B factum vulgus existimat, cum hoc tamen, si plenitudine aut redundantia depositis prohibēda obstructio est, cuius commodius & tutius sanguinis detracto, quàm expurganti medicamento fiet. Secus quidem res se habet, si ratione alia, aut alia indicatione, præter eam, quam præstat abundantia, quæ ventilationem prohibet, sanguinem mittimus: siquidem si vasorum sarcina obstructionis causa existit, ipsa vtcunque deposita, obstructionem auferendam fore dubitauit nemo. Namque firmum & ex omnium consensu probatū est, sanguinis detractionem abundantiæ esse vnicū præsidium. Quamobrem censeo, loco superius citato Gal. dixisse in omnibus, nulla excepta, febribus, quas putridus concitat humor, sanguinem esse

Sanguinis detractio abundantiæ vnicum præsidium.

mittendum. Præterea alia ratione probari decretum potest, quia tempus circumscriptum ad sanguinis detractionem, nequit profecto suppeditare occasionem aptam expurganti medicamento, quod cacochymiæ, seu vnius humoris redundantiæ proficuum esse fatentur medici omnes. Atqui cum periculum sit, & graue quidem, vacuationē differre, donec tempus purgationi aptum appareat, optime dictum esse censeo, sanguinem esse

C mittendum in omnibus febribus putridis, idq; in earum principiis: siquidem ex redundantia (*licet vnius sit humoris*) non euacuata eo tempore, sperandum est febrem longe maiorem fieri, & naturam non posse sufficere coctioni, ac aliis operibus, tanto humore grauatam. Neque obstet vulgare illud impedimentum, nimirum eodem æquilibrio, & eadem quantitate humorem peccantem superesse, sicut antea erat, sanguine adhuc misso: namq; licet hæc indicatio, quæ sanguinis detractionem commonstrat, non respiciat vnum, neque singularem humorem, neque rursus tempus, in quo sanguinem mittimus, quicquam aliud doceat considerare, præter copiam, quæ venas ipsas replet, cum hoc tamen citra humoris singularis respectum, docet medendi ratio, copiam esse deponendam, qua deposita, sanguine detracto, modo ex aliis humoribus plus, aut tantundem detrahatur, modo secus, indicatio illius temporis, quæ copiam esse deponendam docet, adimpletur: si-

D quidem paucioribus existentibus humoribus intra venas, aut saltem in minori copia, quam antea, etiamsi eorum aliquis prædominetur, præter id, quod consequimur intentum; hoc est, copiam minorem reddere, quo obstructio enim minor efficitur, maius sequitur humori peccanti & putrescenti ex præstita ventilatione beneficium, quā damnum ex æquilibrio. Quam profecto sententiam tacita quadam ratione insinuat Hipp. *libr. 4. acutorum*, dicens: *In acutissimis febribus sanguinem detrahes vsque ad animi deliquium*: sed nullos esse constat acutiores iis, qui ex syncera flaua bile proficiscuntur, & nullo habito respectu humoris seu cacochymiæ, sanguinem copiose fundere iubet: ergo multo rectius cæteris omnibus, aut saltem (*siquidem non obtinebunt tantum caloris*) non oportebit alio vti auxilio ante sanguinis detractionē. Cum

368

E hoc tamen in mere biliosis ad deliquium vsque mittendus non est, sed longe parcius, nam illud præceptum de solis continentibus subaudiri oportet. Sed illi rationi alia non parui momenti succedit ad sanguinem mittendum in quauis febre; nimirum, *Necessitas refrigerandi seu ventilandi*: quam sane eo maiorem esse censemus, quo igneosior & vehementior febris fuerit, adeo, vt pro ratione vehementiæ vsque ad animi deliquium oporteat sanguinem detrahere, quo corpus in contrarium habitum deferatur. Quo equidem verbo (*videlicet vsque ad animi deliquium,*) credendum est, non præcepisse sanguinem mittere in his febribus solū vacuationis gratia, nam ea causa sufficeret moderate sanguinem fundere, solum quidem iuxta abundantiæ copiam, sed quia in prædictis febribus, quod habitus sit vere ignitus, ad contrarium habitum corpus mutetur, quia in febribus, vbi causa, nimirum plenitudo, & morbus, videlicet febris, plurimum & pariter vigent, præsidium adhibere tenemur, vtrumque

respi-

respicientes *praeseruatoriam* quidem, quod copiam depo[illegible]t. *Euacuatoriam* vero, quod [illegible] lore attempere, ac vi tueri illud corpus rel[illegible] igeret. cuius naturæ est in huiusmodi febrib[us] copi[o]sa sanguinis detractio: præter quam quod præstat [illegible] ur via & aditus ad exhibitionem expurgantis pharmaci, quod ex venis, aut plenioribus, aut obstructis, nihil trahere aut pellere citra maximum incommodum potest. Qua ratione corpus redditur purgationi fluidum, & paratissimum, si sanguinis missione febris non quieuerit: nam sanguine misso copiose & opportune, *vt Galen. 8. meth. constat*, febres plerum[que] retogulantur.

F

V[erum] ne q[u]is hoc saluberrimo præsidio temere aut impudenter vtatus, expendere prius oportet, quod licet verum sit, *omne febrium humoralium genus sanguinis detractionem exposcere*, non tamen verum est, *in omnibus libere, & audacter, & eodem modo esse mittendum*. Quippe in quibus febribus vel humores omnes abundât, vel maiores eorum pars, aut sanguis, ita vt vasa plurimum distendi, aut supra vires repleri conspiciamus, audacter sanguis mittendus est: quia id proculdubio affectus postulat, & vires quoq[ue] consentire certum est: tarnenim valorum plenitudinem viribus la[n]guidis adesse gi conspicimus. At dum vel vnius humoris redundantia fuerit, vel plenitudinë ad vires præfuisse cog[n]ouerimus, & humores ob id admodũ esse vitiatos, tunc quidem sanguinem quoq[ue] mittemus, parce tamen, & viribus à summo[pe]re custoditis: nam frequenter ex copiosa sanguinis detractione ip corporibus sic aff[e]ctis, vires adeo labuntur, vt etiamsi parum humoris superfit, facile succumbant, & laborantem deleiant. Seruabis tamen in his omnibus hanc legem, quod in biliosis febribus plus extrahes, quam in pituitosis, atq[ue] in eisdem pituitosis plus, quo magis morbus ad statum properauerit: coniectabile profecto est, sanguinem ex pituita caloris actione eo tempore fieri, in quibus etiam plus quam in melancholicis extrahere licebit. Ac si à principio constiterit, cum sanguine peccãtem humorem satis esse commixtum, tunc sanguinis missionis occasio est, sin aliter, exspectandum erit, donec incepta coctione admisceatur, & in vrina signa appareant, quæ sanguinis detractionem designent: & ob id Auicen. *c. de quartana* in humore melancholico, vt sanguinem detrahat, coctionë desiderat, cuius constantiam eas equitur, dum solum sanguinem redũdantem demere studet *vt in 4. tract. 2. cap. 7. scribit*. sicut reliquum 4. 1. *cap.* 20. Sed præstat in his & omnibus huius natu[ræ] febribus potius iterato sanguinem detrahere, quam inconsiderate vires adeo prosternere, quod non possint cum morbo vsque ad statum pugnare. Namq[ue] semper in quouis auxilio, & maxime in sanguinis detractione, vires inspiciendas esse consuluit vniuersa medicorum schula: qua ratione censeo tam super Hippocrat. præcepisse considerare diuersitatem ætatis, regionis, temperamenti, sexus & habitus corporis, vt sicut diuersæ sunt robore & efficacia ad agendum & patiendum, ita quoq[ue] metiamur diuersam sanguinis, aut cuiusuis alterius auxilij quantitatem, quo vires incolumes asseruemus. Nihil enim horum, quæ diximus, sanguinis missionem indicat, sed tantum eius quantitatem metiri iuxta vires, quas pueri, quas senes, & quas fœminæ obtinere

G

Putridæ febres quæ & quando copiosiorem, parciorem, aut plurib. viribus dimissam sanguinis missionem poscant.

369 A

Vires in quouis auxilio ponderandæ.

B

poss[i]nt, non enim ætatem insp[i]cere oportet, sed virium robur. Præter id etiam alias c[ontra] pugn[an]tias considerare oportebit, quibus sanguinis [mis]sio interdi[ci]tur, ac hæc in febribus m[illegible] n[illegible] enim: nam [q]uũ vrina aquosa exstiterit aut ve[illegible] Auicen. *fen. 1. 4. tract. 2. c. 7.* cum vrina ignea q[ue] sit, quæ humoris vitius feruorem indicat, hoc quidem est intelligendum, si vires ob feruorem defuerint, alioqui, *vt dictum est*, mitti debet, licet caute & prudenter. Itaq[ue] Medici in tanta controuersia officium erit, omnium indicantium vires perpendere, & omnia, quæ venæ sectionem renuunt & hortantur librare, ita vt si [illegible] cacochymiæ accesserit al[i]qui ex [illegible] vtilitati bus, quæ præponderent noxæ [illegible], vena est secanda, non ca[illegible] p[illegible] ltha[illegible] cacoc[h]ymia: quod facies, si formidolosius, & p[illegible] tur, vt dictũ est, sanguinem detraxeris: Quippe [illegible] quando vincitur indicatio à cacochymia, quæ sanguinis missio eundehortatur, interdum magis præponderant vtilitates, aut vna aut plures, quæ venæ sectionem postulant.

Sanguinis missionem in febribus quæ interdicant.

C

Quod si humorum abundantiæ sanguinis detractione satisfactum sit, quiescendum eo tempore est, donec morbi materia concoquatur, vt quod natura in eo opere separauerit, expurganti medicamento extrahamus. Verum si sanguine sufficienter misso, cacochymiæ superesset abundantia, videndum tunc est, qua arte eandem deponere teneamus. In qua quidem re sentiendum licet, quanto maior fuerit sanguinis redundantia cum cacochymia, tanto tardius post sanguinis detractionem vti expurganti medicamento oportebit: nequeunt huiusmodi humores à sanguine separari, nisi facta sufficienter coctione. Quod si cacochymia præualuerit, tanto citius expurgandum est, quanto humor biliosus sanguinem & reliquos superauerit: nam speratur, ne eã toto morbus e[x]quatur, existente tanta vitiosorum humorum copia periculum est, ne natura impotens ad eorum coctionem, ante debitum tempus ad crisim exciterur, quam aut perniciosam aut insitam esse necessum est. turg[e]ntea vero humores non habent peculiare ad expurgationem tẽpus.

Cacochymia post sanguinis miss. qua re deponenda.

D

370

Dictum est in huius cap[itis] principio, duplicem esse obstructionis causam: Vnam quidem *plenitudinem*, seu redundantiam: alteram vero *Crassitiem* ac lentorem, & viscidiratẽ humorum, in quarum prouidentia videndum nunc est, quid agendum sit, dum putridã febrem curare aggredimur. Habet profecto hoc peculiare hæc humoris natura, vt si plenitudini adiungatur, semper sanguinis detractionem primo factam desideret, antea inquam, quã medicamenta incidentia & attenuantia iis humoribus proficua adhibeamus. Omnibus proculdubio medicis incõfessum est, quod si humorum crassities, lentor aut viscidi[t]as, vel vtrunque causa sit obstructionis, peculiaris, necessariaque medendi via erit, crassitiem extenuare, viscidita[t]em abstergere, lentorem inscindere aut vtrum quecũque simul efficere. Ita *vt lib. 2. art. med. cap. 94.* id euidenter docuerit Galenus *& libr. 11. meth. cap. 10.* ac mille aliis in locis. quod sane dogma verissimum & inconcussum esse existimo. Verum quibus id fieri debeat & quomodo, ab inde me dixisse arbitror *libr. nostro de præsidiorum arte*. Sed mox pauca reterao [illegible] si prius dixero, quid

Obstruct. causa duplex.

E

Putridæ febres ex crasso & lento humore, quibus & quibus præsidiis curandæ.

sent ... sit de sanguinis detractione, indicatione sumpta ab humorum crassitie, & tenacitate.

Vena vtrum scindenda in obstruct. ex crassis & lentis humoribus.

Sed di... quidem in hac re oportet, an ... indicatione sumpta ab obstructione & obstruentium causis, vbi prohibita ventilatio maior faceßit ... quam obstructio, etiamsi sanguis non abundet, vena scindenda sit. Censent quidem auctores fere omnes, & ex Galen. mente 10. *meth.* ... probare nituntur, in his quoque febribus ... etiamsi abundantia non adsit, sanguinem quoque esse mittendum, non tamen vacuationis gratia: sed causa reuulsionis & retractionis crassorum humorum, non quidem eorum, qui actu obstructionem efficiunt, sed eorum, qui ad partem obstructionem ipsam augere poterunt. In qua sane re, si verum fateri licet, multo rectius id fieri existimo per expurgantia medicamenta, vt Galen. consuluit 10. *meth.* dicens: *Iam vero obstructionum ipsarum alia est, quæ ex abundantia, alia est, quæ ex qualitate succorum, sed qui aut lenti aut craßi fiat:* & paulo inferius subdit: *Præsertim autem inter remedia, ea, quam copia facit, sanguinis mißio, in ea, quæ ex humorũ qualitate consistit attenuantium vsus.* Quod etiam Trallianus *libr. 12. cap. 1.* docuit his verbis:

Alexan. Tral.

*Quod si non copia, sed biliosi, craßique humores obstructiones procrearint, mittendus non est, sed decoctis prius vtendum, quæ extenuare poßint.* Ex quibus mihi persuasum habeo, necessariam esse sanguinis detractionem in febre, cuius obstructio ex lentis crassisque humoribus proficiscitur, ex ea tamen non reuulsionis gratia, *vt vulgo fertur*, sed potius causa ventilationis præstandæ. (*etiamsi sanguis non abundet*) quantum obstructio ipsius ventilationis priuationem inferre videtur. Id profecto est, quod Matthæus in antiquatis obstructionibus consulit, maxime hepatis. Quippe sanguinem mittit, etiamsi nulla subsit abundantia, vt impacti in feruore humores ea venæ sectione, quæ omnes humores exagitat, initium motus accipiant crassi illi, qui impacti sunt in obstructo viscere, vt deinceps pharmacis incidentibus & repurgantibus sit

371 A

locus. Alioqui certum est; obstructam partem periclitari calore nimio excitato, & maiori humorum compressione. Quo fit, vt non raro in inflammationem commigret obstructio. Quam profecto sententiam antea his verbis Auicen. scripserat: *Sed cum antiquatur opilatio, indiget phlebotomia basilica & solutiua:* phlebotomia scilicet, vt commoueat, solutiuo, vt vacuet materias, quæ moueri cœperunt. Itaque cum in principiis, nisi copiosa facta vacuatione, locus non sit incindendi & attenuandi, quum necessum sit putredinem inhibere, idque fieri non poßit obstructione permanente, ob id quidem detractis humoribus, vasorum ventilatio, quæ hac ratione fit maior, sufficiet impedire, quo minus obstructio non valeat maiorem inferre putredinem: præterquam quod putredo non vig... in humoribus illis crassis & viscidis, qui obstructionem moliuntur, sed in reliquis in ven... so genere inondantibus, quorum copiam detrahe... sæpissime putredinem inhibet, præstat..., aditum & locum exhibet ende de obstruentia & expurgantia, quæ ante id exhiberi minime possunt. ... rum profecto copiam detrahere ... Gal. 8. *meth. cap. 4.* ... dicens: *At si quidem vel puer vel senex sit, sanguinem detrahere non licet.* Inter has ætates, vbi robur ægro n... deest, secanda vena est etiamsi plenitudinis ... non adsint. Præstat enim, vitiosi succi maiori parte ..., ad detergendas obstructiones accedere, cum aliquim melius sit, si obstructionibus ... ciandis, priusquam vacuaueris, studeas, ne ipsas ma... pingues. Quamobrem in hac controuersia procul dubio censeo sanguinem esse mittendum, sicut in reliquis præsidiis diximus, etiamsi obstr... potissima causa humorum crassities existat ... tamen potius agendum est, quatenus ... sit, ... & ventilationis defectum suppleamus, & aditus ... tenuationi supersit. Nam ante id neq; expurgantis medicamento, neque vllo alio auxilio vti tuto datur, sed omnium seorsum meminisse oportet.

C

Fere eadem, quæ humores inscindere & expurgare vires habent, deobstruendi quoque facultate pollent. Sed cui præcipue hoc munus tribuitur, id medicamenti genus est, quod infarctu liberat, quod sane in se complectitur ea pharmaca, quæ abstergendi & repurgandi facultatem habent. Satis enim non est ad obstructionem auferendam, crassos humores extenuasse & inscidisse, nisi quod eorum inscissum & attenuatum probe est, repurgaueris & absterseris: quinimo frequentissime accidit, inscindentibus & attenuantibus pharmacis exhibitis, maiores subinde fieri obstructiones ex attenuata & inscissa materia, nisi simul cum ipsis repurgantia & abstergentia adhibueris, quæ id, quod iscissum est, aperte separent & expurgent. Verum quia in febribus plurima ex his, quæ id efficere nata sunt, maiorem calorem concitant, ob id seligere expediet, quæ citra manifestum calorem id opus præstent. Quamobrem nutrimentis admiscere oportet, quæ detergendi vim habeant, veluti est *ptysana & malsa*: serapiis vero & aliis pharmacis *oxymel* simplex aut compositum admiscebis. Quod sane medicamentorum omnem scopum adimplere omnes fatentur. inscindit enim & abstergit, maxime si admiscueris aquam hordei semefactam modico *hyssopo, origano, aut radicibus cychorij & apij.* Sed inter omnia pharmaca, quæ ad meatuum expurgationem adhibentur, *absynthium* primas obtinere norunt omnes, præsertim eius decoctum cum *oxymelite* admixtum. Ex quib. omnibus, & his similimis, quæ calidiora sunt, pituitosis febribus, & corporibus liberalius porrigere poteris, quæ vero temperatiora, reliquis. Id enim opus est, quod Hipp. consuluisse censeo 2. *aphorism.* vbi scripsit: *Corpora vbi quis vult purgare, oportet fluida facere;* nam vt purgatio ex voto succedat, meatus aperire, & humores attenuare opus est, alioqui difficiles fiunt purgationes, & quod deterius est, parum aut nihil putredinem corrigi conspicimus, & iudicia fieri ob id grauiora, periculosiora, & infida, recidiuasque minantia.

Putridarum febrium obstructa quibus auferenda quæ sint, quomodo ac quando de obstructionibus curandum. Detergenda vbi habent.

D

Absynthium meatus expurgat.

Purgatio fluida corpora.

E

Sed si humorum crassitiem maximam esse cognoueris, copiosioresque esse crassos humores, extenuationem institues, atq; inscissionem non dio aut perseueranter factam, sed factis etiam per interualla minutis vacuationibus, quibus quod ... bus aliquot extenuatum est, paulatim etiam excernatur. Verum si humorum crassities vel ... fuerit, vel humores non multi, vnica purgatione agere oportebit, præmissa tamen sufficienti humorum extenuatione & inscissione. Si tamen forte contigerit, plenitudinem & crassitiem ...

De obstructionibus, quando aut quomodo curandum.

mul febri causam præstare, vtroque auxilio opus erit, & sanguinis extractione & post exienuationem purgatione quoque: quibus sane auxiliis simul medeberis prohibitæ transpirationi & obstructioni. Ceterum quia ventilationem prohibitam ad antiquum statum redire impossibile est aliis auxiliis, quam ablata obstructione, quæ vel à crassis aut multis succis fit, ob id vna aut eadem auxiliorum forte omnibus his causis prouidimus: sicut cum densatis exiguis meatibus, aut constrictis poris, quandoque fiat transpirationis cohibitio, per ea quæ rarefaciunt, ac dilatant constrictas partes, rem agere satius erit.

F Cum potissima & immediata febrilis caloris causa in putrida febre putredo ipsa sit, hac in parte operæ pretium duxi, exponere, qualis nam sit humoris putredinis habenda prouidentia, vt in ordine ad eius naturam & conditionem apta illi præsidia præstare possimus. Cum enim in humorum putredine primum, quod vitium contrahit, eorum aut partium, quibus continentur, innatus sit calor, qui extraneus factus, humidorum cum siccis vnionem continere probe nequit, fit facile, vt tria reperiantur in ipsa putredine vitiorum genera. *Primum* caloris corruptio per excessum: *secundum*, separatio humidi à sicco in ipso putredinis motu: & *rursus*, aliquid putridum, & iam omnino à natura separatum & corruptum. Quapropter aduersus vnamquamque harum partium pugnandum nobis est in quauis febre. Sed considerabis primo, an putredo tibi comites habeat peculiares causas, quibus excitatur, an sola per se prærequirat prouidentiam: quod si primum sit, frustra præsidia porriges putredini, si prius causas non abstuleris eo

G modo quo dictum est. Verum si id iam quo modo feceris, & cum hoc putredo per se vrgeat, quod maximum nacta sit à suis causis principium, tunc quidem prouidendum illi est: primo, per ea, quæ putredinoso calori aduersantur, quod sane opus nil tutius aut commodius facere poterit,

373 A quam calor ipse innatus coctione media. Ob id enim dixit Gal. *Coctio est quæ facit cessare putredinem*: verum si is iam admodum sit vitiatus, ita vt sperandum sit, citra artis adminiculum, id opus naturam non posse exequi, huic muneri maximum præstabis principium, per ea, quæ excedentem calorem attemperent, qualia sunt frigida & sicca, illa vero quæ calorem compescant, & ad antiquum statum redigant: hæc vero, quæ quod humidius factum est, exsiccent, & quodammodo cum sicco adiungant, & firmitudinem præstent. Sed mox, si quid putridum est, sui expulsionem indicat. Ex quo constat, in putredine duo tantum esse agenda, vnum aduersus id, quod adhuc putrescit, quod præstitit prædicta alteratio: aliud vero aduersus corruptum & putridum, quod sui ablationem expostulat. Quod profecto optime docet Gal. 11. *meth. cap.* 9 hæc verba scribens: *Quicquid humorum putrescentium veluti putrescens seminalumque est per ea quæ tantum alterare possunt, tum concoquere vtile reddere sanabis, facultatem eius, quæ naturaliter concoquit, excitans firmansque.* Quæ sane coctio cum à

B moderato fieri debeat, excessum caloris retundit tanquam remissum, humiditatem coniungit propria actione caloris, qui etiam quod superfluum est dissipat, ac manent quidem substantiæ, quia nondum ex toto erant corruptæ, & si quid vitiosum ex toto erat, tantæ efficaciæ est virtus ipsa, vt secto bono, quod reliquum est separet, & quando per sudorem, vrinam, aluum, & vomitum expellat vel si detertius extiterit, in abscessum pellat. In quem sensum etiam Gal. dixisse 11. *method. cap.* 10. vires roborandas esse, quæ putredinem superantes succos concoquant: hac ratione dictum esse ab eodem auctore existimo, quandoque virium roborationem ad effectus curationem conducere. Nam licet curatio per contraria fieri debeat, in quibus opus est putredinem compescere, totum opus naturæ est committendum, & ob id roboranda summopere est, vt curationi quoque prosit. In quo opere exsequendo coniectandum est, nullo alio auxilio citius aclutius ipsam roborari quam deuicto innatoque contrario, hoc est, calore, id quod per ea, quæ excessum eius remittunt, promte facies. Etenim in humorum putrefactione motus (*quo qua putrescunt, aut ad pristinum reducuntur, aut difficilius putredinem concipiunt*) refrigeratio, ventilatio, & temperatione tum concoctio ea aduersio illi respondent. Verum

C quod corruptum putridumque est, multis modis eodem loco vacuare docet, quæ postea latius exsequi docebo. Itaque id quod semiputrescens est, omnino, sed caute alterabis, iis, quæ frigidæ & siccæ naturæ sunt, ac tenui substantia constant, ne frigiditate impensa corporis meatus constringantur & obstruantur, quod solet esse maioris damni præludium.

Sunt quidem præter dictas considerationes aliæ, quæ mihi in hac re in mentem semper venerunt, quas nosse maximi esse momenti ad curationem existimo: quarum prima versatur circa extraneum & præter naturam calorem; non quidem eum, qui putredinis auctor est, & in humoribus viget, & causa mali existit, sed circa eum qui extraneus est etiam & præter naturam & rationem morbi habens, vigensque in solidis particulis. Nam

D aliud est considerare calorem præter naturam vt morbus est; aliud vero calorem qui ea causa præter naturam efficitur, morbosum calorem prædam solidis particulis generans: sicut aliud est refrigerare simpliciter, quod calori vt causa est debetur: aliud vero refrigerare tantum actualiter, quod pro ratione eius quod naturam excedat fieri debet. Calori enim vt calor est, refrigeratio debetur, tanquam causæ præter naturam operanti: vt vero præter naturam est, morbumque constituit, tanta refrigeratio, quantus est recessus à naturali moderatione. Quin potius quæ nostrum calorem æmulantur, non quæ frigida sunt absolute, adhibenda esse consulit rei natura; nam his auferenda est intemperatura in membris relicta, iuxta illud Gal. *Vnamquamque causam abscindere prius. deinde ad eam, quæ facta est, desperatam peruenire*: fortiam enim tepore illo securius reducetur natura ad antiquum statum, quam frigidioribus, quibus, mirum non est, si ipsa quoque aliquo modo naturæ indigentiam & nariuam temperiem excedendo naturam infirment, cum hoc tamen nihil inconueniet parum

E frigidiora adhibere, dum lente & paulatim efficias, verens naturæ alterationem, maxime cum calorem hunc compescere oporteat in membris præcipuis, in quibus nil subito, audacter, temere, aut confertim aggrediendum est. Atque hæc aduersus febrilem morbum in partibus relictum sufficere

Putredinis perfidium.

Vitiorum in putredine tria genera.

374

Coctio facit cessare putredinem.

In Putredine duo agenda.

Putredini sicuti medendi oportet frigidis & siccis.

Calor morbosus quib. pellendus aut abigendus.

[illegible] anic im d[illegible]m non mi[illegible] in habitum, [illegible] habitudine, & leuiter p[illegible]xit.

## De Tertiana Exquisita.

Tertianæ multiplex acceptio.

S[illegible] [illegible]gcu dubio Medici nomine tertianæ [illegible]lige[illegible]. Primum quidem *simplicem tertianam* q[illegible] d[illegible], eu *lib. 2. de differ. f[illegible] cap.* [illegible] fateriur, ne[illegible]e, [illegible] *tianam illegitimam*, quam [illegible] ursus id[illegible] au[illegible] *[illegible] epid. part. 3. com. 5.* appellat *tertianam ex[illegible] am* nonnunquam vero nomine tertianæ Med[illegible] vtuntur, cum adiectione, videlic. *semitertiana seu hemitritæi*, quæ tertiana loco citato sic ap[illegible]latur à Gal. quia præter hoc quod cum rigore in[illegible]dit tertianarum more, intermissione tamen caret, quia diem secundum non habet integrũ. Alio modo cognominatur tertiana, cum *duplicem* eam appellamus, eo quod tempore q[illegible]ietis, die nimirum intermedio inter duas acce[illegible] alia superuenit accessio quæ tertia[illegible] constituit. Vltimo, vero *tertian*[illegible] appellari, quæ vera & legitima est, [illegible] bile in extremitatibus vasorum putrescente. Ex qu[illegible]tum tamen & legitimum aliquem affectum nominamus, vno è duobus mod[illegible] *Primo* quidem, cum nulli alteri affectioni adiungitur: *altero* vero, cum materialis illius affectus causa sola impermixtaq; est, & absque alterius consortio. Exquisita autem tertiana vtroq; modo venit æstimanda, & quod nulli alteri affectioni adiungitur, & quod in ea solus biliosus humor abundat, aut peccat.

Tertiana duplici ratione dicitur legitima, & exquisita.

Verum licet dictum sit, exquisitam tertianã nullum alium humorem sibi habere comitem præter flauam bilem, non od id intelligendum est omnino absolui à consortio alicuius humoris, cum perdifficile sit credere, febrem aut tumorem præter naturam omnino absolui posse ab aliquo alio humore. Syncerãm tamen & puram esse exquisitam tertianam intelligimus, vel quatenus sensus iudicio perpendi potest, vel (*quod verius esse arbitror*) quod licet aliquis alius humor simul succendatur, neque ipse morbum efficit, neq; pars morbi efficitur, neque vllo competit humorem & conditionem, aut vlla lege actiones lædere potest, vt in spuriis & illegitimis febribus euidenter conspicimus: nam vel simul ambo humores qui in eis peccant, læduntactiones, vel vterq; efficitur pars materiæ morbi, aut diuersos creant eiusdem speciei affectus, vt de duplici tertiana certo scimus. Est itaq; tertiana exquisita ab ardentium sorte & natura, quod ambæ ab vno & eodem humore succenso, nimirum, bile flaua proficiscãtur, licet intermissione tertiana ab ardenti differat, nec non & caloris modo: quippe inquit Galen. 6. *epi.* Tertianæ calor ab ipsa manu deuincitur, causonidis autem minime: quod etiam Hipp. dixisse cõstat *eod. 6.* Quod sane fieri arbitror ex diuersitate locorum, in quibus bilis flaua in vt[illegible] aq; putrescit: nam in tertiana, quod prope sit cutis, euanescit, discutiturq; ocyus, in c[illegible]usonide vero conclusus ca[illegible] intensior & efficacior redditur.

Tertiana quærenus syncera & pura.

Tertiana exquisita est de ardentiũ numero & natura, & quid ab ardente differat.

Ex his, quæ d[illegible]cta sunt, facile cõstat exquisitam tertianam v[illegible] du[illegible]b. modis fieri posse. Vel flaua bilem e[illegible] em[illegible] va[illegible]rum efferu[illegible]scente, vel putredinem [illegible]b dem[illegible] [illegible]acta [illegible] cunq; tan è fiat, ad febres ex putr[illegible] e ortas redu[illegible] v[illegible] [illegible]ram esse Gal. senten[illegible]nam, qu[illegible] [illegible] humore [illegible]nes febres ortas putridas [illegible] [illegible] qua[illegible] [illegible]oni, & pu[illegible] d[illegible] di[illegible]sione ar[illegible]itror [illegible] cisci ex nisi [illegible] [illegible]empore [illegible] aut in quartanas c[illegible] g al[illegible] ia[illegible] [illegible] tra vasa eff[illegible] cunt, faci[illegible] e quod [illegible]orum [illegible] resoluitur & c[illegible]nescit, adeo [illegible] crassum d[illegible] in melanch[illegible] am, quartanæ alioqui [illegible] o [illegible]yssime con[illegible]gret. Verum dum int[illegible]a principium putredinis sortitu[illegible] humor, faci[illegible] eo transmi[illegible] ad extrema earum [illegible] duplicem [illegible] nam aut in [illegible]urtiam commigrare vi[illegible] [illegible] bus non rar[illegible] spuriam quartanam suborii co[illegible] git, quæ longe diuturnior exi[illegible]stit ea, quæ ex b[illegible] quæ efferbuit calore æstiuo exorta est. Quare [illegible] ne censeo dictũ [illegible]esse Hippo[illegible] *æstiuas quartanas breues*, quod plerumq; earum materia ab efferuescentia proficiscatur sicut diuturniores autumnales, quod à miscella humoris peccantis in duplici tertiana cum melancholia suboriantur.

Tertiana B ex qu[illegible] fieri mod[illegible]

Tertiana ex qu[illegible] e[illegible] causis ef-

referunt [illegible] : tertianas legitimas.

Ex [illegible]contum tertianarum causis, quædam profe[illegible] febrem ipsam excitant ac mouent, quædam [illegible]u[illegible] pediant, & rursus quædam mate[illegible]ibus augent & præstãt. Hanc quidem [illegible] tertianam pleriumque excitant causæ o[illegible] [illegible]æ corpore existente bilioso quotidianum [illegible] autem prohibent, vt *decubitus in locis humidis, frig[illegible], herbam etiam frigidam producentibus*: nec non & quæ feruorem mouent, vel nimis excalfaciunt, quales sunt omnes calidæ & siccæ, vt Gal. *refert lib. 2. de differ. febr. c. 1. & 3.* quare non parce materiam quoq; præstant. Cuius naturæ est continens vel inconsueta victus ratio per alimenta calida, sicca, pauca, aut per inediam, cum labore, curis, vigilia, mœrore, aut feruentissima ira, iuuentus quoque ætas, natura sicca, excalida, biliosa, hirsuta, æstiuum insuper tempus, regio calida & sicca, & magnus æstus, aut igni inconsuetus accessus. Ea quibus profecto, vel naturalem ipsam bilem nedum excedente, aut vitiosam, si in corpore sit, inflammari, moueri, exuri, & putrefieri, sed ex vtrãq; alter alterati, donec in febrem eomorgeret, certu est, & pleriumq; in continuam, si maior copia fuerit, quam natura possit ad extremas venas per nciput morbi trudere, aut interpolatam, si potens validaq; huic operi exsistit. Quæ omnia profecto & flauam bilem copiosiorem gignere, & genitam in feruorem aut putredinem agere ostendunt. *Præterea* dum bilis in corpore abundat, vel ipsa per se materiam huic mali præstat: vel in rubeam, vitellinam, porraceam, æruginosam conuersam, idem quoq; malum, sed longe grauius & periculosius efficit: quos sane progressus bilis flauæ exsequitur in deterius mutat[illegible], vi & efficacia prædictarum causarum. In qu[illegible] [illegible] Galeo dixerit, bilem puram huius feb[illegible] c[illegible]am esse, credendum est, non solum de [illegible]ubaudiendum esse, sed ex quauis alia q[illegible] [illegible]q[illegible] [illegible] posse, licet ob id tertiana ipsa deterior euadat, aut productior. *Altera* vero causa, quæ veluti fomentum huic feb[illegible] præstat, vel est iecur, huius & reliquorum humorum officina, vel cystis fellis, vel melæreon, & quæcunq; circum præcordia cauaq; viscera sont loca, è quibus tanquam è receptaculis aut[illegible] officinis deprauata bilis fluit indies magis ac magis, qua[illegible] bris tertiana souetur: quas sane causarum differentias nouisse ad veram medendi rationem [illegible] sequendam maxime est momenti.

Tertiana causa.

1. Excitans.

Tertiana ex quauis non à sola flaua bile, sed et quauis alia bilis specie fit.

2. Fomentum præstans.

Signis quidem in hac febre nobis opus est, non solum

[illegible] tertia[illegible] [illegible] febres natura [illegible]

1. ab iis quæ præcesserunt.

solum ad cognitionem distinctionemque, sed ad veram etiam præsagandi viam adinuenientendam. Ea autem omnia triplici genere comprehendes: nam quędam sumuntur ab his quæ præcesserunt, quæ causas nuper relatas omnino complectuntur, velut *temperatura calida & sicca in ætate iuuenili, anni tempus æstuosum, regio & victus calfaciens & exsiccans,* à quibus omnibus copiosam bilem generari necessum est. Inquit enim Hipp. 3. *apho.* 19. *Quidam morbi in quibusdam temporibus magis contingunt.* quod F etiam intelligendum est de ætate, regione, temperamento, ac victus institutione: Quædam vero ab his quæ affectum comitantur, & alia ab his quę mox sequuntur. Sic profecto inter ea, quæ affectum comitantur signa, primum locum habet *rigoris natura & conditio.* nam inuadit febris hęc semper cum valido rigore, in quo veluti pungentes aculeos laborantes persentire referunt. Qui certe *cum* initio vehementior est, procedente tamen tempore paulatim mitescit, à quo protinus calor increscit maximus. Fit itaq; in his febribus validus rigor ob naturam halitus, & humoris tenuissimi & pauci, qui extra venas feruntur, nam cum bilis sit quæ mouetur, & ea cum leui alterius humoris miscella, ac intra venas nacta putredinis aut efferuescentię principium, ex quo natura valde irritatur, contingit profecto triplicem ad validum rigorem efficiendum adesse causam. *Primam* quidem humoris & halitus acrimoniam & caliditatem, quæ facultatem ipsam ad expultionem lacessit, ac tanto rigorem contingit esse vehementiorē, quanto humores acriores calidioresue exstiterint. *Secun-* G *dam* vero facultatem, quæ vehementer materiam agitare moueręq; valeat, non tamen vtcunq;, sed valide: quippe tātò rigores vehementiores succrescunt, quanto vires validiores fuerint, licet grauius & molestius rigores ferantur à debilibus corporib. etiamsi in eis mitiores fiant ob facultatum impotentiam. *Tertiam* vero & vltimā causam esse arbitror, sensum laborantis nimis exacutum: nam ad pensum ipsius magis ac magis facultatem irritari contingit, ex quo maiores aut minores fieri rigores certum est: præstans enim sensus facilius percipit tinxam, quo fit, vt facilius irritetur ac gliscat ad materiæ expulsionem. Ex quo euidenter constat, non leue rigoris discrimen ex modo motus exurtum, nam si remissa fuerint prædicta accidentia horrorem efficiunt. At si cum hoc remissiora fuerint, & materia non æque calida, aut plane frigida, frigus progignitur ac frigiditas extremorū ex retrocessione caloris ad interna propter viscerum dolores ea effluxione flauæ bilis ad ea. Quibus præmissis, ne nos rigores primo morbi insultu superuenientes decipiant, nosse oportet prædictam differentiam distinguere. Itaque exquisitam tertianam præcedit rigor vehemens, punctorius, ac mordicationis sensum præ se ferens, cum calore & totius corporis concussione.

1. quæ comitantur.

3. quæ sequuntur. Signa tertianæ comitantia.

1. Rigor. Eius natura & conditio.

Rigoris validi triplex causa.



Rigoris discrimen quod.

Secundo cognoscitur prędictę febris natura ex copia & qualitate caloris, atq; ex breui vel diutina eius successione: quippe eo biliosior & exquisitior febris est, quo citius post rigorem succenditur calor, & quo tardius, impurior. Præterea habent exquisitę tertianę, quatenus ad copiā caloris attinet, B ingentissimum calorem, æqualem quidem calori causonis, non tamen æque acrē & mordacē: nam licet talis à principio appareat, mox ab ipsa manu

2. Caloris copia & qualitatis. Tertianæ exquisitæ calor similis est caloris causonis.

deuincitur. vt Hipp. refert 6 *popul. part.* 1. *tex.* 2. nec non & eodem 6. *part.* 8. *text.* 36. dicens: *Febres in quibus vlcerantur labia forte intermittentes, & tertianæ refrigerationes, vrentes vero statim ad manum solutæ semper.* Sic enim dum increscit calor, intima vrunt & ipse acris & multus sentitur, cum æstu & feruore maximo: corpus item nullibi quiescit, & spiritum emittit magnum ac densum & calidissimum, conflagranti flammę persimilem. Habet tamen id peculiare, vt refert Gal. 2. *de crisib.* c. 3. quod prope vigorem extremæ partes æque ac thorax incalescant, quo tempore madore leui totum corpus perfunditur, qui protinus à potu increscit.

Sal non acris & q. acris & mordax.

Ex pulsu etiam non minorem huius mali notitiam percipies, namq; à principio accessionis apparet paruus, tardus, rarus ac debilis, ita vt tarditas ad eum qui secundum naturam est modū accedat, eo quod calor ad intima fugiens sopiatur. C Ceterum cum ad incrementum peruenit, fit pulsus magnus, celer, & creber, & manifeste iam ad statum properans, magnus efficitur, celerrimus, & crebertimus, omnis tamen inæqualitatis, præterquā febrilis, expers. Verum vt quisq; probe tenere possit, qualis nam sit communis febrium omnium inæqualitas & qualis quibusdam propria existat, expendat, inæqualitatem febrilem duplicem esse: alteram inter Diastolem & Systolem, reliquam vero in vna tantum pulsatione. Prima quidem potius describit diuersitatem temporum morbi, quam affectus ipsius naturam: nam cum in prima hac differentia rythmus in statu morbi æqualis existat, (*quod æqualis sit necessitas attrahendi aerem ad refrigerationem, & expellendi fuliginosa excrementa*) sicut in reliquis temporibus inæqualis, ob inæqualem vtriusque vsus indigentiam: sequitur, non vere posse dici febrilem inæqualitatem. *Secunda* vero quæ in vnica fit pulsatione, nimirum; quando arteria mouetur velocius in principio & fine dilatationis, quam in medio, vt Galenus intellexit 1. *ad* D *Glauc.* c. 6. quod sane contendit Stephanus Atheniensis de diastole & systole esse intelligendum: quantum autem veritatis habeat, mox referam, si prius inceptū finiero. Quando enim in principio & fine vnius tantū dilatationis motus est celer, ab ipsa necessitate concitata facultate pulsifica, in medio vero dilatationis pulsus fit tardus, eadem facultate præ nimio humorum pondere grauata, omnium febrium humoralium forti propriam esse inæqualitatem arbitramur, licet in tertianis obscurior appareat. Nam hac ratione intelligendus venit Galen. 2. *de crisib. cap.* 3. & 1. *ad Glauc.* c. 5. quod ibidem tantum loquatur de his differentiis, manifestis tamen, quas esse priores continuis & periculosis febribus censemus. Contendit enim Stephanus, per inæqualitatem febrilem solum intelligendam esse, quæ inter diastolem & systolem reperitur: quam sane ego, licet in febribus conspicuam & necessario contemplabilem arbitrer, potius temporum circumscriptiuam, quā morbi iudico (*vt latius lib. de pulsu arte scripsimus*) aut E saltem vtrunq; simul. Verum quia huius nullum est in febrium intermissionib. iudicium, eam arbitror proprius febrilem inęqualitatem censendam esse, quam ex Gal. mentem adduximus alioqui impossibile esset, in die quietis prædictam febrilem inæqualitatem adhuc superesse, vt Galen. aperte fatetur; & nos loco citato exposuimus. Habet insuper

3. Pulsus. Tertianæ exquisitæ signa ex pulsu.

Inæqualitas febrilis duplex.

1.

2.



Inæqualitas febrilis nomine quid veniat.

hæc

hæc febris pulsum (*vt semper soleo dicere*) magnum, celerem, & frequentem, absente vero febre, licet pulsus citra ipsam sit, non tamen omnino liber est ab inæqualitate febrili, *vt 1. ad Glauc. c. 5. Galen. statuit.* Nam cum pondus & grauitas in facultate ea eo humore qui in venis est prodeat, nil mirum profecto: si inæqualitas quæ ab plenitudine proficiscitur, supersit quoque cessante febre, etiamsi eodem loco in nulla alia febre referat Galen. pulsum reuerti æque ad naturalem statum, ac in exquisita tertiana: quod de calore febrili & inæqualitate inter dilatationem & compressionem censeo intelligendum fore, namque adhuc in ea remanent alterius singularis inæqualitatis vestigia, eo modo quo dictum est.

F

4. Tertianæ exquisitæ signa ex accidentibus.

Monstrant etiam exquisitam tertianam accidentia, quæ ipsi succrescunt, nimirum, sitis, qualis in causonide reperitur, quæ ex caloris vehementia, & biliosi succi confluxu ad ventriculum, adhuc in prima accessione suboritur: quod cōtinuis febribus non nisi crescente malo succrescit. Dolor itē capitis sine grauitate, vel ex sola calidā intemperie, vel ea leuissimo & tenuissimo flauæ bilis halitu proficiscens. Adest vigilia, & non raro, vt refert Auic. 1. 4. *tra. c.* 37. delirium, & aditam propensio. Reperitur in quibusdam feruoris sensus in hepatis regione, quod plurimum humoris in ea parte & circumuicinas cōfluxerit. Dolor item renum grauissimus ea dilabente prope ipsos flaua & acri bile. Adest & inquietudo totius corporis, bile per ipsum dclara. Apparent insuper in huiusmodi tertianis vlcera in labiis, vt pulcre aduertit Hipp. *6. pop. part.* 8. *c.* 36. dicens: *Febres in quibus vlcerantur labia, forte intermittentes, & tertianis refrigerationes, vrentes vero flatim ad manum solutæ semper.* Verum quia prædictæ pustulæ non sunt tertianis adeo propriæ, quin aliquando cōtinuis accidant,

5. Tertianæ exquisitæ signa ab excrementis

379 A

ob id censeo dixisse, *Forte.* Itaq; omnia alia signa, quæ febribus per accessionem repetentib. succrescunt, longe vehementiora reperiuntur in exquisitis quam in reliquis omnibus.

Signa item ab excrementis petita multifariam prædictam febrem ostendunt: huius naturæ est *Vomitus*, aliquando in principio apparens, dum ad ventriculum aliquid bilis, tempore rigoris excernitur. aliquando vero post vigorem, dum iecur & partes in quibus bilis continetur, flauam bilem iam superatam post accessionem fundunt & expurgant: *Alui deiectiones* pari pensu & *sudores*, non nisi inclinante febre, velut vapor quidam calidus totum corpus æqualiter perfundens. Quo tempore & potus est occasio, & pulsus talis apparet, qualis his, qui à citatiori cursu excitantur, aut balneo vsi sunt. *Vrina* vero subrufa, flaua, rufa, mediocris substantiæ, aut, *vt Arabes censent*, rubra, tenuis, substantia ignea, parte quidem inferiori subtilior, superiori vmbrosa atque nebulosa, ab ardore & permixtione biliosi humoris, vt ex Gal. *2. prog. 26. euidenter constat*, in qua si nebula alba aut appendiculum appareat, non transcendet quar-

B

Calorem indicans in vrina, vnde tertiana exquisita.

tum circuitum: iuxta illud Hipp. *Quibus in vrina nebula rubea quarto die apparet, in septima iudicatur.* In vrinæ autem excretione obseruandum est, dum accessio viget, aliquando huius conditionis apparere, aliquando secus, alba quidem & cruda, aut mediocris caloris: & nonnunquam decolor tempore quietis; & dum accessio viget, rubicundior conspicitur. Cuius veritatis causam arbitramur esse locum, vbi biliosus humor magis immoratur: quippe si prope iecur & venas maiores extiterit biliosus hic humor, ante accessionem & vniuerso tempore quietis, intensior apparebit vrina, in accessione vero humore ad vasa minora & corum extrema transmisso, vel crudior, vel melioris erit coloris. Verum si humor vigeat in minoribus venis, & ad pancreas & venas viscerum transmittatur, accessionis tempore intensioris caloris erit vrina: in die vero quietis, præstantioris, quod longius distet humor peccans ab emulgentibus, sicut in accessione propius illis accedit.

C

6. Tertianæ exquisitæ signa ex duratione.

Nec minoris momenti signum est febris ipsius duratio, nam exquisita tertiana in vnica accessione plus non consumit quam duodecim horas. Quippe hoc tempus in veris, legitimis, & exquisitis tertianis longissimum est: sæpius autē septem horis accessio terminatur, nonnunquam [illegible]nitur, aut tardius, prout bilis multa vel pauca, tenuis vel crassior extiterit, virtus robusta aut imbecilla, corporis habitudo rara vel densa nam hæ proculdubio sunt causæ, quæ totum tempus accessionis anteuertunt aut remorantur. Atq; licet hoc verum sit, & non mediocre signum febrium tertianarum, *vt dictum est ab Hipp. 2. popu. part. 3. textu 22. & Gal. 2. de differ. febr. cap. 3. & 4. aphor. 59. & Auic. fen. 1. 4. c. 40.* non ob id existimandum est, ex reditu ad similem statum febrem cognoscendam esse: inquit enim Auicen. loco citato: *Qui iudicat febres per accessiones, errat in eis:* quod etiam dixerat Gal. *lib. 1. de differ. cap.* 10. *Non oportet*, inquit, *accessionum circuitionem solum in febribus aduertere, sed multo magis ipsius febris modum, vt ex vrgentibus locum venemur.*

D

7. Tertianæ exquisitæ signa ex ætate & anni tempore.

Præterea id malum cognoscimus, signo desumptō à natura, ætate, regione, victu, & cœli statu: Promtissima enim est ad exquisitam tertianam iuuentus, cui similis existit calida & sicca temperatura, quæ in laboribus, vigiliis & inediis extiterit, cibus etiam calidus præcedens id maxime monstrat, præsertim siccus aut parcus. Tempestas quoque arida & excalens, & causa & signum euidentissimum existit, maxime si consimiles morbi per populum grassentur. Nec mirari oportet, tot signa adduxisse huius febris, quæ & facilis est cognitu, & curatu facilior: nam ex vnanimi omnium Medicorum sententia constat, febrem tertianam (*maxime exquisitam*) esse veluti ideam & exemplar tertianarum omnium, ob id venia dignum me indico.

380

Prognostica tertianæ exquisitæ.

Primo quidem cognita exquisitā tertiana, breuissimam esse mox referendum est, & securissimam: breuissimam quidem fore, probat Hippoc. *4. aph. 59.* dicens, *tertianam exquisitam septem circuitibus terminari.* Quod sane aliis verbis dixerat *6. popul. part. 2. text. 15.* statuens, à quinta accessione ad septimam iudicari, vt idem auctor exposuerat eodem opere *lib. 2. par. 3. text. 17.* dicens: *Quæ dierum vnum intermittentes, altero superrigent cum iudicatione ad septimum* Sed breuissimam & securissimam protulerat *libro 1. eiusdem operis. part. 3. text. 8.* scribens: *Tertiana exquisita cito iudicatur, nec lethalis est.* & Galenus *lib. 1. de arte cur. ad Glauc. cap. 8.* inquit: *Ex intermittentibus breuissima quidem ac tutissima est tertiana.* Itaq; constat, septem periodos excedere aut ad summum nouem tantum attingere, vt videtur sensis-

sensisse Hippocr. *lib. de vict. rat.* Sed intelligendum hoc ex parte est, septem periodos tredecim diebus finiri. Concludit itaque Trall. *lib. 12. c. 6.* tertianam exquisitam esse breuem & facilis curationis, maxime si quis eam recte tractet, alioquin mirum non est, si difficilis & grauis fiat, vel in grauiores morbos commigret, vt Gal. exemplo probari potest *lib. 1. ad Glauc. c. 9.* de macie seu tabe ex tertiana improbe curata, oborta.

Semper periodis finitur & facilis est curatu.

F Cum vniuersa simplicium tertianarum curatio, veteribus Medicis ad alterationem & vacuationem reducta sit, illam quidem refrigerantib. & humectantibus præstitam, hanc vero sudationibus, vrinis, vomitibus, & alui subductionibus, ob id quidē vtramq; indicationem, & eam quæ à causa, quæ prædictas euacuationes aliquando postulat, & eam quæ ab effectu, quæ conuenienti refrigeratione fit, ad vnguem expendisse erit operæ pretium. Sed præstat vniuersam medendi rationem in tria tantum membra dissecare: quorum primum considerat *flauam bilem*, idq; duobus modis, vno *Succensam iam & putrefactam*, cuius etiam habenda est aliquo modo prouidentia, altero *succensioni paratam*. Secundum autem cōsiderat *Membrum recipiens*, quod in hac affectione maius plerumque facessit negotium. Tertium vero & vltimum membrum *Mandans*, quod sane licet videatur primo esse expendendum, cum in omni curatione non solum sit veniendum ad causam, sed ad causæ principium, cum hoc tamen, quia humoris biliosi conditio, natura, atque vrgentia sæpissime curantis consilium ad se vertit, ob id profecto ab humoris peccantis prouidentia, initium curationis auspicari oportebit, quia hac lege prouidemus recipienti membro: & morbo ipsi ac symptomatis, cum ad id quod magis viget, dirigi debeat omne curantis consilium.

Curandi ratio.

Tertianæ curandæ ratio duplici constat prouidentiâ.

G In primis igitur considerabis, & diligenti animo expēdes, an crudus adhuc subsit in ventre cibus, quod laborans parum ante febris exordium intrepide pransus fuerit: quo tempore vomitu curabis quod crudum est expellere. Quippe non licet protinus corpus pharmacis turbare, neque si paucis ante diebus parce se gesserit laborans, nam tunc coniectabile est, quod crudum præfuerat ad intestina descendisse: quo tempore à clysmate vehementiori, quod venter purget, incipiendum erit. Verum si quid crudum praueque digestum in primis venis inhæserit, quod vereamur venas maiores posse inuere, tunc quidem optime corpus ad vlteriorem curationem præparabis, si exhibito leni pharmaco prædictam cruditatem expurgaueris. Quo facto, vel si ea curatione opus non fuerit, principium curationis, non quidem protinus à sanguinis detractione sumes, vt multi indistincte faciūt: nam licet dictum sit, omnibus putridis febribus sanguinē esse mittendum, et statutum est; vbi prçualuerit cacochymia, ipsam esse expurgandam prius: neq; id temere aggrediendū, cum Gal. & reliquis decretum sit, in æstuosis ac feruore edicitatis tertianis alteratione tantum esse vtendum. In qua dubitatione, vt quis intelligat *à quonam incipiendum sit*, primum considerare oportet *flauæ bilis quantitatem*: secundo, locum *vbi viget, et putrescit, & vitiatur*: tertio vero, *eius vitium seu qualitatem, citra id quod quantitate abundet.* Quod si hoc tertium cognoueris in corpore præesse, & ante-

Curationis tertianæ principium crudo adhuc cibo existente, vnde sumendum.

381 A

acta vita laboriosa, vigiliis & curis plena, atque tempore æstiuo, cauendum est omnibus ab omni vacuatorio auxilio, quinimo vires augenda est per eam victus & vitæ institutionem, quæ præter id, quod refrigeret, reficiat quoque, atq; optimi nutrimenti præstet quod laboribus præhabitis euanuit, siquidem dum affectio ex hac causa prouenit, potius à defectu vel abundantia proficiscitur. Verum si bilem abundare constiterit, tunc quidem coniectandum est, quo auxilio, sanguinis nimirum missione aut pharmaco in principio sit
liceat extrahere. In qua hæsitatione facto, quod si in primis venis præfuerit flaua bilis, aut in eis proximis, & iuxta vias & canales communes, (*quod ostendit vomitus biliosus, vel alui fluxus, aut intestinorum aut ventriculi morsus, maxime in die quietis, vel fixiora ineunte accessione*) eo tempore tutissimum fore consilium arbitror, à purgatione incipere: quæ nec omnino sit seligenti pharmaco facta, ne plus quam par sit ipsius flauæ bilis ad communes vias è venis trahatur nec omnino leui, vt aliquid agere possit. Quippe eo tempore naturam habemus adminiculantem, monstrantemque regionem sibi proficuam & intentam, cui super coctionem præesse opus non est, cum materia illa antecedens sit, quæ nondum putredinem contraxit, sed solum leue quoddam vitium, quo natura irritatur ad expulsionem. Quo tempore vacuationem instítues; nam ea profecto est occasio quam præcepit Hipp. rimari ad expurgans medicamentum exhibendum etiam incoante malo. Neq; opus est sanguinem misisse, quia non deerit trahendi pharmaco locus, quod prope emunctoria vitiosi humores existant: nec tutius ob id contrariamur Galen. *qui 11. meth.* iussit in omnibus febribus putridis sanguinem mittere, quia huic etiam auxilio non deerit occasio, nunc enim solum à quonam liceat initium sumere differimus: cum ipse etiam consuluerit abstinendum esse à sanguinis detractione; in his, quibus os ventris bile abundat, aut imbecillum, vel nimis sensile est, conciliat enim in his sanguinis detractio maiorem feruorem, ac syncopem, & ipsius ventris erosionem. In hac etenim occasione vtor *pulpa cassiæ fistulæ* ℥ vij *facile cum saccharo bolo, & mox superbibere iubeo syrupi soluti, rosarum Persicarum*, ℥ iij. & ß. quo pharmaco facile quod in pancreis immoratur, quantumuis sit biliosum, expurgari conspicimus. Cui consimilis est *manna, pondere* ℥ iij. *vel ij. dissoluta in aqua infusionum rosarum, vel cychorii, si ingens sit calor, aut in iure rosaceo* vel si nimium vigeat bilis, modicum diluti rhabarbari adijcies.

Bilis abundans qua ratione extrahenda.

Tertiana et quando quando sanguinis missionē postulet aut curationē bilis.

G

D

Bene expurgant.

382

Præterea hac purgatione facta, vel si flaua bilis tantum iuxta vasa humorem, vbi maius est cum sanguine commercium, in dubium ferūnt medici, tunc sanguis mittendus: cum constet id Galen. in curatione huius febris prætermisisse, cuius etiā consilium secuti sunt Paulus, & Auer. 7. *collect. cap. 11.* Auen. 3. *theisir. cap. 1.* & cum ex altera parte Gal. consulat, *lib. 11 meth.* semper in putridis febribus sanguinem esse mittendum, non leue videtur dubium, quid tenendum sit. In qua quidem re vetuste auxilia administrare possis, concipies animo, exquisitam tertianam his nostris temporibus raro accidere ob victus & vitæ intemperantiam: quapropter tantum ab illius curatione, quam antiquis medicis tanquam ideam proponitur, curatiam-

Tertianæ exquisitæ curatio, si flaua bilis in vasis maioribus abundet, a sanguinis missione debet incipi.

tiandum erit, quantum ab ea proposita febris declinauerit, *vt Paulus etiam monuit lib. 2. c. 20.* Verum cum hoc sic litem dirimere mihi visum est, nimirum, sanguinem procul dubio esse mittendum, si ue bilis quantitate nimia exsuperet, siue nimis feruida exsistat, dummodo vires non tenuant. Nam deposita vtcunq; abundantia, promtius ventilantur humores, & minus putrescunt. quippe veteri oportet, ne ea adhæ[re]su, & consortio huius efficacissimi humoris sanguis aut reliqui succi incalescant plus iusto, & putredinem quoq; contrahant. Quapropter sanguinem esse mittendum censeo, tantum q; etus, quantum corporis conditio, & humoris biliosi sinceritas, ac laborantis vires, & præsens occasio permiserint: namq; in negligentia harum considerationum potius incommodum fitum esse arbitror, quam in ipsa sanguinis detractione. Sit F enim plus sanguinis extrahendum est, dum sanguini ipsi admixta fuerit bilis quæ morbum creat, quam dum vagari solam coperimus. Dignoscemus autem sanguinem quoq; redundare, aut ceteros humores principium iam fervoris contrahere, ex præcedente victu, & ante acta vita, ex totius corporis rubore, turgore, tensione, ac dolore, maxime capitis, adiuncta tamen grauitate. quo tempore paulo audacius sanguinem detrahes, etiamsi Gal. huius auxilii non meminerit, aut Auic. 4. *primi c. 20.* dixerit: *Caue ne agrum ad alterum horum deducas, vel ebullitionem cholericorum humorum, vel ad frigidam cruditatem:* aut etiam prohibu[er]it eadé parte sanguinem detrahere in biliosis corporibus, dicens. *Ne phlebotomies infelicem ex generatione choleræ:* hæc enim omnia non contrariantur nostræ sententiæ, cum de copiosa detractione dicta sint, aut de biliosa abundantia citra febré: præsertim cum ei adstipuletur Stephanus Atheniensis, qui ex dextri aut sinistri brachii basilica ob mille rationes iubet sanguinem mittere. Nam hæc sanguinis G detractio copiam demit, & quod remanet, ventilatrac refrigerati liberalius deinceps permittit, tádem & iecori, & vniuerso generi venoso proficit. Sed ea lequi hoc ptæsidium tunc exi edit, cum (*vt dictum est*) mixtionem nacta est flaua bilis cum sanguine, quo casu sanguis vinosus efficitur. Quo quidem sensu intelligendus venit Auicen. 4. 1. c. 20. qui in febre sanguinis coctionem requirit, vt 383 A copiosa fiat phlebotomia, sin aliter, exiguus sanguis educitur. de febre à sanguine melancholico, piru toso, aut bilioso, vt coctionem sanguis flauilis, & mixtus reddatur, est audiendus; alioqui sibi ipsi pugnaret, quia 1. 4. *tract. 2. c. 7.* ita scribit: *Et sicut quod phlebotomia, quando sit intentio sanguinis, non est in genere eius in quo exspectatur digestio, nisi in humoribus aliis.* Quapropter non desunt inter Medicos qui teneant, mittendum quidem esse sanguinem, non tamen ante tertiam accessionem; & falso experimento innitentes credunt, quibus aliter fit, febrem plurimâ exacerbari, venamq; ob id secando t[e]rtio die, & prædicunt fore, vt proxima accessio quæ quarta est die septimo grauissima sit, ne id ex tertio côtigisse videatur. Quod profecto consilii ius Auicennam fecisse arbitror, qui hanc veræ sectionem ante tres periodos fieri iussit, si possibile est. vt ipse inquit: quam versionem credo veriorem esse ea quæ contrarium tenet, negatione n n ante posita, nimirum, *non ante tres periodos.* Cuius versionis ipse merit tationem reddit, dicens,

*quod bilis & sanguis illi vicinus indies magis efficiuntur crudi, & biliosiores redduntur, minusque apti eductioni per sanguinis detractionem.* Quod credo dixisse, dum à principio mixta existat flaua bilis: nam in iis febris primis diebus oôdum mixta appareat, vt cum viget in primis venis, aut iis qui sunt prope iecur & vias ductuum, oaturamque reddat ad expurgandum nauseabundam, facta prius purgatione, & *post tres periodos*, vt primo & antiqua versio tenet, prædictum auctorem intelligere oportet. quo casu post tertiam accessioné sanguinem mitti operæ est, quia coctione & agitatione tunc magis miscetur. Moderati enim prudens Medicus id teneat, ne post debitum tempus, aut ante occasionem sanguinem mittat. Verum licet hæc omnia rationi consona existant, non ob id credendum est, in omni corpore, occasione, aut causa sanguinem esse mittendú: nam si in huiusmodi febre si quis temperamento biliosissimos, ætate feruida, innere, fame, vigilia, vel defatigatione alia dissipatus inciderit, sanguis mittendus non est. Certum profecto C exsistet his occasionibus, aut aliis similibus, vires adeo labefactari, vt ne parcam quidem sanguinis detractionem citra maximú damnum ferre possint: vt optime aduertit Gal. 9. *method* qui à sanguinis missione abstinendum esse iubet, in his, quibus os ventris imbecillum est, & supra modum sensile, in quibus curandum est, ne luorem omni arte compescere, & vires quam citissime reficere, ne humorum vitium longe g amus virium defectu fiat, aut febris in continuam commigret.

Sanguine igitur nullo quantitatem ipsius bilis alis auxiliis demere aut minuere necessarium est, verum id variis modis & rationibus aggrediendum est: nam minuenda sese offert, quæ in accessione à natura transmissa est, quæ effectura est sequentem accessionem. Quod si eam, quæ accessionem concitat, minuere velis, id duobus modis facies *maxime si nimis molesta sit, & plurimum vrgeat accessio* ) vel *Incunte* accessione, vel *Ipsa desinente*. Incipiente quidé vomitibus, vel, vt natura frequentissime assueuit, viriliter & sua sponte: quos sané mouebis, si promtum huic operi ipsum laborantem senseris, calidæ aquæ haustu ea decocto *seminis raphani, & adiecto modico oxymellite.* Præstat & *ptysana* D *tepida* ℥. iiij. *saccbari* ℥. ß. item côficies vomitorium, quod recipit *decocti lactucæ, atriplicis, & portulacæ* ℥ v. *olei* ℥ j. *vel oxymellitis quartam vnam, quo tepido vtere.* Item *aquæ hordei ad crepaturam decoctæ* ℥ iiij. *syrupi acetosi* ℥ j. *aquæ tepidæ* ℥ vj: Quod sane auxilium tentare prius non oportet quam natura id moueat: quo tempore si nihil ocitatu dignum febris excieuerit, illi auxilium præstabis. Quippe huiusmodi vacuandi ratio longe minorem reddit accessionem, nam si qui vel vomunt, vel per aluum quid biliosum deiciút, facile ab accessione seceptedionr. Cauendum tamé in his est, ne ventris os nimium ea flauæ bilis contactu offendatur: quo casu potius *aquæ feruentissima potu* vtendum est, si crudum aliquid á flaua bile moueri & agitari comperiamus: verum si ex acrimonia bilis prodeant accidentia, *succum mali punici acidi* porriges, & clymate quo deorsum feratur, quiuis humor sit, vteris. Inclinante iam accessione, vt ex toto E immonis à febre superstit laborans, cu andum est (*si madór apparuerit*) copioso sudore biliosum humorem finire: nam qui ex hoc affectu calidant,

Tertianam exquisitam indigere sectione venæ ex Auicen. tenuia post tres periodos, quomodo intelligendu sit.

Bilis quantitas quibus minuatur.

Vomitoria.

Caueda.

Sudor in biliosis quibus mouendus.

384

nimo-

omnino à febre immunes euadunt. Quod sine non calidis antlius, sed *aqua hordei potu, vel succo aqua, cui addit emlapu violaces, vel acetosi, vel oxysac- chari ℥j.* Verum si æger medicamentolum hunc potum renuent, laudo *parissima aqua hausium cum saccharo rosaceo albo,* qua potione æger reficitur & contemperatur, ac ittam copiam vaporis calidi per cutem pullulare perfentit: id quoque facies potu *aqua buglossa, scorzonera, borraginis, cychorei & hordei.* Quippe solum res agenda est us, quæ humores fundant, & modico ac vaporoso ca- lore attenuent. Balneorum hac in parte memi- nisse mihi visum non fuit, quod iam diu ab vsu re- cesserint, quapropter nolui frustra tempus con- terere: locu tamen eorum intermissionis tempo- re corpus fricare oportet, quo facilius, quod vi naturæ tenuatum est; dissoluatur, oun tamen dum febris adhuc viget, id enim vetuerat Hippo. F *6. pop. par. 3.* statuens, *frictiones aduersari febricitanti- bus:* quod sane intelligendum est, dum crudus ad- huc est humor, aut viget febris. Verum si accessio- ne iam iam inclinante periculum fit illa murmura- re, aluum clysmate subducito ex *hordei decocto cum saccharo, oleo rosaceo, & pulpa cassia, ac modico succo ro- sarum.*

Fricationes.

Ceterum si minuere velis eam copiam, quæ in accessionem migratura est, id quoque duobus modis facies. *Vno* quidem facta bilioli humoris copiosa *purgatione,* aut partita, vt morbum finias: *alio* vero *Consumtis* reliqui humoris reliquiis, vel per vrinã, vel per paulatinam vacuationem leni- gent pharmaco factam. Sed cum potissima mih curandis exquisitis tertianis indicationem eam Gal. censeat esse, quam refrigerando exsequimur: ob id primo monendus mihi lector est, sæpissime solum refrigerationem prudenter factam his fe- bribus citra aliud auxilium sufficisse: nam cum materia peccans, & affectus ipse in eadem indica- tione coincidant, nimirũ in refrigeratione, quod ambo calorem maximum præstet, ea ratione pro- fecto refrigeratio maius quam humorum eductio negotium facessit, maiore quidem cum natura G (*quæ potius ab humoris acrimonia, calore, & mordacita- te, quã a copia, quod leuissimus sit humor, molestiam susci- piat*) à prædictis iniuriis immunis, facilius nego- tio eandem materiam duxerit. Itaque in his fecri- bus maior est refrigerandi & humectandi indica- tio, cum hoc tamen nõ est summe refrigerandum, *vt videtur consulere Gal. lib. 1. ad Glauc.* Sed vt Auicen- na præcipit *fen. 1. 4. tract. 2. cap. 39.* non oportet (*vt* 385 A *ipse scribit*) vltimate in refrigeratione multa. Sed eo ſeo Galen. intelligere voluisse tantum esse re- frigerandum, non quidem quantum affectus ex- postulat, sed quantum vires & natura laborantis citra damnum perferre possint. Quæ sane præce- pta heic vera sunt, & iis præsidiis, quę inferius scri- bam, exsequenda veniant; cum hoc tamen vbi v- berior succreuerit bilis copia, quam quod sperari dum fit, per accessionum vacuationes posse finiri, quin vel morbus prorogetur, aut in grauiorem commigret, proculdubio longe vtilius fore ar- bitror, ipsam expurganti pharmaco minuere, quam nimium refrigerationi innitens, ali- quod ex prædictis periculis sperare; eo maxime quia bilis eductio refrigerans quoque auxi- lium est.

Bilis copia in accessionem migratura duob. mo- dis minuitur.

Refrigeratio quando & quatenus tertianæ medeatur.

Qua sane ratione censeo, flauam bilem, quæ redundat, duobus modis docuisse compescere Galen. *lib. 1. ad Glauc.* Vno caliditatem eius & acri- moniam *Retundendo.* alio vero eiusdem redun- dantiam *Imminuendo:* cum certum sit, non semper in humorum vitiis esse purgandum (*licet dictum sit, purgationem deberi his humoribus, qui sua qualita- te peccant*) nam nisi aut abundauerint, aut præ nimia corruptione & vitio, velut quæ toto gene- re præter naturam regenerantur, purgandum non est. Peccant enim humores aliquando citra co- piam solo vitio, quod potius contrarius corriget, quam euacuatione. Quæ sane medendi ratio adeo necessaria est, vt sæpe alteratione & attem- peramento probe facta morbus subsideat, & ho- mores in meliorem conditionem mutentur. Sic humorum caliditatem & siccitatem compesces (*quo mitiora fiant accidentia, & coctioni aptior ipsa bi- lis reddatur*) humectantibus & refrigerantibus præsidiis: hac tamen consideratione præmissa, ne vltra id, quã par sit, frigiditatem exsequamur, ne bilis ineptior purgationi fiat, quod Hippocrates atque Trallianus vetuerunt, docentes, *prope pur- gationis tempus corpus debere fluidum reddi.* Esto tamen C à principio conueniens corpus refrigerare potione summo mane exhibita, quæ suscipiat *succi grana- torum acidorum & dulcium ana ℥.j. & ß. semota teli- deona,* sequenti die adde *sacchari optimi, aut syrupi violacei ℥.j. cui etiam addes aqua hordei ℥.iij.* Quod si suspicio obstructionis fuerit, addes *aqua cichorii lo- co aqua hordei ℥.iij. aut oxysacchari S. ℥.j.* Verum si amplius refrigerare fuerit in animo cum modera- ta viarum reseratione, *syrupum cichorii, acetosum sim- plicem granatorum,* & huius censura adhibere opor- tet cum *aquis intybi, buglossa, borraginis, acetosa, hor- dei, aut fontis, vel fluuii,* & maxime, quæ per lapi- deum mortarium percolatur, *cum saccharo & mo- dico aceto, aut succo limonum.* Quod etiam exsequi- tur Auicenna dicens: *Et aqua frigida facit illud, retun- dit enim caliditatis excessum, quæ interdicitur coctio.* Valet & aqua cum modico succo *agresta, aut aceto, & saccharo:* hæc tamen in bilis præparatione ob- seruabis, quod si febris ab eius vstione proficisca- tur, frigidis & humectioribus vteodum est: verum si eiusdem putredine, frigidis & modice siccis, dummodo eis admisceas aliquid, quod impen- sam bilis siccitatem compescat: Dignosces autem D ex vstione aut putredine prouenire, ab excremen- torum grauculentia, vel spumoso fetuore. In his autem & similibus id præceptum perpetuo ob- seruabis, quod incipiente malo, & vsque ad aug- mentum finem frigidioribus vtendum est: Instante vero purgationis tempore, & paulum ante ipsum, adaugebis, quæ modice aperiendi & incidendi vires habent. Secus quidem res se habet, dum so- lum his auxiliis calorem febrilem exstinguere ni- timur: nam tunc post signa coctionis copiosus licet aquæ frigidæ potu vti.

Bilis duob. mo- dis a Gal. re- strenata, Retundendo & Immi- nuendo.

Refrigeratio corporis biliosi qui- bus fiat.

Bilis quali- ter præpa- randa.

Eandem quoque intentionem adimplere opor- tet, debita vitæ & victus institutione, cui vsui ae- rem parare frigidum & humidum expediet, vel acre talem reddere, pauimento frequenter spar- so cum *aceto rosaceo, floribus & foliis sparsis, rosarum præsertim, myrthi, violarum, vitis, salicis, & canarium.* In primis cauendum esse consulit Aet. *a calidis & foetidis aromatis, & à pinguibus & dulcibus alimentis,* quippe hæc quam citissime bilescunt. Ab alimen- tis insuper abstinendum est perpetuo, in accessio- nibus,

Victus ratio quæ debea- tur tertiana exquisita laborant- bus.

Bilis si nimis redundans

tibus, nisi virium & spirituum exsolutio contrarium instituerint: Ea tamen esse oportet frigida & humida, velut *lactuca, scariola, cichorium, cucurbita, & buglossum aut ptysana*. Ceterum cōmune omnibus alimentum est *pullus cum lactuca vel cucurbita decoctus*, præstant & aliquando *hædina carnes*: alæ nō insignatorum auium, *testes gallorum, perdicum, & pullorum*: ac si hæc laboranti non placuerint, *saxatiles pisces, & paruam tructam* præbere licebit, & *oua sorbilia cum aceto, aut agresta, & saccharo*. Panatellam etiam ex *lacte amygdalarum, aut iure pullorum, & saccharo, cum succo limonum, aut aceto*, gustui gratissimam esse comperimus: item præstantissimum efficitur alimentum ex *paneloto, cum saccharo & modico succo limonum*: fat etiam, quod toti ptysanæ Hippoc. ex parte respondet. Ex fructibus quidem *melones, melopepones, mala granata, & arantia dulcia, vel acida cum saccharo, & guttis quibusdam aqua frigida sparsis: pruna item Damascena, & cerasa acria proficua sunt*. Potus sit *aqua hordei aut saccharo decocta, vel purissima ex fluuio aut fonte vel frigefacta cum modico cinnamomi, si ventriculus id postulauerit*. Vinum quidem ex toto vitare oportet, nisi gratia alicuius symptomatis (*maxime ventriculi*) id præbere cogatis: quod sane eam considerationem inclinante affectu Galen. libenter concedit, & nos etiam eo uti possumus in extenuatis corporibus, & his, qui debiles habent vires, cuius loco aquam cinnamomi porrigimus. Somnus vero minime permittendus est in accessionum principiis, sed solum à potu frigidæ aut vigore transacto.

Potus.

Somnus.

Tertiana exquisita laborantes qualiter, & quomodo purgandi.

Qua sane vitæ institutione & prædictis syrupis temperata materia, reseratisq; viis, si antea morbus cessit non fuerit, transacto vigore, quem plerunque occupat quinta aut sexta accessio, flauæ bilis redundantiam minuere præstat: cuius operis indicationem præbet naturæ motus, & inclinatio, vel membri mandantis aut recipientis G dispositio, & affectus. Quod si nullum peculiariter affici cognouerimus, nec naturam alicui regioni incumbere, vt per illam vergere innuet, à solo humore peccante indicatione sumta, per inferiorem aluum purgabimus, (*etiamsi natura facilius flauam bilem per vomitum assuescat purgare*) pharmaco illi è directo proficuo: quale est in delicatioribus, & minus robustis *manna, sero lactis; vel iure pulli decocti cum lactuca, & cucurbita, aut aqua cichorii dissoluta. cassia fistula cum saccharo*: Nam sæpe in his quibus bilis abundat, sat est leui medicamento principium motus præstare. Quod si conspexerit

385 A laborantem difficilius purgare, porriges *infusum rhabarbari pondere* ʒ.j. & ß. aut ℈.iiij. *in aqua cichorii vel hordei, cum syrupo rosarum ex nouem infusionibus, aut violarum (nisi ventriculi laxitas vetuerit) mensura* ℥.iiij. Quale etiam est ex *aqua lactis, & myrobolanis citrinis infusis & expressis, ac addito aliquo ex prædictis syrupis*. Robustis vero corporibus porrigere oportet in aliquo ex memoratis liquoribus ℥ *electarii de succo rosarum Mesues, cum syrupo ex infusionibus rosarum*. Nec maiorem copiam horum medicamentorum mihi visum est porrigere, nisi in rusticalibus, & huiusce sortis hominibus, nam humoris ipsius nioti acrimonia frequentissime aluum ipsam citatiorem reddit, præterquam quod id etiam interdixerat Auer. 7. *collig.*

Clysteres.

Clysteribus quoq; ventrem lubricum reddere oportet, parum tamen aut nihil purgantibus, sed tantum emollientibus & refrigerantibus, quales conficiuntur ex decoctis *maluarum prunorum, hordei, violarum, & herbarum ac florum consimilem virtutem obtinentium*: item ex *oleo violarum, rosarum vel amygdalarum dulcium*, si aluus admodum adstricta fuerit, quibus addes *saccharum*, ac si intestinorum B tormina vrgeant, *vitella ouorum* addes: verum si aluum quodammodo citatiorem reddere oportuerit, huic addes *pulpa cassia fistula* ʒ.iiij *aut* vj. vel tantundem *diacatholicon*, vel *succi rosarum ac fola* ℥.iiij. Conficies etiam clysteria ex iure *pullorum decocto cum lactucis, scariolis, cucurbitis, & hordeo, addito butyro recenti, & oleo violarum, aut amygdalarum dulcium, cum saccharo*. Quod si calor ingens fuerit addere insuper poteris emulsionem *quatuor seminum frigidorum*, ad quorum sane penum alii non parui momenti conficere poteris.

Quod si, quæ dicta sunt, sufficere huic malo non videantur, sciendū proculdubio est, fomentum illi præstare aliq. viscus, vel vniuersum venenosum genus, quorum occasione, purgantib. per vrinā & aliis paulatim per aluum factis vtendum est, & membro mittenti prouidendū, diuerso tamen modo iuxta naturam membri mandantis. In qua re statuendum est, mandans membrum esse in duplici differentia, Vnum *generans* humorē biliosum; Reliquum vero vbi genitum præter naturā C colligitur, & ibidem ad partes carnosas, aut vbi putrescit, vt febris fiat, transmittitur. Sicut est secur per vberrimam bilis copiam, vbi male affectum est, generat: recipit tamē vel vterus, vel pars iuxta hypochondria, & pancreas, aut ventrem, à quibus ad alias partes, vt putrescat, transmittitur. Considerare itaq; primo expedit, *an iecur causam & fomentum huic malo præstet*, quod videtur esse Gal. decretum *lib. 1 ad Glau.* Quod sane vno è tribus modis bilem vberiorem gignit. *Primo*, dum calfactum est. *Secundo*, dum crassiore bile obstructum. *Tertio*, dum eius vasa bile abūdant, ita vt facilius chylosa substantia in bilem vertatur. Si primum, considerabis, ante morbum fuerit excalfactum, quia eo tempore causa est morbi: si vero fiat intemperamentum hoc ex febris calore effectus existit mali, & longe aliter curam desiderat. Quod sane venabetis ex calore illius partis, & maxime volę manus, ex dolore etiam, durtie & tumore iecoris, quēadmodū & ex totius corporis pallido calore, D & ex vrina flauæ bili persimili, substantia crassa & colore citrina. Quod si obstructio accidat, censeo ex ipsius flauæ bilis copiosiori generatione proficisci, principiū quidem trahens ab immodica iecoris intemperantia: aliquando vero ex aliquo humore crasso, iecori impacto. Vtcunq; tamē sit, huic malo primo subueniendum est (*præmissa aliqua aut leui purgatione, vel sanguine misso ex saluatella dextra manus*) per ea auxilia, quę aperiendi vim obtineant, quibus ante prædictas vacuationes locus nō est, etiamsi ea expostulet affectus natura in obstructione sita, factaq; hac leui iecoris prouidentia, ne vlterius impingantur ibidem humores, antequam ipsi membro quicquam adhibeas; (*quod etiam de pancreas & hypochondria, ac reliquis viscerum cauitatibus, quibus flaua bilis copia tertianis suppeditatur, subaudiendum esse arbitror*) ea humori, qui in iecore (*aut aliqua ex prædictis partibus*) remanet vel ab ipso indies generatur, prouidendum est, tum per ea, quę desiccant referentq; iecoris vias ac per vri- E nas de-

Tertiana exquisita, quæ membri mandantis prouidentiam debeant.

Membrum mandans duplex. Iecur tribus modis vberiorem bilem gignit.

Saluatella quando secanda sit.

[illegible] pectora, quę [illegible] odice [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] catur [illegible] [illegible] ualis [illegible] A [illegible] protec [illegible] [illegible] eo [illegible] [illegible] vn- [illegible] laudauit nihilo [illegible] Gal [illegible] [illegible] calido, at [illegible] [illegible], *prat* [illegible] *gera-* [illegible] *im* [illegible] p [illegible] xidio. Non e [illegible] delui [illegible] inte pro- [illegible] s [illegible] alterat, [illegible] *commenda-* *te,* [illegible] *etiam facultate* potius [illegible] d [illegible] as, quam expurgandi. [illegible] [illegible] vi purgatori [illegible] [illegible] hu- mo [illegible], qu [illegible] alis diuret [illegible] non protu [illegible] [illegible], in qua no [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] V [illegible] [illegible] [illegible] *Gal. monit* [illegible] *meth* [illegible] vi [illegible] [illegible] faciendi & deniccandi, in quo [illegible] vi [illegible] [illegible] randi [illegible] astio, docend [illegible] eorum [illegible] lines (*vt latius scripsimus lib.* F *nostro de r.* [illegible] *fu,* Quædam enim non modo

*Calfaciendi modo ordinet.*

non [illegible] [illegible] rerum potius refrigerent, qualia sunt, q [illegible] [illegible], quod tenuium sunt partium, multam [illegible] suppeditant aquosam humiditatem, vt [illegible] ones *seminum frigidorum, mulsa, syrupus aceto-* [illegible] re. aqua huius naturę hęc quidem & leuissima sunt, & c [illegible] lorem compescunt. Alia vero aliquantulum calfaciunt, vt *anethum & apium*, de quo 8 *simpl.* ait Gal. quod eatenus duntaxat calfacit, vt possit mouere vrinā. Non est ergo in eo tanta caliditas, quæ possit febrem augere, maxime si aqua prius macerarit, modo eius coma (*quod magis probo*) modo radices sint. Quod sane opus tantū

*Absynthii coma ex mulsa macerata tertianæ optimum præsidium.*

*[margin: 1.3 2.]*

in modum præstat, vt Auic. consuluit. *syrupus acetosus ex apii decoctione.* ac vt Gal. multis laudibus prædicat (*maxime apparentib. signis coctionis*) absynthii coma ex mulsa macerata: quod medicamentum non solum [illegible] febri optimum præsidium, verū & vim habet rep [illegible] gandi bilem, eiusq. morsum compescendi in ventriculo: quod frequentissime accidere in huiusmodi febribus conspicimus. Itaque vt

G subiectus, g as calorem & siccitatem eorum, quæ vrinas mouent (*dimitto quide has in parte, quæ id vehementius aut abstergendo efficiunt, quod proficua huic febri non sint*) aliqua port [illegible], quarum illi tores sit calor & siccitas, admiscere [illegible] [illegible]. Primo quidem id oportet [illegible] [illegible] es *quatuor seminū frigidorū, extractas quide aqua graminis, fœniculi, asparagi, cychorii, aut apii,* sum [illegible] que mane sumas. Idem quoq. ben [illegible] [illegible] decoctum *radicu diureticarum cum hordei cremore, aut syrupus acetosus .5. vel duarum radicum cum syrupo violarum &* [illegible] *addita aqua lupulorum, aut rubea.* Præt [illegible] [illegible] decoctum *cychorii, graminis & fœniculi, cum modico sacchãro.* sed

387 A post aliquot dies porrigendū est *aqua lact* [illegible] *caprini, per se* [illegible] *modo syrupo* [illegible] *pillorum Veneris,* maxime si [illegible] vnam & [illegible] diem, dilutum [illegible] *rhabarbar* [illegible] in hebdomada, si dum affectio præest, porrexeri [illegible], quo [illegible] maioris momenti fore proculdubio arbi [illegible] or.

*Saluatella manus dextræ quando & ad quid confe- rat.*

Exterius vero nil adhibebis, ant [illegible] quam *si quæ dicta sunt, non profecerint* iterum aut denuo si antea non miseris sanguinem, ex [illegible] uare [illegible] [illegible] dextræ fundas. Cuius sectionem censeo hoc tempore maxime prodesse, dum non quidem vacuare conamur, sed aut tutentes potius, & tenuiores humores in partibus nostri corporis profun dioribus, & prope membra principalia [illegible], ac

r [illegible] [illegible] a ecur & in ipso, ad [illegible] par es [illegible] deinus rem [illegible] uere ve [illegible] cul [illegible] [illegible] epa [illegible] [illegible] igni [illegible] g [illegible] [illegible] ne [illegible]. C [illegible] qu [illegible] d.m a [illegible] [illegible] 2. *method. ad finem* cum teuu [illegible] tionem ad latera affectu, cu [illegible] gui factus [illegible] [illegible] fit d [illegible] vt mur prędidio, v [illegible] bitrantur esse laborantes, [illegible] [illegible] duo molestantur [illegible] q [illegible] de [illegible] ten [illegible] menti secotta, cu us [illegible] [illegible] hac [illegible] cuatione [illegible] ntendimus.

*Temanā exaustus quando & quibus præsidiis confectas, iecorís temperamentum corrigere.*

Q [illegible] facto ipsum viscus [illegible] *teris malum,* [illegible] gerare, & eius val [illegible] [illegible] tate, e opus. Cuius g [illegible] ia laboran [illegible] po [illegible] [illegible] us primo id, quod rec [illegible] pit *succorum scariolæ &* [illegible] *seorsum depuratorum ana ℥.iiij. sacchari quantum* [illegible], vt fiat sy [illegible] us, cum quam [illegible] ℥.j. *& B. cum* ℥. [illegible] *aqua oxalidis, hordei aut seri lactis*: Cauendum semper in his ted [illegible] ab his, q [illegible] plurimum dulcia sunt. Inquit enim Hippocrates 6. *popul. A dulci bilis.* quare aquarum proportio ad syrupum tripla sit oportet. Poteris etiam ex *hordei decocto & radicibus cychorii cum sacchãro,* dilutiorem potum conficere: cui non [illegible] ab re (*si plus bilis quam par sit, adhuc ap-* C *paruerit*) aliquid *ab* [illegible] [illegible] *e,* aut [illegible] [illegible] *ab yn-rbis* decoctum cu [illegible] tabe [illegible] *diarrhodon* porrigere tertio quoque die. Sed [illegible] [illegible], g [illegible] refrigerato-

*Bitsa dulci.*

dia adhibebis ut, [illegible] [illegible] *rosarum, violarum, borraginis &* [illegible] *ana* ℥.j. quibus mixtis sumat laborans [illegible] [illegible] [illegible] ac si vires postulauerint, excipe [illegible] [illegible] ℥. [illegible] *pul-erū electuarii de gemmis* ℥.B. C [illegible] [illegible] *saccharum rosaceum* nou [illegible] [illegible] [illegible] *aqua hordei.* vtatur insup [illegible] lab [illegible] ans (*dum* [illegible] *etiam cum refrigeratione reserare studemus* [illegible] [illegible] *pt*[illegible] *ana, cum radicum apii decocto.* Sumat præ [illegible] ap [illegible] zema co [illegible] fectum ex *radicibus cychorii, eryngii* [illegible] *co, ac iucceribus* quo inco- quendi [illegible] [illegible] *trisantalorum in linteo ligati.* Vtor et [illegible] [illegible] *fo* [illegible] *cychorii & scariola,* in quo madu [illegible] [illegible] [illegible] *coma, aut amari,* si laborans patter [illegible] [illegible].

Exterius q [illegible] de [illegible] iecoris regionem inungere D oportebit, vel *rosaceo vel santalino vnguento*, vel vtroqu [illegible], ad [illegible] [illegible] d super *linteo succo agresta madido, aut intybi cum modico aceto.* Co [illegible] quoque vtui deletur *vnguentum refrigerans* Galen. cum puluere *squinnati, aut santalorum.* Etiam confert *oleum rosaceum, omphacinum, pluries aqua hordei rosatea & modico aceto lotum*: cuius inunctionis etiam nonnihil dorso adhibebis. Præstant & epithemata desuper *philtro serico cum aquis lactucæ, scariolæ, intybi, florum violarum, rosarum, nenupharis, & similium* (maxime si incendium maximum sit) cum modico aceto, & pulueribus santalorum. Prodest aliud vnguentum, quod recipit *cerati santalini* ℥.ij. B. *oleum* ℥.j. lauentur ecurate *aqua frigida cum modico aceto*, & mox adde E de pulueris *spica nardi* g. x. & fiat vnguentum. Si tamen nobis compertum fuerit, obstructionem adhuc præesse in aliquo vlcerum, maxime in iecore, iterum vti oportebit iis, quæ superius retulimus, & mox obstructam partem inungere *oleo capparrorum cum modico absynthii,* add [illegible] to vnguento rosaceo, vel refrigerant Gal. si simul cum obstru- ctione caliditas pręa [illegible] nullaliter, iacet erit addicete *vnguentum deopilatum ex succo.* E

*Iecori externus adhibenda.*

Verum quia membri recipientis affectio, & Tertiana gra- exquisita

grauissima symptomata, maximum sæpe [illegible] solent negotium, eius quoque hac in parte [illegible] prouidentiam [illegible]. Si igitur humorem ad aliquam partem [illegible] ex propriis accidentibus comp[er]tum fuerit, præter hoc, quod per ipsam, *vt dictum est*, [illegible] conueniens fuerit, eundem educere oportet, [&] expediet quoque partem ipsam corroborare, aut accidens mitigare, vel præcauere antequam [in]crescat. Inprimis [illegible] ventrem, ne dolore torminibusve infestetur, præuenire oportet prædictis clysteribus, quæ partim humorem attemperent, partim vero leuiter & blande expurgent. At si in ventriculũ confluxerint, qui & dolorem, anxietatem, & cardiam efficere solent, per ventrem, *vt dictum est*, ne [v]omitibus ad os vert[ic]is allicientur, magis humores expurgare licebit: atq; educta flaua bile, & ante accessionis tempus corroborare exterius ipsum ventrem oportebit oleo *absynthita, mellino, de omphacino*, aut si calor maximus sit, *rosaceo*, additis puluer[i]bus *rosarum, corallii rubei, aut absynthii, vel diarrhodon momento*. Confert etiam mica panis *vino rubro* madida, & leuiter tosta exterius adhibita præstat & eadem mica succo *granatorum acrium imbuta*, comesta ante cibum: nec non & succus ipse per se, aut potus aquæ calidæ, quæ bilis flauæ acrimoniam retundant. Verum si ingens fuerit imbecillitas, haustum dilutissimi vini albi mirum in modum roborat, quemadmodũ & pleraque alia, quæ capite de tertiana perniciosa dicturi sumus. Ceterum si coctio in vrinis apparuerit, tum vti oportebit *absynthio fontana aqua vel fluuiali macerato*, quod à Galeno 1. *ad Glauc.* tanquam summum præsidium extollitur, licet Trallianus id exhibere recuset; qua tamen ratione id faciat sequenti capite monstrabo. Renes quoque, vt qui frequenter dolere soleant, præcauebis post purgationem, & sanguinis detractionem prædictis clysteribus, & inunctione ea *oleo rosaceo, & refrigeranti Gal.*

Absynthiũ aqua fontana macerat[um] optimũ tertianæ præsidium.

Capiti etiam prouidebis *frigida aqua potu*, quippe [quod] v[a]lidis efferuescentia dolere solet: cui si adhuc persisterit, adhibebis *lactis muliebris cum duplo aqua rosarum mixturam, aut aquam cum modico aceti, vel oleum rosaceum cum aceto.*

Quod si vigilia infestauerit, porriges *syrupi de papauere* ℥.j. & ß. *aqua lactuca* ℥.ij. *diamargariton frigidi* ℈ v. *vel seminum papaueris albi, & melonum ana* [illegible] cum iure pulli fiat expressio, vbi prius macerauerit, cuius ℥ iiij hora somni porriges. Quibus sane factis si affectionem non quiescere comperiamus, signum profecto erit in alterius naturam commigrasse, vt ad eius caput adeat prudens lector, ac non existimet morbum esse consilio & præsidio destitutum. Obseruandum tamen est, non esse properandum intrepide & tumultuose ad omnia auxilia, sed immorandum est in vno, donec suas vires præstitisse compertum sit. Non enim oportet ante transire ad aliud (*manente eo, quod visum fuit a principio*) quam comperiamus, illud [suffici]enti tempore transactu, non profuisse.

Nota

## De n[o]t[h]a & de duplici tertiana.

SVNT hæ duæ febres vna communi ratione eædem, de genere n[amq]ue [put]ridarum tertianarũ, eo quod ex bile, & ter[tio] quoq; die succendantur: ceterum cognomine dissident, nam altera appellatur *Tertiana notha*, altera vero *Duplex tertiana*; [illegible]

q[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] flaua bi[le] [illegible] eo, quæ [illegible] [illegible] tertiana, quæ [illegible] ob [illegible] [illegible] tertianæ [illegible] ma habeat ac [illegible] [illegible] habent accessiones ob [illegible] [illegible] q. [illegible] ministratio ab humore [illegible] [illegible] [illegible] ver[illegible] [illegible] ad [illegible] quo fit, vt ca[illegible] [illegible] mata, acc[essi]ones, & tempora varient [illegible] fere [illegible] per [illegible] humorum [illegible] gnorum differentia sumenda est. [illegible] quisita est, [illegible] plerissima est, & [illegible] tiosis, quæ vero spuria, multipl[illegible] recipit ab humorum diuersitate & [illegible] tam. Duplex vero tertiana fit, [illegible] diebus inuadat, tertio quoq; d[ie] [illegible] tiam habet, ratione cuius appellatur *tertiana*, & eo, quod singulis diebus hominem [illegible] tertiana duplex. Conueniunt quidem hæ [illegible] quod eiusdem sint speciei, [illegible] quod ambæ ab eadem humoris [illegible] tiunc vt plurimum proficiscantur, [illegible] flaua bile altero humori adiuncta, vel crassi[illegible] quo fit, vt ambæ de illegitimarum tert[ianarum] sorte exsistant. Differunt tamen, quod simplex tertiana nomen spuriæ meretur, [illegible] humoris qualitatem & conditionem nuper dictam. d[uple]x vero tertiana, licet requirat prædictam hum[or]is naturam & miscellam, efficitur tamen du[ple]x, quod duplex humoris vitiosi exsistat [illegible] principium & minera (*vt aiunt*) vel quo[d] [illegible] dictorum humorum sit maxima copia, [illegible] naturam singulis diebus accessionem [illegible] Et quemadmodum est duplex cõditio tertianæ spuriæ, quarum altera ea humore bilioso est [illegible] nonem, sed crasso fit, altera eum admix[tio]ne ita quoque duplex est natura duplicis tertianæ, [illegible] rum altera prodit à nimia copia biliosi hum[oris] [illegible] vel [illegible]: altera rursus quæ magis spuria est [illegible] ficitur, ex varia flauæ bilis mistione, iuxta varietatem nuper adductam: vt cum ea ventriculi vitio pituita admisceretur flauæ bili, & fit vna die accessio, & sequẽti die altera ex flaua bile admixta melancholi[co] succo, quod nouisse ad eius rationem summopere conducit. Itaq; huiusmodi tertianæ, siue duplices siue simplices cum spuriæ sint, vel ex crassa sunt bile, vel ea humorum miscella, ad vnicam formam redacta, ita vt vnica ex eisdem [illegible] inuectis pullul[et] febris natura & conditio, vna qualiscumque spuria, seu duplex tertiana. Denique harum febrium ratio in hoc solo consistit, quod ex miscella duorum vel plurium ex prædictis humoribus fiat, dummodo ex eis vnica tantum humoris forma resultet: quæ sane miscella cum pur[ite]scit, vnicam quoq; efficit febris differentiam, eam tamen illegitimam, hoc est, vtriusq; humoris naturam referentem: Nam in reliquis com[posit]is febribus, licet duo humores etiam reperiuntur duæ quoque febres succrescunt, non [vn]a.

Causæ vero, quæ hunc affectum mou[ent] materiales sunt hæ, quas hue[usque] [illegible] quæ sunt in triplici differe[ntia] [illegible] prosam suppeditant ma[illegible] efficiunt ter[tia]na[m] [illegible] præstant reliquis. Quæ ver[o] [illegible] mate[illegible]

& v

& copio... in d... ponunt, fum... *sepe habitu pergere, maxime motu... andidi cal... aut et fi... crapu... la ... nt etiam id ... tum temp... inclinans, & autumnus aduenerat, bile ita ... effa la... multiplice aflatu praecedente calore* Praeterquam quod autumnus, etiamsi soleat melancholicos affectus generare, cum aestatem excipiat, tertianas non raro generare potens est. Quapropter censeo Hippocratem dixisse *aphoris.* 22. *Autumno plurimi acutus morbi.* ... etiam exemplo illius iuuenis, cuius meminit Gal. 1. *ad Glauc.* ... facile probari potest, qui adueniente autumno, huiusmodi febre correptus F fuit. Prodit etiam haec affectio eo tempore expirituita & crudis atque aquosis humoribus, genitis aestatis tempore ex def... a... caloris, vel ex abundantia potus, (*sine in tertiana exquisita sit, siue salubri tempore*) siquidem aestate & autumno ea tantum cibus difficile feruntur, & ob iugens incendium copiosius potant.

Tertiana duplex ex quibus causis fiat.

Fit autem duplex tertiana, *Vel* quod copiosior sit humor, quam quod vna vice à natura pellatur, ex quo fit, vt singulis diebus ipsum pellat. Quod 1. si quis dixerit, continuam debere fieri causam ea abundantia humoris potius, quam interpolatam, expendat, non fieri continuam, quia necimbecillitas est adeo essentialis ac in continuis requiritur, in quib. sufficit quantitas, quae quatuordecim vel vndecim diebus aut minus coneratur à natura, & morbum finiat, licet eam quantitatem adeo paruam non potuisset transmittere: quia solum est imbecillitas respectu maioris abundantiae, quam vna vice possit pellere, & ob id haec febris G adeo est diuturna, sed salubris; continua vero bre- 2. uior, sed periculosior. *Vel* quod duo sint putredinis & humoris depraati principia, quorum vnum vna die, alterum vero sequenti, humorem quo abundat, mouet & pellit, ex quo duplicem fieri 3. tertianam necessum est: Tertio vero & vltimo duplex efficitur, eo quod diuersimode admisceatur pituita cum flaua bile, vel melancholia, ita vt hodie excernatur & moueatur, atque efficiat tertia-

389 A nam humor ex pituita & bile mixtus; sequenti vero die bilis, quae melancholia, aut crassior vel tenuior pituita aut vberiori ea copia sit admixta: quae sane causae solent huiusmodi tertianas mira varietate insignire. Protrahuntur & fouentur hae febres à magnis obstructionibus, vel praua qualitate relicta in membris praecipuis à diuturna quartana, aut diuturniori aliquo affectu: quibus mirum non est, si recrementis non probe purgetur corpus, aut plus generet, quam conterere possit, quin in huiusmodi febres commigret. Item diuturnior efficitur ab impensa humorum crassitie, & vltimo ab improbo viuendi, & victus genere. Ea quibus omnibus, & singulis maxima crudorum humorum copia in ventriculo, intestinis, & paucreis congeritur, à quibus plerunq; fomentum suscepit febris, quae protrahitur, concurrente etiam iecore, bilem impuram, & à naturali alienam generante, & aliquando splene non probe repurgante sanguinem, maxime si in eo, aut in quouis alio viscere insignis praesit obstructio, quae B purgari membrum exacte non sinat.

Tertiana diuturna & duplex à quibus causis protrahantur.

Tertianae duplicis triplex signorum genus.

Signa quidem, quibus in his febribus opus habemus, in triplici sunt differentia: Nam *Quaedam* febris naturam, & peculiarem conditionem mon- 1. strant: *Quaedam* copiosum in eis febribus esse hu-

1. Humor.

more ... q... duplex fiat tertiana: *Quaedam* vero duplicem esse humoris mineram *vt autem* ...: hac ratione certum est medicum propius ad curationem accedere rum. Dignosces autem hanc febris speciem, & ab aliis, quae tertio quoq; die repetunt, distingues, eo quod cum horro... qui sane medium & huius febris causa media est, ea participatione vtriusque humoris. Quapropter huiusmodi laborantes, neque concutiuntur, neq; rigore valido corripiuntur neque adhuc plurimum refrigerantur. Ac licet aliquando accidat validum rigore mobinere, id quidem censeo fieri, morbo iam euore ad ... tarum, consumtisq; cruditatibus, & recrementis ... affionibus: cum hoc tamen differt duratione a rigore exquisitae: Nam qui nothis laborant, senus & lenius incalescunt. Sunt tamen inter has, quae insultum sine rigore, C frigore, aut horrore habent, & sensibili caloris inaequalitate incipiunt & ad consistentiam accedunt: tales quidem, non contemnendi Auctores referunt, à materia benigna, & pauca suboriri, vel à modice calida, & valde crassa. Ceterum in plerisque harum febrium initium circumscribitur febricula quadam, quae rigorem antecedit, & ipso adueniente remittitur, iterum postmodum suscepta incrementum. Item calor non est sicut ea- 4. Calor. quisite; nam mitior & suauior eas sistat, neque adeo confestim, & subito per vniuersum corpus diffunditur, neque subsistit & quiescit ita breuiter. Apparent etiam non raro in ventre & hepate ob- Obstructio. structiones insignes. Pulsus item in his non ad- 4. Pulsus. modum celer conspicitur, quo fit, vt febrilis inaequalitas percipiatur apertius, simulque prima, secunda, tertiave die, pulsibus mediocris durities succrescat; quarta autem, quinta atque sequentibus, ad magnam perueniunt duritiem: signum quidem diuturnioris affectionis, sicut deinceps, morbo euore ad salutem, paulatim pulsus mollio- D res redduntur. Apparet quidem lieo in tumorem 5 Tumor elatus, hypochondria flatibus tensa, facies decolor, & cruta etiam subtumida. Accessio praeterea vltra duodecim horas protrahitur, & aliquando 374 ad triginta, & vltra, *vt ex Gal. constat 3. popul. part. 3. commen. 5. & 6. eiusdem operis part. tex. 23. & 2. de differ. febr. c. 8.* Item qui tertiana hac non exquisita laborant, difficiliorem habent noctem ante accessio- 6 Noctis difficultas. nem, quam postea, idque tanto magis, quanto ab ea quisitis absint longius, vt ex Hippocrate constat, *6. popul. part. 2. text. 16.* dicente: *Quaecunque tertianae naturam imitantur, iis nox ante accessionem difficilis, quae vero subsequitur, facilis magna ex parte.* Praeterea certum est, hanc febrem in intermissio- 7 Periodus diuturnior. ne ad integritatem adeo manifestam non deuenire, ac solent, quae exquisitae sunt. Insuper non terminatur septem periodis, via que duodecima, aut decima quarta periodo finitur; saepe enim iomensem aut quadragesimum diem extenditur, nonnunquam sex menses integros transgreditur; fere quidem definit in vitia lienis, quae eiusdem E tumores, & obstructiones producunt. Hinc sane 8. Symptomata. ponderosa grauitas, corporis & vertebrarum dolor, ventriculi inflatio, fastidium, sitis magna, & oris amaritudo prodeunt. Vrina quidem humo- 9. Vrina. rum miscellam optime monstrare valet: & ob id in principio semper crudior apparebit, diuersa tamen cruditatis sorte: Nam si cirnoa & crassior sit, bilem vitellinam abundare com... onstrat ... cral-

crassior & boni caloris, vitellinam etiam, sed ex bilis & pituitæ pari mensura: si remissi caloris, pituitam & crudos succos prævalere: si tenuis & intensi caloris, bilem flauam: si variis diebus varia appareat, varia quoque esse humorum receptacula, præsertim si alternis diebus hæc varietas eluceat, ita vt hodie tenuis & crassa, iuxta humoris, qui accessionem concitat, dominium, sequenti die intensa & tenuis, pro ratione humoris eam accessionem concitantis. Quæ sane vera esse, experimento didicimus, nisi ex morbi augmento F prædicta varietas suboriatur, quod ex inordinato procedendi modo facile dignosces. Raro insuper in hac febris specie bilis vomitio adest, ac si apparuerit, instar olei bilis excernitur. Sudor quidem aliquando copiosus apparet, & qui accessionem non soluit, nonnunquam modicus, qui nullius est momenti: quod solum appareat iuxta thoracem, & ceruicem.

10 Bilis vomitio.

11 Sudor.

II. Secundum signorum genus commonstrat, tertianam ex his humoribus prodeuntem, fieri duplicem ob humorum abundantiam, quia cum sic fieri contingit, tertiana duplex eadem natura, & conditione ac eisdem accidentibus prædita apparet: neque vllum elucet discrimen inter eam, quæ hodie laborantem apprehendit, & eam, quæ sequenti die, sed omnes vel eadem hora, vel eisdem accedentibus insignitæ inuadunt. Argumentum profecto euidens, locum putredinis esse vnum, & humorem vtriusque eiusdem conditionis, ceterum copiosum, quem singulis diebus conterere nititur natura, qui singulis diebus ab eius copia lacessitur, irritaturque ac gliscit ad G expulsionem. Præterquam quod id etiam venabetis ex totius corporis grauitate, vrinæ turbulentia, pulsus oppressione & reliquis, quæ alicuius humoris copiam attestantur.

III. Tertium vero, & vltimum signorum genus docet duplicem hanc tertianam, vel duplici bilis flauæ mixtione, prima nimirum, cum pituitosis excrementis, & altera cum melancholicis, aut alterius naturæ, vel à duplici putredinis loco prodire.

390 A Quod quidem euidenter constat, quia accessiones, neque eadem hora, neque eisdem accidentibus, laborantem inuadunt. Nam facile quis coniectabit, duplicem humorum prauorum locum, duplicem etiam bilis flauæ permistionem, si accessionem, quæ hodie affligit, comperit comitatam accidentibus melancholicis, suspitiosis, mœstis, & cum totius corporis dolore, eam vero, quæ sequenti die inuadit, contrariis prorsus symptomatis insignitam, somno nimium graui, cibi & potus fastidio, torpore & veluti ad omnem actionem impotentia, ac aliis etiam huius censûs, quæ diuersum omnino humorem attestantur. Quibus accedit, vt clarior euadat coniectura, diuersorum membrorum euidens læsio, vt iecoris, lienis, aut mesaraei: quo tempore coniectandum est, quod in membrum excrementa præstare, quæ biliosis humoribus ad accessionem confugiant.

B Verendum profecto est in his febribus, ne diu prot[...] ahantur, maxime si humorum nimia adsit crassities, vel ingens obstructio, aut indebita victus, & vitæ ratio. Verendum etiam est, ne in con[...]uam confugiet, maxime si medicus diu protraxerit præsidia, aut si eo in tempus anteuerterit, vel plurimis vtatur vacuationibus, & laborans nimio potu, ex quibus non raro degenerat affectio in malum corporis habitum, vel in lentam quandam febriculam: sæpe enim ex his febribus, autumno aduenienti, quartanæ febres exoriri solent. Vtcunque tamen sit, spuria tertiana dubia est, quatenus ad periculum attinet, vt ex Galen. ad Glau. aperte colligitur. Ad diuturnitatem pollicetur, si eadem hora apprehendent, quod causam arguat stabilem & firmam, cui magna ad debellandum vi opus est, vt 4. apho. 30. constat. Præterea diurna grauior, & longior nocturna existit, vt ex eodem colligitur, pop. 1. tum quod tempore, quo per halitum corpus discutere debet, constringatur & densetur: tum vero, quod tempus præsidiis opportunum accessio occupet: licet quæ nocturna est, grauior feratur, quod laborantes ob accessionem consueto somno & quiete priuentur, vt comment. 3. eiusdem libri probat Gal. post meridianum tempus C morbi magis grauant, & ibi etiam probant 2. popul. ac Aaic. 2. 4.

Adeo est rebellis naturæ, & duræ conditionis huiusmodi febris, vt etiamsi iuxta optimam rationem, & artis præcepta auxilia adhibeas, adeo importune præstat atq. obduratur, vt tædium & molestiam laborantibus, & medicis non paruum inferat. Ob id profecto minima quæq; diligenti animo expendere oportet, nam sæpe parua causa, & alioqui contemnenda, huic malo fomentum, & occasionem diuturnitatis non leuem præstat. Sic enim, qui hunc affectum curare probe studuerit, tria primitus cōsiderare tenetur, præmissa horroris prouidentia, quæ primo loco exsequēda venit. Primum, si quid in ventre, & primis venis crudum (quod postea futurum est morbi materia) inundat, ducet diligenter victu, & medicamentis iuuante. Secundum, humoribus intra venas contentis, qui mali materiā existunt, instituit prouidere. Tertium vero, & vltimum, membra quæ huiusmo- D di febribus fomentum præstare solent, considerare & præcauere præcipit: quæ sane omnia, vt clarior res euadat, sigillatim studebo exsequi.

Tertianam spuriam & duplicem curandi ratio ita requirit.

Solent non raro laborantes adeo horroribus torqueri, vt maius, quam ipsa febris nōnunquam facessant negotium, & ob id expostulant frequenter leuamen aliquod suscipere. Quem sane vsum præstant iunctiones, ea oleo chamæmelino, liliorum, vel rutaceo per dorsum: prosunt etiam panni calidi extremitatibus, præsertim testiculis ipsis admoti, iuuat & modicum albi vini potus: præsertim si in eo decoquantur tres aut quatuor plantaginis radices.

Horroris medela.

Quibus præmissis, antequam aliter auxiliares manus adhibeas, victum in primis ita bene subducta ratione institues, vt & futuris viribus, quo magis possint diu sufficere, prouideas, & quatenus possibile fuerit, morbum imminuas. Nam in hoc E potissimum affectu (quod vt in eo vires plurimum patiantur, & morbus diu sit duraturus) conspectam operiet, an æger cum tali victu sufficiat perdurare, quousque morbus consistat. Quod quidem facies, nō solum habita ratione quantitatis victus, sed & qualitatis & substantiæ, nec non & modi ac temporis, & occasionis exhibendi, in quibus omnibus non paucæ succrescunt dubitandi rationes. Itaq; à morbi initio eam victus quantitatem præscribes, qua æger circa mutationem (quæ non parui incommodi esse solet) vsque ad statum peruenire

Tertianæ spuriæ victus ratio.

possit addita etiam consideratione durationis accessionum. nam prout magis aut minus extensa fuerit, tanto plus aut minus alimenti adhibere oportet, iuxta illud Hippocr. *Primo vero vberius agendum, vt æger sufficiat.* Quod si accessio non transgrediatur viginti quatuor horas, tertio quoq; die cibus offerendus est, vt die intermedio pituita, & crudi succi coquantur. Verum licet id Auctores consulant, grauiter tamen ferendum esse censeo, F ob potus necessitudinem: quapropter modico cibo exhibito (*veluti est pomum assum vel gallinæ hepar*) inclinante iam febre, potum ea die porrigere oportet. Quem quoque vsum præstat *pyrum saccharo conditum, & ius masculi pulli, aut gallinæ decocta cum ciceribus, & cinnamomo ac radicibus & foliis petroselini.* Si vero plus quam viginti quatuor horas durauerit accessio, parum solidioris, & vtilioris cibi porriges, cuius census sunt *oua sorbilia, & gallinarum hepar* simul, donec ex toto inclinauerit longissima accessio: Nam in die sequenti, qui maioris est quietis, plenius reficere oportebit, nempe *carnibus gallinarum assis*, aut *elixis cum ciceribus, petroselino, croco & modico cinnamomo*, licebit etiam delicatioribus præbere *pullorum carnes assas, & oua* G *sorbilia.* Tandem victui misceantur, quæ incidunt, abstergunt, & nonnihil calfaciunt: Cæterum non ob id laudandum est Galen. consilium, neque eo temere est vtendum, nimirum, ptysanam in hoc affectu esse propinandam cum *pipere*, aut *aquam mulsam cum hyssopo & origano.* quod sine periculo offerri hæc non possunt, præsertim si admixta sit pauca pituita, aut ægri temperamentum calidius. Tunc enim satius esset, *ptysano vti cum apio, aut cinnamomo decocta, vel cum petroselino, aut cortice citri*, maxime si aliquid *hydromellitu cum aceto & hyssopo admiscueris.* Verum si paucissima sit pituita, satis quidem est, si sola ptysana vtaris: ac si bilis ex propria natura crassa fuerit, is victus porrigendus est, qui bilis crassitiem tenuet, & coctu sit facilis. Vescatur igitur *lacte amygdalarum*, in quo *mica panis* macerata sit cum *saccharo*; similiter *iusculo pullorum elixis cum petroselino, & viridi fœniculo, addito* 391 A *succo limonum.* Potioni autem dilutiones vtiles sunt magis aut minus, pro ratione materiæ, quæ febrem efficit, temperamenti ætatis, temporis & similium: nam si præualuerit bilis, licet *aquā ptysanam saccharo, & semine fœniculi coctam præbere, vel anisi, vel cinnamomi*, ac si necessitas postulauerit, vini nonnihil porrigere poteris, & si abundantior fuerit pituita, minus diluti. Idem esto iudicium de *aqua cinnamomo decocta, de hydromellite, & de melle, & aqua hordei, & radicum, vel ex aniso & saccharo, vel ex corticibus citri, & eodem saccharo.*

Tertianæ spuriæ curatio incipit debet à cruditatum eiectione, quæ in primis venis extant, & hæc fit.

Postquam prudēs, & diligens medicus vlteriorem cruditatum propagationem proba victus, & vitæ institutione præpedient, ad id, quod simul cum morbo genitum in corpore præfuerat, omnis consideratio vertenda est. Sic enim primo excrementa, & cruditates, quæ in primis venis immorantur, ante sanguinis detractionem deponere studeat, quod faciet vno è duobus modis. primo B quidem *Clysteribus*: secundo vero *Pharmacis*, & potionibus, quæ aluum vim habeant expurgandi. Quatenus enim ad primum attinet, veterum omnium auctorum sententia constat, aluum esse in principio huius affectus clysteribus plurimo solicitandam: vt dictum est, nam intestinis, ventriculo, & primis venis, sæpe huius mali fomentum existit. In quo opere considerandum est, fore vomendum, vbi adhuc cibus parum aut nihil mutatus in ventriculo immoratur, Clysmatis pos vtendum, vbi iam cruda recrementa ad intestina descenderunt: purgandum vero, quando in primis venis, & tunicis ventriculi adhærent prædicta cruda excrementa, nec licet sine damno prædictum ordinem euertere.

Clysteriū. Clysteria autē cōficiuntur, tam ea, quæ in principio affectus, quā quæ in febrium interuallis adhibere oportet, ex decocto *furfuris, hordei, meliloti, betæ, ficuum pinguium*, & eorum, quæ consimilē vim habent: quod si infrigidandi mens quoq; fuerit; *maluam* aut *lactucā* addere oportebit. Si tamen al- C uus durior fuerit, addere oportet de emollientibus ea, quæ quodammodo aluum repurgēt, veluti est *betonica, mercurialis, beta & parietaria.* At si calfacere, & itidem discutere fuerit opus, *calaminthum, origanum, anisum, fœniculum, aut cuminum incoques, & ad* ℔. j. *decocti* postea addes *olei chamæmali*, aut cōmunis ℥. iij. *mellis rosati*, aut communis ℥. ij. *succi rosarum, aut sirlem* iij. *diacatholiconu* ʒ. iiij. At si amplius purgari velis, loco *diacatholici* addes ℥. j. *benedictæ*, aut ʒ. ß. *diaphœniconu.* Quo sane prima die facto anteq; iam sanguinis detractionē aggrediaris. ex ipsa affectus natura constat, aluum vtramque leni aliquo pharmaco esse purgandam: nam cum dictum sit, huiusmodi regiones cruditatibus scatere, easdem ab earum initiis præcauere expurgatione oportebit. Præstat autem hunc vsum *manna, serapiam ex infusionibus rosarum, pruna damascena cum decocto senæ, & saccharo feruefacta*, item *ius confectum ex mercurialis cum passulis, & saccharo rubro*, aut *rosa & flores violarum saccharo confecta, vel mel ex rosis Alexandrinis*: & pari ratione easdem regiones pur- D gant boli ex *catholico, & cassia confecti.* Quod si nuper pransus fuerit laborans, vel ex proximis crapulis nauseatiuam satietatem persenserit, à potu *hydromellitū calidi*, iubendum est vomere, antequā vel actiori vtaris *clysmate*, vel aliquo ex prædictis pharmacis: alioqui verendum est, ne in penitiora loca cruda recrementa deuehas.

Lenem purgationem.

Quo facto, studium omne in eos humores, qui intra venas sunt, & mali causam præstant, vertat prudēns & diligens Medicus. Qui cum vna non constent substantia, sed ex diuersorum miscella, ob id hæc omnia considerans diligenter rimari oportet: sitne simul cum bile & pituita sanguis quoque adauctus, aut solum summopere mixtus, cæterorum solus: nam iuxta cuiusque habitum considerationum rationem, sanguinem licebit mittere, vel id formidare, aut hoc vel illo tempore exequi: non enim parum interest scire præsidii occasionem. Quod si ex vrina, pulsus E plēnitudine, faciei & totius rubore, dolore, grauitate, anteacta vita, & victus vbertate, vel suppressa aliqua euacuatione, maxime sanguinis, cōstiterit simul cum pituita & bile sanguinem redūdare, protinus sanguis mittendus est ex dextri brachii basilica, & transacta sequenti accessione; ex sinistro latere, prout vires, corporis habitus, ætas aut consuetudo admiserint. Non enim dubitauit Galenus, neque quisquam alius in hac febre; & cum prædictis signis, sanguinem esse mittendū. Verum, si signa hæc minime apparuerint, considerare tunc vrinam oportebit, sintne humores

Humorum qui sunt intra venas prouidenda.

Sanguinis missio, quādo & qua mensura in tertiana spuria expostulatur.

qui febrem con[illegible]ant, nimis sangui[illegible] admixto, (*licet sanguis non abundet*) nullamq; habeant peculiarem mioeram [illegible] *vt aiunt* tunc quidem sanguinem quoque mittemos, obstructionis aoferendæ gratia, cæterum par[illegible]us, & per maiora interualla.

Ardum neutrum adeſ[illegible] costitent, sed certum sit, humores ſeparatos eſſe [illegible] sanguinis consortio,

F & originem ac generationem fortiti in alio loco à venoso genere, licet in venas necessario morbum factum irruant, tunc profecto cautius, prodentius & tardius sanguis mittendos est. Exspectare enim opus erit, donec vel sanguini ad[illegible]ſceaotur, vel qui crudiores sint, coctionem recipiant, quo sanguis vberior efficitur, tum eorum mixtione, tum crudorum commutatione in sui naturam. Quapropter in his protrahenda est sanguinis detractio, donec vrina ad intensiorem calorem m[illegible]tetur, aut febres quodammodo maiorem efficiant rigorem, signum quidem tenuitatis & coctionis crudorum: q[illegible]o tempore [illegible]am [illegible]ese offert occasionem [illegible]tendi [illegible]nem, & diebus aliquibus interpositis reiterandi, iuxta affectus indigentiam, & virium robur. At si adhuc aliquid in ventriculo,

Tertiana spuria laborantes, quando vomere oporteat.

ac primis venis inesse comperiamus, vomitibus quidem (maxime si mali origo ibidem præsit) excernere oportebit, ante profecto quam ibidem

G moraos cætera alimenta consp urcet, aut venas maiores iniens materia mali copiosior efficiatur. Quem sane vomitum tam esse efficacem à cibo, materiæ antecedentis gratia existimant auctores fere omnes, vt hoc solo præsidio plures conualuisse referant. Historia namque est apod Hippoc. de vxore Theotymi, quam *mulso succo granatorum* curauit vomitu concitato, quem etiam mouere potens *tepida oxysacchara, oxymellite, cum aqua tepida vel raphani de victo, aut seminu citru, vel hyssopi pondere* ℥.vj. *cum* ℥.j. *oxymellitu*. Sed expendendum est, vomendi duplicem esse occasionem, vnam ob materiam antecedentem, aut quæ migratura est in antecedentem, quæ sane in die quietis exsequenda venit: alteram vero gratia instantis accessionis; quam vt minorem reddamus, mox ante ipsam exsequimor.

392 A

Tertianæ [illegible] quæ & quando conueniat purgatio.

Quibus factis prouideodum est his humoribus, qui vitiati intra venas exsistunt, tum præparatione, vt facilius excernantur; tum vero purgatione, vt materiæ copia deposita, facilius deinceps natura coctionem exsequatur. Quod sane opus (*tum quoad præparationem, tum vero quoad humorum purgationem*) non simplex, sed iuxta miscellam & complicationem humorum, admixtis etiam auxiliis exsequeris. Item non semper æqualibus præsidiis, sed facto à leuioribus exordio. nam si grauioribus & vehementioribus rem aggrediaris, pressiores efficies obstructiones, & maiora accidentia. Itaque, cum id opus semel & consertim primo accessu exsequi non licet, [illegible] *quod crassior a[illegible] copio[illegible]or [illegible]bstantia nequeat simul vniuersa coqui, se par[illegible] post[illegible]ar[illegible]m* præparabis *syrupo intybi, bor[illegible] vel [illegible]pulorum l'enetu, cum aquis fœniculi, aut boragin[illegible]* . & apparente quaui[illegible] coctione, primo præp[illegible]rata[illegible] m[illegible]eriam purg[illegible]bis infuso aliquo [illegible] ℈.[illegible] *& ß. [illegible] rhabarbari vel agarici in[illegible]* [illegible] ℥.iiij. *syrup.* [illegible] *inf[illegible]* [illegible] *vel [illegible]antia cum* [illegible] *pulpa* [illegible] *Admix-*

B [illegible] ℥.j. *rha[illegible] vel* [illegible] *P[illegible] cath[illegible]conis* [illegible] ℈.ij. *al*[illegible] *rum.* Q[illegible]d

[illegible] ne h[illegible] quidem affecti[illegible]nem cessare c[illegible]mus, humores iterum præparare necess[illegible] [illegible]his, quæ intensius incidunt & [illegible]tenuant, [illegible] xib[illegible]liores reddant humores cum cal[illegible]itate & par[illegible]um tenuiare, dummodo al[illegible]quid [illegible] rent [illegible]itra adstrictionem tamen. Sunt qui[illegible] huius census medicamenta, veluti *syrupus* [illegible] *bus aut quinque radicibus cum aceto, v[illegible] [illegible]antiu, acetosus simplex, vel compositus*, vt dictum est, qui [illegible]dem aquis miceantur *intybi, [illegible] [illegible]ramin[illegible] [illegible]riola, asparagi, apij, vel petroselini.* Quibus hum[illegible]re amplius præparato, si perfect[illegible] apparuerit coctio, corpus iterum porgabis p[illegible]d[illegible]s medicamentis, vel hoc, quod recipit *[illegible] polypodij ana* ʒ. vj. *medullæ cartami*, ʒ.j. *f[illegible]iorum [illegible]* ʒ.ij. *agarici* ʒ.j. *fiat decoctio in* ℥. x. *aquæ*, cuius [illegible] me ℥.iij. *vel* ij. in quibus dissolue rhabarbari [illegible]rotati vino albo ʒ.j. facta expressione potui præbe. Robustis vero corporibus præbere potens aliquid *electuarij diaphœniconis, diacatholiconis, electuarij Indi, vel de succo rosarum pondere* ʒ.iiij. *& inuolues cum rhabarbari vel agarici* ℈.ij. vel si placet, dissolue in *succo rosarum*, aut si pilulis vti maluens, eli geeas, quæ conficiuntur ex *rhabarbaro*, ex *agarico*, aut *aggregatiuis*. Post hæc auten, si adhuc persistiterit malum, aliquo ex prædictis [illegible]rupis vteris *cum* ℥.ß. *oxymellitis*, & maiori alicuius dictarum aquarum copia, vel ptysana vteris hac lege confecta: Excipe *hordei mundi p.ij. hyssopi, gl[illegible]yrrhiza[illegible] [illegible]be abrasæ ana* ℥.ß. fiat decoctium [illegible] aqua puri[illegible]a *ad* ℔.ij. *&* ℔.iiij. coletur per manicam, & [illegible] ℥.iiij. *sacchari* fiat *ptysana clarissima, & aromatizata cum* ℈.ij. *cinnamomi.* Cui vsui & vlterioris præparationis gratia mulsam, vel mellitam, vel saccharatam parabis supra radicum diureticarum aquam, cui in decoctione addes *spica Indica vel stœchados p.* ß. His præmissis, tertio quoque die porriges tao-

D quam peculiare & præstantissimum præsidium præparationi simol & expurgationi aptum, *syrupi cichorij compositi, cum modico oxymellite, aut acetosi diarrhodo* ℥.ij. cum pari quantitate aquæ *graminis, aut radicis rubea, vel rumicis, fœniculi, dauci, anisi, vel radicum diureticarum.* Hoc tamen vnum in huius mali purgationibus considerabis, quod purgationes non fiant simplicibus medicamentis, quæ vnum tantum humorem respiciaot, sed compositis, vt causa mali composita est, & mista ex doobus homoribus: nam simplicibos purgare ad semitertianam pertinet, licet ex diuersis constet, quia eos habet separatos, noo mistos vt tertiana notha. Verum in duplici tertiana considerandum est, in vsum purgantium raro contingere, vtrumque humorem posse voo tempore purgari; quia coottngit præcipuam ac primam tertianam esse io aoginéro, & intercalarem in principio, & hanc expoſcere sanguinis detractionem, & illam purgationem: quia perdifficile est credere, vtrumque humorent esse simul & æqualiter coctum. Ex cuius rei ignoratione mille contingunt in curatione huius mali errata, & aliquando mutari in morbum cootinuum, aut succrescere alia ac[illegible]deotia. In qua re vt certo procedere possis, di[illegible]genter considera, an ambæ accessiones ab vno fuco, & minera prodeant, vel vna quæli[illegible] [illegible] co, qood dignosces ex varietate vrioar[illegible]m, q[illegible]o ad coctionem [illegible] quia vna ex h[illegible] [illegible]fiendet vnum morbi tempus, & alia aliud, ex di[illegible]ormitate [illegible]

dentium

den[illegible] ipsarum accessionum [illegible] cu[illegible] n[illegible] [illegible], [illegible] nia fere f[illegible] p[illegible] b[illegible] c[illegible] seruatis conditi[illegible] nis vnus sit locus, nullum in curat[illegible] per purgationem aut sanguinis m[illegible]ionem ad[illegible] du[illegible] verum si fuerint diuers[illegible] putredin[illegible] loca & diuer[illegible] humores, vno medicamento respondente cocto humori purgabis, & postea dum[illegible] liet humor coctus apparuerit, alter[illegible] nō mistis ob diuersitatem.

Tertianæ spuriæ quādo & quæ competant.

F Quod si hæc non prodesse videantur, vrinæ ciendæ sunt aqua graminis sparagi, petroselini, cardui omnis generis, aut ra[illegible]cum quibus addere p[illegible]ter hydrosacchari aliquid, syrupi acetosi & capillorum Veneris, vel ex decoctio gentianæ confectum, cum æquis mellis, & sacchari portionibus: cui etiam addes decoctum cichorij, absynthij, cicerum rubrorum aut lupulorum. Prouocat etiam vrinam hoc medicamentum, quod recipit summitatum lupuli, absynthij, cichorij ana m. ß. radicis apij, petroselini, & graminis ana ℥. ß. seminis melonum, cucurbit[illegible], anisi ana ʒ. j. glycyrrhizæ rasæ ʒ. ij. fiat decoctio ad lb. j. ex lb. ij. & in colatura syrupi de bisantiis & capillorum Veneris ana ℥. j. cinnamomi aut corticum citri ℈. j. & fiat ad modum potus largioris. Poteris etiam aliud diureticum conficere, quod recipit radicis petroselini, acetosæ, graminis, ana ℥. ß. seminis anisi, & fœniculi torrefacti, & liquiritiæ ana ʒ. ß. summitatum lupuli, fumariæ, cichorij cum toto ana p. j. quatuor florum cordialium ana p. ß. facta decoctione secundum artem, adde oxymellitis ß. & syrupi capillorum ana ℥. j. cuius ℥. iiij. porrige tempore remissionis febris, nam sæpe & vrinas & sudores mo- G uet, & summo mane, ac die intermissionis præbere oportebit vini absynthites cum tabellis diarrhodonis.

Vrinā mouentia.

Diureticum optimum.

Quod si sine his quidem cessare affectum comperies, coniectandum est, aliquod ex nutrimentalibus membris (quod sæpissime accidere solet,) vitium contraxisse, cuius causa morbus indies ma- A gis protrahitur. Quod quidem malum facile dignoscere poteris ex pedum & oculorum tumore, quod ex cruditatibus & frigidiori sanguine ab affecto iecore oriri assolet, verum pedum tumor adueniente nocte appar[illegible], magis præsertim si laborans è lecto surgat, humore ad inferas partes tanquam graui, vtpote frigido & crudo dilabente: oculorum vero tumor summo mane eminet magis, ob crassiorum vaporum copiam, qui partes superiores ascendunt, ex improspera coctione somno factā. Q[illegible] sane tempore duplex erit medendi via: Vna, quæ impediat quo minus quid crudum amplius generetur, membrorum nutrimentalium corroboratione: Altera vero, qua si quid congestum est, paulatim & sensim sine virtutis molestia excernatur. Ob id primū præmissis auxiliis, quæ retulimus, medicamenta calfacientia & roborantia intus & extra iecori & ventriculo adhibenda sunt. Exterius quidem fomenta adhibebis, quæ & vias aperiant, partes dilatent, humores fundant, ac tandem apertis actuali calore meatibus digerant, & aditum inunctionibus & cæteris corroborātibus auxiliis præbeant, sed fomenta hæc parabis, adiecto semper aliquo ea roborantibus, ne iecoris vis actuali & B potentiali calore deiecta amplius labatur. Fiet autem ex pulegio, calamentho, menthastro, vino & aqua modico decoctū, si in materia morbifica pituita

393 Tertiana spuria quæ pro sui curatione exigat membri mandantis prouidentiam, siue id ventriculus sit, siue iecur, siue splen.

Iecoris prouisio fit Fomento

p[illegible] [illegible] [illegible] Sed p[illegible] [illegible] ana ℥ [illegible] rubearum a[illegible] cundum a[illegible] [illegible] adde aceti al[illegible] ℥ [illegible] ij. [illegible] iam poteris decocto, q[illegible] [illegible] ruta, hyssopi, [illegible], capparorum ana p. [illegible] [illegible] aut spongia præsitio [illegible] [illegible] vnguento hoc inunges, quod recipit olei amygdalarum amararum, & nardi ana ℥. j. & [illegible] de rhabarbaro ℥. j. & ß. ceræ q. s. vt fiat vnguentum. Pari etiam ratione parare poteris aliud, quod suscipit succorum apij, petroselini, fœniculi, c[illegible] ana ℥. j. & ß. cerati rosarum ℥. j. [illegible] communis ℥. iii. bulliant omnia ad consum[illegible] [illegible], & mox adde santalorum omnium, [illegible] schœnanti, [illegible] ana ℈. j. ceræ q. [illegible]. quod par[illegible] & [illegible] maiori [illegible] modo parabis cum oleo de a[illegible] ac pulueri[illegible] calaminthæ schœnanthi, eupatorij, asari, ro[illegible] santalorum. Aliud insuper vt supr[illegible] conf[illegible], quod recipit olei r[illegible] & a[illegible] ana ℥. [illegible] & amygdalarum amar[illegible] nardi ℥ [illegible] pulueris seminis [illegible] ana ℥ [illegible] coralli ʒ. ß. succi [illegible] vt [illegible] succis, & facta compressione [illegible] cera. & cum modico aceto fiat [illegible].

C

Vnguentis.

Pari quoque ratione, si ventriculum esse imbecillum cognoueri[illegible], prædictis fomentis fouebis, & eo præsertim, quod recipit summitatum absynthij, & rosarum rubearum ana p. j. spicæ nardi & mastiches ana ʒ. j. ß. cinnamomi ʒ. j. florum chamæmali, meliloti, & aneti singulorum ℥. ij. bulliant simul in tribus libr. aquæ & vna vini albi odoriferi, ac[illegible] spongis eo madidis ventriculus foueantur, hypochondriaq; [illegible] eo magis, si flatibus abundare compertum sit, & facies tumida ac decolor. Aliud quoque conficies, quod r[illegible] menth[illegible] [illegible] absynthij ana m. j. mastiches, cinnamomi, ligni aloes, corticis c[illegible] ana ℥. j. foli[illegible] chamæmali, meliloti & an[illegible] ana ℥. iij. rosarum rubearum p. j. singula contundantur, & ex eis linteolo lineo fiat sacculus, qui calidus & madidus sequenti decocto, ventriculo adhibeatur, & postea excipe absinthij, & rosarum rubearum ana m. ß. cinnamomi, mastiches, ana ℥. j. fœnugræci & seminis lini, ana ʒ. ij. bulliant in sufficienti quantitate aquæ, & vini albi, & fiat fotus. A fotu quidem ventrem, & hypochondria inunges oleo absynthij, menthæ, [illegible], cidoniorum, aut vn[illegible] ex eisdem oleis, & pulueribus menthæ, absynthij, coralli rubei, diarrhodonis aut cinnamomi, si pituitam ac frigidam distemperiem prævalere compertum sit, quibus addes olei mastiches parum. Conficies item aliud, quod recipit olei absynthij & mastichini, ana ℥. ß. olei rosarum & amygdalarum amararum ana ℥. j. olei nardini ℥. ß. coralli rubei ʒ. j. & ß. cinnamomi, mastiches, ana ℈. j. vini albi, & ceræ. q. s. Ego tamen vtor vnguento, quod recipit olei communis, aut si calida sit distemperies, olei rosarum ℥. ij. vini albi vetustioris ℥. ß. summitatum absynthij confractarum num. 6. pulueris diarrhodonis ʒ. ß. proiciantur omnia in vase vitreo, & bulliant in aqua feruida ad consumptionem vini.

Venter cum prouidentia fit Fomentis

D

&

Vnguentis.

E

Proui-

Splen pro[illegible] detur [illegible] Provid[illegible]dum qu[illegible]q. est spleni, quod sane re[illegible] quenti[illegible]me obstru[illegible] [illegible] in febri[illegible]. Q[illegible]mobrem [illegible] mo[illegible] [illegible]endum est potu, qui recipit *corticum radicum capparrorum* [illegible] *tamarisc.* *ana* [illegible]. *scolopendry, & al[illegible] mibi. ana p.* [illegible] *lupulorum fumariæ ana m.* [illegible] *florum chamemal* [illegible] *nigræ* [illegible] *seminis lini, & aneth* [illegible] *ana ʒ iiij.* fiat decoctio in quatuor partibus aquæ, & [illegible] na aceti [illegible] ac, *vt superius diximus* [illegible] spongia eo vtere. Q[illegible] facto sinistram ventris regionem, [illegible] lienem

Vnguentis. inunges vnguento, quod recipit *olei capparrorum* [illegible] ℥. [illegible] *summitatum sampsuci* ℥. [illegible] *& ß. aceti* ℥. [illegible] b[illegible]liant ad consumptionem succi & aceti, ac adde ceræ, q.s. A[illegible]ud etiam conficere potens, quod recipit *olei liliorum alborum & irini, ana vna* ℥. ß. *olei capparrorum, & amygdalarum amararum, ana* ℥. j. *olei nardini quartam* j. *succi scolopendry* ℥. [illegible] *& ß. butyri recentis* ℥. iiij. *pulueris seminis lini, fœnugræci, chamemali, ana* ʒ[illegible]. cum modico aceto bulliant ad consumptionem succi, & facta forti expressione colaturæ adde ceræ quantum sit satis, vt fiat vnguentum.

Tertianæ nothæ quæ debitis adhibitis au[illegible] aliis adhuc perseuerat curatio. Verum quia ne hæc quidem sufficere solent, existimandum est, vel aliquid adhuc generari indies, vel genitum quidem esse, cuius euacuationem & consumptionem moliri oportet. Quod profecto aliquando prodit iecoris gratia, præsertim si siti prematur, & apparuerit vrina intensior, quo tempore sanguine misso ex saluatella maximum sequitur beneficium. quo facto, aut si eo opus non fuerit, per epicrasim humorem genitum, aureum, qui indies gignitur, educes ac minues. Tentandum tamen prius est, (*maxime si ventriculus causam præstiterit*) vomit. bis in hebdomada factis, quod crudum superest ex alimento in ventriculo ac primis venis euacuare, nam id censeo esse in diuturnis affectibus opportunum vomendi tempus. Quibus factis, mox curandum est, interim dum viscera roboramus (*vt iam diximus*) per vices, & interualla corpus & viscera ab humorum spurcitia liberare: quod profecto elegantissimis verbis Trallianus protulerat dicens. *Conuenit igitur, vt qui humores dissolutos nouerit, non modo semel exhibeat, qua per aluum subducere possunt, non etiam rursus humectare victu, & dissoluentes, si qua sicca & crassa reliqua subsunt, aterum leniter expurgent, ac exhibito per interpositos dies aliquo ex prædictis syrupis, semel aut bis in hebdomada porriges, vel rhabarbari, vel agarici, vel vtriusque diluti in pondere* ℈. ij. *in aqua fœniculi, vel* ℥. ij. *syrupi cychorii compositi, aut a[illegible] diarrhodonis, aut syrupi cychorij simplicis cum prædicto rhabarbari aut agarici diluto.* Sed mihi optimum & saluberrimum videtur præsidium, quod recipit *radicum petroselini, sparr[illegible] gramin[illegible], cychorij, & acetosæ ana* ℥. ij. *capillorum veneris, cychorij, buglossæ & acrimoniæ ana m.* j. *betonica m.* ß. *quatuor seminum frigidorum m. ana* ℥. iij. *seminis apij, petroselini & anisi ana* [illegible]. *passularum prunorum ana pa[illegible] agarici troch[illegible] ati* ʒ. iiij. *thamarindorum sena, [illegible]mimæ chartami, ana* ʒ [illegible] *florum cordalium p.* [illegible] radices macerentur in aqua & aceto, & in eadem fiat decoctio [illegible] [illegible] lue fac hari [illegible] [illegible] addc [illegible] quod suf[illegible] [illegible] ad [illegible] cum aqua [illegible]pulorum [illegible] [illegible]d etiam [illegible] menti [illegible] [illegible]nod [illegible]

[illegible] [illegible] Ciu[illegible] tertio aut quarto quoque die [illegible]borans sumat ℥. [illegible] Quod [illegible] p[illegible] [illegible]atur liquidis [illegible] pharmac[illegible] las hac lege conficies [illegible] *succi a[illegible]imoniæ, petroselini ana* [illegible] *squinanti, & cinnamomi ana* ʒ [illegible] *rhabarba[illegible] zati & irrorati aqua endiuiæ* ʒ [illegible] *cum syrupo* [illegible] *rosarum fiant pilulæ quarum semel in [illegible]mada [illegible] mat* ʒ. Eundem vsum præstare scimus, [illegible]que magis ad reliquias humorum conter[illegible]ndas [illegible]*thy* dilutum, vino aut aqua confectum, [illegible] tabulis *diarrhodonis*, & eo magis, quo bilem [illegible] prædominari compertum fuerit: nam in pitui[illegible] non ita prodesse credit Galen. in quibus ma[illegible] ex [illegible] est *aromaticum rosaceum cum eodem vino* [illegible]. Sed inter omnia magis prosunt trochisc[illegible] *barbaro, ex absynthio, aut eupatorio pon[illegible]* [illegible] *conserua ex absynthio pontico cum saccharo* [illegible] nec non & *rubea trochiscata Nicolai* [illegible] *pastoris*, sed specialius, his tertianis ferunt [illegible] se *sampsuchum, & plantaginem*, quæ aceto [illegible] carpis alligatur, sunt qui semperuiuum [illegible] huiusmodi refrigerantia hepatis region[illegible] bent, quæ sane præsidia suspecta semper habui. Alii quidem pultibus *fuliginem è furno, &* [illegible] *contusam vna miscent cum oui albumine*, & ita ca[illegible] adhibent. Nonnulli etiam *fuliginem cum albu[illegible] pu, albumine oui & aceto* miscent, & eade[illegible] partii adhibent. Est tamen his vulgaribus præsidiis [illegible] tendum, nam quæ calida sunt, non nisi maior est calor, & opus est humorem ad ex[illegible]ma educare, conueniunt, quæ vero frigida, vbi opus magis est refrigerio vti, in quibus recidiuam veteri oportet, nam restincto feruore & superstite materia, verisimile est, iterum morbum reuersurum.

Tertianæ duplicis nothæ curatio. Verum, quia huius febris natura eadem est cum tertiana duplici, consimilem vtrique curationem necessariam fore existimo. Cæterum licet humoribus, natura, durationis prolixitate, & vniformitate accidentium conueniant, dissidentiamen in du[illegible]bus potissimum. Primo quidem, quia in tertiana notha simplici vnica tantum est minera putredinis: at in duplici contingit sæpe duplicem esse. Item differunt, quia duplex tertiana, si ab vnico tantum putredinis loco prodit, maiorem designat habere humorum peccantium copiam: quo fit, vt natura plurimum irritata omnere, aut vino, singulis diebus accessionem moueat. Ex qua sane differentia duplex insurgit in re prædicta indicatio. Vna quidem, quæ maiorem vacuationem copiam moliendam esse docet, quæ quantitati maiori respondeat. Secunda vero diuersa putredinis loca rimari docet, [illegible] vtrique prouidere: ob id recte curaturus hæc primo expendat, & ex medicamentis, quæ diximus, cuique viscerum, quod proficuum fore persense[illegible], exhibeat, aut ex omnibus vnum omn[illegible], quod vtrumque me[illegible]brum respiciat. V[illegible] rum qui complicatorum affectuum curati[illegible] desideraverit, ho[illegible] in libro peculiare [illegible] put[illegible] dicarum re[illegible] periet

De ter-

## De Tertiana perniciosa.

IN eo febrium genere, quod tertes complectitur tertio die exacerbationem efficientes, perniciosa hæc, neque satis vulgata aut cognita tertianæ species, non sine magno laborantium exitio, & Medicorum admiratione reperitur. Quæ sane vt rarius accidit, ita difficilius noscitur, grauiusque ob id inuadit, & ob ignorationem, maiorem infert terrorem & admirationem; & quod perniciosius est, negligentius curatur. Quis enim credet vsquam, tertianam febrem posse lethalem fieri, eo maxime, cum Hippoc. dictum sit: *Quocunque modo intermiserit, periculum abesse significat*, & mille aliis in locis tertianam breuissimam securissimamque esse. Sed mirari iam desinat quisque, cum experimento non admodum raro constet, febres multis modis intermittentes inopinato laborantes non paucos perdidisse, decepisseve Medicos vel doctissimos. Quamobrem quod experimento mihi in hac re baben compertum, hoc vno capite patefacere studui.

*Tertiana perniciosa quæ sit.*

Est itaque perniciosa tertiana febris quædam, quæ simulata tertianæ circuitus effigie, lethalis, & mille accidentibus periculosissimis implicata existit. Tertianæ tamen vocabulo & *simplicem*, & *duplicem* subaudiendam esse diximus, cum vtramque perniciosam esse haud raro mihi & multis compertum sit.

*Causæ eius & species sex.*

Fieri quidem perniciosam aliquam tertianam, contingit vno è sex modis: *Primo* quidem, occasione membri alicuius præcipui, in quod decumbat humor, quem natura à vasis ad eorum extrema transmittit: nam cum membrum ex præcipuis sit, dubium non est, vitæ periculum impendere ex læsione quauis in ipsum illata, haud secus, quam irruigentibus humoribus, à quibus factam affectionem ob id periculosam arbitramur, quod vereamur, ne tumor turgidus in aliquod membrum princeps irruat. *Secundo* talis efficitur, quia humor, qui à venis ad prædicta extrema eiicitur, tenuis admodum sit, & summe putridus, qualis censetur tenuissima bilis copioso ichore plena: quo fit, vt qui hac febre laborant, frequentissime syncope corripiantur, & eo quod facilime exsoluantur, maximine periclitentur, sudore enim perniciioso dissipantur, quod ex humoris vitio, spirituum & alituræ substantiæ plurimum cum sudore habeat. *Tertio* ob humoris (*non putredinem quidem*) sed summā prauitatem, vt prauorum alimentorum contractam, cuius constat meminisse Hippoc. 7. *pop.* text. 81. referentem causas, & occasionem choleræ morbi, quem in has febres commigrare plerumque refert, vt optime intellexit Vallesius: aut prodeunt sic vitiosi ob vstionem & peculiare vitium, quale sortiuntur *bilis vitellina, prasina, æruginosa*, & quæ in confinio est atræ bilis: quippe cum tanta sit horum humorum pernicies, si accedat insuper putredinosus calor, eosdem adeo excitat, & deterrimos reddit, vt quocunque ierint, perniciosissima inferant & lethalia accidentia. Multi vero ex barbaris Medicis arbitrati sunt, impossibile esse, ex prædictis humoribus febres fieri, cuius census fuere *Isaac, & Rasis, Auicen. Serapio, & Haliu*, eo quod humores eiusmodi, vt *Auerro. 7. collig.* scripsit, de natura essent veneni: quos protinus in quouis affectu natura per vomitum trudit, licet lethaliter sæpius: & nituntur probare suum dogma ex Arist. qui 4. *meteor.* profert, ignem, & quæ ignea sunt, putrescere non posse. Verum, si quis rem ipsam & auctores penitius consulat, reperiet, hos humores & febres alios etiam affectus excitasse. nam primo eorum meminit Galenus *lib. 12. method.* in exemplo de iuuene febriente, qui æruginosam euomuit choleram, & ob id conuulsione correptus. Zoatus etiam expresse 3. *tract. de feb.* mini reminiscitur, quæ ex his humoribus concitantur, dicens: *Febris, quæ fit de genere transitionis febris ephemera ad febrem cholericam, si fuerit de genere prasina aut æruginosa, habebit accidentia magis fraudulenta.* Item dicit: *Febris ex cholera, quæ in vltima caliditate ac siccitate exsistit, cum substantia densa & crassa, sicut est cholera vitellina, prasina, & æruginosa, febres perniciosas gignit*, & Auerr. 4. collig. scripsit etiam in confirmationem huius veritatis. *Peior specierum causonis est illa, quæ fit ex cholera, æruginosa, vel prasina, & tertiana insanabilis.* In tanta autem auctorum controuersia censeo primos sensisse, non posse fieri febrem salubrem ex prædictis humoribus, non autem ex toto negasse *eius generationem*. Quinimo ex eorum rationibus ego colligo, non raro posse succrescere febrem interpolatam: nam vt Isaac scribit, tantum est odium, quod natura habet cum cholera prassiua & æruginosa, quod non patitur eius malitiam in venis: quo fit, vt certius sit, ab hoc humore febrem interpolatam fieri, quā continuam; quam sane fore grauissimam & malignam, nemo dubitabit. *Quarto*, tertiana efficitur perniciosa, ob humoris crudi & inæqualis crassitiei ac tenuitatis maximam copiam: cuius ratione more febris syncopalis humorosæ tertiana etiam talis efficitur, quæ non raro sicut illa cordis calorem, hæc totius corporis calorem exstinguere nititur, & ob id periculosissima exsistit. *Quinto*, nō nunquam perniciosa efficitur ex adiuncto aliquo accidenti, nimirum, ob aliquem defluxum, quem calor febrilis mox à principio concitat, cuius ratione, thorax, pulmo, & cor non raro, aut ventriculi os anxietate, difficili respiratione, & pulsus interceptione, mille modis periclitantur. Quod etiam & longe grauius accidere conspicimus, si vterus aut vteri aliquod vitium febrilis caloris vehementia in consortium trahatur. *Sexto* vero & vltimo perniciosior efficitur tertiana, ob venenosam, ac pestilentem, & contagiosam aliquam humoris, qui è vasis eiaculatur cōditionem, qui sane eo, quod moueatur, longe grauiora efficit accidentia. Quinimo die intermedio latitans, & quiescens, ac humoribus aliis adiunctus videtur nil mali efficere, neq; corpus laborare, post vero in accessione propriam naturam, ac venenosam conditionē, non sine magno laborantis malo ostendit. Hæ sunt in vniuersum, optime Lector, causæ huius perniciosi mali, quas hucusque adinuenire valui, quarum omnium seorsum meminisse opus erit, vt cuiusque constent natura, signa, & medendi ratio, si prius omnis tertianæ perniciosæ in communi signa & præsagium scripsero.

*Signa.*

Monstrāt quidem tertianam fore perniciosam grauia quædam & perniciosa accidentia, quæ statim primo accessu necessum est, hæsitabundum reddant Medicū. Huius naturę est laborantis *vultum*, prima accessione *cadauerosum*, aut nimis *tumidum*,

cum

cum pulsus inæqualitate, paruitate, debilitate, aut interceptione, vel asphygia. Vrina nimis crassa, & praui coloris, inquietudo insolita, anxietas, syncopis, animi deliquium, conuulsio, & frigidi sudores, vel toto accessionis tempore inordinati rigores, difficiles respirationes, deliria, aut somni profunditas, vomitus etiam æruginosus, prasinus, cum graui nausea: & qui non confert. Alui fluxus pinguis, dysentericus, variegatus, aut synceri humores, ingens totius corporis grauitas, aut inquietudo, & sitis, quæ nullo potu sedatur. Sed præcipue tertianam perniciosam esse ostendunt hæc signa; & alia, quæ cæteris tertianis sunt communia, cum ab eis nondum ex toto in die quietis liber euadit laborans: sic etenim malum portendit delirium aut somnus, qui vsque in diem quietis protrahuntur: item eadem die languidos, inquietos, anxios, & siticulosos superesse laborantes, aut alio quouis accidenti oppressos, quantumuis febris vel leuissima vel nulla appareat. Sic rigorem vigente febre superesse perniciosum censemus: aut rigoris tempore corpus sudare, vel sudando frigere, animo linqui, & plurimum vexari. Quæ sanè omnia diligenti animo expendat Medicus oportet, vt discat primo accessu, quantum mali affectu inesse possit.

*Præsagium.* Atqui licet prædictas tertianarum species perniciosas esse constet, non subinde existimandum est, omnes fore lethales: quædam enim perniciosæ, & timore plenæ sunt, aliæ in alios morbos migraturas se ostendunt: nonnullæ in diutinos affectus, & pleræque licet sæuissimis accidentibus insigniantur, non omnino lethales existunt. Sic profecto, quæ ex defluxu ad membrum aliquod princeps fiunt, plerumque perniciosæ sunt & lethales, sed ex his quædam magis, & quædam minus: quæ autem ad cerebrum tendunt, lethales fiunt, si in lethargum aut phrenitidem commigrent. quæ vero in cor irruunt, siue ex oppressione, omnes lethales sunt. Inter quas hæc est differentia, quod hæ, quæ ex oppressione fiunt, in principio accessionis interficiunt, quæ vero ex humoris vitio, nonnisi in declinatione ob virtutis & caloris vitalis dispendium. At si in os ventris humores irruant, partim fiunt lethales, & partim secus: nam si ex ventre per vomitū fiat copiosa & spontanea vacuatio, coniectabile est conferre, si laborans tolerauerit, sin aliter, minime: verum si plurimum laborans conqueratur, & nihil notatu dignū excreuerit, vereri oportet, ne præ nimio dolore succumbat virtus, & morbo non sufficiat. Item si syncopis frequenter accidat, mortem ocyssime venturam commonstrat, sin aliter, minime, sed morbum fore grauem: Quod si in iecur malum incumbat, vel morbi diuturnitatem vel hydropem pertimescere oportet. Et tandem in his omnibus malignam & continuam febrem posse subsequi existimandum est; sic profecto ex his, qui ex putredine tenuium humorum exsoluuntur, vel subitum virium casum, vel hecticam febrem vereri oportet: hoc quidem consumptis tenuibus solidorum membrorum humiditatibus, illud quidem nimium resolutis spiritibus. Qui vero ex crudorum & inæqualium succorum copia laborant, plerumque suffocatione periclitantur, & maxime ineunte accessione; vel saltem in diuturnissimum commigrat affectum. Item qui ex humoribus adustis & omnino perniciosis infirmantur, vel in causonem, vel in hecticam febrem, vel in grauem dysenteriam degenerant, at qui fluxu alicuius humoris simul cum febre interpolata detinentur vel suffocantur catarro [illegible] suffocatiuo vi accessionis euocato, vel [illegible] ante tertiana, difficulter deinceps respirant, aut tale symptoma patiuntur, quale fieret membrum in quo defluxus prolabitur. Cæterum, qui venefico & pestilenti humore abundant, licet interpolata corripiantur, non ob id in minori periculo versantur, quam qui pestilenti alia febre laborant, sed forsan maiori, quod in die accessionis venificus ille humor valde moueatur, quod [illegible] in pestiferis morbis perniciosissimum esse & sic non raro conspicimus, subita morte quamplurimos inopinato interiisse.

His habitis, opus erit, vniuscuiusque prædictarum causarum seorsum meminisse, vt cuiusque constent peculiaria signa, præsagium & propria ac genuina curandi ratio.

## Prima tertianæ perniciosæ differentia.

*Tertianæ perniciosæ primæ species, & quibus causis fit.* Efficitvr quidem perniciosæ tertianæ sors & differentia, quod humores transmittat natura errans aut impotens in partes & extremus vasorum membri alicuius cordi vel alteri membro principi vicino. Accidit profecto hoc mali genus his corporibus, quibus adeo tenuis corporis vasa, vel obstructa, vel carne aut pinguedine oppressa sunt, quod ad extimas vasorum propagines, & eas, quæ degenerant in carnosas partes, sese natura exonerare minime possit, vel quod ipsa nimis languida & impotés sit. Quo fit, vt cum è vasis maioribus primum se nitatur exonerare, humorem ad partes internas per vasa sibi proxima studeat transmittere; qua in re coniectabile est, necessario humorem transmissum prope aliquod membrum princeps prolapsurum. Occasio autem transmittendi humores communis naturę est cum reliquis febribus interpolatis, nimirum copia aut vitium irritationi naturæ sufficiens, sed in hac febre non æque valens, quod longe à partibus præcipuis non possit pellere, vel impedita, vt dictum est, si id sua sponte possit.

Verum licet in hac febris sorte hæc sint communia, nihilominus tamen duplex ex hac caussa suboritur febris conditio, duplicia & varia accidentia, & longe diuersa signa, ac ex consequenti varia præsagandi & curandi via, quæ omnia specialius expendisse oportet.

*Signa cordis affecti & præsagium.* Ad primum igitur accedendo, coniectandum est, transmissum humorem ad extrema vasorum membri præcipui, aut iuxta ipsum vel esse copiosum, vel malignum: quippe ex hac varietate reliqua, quæ sequuntur, necessum est insigniri. Verum potissima varietatis ratio ex membri, prope quod incumbit humor, natura & præstantia petenda est; si vero in venulas iuxta cor vitiosus humor illabatur, tunc procul dubio syncopem, pulsus paruitatem, frequentiam, inæqualitatem, & aliquando omnimodam asphygiam sequi necessum est. Quæ omnia accidere solent, cum faciei rubore, sudore, & oculorum cauitate ob impensam spirituum vitalium resolutionem, ex quo subitum virium casum & inopinatam mortem vereri oportet, ac plerumque in accessionum incli-

F inclinatione vigore vitali simul cum febrili calore soluto. Quod si humorum crassities potius quàm malitia prope idem etiam mẽbrum causam præstiterit, tunc quidem pulsus magna inæqualitate inter magnitudinẽ & paruitatem pollet, vbi paruitas eluceat magis, & intercadens nonnunquam efficitur, ac non raro myurus deficiens. Torpet laborans, fronte exsudat, & maxime frigidum, suspiriosus est, & nesciens referre quid sentiat, plerumq; angore premitur, & impotens ad motum, quasi graui onere pressus efficitur. Ex qua sane affectione laborantes, vel cum frigido sudore & pulsu formicante, aut omnino deficiente, tertia aut quinta accessione pereunt, vel si has effugerint, graui febre, eaque continua, & plerumq; de malignorum sorte, corripiuntur.

G Si tamen ad vasorum extrema, quæ ad ventris os terminantur, vel iuxta ipsum proiectus è vasis humor profluat, ibidemque diu immoretur, dolorem orisque ventriculi morsus sequi est necessum, necnon & cardiacum affectum, cum biliosis, æruginosis, aut nimis crassis aut viscidis vomitibus; cæterum minutis, aut præcedenti ingenti nausea, vtpote humore penitus in carnis venulis imbibito (*nam in reliquis tertianis licet copiosior in ventrem confluat bilis, non quidem ad carnem oris ventriculi, & per venas alimenti, sed ad cauitatem per communes canales*) quod quidem monstrat anxietas, inquietudo, exsolutio pulsus, vel ingentissima frequentia, & paruitas vel celeritas, maximè si prope syncopim fuerit laborans, vt multis videatur febre carere, adest & frigidus prope frontem sudor, faciei pallor, oculorum grandis cauitas & calor. In quo quidem vereri oportet (*ne cito praeueniatur, potissimè si frequentior succrescat syncope*) mortem quinta accessione, aut ante, nisi affectus factus fuerit continuus, in quo iam nihil transmittitur in os ventris, vtpote cessantibus accessionibus, & humoribus intra vasa manentibus, licet ob id laborantes nõ omnino videantur periculo carere, verum præbet exspectandi inducias, quod accidentia maiori ex parte cessauerint.

*Signa & præsagia oris ventriculi affecti.*

397 A

Verum, si vel ad capitis vicinam partem mutetur humor, vel ad ipsum caput, aut omnino ex humore vapores conscendant, in grauem somnum laborantem delabi, vel in grauem aliam ex soporiferis affectionibus conspicies, maxime si caliginosus & ex crassa materia ortus prodeat vapor: sicut dum acris est & mordax, in paraphrenitidem migrat affectio, cessat tamen in die quietis. Cæterum, si humoris aliquid exuberans natura illuc miserit, non omnino ad antiquũ statum laborantem redire conspicies: ac pertimescendum est, ne B tertia aut quarta accessione iterũ in ipsum caput nouo humore irruente omnino essentiale fiat malum. Quod sane ostendit dies intermedia, in qua laborans non omnino resipiscit, si vel dormierat, vel phrenitico aliquo affectu laborabat.

*Signa & præsagium capitis affecti.*

Præterea, si in iecur humores irruãt, minus quidem periculi est, sed affectio mora continua fiet, & morbus diuturnior, ob ingentes obstructiones, & magnam iecoris imbecillitatem. Cuius occasione in hydropem sic affecti non raro deciderunt, quod nosces ex maioribus pulsibus, maiorique febre, dolore ipsius hepatis, cum grauitate & difficili respiratione, donec febris soluatur. In plerisq; enim ex his, qui hac occasione laborant, tussicule quædam in principio accessionum reperitur, sicca quidem, & cum ipsius iecoris ponderoso dolore, præludium quidem futuræ in ipso inflammationis.

*Signa & præsagium iecoris affecti.*

Vtcunq; & ad quoduis membrum humor irruat, diligentissime cognita & accepta occasione curationẽ aggredi oportebit: quippe si in his malis differas, periculum ocyssime accerses: procrastinatio enim in his nunquam non fuit perniciosa. Commune autem præceptum sit, siue in cor, siue in cerebrum, siue in ventrem irruat humor, maxime si vitiosus sit, protinus expurgante medicamento vti, haud secus, quam in quauis alia humoria turgentia facies, præcauens, ne in membrum princeps agitari humores irruant: verum expurgantia medicamenta non tenentur transcendere rhabarbari vires. Itaque cognita ex prædictis signis accessionis praua conditione, mox sequenti die citra cunctationem corpus purgabis *manna vel cassia fistula, cum infusa rhabarbari vel syrupo ex nouem infusionibus.* Cui vsui censeo proficuum fore dilutum ℥.j. *rhabarbari, cum* ℥.ij. *&* ß. *mannæ electæ, vel pulpa cassiæ fistulæ* ʒ.vj. *superbibitis* ℥.iij. *&* ß. *syrupi solutiui rosarum.* Item ℥.v. *catholici, cum* ℥.j. *rhabarbari.* Quo facto, si sequens accessio par afferat periculum, & æque grauia symptomata, pronunciato prius discrimine, & viribus constantibus, sanguinem detrahes ex *dextra basilica.* Verum si vires ex purgatione & accessionum grauitate lapsæ sint, ex saluatella vel talo censeo plus commodi laborantes suscepturos. Quibus factis pro virium robore & enematibus aluo laxiori facta, & aliquando irritata, his, quæ acria sint, victu vtendum erit copiosioris nutrimenti, sed facili, ea lege, quam c. *de tertiana exquisita* adduximus: si tamen accessionis periculum ex humoris copia suboriatur, consultius te facturum arbitror, si mox à principio sanguinem miseris, maximé viribus robustis existentibus & vrina aliquo modo id poscente, idque prima aut secunda quietis die, præsertim, si symptomata non accidant vitio oris ventriculi, quo tempore à sanguinis detractione abstinendum esse, fere omnes consulunt auctores; nec displicet in hoc tertianarum genere, vel à poplitis, vel à manus dextræ vel sinistræ venis sanguinem fundere, quo longius à partibus affectis, & quarum ratione periculum succrescit, humorem distrahas: quo facto, ante quintam accessionem, si fieri potest, ægrum purgato aliquo ex prædictis pharmacis. Postea autem curandum est, omni arte ad extimas partes & carnosum genus humores euocare duriusculis frictionibus, & linteis odorato aliquo suffumigatis extremas partes ligare, aut plurimas & minutas cucurbitulas toti corpori affigere, quibus extremæ & extimæ corporis partes patentiores sint, & ob caloris in eis reuocationem humores ad ipsas natura pellat: quo forsan à periculo suffocationis liberabis, & accidentium immanitatem compesces: Seruabis tamen hanc legem in adhibendis cucurbitulis, frictionibus, & ligaturis, quod in his accessionibus, in quibus periculum suffocationis imminet, eis vteris parum ante accessionem, & ipsa adhuc incipiente, quo ad extimas motum à natura humorem euoces: in reliquis vero, quibus ob dissipationem caloris periculum incumbit, censeo tutius esse in die quietis

*Communis via & ratio curandi.*

C

D

E

naturam ad extima euocare, vt dissuescat à consuetudine mittendi ad interiora. quam dum laborantes dissipantur humoris malitia, his auxiliis vlterius spiritum & calorem dissipare. Sed ad peculiaria cuiusque membri affecti auxilia tempestiuum est deuenire.

Cordis affectui prouidendum.

Præmissis igitur his, quæ generalia & omnibus membris communia sunt, cordi, si in hac affectione patiatur, prouidendum est, non quidem frigidis epithematis, ne penitus in seipsum sese inferat, & insinuent humores, quinimo ante accessionem vnguento *napha*, aut *cum oleo tum pulueribus electuarij de gemmis, vel diamargariton frigidi & grata*: In accessione vero, quia opus est, quod iusta existit resoluere (*antea enim non resoluere, sed roborare solum expedit*) *oleo de Matthiolo & electuario de gemmis, aut de hyacintho* ipsius regionem inunges. & *oleo* etiam *Angelicæ*, quod in discutiendis & euocandis ad cutem humoribus miram habet efficaciam. Item hæc eadem adijcies *oleo & vnguento napha* cum prædictis pulueribus, aut aquam stillatitiam ex *cinnamomo*, cum guttis odoratissimi vini, interius tamen ea porriges, quæ & flatus corruentes discutiant, & longe ab ipso, si quid ibidem moretur, pellant, ac rursus ipsum roborent; velut sunt *tabellæ diamargariton frigidi, aut electuarij de gemmis. & modico diamusco confecta vino aut aqua stillatitia cinnamomi.* Verum quod efficacius esse arbitror, est electuarium *de hyacintho miris encomijs* à plerisque commendatum. Ante accessionem tamen cucurbitulis vteris, & in die accessionis ratius, & in hypochondrio sinistro: ac in dorso è regione cordis. si forsan cogeris adhibere, seu opus esse, aliquam scarificare, ne plus quam euoces extra, intus magis allicias.

Capitis affectui prouidendum.

Quod si caput perturbari & pati videatur, præmissis distractionibus eorum lauacris & euacuationibus, quæ latis sint. *oxyrrhodino* vtendum est, maximè in quietis die. Quod si ea die accidentia aliqua, siue delirij, siue profundioris somni, aliquid superent, vel sanguinem detrahes ex vena cephalica, iuxta carpum manus, vel cucurbitulas in brachijs scarificabis, quas si parum ante accessionem adhibueris, magis ex vsu facies: nam in die quietis eas affigere oportet à cruribus ad nates, in die vero accessionis à ceruice ad nates per dorsum. Prouidendum etiam est, vt laborans acetum rosaceum olfaciat, aquam rosaceam, & alia frigida odoramenta, quæ latius scripta reperies libro huius operis 7. in correctione accidentium, quæ febribus succrescere solent.

Ventriculi affectui prouidendum.

Si tamen ventriculi os pati in hac febre compertum sit, præterquam quod mox sanguinem mittere recusabis (*sunt enim huius visceris accidentia, maxime dolor, ex his, quæ summopere vires labefactant, non solum vt sanguinis detractionem non ferant, si accessio præcesserit, & vereamur talem futuram, quæ sequitur, verum neque morbum adhuc ipsum, nisi vires post accessionem iterum robustæ appareant, maxime, si consistorem tecum in os ventris bilem rejicere: quo tempore tutissimum erit, ex dextra basilica aut saluatella sanguinem mittere. nam si vires in die accessionis etiam languidæ superfint, cauendum est ab hoc auxilio*) protinus aliquo ex prædictis pharmacis, quæ purgationi idonea esse diximus, vtendum est. Ac si vires adeo esse deiectas constiterit, per epicratim purgabis singulis diebus intermedijs, pauxillulum purgantis exhibens cum *sirupo acetoso* aut *cychorij & rosarum*. Et à purgatione ventrem roborabis *oleo mellino, rosarum, & omphacino, sparsisque desuper pulueribus coralli, rosarum, santalorum, & diarrhodonis.* Cataplasma etiam confinies ex *tosto pane, vino rubro madefacto, cum prædictis pulueribus & oleis, vel ex eo, quod ex furfure, vino & eiusdem pulueribus conficitur.* Cui etiam, gratia vitandi animi deliquium, modicum aceti addere poteris: tandem omnia ea curandum est, aut roborare, aut quodammodo adstringere, vt vel non recipiat venter, vel si quid receptum habet, ocyssime pellat. Quod si id fieri sit difficile, studendum est, humorem in os ventriculi iam fluxum compescere & attemperare, vel *aqua tepida potibus, vel succo granatorum, agresta, papaueris, aut de portulaca, vel potu aquæ frigidæ, vel,* vt etiam vires roborentur, & spiritus reficiantur) *vini albi & optimi modico haustu.* Cæterum, quod sanius esse frequenti experimento comperimus, est, vel ante accessionem clystere aliquo, quo laborans aliquid purget, vti: vel saltem vomere, maxime, si id ventriculus tentauerit, & in eius cauitate aliquid immorari constiterit, non tamen instante accessione, ne vomitorijs motibus & auxilijs plus bilis ad ventrem ipsum euocetur. Curandum quidem est in hac febre, si his, quæ diximus, non cedat, correctionem & præparationem humoris moliri, vt vel copiosius purgetur, vel natura promptius ipsum deuincat. Quod si in alterius naturæ febrem tertiana hæc migrauerit, longe salubrius fore existimarim.

## De Tertiana perniciosa, ob tenuis humoris putredinem.

Tertianæ perniciosæ secunda species.

Efficit non minus perniciosam tertianam tenuis seu biliosus humor plurimo & copioso ichore permixtus, secretusque, & separatus ab aliorum humorum consortio, & in extrema vasorum protectus, vbi summam nanciscitur putredinem: tum quod ipse sit virulentæ naturæ, tum quod alijs non temperetur, tum etiam, quod locus sit arctus & conclusus. Quibus etiam accedit, vt affectus grauior fiat, corpus esse raræ contexturæ, & porosum, & maxime ex esculentis factū, ita vt possint partes extimæ, & extrema vasorum facile suscipiare prædictos succos. Quem sane affectum etiam accidere cōperimus his, qui plurimos horarios fructus ingesserunt, vt Hippocr. 7 *popu. tex.* 81. *de cholera morbo* recenset, qua parte etiam in malignos morbos, & vt Vallesius exponit, in febres intermittentes degenerare refert; qui sane succus cum putrescit, quocunque loco sit, adeo est perniciosus, vt grauissimam & perniciosam non raro efficiat tertianam, maxime, si laborans raræ sit contexturæ, & facilis resolutionis. Quo profecto fit, vt ex ingenti illa putredine, quam statim illius succi conditio, & peculiaris natura contrahit, & ex prædicta hominis contextura, facile qui sic afficitur, resolutione & anxietate animo linquat, aut syncopi, & mille alijs accidentibus premantur. Quippe tales succi adeo maleficæ qualitate sunt affecti, vt ex motione vel leui corporis agitatione laborantes ocyssime prædictis symptomatis corripiantur, affectio quidem syncopali minutæ, vt refert Auicen. *fen.1. 4. tractat.1.capit.53.* persimilis, nomine tantum febris syncopalis minutæ,

minutæ, in qua sane dispendium fit immodicum spiritus ob sanguinis attenuationem, atque etiam ob expultricem facultatem immoderatius in toto corp. re concitatam: quod etiam ex imbecillitate retentricis plerumque accidere monet Gal. 12. *method. cap.* 6. vt paulo inferius latius sum probaturus. Huiusmodi enim humores quam citissime exhalant, quia tenuiores à febrili calore redduntur, in iis maxime, quorum retentrix imbecilla extitit, qua ratione diaphoreticis sudoribus sic affecti resoluuntur. Quapropter tria necessaria in hoc affectu reperiuntur, nimirum, *humorum tenuissimorum in ventriculo & vniuerso corpore copia:* secundum *virium imbecillitas:* tertium verò *vitiata meatuum & venarum in laxitate compositio*, à quibus procul dubio necessarium est subsequi immodicam resolutionem, & subitum virium lapsum.

G Quamobrem, qui sic laborant, vel leui corporis motione animo deficiunt, faciliter citra leuamen sudant, pulsum habent paruum, debilem, ac frequentissimum, vigent vigiliæ, caput vaporibus infestatur, adest vomitio, aut inanis nausea, quam antecedit oris amaritudo, inappetentia & tenebrosa vertigo, *vt Hippocr. refert 4. Aphorism.* 17. ac mox sequitur syncopis. Viri enim etiam, qui sic affecti sunt, Hippocr. habent quam simillimum, ob ingentem resolutionem citra dolorem in illo quo signato loco. Tandem loquens Auicen citato *capite de febre* ex huiusmodi humore ubertate, profert eam esse acutam, & quandoque non sufficere in ea virtutem vsque ad quartum: quo fit, vt iure optimo inter lethales numeranda sit.

*Signa & præsagium.*

*399 A*

*Curandi ratio.*

Curationem autem huius febris longe aliter instituendam quam reliquarum: quippe in hac præter leuem quandam purgationem, quam pari ratione à principio mali, & antequam vires labantur, institues, omni arte cutis coarctanda est, & humores densandi. Sic profecto, quo citius possibile fuerit, corpus purgabis syrupo solutiuo *è rosis Hispanis, cum decocto corticum mirobalanorum citrinorum, vel cum* ℥.ij. *mannæ, & eodem decocto, vel pulueribus earundem corticum, cum pulpa cassiæ fistulæ, vel rhabarbari infuso largiori cum syrupo rosarum.* Deinceps tamen humorem compesces ante accessionem syrupi *rosarum siccarum & violarum ana* ℥.ß. *syrupi rosarum* ℥.j. *aquæ deauratæ* ℥.iij. cui adde pulueris *diamargaritonis, aut coralli, aut electuarij de gemmis* g. vij. quibus humores densiores fiunt, & longe melius coquuntur. Sed humores amplius densabis, ineptioresque ad fluxum & putrefactionem reddes his, quæ intus sumuntur, qualis naturæ est *syrupus rosarum siccarum, de malis punicis, de portulaca & papauere, cum aquis aut decoctis rosarum, portulacæ, oxalidis, cum aqua ferrata aut deaurata.* Cæterum prodesse non parum comperies, abluere in aliqua prædictarum aquarum *boli Armeni, aut terræ sigillatæ* ℈.j. *aut* ʒ.ß. *cum modico syrupo papaueris aut agrestæ:* hoc sane medicamentum, præterquam quod humores densat, & corpus comprimit, cohibet quoque putredinem, & viscera roborat ac præcauet. Confert etiam id, quod recipit *pulueris triasantali, & rosatæ nouellæ ana* ʒ.j. *succini* ℈.j. *sacchari rosati soluti in aqua rosacea,* quod sufficiat, vt fiat electuarium in tabulis, cuius sumat laborans ℈.j. *&* ß. *cum haustu frigidæ aquæ, aut alicuius ex dictis.* Vtilissimum

*Purgatio.*

*Humores compescunt.*

B

quoque est aliud, quod recipit *conseruæ rosarum* ℥.ij. *pulueris electuarij de gemmis, aut diamargaritonis frigidi* ʒ.ß. *confectionis Alchermes, vel de hyacintho* ℈.j. *succini, ossis de corde cerui, pulueris grana ana* ℈.ß. misce, & fiat conditum: Cordi præterea accerrime roborantibus prouidebis, *vt Galenus consulit libr. 12. method. capit.* 6. Sic quidem primo facies attemperanda est frequenter *rosarum, myrtillorum & plantaginis cum modico aceto rosacco.* Cuius indicationis gratia nuo vsui etiam age linteo *aqua rosarum madente,* aut conspergitur multo *rosarum rubearum puluere, vel myrtillorum.* [illegible] cum vt ex tuto syncopticis accessionibus & [illegible] ibus subuenientibus, adhiberi oporteret epithema fœminarum mammis, aut vitulorum testibus, quod recipit *aquæ rosarum* ℥.x. *aquæ oxalidis & buglossæ ana* ℥.j. *&* ß. *vini optimi* ℥.ij. *aceti rosati* ℥.ß. *pulueris margaritarum, santalorum, coralli, seminis acetosæ, succini ana* ʒ.ß. Aër quo & cutis attemperetur, refrigereturque frigidis aspergimibus, sparsis humi floribus, & foliis *rosarum, pampinorum vitis, salicis, cannarum, & myrthi, superspersa aqua rosacea cum modico aceto:* tum circundent etiam flabellis linteo aliquo madido aqua frigidissima aut rosaceo cum modico aceto. Præstat quoque cordis regionem inungere vnguento, quod recipit *pulueris electuarij de gemmis & diamargaritonis frigidi ana* ʒ.j. *lapidis Bezoar grana* xv. *pulueris grana* ʒ.ß. *olei foliorum nymphea, luteæ, aut olei rosarum omphacini* ℥.j. *ceræ albæ, quod sufficiat, vt fiat linimentum molle:* item prædictos pulueres vnguento rosaceo excipies, addesque *terræ sigillatæ* ʒ.ß. *rasuræ eboris & cornu monocerotis* ℈.j. & eandem partem inunges. Thoracem etiam & abdomen illinies hoc vnguento, quod recipit *olei rosati omphacini & myrthi* ℥.j. *olei mellini* ʒ.. *bulliant cum* ℥.j. *aquæ rosarum, ad consumptionem aquæ, & adde pulueris rosarum rubearum* ʒ.j. *santalorum omnium ana* ʒ.ß. *ceræ q.s. vt fiat vnguentum.* Hepati etiam actionis gratia inhibendæ colliquationis, adhibebis præsidium, quod recipit *mucaginis dragaganthi & seminis psyllij & cytoniorum* ℥.j. *albumina duorum ouorum,* misce, & prædictas partes illinies, spargeque desuper puluerem, qui recipit *santalorum omnium, rosarum, seminis arnoglassæ ana* ʒ.j. Quibus profecto & sudoris impetum & virium resolutionem compesces: id tamen prudenter & paulatim facito, ne ex cutis densitate intensior fiat febrilis calor. Securissimum tamen est & vtile, iecur illinire *oleo rosaceo omphacino cum pulueribus santalorum, posito desuper panno aqua intybi madido, vel succo agrestæ, & aqua plantaginis, rosarum & solatri.* Maxime etiam sunt necessaria, cerebri adhuc roborandi gratia, odorata omnia, tum naribus, temporibus, ac pulsibus adhibita, tum super faciem roris modo inspersa: e quibus censetur id, quod recipit *rosarum, santalorum omnium, spodij ana* ℈.ij. *ambræ grana* iij. *moschi & camphoræ ana* g.ij. *aquæ myrthi* ℥.j. *aquæ rosarum* ℥.iiij. misce: ad cuius per olfactum odorata omnia frigida prodesse possunt.

*Roborandum cor accedentium.*

C

D

E

Victu etiam subuenire his oportet paulo ante accessionem, vel in ipsius accessionis principio, sit autem ea his, quæ citissime nutriunt, & modicè adstringunt, sint carnes assæ, & elixi gallorum testes, & quæ austeris condiantur, vinum sit rubrum modice acerbum, dilutum aqua frigida: aut

decocto hordei, vel radicis buglossæ. Præterea cum linquunt animo, *vino mali punici acidi* pane excepto. item renutriendus est æger crebris & minutis cibationibus eius alimenti, quod non ocyssime dissoluatur, velut est *caro perdicum, caponum, vituli*, & eius aliquod ex his confectum cum pane *loto & saccharo*: fructus item acerbi, & putredini resistentes. Potus sit ex vino rubro, *vt dictum est*, aqua ferrata aut deaurata diluto. Quod si morbus præstiterit exspectandi inducias, & vires ad meliorem statum redierint, vnaque rubicundior G apparuerit [illegible] erit abre ex saluatella dextræ manus modicum sanguinem extrahere, aut iterum aliquo ex prædictis pharmacis per epicrasim purgare, donec affectionem mitiorem esse factam comperiamus.

## De Tertiana perniciosa ex praua humorum natura.

Adeo sunt perniciosæ naturæ & conditionis *bilis vitellina, prasina, & æruginosa*, vt dubitatum sit, quemadmodum antea diximus, inter Arabes Medicos, possintne ex eis febres succendi: cum hoc tamen præter adductam auctorum mentem, nos etiam ex his nonnullas vidimus, quorum natura adeo fuit perniciosa, vt pestilentem affectum æmulari viderentur: fiunt autem ex his humoribus hac lege.

Tertianæ perniciosæ tertia species, ex quibus causis oriatur.

400 A

Media æstate ob ingentem resolutionem propriæ humiditatis humorum, aut nimiam exustionem, & maxime, si subito frigus occursauerit his corporibus, quæ improba & biliosa nimis vasa fuere victus institutione, adustam bilem, prasinam, æruginosam, & in confinio atræ bilis existentem succrescere non raro visum est: præsertim, si homo ira, furore, aut aliis vehementibus animi pathematis percitus fuerit. Quo quidem tempore minimum nõ est, si febre corripiatur, eam fore periculosam, etiamsi tertiana fuerit. Quippe si vires non admodum deiectæ sint, si humorum copia non grandis, certum est, naturam posse, quod intra venas molestum fore persentit aut degustat, pellere. Quod si ad emunctoria & corporis canales pellere non possit, poterit quidem prope partes sentientes sensim & paulatim proricere, vt facile vel præmissa succensione dissoluatur: quo fit, B vt more solito tertio quoque die id efficiat, quia sic humoris conditio postulat.

Signa.

Dignosces quidem hanc febrem tertianam ab humoribus ortam ex vehementissimis humoribus. (*quod humor sit mordatior*) & qui diutius protrahuntur ob humoris crassitiem. quippe synceri sunt, & citra natiuam humiditatem. Febris mox à rigore vehementer crescit, quod humor suapte natura siccissimus & exurentissimus sit, sicut crassissimus: nam illi haud secus accidit, quam pici & resinæ, dum succenduntur, quæ licet crassam habeant compagem, ocyssime inflammantur. Mox vero ab inflammatione sitis, & linguæ asperitas, nigredo, & ingentissima siccitas succrescit. Oculi ob magnam spirituum resolutionem cauantur. & color atrior vniuersa facies (*licet cadauerosa*) efficitur, anxius, inquietus, & vniuerso corpore compunctus, ac veluti exulceratus æger hinc inde vagatur: qui neque potu, neque ventilatione, neq; C respiratione subsidium suscipiat. Vrina ignea, ac veluti lixiuium apparet, pauca, & cum cinericio vel furfuraceo sedimine, aut cum pinguedine supernatante: pulsus mediocris magnitudinis, non admodum debilis, dum viget febris; cæterum frequentissimus & celerrimus, die autem quietis paruus, debilis, durus, & creber subest, quod vires ex accessione abiectæ, respiratio crebra, alui deiectiones opimæ, pingues, aut bilis vitellinæ, porraceæ, aut æruginosæ naturam referentes, plerumq; dysenteriam efficientes. Vomitus quandoque alicuius dictorum humorum substantiam & colorem æmulatur, cum angore maximo, & animi deliquio. Laborantes parum aut nihil sudant, quod crassior & sine humiditate sit materia, nisi prope mortem sudor diaphoreticus erumpit.

Quod sane malum mille pericula afferre solet, ac multis modis perniciosum efficitur, nam cuiusuis prædictorum humorum talis est natura & D conditio, vt etiam citra putrefactionem aut succensionem quamcunque partem inierint, vel erodant, aut grauius aliud malum machinentur, uedum cum in extremis vasorum, & prope partes sentientes iam putrescunt, initio etiam putredinis à vasis maioribus sumpto. Quo profecto tempore certum est, ipsam febrem mediante validissima virium exsolutione, laborantem aut interimere in febris ipsius inclinatione, aut ocyssime labefacta natura in causonem, vel grauissimam aliam febrem migraturam, & quod certius est, ni arte aut diligentia præueniatur, in habitualem febrem. Tanta enim est primarum humiditatum & substantiæ membrorum, in quibus hi humores putrescunt, resolutio, vt non vltra quartam accessionem visum sit laborantem in hecticam migrasse: maxime si gracilis sit, iuuenilis ætatis, & suapte conditione rari habitus & contexturæ.

Prognos.

Non fert maligna & atrocissima huius morbi conditio, in exhibendis auxiliis moram vllam: nam cum certum sit, huiusmodi humores nullam posse beneficium, gratiam aut coctionem à natura recipere, (imo *vt inquit Auerroes 3. collo.* cor E rumpit formam specificam illius,) proculdubio necessum est, protinus humorem purgare, maxime, si in conuenientem regionem incumbat ipse sua sponte. Quippe si in superiorem ventrem irruat, vomitibus cum accessio instat (*quo facilius excernatur*) & venter nauseabundus apparet, mouendus est. Seruabis tamen hoc præceptum in eius eductione, vt maxime ipsum admisceas humectioribus cibariis & copioso potu, tum vt facilius venter euomat: tum vero vt sine noxa, grauis enim & periculo plenus est huiusmodi humoris contactus, & ob ipsum humidis præsidiis compescere, & attemperare opus est. Quod si in inferiorem ventrem humorem irruere persenseris, aut saltem ad nullam aliam se partem inclinare, per ipsum expurgabis: id quod caute facies, siue enim purges, siue secus, periculo res non caret: quippe scimus vel leuissimis pharmacis, grauissimas accersiri dysenterias, quod si has effugias, contabescet laborantis, quo fit, vt prudentia & maturo consilio opus aggredi, aut ab eo subsistere teneans. Sic profecto in huiusmodi humoris pur- F ganone, blandioribus, verum seligentibus pharmacis admixtis rem ages: illud quidem ne nimis exacerbetur humor, hoc vero, vt peccans succus citra aliorum agitationem excernatur. id quidem facies *cassia fistula superbibito lactis sero*, in quo

Curatio.

Purgatio.

*[illegible] rhabarbari [illegible] fo dilut [illegible] fore fa to, vel [illegible] ix. infusio[illegible] violarum cum [illegible] fo ℈.[illegible] rhabarba[illegible], vel hord[illegible] tore cum prædi[illegible] rhabarbari infu[illegible].* Item cum [illegible] Hamech simplici, superbibito copioso haustu aquæ *hordei cum saccharo, aut sero lac[illegible], vel decoctionis violarum [illegible] seminum maluarum.* Præstat *& manna dissoluta in aqua hordei vel violarum*, sed robusta corpora opti[illegible] e ferre poterunt ℥.[illegible] *& ß. electuarij de psyllio, vel catholici ʒ.iiij. cum copiosa aqua oxalidis vel hordei.* Quo etenim semel facto, non licet plurimum iterum sanguine extrahendo: quippe prædicti humores, neque corpus eisdem scatens id plurimum expostulant, neque innoxie ferunt, G plerumque a sanguinis missione continua euadit febris, quod impotens, sanguine detracto, natura ad pellendum à vasis nociuum supersit. Verum si vel simul sanguinem aliquo modo redundare (*quod raro exustis humoribus accidit*) vel opus esse compertas, id quidem ex saluatella manus dextræ facito. Postmodum verò humores & vniuersum corporis habitum ac viscera etiam humectare curabis plurimum, & modicè refrigerare, pusillus enim calor natiuus, qualem hæc corpora habent, nec vacuationem, nec refrige-

405 A rationem [illegible] ferunt, sed *vt Galen. 12. method.* in do[illegible] rodentibus succisoris consulit, paulatim & [illegible] lenire, sic sequenti die à pharmaco copiosam aquam hordei cum syrupo *violarum, aut saccharo rosaceo, vel decoctum violarum* bibendum dare oportet, quo & vis medicamenti & humorum acrimonia retundantur, abluanturque: Clysmatis præterea vtendum est, maximè cum laborans dormiturus est: quæ sane conficito ex decocto *hordei vel violarum, aut seminum malvarum & papaueris, cum saccharo & oleo rosarum, violarum & vitello ouorum.* Præterea summo mane, aut prope somnum, laboranti porriges *aqua hordei, acetosæ, violarum, scorzoneræ, vel pervincarum lapideum excolata ℥.vj. syrupi acetosi, de succo limonum, rosarum aut violarum ℥.j.* Confert & saccharum rosaceum, sed violaceum magis, quibus admisce roborandarum virium grana, *margaritarum præparatarum, aut electuarij de gemmis ℈.j.* Præ-

B stat & *diacorallum cum mucilagine seminis cytoniorum & psyllij pondere ℥.j.* Eiusdem vsus est, quod ex his omnibus conficitur forma boli, & pondere duarum ℥. summo mane exhibitum. Sed ferunt non contemnendi auctores & Conciliator etiam adstruit, alexipharmacum nullum reperiri in arte medica his humoribus pretiosius, quam crystallum: cuius ℨ.j. in subtilem puluerem redactam, & aqua dissolutam, mire opitulari: ego autem arbitror, id forsan occulta quadam proprietate illi accidere. Verum, si dysenteria ex prædictis humoribus prodeat, vi sua adstringente extra omnem exspectationem prodesse compertimus: censeo tamen admiscendum fore aliquod ex prædictis pharmacis. Externus vero corpus refrigeranti Galeni, *aut rosaceo*, vel vnguento *ex cucurbitulis*, iuxta dorsum inunges, aut cordi epithemata appones, ea lege, qua capite de tertiana exquisita scripsimus.

*Crystallum tertiana vis occulta.*

C Quod tamen maiotis momenti arbitror esse, victum summe humectantem, & facilis atque copiosioris alimenti instituere: ob id *iura caponum, & carnes pullorum ex lacte aut hordeo nutritorum ex*

[illegible] esse compertum [illegible] *aut [illegible] arola [illegible] [illegible]ragmem* [illegible] [illegible]era qua vel puris[illegible] a cum saccharo [illegible] si [illegible]tes laborant [illegible] idea sint, consul[illegible] est, vinum tenue, album & maxime d[illegible] p[illegible] bere: tandem, si affectionem pest[illegible] ad[illegible] contingat, existimandum est iam in alter[illegible] turam commigrasse, nam ex prædict[illegible] busnũ transcendit quintam a[illegible] essi[illegible] quam obrem iuxta naturam eius, in quam degenerauerit, curationem institues.

## De tertiana perniciosa ex m[illegible] la crassorum humorum c[illegible] is & tenui[illegible].

CVM in humanis corporibus [illegible] venas [illegible] mores abundant ea copia, quæ [illegible] turam irritet ad sese deuincendam; cæterum, quæ non adeo grauet, quod ad extrema vas[illegible] rum pelle[illegible] non possit, fit quidem, vt humorem pel[illegible] at ipsa tertio quoque die: sed quod frequentius est, more duplicis tertianæ singulis diebus, maxime prope noctem ad extrema vasorum, & præcipue iuxta os ventriculi humorem transmittat, quo febri syncopali humori[illegible] simillima existit. Quo fit, vt ob eius copiam, quæ sui respectu maior est, quam fuit respectu maiorum vasorum, à quibus pellit natura, proculdubio adeo grauentur & offendatur vniuersi corporis partes, vt hac sola ratione tertiana, quæ sui natura salubris foret, perniciosa efficiatur: cui accedit, humorem esse mixtum ex tenui bilioso & crasso; cuius crassitiem velnti ex congelatione & condensatione factam arbitramur. In cuius febris natura expendendum primo est, *qua ratione hi humores grauent naturam in extrema vasorum, cum intra maiora non adeo graues extiterint.* Secundo, *qua ratione ob id perniciosa existat.* Circa primum coniectandum est, humorem hunc con-

*Tertianæ perniciosæ species quarta ex quibus fiant causis.*

D

E cretum, quem secum mouet biliosus & tenuis humor, qui in accessionem prorumpit, cum ad extrema venarum funditur, non protinus aut simul ad dicta loca transmitti, nec simul inalescere, sed paulatim proiicitur ac succenditur, tum quod copiosus sit, tum quod inæqualis. Quo fit, vt tenuior pars primo succendatur, & ex crassioribus, quæ primo transmittuntur, & reliquæ sic successiue, vt natura pellit. Præterea cum mox tenues partes succendantur, quæ crassæ sunt, simul incalescunt, grauioresque & rariores fiunt, eo, quod ex calore, quod crassum est, ocyssime funditur & liquetur. Quo fit, vt ea humorum copia, quæ vasis maioribus non erat magna, nunc in extremis vasorum liquata & fusa maxima fiat, grauis, & ponderosa, ex quo proculdubio sequitur, perniciosam & periculo plenam efficere febrem, cum vereri oporteat, ne vniuersi corporis calor ex copioso illo humore suffocetur, extinguaturque, aut laborans syncopi frequenter corripiatur. Finitima quidem est hæc febris conditio et, quam Medici *syncopalem humorosam* vocant, cuius Gale-

F nus 12. *method.* meminit nomine febris cum redūdantia crudorum succorum, licet ex continuarum fiat genere, transactis primis accessionibus, quod impotens sit natura longè à cordis vasis humores illos crassos & copiosos pellere, hæc verò intermittens. Verum ob id grauis, licet procul à partib⁹ cordi, & ventriculo, aut iecori vicinis

[illegible] valeat pellere, [illegible] quo vereri oportet vniuersi corporis caloris extinctionem, & ob id [illegible] [illegible] hæ febres ex occasione periculi [illegible] in [illegible] oportet, ne humorum pondere & [illegible] [illegible] extinguatur, quod prope ipsum ex statu [illegible] [illegible]udo, in hac vero, ne totius corporis [illegible] [illegible], præterquam quod (*vt dictum est*) aliqua [illegible] crassiorum portio prope viscera [illegible], licet in vtraque ob vitium & damnum [illegible] [illegible]culo illatum laborantes periclitentur. T[illegible] igitur causa necessaria est huius febris g[en]erationi, crudorum nimirum humorum copia C vê[ntriculum] & carnosum ac arteriosum genus [illegible] [illegible], virium infirmitas, quæ caloris paucitatem sequitur, & vitiata angustorum meatuum, & venarum compositio.

Cognosces autem, hanc febrem ab his humoribus inæqualiter crassis & copiosis prouenire, quod lente & cum diuturno ac moroso rigore incipiat, quem nonnunquam interrumpat calor quidam, veluti flamma exsurgens, que[m] iterum rigor compescit, ita, vt per interualla rig[e]ant & incalescant, qui sic affecti sunt. Quod symptoma illis succedere censeo, quia humor copiosior est & crassior (*potius profecto*) quam quod [si]mul totus possit à natura pelli, & si pellatur, simul accendi. Quo fit, vt pars post partem succendatur, & primo, quæ in eo tenuior est, post vero, quæ crassior. Dignosces etiam id, quod laborantes tarde incalescant, ex toto, & quod calor diu duret, & non admodum sit extensus, sed per aliquod interuallum flammea in corpore compareat caliditas, sed mox cesset, & mitis appareat calor: quod licet ita sit, anxium reddit laborantem, ob pressuram & grauitatem arteriarum & musculorum totius corporis, quam fusi & copiosi præstant humores. Impotens etiam toto febris tempore efficitur laborans, & cum anxius sit, sese mouere nequit, quo fit, vt molestius ferat, & veluti obtusis sensibus existat. Calore videtur carere, & siti plerumque premitur, & à potu grauius se habet, præcordio in principio inflato, corpus totum ampliori mole, quam pro naturæ modo tumens, color omnino vitiatus aliisque albidior, quam pro naturali habitu, & aqua inter cutem laborantibus persimilis, vel liuidus. Vrina copiosa subalbida, copioso sedimento & crasso plexa apparet. Pulsus ex paruitate & magnitudine inæqualis, aliquando intercepitus, & quo magis crescit febris, euidentiores fiunt præ[d]ictæ differentiæ, quod eo tempore tardior fiat humor, & vehementius naturam premat, celeritas tamen & crebritas non plurimum à natura dissident, ita vt plerisque videatur febre carere. Sæpe enim animo deficiunt, & aquæ potu non leuantur, neque aspersione aquæ frigidæ faciem, quinimo frictionibus, & vinculis melius se habent: respiratio frequens est, & suspiriosa: in febris autem inclinatione laborantes maxima cum inquietudine, ab vmbilico [ad] caput exsudant, & aliquantulum liberari videntur, & licet febre carere appareant, adhuc accidentia aliquot superstites, quibus constat nimio pondere laborantes confri[n]gi [:] tandem hoc est in huiusmodi febribus tanquam pathognomonicum signum, nimirum, ne[que] augmentum n[eque] statum, nec declinationem æqualiter fieri, sed in augme[nt]o aliquando incliuat febris, decliditque medicos, &

pe[illegible], at [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] declinationem [illegible] [illegible] ptat, quod p[illegible] [illegible] Præterea id hoc [illegible] [illegible] quod [a]ccidentia, quæ [illegible] [illegible]quarum feb[illegible] sibi veheme[illegible] & maior prope statum, qu[illegible] fit, [illegible] [te]mpore inæqual[illegible] [illegible] [illegible] & periculum fine [illegible] ra: ratio est, quia cum hæc mala [illegible] arteriarum comprehen[illegible] & [illegible] prodeant, & hæc eo [illegible] in quo maior fuerit ple[ni]tudo, [illegible] prope statum, quia in hac febre [illegible] pus semper à vasis aliquid pel[l]at na[tura] [illegible] ra, & quod pellit, magis attenuetur [illegible] fit profecto, vt eo tempore accidentia principue luceant magis.

Verendum profecto est in hac fe[bre], [ne] vnum è tribus malis laboranti succrescat, *primum*, ne laborans in augmento ipsius feb[r]is, cu[m] iam [inca]lescere cœpit vniuersum co[rp]us, antequa[m] ex toto incalescat, suffocetur. Quippe eo te[m]p[o]re [illegible] [illegible] efficitur materia ob feruore[m] que[m] [illegible] here incipit, quo fit, vt compi[illegible] va[so]rum exstinctione caloris in toto cor[pore] vel in syncopem grauem & periculosam, vel in mor[tem] prolabatur æger, quod si quis quæsierit [illegible] in hac febre, quæ suffocatione interfici[t] [la]borantes pereant in statu, & prope ipsum, [illegible] in [illegible] quis, quæ hoc modo interficiunt, in pri[ncipio] [illegible] borantes suffocatione periclitentur: [illegible] est, hoc esse principium huius febris, quaten[us] [a]d eam portionem attinet, eo, quod natura [illegible] mittat simul humores à vasis, sed paula[tim] vsque ad statum, quo fit, vt eo tempore (præterquam quod funduntur, & efferuescunt, & liquantur) copiosiores vtraque ratione sint, quam in princi- E pio, & ob id eo tempore calorem suffoc[a]nt magis. *Secundum*, si forte natura sese à syncope tuetur, pertimescere oportet grauem & diuturnum aliquem affectum subsequuturum, nam cum tertiana hæc oleru[m]que sit nimis extensa, facile continua efficitur, vel saltem sub ingressum duarum tertianarum. Quarum occasione non raro succrescere solet *tertium* malum, nimirum, malus corporis habitus: quippe cum calor indies impotens reddatur, proculdubio verendum est ne etiam bonum sanguinem conficere non [po]ss[it], ac subinde neque corpus probe nutriri, & malum habitum ex consequen[ti] subsequi.

Videtur profecto, posse hanc febrem curationem suscipere simillimam ei, quam febribus [syn]copalibus humorosis proficuam esse [illegible] scribunt, siquidem in omnibus fere æquales existunt: in [illegible] non in paruam dubitationem incidimus, siquidem Galen. non satis aperte [de]monstrat, *an liceat in huiusmodi febri[bus] sanguinem mittere aut expurgare*, cum solum [illegible] [illegible] vtend[u]m esse consulat, nec immerito q[uide]m [illegible] [illegible] febre crudorum humorum [illegible] [illegible] præcipue iuuare ventriculi os, [illegible] tractionem plerumq[ue] e[illegible] purganti pharmaco [illegible] dum [illegible] [cor]pus pl[illegible] & [illegible] sorum medicamen[illegible] quo pro[illegible] fit, vt in du-

dubium [illegible], quid agere oporteat. [illegible]pe [illegible] vti frictionibus insuffi[illegible] est [illegible] malo, nec licet corpore exsi[illegible] te p[illegible] q[illegible] Galen. interdixerat 4. *de sanit.* [illegible] obrem censeo Auerroum a Ga[illegible]. dissen[illegible] ille [illegible] qui nõ esse solum agendum fri[c]tionibus [illegible] plit, cui tamen Trall. qui neq; mediam neq, [illegible] am fri[c]tionem sufficere docet, Ra[s]us etiam 6. *conti.* cum Trall. purgationa pro[x]imus consulit. Verum si quis rem hanc diligenter expendat, reperiet proculdubio, huiusmodi febris longe diuersam esse medendi rationem à curatione febris [sy]ncopalis humorosæ & continuæ. Nam præterquam quod in Galen. doctrina non expresse constat huius febris notitia, eius, quæ illi assimilatur, 12. *method.* non dissimilis est curandi ratio. Sed dato, quod verendum sit sanguinem mittere, aut expurgare in illa, in hac vero ambo auxilia prærequiruntur, & vtriq; superest à principio commodissima occasio. Primum quidem eo, quod plenitudo illa, quæ in hac febre subest, non sit adeo copiosa intra vasa, quia tantum est plenitudo in potentia, quę in extremis vasorum efficitur in actu, certum est subesse locum expurgationi. ac si cum sanguinis præsentia adsit copia illorum humorum, quos & crassos & tenues esse diximus, ubi id credendum est, nõ deesse occasionem mittendi sanguinem. Quapropter cum in hac febre periculum sit, ne in accessionis principio aut statu, ex humoris efferuescentia & plenitudine calor vniuersi corporis suffocetur, ob id si sanguinem pręesse simul compertum fuerit, vel occasionem malo præstiterit sanguinolentæ euacuationis suppressio, deniẽdus vena basilica dextri brachii scissa est, idque semel aut bis pro virium robore, sin aliter, cauendum est à sanguinis detractione tanquam à magno malo. Nam plerumque sic affecti calore & viribus carent. Verum si prædictos humores tantum dominari constet, à purgatione & seligenti pharmaco facta, principium curationis auspicari oportet ex *syrupo solutiuo rosarum, cum infusione foliorum sene, aut cum expressione agarici, vel charthami.* Prodest & diacatholicon, *in decocto sene dilutum, vel diaphenicon us modicum cum confectione Amech simplici.* Post hanc vero purgationem sanguis demendus est, quod si opus fuerit magis probo, quam ante purgationem & coctionem, si antea missus non fuerit. His tamen factis, omni arte curandum est corporis calorem euocare, atq; excitare, quod facilius possit copiam humoris discutere, quippe in hoc malo frictionibus & ligaturis, aut cucurbitis, licet vtamur, non quidem vt euocemus humorem ad extimas partes, vt in reliquis dictum est, cum potissima ratio periculi sit copiosior humor, aut caliginosus & frigidus halitus in partibus carneis, sed vt solum calorem ipsum sopitum excitemus euocemusq; ad easdem. Quod sane facies leuiusculis, sed longioribus frictionibus, quibus, quod facilius euocari ad cutim possit, facile sequatur, & cum is sit calor & spiritus, is proculdubio succrescit. Item paruis & frequentibus cucurbitis, quibus ablata, vniuersum corpus suffumigabis, & perfricabis calidis linteis, quod sane facies parum ante accessionem, aut in ipsa & per vices & interualla in ipso augmẽti tẽpore, vt per carneas partes aliquid eius, quod ibidem moratur, antequam calorem offendat, euanescat, aut calor, qui id conterat, excitetur.

[illegible] C per [illegible] [illegible] di[illegible] [illegible]entiæ ex[illegible] q[illegible] b[illegible] ctis animo [illegible] *modico pane vino ma*[illegible] qui etiam odoramen[illegible] eundo aut tertio [illegible] terabis [illegible] calescet [illegible] pus & calorem c[o]nspicue ex[illegible] [illegible]uperias. A[illegible] sic eo pulsus paruitas deueniet [illegible], quod efficacioribus auxiliis [illegible] p[illegible]ge [illegible] modico vino puluerem q[illegible] ℥.j *margaritarum pr*[illegible] *gemmu* [illegible] *pulueris ossis de corde ceruî* [illegible] *monocer*[illegible] ℥.ß *misce, & cum melle ros.* [illegible] *porrige* ℈.j. Quo facto, cor & dorsum [illegible] quod recipit *olei liliorum, & de*[illegible] *Angelica ana* ℥.j. *olei cinnamomi* ℥.ij *pulueris garyophyllorum* [illegible] *naphæ ana* ℈.j. *diambra* g j. *pulueris florum rori marini* ℥.j. *croci* ℈.j. bulliant cum od[o]rato v[ino] in d[u]plici vase & facta expressione prædictas partes inung[e]. Ventriculo etiam prouidebis *vnguento, quod recipit olei nardini, & nucis muscata, & absynthii ana* ℥.ß. *garyophyllorum* [illegible] *gallia muscata g.x. cera q.s. vt fiat vnguentum.* Manibus vero fœminarum & virorum restibus adhibebis, quæ odorata sint & calorem concilient, velut est *vinum calidum cum aqua mellis, a, & pul. aromatici rosati, & diacimini.* D

His factis in die accessionis, studendum est in diebus quietis humorum copiam minuere, & cruditatẽ & crassitiem moderari quod facies, addito *oxymellite, vel syrupo de corticibus citra, ac modico syrupo de duabus radicibus cum aquis cinnamomi, anisi, fœniculi, Angelica vel de radice China,* ac pro [illegible] affectu, non recusarem, *oxymellitis scyllitici* modicum adducere. Post quam præparationem si coctio apparenter eluceat, plenius corpus purgabis his, quæ superius diximus, aut *pilulis aggregatiuis, vel de agarico.* Verum si lentius nat[ur]a humores concoquere consta[t], sanius esse dixi, ei epicrasin corpus purgare pil[ul]is ex *mastyche, rhabarbaro, & agarico, aut pilulis ex hiera Gal. & agarico, vel prunis Damascenis ex decocto sena conditis, aut infuso rhabarbari & agarici, vel charthami decocto.* Formidare enim in his oportet copiosas purgationes, ne humore copiosius in ventriculũ ruenti citius in irreparabilem syncopen euncedant. Præterea siue purgent, siue opus aliquod agere velint, electo non surgant, ne commoti humores citius syncopen excitent. Interim tamen prouidendum est hæmorrhoidibus & mensibus. Tandem post prædictas purgationes, theriaca cum modico vino vtendum est, aut aromatico rosaceo, & vino passulato, vel diacimino. B

In hac sane febre & somno & vigiliis opus habemus quippe somnus concoquit, & vigilia digerit. Item opus est victum instituere ex[illegible] & parcum, ac sæpius aut ex longis interuallis, vinum fere his omnibus ex vsu est, si non dormiunt laborans noctu, sin aliter diu. Prouidendum etiam est, vt laborans quam minime turbetur, distrahatur ve aliquo animi pathemate, quod sic affectis summopere noceat. F

### De perniciosa Tertiana ob aliquod accidens quod succrescit.

Est itaq; quinta pniciosæ Tertianę species ea quæ non ex propria conditione & natura talis Tertiana perniciosa


esse[t]

efficitur, sed ex aliquo accidenti quod illi iunctum sit, cuius ratione ipsa periculosa efficitur, quantumuis (no more) febris, & signis firma ac securissima esse [illegible] profecto hac lege vno ex duobus modis aliquam tertianam periculosam fieri conspicimus: *Primo*, quando crescente calore in accessione ipse pituitosus aut crassus ob contractam [illegible]ionem & tenuitatem ab ipso calore præstitam, [illegible] decumbitq; in aliquam partem, ac velut G [illegible] suum, (*vt aiunt*) catarrhum si ex capite, vel difficilem respirationem, aut orthopnœam si ex thorace, vel articulares & grauissimos dolores concitat, si in articulos prædictus humor prolabatur, quippe certum est, non raro contingere his, qui caput habent catarrhosum, humidum, & fluxionibus obnoxium, si febre tertiana corripiantur, tempore accessionis, ob calorem tantam deflluere pituitæ fluxilis copiam, quod in grauissimam suffocationem, aut lateralem dolorē pleuritico dolori per similem ocyssime periclitari videantur, sicut his, qui asthmate laborant ob crassos & viscidos humores, thoracis vasa & partes obsidentes ab eodem calore liquari, & moueri, excitareq; difficillimam respirationem, & grauissimam orthopnœam. Ita prorsus his cōtigisse scimus, qui articularem morbum pati sunt assueti, quibus vel caloris fusis humoribus, tenuior quædam pars in articulos migrauit, qua quidem grauissime & molestissime fiunt tertianæ accessiones. Quæ omnia finita accessione protinus aliquando cessant, eo quod calor, qui humores liquauit, eosdem discutere valuit, aliquando vero eiusdem mali, quē excitauit, aliquid adhuc superest, quod molestam, & non raro periculosam minatur fore venturam accessionem, si malum malo succrescat. *Secunda* quidem huius tertianæ species suboritur, cum febrilis calor vterum in consensum allicit, commouens corruptos vitiososq; ibidem morantes succos, quibus motis, accidentia succrescunt, tota accessionis duratione æque grauia ac periculosa, his quæ hystericis fœminis accidere assolent.

Signa. Signis profecto in huiusmodi tertianis nō plurimum opus habemus, cum constet, prædicta accidentia, quæ illis succrescunt, non accidere ob caloris febrilis, aut humoris peccantis, vel membri, in quo humor febrilis incumbit vitium, sed accidentia longe diuersa esse à natura prædictorum, esseq; symptomata, quæ aliis humoribus ab his, quæ tertianam efficiunt, diuersis propria sunt. Quippe affici catarrho, aut difficulter respirare, vel articulos dolere certum est, distinctum quid esse & accidentale à natura febris tertianæ, & ob id cum hæc accidentia succrescunt, conijcies tertianam fieri perniciosam ex accidenti, & non ex B natiua sorte.

Præsagium. Verendum quidem est in his tertianis, ne aliquod ex prædictis malis, quæ calore accessionis fiunt, vel laborantem suffocent, vel si in iterum reuertatur, essentiale fiat, & proprium: Quapropter sic affectos in die quietis præcauere oportet, ne C iterum reuertatur malum, & in accessionibus periclitentur.

Curandi ratio. Curandi ratio in hac affectione peculiares sibi præscribit considerationes, quas maxime [illegible] momenti censeo. *Prima* sane est, quod in ipsa accessione, vbi maius [illegible]minet p[illegible]lum, id [illegible]æcaueamus iuxta symtomatis, quod succrescit, naturam. In die vero quietis cura[illegible]um est, ne [illegible] reuertatur. Namque in cur[illegible] ipsius tertianæ [illegible] agendum est, præter id, [illegible] d in rel[illegible] tertianis salubribus ea viu esse diximus. præterea [illegible]am quod hæc p[illegible] celerius atque d[illegible] genu[illegible] stulas cur[illegible] ne si diutius protrahantur [illegible]ones, & [illegible]quentius reperant, aliquo ca p[illegible] modis laborans in ipsis periclitetur. Sic [illegible] vrgente fluxionis periculo, siue ad [illegible] fauces siue ad thoracem, siue cum dolore, aut secus, vel [illegible] difficili respiratione & orthopnœa, omni arte curandum est fluxum à capite ad alias partes diuertere, quod facies brachiis vehementer fricatis, aut ligatis, vel si ipsis cucurbitas apposueris, bis in singulis horis, quo fluxio illa euocetur. At si [illegible] ande periculum immineat, ipsas scarificare oportebit, & postmodum scapulis iterum alias affigere, quo flatus à thorace discutiantur, & aër partibus dilatatis commodius recipi possit. Quod si lateralis eluceat dolor brachiis, satis est ipsas apponere, & discutientibus ac siccis præsidiis prope partem dolentem vti, *v. sacculus ex milio & furfure, chamæmalo & sale*: Nam si inunctionibus aut e[illegible] potatoriis vtaris, laxiore facta parte copiosius ipsa [illegible]piet, & fluxionem euocabis. Sic profecto vtero prouidebis iuxta affectionis, quæ succre[illegible] indigentiam, vt libro nostro de mulierum aff[illegible]oribus abunde dictum est. Podagricis, aut quibusuis aliis articulorum doloribus nihil adhibebis, si frigidum sit, ad principalius membrum repellas, si vero calidius, plus ad affectas dolore p[illegible] attrahas, sed blandioribus auxiliis curandum est, laborantem ab excessionis sæuitia eruere, quod leges fusius libro nostro *de arte medendi proprio capite*. Cessante vero accessione, prouidendum est, E ne iterum præcedens symptoma reuertatur, quod facies eisdem præsidiis, quibus si præsens fuisset, curasses: hoc vno in considerationem adhibito, quod si fieri possit, vno & eodem præsidio febri & symptomati prouideas, siue sanguis mittendus sit, siue corpus purgandum. Verum si id complicationis conditio non ferat symptoma auferendum est: ac si sanguinem miseris, ex ea parte & vena facito, quæ vel capiti mandanti, vel thoraci à quo malum oritur, è directo respondeat: aut à iecore & venis maioribus, si articulosum membrorum genus pati videatur: vel ex talo, si aut menses aut hæmorrhoides deficiant, vel vterum compati constiterit. Quod quidem pari beneficio proderit febri & accidenti, haud secus, quam expurgans medicamentum, si eadem lege præstiteris: quippe ea adhibebis primo, quæ materiam accidentis respiciant; postea vero quæ febrem, licet aliquando mixta adhibere oporteat medicamenta, vtrumque nimirum respicientia. Verum F si ex prædictis accidentibus aliquod iam firmatum esse constet, quod liquido cernes, eo quod die etiam quietis adhuc perseuerat, non omnino posthabita febris curatione, ipsi extorquendum est, quod facies iuxta naturam mali, quod supererit, idque quæres proprio eius capite, vt & vniuersalia & particularia a[illegible]lia probe administrare possis. Verum si morbus præstiterit [illegible] ctandi indicias, maiori di[illegible]entia stude[illegible] tertianam febrem cur[illegible] quidem [illegible] cem causæ monentis gerit, & ea curata [illegible] denua del[illegible] escunt.

Podagrici [illegible] tertiani.

DeTer-

*De Tertiana Perniciosa ob humoris venenositatem, quæ necessaria ad curationem & notitiam exsistunt, reperies libro huius operis septimo.*

G

## De Febre Quotidiana.

Quotidiana febris ex quibus causis fiat.

FEBRIS Quotidiana nonminus fit pituita delata ad extrema vasorum, quàm omnes aliæ intermittentes: habet hoc etiam peculiare & proprium, quod pari modo fiat à putrefacta pituita in intestinis & ventriculo, & quinq; aut septem dierum spatio finiatur, licet non ita conspicue intermittit, sicut dum pituita putrescit in extremitati-

405 A bus vasorum, quo tempore hanc febrem interpolatam efficere habet. Hanc enim nun ob id *quotidianam* seu *amphemerinam* appellamus, quod singulis dieb. laborantem corripiat, cum duplex etiam tertiana & triplex quartana id habeant peculiare & proprium, sed quod ab ea materia proficiscatur, quæ suapte natura singulis diebus habeat moueri & succendi. Quotidiana igitur febris duplex quoq; reperitur, vna *Legitima & Exquisita* à pituita naturali orta: altera vero *Spuria & Illegitima*, quæ è reliquis pituitæ speciebus originem trahit, vel ea alio humore, aut sero pituita admixto. Prima quidem rarissima est, quod naturalis pituita ægre putrescat: seruatur enim à natura tanquam sibi familiaris, vt quæ deficiente sanguine reddatur naturæ alimentum: quinimo tardius ipso sanguine putrescit, eo quod frigiditate putredini opponatur, *(licet citius quam reliqui humores putrescat)* quod ex Galeno constare arbitratur *lib. 2. de rat. victus, com. 44.* Reliqua vero species, quæ illegitima

Cur sic dicta.

Quotidiana quomplex.

Legitima. Illegitima.

B est & spuria, duobus potest fieri modis, vno admixto cum pituita aliquo succo, qui natiuā ipsius conditionem mutet, vt ob falsæ pituitæ contingit admixtionem, vel alterius serosæ aut nitrosæ substantiæ. Quo fit, vt sicut tertiana, admixto quouis alio succo diuturnior efficitur, & quartana spuria breuior, ea adhæsu cuiusuis humoris, quotidiana quidem medio modo se habeat: quippe si pituitæ bilis admisceatur, breuior redditur quotidiana; si tamen melancholia accedat pituitæ, longe diuturnior. Secundo vero modo spuria fit à pituita, quæ à propria natura degenerauerit, qualis vitrea est, aut acida. Præterea siue hoc, siue illo modo fit, ex prædictis humoribus interpolata prodit vel continua, quam etiam Galenus amphemerinam appellat, *vt constat 1. popul. comment. 3. & 2. de differentiis febrium.* Ceterum cum Galenus appellat continuas ea pituita amphemerinas, eas quidem

Intermittés. Continua.

C tales cum additione continuas appellat. Constat igitur ex communi omnium auctorum sententia, febrem illam quotidianam quam legitimam esse diximus, raro accidere citra ventriculi aut hepatis offensionem, *vt ex Galeno signatim videtur constare 1. ad Glauconem.* Aliquando etiam proficiscitur ex coriza & catarrho, *vt testatam reperies apud Hippocratem 6. popul.* Est insuper quotidianis febribus alia finitima, quæ contingit, quando ex larga defluxione capitis ab ambientis frigiditate aut calore, dum modum excedunt *(quo tempore is humor inferius prolabitur)* modo calorem *(si in venis vratur humor)* modo rigorem & calorem *(si iuxta corpus prolabatur carnosam & sensibile)* concitat. Quæ quidem aliquando singulis diebus iuxta Solis occasum aggreditur, nonnunquam tertio die, aut quarto, *vt de ea refert Auicenna fen. 1. 4.*

Legitima ex quibus caussis oriatur.

Febris quotidianæ finitima quæ.

*tract. 2. cap. 53.* Cum hoc tamen nec tertiana, nec quartana censenda est, sed id contingit, quia vel pauca est materia, vel crassior, & sic tardius aut citius defluit. Cuius curatio aut plurimum differt à curatione catarrhi, *vt lib. nostro de arte medendi latius sum prosequutus.*

Ad has quoque febres reducibilis est ea, quam D *febrem laticam* appellant, cuius naturam facile dilices, si expenderis, quod febrium continuatum, quæ ea pituita oriuntur, quædam citra vllam accessionem, aut mutationem sunt *(quemadmodum in reliquis humoribus contingit)* quædam etiā reperiuntur, quæ præter id, quod non intermittunt, sicut ceteræ continuæ, mutationem tamen quandam sortiuntur, & leue quoddam incrementum à prædicta notatione incoanti. Certum differunt hæ duæ febres pituitosæ, quod illa prima ex humore pituitoso intra venas putrescente concitatur: hæc vero non nisi ea pituitosis humiditatibus extrema vasorum, & poris carnis inundantibus. Quapropter illam simpliciter continuam nuncupamus: hanc vero *laticam* febrem, aut *spuriam pituitosam*, tum ob putredinis locum, tum vero ob humoris modum & differentiam: quia latica ex tenuiori, & non ita frigido, & locis numeratis potius incalescit ad resolutionem, quam putrescat ad corruptionem.

Febris latica quæ.

Circa huius febris naturam multa sese offerunt E consideratione digna. Nam more intermittentium, cum oscitatione, & pandiculatione ac leui perfrigeratione incrementum suscepiat *(licet non intermittat)* quæ inuasio seu incremēti principium sex horis terminatur, cum adeo leui calore, quod naturalem æmuletur, ac videatur intermittere. Quæ sane post spacium prædictum leuiter incalescit, duratque decem & octo horis, licet aliquando iterum refrigeretur, & incalescat more etiam intermittentium, à quibus pari ratione differt, quod hæ intermittunt sex horis, & iterum cum manifesta perfrigeratione incalescunt decem & octo horarum spatio. Latica vero perfrigerationem illam habet cum moderatissimo calore, ita vt non sentiat molestiam, neq; à perfrigeratione, neque à coniuncto sibi calore, quia ea complexa causa contrariorum medius ille resultat effectus similis calori natiuo, quem sequitur incalescentia similima calori exercitii, ac sine vlla accidentium molestia. Quibus profecto rationibus Auicenna F & Barbari fere omnes statuerunt, laticam hanc febrem medium esse inter putridas, & hecticas, vt mox probabo.

quid ab intermittentibus differat.

media est inter putridas & hecticas.

Quippe euidenter constat, optime dictum fuisse ab illis, hanc febrem mediam esse inter hecticam & putridam: siquidem humoralis est, vt putridæ omnes: & more etiam hecticarum in parte corporis carnula, & in tertia eius regione insidet. Differt tamen ab vtraque, quia febres putridæ prodeunt à calore ex putredine humorum suborto: hæc vero ex tenuibus & pituitosis humiditatibus tantum succensis ac incalescentibus: At hectica ex succensione & consumtione propriæ & natiuæ corporis humiditatis: Hæc vero ea consumtione & inflammatione alienæ & extraneæ, ac superabundantis in eisdem partibus. Quo fit, vt iure optimo dici possit media inter has duas febres per conuenientias & modos quosdam, quibus vtrique earum assimulatur aut dissidet.

quid ab vtraque differat.

Ea quo-

G

estque diuturnissima.

Ex quo etiam prodit, hanc febrem esse diuturnissimã seu extensam, idq; duplici significatione. *Vna* ob temporis diuturnitatem; *Reliqua* vero, quia eius calor late & fere æqualiter se extendit per omnes corporis partes; magis tamen & proprius per tertiam regionem, à qua more hecticarum ad cor peruenit, contra ac putridæ à visceribus, vbi obstructio viget ad tertiam regionem, quo rarius purgationibus iuuatur. Quo etiam fit, vt à putridis febribus dissideat, quia plerunq; euacuatione

406 A

curantur, sicut illa maiori ex parte refectione per nouam humiditatem, vt febres hecticæ, licet febris latica, frictionibus, & resolutoriis auxiliis curari desideret, *vt latius leges libro de recto præsidiorum vsu, capite de victus institutione.*

Quotidianæ febris speciales causæ.

Huius autem febris speciales & potissimæ causæ procul dubio hæ existunt, quæ pituitam in nobis largiorem gignunt (*namque non sat est nosse, pituitam esse causam materialem, sed causæ etiam principiam ediscere oportet, vt iuxta principii rationem, principium etiam & modum curationis instituamus*) velut sunt frigida omnia & humida ex propria natura, aut ex accidenti. Sic frigida & humida temperies, tum natiua, tum acquisititia huic febri ubnoxia plurimũ est. Corpora enim pituitosa minus transpirabilia sunt, quia id est frigidi opus, & ob id huic febri esse prona, nemo negauit. Sic in id mali genus prompte labuntur, *infantia, pueritia, senectus, mulier, Eunuchus*, sicut qui consuetam vitæ rationem in sumendis, admouendis, faciendis, edu-

B

cendis pituitosam habent. Item hyems suam seruans naturam huius febris auctor existit, regio, cœli status frigidus & humidus, vita otio dedita, repletio quoque non solum à frigidis & humidis, sed etiam à contrariis: Vinum enim quanquam calidum, & potestate siccum existit, sumtum tamen intemperate pituitam, & frigidos affectus gignit, eo quod dum superari nequit, in crudum succum facile abit. Sic ebrietas, crapula, balneum & labor mox à cibo inter causas pituitæ recenseotur. Est igitur materialis huius febris causa pituita,

materialis. Pituita quid & ex quibus oriatur.

quam sane Auctores omnes censent esse omnem humorem frigidum & humidum, *vt ex Galeno constat lib. 2. de differen. febrium*, cuius generationem in duobus consistere scimus, in diminuto corporis, & viscerum calore, ac in alimentorum frigida, & pituitosa natura, nec non copiosa abundantia. Huius tamen quatuor species reperiri certum est, quarum vna à vehementi frigiditate oritur, quæ *Acida* est. altera à calore præter naturam proficiscitur, quam *salsam* esse existimamus.

Pituitæ quatuor species.

C

Verum vbi leuiter affectus calor est, & pauca frigiditas, *Dulcis* seu *Fatua* aut *insipida* fit. Contingit tamen haud raro, quod pituitosus cibus in ventriculo non conficiatur, vel quiuis alius, vbi copia abundet, ex quo, quod generatur, *Cruditas* est, non pituita. Hæc enim putrescens, in prædictas partes à natura propulsa, causa interna & continens febris quotidianæ intermittentis efficitur, siue in primis venis à porta ortis, siue in vltimis à caua natis, siue extra ipsa vasa, & in carnibus viscerum, vel aliarum partium cauitatibus collecta putrescat: quod sane ad curationem distinxisse erit operæ pretium, sed multo magis qualis naturę sit pituita, ex his quas retulimus, dum febrem concitat. Sed vitream, & acidam esse cognosces, quia dum mouetur per sentientia membra, ri-

Quotidiana quomodo cognoscatur orta ex pituita vitrea, acida aut dulci.

gorem validum, vtpote quæ frigidissimæ sunt commouent: præterquam quod acutis sunt participes, cuius ratione maiores fieri rigores necessum est, dulcis vero rigorem non infert, falsa causonem potius, quam quotidianam febrem efficere nata est.

D

Signa vero, quibus hanc febrem cognoscere datur, ea triplici signorum sorte posse desumi arbitror: nimirum ex his, quæ laboranti secundum naturam insunt, aut ex his, quæ præcesserunt & adsunt, vel ex his, quæ præter naturam reperiũtur.

Signa quibus eam cognoscendo implicat.

Ex his quidem, quæ naturaliter insunt, velut dictum est, natiua temperie, seu ętate, ex his, quę adsunt, vt anni tempus, regio, victus, & vitæ institutio. Dignuscea tamen id proprius ab his, quæ præter naturam sunt, nimirum à morbo, causa morbi & symptomate. A morbo etenim quinque deſumuntur signa: *Primum* à qualitate, & copia caloris: *Secundum* ab intermissione pura aut impura: *Tertium* à duratione accessionis: *Quartum* ab accessionum experientia: *Quintum* vero & vltimum ab hora inuasionis. Cognoscitur quidem, (*præterquam quod cum extremarum partium frigore solum incipit*) ex caloris qualitate, quia primo accessu videtur halituosus, immorantı vero manui, paulatim densior sentitur, tanquam fumosus calor cum multo vapore mixtus, ac si ignis lignorum viri-

E

dium copia suffocaretur, qualem dixit Hippocrates: *Initio quidem ad manum mitem esse, sed paulatim increscentem, ac multo post frigoris inuasionem.* Qua ratione Galenus *ad Glauc. cap. 7.* affert: *Calorem huius febris esse humidum cum quadam acredine*: Ratio est, quia cum materia sit humida, calor magis videtur suffocari, quam ipsam superare; acrimonia tamen eo sentitur, quia is halitus ex putredine promanat: quo fit, vt in primis mitis appareat, & mox acris. Succenditur etiam in his calor tardius ob materiæ difficultatem, ex quo prodit, inæqualem esse calorem, quia non omnes partes simul succenduntur, sed tenuiores primo, mox quæ crassæ sont. Cognusces quoque hanc febrem ex hora inuasionis; Nam accessionum initia habet vespertina, & noctu magis, quam interdiu vexare consueuit, & ob id credimus Hippocrati *3. pop.* per *nocturnas* febres, quas appellat, *quotidianas* esse intelligendas. Inuadunt enim hę solis absentia, nam similia similibus augeri certum est, quia, qua ratione cum omnia Solis absentia frigidiora reddantur, fit, vt quæ frigida sunt, vt pituita, moueantur ea hora. Quotidiana item febris ægre succenditur, & tarde mouetur, humore ipsius meatib. sæpe ob crassitiem hærente. Longissimum item habet incrementum vsque ad vigorem, quia humor, cui subiicitur, natura frigidus, & humidus est, & plerunq; consistentia crassus, & glutinosus, vires interdum frangens, premens, & grauans: cognoscitur etiam ex quiete quam integram non habet, neq; veram remissionem, quia pituita putrescens, non potest simul tota succendi, neq; attenuari, vt per sudorem possit expurgari: quo fit, vt cum tota simul non putrescat, neque euacuetur; sed paulatim, non possit ad integram quietem peruenire. Verum si quis ob id dixerit, non esse de genere intermittentium, animaduertat, duplicem esse in febribus remissionem, seu integritatem: quarum altera est quoties laborans febre vacat: altera vero quoties, neq; febrili calore, neq; altero præter na-

Quotidiana cur dicatur intermittens.

G

turam

turam molestatur. De hac etenim secunda dixit Galen. 1 *ad Glauc. cap. de febre ephemera*, quod nulla febris quantumuis intermittens, in remissione ad integritatem peruenire potest, hoc est, ad veram intermissionem caloris non naturalis: quo sensu etiam dicimus, febrem quotidianam non deuenire ad integritatem, quia semper adest caliditas aliqua præter naturam, & maior fortasse, quam in reliquis intermittentibus: Dicimus tamen esse febrem intermittentem, quia deuenit ad febrilem integritatem, licet non ad integritatem

407 A caloris præter naturam. Ex qua etiam causa prodit, accessionem esse, quam tertianæ longiorem, decem & octo nimirum horarum ad intermissionem impuriorem; indicium quidem putrescentis humoris semper incalescentis. Dignosces etiam hanc febrem ex repetendi modo, nimirum per singulos dies, vt inferius latius scriptum reperies. Præterea in hac febre nulla fit euacuatio, quia humor ipsam concitans, crassus est, & lentus, qui ob crassitiem non permanat, & ob lentorem difficulter separatur, licet processu téporis, humore iam extenuato id fiat; nam eo tempore vomunt, sudant, & adsunt deiectiones pituitosæ, frigidæ, humidæ & aquosæ, crudæ: nam totum corpus crudis humoribus scatet, & os ventriculi & hepar: ob multas cruditates præcedentes, & coquendi tarditatem, vnde acidi ructus succrescunt, & initio febris hypochondria intumescunt, inflantur, ac distenduntur, ob id quidem merito dictum esse Gal. censeo 1 *ad Glauc.* & 2 *de cris.* quotidianam raro accidere sine ventriculi vitio.

Quotidiana raro accidit sine vitio ventriculi.

B Has quoque febres ex symptomatis facile dignosces, nam harum pulsus sunt parui, densiores, tardi, inæquales in initio accessionis, in augmento maiores, & velociores, sed obscuri, quemadmodum in tertiana. Sed hæc est differentia, quod in tertianis, quia materia facile inflammatur, pauculissimum durat huiusmodi pulsus: in hac vero ob materiæ tenacitatem diutius. Accidit tamen in febribus paruitas in pulsu multiplici ratione, tum ob vsum pasum adauctum, tum ob compressionem arteriæ, tum vero ob humorum abundantiam, quæ facultatem grauat. Sed inæqualis subortur non solum ex prædicta aggrauatione, sed ex vitio oris ventriculi, vbi multi humores abundant & molestia infertur, quorum sarcina vires opprimuntur, & calor turbidus ac fumosus difficulter accenditur: ex quo pulsus inæquales omnino fiunt & varii, modo paulo maiores, modo minores, debiliores aut vehementiores, prout calor materiam aut

C materia calorem vicissim superauerit. Comparat autem Gal. pulsus magnitudinem, & alias differentias eis, quæ adsunt in tertianis, & in quartana, scribitq; hæc verba: *Pulsus itaque quotidianæ tanto minor est pulsu quartanæ, quanto quartana pulsus tertianæ minor est: pulsus item rarior, quam tertianæ, & quartanæ est æque tardus: quotidianæ ergo est minimus, rarus, tardissimus: tertiana maximus, velocissimus, & frequentissimus: quartana paruus, tardissimus, & rarissimus. Ratio huius diuersitatis est, quia cùm in tertiana polleat magis vsus, quam in quartana, ac rursus in hac magis, quam in quotidiana, mirum non est, maiorem esse in vna, quam in alia. celeritas vero in quartana & quotidiana est par, etsi maior sit calor in quartana, quam in quotidiana, quia id, quod magnitudine in quartana adimpletur, in quotidiana mediante maiori celeritate fit.* *Ita que est quartana pulsus tanto rarior quotidiana, quanto tertiana frequentior quotidiana ob fuliginum copiam, & acrimoniam in tertiana.*

D Licet quoque hanc febrem nosse ex accessionis principio, quia vt antea diximus, non incipit rigore, neque horrore: sed solum præmissa quadam perfrigeratione sine tremore, aut concussione, aut cum leui rigore, *vt Stephanus Galen. interpretatur.*

Sese quoq; hæc febris ostendit ex qualitate totius corporis, aut alicuius partis: redditur enim in ea vniuersum corpus albidius, ad pallidum vergens, etiam vigente febre, ob delatam ad extremas valorum partes in ambitu corporis pituitam. Apparet etiam facies tumida ob halitum crassum illuc ascendentem, & longe ante declinationem pedes intumescunt.

Non adest in hac febre sitis, neque anxietas, neque inquietudo, quia ventriculus madidus est, copiosiori pituita, quæ calorem & siccitatem sitis effectrices reprimit. Solet enim inexpectabile cibi fastidium subsequi, nisi forte ob intensam aciditatem pituitæ caninus eueniet. Quæ omnia elegantissimis verbis scripsit Gal. *lib. 1 de plenitudine, cap. 11. dicens: A salsa siticulosi, ab acida famelici, à dulci somnolenti, ab insipida minime appetentes fiunt.* Quo fit etiam, vt ructus succrescant aliquando

E acidi & frequentes, vomitiones pituitosæ citra molestiam & præcordia inflata.

Ab excrementis etiam hanc febrem nosse facillime datur, nam quæ ex aluo prodeunt, subalbida apparent, pituita permixta delabente. Cuius euentus causa est, ventriculi frigida intemperies, & venarum mesaraicarum obstructio: Nam ab illa fit, vt multa crudi & aquosi humoris copia generetur, ab hac vero, vt in hepar concoctus cibus penetrare non possit, quare excrementa liquidiora reddi necesse est. Fit etiam nonnunquam ob eandem causam contrariis omnino euentus, nimirum, vt tarde laborantes deiiciant, obruta & insensili facta intestinorum facultate, ob pituitæ vbertatem. Qua profecto ratione, quia excrementa in intestinis diutius immorantur, solent prædicta excrementa dura ac solida prodire præ nimia exsiccatione venarum mesaraicarum.

F Apparet insuper in his febribus vrina cruda in principio, ob materiæ naturam & ingentes obstructiones, quæ solam serosam humiditatem fluere permittunt: cui accedunt aliæ duæ causæ: *Prima facultatis imbecillitas. Secunda* prædictorum humorum abundantia. Quod si aliquando alicuius vasis obstructio adaperiatur, crassa mingitur & turbulenta, idq; nó semper, sed aliquando, ac nonnunquam rubicunda, *vt Gal. refert 1 ad Glauc. c. 7.* quod quidem prodit á putredine pituitæ, vel a mutatione dulcis in sanguinem. Itaq; prodit tenuis ab obstructione, crassa á fusione humorum, inæqualis ab vtroque, cruda á principio, ob summam materiæ cruditatem, rubra cum pituita coquitur aut putrescit. Expendendum insuper est, quod adhuc morbo existente in principio, plerunq; apparere solet in fundo matulæ, ac residere aliquid sedimento persimile, quod quidé si quis recte intueatur, nullá præstare coctionis notam reperiet, quia quod in fundo matulæ existit, humoris peccantis adhuc crudi portio est potius, quam subsidentia, & ob id cruditatem potius commonstrat, &

moi-

morbum adhuc esse in principio, donec coctione prævalente subleuetur, & postmodum à parte superiore iam morbo perfectius cocto, ad verum sedimenti locum conscendit.

Verum si febris hæc à dulci oriatur pituita, minora fere habebit hæc omnia, quod minori interuallo à sanguinis natura recedat, vrinas habet subrubeas, crassas, pulsus velociores & frequentiores, oris amaritudinem, & sitim grauiorem, & in declinatione sudores. Inuadit plerunque cum horrore media nocte, quia ad sanguinis naturam accedit. Quæ vero ab acida, & vitrea fiunt, longe diuersa habent accidentia, vt *in c. de epiala* leges.

408 A

Quotidiana quomodo & quibus signis a dupli- ci tertiana & triplici quartana distinguatur.

Distinguere autem hoc febris genus à duplici tertiana, & triplici quartana opus erit, siquidem hæ singulis diebus inuadunt. A duplici quidem tertiana seiunges, si vtriusq; species & causas longe pugnantissimas, & symptomata etiam obseruaueris: item ex hora inuasionis, nam quotidiana prope noctem sæpe, tertiana autem prope meridiem inuadit. Item quotidianæ accessiones omnes sunt similes, etiamsi quædam perpetuo, vel anticipent vel remorentur, in tertianis vero tertio quoque die mutuam habere correspondentiam comperies, aut quarto quoque die, si triplex fuerit quartana: Nam vbi duæ sunt tertianæ sic implicatæ, vt vna quotidie accessio fiat, tunc tertio, quinto, & septimo, & sic de reliquis diebus imparibus eadem consequuntione erunt similes caloris specie, & symptomatis primæ accessionis, & secundæ accessioni similis erit quarta dies, sexta, & octaua, & reliquæ omnes diebus paribus repetentes. Quamobrem recte nos admonet Galenus exerceri in typis simplicium febrium, ne duas tertianas, vnam quotidianam, & duas quartanas vnam tertianam putemus.

B

Quotidianæ febris præsagium.

Hanc procul dubio febrem, neque omnino tutam, neq; plane periculosam esse censemus: non quidem tutam ob morbi diuturnitatem consumtis calore & potentiis: non omnino periculosam, ob humoris peccantis benignitatem. Harum tamen febrium hyeme maximus est prouentus, maxime si accedat humiditas loci & constitutionis: exercent plerunq; pueros, eosque paruulos, aut grandiores, sed obesos & pituitosos, plurimo otio, crapulis, & ebrietatibus deditos. Ceterum ex his febribus diurnas longiores esse censent Hippocrates & Galenus *6. popul.* & longe periculosiores, cum aliquando ad tabem vergant. Inquit enim Auicenna (vt cuique constet, quantum duratura sit quæuis harum febrium) *l. 4. tract. 2. c. 48.* *Principium quotidianæ febris producit sæpissime vsque ad decimum octauum diem, & febrem ad quadraginta quatuor.* Galenus vero *1. ad Glauc. cap. 8.* *Longam & non omnino tutam fore,* scribit, *& eo longiorem, quo syncerioren contigerit humorem esse, & eo breuiorem, quo magis accessiones per sudorem finierit*, vt Auicenna refert. Indicat enim humorum tenuitatem, & raritatem pororum.

Quotidianæ diuturnæ longiores.

C

Curandi ratio febrem quotidianã triplicem habet scopum.

Medendi quidem methodus, cognita huius febris materia in triplici scopo sita est: *Primus* quidem est, qui materiæ peccantis præparatione finitur. *Secundus* eiusdem eductionem exequitur: *Tert*[illegible] vero ventris & aliorum viscerum corroboratio[illegible]em præcipit. Primus sane scopus quatuor [illegible] complectitur, quemadmodum antecedens materia quatuor modis affecta est: in primis equidem frigida existit, adeo vt difficulter [illegible] calore regulari possit: est etiam viscida ac [illegible] quam maxime: tertio est crassa: vltimo vero admodum lenta, vt difficulter ac tarde moueri possit [illegible]obrem iuxta cuiusque harum partium vitiu[illegible] cet humorem præparare coctioni prim[illegible], ex[illegible]ulsioni vero secundo. Nil etenim est, quod [illegible] coctioni refragetur, quam frigiditas, aut putre[illegible]ctio, & ob id primo habenda est co[illegible] dentia, vt subsit iuxta artis præcepta [illegible] locus, omnino enim curationi tertianæ co[illegible] instituenda est medendi methodus in hac febre, nam hic neque morbus (*puta calor*) neque materia (*quæ frigida est*) refrigerari, vt in tertiana expositum est; maius enim periculum in quotidiana impendet ex causæ frigiditate & substantia, quam ex putredine & calore, & ob id in hac minimum est humectandum, aut refrigerandum. Sed præstat in genere, qualia medicamenta cuique harum quatuor actionum proficua sint, prius docere: *Primo* quidem rem agere oportet calfacientibus, quæ (*ob putredinem & conditionem humoru*) modice siccantia exsistant. *Secundo* incidentibus, quæ tenacitati proficua sunt, quod etiam coctioni subseruire credendum est; nam supplet ars hoc medicamenti genere, quod natura nequit, comminuit enim & liquat ipsa primo, eaque coquere studet. *Tertio* quidem attenuantibus, quæ crassitiei prosunt, non solum ei, quę naturaliter inest humoribus pituitosis, verum illi etiam, quæ ex coctione resultat: *Quarto* vero & *vltimo* per abstergentia, & quæ paulatim vrinas mouere nata sint, quæ sane medicamenta lentori humorum & obstructioni proficua etiam esse scimus.

E

Victus conditiones quæ debeant.

Quibus sic præmissis, cum victum primo huic febri iniungere oportet, qui tenuans, incidens & aperiens sit, his enim crassa materia inciditur, & obstructiones aperiuntur. Insuper considerandum est, septem primis diebus minorem cibi copiam esse porrigendã, quo facilius natura vincere possit eam humorum crudorum copiam, quam ventriculus & venæ mesaraicæ continent: deinceps vero is est instituendus victus, qui & parcus non sit ob morbi diuturnitatem, verum substantia tenuis, aut mediocris exsistat: talis quidem est *perdicum, gallinarum & pullorum caro, tum assa, tum elixa cum ciceribus nigris, petroselino, aut radicibus fœniculi vel petroselini & cum modico thymo, pulegio, aut mentha, croco, cinnamomo, & sinapi, vel ex his facto salsamento, quod gustui gratum sit, modo ea prius eligantur, quæ minus calfaciunt & aperiunt, ne crassi adhuc & crudi humores in venas traducantur.* In cœna vero parciori vtatur victu, quia ea hora febris exacerbatur, & ob id sorbilibus, aut pomis odoriferis assis, vel vitellis ouorum vti satest. Transactis etiam aliquibus diebus, vtatur *passulis, amygdalis tostis, pane buccello, ficubus siccis, & his, quæ huius naturæ sunt.* Bibat *aquam mellis, aut cinnamomi, anisi vel fœniculi* coctione vero iam manifesta *vino* vtatur *albo, tenui & aquoso*: primis etiam diebus transactis, diureticis alimenta condire, & conficere oportet, quæ præparatum commoueant, ac paulatim sua vi per vrinas trudant. Sunt autem hæc calida tenuium partium extergentia atq; exsiccantia, quæ tenuando sanguinem ipsum id perficiunt, trahentibus renibus, quod sibi familiare exsistit. Quæ tamen varia

F

G

exsi-

existunt, sed quæ maxime proficua videntur, sunt *semen apii, petroselini, fœniculi, dauci, smyrnii, sefeli, meum, asarum, & acori radix*, quæ omnia, aut cum *iure pulli decocta*, vel *hydromelite macerata* summopere id præstare possunt: somnus etiam parcior longiori est vtilior, maxime iuxta accessionem; nam vereri oportet, ne in lethargum, aut aliam soporosam affectionem malum commigret: Somni enim tantum concedere fas erit, quantum ad co-

409 A ctionem celebrandam opus est. Præterea calorem excitare conueniet, ira, lætitia, aut frequentioribus frictionibus, saltem summo mane factis.

Humorum incisio ac præparatio an in principio quotidianæ fieri debeat, an vero calfacientibus vtendum.

Sed insequentes primam indicationem, cui munus erat humores præparare, animaduertisse primo oportebit, quanam ratione Gal. 1. *ad Glauc. cap.* 12. & etiam *lib.* 2. præcipiat primis huius febris diebus, diuretica & incidentia adhiberi, quod etiam Auic. asseruisse *fen.* 1. 4. *cap.* 57. constat, nam inquit, *quod conueniunt omnes febres phlegmaticæ in hora principii, in necessitate administrationis subtiliantium & incidentium & diureticorum*. Quibus locis videntur innuere, statim in principio licere vti iis, quæ diximus pharmacis: quod sane præter id, quod est aduersus eundem Gale. & rationi aduersum, nil est, quod in his febribus adeo augeat obstructiones, & morbum ipsum diuturnum reddat, ac diureti-

B corum intempestiuus vsus, eo quod (*præterquam quod in principio corpus plenum est*) humores viscidus, & praue affectos per singulas partes deferant, quos maiores efficere obstructiones, dum per angustias vias deferuntur, necesse est. Præterea in principiis scatent communes viæ excrementis, quæ his medicamentis in alto corporis deferuntur, causa profecto diuturnioris affectionis. Cui dubitationi Neoterici respondent, nil inconueniente lentam incisionem, & attenuationem per syrupos in principio fieri, nam aliam copiosiorem verendam esse dixisse Galen. censent: & eam eiusdem Galen. versionem laudant, quæ vertit, *in ipsis primis diebus*. Verum licet Ferdinandus à Mena protulerit, placuisse magis versionem prædictam, censeo tutiorem esse eam, quæ exponit, *post primos dies*, cui consona videtur Auicen. lectio loco nuper citato, quo intelligit *ad diem vsque septimum*, nam inquit: *Et conuenientiores medicinæ, quæ administrantur à principio, sunt gelencabin*: id est, *mel rosaceum vsque ad septimum diem*: quo loco iubet vsque ad prædictum terminum, calida hæc medicamenta, velut est mel rosaceum aut hydromel, adhibenda esse, præsertim si acetosi parum admisceatur. Ita-

C que curandi ratio in prima hac indicatione, quæ præparationem humorum continet, euariat quidem secundum morbi tempora, & materiæ naturam. Initio tamen antequam ad incidentia & attenuantia deueniatur, opportunum erit, communes vias abstergere, & si quid crudum illic immorari comperiamus, purgare *clysmate acriori iniecto, aut blandiori cathartico exhibito*, quale est ius *ex mercuriali, vel syrupus ex infusionibus rosarum, vel electarium catholicon*. Verum si excrementis carere constiterit, prædicta via incedendum est, iis nimirum, quæ pituitam primo modo parant, quæ iuxta naturam pituitæ diuersa esse oportet, dulcis enim pituita & salsa, quæ minus contumaces sunt, leuiora expostulant auxilia, vitrea vero & acida, vehementiora & diutius præstita. Primo itaque *melle rosaceo veteris, syrupo de prassio, aut de stœchade*

Humorum præparatio variat secundum morbi tempora & materiæ naturam.

*cum syrupo borraginis*. Præstat & *melicratum* coctum *ex decocto hyssopi, thymi, stœchados* & [illegible] verum habenda ratio est, si materia [illegible] contumacior sit, tempus anni frigidum, & regio ac cetera pari pensu, nam sexta pars mellis misceri potest, contra vero in naturis ægrorum, ac temporibus calidioribus, diluuius esse debet, alioqui prompte bilesceret, & morbum intenderet. Hoc item perpetuo obseruare oportebit in vsu syruporum, alias plus oportere dilui, alias minus: neque consuetudo recipienda, quæ tantum aquæ, aut similis liquoris duplum imperat, sed iuxta dictam rationem efficiendum est. Transactis quinque aut sex diebus, clysmatis, quæ præparata hæc excrementa ad intestina euocent, vtendum est, quæ sane conficiuntur ex decocto *mercurialis, ficla, betonica, stœchados, aut furfuris cum succo ficla, vel rosarum & oleo communi, vel chamæmelino cum melle rosaceo, & sale*: quibus procedente tempore addere licebit *catholiconis, aut hierapicræ ab* ℥. j. ß. ad ℥. j. *vel diaphæniconis* ℥. ß. quibus tertio quoque die vteris. Confici etiam possunt ad indurata excrementa, quæ frequenter his affectis insunt, ex decocto *prunorum, maluarum, vel iure gallinæ aut galli, cũ prædictis succis & oleis*. Verum quia plerumq; præ copia humorum,

E à quibus vt plurimum pendet pituitosa febris, periculosa efficitur, ex optima medendi ratione prodit, præmissa leui hac præparatione, humores ipsos, vt Arabes proferunt, minuere expurganti pharmaco in ipso morbi principio, & postmodum secundo eosdem præparare iis medicamentis, quæ incidunt & humoris visciditatem auferunt. Primo quidem exhibito *apozemate*, quod recipit *polypodii, radicis petroselini, asparagi, cyborticum foliis, chartami seminis & passularum mundatarum ana* ℥. j. *agrimonia cuscuta fumaria ana* m. ß. *thymi, asplenii, adianti ana* m. s. *seminis anisi, fœniculi, melonum, & cucumeris ana* ʒ. ij. *florum cordialium* p. j. *fiat decoctum ad lib.* j *& colaturæ adde oxymellitis simpl.* ℥. j. *syrupi capillorum Veneris* ℥ ß. cuius dosis sit summo mane ad ℥. iij. *vel* iiij Quod si efficacius efficere volueris, addes *syrupi de quinque radicibus, aut de duabus cum aceto, vel syrupi acetosi simpl.* ℥. ij. Huic quoque vsui prosunt acetosa omnia, *vt oxymel simplex aut compositum, vel syrupus acetosus simplex*: nam iis quidem omne viscidum in pituita inciditur, qood secundam hanc præparandi viam efficere dictum est.

Clysma.

Tertio autem modo humor præparatur his, quæ tenuiorem reddant ipsum: qua sane indicatione vtendum est, morbo properante ad pleniorem purgationem, tum vero causa attenuationis humorum, vt facilius concoquantur, & vt cocti facilius educi possint. Huiusmodi beneficium

F præstat syrupus de *quinq. radicibus, aut de duabus, vel de bisantiis, vel acetosus, diarrhodon, & similes, cum aqua superius adductis, vel prædicto apozemate*: quæ sane medicamenta calore & partium tenuitate humorem liquant & attenuant, ac vias quoque reserant.

G Secunda autem indicatio curationis in humoris præparati eductione sita est, quam sane quatuor modis fieri censemus: primo quidem, per sanguinis detractionem, nonnunquam per vomitum: frequenter per expurgans medicamentum; ac prolixiori facto morbo, per vrinam. Præparata porro materia si vrinæ crassæ & rubentes appa-

II. Quotidiana febre laborantibus quando & in qua quantitate sanguis mittendus.

scant, si pulsus magni, si color faciei rubore perfundatur, si venæ tumeant, si sanguinolentæ alicuius vacuationis suppressio præcesserit, facto latiori in venæ foramine, sanguis mittendus est. Sed in hoc auxilio exsequendo considerabis primo, raro in his febribus esse tutum, mox ipsum tentasse, nisi suppressa sanguinis vacuatio præcesserit, aut apparente vrina crassa & rubra, quam quidem rarissime in principiis apparere scimus. Verum si talis apparuerit, facta leuiuscula purgatione, conducit protinus sanguinem detrahere, antequam sanguis recrudescat, maxime si (*vt dictum est*) ob eius suppressionem vel copiam dulcis aut salsæ pituitæ febris suboriatur: plerumque enim tales vrinas apparere, præmissa præparatione & transacto principio comperimus: quamobrem id esse oportunum tempus sanguini educendo existimo. Cui etiam ratio adstipulatur; nam vrinis rubris & crassis apparentibus, coniectandum est, pituitam vel in sanguinem per coctionem versam esse, vel copioso sanguini admixtam, cuius augmento sanguis ipse crescit, & vrinæ tales apparent, ob idque eo tempore sanguinem mittere, consultissimum est. Arabes quidem, quantum ex eorum scriptis colligere potui, in calida cœli constitutione dextram basilicam, in frigida sinistram pertundunt. Verum in vtraque, ac multo minus in frigida parum detrahere iubent, quia id tenuere omninu videtur humoris peccantis conditio; & eo minus, quo magis distauerit à natura sanguinis, vt vitrea & acida. At in quondtana continua longe aliter coniectari oportet sanguinem esse detrahendum: quippe in intermittente, cum materia antecedens putrida non sit, verti potest in sanguinis substantiam, & differenda est sanguinis detractio, donec appareant signa, quæ id monstrare possint, vt dictum est. In continua vero, cum putrida sit pituita, aut saltem putrescens, adeo vt nulla coctione possit in sanguinem mutari, cum huiusmodi coctio solum faciat cessare putredinem, non opus est tam diu differre sanguinis detractionem, sed veluti in quauis alia febre ab humorum putredine concitata mittendus est, quia id postulat affectus conditio, licet parce ob humoris naturam, quæ id auxilium renuit, & per longiora interualla, quia diuturnior futura est affectio.

Secunda tamen vacuandi ratio per vomitum in hoc morbo commodius fit, quam in quotidiano, idq; sumta indicatione à ventriculo & primis venis, partibus profecto in hac febre frequentissime affectis. Sic enim tertia aut quarta quaq; accessione ante ipsam, vomitu prædictas partes purgare oportebit. Adde etiam id præcipere Galen. *lib. 1 ad Glau. cap. 21.* cum hoc tamen caute & prudenter hac in occasione id munus exsequi est necessum: nam dum ex vitio iecoris & venosi generis sic affecti laborant, non videtur probari posse hoc vacuandi genus: difficulter enim ea, quæ in hac regione degunt, vomitu possunt expurgari, & non nisi validioribus pharmacis, & quibus ventriculus longe imbecillior redditur. Superest tantum esse ex vsu, cum ventriculus officina est pituitosorum humorum, quod post principium morbi, aut præmissis leuiusculis purgationibus exsequendu venit. Ac si dum genus venosum laborat,

*Vomitus quando febri quotidianæ remedium sit.*

eo auxilio opus est, tum profecto, cum affectus vetustus ventriculum ipsum in consensum eius adduxerit, tunc n. verendum est, ne ex factis ibidem cruditatibus diuturnior reddatur affectio. Sed vomitus prouocandus est, dum ventriculum infestat pituita, decocto fœniculi, seminis raphani, oxymellite simplici cum succo raphani, & aqua tepida. Quo facto non est credendum, sat esse, vt mali principium subsideat & auferatur quippe pituita, quæ infarcta existit in ventriculo [illegible] causa est, cur ipse minus conficere possit [illegible] missa alimenta, ac potius in pituitæ naturam commutet. Quamobrem per epicrasin vomere consuescendum est, facta inter vnam & aliam debita præparatione *hydromelite confecto aqua hyssopi, aut absynthii, vel origani, & addito oxymelitis* ℥ ß. Quo facto, tribus quatuorve diebus non porriges copiosam aquam, aut decoctum tepidum ad vomendum, *vt vulgus Medicorum consulit*, sed eo medicamento vteris, quod præter id, quod pituitam purget, vomitum etiam creat: huius naturæ ʒ j. agarici, infusa & expressa in ℥. v. hydromelitis calidi, & mox hora transacta æger cogendus est vomere: atque id his in hebdomada faciet. Qua etiam vacuatione quod in venis iecori & ventriculo proximis inest, haud difficulter excernitur. Deinceps vero curandum est, singulis diebus ventriculum modice calfaciendo roborare, vt vltima huius capitis parte abunde scriptum reperies.

Tertia vero vacuandi ratio humoribus iam coctis debetur, quam sane non semel neque bis efficere oportet, quia materia non simul neque ex omni parte concoquitur, sed paulatim & lente. Quapropter considerandum est, si materia copiosa fuerit in principio, non ob id fugiendum esse ab expurgantibus medicamentis, donec ex toto euicta atque concocta sit, sed præparationi sufficienti viarum & humorum præmissa, purganti medicamento eam minuere oportet, quod inter Arabes Auerrous, & inter Græcos Trallianus aperte protulerunt, præsertim cum Gal. pituitosam febrem periculosam pronunciauerit, eo quod maturo consilio visus est illi succurrendum esse. Alienum enim ab omni ratione iudico, vbi conspexerimus multis humoribus premi vires, & inæquales apparere pulsus, diutius velle differre purgationem, periculum enim est, ne vires succumbant. Ceterum si in principio non præualuerit huiusmodi necessitas, non oportet subito & confertim huiusmodi purgationem moliri: tum quia coctionem integram, quæ pleniori purgationi est necessaria, in hac febre exspectare periculosum est & inutile: tum vero quia difficulter tolerabit corpus vires medicamenti, tanto & tam crasso humori proficuas. Quamobrem censeo mature consuluisse Trallianum, qui facta leui coctione, quam concitato per vniuersum corpus maiori calore moliri oportet, frictionibus leuibus, inunctionibus, & prædictis syrupis docet crassos & viscidos humores, ne diuturna in corpore mora intensius crassescant, vacuandos esse purgatione mediocri, quæ paulatim ac per vices expellat: non quidem vt Auicen. censuit confertim & plene. In qua re monendus mihi Lector est, has paulatinas vacuationes non temere & vtcunque [illegible] esse exse-

que

*Purgandi ratio quæ & qualis quotidianæ febri conueniat.*

*Vacuationes per paulatinas non temere & vtcunque [illegible]*

[illegible] *rationes* [illegible] ...uendas [illegible] ed hac præmissa lege [illegible] du[illegible] en- [illegible] te præ[illegible] vacuationibus crebri[illegible] pa[illegible], & [illegible] u pharmaci [illegible] em agere [illegible], ne [illegible] purges, plus ex [illegible] enti, quam [illegible] ine- dicat[illegible] e[illegible] educere [illegible] nt, succrescat si vehementioribus [illegible], vel robur ventriculi deficias, aut venosi [illegible] ii humores [illegible] tra vacuationem, quæ [illegible], inter[illegible] ubes, quod facies *prunu dama[illegible] infuso [illegible] liorum [illegible], infuso agarici, pilulis ma-* A *stichin[illegible] e hiera*, & aliis, quæ consimilem vim habent, maxime si confeceris pilulas ex *agarico, mastiche & rhabarbaro, aut ex infuso rhabarbari, & chartami, aut agarici, & foliorum sena*, ea omnium aut cuiusque quantitate, quæ citra virium ventriculi [illegible] cturam quarto die porrigi possit. si tamen peccantes humores crudi & crassi in venoso genere & recons[illegible] ito abundent, tunc quidem per maiora interualla, (*vt coctio perfectius fiat*) & per validiora pharmaca purgandum est, quo facilius quod in abditis & difficilius a ventre partibus continetur vitiosum, facilius educi possit. Primo tamen id opus efficere oportet lenioribus medicamentis, vt si in ʒ.iij *supradicti apozematis* infundas *agarici trochiscati* ʒ.j. *aut* ʒ.j. & ß. *zingiberis* g. vj. & in expressione dissolueris *diacharthami* ʒ.j. *syrupi de absynthio* ʒ.ß. & fiat potio. Item in prædicto apozemate, vel in decocto passularum & liquiritiæ infundes *agarici* ʒ.j. & ß. vel dissolues *manna* ʒ.ij. & ß. Purgata igitur semel hac lege materia, ex vsu est eandem iterum præparare aliquo ex prædictis sy- B rupis, adiecto *decocto capillorum Veneris, buglossa, sintybi, fœniculi, glycyrrhiza, eupatorii, radicum apii & cucerum.* Quo facto, ad maiora medicamenta & efficaciora veniendum est, non tamen in magna quantitate: ob id in prædictis decoctis dissoluere poteris *diacatholiconis & diaphœnicon is ana* ʒ.iij. & ß. *aut diacatholiconis* ʒ.vj *cum* ℈.iiij *agarici*: hoc vno in omnibus pharmacis seruato, vt semper illis admisceas, quod ventrem roborare efficax sit: verum in pituita dulci & salsa, quæ mitiora exposcunt medicamenta, id procul dubio erit vsui proficuum, quod recipit *passularum p.j. glycyrrhiza, seminis anisi, & fœniculi ana* ʒ.j. fiat decoctum, in quo dissolue *catholici* ʒ.j *mellis rosati* ʒ.j cui sane si efficaciorem efficere libuerit, addere poteris ʒ.j. *aut* ʒ.j. & ß. *diaphœniconis, aut electarii Indi* ʒ.ij. Lau- C dat summopere Auicenna catharticū hoc, quod recipit *anastychis, zingiberis, turpethi ana* ℈ j. *sacchari albissimi* ʒ.ij. cum decocto passularum fiat potio: si tamen humores tenaciores sint, vel copiosiores, vtendum est pilulis *de agarico, aggregatiuis, elephanginis, de hiera, vel asegeriti pondere* ℈.ij. *agarici trochiscati* ℈.j. quas efformabis syrupo rosarum ex infusionibus. Alias tamen probatiores conficies, quæ recipiunt *aloes lota in succo maioranæ* ʒ.j. *agarici* ℈.j. *mastiche, cinnamomi, piperis ana* g. vij. *cum succo absynthii formentur pilula.* Quas aliter conficies si acceperis *hiera simplicis* Galen. ℈.iiij *agarici trochiscati* ʒ.j. *seminis charthami, seminis vrtica ana* ℈.ß. *turpethi* ℈.j. *mastiche, cinnamomi, galanga, ana* g. vj. *sacchari in vino albo dissoluti*, quod sufficiat, vt cum oxymellite fiat massa, cuius ʒ.j. *aut* ℈.iiij. præbere poteris. Auicen. etiam breuibus interuallis præbet pilulas, quæ recipiunt *agarici* ʒ. j. *seminis vrtica tantundem*, cum melle fiat massa, quam multos probasse scio, vrticæ enim semen aluum soluit, non quidem tamen [illegible] ...

Catharticum.

Vrticæ semen aluum soluit.

[illegible] p[illegible] en[illegible] timu[illegible] do[illegible] tem [illegible] quæ [illegible] sunt v[illegible] *possunt hier[illegible] agari[illegible] colocynthide[illegible] bu[illegible] cinnamomi ana* g. v[illegible] *formentur* [illegible], quas in duas partes diuide. [illegible] mo vel alias concipies, quæ recipiunt [illegible] *arum, epithymi, cariophyllorum, a[illegible] croci, esula ana* g. v[illegible] *fiant pilula, quarum porriges* [illegible]. [illegible] iam vero & aliam horum pharmacorum [illegible] itionem iis medicamentis vtendum est, [illegible] el internum humores & vias præparant, vel ventrem & viscera [illegible] borent: illa quidem superius diximus, hæc vero iam leges.

Vrinæ mouere quando & quibus medicamentis quotidiana laborantes oporteat.

Quarta vero & vltima vacuationis ratio per vias vrinæ seruientes fieri debet, nil enim est, quod diuturnis morbis ex pituita originem trahentibus æque possit opitulari, præmissis generalibus vacuationibus, maxime per vomitum. Attenuantur enim in hoc opere humores, & coctioni quodammodo præparantur, atque etiam paulatim & sen- E sim excernuntur. Est tamen expendendum in hac indicatione non quibusuis medicamentis, neque quouis tempore, neque vtcunque vrinam esse mouendam: cui sane operi tantum viam præstat præmissa coctio, & sufficiens corporis vacuatio. Verū licet huic muneri varia subsint medicamentorum genera, in febre tamen pituitosa ea iure optimo sunt adhibenda diuretica, quæ aut abstergant vias vrinæ seruientes, aut auidius vrinam trahant, expurgentque sanguinem ab aquosis humoribus, & ea etiam proficua sunt, quę attenuant & liquant crassos & viscidos, cuius naturæ est pituita, quæ huiusmodi febrem generat. Quibus cognitis, vrinam mouere possumus, adhibitis per interualla, quæ in fine capitis de duplici tertiana huic vsui adduximus, necnon & medicamentis per aluum purgantibus, quæ præter id, quod hoc munus exsequantur, humores attenuant, concoquunt, & purgationi per vrinam aptos reddunt, cuiusmodi est puluis ex *agarico & zingibere ana* ʒ.j. quem tribus diebus mane sumat laborans. F Conficies item ex *cinnamomo & agarico cum modico oxymellite* in eadem quantitate: sed confert huic vsui syrupus de *bisantiis*, de quinque radicibus cum *oxymellite, cum decocto apii, origani, pulegii, cinnamomi, anethi, eupatorii, calaminthæ, radicum sparagi, fœniculi, liquiritiæ, rubea, anisi, betonica, stœchados, cum optimo melle*: quibus sane vti oportet inter vnam & aliam purgationem. Sed habet miram in hac re efficaciam id, quod recipit *quatuor radicum diureticarum maceratarum in aceto ana* ʒ.ß. *capillorum Veneris, polytrici, cuscuta ana* m.j. *pentaphylli, philipendula, absynthii ana* m.j. *buglossa cum radicibus* m.j. *seminis apii, anisi, fœniculi ana* ʒ.ij. 4. *semi. frig. ma. ana* ʒ.ß. *cetera rum ru.* m.ß. *passularum mundatarum ab acinis* ʒ. ß. *seminum charthami contusorum, agarici trochiscati, turpethi contusi ana* ʒ.iij. *zingiberis* ʒ.j. *polypodii quercini* ʒ.ß. *foliorum sena* ʒ.j. decoquantur, vt artis est, in aqua, & decocti colati accipe *lib.* ß. adiiciatur *sacchari & mellis q.s.* ad dulcorem conciliandum, & aromaticetur cum cinnamomo, cuius sumat laborans summo mane ʒ.iij.

Vltima vero curandi ratio membrorum nutri- G mentalium & reliquorum viscerum corrobora- tioni & discussioni reliquiarum morbificæ materiæ so-

Venter quotidiana laborantis q[illegible] & quando

næ solum intendit. Proinde idum quidem [illegible] tica non est, vt qui officinam huius morbi, ne crudos deinceps succos generet, eisdem met [illegible] tis & [illegible] unctionibus, quæ capite præcedenti [illegible] tulimus. Sed fouendus præcipue in hoc casu ventriculus est oleo anethino, chamæmelino, de mentha, iasminorũ, quibus totus venter fouendus est, & sp na, [illegible] cum frictione ex tela araneæ, quæ imbuta sit prius oleo supradicto, aut nardino. Verum fomentis prædictis [illegible] his est locus, viribus minime constantibus, & [illegible] te plurimum intensa: verum vbi opus est, [illegible] spongia easdem partes fouere oportet, prædictis decoctis imbutis. Sed præcipue sacculi conficiendi sunt, qui recipiunt origani, calaminthæ, saluiæ, maiorana, absynthii ana m. j. cimini anisi, & fœniculi ana vnc. [illegible] cyperi & calami aromatici ana drach. ij. florum chamæmeli, meliloti, & rosarum rubearum ana p. j. fiant [illegible] culi, qui bulliant in aqua & vino albo pro ventriculi fotu, vel etiam hypochondriorum. A quo quidem fotu inunctionem parare oportet ex oleo absynthii & mastyches ana vnc. s. olei nardini ℥. j. addito caryophyllis, nucis muscatæ chymica arte parata, quod plurimum valere scimus. Præstat [illegible] opere sacculus, qui recipit menthæ siccæ, absynthii, zingiberis, rosarum, roris marini ana p. s. coriandri præparati vnc. s. caryophyllorum drach. ij. ligni aloes, macis, cinnamomi ana drach. j. puluerizentur, & ponantur in panno serico rubeo, fiatque sacculus ad scuti formam. Fricare item vniuersum corpus post exactas purgationes oportet: præstat [illegible] modicum exercitium intra domum, vel carta, [illegible] lecti vel sede, aut lenta deambulatione. Ex[illegible] cendendum tamen summopere in hac re est, ne [illegible] [illegible] ta aut crudi humores in ventre aut generentur, aut remaneant, vtilissimum fore singulis [illegible] diebus adhibere aromatici rosati, aut diarrhodon [illegible] tabellas cum modico vini. Item mithridatii aut theriacæ drach. j. cum vino: nam theriaca præterquam, quod indomitorum humorum contumaciam discutit, & viribus etiam confert, ad refrigerationem etiam ineuntis accessionis inhibendam conducit. Probatur quoque huic vsui trochiscus ex anyso, amygdalis, aut absynthio, eupatorio, capparibus & rhabarbaro aut eiusdem rhabarbari trochiscus, & de eupatorio & absynthio ana scrup. ij. cum syrupo de radicibus, fiant pilulæ numero 15. quarum laborans sumat tres: ac si viscera imbecilla videantur, vt in malum habitum mutari perhibeantur, superbibat decoctum hoc, quod recipit rhabarbari modice torrefacti drach. j. radicum petroselini, asparagi, fœni ana drach. ij. bulliant in iure ciceris rubearum, & facta colatura sumat vnc. iij. Idem beneficium præstat decoctum apii, vel id, quod recipit zingiberis, origani, ameos ana drach. iij. coriandri præparati drach. iiij. rosarum, calaminthæ ana drach. ij. passularum vnc. j. coquantur in vj. lib. aquæ, ad consumptionem medietatis, cuius porrige vnc. iij. Verum si ne his quidem factis accessionem cessare compereris, aut cruditatis alicuius, vel mali habitus principium inesse videas, semel in hebdomada duas pilulas exhibere ex agarico mirum & hiera Gal. pondere scrup. j. mihi est probatissimum. Quippe medicamentum hoc sua parua quantitate neque vires prosternit, neque [illegible] em interturbat, quamobrem vbi [illegible] tius [illegible] oriatur coctionem compenamus, eas porrige [illegible] ad coctionem [illegible] uandam [illegible] le quoque [illegible] m Auic. ad absinthionem [illegible] relquintium con[illegible] [illegible] mino manc [illegible] m [illegible] tempore in [illegible] cendi [illegible] gratia. quan [illegible] Tandem [illegible] huc [illegible] cum [illegible] & a more [illegible] refrige [illegible] & neglig [illegible] m [illegible] migr [illegible] tionem, & [illegible] are [illegible] lem deg [illegible] tanta abunde [illegible] se non videantur, ex [illegible] re, vt in potu decocto radicis Chinæ [illegible] la, vel sassafrasse Indica, aut apo [illegible] fecto ex eisdam, petroselino, dauco, & [illegible] sena, quod magni momenti [illegible] forsan sudationi (quæ ea tẽpore inutilis non esset [illegible] ficuum, ni alicuius viscerum calida [illegible] veruerit.

## De febribus Lypiria & Epiala

CVm multis sit in confesso, in multis [illegible] re quotidianam febrem cum lypiria & epiala, ob id mihi sane optimo visum fuit, mox a [illegible] tractatione earum meminisse. Conueniunt [illegible] hę tres febres, quod in omnibus pituita prædominetur, ac veluti potissima exsistat causa: cæterum differunt, quod in quotidiana præter frigus principii accessionum nullum aliud sentitur: in epiala vero & lypiria vniuersa morbi duratione frigus & calorem vigere probatissimum est. Ceterum hæ duæ febres, lypiria nimirum & epiala, hoc habent peculiare, quod ex inæquali constituantur intemperamento, ex frigore & calore pariter [illegible] tuto, per omne vtriusq; morbi tempus. E[illegible] tamen inter has duas febres dissidium, quod epyala in quauis corporis parte frigore & calore pollet, lypiria vero interna calore vrit, externa impense refrigerant: causas tamen vtriusque euentus & naturam seorsum expendere oportebit, à lypiria sumpto initio.

Quam sit difficile ab auctorum scriptis ediscere, qualis naturæ sit, qualesque sortiatur causas lypiria febris, nulli erit absconditum eorum, qui diligenter tum Arabum tum Græcorum euoluerint libros; quod si Neotericos atque huius seculi scriptores legeris, non minus constabit esse obscurum & difficile eorum in hac hæsitatione dogma. Verum ne tempus in conuellendis eorum sen[illegible] tiis cooteramus, differendum primo est, quid certum, quid ve incertum & varium apud omnes statutum reperiatur. Constat igitur vnanimi omnium consensu, lypiriam febrem esse eam, in qua interiora vruntur, externa tamen refrigerantur. Cum hoc tamen Auic. fen. 1. 4. tract. [illegible] ex pituita aut bile crassa, circa corporis meditullia incensa excitari refert, in qua per totum paroxismi decursum interiora calent, ob pituitæ [illegible] lis succensionem, & exteriora refrigerantur ob caloris ad intima recursum, aut vaporum fri[illegible] rum ad extima effluxum: qui sane vapor [illegible] eriter calidus in extimis ad natiuam [illegible] rediens impense refrigerat, quem [illegible] rem in hac re fere omo [illegible] ex Barbaro [illegible] sequuntur. Verum quia [illegible] huius febr[illegible] mate & condi[illegible] inter auctores [illegible] ad ca[illegible] [illegible] uent [illegible] eamus [illegible]

[illegible] est

*Causum [illegible] [illegible] [illegible]*

qui recondi[illegible] venu[illegible] putref[illegible] At ubi purite-de est in [illegible]bus, sacius prædicta quantitas e-du[illegible] [illegible] non hat humoris peccantis [illegible]pia. [illegible]uod optime docuerat lib.1 *meth.* & Auicen. *etiam* 4.1 *cap.* 20. [illegible] scribens: *Multoties præter aph[illegible]tomia in [illegible] licet necessaria non sit, efficit vt natura fortis fiat super materiam, propterea quod eam efficit paucam.* Quo fit, vt [illegible]lum parce enim liceat mittere, tanquam in affectu, in quo parum est sanguinis, & [illegible] plus bilis. Ubi tamen copiosior etiam sanguis [illegible] siue ab vtroque, siue ab altero causus fiat, pau[illegible] centiosius licebit sanguinem detrahere: non enim tantum quantum affectio ea postulat, *vt Gal.* 4. *de sanit. tuend.* intelligendus venit, dum inquit, *Parce sanguinem esse detrahēdum, dum humores sunt vltra aut citra sanguinem.*

Sanguis qua quantitate in causo mitt. debeat.

In quo etiam casu Auic. sanguinis missionem admittit, postquam ipsam negauerat dicens: *Non phlebotomes, fortassis enim phlebotomia inflammabit eos: verum si fuerit vrina turbida & rubiditas, fortasse iuuabit eos.* Verùm si febris ea continentium sit forte, maximè si ex abundantiore fiat sanguine, aut ex omnium humorum abundantia, tunc quidem audacter sanguinem detrahes, quantum affectionē ea postulare visum sit, quia necessum est semper huiusmodi affectionem validis & robustis viribus adiungi: cum hoc tamen non licet vsque ad animi deliquium mittere. Id profectò interdixerat Hipp. 1. *aphor.* 3. *Neq; compressiones* (inquit) *ad extremum ducendæ, periculosum enim, sed qualis natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit.* In causo verò qui ex salsa pituita oritur, non sat est parce sanguinem detrahere, sed per aliquod interuallum, si bis aut ter sanguis mittendus est, quo magis sanguini vterque humor salsam pituitam efficiens admisceatur. At in ea causi specie, quæ ex internorum viscerum inflammatione prodit, liberaliter quoq; sanguis mittendus est. quod humoris natura non renuat, & expostulet non solum affectionis grauitas, sed dignitas etiam loci, qui periclitari conspicitur.

Licet Galen. non meminerit eius vacuationis in curatione causi, quæ fit per expurgans medicamentum, cum hoc tamen maioris solet esse momenti & vsus, quam sanguinis detractio, quod plerunque humorum corruptela & vitium sanguinem superet & conspurcet. Quapropter nonnihil de eius vsu differendum statui. Sanguine igitur misso, si opus sit, aut secus, in quibus non licet, protinus studendum est, vitiosos humores, antequam reliquos conspurcent, expurgare. In quo casu, vt inquit Auic. laborantes indigent leuificatione forti in principio: nam cum sua sponte motu humor faciliter excernatur, cum tenuior, acris & feruidus existat, lenientib. vti pharmacis ad purgationem sat est. Verum quia copiam eius extrahere, saltem minuere oportet, ob id fortem consulit leuificationem, quę maiori copia vicem feligentis suppleat, quo opus esse videbatur in huiusmodi febre. Quamobrem *cassia vel manna* debitā quantitatem porrigere oportet *sero lactis caprini, vel aqua cichorij dissolutam.* Idem præstat beneficium syrupus ex *infusionibus violarum, cum diluto rhabarbari,* maxime si plurimum bilis inundare comperiamus, quod genuinū est huic febri præsidium, idq; 1. 2. 3. aut quarta, & interdum quinta die, iuxta illud Hipp. 2. *aph.* 20. *in acutis passionibus raro, &c. &* 1. *aphor.* 24. *cum morbi incœant, &c.* Nam hæc potissimum morbi species est, quæ hanc peculiari prouidentiam in principiis præ requirere videtur. Obseruabis autem [illegible] oc auxilio ex[illegible] quendo *ne aliquid aliud vetuerit* [illegible] qu[illegible] d[illegible] horosis humiditatibus, quæ sunt in ex[illegible]ibus venis, ocyus oportet velut in turgentibus mediocriter purgare, in biliosis facta sufficienti sanguinis detractione, forsan ante 7. in reliquis continentibus feruore restincto.

Ardenti febri quis debeatur refrigerantium vsus.

Ardenti febre laborantes utrum & qualiter purgandi.

Facta igitur purgatione in omni causi specie necessaria (*excepta qua a visceribus inflammatis prodit*) curandum est, humorem ipsum (*quod facilius coqui superariq; à natura possit*) attemperare & refrigerare simul, & vniuersi corporis calorem compescere. Namq; licet Gal. solum meminerit eius refrigerationis, quæ corpori & eius morboso calori debetur, ante id oportet humores temperare, & (*vt dictum est*) coctioni disponere, nec licet id differre, donec tempus sit præstandi aquæ frigidæ potum, hoc est, coctione apparēte, sed mox à morbi principio necessum est humores corrigere & attēperare. Quod primo exequeris ea victus & potus forma instituta, quæ tertianis exquisitis proficua existit: curans quoq; aërē refrigerare, ipso irrorato aqua frigidissima, rosacea, & *aceto*, floribus item ac foliis sparsis, fontanellis etiam arte factis, & aëre cōmoto flagellatione cū linteis madidis facta. Præstat & clysteribus vti in quauis morbi parte: nam hæc præter tepōrem, & frigiditatem, quam induunt, molliunt quoque & aluum cient, quæ sane confici es ex decoctis rerum refrigerantium, velut *lac seminū frigidorum, malua, violarum, lactuca, hordei*: & reliquarū herbarum consimilem virtutem habentium, *ex saccharo, & oleo rosaceo*, quorum abunde meminimus *cap. de tertiana exquisita.* Mane quidem porriges potum *ex succo granatorum, arantiorum acrium, & dulcium, succo acetosa clarificato cum modico saccharo, & aqua hordei.* Si laborans postulauerit refrigeratia, conferunt *stillatitia aqua frigida, vel purissima aqua* diu asseruata fontis aut fluminis, quibus admiscere oportet, vel *aceti, vel succi limonis acidi, aut agresta*, vel alterius rei acidæ modicum, superaddesque sacchari quantum sit satis ad gratum saporem conciliandum: fugiendum enim est in hoc affectu à dulcioribus, quod facilem bilem mutari possint, ni velis parum syrupi *cichorij, acetosi, de succo limonum, rosarum, vel granatorum cum quadrupla frigida aqua portione*, summo mane eahibere. Tantæ enim est efferuescentiæ, & tam ingentis caloris hæc febris, vt nisi plurimum refrigerantia exhibeas, parum prodesse videatis. Verùm quia his, quæ diximus, frigidiora porrigere non datur, ob imminens periculum exstinctionis innati caloris, ad potum aquæ frigidæ copiosiorem deueniendum est. Atq; licet formidatū huiusmodi pręsidiū apud plerosq; visum sit, ne humores iterum recrudescant, aut aqua in bilis naturam migret, cum periculum sit in huiusmodi febre longe euidentius, quam in quauis alia, ne aut spiritus nimio calore euanescant, vel solida substantia excalfiat plurimum: ob id rustico timore depulso, febre existente intensa, laborante anxio, præmissa sufficienti vacuatione, ac leui aliquo principio coctionis apparente, aquæ potū copiosum porrigere nō dubitarem. Crudele quidem est, & ab omni ratione alienum, vetentes

Dulcia in causo vitanda.

Potus aquæ frigidæ causo laborantibus non denegandus.

438 A morbi diuturnitatem, & humorum cruditatem, in maius periculum deferre laborantes. Quod si nec his omnibus factis, ad vsum *syruporum, & apozematum* iterum oportet (*si affectio non quieuerit*) confugere, quo tempore porriges syrupum *de portulaca, de nenuphare, de papauere, de agresta violarum cum modico aceto*, & copiosiore aqua *nenupharis, lactuca, hordei, vel acetosa, aut borraginis.* Vespere autem porriges, dum efferuescit magis calor, apozema ex prædictis *aquis, aut aqua pluuiali, succo limonum vel aceto, & saccharo, aut cum syrupo violarum, vel rosarum*, ac si somnum conciliare sit opus, cum *syrupo papaueris, vel portulaca.* Cæterùm si vrgentior sitis sit, commendatur ad ipsam mulcendam, id quod recipit *succi cucumeris crassioris* ℔. iiij. *sacchari* ℔. ij. coquantur secundum artem, & fiat syrupus, cuius sume ℥ ij. & admisce ℥ xvj *aqua hordei, cucurbita, lactuca, acetosa, buglossa*, & similium, & paulatim probe. Præstat & *mucilago psily extracta aqua cucurbita, aut hordei cum modico saccharo.* Quia tamen frequenter caput adeo intense dolere assolet, vt B verendum sit, ne humoris aliquid illuc irruat, ipsi prouidendum est *oxyrhodino*, quod recipit *succi lactuca, olei rosati, ana* ℥ ij *aceti* ℥ ß. prodest & epithemata cordi affigere, qualia scripsimus *cap. de tertiana*, aquis refrigerantibus, modico aceto, & pulueribus *diamargariton frigidi, vel electuarij de gemmis*, & eius naturæ aliis: quod etiam testibus adhibebis. Vix enim credi potest, quantus sit testibus cum corde consensus. Item iecori prouidebis vnctionibus aut epithemate etiam ex prædictis aquis, & pulueribus santalorum omnium. Sic dorsum inunges vnguento *rosaceo refrigeranti Gal. aut resumtiuo, vel de cucurbita, posito supra id & tecum madidis pannis ex aqua cichorij, succo cucurbita, aut lacte mulieris.* Quibus auxiliis caute vtendum esse consulo, quippe cum calor efferuescens ea sola experimenta habeat, quæ cuti natura donauit, quæ quidem si frigidis occluseris, nulli dubium C est, quin maius incendium deinceps subsequatur.

Sitis vrgentior vt pellenda.

Capiti qualiter in causo prouidendum

Testib. cum corde maximus consensus.

Iecori qualiter in causo prouidendum.

Si tamen septima dies (*in qua vt plurimum causus iudicari assolet*) præterierit, & adhuc vigere hoc malum constiterit, videndum profectò est, an tempus iam instet secundæ purgationi aptum, quam nulla ratione moliri possumus, nisi factis prius aliis vacuationibus, & morbi efferuescentia iam sedata. Hanc facies ex infuso *rhabarbari cum manna, aut syrupo ex infusionibus cum aliqua ex supradictis aquis*, postquam iterum ad ea, quæ intus, & extra corpus, & viscera refrigerant, te conferes: ac forsan eo tempore non erit ab re saluatellam dextræ manus tundere, & deinceps *sero lactis cum saccharo* vti, maxime si per interualla modicum *rhabarbari* in prædicto sero ablueris.

Causo laborantes quando ensis facta purgandi.

## De Febribus Complicatis, & de semitertiana.

TAM est difficile, graue, & periculosum hoc genus febrium, vt & laborantem, & medicum D simul deludat, & contemnat: nam & difficilis cognitionis, & difficilioris longe curationis exsistit: Quippe cum sæpissime contrariæ reperiantur indicationes, eædemque simul vrgentes, non facile vbi id constat, cui earum innitendum sit, nam si vni prouideas, altera prorsus exacerbabitur, & id beneficium renuit. Quamobrem & nosse, & curare simul magna [illegible] op[illegible]

Constat procul dubio ex [illegible] morbum dupliciter [illegible] alicui morbo non febrili adiungitur [illegible] ram vero cum febris febri connectitur [illegible] super duplex exsistit: quippe aut [illegible] crescit febris, vt accidens, *velut in ple[illegible]* complicatur vt nouus affectus, *vt in hydr[illegible], paralysi, & reliquis frigidis morbis, dum febribus comp[illegible]* Prima enim compositionis ratio spuria e[illegible] & [illegible]gitima, nam eo tempore febris non morbi, [illegible] symptomatis rationem subit: quapropter eius hac in parte meminisse non est opus. Secunda verò non est præsentis considerationis. C[illegible]positæ verò febres sunt, quando eædem vel di[illegible]dentes genere aut specie coniunguntur, qu[illegible] fieri bifariam contingit, complicatis [illegible] seu mixtis, aut confusis. Complicatio q[illegible] vere est, quando febres diuersis locis inuadunt eo ordine, ea verè ratione, vt singulæ per p[illegible]a & peculiaria signa distingui possint, velut du[illegible] tertiana cum quartana coniungitur, inuadens quidem tertiana ab ortu Solis vsque ad meridiem, & quartana eadem die inclinante Sole. At mixtio seu confusio ea propriè dicitur, quando duæ febres simul incipiunt, & desinunt eadem hora, ita vt vix discerni possint, quod signa habeant commixta, & confusa ad inuicem, veluti cum tertiana & quartana, & quotidianas, non solum eadem die coeunt, sed eadem etiam hora incipiunt, verbi gratiâ, ambæ summo mane, quo tempore nemo poterit neq; per caloris modum neq; per symptomata, eas exactè distinguere. Nam fit plerunq; hæc confusio, quod humores etiam inter se, licet diuersæ sint naturæ, confundantur, sintq; F in eodem loco, & cum hoc quilibet propriam alseruet naturam & peculiarem putredinem sortiatur, licet simul cohabitent, quo tempore mirum non est, si ambo simul eadem hora perpetiantur alterationem. Ad complicationem igitur redeuntes, posse febres multis modis coniungi, coniectandum est. Nam præter eas quæ ex toto diuersi generis sunt, vt *hectica cum putrida, aut ephemera* cum aliqua ex prædictis: possunt quidem complicari continuæ febres cum continuis, vel intermittentes cum intermittentibus, aut intermittentes cum continuis. Quas sane combinationes multis modis posse fieri coniectandum est, vno dum febres eiusdem sortis cum aliis eiusdem naturæ adiunguntur, vt cum dictæ tertianæ adiunguntur, vel tres quartanæ complicantur: alio modo cum febres diuersi generis & speciei cohærent, vt cum tertiana continua quotidianæ intermittenti complicatur: differunt quidem hæ duæ febres, quod G altera est continua, & altera intermittens: & rursus quia vna est biliosa & altera pituitosa. Item coniungi potest, quæ continua est ex bile, cum tertiana, quæ quidem differunt, quia vna est intermittens, & altera continua, cæterùm similes specie, hoc est, humoris natura exsistunt. S[illegible]nim varijs modis ludere comperimus huiusmodi [illegible], dum in vno eodemque corpore & te[illegible]pore cohærent, & complicantur nunc duæ nunc tres, nunc vero plures, iuxta adductam huius consort[illegible], & complicationis legem, quæ omnia haud difficulter nosces si ea [illegible] animo contempleris.

Febres possunt multis modis coniungi.

Verum

439 A

V[illegible] in qu[illegible] apertio[illegible] me[illegible], & [illegible]m ab o-pumo[illegible] [illegible]uto, [illegible] q, [illegible] plicationis seorsum meminisse, longum sane & inutile foret contexere labyrinthum, ratione ductus decreui ex omnibos complicationibus vnam exem[illegible] loco in medium proponere, cuius caussa & signa ad amussim studebo expendere. [illegible]q. adhibere vniuersalem complicatorum affectuum curationem: & [illegible]li propriam ac peculiarem, ita vt nihil deesse videatur ad cuiusque speciei cognitionem & curationem. Sit autem hæc *semitertiana, hemitritæa, seu horrorifica febris.*

Semitertiana febris quæ.

Semitertianæ natura & nomen non satis conspicua sunt apud Auctores; nam quidam *semitertianam* appellant eam, quæ constat ex tertiana intermittente, & quotidiana continua. Quo fit, vt partim habeat accidentia tertianæ, partim verò secus: referuntq; Gal. *lib. 1. de diff. feb. c. 8.* qui semitertianam appellat eam, quæ ex quotidiana continua, & tertiana sit temperata. Sed *lib. 1. pop. p. 3.*

B

*com. 5.* obiter scripsit, quod tantum absit, quod semitertiana quidquam intermissionis admittat, quod continuitatis caussa longè grauior existat. Cum hoc tamē scimus, Gal. hac in re dubium esse: nam inquit *lib. de typ. c. 3. Ex tertiana interim semitertiana fit, & cōtra. ac ferè eadem habet accidentia.* Verùm ex Gal. apertiùs colligitur, eam febrem hemitritæi seu semitertianæ nomen potissimum mereri, quæ tertianæ febris aliquas habeat notas. & aliquibus careat: nam neq; ad integritatem deuenit, neque cum rigore inuadit, neq; excretione finitur, neq; diem secundum integrum habet. tamen tertio quoq; die insultat, vt tertianis mos esse solet: quo fit, vt cùm integram naturam tertianæ non assequatur, semitertianæ nomen meretur.

Semitertiana cuius naturæ sit.

De natura etiam huius febris, haud difficile est varia apud Auctores reperiri: nam sunt, qui inter febres complicatas eam annumerent. Sunt vero & qui inter confusas, eo quod in semitertiana vterque humor in vasis abundet: quo fit, vt neque quotidiana, neq; tertiana (*ex quibus constat*) pro-

C

pria signa & integra circumferebat. Sed veluti ex duplici harum genere vnum quoddam cōfusum, & mixtum coalescit genus, quod in vera complicatione distinctum, & per se vnumquodq; apparet: atq; licet hæc vera videantur, cum hoc tamen veram esse febrium complicationem, dubitabit nemo, siquidem tertia quaq; die accessio denuo supercrescit. Ad cuius febris integrā naturam adipiscendam constat, quatuor modis pituitosam cū biliosa febre commisceri posse. Quippe aliquando competere, tertianam continuam cum quotidiana continua coniungi, nonnunquam intermittentem cum intermittente. Item, continuam tertianam cum quotidiana intermittente: vltimo etiam intermittentem tertianam cum quotidiana continua. Ex quibus sanè combinationibus, *vt ex Galen. constat 2. de diff. feb. c. 7. & 8.* vnam duntaxat legitimam semitertianam & veram ac propriam constituit, nimirum eam, quę ex quotidiana continua cum tertiana intermittēte constituitur. Cuius etiam complicationis constat Hipp. meminisse *lib. 5. pop. p. 1. tex. 23. & par. 2. tex. 25.* in hunc modū:

Pituitosa febris cum biliosa quatuor modis commisceri potest.

Semitertiana legitima quæ sit, & quibus modis fiat.

D

*Infestabant illos plerasq; febres horrorificæ, continuæ, acutæ, non intermittentes: modus erat semitertianus, vna die leuius, altera grauius inuadens, in summa, in dies acutius inuadebant.* Appellauit autem Hipp. *horrorificas* has febres, non [illegible] d initio accessionis [illegible] [illegible]teat, sed qu[illegible] [illegible] ta accessionis durat[illegible] [illegible]tet vigeant. Necesse igitur erit [illegible] horrorifica simul atq; continua sit [illegible]tura, ex duabus generari febribus [illegible] [illegible] bus, diuersæ tamen [illegible] [illegible] & naturæ, ita vt v[illegible]na sit intermittent, altera [illegible] continua, reliquas verò semitertianas impropriè & abusiuè tales appellamus. Verùm ea, quæ legitima est, & exquisita, & propriè *semitertiana* appellata, multipliciter proculdubio fieri potest. [illegible]an vel redundāte superanteq; pituita, vel ipsam superāte flaua bile, quod copiosior exsistat, vel ambę æqualiter se habentes: & hæc vltima est vera, legitima, & exquisitissima semitertiana, *vt Gal. loco citato placuisse constat*: Archygenes vero hanc non cognouit, licet aliarum meminerit. At earum, quæ a legitima dissident, ea, in qua prædominatur bilis,

Horrifica cur dicta semitertiana.

Semitertiana [illegible] modis [illegible] fieri potest.

E

horridior semper erit, feruidiorq; pronius est, & incendij magis habet, citiusq; festinat ad summū vigorem, in qua etiam aliquid per vomitum, per aluum, aut sudorem excernitur. Ea quidem, quæ prædominātem habet pituitam, frigore vehementior occupat extremas partes, horroresq; pauci fiunt, & pulsus fit quodāmodo coarctatus & tardus, accessio inualescit, & longum post tempus consistit, neq; in ea aliquid excernitur notato dignum, sicut in prima. In vtraque tamen pituita & bilis simul putrescunt, velut in tertiana notha: sed hæc est differentia, quod in tertiana ex vtroq; humore vna humoris resultat forma, & in vnico loco fit putrefactio; in semitertiana vero quisq; seorsum putrescit, & forsan in diuersis locis. Præterea considerandum est, omnes semitertianas duobus posse generari modis. Vno quidem duabus in vno eodemq; tempore coeuntibus accessionibus, aut statim ab initio eisdem accessionib. confusis: quod licet ita sit, non constat apud Gal. neq;

Quid inter se differant.

Semitertianæ omnes duobus potissimum modis fiunt.

F

Hipp. aliquam earum, quæ ad integritatem conduūt, *semitertianam* appellari, neq; ab hoc instituto desistendum est, eo quod Gal. dixerit *lib. 3. de typ. Semitertianam ad integritatem posse peruenire.* Inquit enim: *Porro non semper continua est, sed etiam intermittens aliquando reperitur*: nam ex contextus litera euidenter cōstat, ex Agatini sententia locutum. Sed placet magis intelligere, Gal. hac in parte loquutum fuisse de omni tertianarum specie, quarum nonnullæ ad integritatem deueniunt, vt ipsemet insinuat *lib. 2. pop. par. 3. com. 2.* dicens: *At ex semitertianis, quædam vtraq; incedunt via, quædam altera tantum, earum quæ ad integritatem nō veniunt.* Qua parte videtur admittere quasdā semitertianas, quæ ad integritatem venire possunt saltem apparenter: quib. proculdubio constat, qualis naturæ sit semitertiana, & quibusnam modis complicari possit: nam qua ratione dictum est, tertianā & quotidianam complicari posse, eadem quoq; intelligendum est de reliquis febrium speciebus. Verùm cùm febris hæc naturam sapiat tertianæ & quotidianæ, necesse est vtriusq; signa præstare, quamobrem ad-

Hemitritæi non possunt nisi apparenter ad integritatem venire.

G

uertisse oportebit, quæ signa habeat propria & peculiaria, vt ab aliis complicatis distingui queat.

Signa igitur erunt in triplici differentia: nam Quædam patefaciunt naturam vniuscuiusque componentium: Quædam referunt vtrasque febres simul mixtas: Quædā vero peculiaria hoc genus febrium commōstrant citra respectum ad aliquam componētium. Sapit n. inter signa natu-

Semitertianæ exquisitæ signa triplicia.

440 A ram flauæ bilis, cum horrore incipere: nam ea est propria febrium intermittentium conditio: ob quotidianam quidem febrem grauis fit quotidie semitertiana: ob tertianam verò, tertio quoque grauior: tardantur accessiones ob pituitam, & hęc eadem facit, vt in plures dies protrahatur, ac reduplicationem habet: ob tertianæ etenim naturam semitertiana redditur acutissima: non sinit aliquando laborans ob pituitam, nihilominus tamen ob incẽdium lingua arescit: præterea ob flauam bilem ventriculo inundantem sitiunt quidẽ laborantes, sed lingua non arescit, pituita etiam prolabente in os ipsum, quæ siccitatem impedit: cæterum ob salsuginem, quæ non raro sentitur, sitis adaugetur. Itaque tanto hæc signa, quæ mox retulimus, flauam bilem attestantur, quanto tertiana, quæ semitertianam cõstituit, exquisitior & legitima fuerit; nam si tertiana spuria sit, certum est, quotidianam sibi admixtam confundere flauæ bilis signa. Pari quoque ratione, si quotidiana est ex illegitimis, dubium non erit, quin signa tertianæ præualeant. Atq; ex hac collatione spuriæ ad legitimam, & econtra, varias proculdubio licebit effingere semitertianæ species: quarum latissime Barbari omnes meminerunt, & Rondoletius eas expressius, & ad amussim distinxit.

B *Semitertianæ variæ species vnde.*

*Signa propria.*

Communia autem signa, quæ morbi ipsius naturam attestantur, sunt, febrem esse continuam, cæterum cum frequentissimis horroribus, argumentum proculdubio euidens mixtæ naturæ huius febris: nulla enim continuarum cum horrore inuadit, neq; ex his, quæ cum rigore incipiunt, aliqua ex propria conditione est cõtinua, nisi ex accidenti illi succrescat. Habet etiam alias duas cõditiones sibi peculiares, nimirum, diuturnã esse, & grauibus symptomatis insignitam: quippe grauia accidentia morbi breuitatẽ ostendunt, & diuturna mala acutis esse salubria cõstat: hæc etenim febris periculum sumit ex tertiana, non quod suapte natura periculosa sit, sed quod ex flaua bile morbum periculosum efficiente proficiscatur, quia grauia accidentia bilis in hac febre diu durãt: quo fit, vt periculosa efficiatur: ex pituita verò sumit diuturnitatem: Deniq; ex quauis duarum caussarũ sumit, quod deterius est, & relinquit, quod salubrius: nam ex flaua bile periculum, & amittit breuitatẽ, ex pituita longitudinem, & amittit securitatem. Constat id euidenter, quia ventriculum frequẽtissimè subuertit, graue quidẽ in morbis symptoma, partes etiam neruosas lædit, quod solet esse diuturnitatis principium. Soporosos etiam, & veternosos inducit affectus, deliria item, & implacabiles vigilias: fiunt insuper neruorũ resolutiones, quæ diuturnitate superant reliquos affectus. Adest quoq; syncopis periculosissimum symptoma, adest & animi deliquium, quibus vires maximè prosternuntur. Quo fit, vt optimè dictum sit Galen. *lib. de typis, typum habere feram:* nam colliquat

C

D corpus, profunda vehemẽter commouet, & tandem febris est periculis omnino plena, nam graue est partim exhorrescere, & partim incalescere: quo factum est, vt horrorificam febrem appellauerit Hipp. Sed monendus mihi Lector est hac in parte, esse inter malignas febres aliquas, quas citra vllam tertianæ & quotidianæ admixtionem horroribus plenas esse constat: nam eam causam, quam præstant bilis & pituita ad excitanda præd. accidentia, eandem om[illegible] halitus, mordaces, venenosi, & pestifer[illegible] propria materia febrium malignarum. Ob [illegible] mo expendere oportet, quãdo ex hac vel [illegible] sa prodeant prædicta accidentia; namq; d[illegible] ex venenoso humore principium trahunt [illegible] tra[illegible] uium accidentium admixtionem, in p[illegible]incip[illegible] febrium, & vsq; ad septimum prædi[illegible] hor[illegible] apparent: at in vero hemitritæo magi[illegible], q[illegible]od [illegible] statum properauerit febris, vrina etiam crud[illegible] & inæqualis, & laborantes citra manifestam c[illegible]n-sumtionem deguut, prædominante nimirum pituita: aliquando verò colliquationem perpetiuntur bile exusta præualente.

*Hemitritæi naturam aliquando æmulatur maligna febris in horroribus & quomodo distinguantur.*

Hæc tamen omnia vera esse comperiemus, exquisita sit semitertiana, quod vterque humori pari mensura pollet, *vt ex Gal. constat 2. de diff. febr. 8 & 1. pop. p. 2. com. 25.* Verùm quæ exquisita non e[illegible] in alterum extremorũ habet vergentia signa: nam si bilis superabundat, horrores contingunt maiores, febris statim validior, calidior, & æstuosior, & ad consistendi vigorem celerius properat cum vomitibus, & alui deiectionibus biliosis, cuius exemplum adduxit Hipp. 7 *pop.* in historia vxoris Theotimi. Si verò pituitosus humor reliquum superet, frigus extremarum partium exsuperat horrorem, accessio diuturnior erit, & lentius incedit, & omnia mitiora comparebunt.

E

Præter accidentia, quæ pauló antè retulimus, posse sic affectis succrescere, experimento compertũ lethalem esse ex propria natura huiusmodi febrem, *vt ex Hipp. constat 1. pop. p. 1. tex. 23. & p. 3. tex. 5.* Nam frequenter tabi, frequentius tamen quibusdam aliis diuturnissimis morbis adiungitur, *vt idem Hipp. eodem tex. 5. expressit, & Auic. 1. 4. tra. 4. c. 17.* siue his morbis talis febris accidat, siue ipsa per se inuadat, de qua refert Auicen. ad septimum mensem quandoque produci, sed vt ex Gal. constat 1. *aph.* 12. media est longitudine inter ardentem febrem & typhodem, nam quæ largiorem habet F bilem, breuior: quæ verò pituitam, diuturnior exsistit, *vt etiam aduertit Paul. lib. 2. c. 34.*

*Præsagium. Semitertiana lethalis est ex propria natura.*

Nihil profectò in arte medica æquè difficile & graue exsistit, ac id, quod vnam non sortitur naturam, sed variam, inæqualem, & cõfusam: quod licet diligentia maxima consequaris, & agnoscas, nihilominus tamen & impossibiliter, aut difficulter curare poteris. Nam cùm in vera curandi ratione ea sit potissima lex & methodus, vt vnum contrariorum reliquum è corpore pellat, & caussam per sui ablationem auferre oporteat, contingit non rarò, contraria in vnum coire, ita vt vni prouidere non possis citra alterius euidens damnum. Præterea dum caussarum ablatio ex illata in naturam vehementia fieri debeat, frequentissimè accidere cõspicimus, maius damnũ naturam suscepturam ex beneficio, quàm ex morbo: ob id quidẽ quærenda est lex & ratio, *qua cum duo in indicatione coeunt contraria, beneficium citra alterius damnũ adhiberi possit?* Cui sané actioni adhibẽda sunt axiomata quædã, quibus id opus tuto fieri possit.

Primo quidem expendendum est, morbum posse complicatum esse ex duobus contrariis, aut diuersis, vel caussam ex duabus quoq; contrariis constare, vel rursus caussam morbo esse contrariam, licet ipsa simplex sit, & simplex quoq; morbus. Contingit enim frequentissime, effectum

vnum

[illegible] ariis [illegible] qui par [illegible] um [illegible] dropem [illegible] pelare, vel te[illegible]

441 A [illegible] um hectica quarum alteram ad [illegible] & [illegible] qua substra[illegible] non in desideat [illegible] r[illegible]. Fit autem, vt dictum est, de hect[illegible] licet morbus vn[illegible] us n[illegible] turæ, [illegible] febris nimirum, caussa tamen & ipse [illegible] bus ex diuersis caussis, & morbi speciebus c[illegible] nimirum ex flaua bile tertianam excitant e, & ex pitui ta quotidianam continuam. Item accidere conspicimus affectum frequentissime longe diuersum esse á natura suæ caussæ, vt videre est de febre pituitosa, quæ cum in calore & siccitate sita sit, caussam habet omnino contrariam, frigidam nimirum, & humidam.

II. Præter has enim complicationes, secundum axioma alias proponi nō minci[illegible] momenti, quas elicimus ex morborum complic[illegible] rum periculo & grauitate: sæpe enim maius facessit negotium interpræta affectus, qui superuenit ob periculum, quod minatur, quam is, quem curandum suscepeamus.

III. Præmittendum tertio est, aliam esse complicationis rationem, prædictis longe grauiorem, nimirum cùm affectus, vel caussa, vel symptoma B aliquod expostulant auxilium, facultas verò id permittere non videtur. Quibus sanè complicationibus subueniendum esse docet medendi ratio maturo consilio, & maxima cum consideratione: nam id est Gal. & Hipp. obseruatissimum præceptum, nimirum, *vt festinemus prodesse, saltem, vt non noceamus*. Atqui cum in complicatis indicationibus vni prodesse citra alterius aliquod damnū non possimus, omni arte curandum est, vni prouidere altero non neglecto. In qua quidē seruata distinctionē primorum axiomatum, alia vnicuiq; respondentia assignate oportet. Quorum profecto primum est affectus contrarios hoc habere proprium & peculiare, vt primo auferri desideret is, qui alterius caussa existit, si pari vrgentia laborantem premat, sin aliter, vrgentiori prouidendū est primo, donec fæuitia mitescat: interim tamen intendendum est ei, qui caussam suppeditat. Ve-C rùm si affectus non solùm diuersi, sed contrarij omnino extiterint, non quidem vt multi censent, admixtis medicamentis vtendum est, namque eo modo neutri illorum satisfacere poterimus, his pharmacis, quæ commixtam habeant naturam: siquidem neutris magnitudini, & gradibus correspondent: nam mixta auxilia solùm proficua sunt affectibus, quorum caussa reducta est ad vnā formam, reliquis verò nequaquam, quia dispari efficacia fiet medicamenti actio, ac ex cōsequenti fortasse vnum alteri erit impedimento. Dispersos itaque humores diuersis temporibus, & vno medicamento aliquem humorum peccantium respiciente vno die, altero verò alio reliquam educente; mistos verò composito pharmaco educes. Quamobrem existimo tutiorem esse medēdi rationem eam, quæ iubet alternatim adhibenda esse auxilia, veluti si quis patiatur calidum iecoris intemperamentum, & ventriculi frigidū ventriculo quidē calidis exterius adhibitis, aut internus sed in solidiori forma, ne ocyssime à ventriculo dilabātur, & iecori adeant, iecori verò frigidis in-D tus sumtus, & in fluidiori forma, quo facilius iecori

*Complicatio [illegible] qua ratione [illegible] cura[illegible].*

[illegible] endant [illegible] [illegible] one, [illegible] distantissimas pa[illegible] iculo per[illegible] ur, tenuissimæ sint, [illegible] antiæ, & fluidæ, [illegible] aut parum in [illegible] gido [illegible] morentur [illegible] ocyssime partes [illegible] adeant. Qu[illegible] uata, non est difficile cōtrariis affectibus n[illegible] si dum alteri auxiliamur, alterius nō omni[illegible] negligamus. Docuit quoq; hæc prima methodus, expendendam esse heterogeneitatem & varietatem caussæ: nam si qui morbus [illegible] ficitatur ex flaua bile & pitui[illegible] tertianam nactus est quidem subueniendum [illegible] auxilijs; ac si diuersa sit humorū origo alte[illegible] id opus aggredi oportet: biliosos, vt qui facile coquātur, primis purgationib. educere oportebit, medicamētis á prædominio bilē ducentibus: pituitosos vero diutius præparare, & tardius purgare opus erit. his tamen, quæ solū respiciant pituitosam materiam, nam procedente morbo, & vlterius protogato, perdifficile est credere, superfuisse bilis flauæ aliquid, ac si fuerit, purgatione peculiari minimè in-E diget; nam & necessaria est ad calorem, & ipsa sua sponte quouis medicamento faci[illegible] purgatur.

*Affectibus contrariis qualiter medendum.*

I. Continet etiam hęc prima methodus considerationem, quæ docet, aliquando caussam esse à morbi seu eff[illegible] ctus proprij natura diuisam, aut accidens diuersam caussam nactum ab ea, quæ morbum creat, *vt c. de lypyria dictum est*. In qua quidem complicatione frustra laboranti porrigimus, quæ morbo plurimum innituntur: nam in febre pituitosa nihil aliud refrigeratio præstat, quam diuturniorem & difficiliorem ipsam reddere, licet ipsa sua sponte refrigerium expostulet. Quamobrem semper, & in omni curatione caussam primo tollere oportet; nam præterquam quod impossibile est effectum compescere, caussa integra manente, damna, quæ retulimus, sequi necesse est.

*Morbi caussa interdum ab eiusdem natura diuisa.*

II. F Verùm quia sæpissime tantum facessit negotiū calor ipse præter naturam, vt vniuersam curationem ad se verti postulet, supersedendum est aliquando ab his, quæ caussam respiciunt, & victu ac moderatissimis refrigerijs febri est prouidēdum, sed mox iterum ad caussæ prouidētiam deueniendum; multa enim sunt, quæ & caussæ & effectui, quantumuis sint contraria, respicere habēt. Nam in febribus pituitosis plerunq; lędit pituita magis tenacitate, crassitie & lentore, quam frigiditate, siquidem actu calida existit & putrefacta, & ob id refrigerare modicum possumus; incidere tamen & attenuare semper: n[illegible] acetum, & acetosa omnia, præter attenuationem & incisionem, quam præstant, refrigerant quoque.

*Periculi grauitas in cōplicatis morbis quid poscat.*

Secundum autem axioma proponit periculi grauitatē & magnitudinem, nō quidē vtcunque, sed facta collatione inter duos affectus, quorum vterq; sit periculosus, in his enim semper prouidendū est, ne, quod superuenit, vires adimat, nam eo tempore vires gerit caussæ eiusdē morbi præexistentis. Veluti si vigilia vrgentissima febri continuæ accedat, vel grauis somnus, aut quoduis aliud accidens ex his, quæ morbum intendere natæ sunt, nam licet hæc accidentia non sint suapte G natura morbo ipso grauiora, nihilominus tamen, quia affectus ip[illegible] grauiorē & periculosiorem reddunt, primo curationem expostulant, affectu præexistenti non neglecto, quod quidem ea po-

tissimum de caussa ... in febribus continuis alioqui periculo... tutissimum quoddam accidens curationem ... everrat, nec quidem alia ratione, quam quando vices caussæ morbum intendentis gerit.

A Tertium vero axioma & ultimum proposuit, urgentioris considerationem omnibus aliis præferendam esse, aduertur quidem Gal. 1. *ad Glauc.* ei primo prouidendum esse, quod maius facessit negotium, & grauius periculum; siceunim in quouis affectu complicato, utcunq; complicatione fortiatur, hæc enim erit inuiolabilis lex & regula, ut ei, quod maius infert periculum, iurendeudum primo sit. Sic enim dixit Gal. *loco citato*, urgentiori est prouidendum, magis urget, quod maius periculum imminet, siue is sit morbus, siue caussa morbi, siue symptoma. In hac etenim consideratione coniectandum est, in periculi urgentia semper incipiendum esse ab eo morbo, qui breuius minatur periculum, licet alter morbus periculosior sit, ut videre est in febribus putridis, & hectica, & in hydrope, & febre: quippe febris putrida citius periculum pollicetur, & ei primo subueniendum, tum ut id periculum præueniatur, tum ut subsfirlibenior & expeditior via curationi, quæ proficua est alteri morbo diuturniori & grauiori, cui impedimento sunt auxilia, quæ febri profutura sunt.

B Itaq; in omni morbo expendendum est, caussane, an morbus ipse, vel symptoma magis urgeat, maiusve periculum inferat, nam illi est perpetuo innitendum. Sic enim in ulceribus & vulneribus omnibus, quæ simplicia sunt, morbum tantummodo respicimus, in febribus caussam quidem primo, secundo accidentia, quæ superueniunt, tertio verò & ultimo, iuxta Galeni decretum, ad eam, quæ facta est, discrasiam deueniendum est.

His quidem præmissis, peculiarem semitertianæ curationem aggredi oportet: quæ sanè magnâ prætrequirit in caussa prouidentiam: nam cùm hæc constituta sit ex pituitosis & biliosis succis diuersa sorte libratis, curandum est quàm citissimè vnicuiq; prouidere. *Primo* quidem per eam victus & vitæ institutionem, quæ nec omnino parca sit, (*licet biliosis morbus tam expostulet*) ne laborans vsque ad statum peruenire nó possit: nec nimium aucta

C & crassa, ne fomentum subsit vtrique morbo maius. Sed semel in die victu præstito, quo æger possit citra aliam victus exhibitionem 24. horarum spatio durare, ne, si noctu cogaris exhibere, accessio quotidiana (*quæ quamuis continua sit, singulis noctibus exacerbationem parit*) deterior & grauior fiat, ac nox molestior. Quapropter pullorú, aut auiú iuuenum carnes elixas *petroselino, ciceribus, & cinnamomo*, aut assas præbere oportebit: & in potu aquã *cinnamomi*, nisi vires vinum expostulare videantur. Quo facto cùm certum sit, duos in hoc affectu vigere humores, videndum est primo, *an sanguinis præsentia adsit?* quo tempore audacius sanguinem detrahes, sin aliter, ipsius quoque mittes, quãtum par sit pro magnitudine febris, cæterum per longiora interualla, ne vel vires labantur, vel pituita crudior fiat: nam si id auxilium prætermiseris, feruidior redderetur vniuersa substantia succorum: aut crudior præ nimia plenitudine, quæ duorum humorum abundantia succre... Postmodum verò curabis omni diligentia, æquales & homogeneos reddere humores, pituita incisa & attenuata, ut fac... & ..., ac purgata, ut ex dub... protinus subsequatur, nec ... moe euacuare, ac reliquum vel ... præparare. Item, coniectandum est, an ambo mores in venis abundent, vel aliunde gene... & in venas postmodum irruant: qui ... in venis præsunt, tardius licebit purga... enim bilis ex pituitæ pariter redundan... & ipsa pituita citius coquitur: & ob... portebit purgationem, donec mixtus ... medicamentis. Verùm si diuersam fortiantur ... nerationis mineram, per epicrasin purg... bit, alternatim quidem, tum per eam, quæ ... ducat, tum vero per eam, quæ pituitam, ... tamen protracta pituitæ purgatione. Reliqua ... ro auxilia mixtæ naturæ esse oportet, vel per ... terualla pariter & alternatim adhibita, ... præd... minati aliquem humorem cognouerimus, *ut ... scripsimus cap. de lipyria & epiala.*

Margin notes: 442 III. Urgentior consideratio aliis præferenda. — Semitertianæ peculiaris curatio. — Victus. — Sanguinis missio. — Præparatio humorum.

LIBER SEPTIMUS

# DE FEBRE PESTILENTI ET DE MALIGNA, AC DE A... cidentibus, quæ iis, & reliquis putridis succrescunt.

Statutum profectò est, atque omnibus viris doctis mille rationibus firmatum, quo res aliqua rarius sese offert, aut ex sua natura quo abdita est, & obscura, eo oculatius & diligentius expendendam esse, nedum in his, quæ hominum saluti profutura sunt, quorum ignorantia periculum vitæ impendet. Sic etenim cùm pestilentium morborum conditio adeo sit atrocissimæ & perniciosæ naturæ, nec plurimum vulgaris, obid mihi tractaturo de hac re difficili & abdita, subiit animum, exactiori diligentia ipsam expendere, ne si forsan aliquando accidat (*quod Deus auertat*) vel omni intelle... neglig... vel perperam auxiliares manus illi adhibeantur. Quapropter primo *pestilentium morborum differentias* in communi annumerare erit opus, deinceps *pestilentis febris speciem* recensere, tandem cuiusq; seorsum *naturam, signa*, atq; *curationem* instituere, qua potuero diligentia & breuitate curabo.

Pestis igitur nomine longè diuersum quid ... pestilenti febre Galenum intellexisse, aperte constat, quippe qui asserat, *pestem esse epidemiam contagiosam, quæ plerosque, quos apprehenderit, interficit*; *febrem verò pestilentem, licet idea & natura eadem sit cum peste, orbari tamen ea conditione, quæ plures apprehendat*: nam contingit non raro, ex aliqua peculiari caussa aliquem febre adeo pestilenti corripi ut ipso interfecto, ipsa quoq; citra alterius corporis contagium & damnum intereat simul, & exoleatur. Cuius doctrinæ occasione in memoriam reuocare oportet, quæ intersit differentia inter popularem & pestilentem morbum, ut clarius subit pestis natura & conditio. Popularis morbus is est, *qui passim in vulgus grassatur, communem omnibus ... communemq; habet caussam, aërem nempe ... aut potum ... vel*

Margin notes: Morbi ... — Morbi popul...

[illegible] *communis* qui [illegible] *summo* [illegible] *los* [illegible] *locibus* [illegible] *pop* [illegible] d [illegible] vnde [illegible] apo [illegible] pat, qu[illegible] *pestilens*, [illegible] atque commun[illegible] ab [illegible] inde plures [illegible] ag [illegible] qu[illegible] te [illegible] praesentem [illegible] *mortuus* [illegible] lebet, qui, [illegible] atq; letha[illegible] itaq; ep[illegible] quitenq ore an aliquo [illegible] multi te [illegible] que pestis [illegible]. At cum [illegible] bus qui [illegible] est, *endemium* seu *vernaculum*, & *gentis proprium* nuncupare solent: qui [illegible] omnes ex [illegible] pestis vocabulo [illegible] nuncupant.

Pestilens [illegible]

E[illegible] quis

Pestis quid.

His [illegible] morbus [illegible] debet pestis, qui, cùm vulgaris [illegible] perniciosus [illegible] est, atq; lethalis. Itaq; erit pestis *epidemia pernic*[illegible], aut, si mauis, vene[illegible]sus quidam vapor in aëre conceptus, qui vitali spiritui omnino aduersatur, aut aëreum venenum ea putrium vaporum admixtione, vel infelici Planetarum concursu in perniciosissimam animantium generis conditionem dira conuersione mutatum, si Astrologorum sententiam sequi voluerimus. Sed potest [illegible] clariùs adhuc diffiniri, dicentes, quod nil aliud pestis sit, quàm morbus commonis, vulgaris, pessimus, atq; perniciosissimus, qui perinde ac totum morborum vulgarium genus ex cœli statu pr[illegible]ficitur. Clariùs tamen, & veriùs, atq; specialius *febrem pestilens* diffinitur, cùm dicimus, febrem pestilentem reuera esse morbum sordidæ & profundæ putrefactionis, includentem seminaria acutiss[illegible]æ contagionis per se, ea quo lethalis & co[illegible]giosa efficitur: Quarum diffinitionum gratia primùm non leuis sese offert dubitandi occasio, *detur ne pestilens constitutio citra febrem*: Cui dicimus, huiusmodi constitutionem posse dari non minùs, quàm putredinem aliam reperiri citra febrem: nam septica medicamenta partem putrefaciunt, dissipata eius substãtia citra vllam febrem, quod pari lege pestilentem constitutionem posse effi[illegible]ere, doctissimorum cõsensu constare arbitror, & experimento quotidiano in catarrho & dysenteria pestilẽtibus comperimus, quemadmodum hecticam & ephemeram pestilentes reperiri, *vt paulò inferius iamiam monstratur*. Secundo expend[illegible]sse oportet (*earundem diffinitionum gratia*) ea q[illegible]onam principio, & qua de causa morbi omnes venenosi, pestilentes, & contagiosi sub[illegible]tantur. Cuius rei occasione præmittendum est, nasci omnes huiusmodi morbos ex corrupto atq; vi[illegible]tato aliquo inquinamento aëre, qui morbidam excretionem in se habens, quæ veneni instar [illegible]um sit, pestilentes & contagiosos parit morbos. Quam quidem sententiam Gal. *lib. de theria. ad Pis.* his verbis bellissime expressisse est visus, inquiens: *Pestis tanquam & ipsa exsistat quædam bellua, haud paucos interimit, verum ciuitates quoq; totas depascens, malè consu*[illegible] Quippe subdit: *Praua quadam aëris ad corruptionem prompta mutatio efficitur*: [illegible]uod rursus idem auctor *lib. ad Pamphil.* confirmat, Hippoc. vtique *lib. de nat. hum.* mentem secutus. Pendet autem hæc aëris pernicies à venenato quodam inquinamento aëri inspe[illegible]so, quod consurgit aliquando ab inferioribus, vt exhalatione putrida à

Febris pestilens quid.

Pestilens constitutio verum citra febrẽ detur.

Pestilentes morbi vnde oriantur.

Aëris peruersio vnde.

[illegible]adauc[illegible]us [illegible]tata [illegible] [illegible]nibus [illegible]erbi & [illegible] metallici fodi[illegible] aut palu[illegible]dibus, & stagnan[illegible] an ent[illegible], & [illegible] gantur, [illegible] quand[illegible] nem occupan[illegible], ac sæp[illegible] aliquando [illegible] ige[illegible]. Qua [illegible] do [illegible]us aduenire [illegible] tu[illegible] sententia.

Cæterum Popularium [illegible], item [illegible] Pestilentium, multiplices [illegible] *lib. pop. morb.* traduntur species sunt [illegible] *Mites* quidam, nec lethales, contagiosi tamen & populares, ex [illegible] atque alia temporis conditione procreati, vt *ophthalmia quædam*: alij rursus sunt *Periculosi*, alij periculo Carentes: Acuti aliqui, nonnulli Diuturni quidem, & qui *Vnicam* duntaxat corporis partem infestãt, quidam qui Totum corpus. Veenim inter venena quædam vnam partem magis quam aliam inficiunt, sic popularium morborum alij *Partibus* quibusdam propr[illegible] sunt, alij *Toti* communes. Sic ab Hipp. inter pop[illegible]lares nominantur *ophthalmiæ quædam, tertiana, intestinorum difficultates, tenesmi, tusses, & catarrhi*. Quinimmo tanta est in pestilentium natura varietas, vt contemplantibus admirationem maximam pariat. At non admirabile videri debet, pestem quandam satis & arboribus propriam esse? aliam pecoribus? aliã hominibus? cæteris verò omnibus innoxiam? quod nõ aliunde profectò euenit, quàm ex rerũ sympathia quadam, & antipathia. Verùm qui rem hanc diligentius studuerit diuidere, expendat, maiorem partem diuersitatis huius dictæ cõditionis prodire ab aëris venenati conditione, quippe compertũ est, ea prædicta conditione, vel diu durare, vel mox euanescere, vel iterum cessante iam reuiuiscere, tandem quibusdam prauum colorẽ concitando, aliis odorem tetrum præstando: deniq; quædam est pestilens constitutio adeo vniuersalis, vt vniuersum orbem occupare videatur, vt Guid. à Calauc. descripsit, sicut alia insuper particularis vnam tãtum regionem occupans, aut vnam ciuitatem, vel etiam domum aliquam. Est etiam ab affectis corporibus non vulgaris differentia, eum pestis variis rerum generibus infesta sit, ita vt aliquando inter animalia solũ armenta constat perusse, nonnunquã aues, ac interim pisces, quin etiam & fruges, ac omne stirpium genus. Præterea nec eos, quæ homines peculariter aggreditur, vnica est ratio, cum alias mares, alias mulieres afficiat magis: quædam pueros, alia iuuenes, & calidos aut frigidos temperamento magis. Quæ sané omnia euidens cõfirmat ratio, siquidem temperamẽtorum varietas, pro sexus & ætatis diuersitate ad hanc aut illam morbi causam propensiores efficiat: nec enim perpetuo eadem est nocentis caussæ conditio. At dum pestilens hæc constitutio febres excitare nata existit, hoc profectò habet commune, quod putredine media id efficiat, vt grauceolentia in omni eius specie apertè commonstrat. Verum cum febrium omnium principia sint, vel *Spiritus*, vel *Humores*, ve[illegible] *Partes corporis solidæ*, ob id credibile efficitur, pestilentium febrium differentias esse vel *Spiritales*, vel *Humorales*, vel *Hecticas*, [illegible] communis ferè omnium consensus statuit, licet ephemeram seu spirituosam nõ admittat Conciliator, quod

[illegible] bi[illegible] venenæ varię.

Pestilens constitutio febres efficiens semper eas afficit media putredine.

Pestilentium febrium differentiæ.

A qu[illegible] sp[illegible] ceterum q[illegible] [illegible] mistum omni pu[illegible], a[illegible] quent spiritus. [illegible] quod credi[illegible] hac te arbitror, [illegible]us posse duobus modis a- [illegible]terari: Vno, dum licet incalescant, [illegible] [illegible] puritatem, & putrius e[illegible] fcu[illegible], [illegible]m putredine fœdentur. alio ver[illegible] [illegible] pria substantia vitiantur, & calore pest[illegible] [illegible] immutantur, inficiuntur, & [illegible] commu[illegible] ta ei[illegible]dem prædicta pestilenti ac [illegible] aëris substantia: quapropter nec verè n[illegible] pr[illegible] hæ febres dici merentur *diariæ*, licet ab [illegible]ritibus prodeunt, sed *diaria pestilentes*. Itaque li- cet ab spiritu hoc venenato malum incipiat, pro- tinus vniuersum calorem innatum substantiæ cordis vinat dissipatque, tum quod veneficus spi- ritus citiùs, efficaciùs, & potentiùs cor ipsum ag- greditur, quàm vapor ex putridis humoribus in putridis pestilētibus elatus: tum etiam quia cùm spiritus vitalis sit omnium actionum instrumen- tum, dum adeo grandi corruptione afficitur,

B membrum omne eius beneficio destitutum per- it, & subinde actiones, ac ex consequenti adeo breuitet vita ipsa. De hectica verò febre pauci sunt, qui ambigant, cùm eam Galen. 3. *de præsag. ex puls. cap.* [illegible]. his verbis statuat: *Etenim sunt, vt docui- mus, pestilentes non paucæ, nempe vsque ab initio hecticæ, distantq; ab omnibus alijs febribus, quæ ex magna putre- dine oriuntur.* Quo loco apertissimè eam consti- tuit: nec valent Conciliatoris rationes; nam he- cticam pestilentem solùm ex calore facto ex pri- ma cordis humiditate proficisci est credendum, non quidem in solidiori. Quippe pestilens calor citiùs vniuersum eius harmoniam vitiabit, & o- mnino dissoluet, quàm quod credibile sit, inti- mius figi posse, aut (*vt multi autumant*) putrefieri cordis substantiam, priùs enim morietur homo. At *pestilentem* putridam tot posse sortiri differen- tias, quot & humores putrescentes excitare, di- ctum antea est, præter intermittentem: nec non à symptomatis alias oriri, atque non paucas a tu- morum præter naturam differentiis, apparenti- bus, delitescentibus in hac vel in illa parte, vel in pus versis, aut dissolutis, vel durioribus factis, do-

Vltimo tamen nonnullæ visuntur, in quibus va-riæ sese offerunt mittendi sanguinem occasiones, quas prætermittere, aut negligere, periculo & cri-mine non caret. Quibus præmissis, triplicẽ opor-tet pestis & pestilentis febris, (*quamuis multi inter pestem & pestilentem febrem maximum discidium consti-tuunt, quod sane verissimum est. Verum expendant, pe-stem, dum febrem accendit, non omnino ab auxiliis pestilē-tis febris posse abscidi, & ob id cõsiderationes has hoc omnia distinxisse oportuit*) statum considerare: nam si pesti-lens constitutio, & aëris vitium (*modo cœlitus, modo ab aquis, vel a terra, aut quauis cius putrescētione prodeat*) adeo vehemens est: vt citra morbosum corporis apparatum, vel spirituum, vel solidæ substantiæ corruptione, vel adeo grandi & efficaci homini diffusione breui tempore hominem perdat, frustra est sanguinē detrahere, maxime si humor qui peccat, distitus fuerit a locis sanguinis, quini-mo eimus sic affecti, auxilio pereunt, quam solo morbo periissent, & ob id aliis præsidiis (*quæ inferius referam*) pugnare iubent iure optimo auctores fe-re omnes. At cum in corpore præest morbidus ap-paratus ea copia humorum, vel sanguinis conge-stus, tunc profecto non solum m[illegible]bo incipiente, (*quod præstantissimum atque necessarium est præsidium*) sed quoniescunque tumores dolorosi, pulsi[illegible] grandiores, carbones & anthraces apparuerint sanguis mittendus est, idque maxime cum iu[illegible] bus non

Pestis & pe-stilentis fe-bris status triplex.

F

G

Sanguis in peste affe-ctis, quando, quibus, & qua copia mittēdus iubeat.

[illegible] In quo opere *primo* [illegible] sanguinem esse [illegible] tendum [illegible] præsertim, si vires validæ fuerint, A au[illegible]es quo tempore cunctandum no[illegible]nem mittere. *Secundum* est, quod dũ mitti[illegible], etiamsi maior sit necessitas, & [illegible] rgentia mali, parce & per vices mittere debet potius, quã con[illegible]m & subito vt vires donec morbus consistat sufficere possint. Præterea si his tumoribus ap pa[r]entibus morbus quiescat, mitiorq; fiat, retrahere manus a sanguinis detractione oportet, quinimo omni diligẽtia curandum est ad extima eo[illegible], quæ natura nititur à visceribus pellere, *vt mox referam*. Verum cum pestilens constitutio ex edulijs, vel potibus ingestis, vni populo, cui cõmune est illud alimẽtum, successerit, eo casu audacius sanguis est mittẽdus, cum videlicet sanguis simul abundauerit, vel aliqua eius consueta euacuatio suppressa fuerit, idq; in principio mali, antequam vires omnino labantur, & morbus inualescat amplius. Quo facto, aut secus si id fieri non liceat, etiamsi malũ crescere & plurimũ sęuire constet, deinceps nulla lege sanguis mittendus est: quinimo si tumores apparuerint, crudi aperiẽdi sunt, vt per B foramina expiret omne veneni contagium, purgeturq; [illegible]o: ruptus humor, *vt paulo inferius docebo*. Item ad cutem euocare in hoc casu grandi diligentia oportet prædictos venenatos succos tũ cucurbitis, tum scarificationibus, tum frictionibus. In quo malo non displicet Gal. consiliũ, vbi sanguinem mitti non datur, nimirũ suras scarificare, aut venam tali incidere, maxime in principio, aut ad inguina vergẽte humore, quo distantius à præcipuis membris secedat.

*Marginal notes:* [illegible] do la[illegible] habeat [in] peste. — Scarificatio. — Vomitus quando locum habeat in peste laborantibus. — [illegible]

In hoc enim vacuationis genere multa considerare opus est: primum, qualis cõditionis sit humor, & per quam regionẽ designet natura ipsum ducere: quippe licet in omni morbo statutum sit, quo natura vergit, eo esse ducendum, maxime perfecto exsequendum veniet in quauis pestilenti cõstitutione, nam aliter præterquam, quod natura non erit nobis adminiculãs, omnino succumbet, C humoris venenosi motu per aliam regionẽ reuocato, quia plures erunt eo tempore partes, q̃ contactu venenosi humoris lædantur: quod in omni pestilenti constitutione tanquam summe perniciosum est fugiendum. Itaq; si per ventriculum vomitibus consiterit mouere, eodem ducere oportebit, maxime si humor ex biliosorum sorte fuerit, quos si deorsum inuita natura pellas, in lethalem dysenteriam, vel in magnam virium iacturam laborantem deferes. Deniq; si laborans nauseabundus apparuerit, fastiditus, & ad vomẽdum pronus, ad ipsum cogendus est æger, compressa fronte & oculis fascia aliqua, & prono corpore ab assumpto hoc medicamento, quod recipit *thamameli* [illegible] *seminum anethi, & raphani ana* ℥ j. terantur omnia, & bulliant in ℔ : x. *aqua*, donec consumantur tres, & facta expressione, adde *oxymellitis simplicis* [illegible] j. *agaric. pulverizati* ʒ j. cuius sumat laborans ℥ vij. & post pu[illegible]lu[m] [illegible] cogitur vomere. Q[uo] fa- D cto citra p[illegible]tum q[illegible] & q[u]asi vna hora [illegible] vomitu, sumat apo[illegible] contra venenosum [a]ffectũ, [illegible] infenus[illegible] reperies: quo [illegible] dor [illegible] [illegible] erd cendus, sin aliter nec p[illegible] [illegible] sin[illegible] is diebus cugẽdus est ad

[illegible] quid [illegible] ad [illegible] ueri, [illegible] uidenter [illegible] stulis ad cutẽ transmissis, aut [illegible] in peculiari membr[illegible] bidem, tunc quide[illegible] ores [illegible] eam partem purgare [o]porteb[illegible] recipit *theriacæ magnæ* [illegible] j *boli præparati* [illegible] *pulverizati ana* ʒ [illegible] *cornu monocerotis* [illegible] *phyllorum, ana* [illegible] j. *lapidis bezoar* [illegible] *syrupi de* [illegible] ʒ ß. *aquarum scabiosæ, scordij, & scorzo[nera]* [illegible] *buglossæ & radicis carlinæ an.* ℥ viij. [illegible] borans quinq; aut sex ℥. æstiu[illegible] tẽp[illegible] re[illegible] frigido temperatas. At in his labora[nti]bus per ventrẽ purgare licet, quod [illegible] humor, vel necessum sit ip[illegible] repel[illegible] lere à membris præcipuis, dum [illegible] reor prope ipsa, aut in eorũ emunct[orij]s, no[n] difficile est nosse, quando, quibus & cu[illegible] dum expurgans medicame[ntum] [illegible] am[illegible] lenti contagio solum operante porriga[illegible] venenatos à circumferentia ad vi[scera] [illegible] cum pestilens spiritus pharmaco no[n] cedat [illegible] magis lædes, & naturales, ac quieros hu[mores] [illegible] citius agitabis, quo facilius contagium [illegible] p[illegible] omnes laborantis partes: si tamen n[illegible] p[illegible] nenati humores reliquos conspu[r]cab[illegible] rumpent. Præterea si morbolus p[illegible] ara[illegible] difficile est nosse, quãdo eo auxilio v[illegible] si in principio id præstes, turbabis [illegible] corruptum, vt reliqui succi, qui [illegible] eadẽ labe inficiantur: si differas, vniuer[illegible] motu massa facile contabescet, & membra [illegible] inuadet, ac infirmabit. Item vbi [illegible] noxiorum eduliorum occasione malum oritur, purgatio, [illegible] copiosa futura est, & hanc nequibunt ferre pusillæ vires, vel si minus purges, nil facies. [Q]uapropter in his tribus dubitationis fontibus di[li]genter [illegible] pendisse oportet, quid agere liceat: cum neque [o]mnes purganti pharmaco liceat mouere, neq; [o]mnes vno & eodem: item neq; expediat om[illegible] citra pharmaci exhibitionem curare: itaq; du[illegible] aëris contagioso morbidoq; veneno pestis oritur, potionibus, maxime, quæ aduersantur venen[o] & pestilenti contagio, rem agere est æquũ, *vt mox referam*, si prius dixero, quando hoc auxilio [illegible] dum sit. In qua re dum humor iuxta aliquam regionem vrget, mox à principio expurgans me[di]camentum est propinãdum, nulla exspectata coctione: quippe venenatos humores coquere no[n] licet, neq; valet natura, præterquã quod de[illegible] & natura turgentium fiunt, & ob id protinus [illegible] educendi. Sic enim dum ex eduliorum vino pestis suboritur, si possibile fuerit, prima die, leuibus tamen medicamentis, quibus & communia excremẽta, & quod in venoso genere est, simul extrah[illegible] nam in his humoribus sat est, quod medicamen[tum] [illegible] stet motus principium, ob id prosunt *manna, cassia, fistula, syrup. ex infusionibus rosarũ*, postea ve[illegible] bitis potionibus & medicament[i]s [illegible] vim habentibus venenum comp[illegible]cendi [illegible] nandi. Item purgare [o]portebit, a[illegible] eqna [illegible] atura in [tu]mores & pustula[s] cru[illegible] at [illegible] adie[illegible] dictis pharma[ci]s [illegible] ex[illegible] qu[illegible] tur pur gant, iuxta humoris pec[c]antis idẽam [illegible] ppe[illegible] vtendum est *infuso rhabarbari, agarici, siue epithymi &*

*mer-*

A *myrobalani* [illegible] quibus varie licebit componere pharmacorum formas: si tamen iam apparuerint pustulæ aut tumores, alia via incedendum. At si pestis principium sortiatur [illegible] venenato aere, præfueritq; in corpore morbidus apparatus, tunc quidem sanguine misso, aut secus, si possibile non fuerit, mox purgabis, nulla etiam exspectata præparatione aut coctione: Verum in his promptius seligentibus prædictis vteris, quibus addes *catholicon*, & *tripheram Persicam*, descriptionis Mesues: & robustis corporibus aliquod ex electariis, quæ magis purgare possunt, *vt electarium de succo rosarum Mesuei & diaphenicon*, *aut confectionem Hamech*. Verum in vehementioribus pharmacis exhibendis cautius te geras oportet, ne naturam purgando deiicias, aut dysenteriam concites lethaliorem. In pestilenti vero febre, quæ vel spirituum, vel solidarum partium corruptione prodit, purgandum minime est, sed omni arte venenum compescere oportebit, & ad extima euocare cucurbitarũ, frictionum, & inunctionum vsu.

Purgato sicciorique reddito corpore omni va-B cuationum genere, *vt dictum est*, tria exsequenda sese offerunt, quæ non minoris momenti esse solent. *Primum* est feruoris febrilis attemperamentum. *Secundum* venenosæ ac pestilentis conditionis exstinctio. *Vltimo* vero tumorum & pustularum prouidentia. Circa primum expendendum est, quod licet in omni pestilentium febrium sorte non appareat extrinsecus ingens ac exurens cauma, nihilominus tamen interius credendum est, intolerabile & intensissimum esse, vtpote quod sit ex omni caloris præter naturam sorte: quapropter vt natura validior euadat, commodiusq; possit humorem ipsum deuincere, aut saltem pellere, omni studio caloris illius exstinctionem exsequi oportebit. Sic interim dum & sanguis mittitur, & corpus pharmaco purgatur, mane aut vesperi refrigerans aliquod porriges, quale est, quod recipit *hordei p. vj. cichorii m. iij. florum borraginis, buglossæ ana m. ij. pimpinellæ, scabiosæ, borraginis, buglossæ ana m. j. seminis acetosæ, seminum citri ana ℥. ß. contundantur in lib. xij. aquæ vsq; ad consumtionem tertiæ partis, & facta expressione colaturæ adde sacchari albi ℥. ij. tamarindorum extractorum per setam ℥. ij. & ß. sacchari rosarum & violarum ana ℥. j. & ß.* & fiat

C apozema. Item conficies aliud apozema gustui gratum, quod recipit *aquarum buglossæ, acetosæ, borraginis, & scabiosæ ana ℥. v. boli præparati ʒ. j. diamargaritonis frigidi ʒ. ß. electarii trium santalorum ʒ. j. syrupi de succo limonum ℥. j. & ß.* Præstat etiam aliud, quod solum conficitur ex *decocto hordei, scordii, acetosæ, radicis scorzoneræ, & carlinæ, addita conserua ex carne citri confecta cum syrupo rosarum, & acetositatis citri, addito puluere margaritarum præparatarum.* Quæ omnia magis minusve frigida porrigere poteris, prout vires laborantis ferre potuerint, aut æstus & cauma tum temporis, tum laborantis poposcerint.

Quod hoc loco sese offert, expendendũ proculdubio est vsus eorum medicamentorum, quæ vim habẽt efficacissimam contra pestem. In qua

D te præterea, quæ sequenti cap. *de febre maligna* latius dicturus sum, quæ etiam huic malo semper prodesse possunt, ( *vt theriaca, confectio de hyacintho pul. electarii de gemmis. Alchermes, lapis bezoar*, & alia huius census ) peculiari efficacia hanc venenosam contagionem infirmant [illegible], quæ [illegible] eius nata sunt efficere, velut *electarium de tribus [illegible] neribus santalorum, diamargaritonis frigidi, electarium de gemmis, trochisci de spodio, de camphora, de terra sigillata, & de baccis oxyacanthæ. conseruæ rosarum, oxalidis, nymphææ, violarum, & buglossæ*, quæ omnia quouis tempore assumi possunt. [illegible] compositæ vero præter theriacam continet el[ec]tarium de bolo, quod *recipit boli Armeni purissimi loti [illegible] aqua rosacea ℥. [illegible]. radicis tormentillæ, & angelicæ ana [illegible]. coralli rubei, rasuræ eboris, cornu cerui, & rosarum rubrarum ana ʒ. & ß. melonum, iuniperi, & bombacis mundati ana ʒ. j. seminis anisi, fœniculi, & cinnamomi, santalorum, citrinorum ana ʒ. ß. fiat puluis.* Sed inter ea, quæ præstantissima habentur inter auctores, est electarium, quod recipit *sanguinis sicci anatis, anseris, & hœdi, rutæ hortensis, seminis fœniculi, cumini, anethi, napi ana ʒ. iij. radicis*

E *gentianæ, radicis quinq; folii, schœnanthi, scabiosæ, pimpinellæ, betonicæ, & rosarum siccarum ana ʒ. ij. aloes, thuris, mastyches, myrrhæ nardi ana ʒ. ij. belzoini, asari, ammoniaci ana ʒ. iij. maioranæ, agarici ana ʒ. ij. Carpobalsami* ℈. *j. ireos, zingiberis, croci ana ʒ. j. stœchados ʒ. v.* ex omnibus fiat puluis, & cum quadruplo mellis despumati fiat electarium, cuius sumat laborans ʒ. ß. Item aliquando sumente proderit ℈. ij *huius pulueris q. r. radicis quinq; folii, betonicæ, pimpinellæ, scabiosæ, seminis citri, acetosæ, cardui benedicti, partes æquales.* Alios item conficies pululsculos summopere proficuos, qui recipiunt *terræ sigillatæ, boli Armeni ana ʒ. j. dictamni ʒ. ij. quinque folii ʒ. j. & ß. seminis acetosæ ʒ. iij.* misce & fiat puluis. Est & aliud electarium huic vsui non minoris momenti q. r. *ligni Iudaici in subtilem puluerem redacti*, & accuratissime per cribrum purgati *℥. j. & ß.* infundantur in aqua buglossæ, quantum per noctem capere possit puluis, deinde adde *carnis passularum extracta per setam ℥. iij.* & fiat electariũ, vel fiat ex eodem *puluere cum saccharo rosaceo*, cuius mane & vesperi ʒ. iij. porrigere poteris. Præterea hoc pululsculo vti etiam poteris, quod recipit *gentianæ dictamni. mastyches spicæ nardi, coralline, radicum quinq; folii, terræ sigillatæ, boli Armeni, vtriusq; coralli, gariophyllatæ, centaureæ minoris santalorum ru-*

F *beorum, ossis de corde cerui, & cedoariæ ana ℥. ß.* fiat puluis, cuius ʒ. ß. laboranti porrigere poteris. Fiunt etiam trochisci ex bolo, hac lege: Excipe *boli Armeni ʒ. ß. radicis tormentillæ [illegible]. ij. radicis angelicæ ʒ. j. sacchari* ad pondus omnium fiat puluis, ex quo formentur trochisci saccharo dissoluto in aqua *oxalidis, scabiosæ, infusione gummi tragacanthi*, quorum præbe *ʒ. j. & ß.* aut in forma pulueris ʒ. j. Sunt etiam medicamenta, quæ appellantur opiata, magni profectò momenti in hoc ministerio, cuius census est illud, quod recipit *conseruæ buglossæ, ana ℥. j. pulueris electarii de gemmis, & diamargaritonis frigidi ana ʒ. ij. trochiscorum de terra sigillata & radicis angelicæ ana [illegible]. j. cum syrupo acetositatis citri (æstiuo tempore) de corticibus citri (hyeme)* fiat opiata. Alio

G etiam modo hoc medicamentum cõficies, quod recipit *conseruæ foliorum nymphææ, acetosæ, & borraginis ana ℥. j. boli Armeni purissime loti, de coctione buglossæ, & rosarum ℥. ij. radicis angelicæ, cedoariæ, seminis & corticis citri, & coralli rubei ana ʒ. j. cinnamomi, & margaritarum ana ʒ. ß. ambræ, & moschi ana g. iij. succi scordii & quinque folii ana ℥. ij.* succi resideant, & feruefiant cũ [illegible] myrobalanorũ conditorũ saccharo, & fiat opiata, cuius sicut alterius à ʒ. j. *ad* ℥ iij.

Calor pestilentialis qualiter exstinguendus.

Apozemata refrigerantia pesti proficua.

Pesti opponuntur varia medicamenta, & quæ

Electuaria. 1. 2. 3. 4.

Pulueres.

Electuarium.

Puluis.

Opiata.

porrigi poterit. Præstant quoq; tabellæ, quæ recipiunt *boli Armeni purissimi ʒ.j. & ß. coralli rubei ʒ.j.*

*Tabellæ*

*radicis angelicæ, tormentillæ, & foliorum dictamni recen. ana ʒ.ß. margaritarum ℈.j. zedoariæ ℈.ij. macis ʒ.j. conserua oxalidis ʒ.ij. sacchari albissimi* dissoluti aqua vel decoctione *scordii & scabiosæ q. s.* vt fiant tabellæ.

*Serapia.*

Conficies insuper serapia, quæ huic vsui summopere conducunt, quale est, quod paratur ex succo *acidi mali, limoniorum, ac pomorum omnium acidorum, oxalidis, sonchi, mellisophylli*, ex quibus vel aliquib. cum *saccharo & aqua scordii*, aut *decocti radicis carlinæ*, fient serapia huic vsui vtilia, cuius census sunt *syrupus acetosus, aut oxysaccharum*, adiectis pulusculis ex *smaragdo*, aut *electarii de gemmis*. Confert etiam id, quod recipit *sacchari rosacei & buglossati ana ℥.j. & ß.* dissolue in *lib. j. & ß. aquæ mellisophylli, oxalidis*, & ter transfunde per collum, & adde olfacitu ex *tribus acido, oxysacchari*, & de *pomis singulorum ℥.ij.* pulueris *diamargariton frigidi ʒ.ij. foliorum dictamni, zedoariæ, & radicis pentaphylli ana ʒ.ß. foliorum auri num. vj.* cuius quauis hora poteris modicum porrigere. Item præst. bis huius pulueris *ʒ.j. cum modico vino*, si laborans languidus fuerit, aut tempus hybernum; sin secus, cum aqua

*Puluis.*

B scordii, quę recipiat *radicis heptaphylli, & pentaphylli ana ʒ.j. zedoariæ, dictamni Cretensis, seminis mali medicæ, & cornu cerui vsti singul. ℈.ij. ciperi, baccarum iuniperi, cuiuslibet ℈.j. ossis de corde cerui ℈.ß. croci g. iij.* misceantur, & fiat puluis, cui addes pulueris *boli, margaritarum & smaragdi ana ℈.j.*

*Peste affectis quomodo, neutiquam sint astringendæ vel siccæ, vel cucurbitæ scarificatione. Vnguenta adhibenda venena…*

Vlterius vero variis medicamentis & auxiliis venenatam qualitatem, & euocare & frænare assueuerunt auctores. Primo quidem cucurbitulis paruis & plurimis (*dum in animo est sanguinem non extrahere*) dorso, femoribus, & suris, ac brachiis sæpius affixis & reiteratis: quod sane facies, antequam bubones aut carbunculi appareant. Verum si pustulę aut exanthemata alia apparuerint, tunc quidem audacius eis vti licebit: At dum sanguinem fundere per cucurbitas conceditur, vel è regione cordis fieri debet, vel in principio suris scarificatis, quo sanguis mediocriter fundatur, diuertaturq; à visceribus venenosa substantia; quod

C si vereamur tenuem sanguinem relicto crassiore euanuisse, prius fouere oportet partem decocto *chamæmali & pentaphylli*, aut *oleo liliorum cum nitro*; vel pars in ruborem fricanda. Præterea cordis regionem inungere oportebit, principio iam finito, facta etiam vacuatione sufficienti, *vnguento, quod recipit theriacæ ʒ.iij. terræ Lemniæ, santalorum rubeorum ana ʒ.j. aquæ rosaceæ & aceti ceparum*, fiat ad modum vnguenti. Quippe statutum est Galeno & veteribus, alexipharmaca ad se allicere venenum, forasq; euocare nata esse, vbi extrinsecus adhibentur, *vt visum est Gal. 5. simpl. cap. 18.* prodest aliud, q. r. *olei rosati, nenupharis, & napheæ ana ℥.j. olei de Matthiolo ʒ.ij. succi buglossæ, borraginis, scabiosæ, scordii & pentaphylli ana ʒ.j. specierum cordialium ℈.ß. santalorum rubeorum, seminis citri & acetosæ ana ℈.j. aceti* [illegible] misce & fiat vnguentum. Prodest & *oleum de Matthiolo cum vnguento naphæ, & pulueribus electarii de gemmis, scordii*, & aliis, quæ superius memo-

D rauimus. Item si cauma & incendium grandius fuerit, *epithemata* [illegible] possunt, quale est, quod recipit *aquæ oxalidis, buglossæ, nymphæa, & rosarum rubearum ana ℥.iij. aquæ mellisophylli, & florum citrangulorum ana ʒ.ij. santalorum omnium, & corallorum rubeorum singul.* [illegible] *es, corticum mali Indici, seminis basiliconis, cinnamomi cuiuslibet* [illegible] *ossis de corde cerui ʒ.ij. croci g. iiij.* [illegible] *odoriferi* [illegible] ß. misceantur & excipiantur in [illegible] purpureo, & cordis regioni adhibeantur. Aliud conficies etiam, q. r. *aquarum scabiosæ, nenupharis, borraginis, acetosæ, rosarum rubearum ana ℥.iij. aceti albi optimi* [illegible] *ij. camphoræ ℈.ij. croci g. iiij. santalorum rubeorum ʒ.j. & ß. specierum diamargariton frigidi* [illegible] fiat epithema. Cuiusmodi [illegible]

*Epithemata cordialia.*

*Sacculi cordiales.*

runt, quæ [illegible] eundem vsum præstent, aut loco [illegible] sacculi possunt confici, qui recipiant *florum nymphea, buglossæ, rosarum rubearum ana m. ß. florum citrangulorum, rorismarini, & mellisophylli ana* [illegible] *ij. santalorum, & corallorum rubeorum ana ʒ.ij. ligni aloes, corticum citri, & seminis basiliconis ana ʒ.j. florum dictamni, zedoariæ, & baccarum iuniperi ana ℈.ß. croci g.* [illegible] E *ossis de corde cerui ʒ.j. pulueris electarii de gemmis* [illegible] *ambræ, & moschi ana g. ij.* & cum linteo lenco [illegible] omnibus simul iunctis, & in puluerem redactis fiat sacculus. Ex quibus omnibus varia poteris vsus tempore effingere medicamenta, variis formis confecta, quæ mane, vesperi semel, bisve die porrigere poteris.

*Bubones & tumores præter naturam pestilentes quomodo fiant.*

Bubonum & pustularum magna est in omni fere pestilenti constitutione alluuies, longe magis, quam in quouis alio morborum genere. Idq; ob peculiarem huius mali naturam, & perniciosam conditionem: quippe ea, quæ vniuersam naturam vitiant, non patitur natura vigere in membris pręcipuis, neq; iuxta ipsa, vita enim pronnus orbaretur, & ob id procul à prædictis membris nititur pellere, posthabita carnis corruptione, vt tueatur membra principalia: Et hac potissimum ratione in reliquis febribus, quę solum natæ sunt

F intemperamentum inducere, non producit natura bubones, & pustulas, aut carbunculos, quia non impendet ex alteratione vitæ discrimen, sicut ex venenoso & pestilenti contagio, quod à tota substantia lædat; & ob id solum, aut maiori ex parte, in pestilentibus febribus ea producit. Itaq; horum bubonum & pustularum, quod maius solet facessere negotium, sese iam offert prouidentia. In cuius exsequutione primo considerare oportet, pestilentium constitutionum quasdam terminari per pustulas vel leues exturas, aut papulas; quasdam vero per bubones & tumores præter naturam; alias vero per carbunculos & exurentissimos tumores, idq; vel iudicatorie, vel symptomatice, adeo magna differentia præstita in curatione, ac ea est, a qua originem trahit quæuis harum pustularum, à natura ne rum, an à vi morbi: nam licet in omnibus morbis pestilentibus plerumq; aliud per cutim appareat tumorosum vel pustulosum, nihilominus tamen non leuiter cuariat curantis consilium, dum natura morbum terminante id prodit, ac dum ipsa patiente, & inuita atque coacta aliquid horum

G appareat. In qua re primum videndum est, q[illegible] agere oporteat, quouis horum apparente, vtcunq; appareat. Si itaq; vt bubo vel in inguinibus [illegible] post aures, vel sub alis prodat, aut pustulæ p[illegible] tem eruimpant, vel carbo nigricare incipiat: primum quidem considerabis, an ante sibi eum apparuerit vel post febrem: si primum eandem curandi [illegible] stitues, ac si non apparuisset, hoc solum addit[illegible], qui

*Bubones pestilentes quomodo curand.*

omnium-

om[illegible] nio [illegible] tumoris [illegible] se [illegible] pestem [illegible] pharmaco[illegible] tam, ne [illegible] materialis. Præterea [illegible] apparuit, qui [illegible] tem c[illegible] & laborantis [illegible] tiam considerabis, n[illegible] si paruus [illegible], an magnus: febre non cessante. [illegible] tempore si paruus sit tumor vel sangu[illegible] si laborans [illegible] potuerit, vel [illegible] & [illegible] auxilio ad extima euocabis, *vt mox referam*, ac [illegible] non creuerit, vel febris cessauerit, protinus aper[illegible] curabis, quo facilius ad eam partem euocetur natura, & per foramen exspiret veneni vis. Verum si magnus sit tumor, & febris non cessauerit, curabis protinus, ipsum quoq; aperire; nam differre vigente febre, omnino graue est, & periculo pl[illegible]: maiorem enim arguit humoris venenati copiam, quam ferre possit laborans, donec ad suppurationem ducatur humor, & ob id protinus scalpello vel candenti ferro aperire expedit. At si tumore apparente cessauerit febris, tunc quidem ex ratione facies, si integram exspectaueris maturitatem, saltem mediocrem, ne iterum reuertatur febris. Itaq; considerabis, cessauerit ne febris, & laborans melius se habeat, an deterius: quippe ex hoc naturæ victoriam videberis supra morbum, & tunc quidē bubonica auxilia adhibebis, quæ ad maturitatem ipsum deferant quam citissime, admixtis his, quæ resoluendi vires quoq; sortiantur. Verum si melius se habere laborantem compereris, non tamen omnino verendum est, ne iterum reuertatur malum, quia euidens existit signum impotentiæ naturæ supra vniuersam morbi materiam, quo tempore tumorem euocare & pustulas, quam citissime oportebit his, quæ mox referā, si prius dixero, sitne eo tempore sanguis mittendus, an secus: quippe non est facilis scitu, an tunc id auxilium exsequi oporteat, veretur enim eo tempore necessum est, ne ad interiora remeet, quod foris trāsmiserat natura, aut saltem impediatur sanguine misso tumoris augmētum, nam eo tempore resolutionem moliri nulla lege licet: satius quidem tunc est attractoriis auxiliis ad extima, quod humoris intus manſit, euocare. In qua hæsitatione statuendum est, sanguinem esse mittendum, si vniuersa materia ad partes bubone affectas delegata non fuerit, nec vereri oportet retrocessum aut impedimentū transmissionis, quia natura tunc potentior redderetur, & facilior erit vi medicamentorū attractus ad partem affectam. Vena tamen ea secanda est, quæ vsui magis proficua sit, ex talo, si in inguinibus bubones appareant, & pari ratione si sub alis, ex brachio vero si post aures: an vero in aliis pustulis ita agendum sit, cap. sequenti de febre maligna latius disputatum reperies. Verum si bubones ante coctionem, & vt ferunt, symptomatice prorumpant, licet aliquando id quoq; agere oporteat, non ita libere & absolute, sed considerare antea licebit, an ex plenitudine vel vitio, & impensa corruptela turgeat natura, & ad prædicta emunctoria pellat, nam etiamsi motum & expulsionem anteuertat, locum tamen præstantiorem eligit, à quo distrahere minime licet, ne ad aliquod principale membrum reuertatur. Quapropter si ex plenitudine (*quod satis vacuatum corpus non sit*) turget, etiam sanguis mittendus est:

A

B

C

Sanguinis missio quando locum habeat in bubone, & in qua parte.

D

ver[illegible] si id fieri [illegible] liceat, aut [illegible] da omnia [illegible] est ad e[illegible] stilens con[illegible] exhib[illegible] quæ celeriter [illegible] septimū & in q[illegible] met[illegible] nte integram [illegible] putationem [illegible] oporter *vt mox referam*, si priu[illegible] tent [illegible] tumor & [illegible] sanguine misso, aut antea, si [illegible] sanguinis detractione opus non fuerit, quid agendum sit. P[illegible] omnia arte curandum est, si [illegible] le[illegible] rem materiæ partem per tum[illegible] fomentis mox præstitis, quæ r[illegible] cip[illegible] *florum chamæmali, meliloti ana* ℥.ij. *rorismarini vir*[illegible] *scabiosæ, pimpinellæ, & scordii ana* m.j. *radices angelicæ* ℥.ß. [illegible] quassentur & bulliant *in lib.* [illegible] *aqua ad medietatem*, & cum spongia aut philtro fiat fome[illegible] [illegible] quo easdem herbas emplastri forma ad[illegible] oportet. Quod si his adhibitis non constiterit tumorem crescere, emplastrum, quod in[illegible] sit efficaciæ, adhibere oportebit, q. r. *caparum detractu meditullio num.* iiij. replicantur *theriaca, oleo liliorum, & chamæmali*, & postea coquantur *in cineribus*, quo facto adde *radicis lilii decocta in aqua* ℥. iiij. *scabiosæ, & pimpinellæ ana* m. ij. minutim inscindantur omnia cum duabus *cepis ex prædictis*, & lento igne coquantur, & adde *farinæ tritici, aut fœnu gr*[illegible] *quantum sufficit*, vt fiat ad formam emplastri, & adde *vitella ouorum numer.* iij. *olei liliorum quantum sufficit, croci* ʒ.ß. fiat emplastrum, & parti, quod sat sit, apponatur, & transactis quatuor aut quinque horis semoueatur, & iterum fomentis prædictis vteris. Quod si ne id quidē profuerit, vt vel maior fiat, vel ad suppurationem moueatur, cucurbitam paulo infra partem tumore turgentem adhibere conueniet spatio quartæ partis vnius horæ, aut medietatis eiusdem horæ, & ablata cucurbita, iterum alia affigatur iuxta tumorem ipsum, distans solum per spatium vnius digiti, & post dictum tempus semoueatur. Quod si ne his etiam adhibitis profuerit, & corpus fuerit robustum, ac malum vrgens, & laborans deterius se habuerit, supra ipsum tumorem aliam affigere oportebit, quo citius ad partem euocetur omnis veneni vis & efficacia. Quo facto, iterum eodem fomen[illegible] o vteris, ac desuper prædictum emplastrum adhibebis, idq; quarta quaq; hora mutabis. Transactis tamen duobus diebus hoc emplastro vt[illegible]s, quod miris encomiis à plerisq; laudatur ad [illegible]puratonem & resolutionē concitandam ac perficiendam, recipe *emplastri vtriusq; diachylonis ana* ʒ.vj. *amoniaci, & opopanacis ana* ℥.ij. *pulueris marchesitarum prep.* ʒ.j. & ß. fiat emplastrum, in medio cuius post extensionem in linteo pone *galbani depurati* ʒ.j. & ß. *cum modica theriaca*. His omnibus factis consideret diligens Medicus, an d[illegible]tius protrahatur tumoris suppuratio, & an laborans melius se habeat, vel properetne ad morte: quod si melius se habuerit, differenda est apertio, donec aliquod suppuratum appareat, sin aliter, hoc est, si laborans deterius se habuerit, & morbus sit ex his, qui celeriter interimunt citra vlla[illegible] maturationem, tumorem aperire oportebit quo facilius per foramē exspiret vniuerso[illegible] veneni [illegible], idq; facies igne, & non alio modo. Ve[illegible] si labo[illegible] melius se habeat, pestilentisq; [illegible]bu[illegible] ondi[illegible] non fuerit adeo sæua, quod non permittat suppurationem exspectare [illegible] tunc quid[illegible]m diff[illegible]re apertionem oportebit, donec aliquid appare[illegible]t

Fomenta ad euocandam materiā venenosam per tumores.

Emplastrum.

E

Cucurbita.

F

Emplastrum ad suppurationem bubonis.

G

Tumor non nisi ferro aperiendus.

suppuratum, & eadem le[illegible] ferro candenti ape-
ries: & diu ape[illegible] un[illegible] ssle [illegible] [illegible]bis, donec co-
stet ægrum immunem [illegible] a pestilenti veneno.
Carbunculosis tumoribus, si opus fuerit scarificare)
post sanguinis detractionem solum adhibebis
scabiosam pistatam cum butyro, quippe iis solum
mirum in modum separatur id totum, quod exu-
stum, putridumve fuerit.

## CAPVT II.

### De febre maligna.

CVM sit doctissimorum omnium communis
& probatissima sententia, grauiora & perni-
ciosa mala mox à principio diligentius esse præ-
pedienda inhibendaq;, ne vires maiores adepta
aut perniciem, aut difficultatem afferant: ob id
profectò mihi tractaturo de re difficili, & multis
iam annis obliuioni tradita, subit in animum, æ-
què necessarium ve fore, genus seu principium
aliquod, à quo veluti à fonte quodam profluit
huius febris malignæ natura, breui quadam me-
thodo primum exponere, vt facile cognito eo, in
specierum cognitionem cuiuis deinceps deueni-
re concedatur. Quamobrem oportet prius eam
diffinitionem patefacere, vt partibus diffinitio-
nis expositis, natura & ratio huius febris eluce-
scat magis.

Est igitur febris hæc continua, nulli tamen
continuarum generi adstricta, popularis, maligna
& contagiosa, quæ diuersis & sæpe contrariis ac-
cidentibus insignitur.

Probat prima huius diffinitionis pars, & expe-
rimento quotidiano confirmatum est, hanc fe-
brem esse de genere continuarum, etiamsi eam
crebri rigores comitentur: nam putredinis sedem
obtinet intra vasa, intra quæ putredo ipsa inua-
lescit: licet ab eisdem halitus acres & mordaces
vndiq; per sentientes corporis partes deferantur,
quibus creberrimi concitantur rigores, & varia
accidentia. Habet quoq; id fallacissimum, nimi-
rum ad tantam remissionem in principiis deue-
nire, vt facile incautos & imperitos Medicos de-
cipiat, intentior postmodum & grauior facta, ali-
quando seruans hac lege quotidianã penodum,
frequenter tertianam, ac non raro quartanæ na-
turam referens, saltem in prima morbi accessio-
ne: nec ob id sane credendum est, febrem hanc
esse de genere intermittentium: nam fallacissima
eius: [illegible] maioris mali præsaga (citra veram in-
termissionem) id sæpe molitur. Quia licet semper
laborans febricitet, *vt coniectabile est in febre, quæ
intra venas principium putredinis obtinet*, cum hoc ta-
men quo maior fuerit malitia, minor certè & re-
missior apparebit calor, & quo maior putredo, eo
intensior, & ob id [illegible]ectandum est, ex maiore
febris remissione occultius venenum potius,
quam vera febris remissio.

N[illegible] enim continuarum febrium generi *li-
cet continuasit*) adstricta est, sed vagans & furens,
[illegible] mixta [illegible] uram morbosi apparatus differentiam
sortitur & nun[illegible] [illegible] nunc alteri febrium speciei
ad[illegible] [illegible] ipsa semper sit eius [illegible] naturæ,
se[illegible] [illegible] [illegible]q; [illegible]ecie sibi propriam & pe-
c[illegible] conditionem. Quo fit, vt licet ob hu-
m[illegible] [illegible] adiungitur naturam de genere sit con-
tinuarum ex bile, pituita aut melancholia, ipsa
tamen semper peculiarem seruat naturam, qua

videtur b[illegible] o[illegible] g[illegible]ere [illegible] brium [illegible]
Ex quo [illegible], ad diue[illegible]as fe[illegible]
tias a Me[illegible] [illegible] doctissimus non [illegible] m[illegible]
tione reductam fuisse. Nam cu[illegible] ipsa pe[illegible]
diuersimode vagari habeat, nullam [illegible]
priam, neq; peculiar[illegible]m speci[illegible]m, ad q[illegible]
c[illegible] & [illegible] qua dominari poss[illegible]t, sed o[illegible]
cõmunes, & omnes [illegible]m[illegible] [illegible]res: qua[illegible] an[illegible]
dictum est, *nulli continuarum generi esse adstrictam*.

Ex qua item [illegible] nitione prodit *popularem* e[illegible]
quod ternum [illegible] finitionis verbum monst[illegible]
detur. Nam cum semel corpus morbo[illegible] im con-
traxerit apparatum: modo is biliosus sit modo
pituitosus, aut melancholicus, protinus eadem
corripitur: tanta est eius efficacia dum vagatur.
Quo fit, vt vna in regione, ac vna & ead[illegible] m anni
tempestate plures homines diuersa temperie, &
diuersis humoribus præditos vno eodemq; mo-
do afficiat. Sed quanam ratione hæc febris popu-
laris sit, cum varia exsistat popularium morbo-
rum natura & ratio, satis constat ex his, quæ cap.
præcedenti dicta sunt.

Probat quoq; verbum illud, *maligna*, ex peri-
culoso vulgarium genere hanc febrem esse: nam
fallacissima eius conditio & natura eam procul-
dubio periculosissimam esse docet. Verum [illegible]
tis cõstare possit, qualis sit malignitatis huius fe-
bris natura, expendendum primo est, aliquod
esse primum genus, quo cetera, quæ maligna &
venenosa dicuntur, speciem & denominationem
sortiantur. Est plane id pestis, cuius quadam me-
thodo meminisse oportet, vt quod quæ sinus
elucescat magis. Pestis igitur morbus is censeri
debet, qui cum vulgaris sit, perniciosus etiam est
[illegible], lethalis. Itaq; erit *pestis epidemia perniciosa*, aut
venenosus quidam vapor; qui vitali spiritui o-
mnino aduersatur. Præmissa pestis natura facile
erit nosse, an febris hæc maligna aliquid habeat
pestilentis cõditionis. In qua re statuendum est,
multis rationibus hanc febrem esse prædictæ na-
turæ. *Prima* quidem, quia incertam & inconstan-
tem obtinet naturam, & ob id inconstantia & in-
certa iudicia. *Secunda*, quia signa habet pleraque
saluberrima, & sanis corporib. similia, inter quæ
vnum aut duo, aut plura obtinet, quæ omnino
lethalem naturam, & conditionem ostendunt:
quæ sane signa sic mixta, semper occulti periculi
& veneni præsaga sunt. *Tertia*, quia licet ex aere
venenoso & pestilenti, vt pestilens febris, non
sortiatur principium, prærequirit tamen inæqua-
lem, intemperatam, aut morbidam quandã aeris
conditionem: aut exposcit etiam peculiare ali-
quod infestius inquinamentum, quo aer affectus
eiusdem mali principium præstet, præter morbo-
sum apparatum ea dispositione affectum, qua
suscepto principio à leui aeris mutatione, maxi-
mam & sordidam concipiat putredinem. *Quarta*
verò & vltima ratio, qua constat, hanc febrẽ ma-
lignam esse, est, quia secum affert sæuissima acci-
dentia, quæ sæpe maius faciunt negotium &
periculum, quam febris ipsa: quod proprium est
malignarum febrium & venenosorum morborũ.

Vltimo superest differere, quemadmodũ dif-
finitio profert, febrem hanc esse *contagiosam*:
quod profectò quotidiana experientia comper-
tum sit satis, verum nõ vtcunq;, sed contagio per
contactum solum præstito, nam ad distans & per

fomi-

fomitem raro accidit hanc febrem contagiũ præstare: esse vero variis accidentibus insignitam, inferius probabo, si prius dixero, quanam ratione ex aeris vitio prodeuntes febres pestilentes & malignæ dissideant inter se non parum.

Aer pestis caussa. Aeris alteratio duplex.

Constat igitur ex Hippoc. mente *lib. de flatibus*, aerem & victum, potissimas esse omnium morborum caussas: cæterum aerem posse duob. modis alterari: in tota nimirum substantia, vt dictum est, (*vnde pestilentes morbi principium sortiuntur*) & in qualitatibus: ex qua sane alteratione populares morbos oriri, vnanimi Medicorũ consensu constat. Verum vt elucescat magis malignæ febris natura & conditio, hanc aeris secundam mutationem paulo diligentius expedere oportet. Aeris igitur duplicem cognoscimus alterationem:

461 A

1. *Prima* est, vbi quatuor anni tempora suam seruãt naturam, & paulatim in se mutuo conuertuntur. Quibus porro temporibus, vt ex Hippocrate constat 3. *aphorism. sect.* peculiares & propriæ insunt morborum constitutiones. Atqui licet Galenus 1. *pop.* solos sparsos morbos tunc fieri asserat, nos tamen existimamus, ipsum ea parte non negare, vniuersales & communes morbos fieri posse: quia caussa est vniuersalis, à diuersis anni temporibus immutata. Quo fit, vt licet Galenus eos *dispersos* appellet ob victus rationem: cum hoc tamen quia à diuersis anni temporibus (*quæ plures homines communi alteratione afficit*) suboriuntur, ob id iure optimo communes censeri debent. Nam autumno, æstati & singulis anni partibus, (*quantumuis temperata sint*) certos quosdam morbos esse proprios, & plurimis hominibus communes, *lib. 3. aphoris.* expresse fatetur Hippocrat. itaq; dispersi (*vt Gal. respondeamus*) ob prauam victus rationem censendi sunt: communes vero ob communem caussam, puta aerem diuersimode à diuersis temporibus alteratum:

B

2. *Secunda* aeris temperies, quæ communium seu vniuersalium morborum quoque caussa exsistit, eos constituit, qui per aliquod tempus aliquam regionem inuadunt, *vt Galenus refert 1. popul. & lib. de ratione victus*. Quorum etiam morborum auctor & causa aer exsistit; at non ex anni temporibus secundum naturam exsistentibus alteratus, sed ex peculiari cœli statu, ipsisque anni temporibus præter naturã immutatis. Quorum *lib. 3. aphorism. & lib. 1. popul.* ad amussim meminit Hippocrates referens *lib. 3. aphor. tex. 14.* non quamcunq; aeris, seu cœli constitutionem hos vulgares morbos efficere posse, cum quædam sit temporum anni conditio, quæ modico tempore durer, ac imbecilla exsistat (alia quæ plurimo & vehementer operetur) sed ea tantum, quæ præter hoc, quod inæqualis, varia, intempestiua, & præternaturalis sit, plurimum & diu operari possit.

C Quod innuit Hipp. per verbum illud, *dominari & vigere*. Ex qua sane constitutione plurimos sæuissimos malignos ac grauissimos affectus vel leui quodam morboso apparatu in corpore exsistenti, locis nuper citatis Hipp. oriri posse refert, quæ proculdubio mutatio pestilentes quoque affert morbos. Verum hanc pestilentem constitutionem ea, quam hactenus tractauimus, minus esse perniciosam colliges, quo certo loco, certa anni parte, non omnes indiscriminatim apprehendit, sed eos duntaxat, qui præparati sunt ad putredinem, quales sunt temperie calida & humida præditi, & qui vitiosis abundant humoribus, aut qui incauta victus ratione vtuntur. Quos facile corripit huiusmodi maligna febris, quam iure optimo *pseudopestem*, aut *semipestem* dixeris. Cuius naturam censeo Hipp. comprehendisse *lib. de flatibus* sub illo verbo, *ex victu*, quod nos sub nomine *morbosi apparatus* comprehendimus.

Malignæ febri qui obnoxii. Pseudopestis.

D Verum quia multa hæc febris maligna obtinet, quæ diffinitione comprehendi non possunt: ob id necessum est, sigillatim omnia percurrere, quæ clariorem eius notitiam præstatura esse speramus. Cuius gratia asserimus, variam esse pestilentium & malignarum febrium naturam & conditionem, eamq; prout maiorem analogiam seu similitudinem habent contagiosi illius spiritus respiratione attracti, cum mitiori, aut acutiori humore, ex his, qui corporibus nostris insunt: Nam quidam ad sanguinem, quidam ad bilem, quidã vero ad alios humores analogiam habent: & ob id quædam ex pestilentibus febrib. omnes fere perdunt: aliæ maiorem partem, aliæ vero minorem, prout magis ab extrinseca contagione, quæ in corruptione totius substãtiæ aeris sita est, & vehementior exsistit, quam ab extrinseco apparatu principium indicatur. Ex quo fit, pestilentium esse duplex genus: *Vnum*, quod ab extrinseca aeris contagione proficiscitur, citra aliquem affecti corporis apparatum, nisi tantum analogia, & sympathia mediantibus inter corpus & seminaria contagionis, seu aeris vitium: *Alterum* vero earum est febrium, quæ in nobis primo fiunt, originem sortitæ ex communibus cum aliis febrium caussis, *vt plenitudine, obstructione, & humorum malitia*, dummodo sordidior, profundior & longe grauior sit harum febrium putredo, quam omnium aliarum, mitior tamen, quam ea, quæ in vere pestilentibus reperitur. Cui morboso apparatui adiungitur etiam, vt hoc secundum genus febrium pestilentium fiat, secunda illa aeris intemperies, quam inæquali & intemperata partium anni natura constare, secundo loco diximus: quibus temporibus vigere magis hanc febrem malignam, (*quæ huic secundo pestilentium generi reducitur*) conspicimus: cuius natura elucescet magis, si differentiam constituerimus inter eam & vere pestilentem & reliqua putridarum febrium genera.

Definitionis verbenor explicatio.

Pestilentium febrium genus duplex.

E

F Prima igitur differentia est, pestilentem tantum ex aeris contagione fieri, præmissa analogia ad aliquem ex humoribus, etiamsi secundũ naturam exstiterit. Maligna vero (*nam sic placet hanc febrem, in qua maculæ similes pulicum morsibus apparẽt, appellare: quia media est inter vere pestilentes, & simpliciter putridas*) semper ex morboso apparatu proficiscitur: licet ex aere etiam suum nanciscatur principium. Nihil enim prohibet, ex hoc apparatu sordidam fieri putredinẽ, & reliquis grauiorem, ac mox ab illo per contactum medio aere in alios migrare. Quod vero hæc febris de genere sit pestilentium, testatus est mille in locis Gal. præsertim *lib. de cibis bon. & mal. succi, cap. 4. & lib. 1. de different. febr. cap. 5.* qua parte enumerat alimenta, ex quibus apparatus huic febri malignæ aptus acquiritur: quibus nomeratis inquit: *Nonnulli quidẽ putridis & pestiferis febribus inciderunt: nonnulli pustulas instar scabiei ac lepræ in corpore contraxerunt.* Quas quidem febres *putridas* appellauit ex apparatu, pesti-

Malignæ febris multiplex differentia a pestilenti. 1. Differentia.

peſtilẽtes vero ob diuerſum putredinis modum, perniciosum nimirũ ac ſordidum, & ex eo, quod plures ex eis perierint, non tamen peſtilentes omnino ſint, quia ab aere ſolum non trahunt originem. Quam ſententiam confirmat etiam idem auctor de eiſdem loquens, loco citato, dicens: *Fit quidem & aliquando propter humores ad putredinem paratos in corpore exiſtentes*; & paulo inferius ſubdit, vt integram huius febris exprimat naturam: *Cum breuem aliquam occaſionem ad febris originem ab aere ambienti acceperit animal.* Quibus ſane verbis videtur, vniuerſam malignæ febris naturam & conditionem expreſſiſſe.

462 A — II. Diff. Ex prædicta differentia mox alia ſuboritur, nimirum febres peſtilentes, dum vigent, omnibus accidere, omnibuſq; communes eſſe, plores tamen ex eis perdere, requirentes tantum in corpore humorem ſibi ſimilem, ſeu analogum, tanquam peculiarem apparatum, aut naturalẽ corporis aptitudinem, puta raritatem, caliditatẽ, & humiditatem, aut imbecillitatẽ natiuam: in quo etiam à malignis differre videntur, nam peſtilentes ex prædicta aptitudine facile fieri poſſunt, ob aeris validam efficaciã. Malignas vero nuſquam ab hoc apparatu fieri contingit, niſi mediante eo, qui putredinem facile concipere poſſit. Quo fit, vt in maligna febre non omnes, ſed ij tantum apprehendantur, quibus putredinoſus apparatus ineſt, quorum ſubinde maior pars euadit.

III. Diff. Alia rurſus interſtat differentia, videlicet in vera peſte ſeminaria contagionis putredinẽ nulla prohibita tranſpiratione media efficere, ſed veluti ſeptica efficiunt medicamenta, natiua nimirum partis temperie, & calore ſolum deuaſtatis. At in maligna febre non à contagionis vi ſolum (*etiamſi aliqualis requiratur, qua diſſideat ab aliis putridis*) ſed à prohibita tranſpiratione; mediis cauſſis ex naturæ conſuetis, proficiſcitur: & ob id putredo peſtilentium febrium nuſquam aut raro corrigitur: quo fit, vt plures interimat; hæc vero, quæ in maligna febre reperitur, non corrupto, ſed alterato calore fiat: & hac ratione plures ex ea euadunt, licet quid amplius, quam alterationem ſimplicem requirat.

IV. Diff. Præterea differunt, quia in febre peſtilenti contagium primo obſidet cordis ſubſtantiam, aut contenta. Quo fit, vt hac febre laborantium anhelitus grauiter oleat: in maligna vero non niſi humores vaſorum, maiorum tamen, & eorum, quæ propria viciniora q; cordi ſunt. Quo etiam differunt ab aliis putridis, in quib. licet aliquando prope cor humores putreſcant, non tamen propius, neq; tam ſordida putredine, quod oſtendit facile ſanguis primo per venæ ſectionem extractus, qui ſano & naturali perſimilis eſt: terum vena ſciſſa ſecundo aut tertio corruptior apparet, & eo magis, quo ex altis & reconditis corporis ſedibus allicitur: quod, vt paulo inferius doc[…] maioris periculi ſolet eſſe ſignum.

V. Diff. Differunt etiam, quia febris vere peſtilens cõtagio[…] ſimpliciter, celeriter, & quæ fomitem ad tempus relinquit, & ad diſtans ſuum venenum tranſmittit: maligna vero non ſic, ſed tantum per contactũ, atq; id non ſemper, neq; omnibus, ſed iis, qui illi præbent ſubſtratum apparatum.

VI. Diff. Non minus diſſident, eo quod vere peſtilentes placidæ & mites ſunt à principio: maligna vero aliquando cum ſæuiſſimis accidit ſymptomatis, iuxta morboſi apparatus [...] quando placida apparet more peſtilentium, ita [...] cis plerunq; illudat, exſpectantibus paulo poſt morbi ſolutionem.

VII. Diff. Præterea diſſident, quia vere peſtilentes [...] eodem modo omnia corpora apprehendunt, & eadem quoq; aut paulo diuerſa omnibus accidunt ſymptomata, quia cauſa eſt omnibus communis, vna & eadem. At in maligna f[…] licet morbi ſpecies vnica quoq; & eadem [...]nibus ſit, diuerſa tamen, & variis accidentibus inſignita apparet. Quod fieri exiſtimo iuxta morboſi apparatus varietatem, qui longe diuerſus eſt ob diuerſam cuiuſq; viuendi rationem in cibis, potibus, ac omnibus aliis vitæ ſtudiis.

VIII. Diff. Differt præterea maligna febris à ſimpliciter putridis ratione, & excellentia putredinis, nec non & ſignorum malignitate & deterrima conditione, etiamſi ſigna eiuſdẽ ſint ſpeciei in vtraq; febre. Nam ea, quæ ſimpliciter putridis inſunt, à quauis putredine excitantur: illa vero, quæ febri malignæ propria ſunt, non niſi maxima ac ſordida fuerit putredo, cõtracta quidem ex calore diuerſis caloribus conſtituto, vt de peſtilenti febre dictum eſt: non quidem quod omnes ſimul calores in hac, ſicut in illa reperiantur. Sat enim eſt, adeſſe duos vel tres, qui variis modis diſſipent, & perdant ſubſtantiam: ita vt potius corruptio per putredinẽ, quam putredo ſimpliciter appellanda ſit, cum neq; alterari, neq; vinci ita facile ac tuto poſſit, ſicut in aliis contingit. Quo fit, vt ſæpe coctionibus apparentibus, & quodammodo perfectis, laborantium non pauci temporẽ crisis ſuccumbant: quia licet putris materia ex parte coctionem ſuſcepit, veneficus ille ſpiritus, & quod ſordidius putridum eſt, corrigi ex toto nõ poteſt, & ob id natura in ſtatu ac pugna ſuccumbit, præterquã quod in his malignis febribus ſemper aut cordis ſubſtantia, aut ſpiritus longe diuerſo ab aliarum putridarũ modo afficiuntur. Quod manifeſte oſtendit inſolita & præter omnem modum ac rationem imbecillitas, quod in aliis ex putredine ortis raro accidere ſolet.

IX. Diff. Diſſident præterea, ac magis, eo quod in febribus ex communi putredine accenſis ſemper aliquis quatuor humorum putredinem ſuſceperat, à quo febris ipſa ſpeciẽ & rationem differentiæ ſumit: in maligna vero non ſic, etiamſi maiorẽ ſemper habeat ad ſanguinem analogiam, ſed innumera putredinis (*vt mea fert ſententia*) omnes ſimul putreſcunt, (*licet extra locum præcipuum putredinis, & in aliis nimirum vaſculis puri & citra aliquod vitium ſuperſint humores, vt euidenti quadam demonſtratione in ſanguinis detractionib. paulo ſuperius probauimus*) quod ego ſuſpicor eſſe maiorem partem ſubſtantiæ & naturæ huius febris, etiamſi ex humoris prædominantis natura quodammodo ſpeciẽ ſortiatur. Experiẽtia enim comperitur in aliis putridis putredinem vnius humoris naturã referre, aut plurium, ſi cõplicatus eſt affectus: at in malignis tanta ſolet eſſe ſanguinis, qui extrahitur, corruptio, vt nullum humorem peculiariter putridum repræſentet, ſed omnes ſimul, & non vtcunq; putridos, ſed veluti corruptos, & fere omnino à natura alienos. Quod facile erit noſſe, ſi quis ſanguinem, dum concreuerit, per medium ſcindat

namq; nullam obtinere cõsistentiam neq; compaginem, sed veluti atramentum pauco sanguine & aqua confusum comperiet, *vt latius paulo inferius dicebo.* Itaq; maior huius malignæ febris pars (*vt mea fert opinio*) refertur ad sordidam putredinem, & ab alijs diuersam. In quẽ sensum suspicor Gal. dixisse *lib. de præsag. ex puls. c. 3. & lib. 3. pop. part. 3. com. 57.* quasdam esse febres pestilentes sine peste, hoc est, sine manifesta aeris contagione. Atq; hæc est in summa huius malignæ febris natura & conditio, quam haud difficulter quis intelligere & ab alijs distinguere poterit, vbi attento animo & sedula diligentia, quę hucusq; dicta sunt expenderit, maxime si diligenter euoluerit antiquorum scripta, eorum præsertim, qui apertissimis verbis huius febris meminerunt. Inter quos primus omnium Hippocrates *lib. 2. de pop. part. 3.* hæc refert verba: *Fiebãt autem in his febrib. æstiuis circa septimam, octauam, & nonam diem asperitudines in cute milliaceæ, culicum morsibus magnitudine similes, non valde pruriginosæ.* Qua sane sententia nihil clarius, quam huiusmodi febris monstrari potest. Cuius etiam meminit *7. pop.* in historia Fullonis: inquit enim: *Fulloni Syro phrenetico cum moreretur crurib. tremulis, corpus veluti a culicibus compunctum*: eiusdẽ quoq; meminit *7. pop.* dicens: *Euphranoris filio pustulæ veluti à culicum morsu*: & fortasse easdẽ maculas refert *lib. 1. pop.* in historia Sileni, dicens: *Papulæ cum sudore rubræ rotundæ, paruæ, veluti vari.* Quibus facile cõstat, Hippocratem huiusmodi febrem cognouisse. Et ob id subiiceo consulto sententiam Aetii & aliorum in hac re. Ex quorum omnium sententijs & ex his, quæ hucusq; dicta sunt, facile cõstat, hanc febrem malignam esse, & de genere pestilẽtium, quatenus pertinet ad contagium, & malignã cõmotionem: differt tamen ab eis, & connexionem habet cum putridis; quia putredinem sortitur ex communibus caussis obortam, licet sordidior sit & profundior, ex prohibita nempe transpiratione. Atq; hæc de prima parte dixisse sit satis.

## De caussis febris malignæ.

QVI voluerit huius malignæ febris causas exacte intelligere, legat diligẽter febrium pestilentium causas in genere, ac postmodum consideret, quid ex illis caussis possit huic febri proprium & peculiare esse. Quippe vt popularis est, communem habere causam oportet, vt vero maligna, aliquod sortiri intensius vitium, pręter putredinem, ceterum vt vim pestilentẽ degenerat, ita vt apprehensorum non maiorem partem interimat, morbosum aliquẽ requirit in corpore apparatum, ad cuius pensum periculum etiam intensius aut remissius succrescit. Prima igitur malignæ febris caussa, quæ illi competit, quatenus est de genere popularium morborum, est aeris intemperamentorum temporaria occasione susceptum. Quo sane aeris vitio frequẽtius his nostris temporibus per diuersas totius Hispaniæ prouincias hanc febrem vagari compertum est. Cuius gratia expendere oportet, ex anni temporib. duplices posse morbos oriri, quorum alij sunt tempori proportionales & vernaculi, (*seruantibus nimirum temporibus natiuam temperiẽ & constitutionem*) similitudinem habentes cum succis eodem tempore redundantibus: quorum omnium late meminit Hipp. *3. aphor. 20. 21. 22. & 23.* Quamobrem mento di[illegible] *1. pop.* [illegible] *& ratione did.* [illegible] *tempora precedant, & in se mutuo conuertantur,* [illegible] *neq; pestem vllam neq; quem quam alium morbum vulgarem*: q[illegible] locum latius [illegible] cap. [illegible] expoluimus. Alij vero morbi [illegible] anni temporibus & [illegible] constitutionibus oriri [illegible] fiunt, non quidem ex eisdem secundum naturam existentib[illegible] præter naturã mutatis & affe[illegible], *vt de popularib. di[illegible] est.* Quod vero h[illegible] iusmodi aeris alteratione [illegible] pestis, nedum malignæ febri[illegible] exsistant ex Hipp. apertissime constat *lib.* [illegible] *pop & 3. eiusdem operis libr. text. 3.* quo loco G[illegible] refert verba, loquens de intem[illegible] pestiua hu[illegible]: *Tamen affectus communis vtriusq; tempestatis putredo est, vtiq; causam obtinens humiditatem citra ventos*: & paulo inferius subdit: *Et videtur putredo ex materia quidem gigni humida, ex causa vero efficienti ex tanto & præter naturam calore, augeri porro quiete: quæ omnia in his constitutionibus aeri adfuisse cernuntur.* Ex quo loco constat, aeris mutatione [illegible] ad caliditatẽ & humiditatem huius febris esse potissimam c[illegible], præsertim cum calida & hu[illegible] ida aeris constitutio turbida redditur, nebulosa, vmbrosa aut caliginosa & impura existens, neq; lucida, neq; omnino serena: præsertim cum anni constitutio, quæ mutata est à naturali [illegible], pluuiosa admodum est, nebulosa, turbida, & [illegible] nunquam nubium plena, *vt 2. popul. tempestatem illam ad amussim exponit Galenus.* Verum licet hæ [illegible] causæ, quarum Hippocrates & G[illegible] & reliqui omnes meminerunt, tanquam [illegible] malignarum febrium, & venenosorum morborũ; habet etiam aliam peculiarem causam hæc febris, nimirum temporum non intemperiem, *vt dictum est,* sed inæqualitatem, modo autumnalis sit, modo quouis tempore præsit. Quam sane inæqualitatem multis rationibus huius malignæ febris causam esse cõperimus, tum quia suapte natura autumnalis temperies acutissimos morbos efficit, *vt ex Hipp. aperte probari potest lib. 3. aphor. text. 9. & libr. 4. tex. 8. ac. 12.* & ob id merito Galenus dixit *lib. 1. aph. commen. 17. Autumnus morbis qui ex corruptione fiunt assimilatur.* Quod duplici ratione peculiarius fieri in hac febre contingit præter eam quam autumnalium morborum Galen. *locu citato* reddit; prima ex facultatum impotentia, quæ [illegible] a[illegible] nonibus subito irruẽtibus facta, infirmiores reddit potentias, & ob id deterius redditur quorundam humorum vitium. Secunda sane est humorum omnium turbatio & agitatio ingens, ita vt neq; e[illegible] vnam naturam seruent, neq; vnicum locum, sed varie alteratos, instabiles & fallaces morbos faciant ac turbatos. [illegible] dixit Hippocrates quam vocem exposuit Galenus *lib. 4. de ratione victu, comment. 52.* per eam intelligens febres, quæ nihil habent stabile & firmum. Quibus de caussis promissime suscipitur huius febris malignæ forma, nulla vel leuissima contagione: tum ob virium languorem, tum vero ob huiusmodi humorum apparatum. Quamobrem in his omnib. febribus, quæ inæqualib. temporibus suboriuntur, manifestum fit, vrinas & accessiones varias esse & turbatas, & caulas quoq; cõfusas, & minime placatas. Quo fit, vt difficulter iudicetur, licet varias tentet natura excretiones, quas non cita

Malignæ febris causa prima est aeris intemperamentum. Morbi ex anni temporibus duplices.

Temporum inæqualitas quolibet malignas febres conciet.

maximam symptomatum varietatem molitur. Sed quod magis mirandum est in hoc morbi genere iudicio nostro, est pestilentem hanc constitutionem vehementius furere brumalibus acrigidis temporibus, quàm in reliquis, quinimo periculosiores esse: cuius rei caussam esse censeo, (*praeterquam quod est propria quaedam venenositatis & malitiae ratio frigidis temporibus peculiaris, cuius meminit Hippocrat. lib. 1. popul. parte 1. tempe 3. quo loco inquit. In Thaso paulo ante Arcturum & sub Arcturo multa & magna, spirante Aquilone, pluuia: ex quibus illius tempestatis venenositatem & malitiam venatur*) quia

Maligna febris eo tempore hyberno magis furiat.

464 A cum haec febris non prodeat, saltem praecipue, ex certo coeli statu, aut aeris vera contagione, sed maiori ex parte ex morboso corporis apparatu, ob id sane prohibito naturali effluxu ex cutis densitate ob ambientis frigus facta, maiorem fieri putrefactionem contingit, & grauius venenum, & hac ratione periculosiores febres, quam aestiuis temporibus: in quibus ipsa aeris conditio, licet quodammodo praestet mali principium, nihilominus tamen meatus reddit patentiores, quibus facile quod putrescit exhalat, & naturales externatur ales effluxus promte fiunt. [illegible] febris maligna hue sumit ex caussis popu[illegible] berum, tanquam potissima & peculia[illegible].

B Secundum caussarum genus, à quo [illegible] bris maligna caussaliter dependet, caussas quidem morborum pestilentium & venenosorum in se complectitur, quas ad vnguem in praecedenti capite exposuimus. Quapropter h[illegible] parte solum studui docere, quid hab[illegible] commune febris maligna cum his caussis febrium pestilentium, vt eo cognito, facile medendi rationem, indicationes sumta à caussa, adinuenire possimus. Habet igitur maligna haec febris secundam sui causam mutuatam à praedictis pestilentium morborum caussis, qua profecto cum illis fit communis, ac maligna euadit & contagiosa. Fit sane ex aere vitiato & inquinamento aliquo corrupto ab his inferioribus accepto, aut suscepta exspiratione corporum hac febre maligna laborantium: quo fit, vt citius corripiantur hi qui habitat prope paludes, coenosa, aut stagnata loca, foeda, aut spurcitia aliqua conspurcata, obscura, conclusa, & male perflata. Nam in his omnib. vitiata qualitate aer affectus corpus ingrediens, has febres malignas

Malignae febris secunda causa.

Febris maligna in quibus caussis conueniat cum pestilente.

C citra dubitationem concitat. Quas pari lege concitare habet aer vehementer in qualitatib. manifestis mutatus, ita vt etiam substantia eius leuiter muretur, non quidé ex toto ac vehementer: nam sic vere pestilentem constitutionem efficit, sed solum quantum sat sit vt celeriter agat, & acrius, ac vehementius, & malignius, quam sola aeris manifesta alteratio efficere nata sit. Quo tépore nec ex toto fiunt affectus vere pestilentes, quia aeris corruptio corporis substantiam subuertere nequit: neq; solum fiunt febres & morbi populares: quia quid peculiarius obtinet aer praeter primas qualitates, quo profundior, frequentior & contagiosa euadit putredo; quod etiá occultum appellamus, redolens naturam substantiae aeris leuiter mutatae. Ex qua sane mutatione malignas has & pestilentibus finitimas fieri febres mihi est compertum. Quam etiam aeris secundum leuem substantiae mutationem censeo in prima morbi euasione praestitisse huius febris principiú, anno

Malignae febres quibus temporibus in diuersis mundi

videlicet 1528. apud Gallos & Italiae prouincias quasdam, sicut apud nos quoq; & maiore motu his oris partem anno 155[illegible]. à catarrho quodam omnibus vno & eodem tempore cómuni [illegible] duxit. Quod profecto neq; ad aeris intemperiem solum, *etiamsi citra ipsam fieri non posset* neq; ad substratum corporis apparatum, sed ad ca[illegible] quandam ex comparato modo substantiae in aere obortam, nec sensui manifestam, sed à manifestis qualitatib. ex peculiari aliquo syderum aspectu proficiscentibus, referendum esse censeo: siq[illegible] dem vno & eodem tempore in regionibus diuersam naturam & temperiem sortitis, maiorem hominum partem haec semipestilens constitutio apprehédit: à qua etiam maior hominum pars euadit. Itaq; febris maligna aerem vitiatú tanquam caussam habet communem cum pestilenti constitutione. Ex quo sane obtinet, perniciosam esse contagiosam, & grauissimis accidentibus comitatam, *vt dictum est*, principium sumit, & illiest tanquam motiua caussa, aeris vitium, vltra qualitatum naturá, idq; de tumtú aut ex terreno quodá inquinamento, aut ex vehementi aeris mutatione coelitus transmissa, eo quo dictú est modo.

regionibus oppe rauctam. D

Febris maligna cómunes cum pestilente caussas habet tum leue tum vitio.

E Sed tamen offert tertia & potissima huius febris cau[illegible], quae in nobis est, & ab inferioribus oritur, n[illegible] morbosus corporis apparatus ex his, quibus corpus alitur, peperam ex indebita corum institutione & prauo vitae instituto comparatus: qui sane praeter hoc, quod mali ipsius causa existit, & materiam substernit putrefactioni sordidae aptam, habet id quoq; peculiare, vt iuxta eius varietatem varie possit eiusdé febris naturam variare, quoad morbi & symptomatum rationem, ita vt miram eius varietatem mirari millies subinde contingat, & doctissimos etiam Medicos fallere: nam raro aut nusquam eisdem accidentibus & códitionibus insignita apparet huiusmodi febris, sed pro varietate corporei apparatus, & aliarum rerum, quae corpus humanú mutare habent, variari ipsam subinde cótingit. In quo sane secus dictum est ab Hippoc. differre naturam à natura, corpus à corpore, & alimentú ab alimento, mutat enim corpus senile homorum naturam & temperiem, & natura etiam biliosa, pituitosa, ac melancholica, diuersum generat in corpore apparatum: sic sexus consimilem infert in apparatú differentiam, pari ratione alimenta, quae mille modis varia esse contingit; diuersum quoque efficiunt apparatum. Nam diuersa sorte diuites & pauperes eis vtuntur, diuersa etiam naturales & agrestes homines, ac vrbani; item qui vitá agunt sedentariam & otiosam, & hi qui laboribus sunt dediti: & sic ex diuersa hominum sorte, & ex alimenti diuersitate, ex diuerso etiam viuendi more, diuersissimus etiam in corpore succrescit morbosus apparatus: quo fit, vt vulgares & inexperti Medici existiment, non posse esse certam legem dignoscendi neque curandi huiusmodi febrem. Cui caussae succrescit etiam ex his inferioribus altera, quae frequentet aerem inficit, & spurcissima qualitate foedat, veluti frequens adhaesus ac consortium cum his, qui febre hac sunt correpti. Lacus item & paludes stagnantium aquarum, cloacarú, sentinarumve colluies, à cuius vapore aer corrumpitur. Publica quoq; fames, quam vt vitét, pessimis alimétis vesci coguntur homines,

Febris malignae causa morbosus corporis apparatus. Maligna febris cur millies tam sit varia.

F

Appropinquatio ac consortium cum his, quibus febris contagiosa.

vnde

vnde [illegible] sub[illegible] nun ui. Sic cad[illegible] [illegible]stæ o aliæ aut aquis infectæ, putrido vapore ex[illegible] at[illegible] simile damnum solent inferre. Idem [illegible] [illegible] pauco len tia ex oleribus aut arboribus, præsert[illegible] quæ suc co abundant viscid[illegible] vt brassica, nu[illegible] & ficus, putrefactis excitata. Ne[illegible] nun cannabi, aut lino, & corus, quæ pignoribus [illegible] quis [illegible]macerātur. Nonnumquam vapor exitialis in [illegible] ceribus terræ latitans, dum erumpit, & per terræ meatus aerem

465 A

inficit. Quibus caussis accedun[illegible] plures aliæ, quas prima huius libri parte retulimus, à quibus aer ita afficitur, vt inspiratus morbosum apparatum prorumpere in morbosam conditionem cogat. Cæterum morbosus apparatos, qui in nobis plerumq; viget, susceptiua existit caussa horum malorum, quæ nobis ab aere cōmunicantur. Quem apparatum constat Gal. depinxisse, *lib. 1. de differ. feb. cap. 6.* per hæc verba: *Interdum enim efficitur febris* (loquebatur de pestilenti) *propter humores in corpore aptos in putredinem, quotiés animal breuem aliquam occasionem ab aere circumfluente susceperit.* Et paulo inferius subdit: *Est autem initium pestilētis febris, eo quod humores corporū sint ex paruo victu in putrefactionē parati.* Quo fit, vt merito Galen. loco citato dixerit, *facile aeris occasione huiusmodi corpora in pestilentes febres incidere.* Quod Galeni dictum de his malignis febribus esse intelligendum censeo, non de vere pestilentib. Nam hæ nec morbosum apparatum prærequirunt, nec ex leui aeris mutatione princi-

B

pium susceptant. Quamobrem sententiam transferendam esse ad febres malignas arbitror.

Apparatus morbosus duplex
1. Contractus aliunde.

At morbosum hunc apparatum, quem tanquam caussam præuidere conuerut, in duos partiri mihi iure optimo est visum. Primus sane contrahitur ex indebito vitæ instituto, quo corpora prauis succis putredini paratis plena redduntur. Quorum natura proculdubio duplex est: aut enim à natura talia existunt, vt *allia, cæpa, nasturcium, porri, braßica, vrtica*, & quæcunq; alia huius sunt conditionis. Aut natura quidē optima sunt, sed ob quosdam putredinis modos, æquale prædictis, aut maius aliquando vitium contrahunt: quæ alimen[illegible]cum in fame aliqui in cibum sumunt, consimilem efficere apparatum est compertum: *Nonnulli*, inquit Galenus, *a putridis ac pestiferis febribus interierunt. Nonnulli autem pustulas instar scabiei ac lepræ in corpore contraxerunt.* Cui simile damnum, aut fortasse grauius, accidit iis, qui post longissimam inediam intrepide in vberrarem se-

C

se inserunt. Quæ omnia præter putredinis apparatum, etiam caussam præstant, nimirum obstructionem plurimm meatuum. Eundem prorsus apparatum contrahunt, qui in vita otiosa, multis epulis, ebrietatibus, & Venere ouantur: à quibus non solum apparatus contrahitur, verum vires sua sponte plurimum labuntur: quo fit, vt non solum habeant laboraodi apparatum, verum & careant resistentia, ac viuum robore, quo possint morbosum apparatum frænare, & externis caussis resistere. Quapropter leui quadam aeris mu-

2. Natiuus.

tatione facile labuntur. *Secundus* huic affectioni apparatus natiuus est, & ex insitis corpori conditionibus constat, veluti pororum totius corporis certa dispositio (*quam superius diximus*) aut temperies. Qui sane apparatus nusquam deficiente primo, qui putredinem concipiat, poterit malignæ febri principium per se præsta[illegible] bene tamen dum prædicto apparatui coniu[illegible]g[illegible] nan eo tempore pro[illegible] lab[illegible]rante [illegible] iuntur. At [illegible]

D

oatiuus appar[illegible] otius viam [illegible] nit vere pestilentibus febribus, q[illegible]am m[illegible] gnis quæ [illegible] tem & propriam prærequirunt materiam in qua subiiciantur.

Malignæ febris morbosus apparatus, præcipue sanguinis est.

Hoc tamen omittendum hac in parte non est, nimirum materiā substrati huius apparatus præcipuam semper sanguinem es[illegible] [illegible]od [illegible] bet febris hæc maligna t[illegible]nquam p[illegible]prium & peculiare, fortassis, quia sangui[illegible] [illegible] dum humores alios putridos sibi habe[illegible] omite, etiamsi ipse nō protinus putr[illegible] at. pro[illegible] tius [illegible]fferuescit, & præ ebullitione oc[illegible] [illegible] erumpit. Quod licet in omnibus co[illegible]gat ob maiorem analogiam, quam huius mal[illegible] n[illegible] cum sanguine obtinet, nihilominus tamen [illegible] humoris semper dominium in hac febre præpollet. illius nempe, cuius maior pars erat in morboso apparatu. Et ob id sane contingit mir[illegible] huius febris varietas: nam alia absunt a[illegible]lentia, dum bilis aliqua species prædominatur, & alia rursus pro

Malignæ febris varietas vnde.

ratione cuiusq; speciei. Item longe diuersa ac sæ-

E

pe contraria, dum præest cum sanguine pituita, ac deniq; alia dum melanch[illegible] nam humorum quisq, pro sui natura & conditione varia habet efficere symptomata. Quæ proculdubio simulter variantur, ex locis vbi humores putrescunt, & ex locis à quibus oriun[illegible], & ad quæ perueniunt, *vt sequenti cap. latius docebo.* Itaq; maligna hæc febris & ex aere aliquod principium nanciscitur, quale nuper diximus, & ex corporum morbidu apparatu, citra quem vsquam fieri nequit, quin in pestilentem veram degeneret. At is corporum apparatus morbo materiam præstat, & caussa potissima est varietatis ipsius. Nam cum corpus à corpore, (*vt Hipp. lib. de flatibus asserit*) natura à natura, alimentum ab alimento differat, hinc sane fit, multum etiam interesse inter vnius & alterius humores: nam ex consequenti varius apparatus & varius etiam morbus quoad accidentia & casus fit, licet in omnibus eiusdem sit naturæ & rationis. Quod profecto expendisse plurimum decet, nam hinc pendet vniuersa fere medendi ratio, & felix curationis euentus. Ex cuius rei igno-

Maligna febris sine corporis morboso apparatu fieri nequit, quia in veram pestilentem degeneret.

F

rantia cum omnes eisdem medicamentis, & vna & eadem via curentur, fit, vt multi, qui sanari possent tesitui, misere intereant.

## De signis febris malignæ.

NIHIL profecto difficilius in omnibus, quæ circa huiusmodi febrē versantur, nihil grauius; aut vtilius excogitari potest, quam exacte eandem mox prima die cognoscere, & ab aliis sui generis distinguere; quod etiam omnibus aliis morbis commune est: ceterum difficilius & vtilius longe in hoc est, à principio eundem cognouisse, antequam quid inconsiderate aut fiat, aut prætermittatur. Quod iudicio nostro periculosius est in hoc affectu, quam in quouis alio: & ob id maxima diligentia curandum est, vt statim primo morbi accessu integrā eius naturam habeamus. Cuius mali tanta profecto est pernicies & inconstantia, vt non sat sit eum a principio cognouisse, ni etiam, quæ deinceps procedente morbo ventura sunt, ad amussim cognouerimus.

G

Quæ

Quæ vbi apparent aut delitescunt, multa sane consulunt, præter præsagium aut ex toto renuunt. Quapropter [illegible] placuit hi nec tractatum in duo signorum genera. Quorum primum diagnostica omnia continebit, ea nimirum, quæ & affectus naturam & varietatem commonstrant, & ab aliis sibi simillimis seiungunt. Secundum vero ea complectetur, quæ aliquod in hoc morbo venturum præsagire doceat. Vt ab vtrisq; sumta indicatione, curatio felici euētu separari possit.

A 466

Signa diagnostica malignæ febris. Pathognomonicum signum sine proprium nullum.

Primum igitur genus ea signa complectitur, quæ *diagnostica* nuncupantur, circa quæ addubitare solent Medici *& fortasse in excusationem suæ ignorantiæ sumunt*) an aliqua sint, quæ *propria huic affectus & pathognomonica* possint appellari: nā cum frequenter decipiantur in hoc affectu, signis simulantibus aliud morborum genus, existimant, nullum esse proprium & pathognomonicum signum, ignorantes præter signa quæ partis affectæ naturam sequuntur, nullum esse alicui morbo peculiare & pathognomonicum signū, dum solum & citra aliorum signorum complexum & considerationem expenditur. Nam si quis consideret signa, quæ peculiari quadā ratione in pleuritide appellantur pathognomonica, dum vnum

B

quodq; per se solum consideratur, nullum per se tale potest nuncupari. *Primò*, nōn tussis sicca, nam communis etiam est iecori inflammato, neq; respiratio crebra, nam anhelosis etiam conuenit, neq; febris, nam comes it etiam aliis viscerum inflammationibus, neq; pulsus, nam quæuis membranosa pars inflammata persimilem refert: nec pungitiuus lateris dolor, nam talis proprius est quibusuis membranis inflammatis. Itaq; si vere pathognomonicū aliquod signum quis exquirat, reperiet facile, nullum per se posse esse alicui morbo proprium, quod etiam multis aliis commune non sit. Quamobrem quomodo omnes alii affectus pathognomonica habent signa, *iuxta communem Hipp. & Gal. conceptum*, eodem prorsus & febris hæc maligna signa obtinet pathognomonica, quibus ipsa cognoscitur, & aliis sibi similibus manifeste distinguitur.

C

Maligna febris habet signa pathognomonica quę duobus modis fiunt.

Fiunt igitur in hac febre signa duobus modis pathognomonica. *Primò*, vbi plurima simul, semper & eodem modo idem portendunt, vt quinq; illa celebratissima signa pleuritidem monstrantia, quorum nullum per se sumtum valet pleuritidem certo monstrare, & ei pathognomonicum esse, omnia tamen simul iuncta semper, certo & infallibiliter. Pari prorsus ratione in febre maligna nullum signum est proprie & peculiariter pathognomonicum (*præterquam maculæ illæ rubescentes, quæ dum apparent, nullam præstant, aut leuem ad curationem notitiam, si a principio affectus cognitus nō fuit*) plura tamen simul iuncta, veluti euidenti quadam demonstratione (*nedum coniectura veritati propinqua*) huiusmodi febrem primis diebus cōmonstrant. Quamobrem non est tantum neq; semper vnico signo innitendum (*licet dum solum apparuerit id boni nobis præstare possit* [illegible] *quod dubios nos reddet, ac quodammodo cautos, ne nimia securitate deinceps fallacissima huius morbi natura decipiamur*) sed omnia confe[illegible]e, & in vnum co[illegible]gere oportet, ac animo exp[illegible]nd[illegible] an [illegible] idem malum portendant, aut plura. Quæ profecto dum hac lege considerantur, pathognomonica nobis fient, & certo oc-

[illegible]ltam morbi malitiam monstra[illegible]nt *[illegible]* [illegible] vero [illegible] pathognomonica fient no[illegible]

D

ex peculi[illegible] [illegible]ōditione, quam per se [illegible] quod [illegible] signum fert qua procul[illegible]bio vide[illegible] se ipso [illegible]ifferre, dum in alio morbo appar[illegible] capitis dolor, nausea, vomitus, caloris m[illegible] & cetera signa, lice[illegible] aliis affectionibu[illegible] com[illegible]tur, nihilominus [illegible] dum febribus [illegible] accidunt, pathognomonica fiunt ex pe[illegible] quadam & maligna conditione, quam ex morbi huius malignitate [illegible]quirunt, qua proculdubio differunt à seipsis, dum in aliis morbis apparent. Nam qui in huius affectus curatione vsum & peritiam habent, facile eisdem signis hac mali[illegible] conditione insignitis, huiusmodi malignam febrem ab aliis diuersis, aut simillimis febrib. (*licet eadem signa obtineant*) distinguere valent, nulla profecto alia ratione, quam peculiari illa conditione, quæ fere verbis exprimi nequit. Nam reperitur nescio quid latentis energiæ & malignitatis in quouis signo, quod licet verbis non possit monstrari, animus tamen concipit malignum & diuersum esse, ita vt præter sui naturam, timorem & dubitationem non paruam inferant. Quæ omnia signa quamuis aliis morbis cōmunia, cum hoc tamen veluti digito malignam febrem nobis commonstrant; & singulari efficacia certos nos reddunt.

E

Signum I à modo caloris.

Est igitur primum signum ab his, quæ substantialiter inhærent, desumtum, caloris febrilis ratio & modus, cuius fortasse ignorantia vulgares Medici in cognitione huius febris frequētius decipiuntur. Nam sæpius mitis & parum à naturali mutatus conspicitur, ita vt confidenter Medici proferant, & male, ægrum postmodum conualiturum: deinceps tamen procedente morbo, præter omnem exspectationem misere & frustra luunt, quæ in principiis præuidere non valuerunt mala. Cæterum ne excusationem ignorantiæ deinceps quærant, febris naturam expendant, non minus per simulatam hanc lenitatem & mansuetudinem morbi malitiam & venenum patefacere, quam per quoduis aliud ex præcipuis signis. Quis enim non mirabitur, & dubitandi ac pertimescendi occasionem non accipiet, febrem primo accessu lenissimam si conspexerit, grauissimis accidentibus (*longe diuersa à talis febris natura*) comitatam? longe enim dissident à mitissima febre nausea, vomitus, capitis dolor, vigilia, inquietudo, & pene innumerabilia, quæ suapte natura maius malum portendunt, quam calor ille febrilis promittere videatur. Nam licet (*vt Hippoc. 1. prognosticor. refert*) mitissimæ febres quarto die aut citius finiantur, id proculdubio est, dum signis firmatæ veniunt securissimis. Alioquin vero, quo mitior apparuerit, dum signis adiungitur grauissimis, perniciosior est, *vt facile ex Hippocrat. & Gal. probari potest*. Solet etiam hæc febris contrario prorsus huic modo apparere: nimirum intensum grauissimumq; calorem à principio producens, nec non & grauia quoq; accidentia. Ex quibus haud difficile est, morbum à principio nouisse. Proficiscitur tamen huius differentiæ ratio vna à tribus caussis. Quarum *Prima* est morbi venenositas, & pestilens conditio, quæ [illegible] maximam

F

Calor mediocris.

Calor intensus.

G

putrefactionem, ac per consequens calorem molestissima illa concitat accidentia: ita vt quo hæc grauio-

468 A gr[illegible], & febrilis calor remissus, & aspectu mitis, eo morbus perniciosior est. Nam signum præstat potius venenosæ contagionis, quam putredinis: eo quod maligna febris cum prædominetur cordi, ob sympathiam, potius in eadem parte viget calor, quam in externis: quinimo hæc est potissima caussa inter alias, propter quam in hac febre interiora caleant, & exteriora sæpe frigeant, vt à vera lipyria distinguatur. Apparet etiam tranquillitas hæc primis dieb. in hac febre, eo quod venenosa qualitas maior est malitia, quam copia; & ob id donec primis dieb. aliquid operetur, à quo deinceps augmentum sæuitiamve susceptet, mitis apparet. Quod etiam fieri solet ob retrocessum spirituum ad viscera, quæ maius sane sufient pati in hac febre dispendium & damnum. *Secunda* vero caussa est humorum, qui putrescunt crassities, à quibus non ingens flamma, quæ partes externas conflagrasse conspiciatur, insurgit: sed internas vehementissimo calore exurat, more febris lipyriæ. *Cæterum* huic caussæ adiungitur etiam venenositas, cum hoc, quod humores sunt maiori ex parte biliosi, crassiores tamen adustione, aut crassæ pituitæ miscella, à quibus grauissima accidentia concitari contingit, præsertim implacabilē sitim, citra maximam

B caloris manifestationem. Quam sane febris conditionem non minus pertimescere oportet, etiamsi mitis appareat, quam eam, quæ maiorem habet pestilentis contagii copiam.

Mitium febrium malignarum duæ species.

Quamobrē duas febrium species mites à principio apparere necessium est, vnam non nisi vehementem, ob tertiam nimirum rationem, videlicet, quia maior est putredinis in ea ratio à morboso apparatu prodiens, quam in aliis duabus: & ob id in hac protinus calor elucescit, quia caussas habet proximas, à quibus oriri possit, nimirum maiorem putredinem, aut humorem, qui putrescit, biliosum, tenuem, & acrē, à quo facile flamma excitatur ingens: in in aliis vero maior est venenositatis ratio, quā putredinis, omnes tamen habent calorem (*quamuis pusillum*) si quis diutius tactu persistet, acrem & maiorem putredinem præ se ferentem, quam caloris copia monstrare posset, etiamsi primo accessu mitis appareat.

C Secundum etiam signum est *à læsis actionib.* demandatum, nam cum pernicies malignarum febrium cordi, vt cetera venena, potissimum insidietur, & partibus omnibus præcipuis, pulsus protinus fit, (*vt à vitali incipiam,*) frequens, paruus, debilis, & diuersus, licet magis elucescant hæ differentiæ, præsertim diuersitas, prope macularum exitum. Quæ sane differentiæ sunt omnib. ex hoc morbo affectis cōmunes, quas subesse necessium est, ob maximum vitalis roboris laborem ex maligna qualitate & oppressione à copia, quam præesse necessium esse diximus. Ceterū aliæ frequenter reperiuntur pulsus differētiæ, pro temporum varietate, aut morbi diuersa conditione ludētes, nam connaturalis aut parum ab eo diuersus in principio apparere solet; ex inæquali nimirum cordis affectu, *vt ex Gal. lib. 4 de præsag. ex puls. c. 4. colligere quis facile poterit.* Quod frequentissime in hac febris specie contingit: quo fit, vt frequētius adhuc vulgares Medici decipiantur, sed monent profecto eo tempore nos inquietudo & anxietas,

D inordinati sudores, frigidi & intercepti, mnnet nos etiam à nullis præsidiis leuamen: Ex quibus rationabile est colligere, naturalem pulsus imaginem ex inæqualitate contrariatum caussarum proficisci, à quibus necessario molesta illa accidentia prodire est compertum. Quamobrē coniiciet facile Medicus, si diligenter rem tractauerit, minime connenire pulsum naturalem cum grauissimis accidentibus, & ob id febris malignitatem conficere tenetur. Solet etiam in primo morbi accessu pulsus apparere formicāti similis, prauissimus nimirum, & frequentissimus, quod ex maligna copia grauante fieri suspicandum est: fit etiam plurimum varius, & aliquando intercadēs, transactis primis diebus, nimirum dum maculæ prorumpunt. Ostendit enim pugnam & naturæ

E conatum, ac sæpe impotentiam, qua nequit ordinare & integre suum munus perficere. Quæ sane accidentia longe sunt diuersa ab iis, quæ ex sola humorum copia suboriri solent, nisi malitia aut venenositas illi etiam accederet. Quod plane conspicitur post macularum apparitionem: qui licet aliquātulum manifestior supersit, cum hoc tamē eadem inæqualitate perseuerat, maximum profecto huius febris indicium. Nam plenitudo sola eam tantum inæqualitatem parere nata est, quæ inter magnitudinem & paruitatē reperitur, maligna vero plenitudo, qualis ea est, quæ in hac febre reperitur, omnem inæqualitatem, & ordinis perturbationem. Quæ omnia maximum indicium afferunt, vitale robur plurimum laborare: vt etiam palam ostendunt animi defectio, & syncopis, anxietas & iactatio, quæ plurimū pati cor à venenosa contagione, & plurimum agere in propulsanda aliena & inimica materia com-

F monstrant. Fefellit vel peritissimos Medicus frequenter febris huius malignitas, dum pulsus vehementes & citra præternaturalem aliquando differentiam affectus percipiunt, in eadem sæpissime inesse: nam sæpe bona hæc spes, quæ meliorem pollicetur, subito in inopinatam mortē degenerat, multis adhuc aliis signis secundum naturam existentibus: ob id non minus ostendit huius febris naturam hæc pulsuum simulata bonitas, (*dum alia signa à principio eius malignitatem attestantur*) quam si inæquales & varii extitissent: Ratio est, quia primum humoris venenosi accessum robusta cordis natura tenuit, & se ab eo expedit, ex quo pulsus cordis actiones placidissime admodum apparent. Ceterum à secundo accessu lassata & defatigata primo succumbit: nam crescit veneni materia, & propius cordi accedit, &

G subito ipsum aggreditur, ac superat, deuinciq;. Quo factum est, vt minime sit fidendum subleuationi, quæ præter naturam fit, *vt refert Hipp. lib. 1. prædic.* perniciosa, si citra signa leuia facta fuerint, quinimo certius & occultum venenum deinceps suspicari oportebit, ac prouidere caute, ne postmodum superueniant, quæ diximus, mala.

2. Ab actione vitali.

2. Ab actione animali.

Ex respiratione quoq; conicere hoc malum oportet, nam respiratio frigida si in principio apparuerit, venenosæ qualitatis semper soboles est. Ita & fœtida ob putredinem cordi vicinam (*quod necessarium est in hac febre præesse*) idem malum portēdit, sæpissime vero difficiles respirationes, quæ febris remissioni non cohærent, ex quibus etiam animalem facultatem lædi, aut interiora vri est coniectandum, ac ob id febrem hanc esse malignam, si quidem citra vitium instrumentorum respirationi seruientium ipsa subuertitur.

Sunt

468 A Sunt etiam, quibus cor aliquando tremit, & pulsus etiam tremuli fiunt, partim onere, dum in principio hæc signa apparent: partim malitia, si procedente morbo superuenerint.

Nec vero sola virtus vitalis in hac febre signũ præstat, sed etiam naturalis, atq; animalis, vnde iactatio totius corporis, ac inquietudo, & oris ventriculi dolor, (*quem lib. 1. prædictionum his verbis damnauerat tanquam malignum Hippocr. Oris ventriculi dolor, cum præcordio distento, & capitis dolor, malignum*) ac totius corporis etiam grauitas, lassitudo, respirandi difficultas, impotentia vigilandi, nisi forte calor dissoluens humores, mittat vapores acres & calidos ad cerebrum, vnde vigiliæ & delirium: cui succedit aliquando obliuio, & insomnia. Quæ omnia subesse deterrimam qualitatem ostendunt, siquidem potuerunt breui tempore vires ratium prosternere. Quorum sane Hip. *lib. 1. prædictionum* late meminit, & nos etiam seorsum recordabimur.

B Pendent igitur ab actione naturali signa hæc.

*3. Ab actione naturali*

Sitis aliquando magna (*consulto sitim ad naturalem potentiam reduco, nam hic non loquor de appetitu, præsertim dum prope ventriculum putrescit humor*) quæ potibus medicatis ad tempus leuatur, quæ sane superat caloris febrilis copiam & modũ: quo fit, vt malitiam arguere liceat ex disparitate caloris, a quo sitim proficisci est compertũ, ac sitis quæ symptoma eius est. Aliquando vero non est adeo intensa, dum aut longe à ventre humores putrescunt, aut ipsi frigidam & crassam naturam sortiuntur, aut maior putrefactio prope cor viget; quo tempore licet linguæ siccitas validissima sit, cum hoc tamen potius respiratione refrigeratur leuaturq; laborans quam potu, quinimò potu plerumq; læditur: ex quo etiam morbi malitiam conicere oportet: siquidem potus, qui in subsidium sitis porrigitur, non solum nihil prodest, verum sæpe fluctuationem & anxietatem parit: quia ratio potius in aliena & maligna qualitate sita est, quam in exurente calore, cum hoc tamen lingua redditur arida & scabra, & sitis plerumq; C nullus est sensus, quod euidentissimum malignitatis esse signum dixerat Hippocr. *lib. de Coacis prænotionibus.* per hæc verba: *In acuto morbo sitis præter rationem soluta, malum.* Itaq; & sitire & siti carere, dum vtrumq; modum febris exsuperat, eiusdem certissimum est signum, nam plurimum sitire febre apparente remissa, certum est malignitatis indicium, sicut non sitire lingua exsistente sicca.

*Sitis.*

*Cibi fastidium.*

A quibus etiam caussis (*in laborantibus quos huc vsq; vidi*) prodit in superata bile quoddam cibi fastidium, & eo maius, quo humores putrescentes propriores ventriculo fuerint. Quod signum videtur Hippo. retulisse, loquentem de constitutione quadam pestilenti, in qua huiusmodi maculæ per cutem erumpebant. Nam inquit: *Papulæ paruæ & non pro dignitate rationis excretionis morborum, & statim rursus euanescentes*; & paulo superius hæc refert: *Cum autem multa & varia fieret indicationis impeditio ex morbis. maximum etiam ac pessimum signum perpetuo comitabatur, quod plerique omnes cibos fastidirent*: ex quo constat, esse veluti inseparabile D ab his febribus cibi fastidium. Quod sane procedit non solum ex febrili calore, sed ex maligno etiam, qui vires sentientes illius partis veluti prosternit & deiicit: ac sæpe eo affectionis venenositas deuenit, vt si comedere laborantes conentur, protinus nausea, ac vomitu frequentissimis infestentur: partim ex alimẽto cõmotis venenosis humoribus, ac irritata facultate: partim vero, quia ipsi sua sponte etiam citra cibi sumtionem, cõmoueantur, ac ventrem frequenti irritamento lacessant, moueantq; ad nauseam, & vomitum. Ob id profecto fastigium aut abominatio cibi, nausea ac vomitus certissima sunt in hac febre venenositatis indicia. Nam quis id non coniiciet, si ventriculum hoc pacto conspiciat, nullo in parte ip[illegible] affectu præexsistente? Coniectabile enim est, à vasis maioribus, quæ prope ventriculum sunt, & in quibus maligna putredo illa viget, veneficos halitus eleuari, qui dum os ventriculi attingunt, fastidium & abominationem cibi, du[illegible] amplius c[illegible]pus, nauseam & vomitum gignunt. E

*Excrementa fœdissima.*

Non minus excrementa, quæ è corpore prodeunt, eandem malignam febrem attestantur, nam cuiusuis conditionis sint, fœdissima sunt omnia. Atq; licet hoc commune sit omnibus ex putredine ortis affectibus, nihilominus tamen huic febri coniectura quadam certa cognoscitur esse peculiare: nam admiratione dignum est, leui existenti febricula, excrementa tam esse malolida, quod fieri vsquam nequit, nisi simul cum putredinis caussis aliud quid perniciosius iungatur, quod veluti concaussa sit maioris & sordidioris putredinis. A quibus simul iunctis adhuc in principio maior in excrementis, quam in communi putredine, apparet fœtor & ob id coniectabile est, febrem esse de genere malignarum, præsertim si fœtori aliquod aliud vitium in excrementis iungatur, quale est, excrementum esse liquidum, viride, liuidum; spumosum, aut pingue. Quæ omnia frequentissime in his excrementis conspiciuntur, ac etiam summam humorum malitiam attestantur, & per consequens huius febris naturam designant. F

*Vrina laudabilis.*

Vrina vero licet in morbis venosi generis certissimam possit præstare notam, in febre tamen maligna incertum præstat signum, ad futurum aliquid prænionstrandum, etiamsi ad morbi naturam designandam (*quod nunc quærimus*) certissimam præstet notam: præsertim si quis expendat, quibus conditionibus insignita in hoc affectu soleat apparere. Nam aliquando simillimam sanorũ vrinis sese ostendit, & primis dieb. talis perseuerat. Quod sane signum, dum aliis ex his, quæ mox retulimus, adiungitur, indubitanter malignæ febris naturam redolet, quæ clam & Medico, & laboranti insidiantur, donec signi fiducia securos turpius inopinato vehementi malo decipiat. Ratio proculdubio est, quia venenosa qualitas & interior est, & paulatim, ac citra manifestam humorum perturbationem agit: quo fit vt minime in principiis eius opera elucescant, quia maior est venenositas, quæ clam operatur, quam putredo, quæ vrinam immutat; postea tamen dũ maximã materiæ partem obsederit, vrina turbatur, insequens turbationem, quam humores perpetiuntur, nam hæc est ratio potissima, propter quam in huiusmodi febribus vrina primo accessu naturalis apparet. Sed quis non pertimescet & suspicabitur, in morbo esse grauius aliquod malum, aut venenum latitans, si cum signis aliis supra natura perniciosis, vrina sola præstiterit laudabi- G

A 469

dabi-

[illegible] ex signo hoc [illegible] malignā conucere. Apparet præterea vrina sæpissimè tenuis, & cruda, nullum continens sedimentum, aut illud excrementi potius naturam referens, quàm veri sedimenti: quod etiam deprauatum huius febris morem ostendere habet. Nam licet vrinam crudam propriam esse principiis morborum, vnanimi Medicorum consensu constet, tam esse tenuem & aquosam, & omnino à natura alienam, adhuc incipiente morbo, & cum leui febricula, quæ primo accessu paruam ac debilem ostendit putredinem, rationi consonum non est, ex quo coniicere oportet, latitans esse aliquod vitium, cuius ratione vrina mingitur cruda, potius ex impotentia facultatum (*quas incipiente affectu tam esse languidas vi morbi solius, nisi pestilens aliqua conditio simul accederet, cuius vi facultates laberentur, ac vrina excerneretur cruda, credibile non est*) quam ex maxima humorum putredine: & ob id facta simul aliorum signorum collatione, vrina hæc febrem esse malignam ostendit. Frequentius tamen in hoc affectu vrina apparet crassa, turbida, ac intensioris caloris, & crassum, rubrum, ac conturbatum, diffusumq; habens sedimentum: quæ profectò vrina, quia grauissimis iungitur symptomatis, certissima est febris malignæ nota: arguit enim maximam putrefactionem, & efferuescentiam, ac conturbationem humorum, maximam etiam facultatis naturalis aut impotentiam, aut defatigationem, à deterrima qualitate subortam: siquidem separare crassum à tenui, & humores continere ac conficere nequit: quod nulli esse dubium suspicor, huius febris esse certissimum signū. Præterea talem esse, & subito coctam apparere, perniciosam & malignā esse refert Hippo. *lib. de Coacis prænotionibus*, per hæc verba: *Vrina quæ repente citra rationem paulatim coquuntur, malæ sunt: & in summa quæ citra rationem maturæ est, in morbo acuto mala est*. Qua sententia constat, malignum esse morbū, & maius aliquod malum minari. Itaq; & vrina naturalis (*quia reconditam morbi perniciem & clam ac sensim operantem ostendit*,) & tenuis, quæ facultatum naturalium iacturam ac dispendium, adhuc primo mali accessu demonstrat, & rubea, crassa, conturbata, quæ & summam humorum putredinem ac agitationem & maximum facultatum languorem simul ostendit: & vltimo ea, quæ æruginosum, aut quid diuersi coloris in superficie habet (*quas nobis frequenter in hoc affectu conspicere contingit*) perniciosa & maligna quoq; est, cuius etiam per hæc verba meminit Hippoc. *lib. de Coacis prænotionibus*: *Mala est etiam valde rubicunda ex hu... florulentiam æruginosam continens*. Quæ omnes citra vllam dubitationem febris malignæ naturā subesse ostendunt, sicut & plures aliæ, quas loco nuper citato longissima oratione cōmemorat Hip.

Quibus etiam tanquam certissimum signum accedit vrinæ deprauatus odor, qui indubitanter soboles est sordidæ & malignæ putredinis, siquidem raro talis odor in reliquis febribus putridis reperitur: quapropter hæc omnia, & omnium vicissitudines & mutationes in vrina considerare oportet, vt mox à principio huius febris naturam monstrare possit.

Ex genere excrementorum sudor quoque est, qui non minus huius morbi naturam ostendere valet, quam quoduis aliud signum; non quidem quatenus sudor est, nisi tetrior etiam ei adiunctus sit; sed quatenus [illegible] inutiliter, & inordinatè, & sæpe cum maiori damno prorumpit: nam quis non existimabit, sudores frequentes, paruos, minutos, & inutiles, principio morbi prosilientes, potius naturæ, & humorum vitio, quàm vtiliter & ex naturæ lege fieri. Quod damnauerat Hipp. *lib. de Coacis prænotionibus*, & tanquam malignum protulit, dicens: *Exsudantes, recalescentes, malum. Qui insuper insudant in febre, malignè habent*: quibus constat huiusmodi sudores malignam patefacere morbi conditionem: nam ex pugna illa, quam natura cum indomito humore mouet, vt prædictos sudores conciet, plurimum superest dissipata, lassataq; & corpus deinceps grauius & molestius morbum tolerat. Quod non solum ex pugna contigisset, nisi humorum conditio tam esset venefica & à natura aliena, vt facultas succumbat, & humores ipsi sæpius deinceps corpus irruant ac superent. Vnde artificiosa coniectura colligitur, has febres, in quibus prædicti sudores apparent, esse de pestilentium sorte: in quibus raro sudores vtiles esse cōperimus, quantumuis aliis febribus proficui existant. Ratio est, quia in omnibus aliis vacuationibus natura excrementum, vt pellat, ab omnibus aliis succis secernit, & separat: at in sudoribus medio feruore, qui necessarius est ad materiæ sudandæ attenuationem, omnes agitantur & miscentur, ac subinde non infecta venefica labe inficiuntur & turbantur: quo fit, vt quamuis septima appareat, 11. aut 14. deinceps laborans & intensius febricitet, & deterius se habeat, & vrinæ deteriores & turbidiores excernantur.

Hinc simile est aliud signum, quod frequentius malignis febribus comes sit, nimirū frequens & inordinata horripilatio, etiam adhuc vigente febre; quinimo frequentius dum magis viget: quo sæpe decipiuntur imperiti, credentes esse *horrificam febrem*, ignorantes halitus, qui ex feruore & putredine eleuantur tam esse acres, mordaces, & à nostra natura alienos, vt ex toto sensibilium partium natura tentat, auersetur q; ac tanquam venenum expellere cogetur, quo sane conatu huiusmodi accidens suborititur: quod in aliis febribus putridis rarò contingit. Ratio procul dubio est, halitus à putredine elatos plus peccare intensione caloris, quam malitia, etiamsi à putredine suboriantur: in maligna verò febre plus malitia & venenositate, quàm caloris copia, & ob id nihil non est dubium, quin huiusmodi accidens certissimum sit malignæ febris indicium.

Adde etiam, quæ excernuntur, nonnullum aliud, & infallibile, ac proprius pathognomonicum signum proculdubio reducitur, nimirum, maculæ rubescentes, quæ per cutem erumpunt; nam sic omnino, quidquid in cute efflorescit, mudo carnem in tumorem non eleuet, & sed morsibus pulicum sit persimile, quod Hispano sermone *Tabardillo* nuncupatur: est quidē pessimum & certum huius febris signum, quod licet non primo morbi accessu appareat, crudo tame nexlisteote prorumpit. Quippe pars est & condino, qua morbi huius natura integratur, citra quam nullus morbus est hic morbus, namq; non est, vt multi falso autumnant, symptomatica vacuatio,

quæ p[illegible] & non esse in hoc & in aliis m[illegible]bis: sed vere [illegible] p[illegible]gnomonicum [illegible]um, & proprium [illegible] modo, & naturæ actio, qua nititur expellere non morbosum apparatum (*quia tunc symptoma esset*) sed veneficum seminarium: quo [illegible], vt interim dum id nititur, p[illegible] sint [illegible] æqu[illegible] ac [illegible], postea vero expulsis maculis meliores. Denique [illegible] rationale animal ad[illegible] hominem, ita veneficum contagiũ cuius febrium a[illegible] constituit hanc febrem, & eius speci[illegible] speciem: quippe est veluti forma, & integrum naturæ huius mali complementum. Mirari sane paulo magis decet has excretiones, quantumcunq; exiguas, & crebro tentatas, quas Hippo. ac Galen. tanquam perniciosas damnant: n[illegible] in hac tanta creditur esse humorum malignit[illegible]s, vt corporis vires ante debitum tempus ad expul[illegible]nem accingantur, nequeant tamen præ debilitate, quod conantur, perficere.

B Quapropter tria sane huiusmodi maculæ demonstrant, nempe *humorum sæuitiam, incendium & feruorem*, non quidem ex calore, qui concoquat, sed ex eo, qui ebullitionem & agitationem tantum moliatur. Demonstrant etiam deterrimam qualitatem putredini adiunctam, qua vires coguntur ante tempus vacuationem posterius futuram inutiliter tentare. Tertio docet exiguas virium opes, quæ nec resistere insultibus huius mali, nec inceptum opus perficere valent. Quæ omnia proculdubio malignam subesse febre commonstant, eoq; maligniorem, quo maculæ deterioris fuerint conditionis: nam licet erumpentes analogiam contagionis ad sanguinem monstrẽt; nihilominus tamen tanto sunt deteriores: quanto perniciosi alterius putridi humoris cõsortium ac prædominium significauerint: liuidæ enim, pallidæ, ac nigricantes frequenter conspiciuntur, nunc ante septimum, nunc post apparentes: quæ omnia latius exponere est in animo paulo inferius.

Maculæ liuetæ [illegible] demonstrant.

C Expendere tamen circa hoc signum oportet, plerumq; huiusmodi maculas prope dorsum apparere potius, quam in thorace, etiamsi cordis primaria sit affectio: ratio quidem est, quia ductus arteriæ aortis, & venæ cauæ dorso adhærẽt, à quibus facile in dorsum prosilit damnũ quoduis in corde, & eisdem vasculis inhærens.

Maculæ plerumq; in dorso, raro in pectore apparent.

Sanguinis è naribus stilla (*præterquam quod Hippocr. deterrimum esse signum in morbis acutis commonstrat*) proculdubio huius morbi naturam quodammodo docet, præsertim si in principiis erumpat, ac etiamsi in maiori quantitate prosiliat: sæpe enim in hoc affectu docuit experientia, non solum stillam, verum & maiores sanguinis eruptiones in principiis factas, deterrimam morbi conditionem præsagasse: eadem proculdubio designat, ac maculæ per cutem erumpentes, ob easdem rationes. D Quapropter (*licet sanguinis stilla certum non sit huius febris indicium*) vereri tamen oportet, dum huiusmodi eruptiones apparent, ne affectus aliquid veneni occultum obtineat, aut in malignum degeneret, ac id auxiliis præcauere, antequam sæuius prorumpat.

Sanguinis e naribus stilla.

Animalis quoq; facultas tam solet à principio persentire huius deprauatæ conditionis contagium, vt certo eiusdem malignæ febris præsagiat. Nam primo conspicimus huiusmodi laborãtes inquietos esse, & moleste decubituros fere,

Inquietudo laborant.

[illegible] generis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] p[illegible] quod, [illegible] tibi [illegible] venenotæ febris [illegible] R[illegible] ne est; quia cum maligna caus[illegible] q[illegible] [illegible] operetur, [illegible] tes molestiam, [illegible] amen, licet [illegible] stent (*quia nondum a principio putredo inualuit neque febris*) reddere nequeunt.

Accidit quoque hac febre affec[illegible] E grauis & molestissimus dolor ob [illegible] litus, qui cum ex maligna eleuentur [illegible] etiam à morbi principio (*quod in aliis [illegible] ribus [illegible] dura raro accidit*) vehementer affligit, ita v[illegible] esse huiusmodi laborantes contingit, ac sæp[illegible] cem fugientes ob eam, quam malign[illegible] protinus inferunt, imbecillitatem. Cu[illegible] quis aliud ex prædictis adiungat, & [illegible] deret, facile in notitiam huius defectus de[illegible]. Sapiunt quidem hi dolores venenosim[illegible] tionem, & ob id Hippo. *lib. prædictionum & [illegible] de Coacis prænotionibus*. [illegible] lethale refe[illegible] [illegible] quod ex propria natura capitis dolor ob[illegible] nequit, nisi ex venenos[illegible] causa principium [illegible] scatur: inquit enim idem [illegible] locis citatis *Capitis dolores fortes & contin[illegible] cum febre, siquidem lethalium signorum quid accesserit, perniciosi valde* [illegible] vero secundo loco: *Capitis [illegible] pertinax cum [illegible] acuta, & alio signo maligno. lethale est* [illegible] uo constat, huius febris esse certum indicium, [illegible] dem semper illi adiungitur aliquod signum malignum, quibus facile monstretur febris n[illegible].

F Item patiuntur, qui hac febre correpti sunt, vigilias & insomnia propter easdem causas: quæ profecto aliis febribus putridis accidere solent, crescente aut vigente solum. Vnde coniectabile est, non posse hæc accidentia in principiis adesse, nisi mala qualitas occulta & venenosa illis principium præster. *Præterea* si aliquando somno corripiuntur, turbulentus est multis imaginibus, in quo etiam laborantes adhuc primis diebus delira loquuntur, & postquam ab eo excitantur, deterius se habent, nam intensius febricitãt, sinunt, corpore dolent, & contrahuntur. Quæ proculdubio demonstrant venenosam subesse qualitatem, longe diuersam à communi putredine.

Vigiliæ & insomnia.

Alii item primis diebus somno corripiuntur, & excitati delirãt, donec caliginosior ille & crassior halitus spirituum animalium non euanescat. Quod profecto in his (*præterquam quod affectus malignam naturam monstrat*) grauioris mali solet esse signum.

·Plerisq; primo die manus tremunt, nulla alia sane causa, quam venenosa qualitate à putredine diuersa, quæ caput irruit. Nam in his, quibus [illegible] putredo causa existit, minime possunt huiusmodi accidentia intra tres aut quatuor primos dies apparere, ni illis aliud malignius adiungatur, quod causam ante tempus præstare possit, & primo morbi accessu robustissimas animalis potentiæ vires deiicere.

Manus tremunt.

Præter hæc omnia reperiri in omnibus fere hac febre affectis insolens tristitia, tot[illegible] corporis inquietud[illegible], iact[illegible]o, & [illegible] quæd[illegible] impotentia, quæ nullis vsquam [illegible]orbis in [illegible] tibus accidere [illegible]. Quap[illegible] pter du[illegible] hæ[illegible] [illegible]spiciuntur, etiamsi febris mitis primo accessu appareat,

A 471 T[illegible] insolens iactatio, [illegible] tudo, [illegible] potentia.

pareat, [illegible]quam venenosus iudicandus est affectus, & eo magis, quo febris remissior fuerit.

*Obseruatio.* Velim tamen in hac re monitum lectorem, ne intelligat in quouis laborante necessum esse, simul signa hæc omnia apparere, sed sufficere sæpe vnum, duo aut plura, prout magis viget in laborantis corpore vna, aut altera huius affectus causa, aut facultas læditur magis hæc, quam illa, aut membrum illi subseruiens. nam ab his tribus caussarum generibus mira hæc signorum varietas proficiscitur.

## De Signis prognosticis.

B FALLACISSIMA huius morbi conditio hoc habet propriũ & peculiare inter alios omnes corporis humani affectus, nimirum quod signa omnia (*quæcunque sint*) nec semper possint bonum portendere, etiamsi optima sint, nec malum, etiamsi mala. Quapropter incertum est in maligna hac febre præsagium omne: nam & pulsus, & vrina, & sudores, & aliæ excrementa siue immodice fluant, siue supprimantur, & alia denique vtcunque eueniant, vtrique euentui, felici nimirum aut infelici, inordinate accidere solent: ita vt non minus visum sit, & sudoribus, & bonis vrinis, & oprimo pulsu ac alui fluxu. homines perire, quam eisdem signis perniciem indicantibus sanos fieri. Quamobrem considerandum est, quid habeat vnumquodque proprium & peculiare ad præsagiendam salutem, quidve ad mortem. Cuius rei gratia

*Præsagiũ in maligna febre incertum.*

C præmittere oportet, vt præsagare certo possimus salutem, vni signorum fidendum nõ esse, etiamsi suapte natura eam designet, modo pulsus, modo vrina, modo quodvis ex aliis fit, dum cetera omnia perniciosa existunt. Neque rursus satis est vnum signũ salubre esse, ceteris veluti nihil monstrantibus, nec bonum nec malum: nam suspectum est, ad prædicendam salutem, nisi alia simul idem attestentur. Præterea neque solum sufficit ad certũ salutis præsagium plura ex malis signis delitescere, ceteris adhuc perstantibus, quin potius hæc cõtingere perniciosum sæpe est: docet namque naturam illa ex parte esse subuersam potius quam morbum debellare: nam morbi cuiuslibet ratio vnica est, ob id vbi semel alicui natura dominetur, ni malignus fuerit, in omnibus victrix euadet, quod vbi non consequitur, lethale est signum, quia arguit occultum morbi venenum.

*Signorũ vni fidendum non est.*

D Primum igitur signum, ex quo aliquid ad prædicendum venari possumus, est, morbum eo esse adstrictum & cõclusum, vt nihil notatu dignum laborans excernat. Quod quidem signum bifidum esse potest, hac lege: dum enim incipiente aut crescente morbo nihil excernitur, naturam adhuc vincere (*siquidem nõ irritatur à morbi malitia ante debitum tempus*) & separaturam comectabile est, præsertim si nulla subest nota de cubitus humorum ad caput, ventrem, aut aliã ex præcipuis partibus. Verum vigente morbo nihil excerni, sed signa in aliquo mẽbrorum principalium deteriora apparere, signum est, aut morbum diutius duraturum, aut dubiam admodum præstaturum salutis spem: namque sperandum est, materiam, quam plurium dierum spatio natura deuincere non potuit, aliquod grauius damnum in eodem membro effecturam, vt passim de phrenitide &

*Malignæ febris præsagiũ, si morbus adstrictus sit.*

letharg[illegible] post vndecim[illegible] [illegible]cima [illegible] die contingentibus con[illegible] difficu[illegible], aut nusquam deum cer[illegible] possu[illegible].

Nec ob id credendum [illegible] omnem in hoc a[illegible]ctu vacuationem [illegible] signis [illegible] coctionis aut aliis optimis conditionibus, salubrem pro[illegible]nus futuram: nam sudor [illegible] requisitis a[illegible] dat conditionibus, & adhu[illegible] [illegible], raro solere ex toto hunc affectum [illegible], qui imo primo die ex sudore febri[illegible] emittitur, ceterum corpus deinceps & ac[illegible] grauius [illegible] habent, postea vero aduenientibu[illegible] sudoribu[illegible], licet sint in diebus criticis, [illegible] facultas, & in medio sudoris deficit labor[illegible]. Ratio qui[illegible]em potissima est, quia venenosa [illegible] immensa tota materiæ, vt etiamsi [illegible] tenuior pars exsoluatur (*quod nequit fieri in venenosis humoribus citra facultatum dispendium & laborẽ*) manente tamen crassiori, efficacius prosternantur potentiæ, ac facilius succumbant: quamobrem solis sudoribus fidendum non est, sed si à primo sudore, aut saltem à secundo laborans, ex toto non euaserit, corpus pharmaco purgare oportet, vt quod crassum, & venenosum à sudore superest, trahente pharmaco excernatur. Obseruatione etiam compertum est, longe vtilius esse, si frequentibus sudoribus æger à principio corripiatur (*dum modo ex sudore non se deterius habeat*) namque signum est, naturam paulatim materiam attenuare, & per sudorẽ excernere. Nec est idem in

*Maligna febris præsa[illegible] [illegible]um ex sudore.*

F conueniens ac in sudoribus criticis, nam venenosa qualitas in interuallo inter vnum & alterum sudorem fixius materiæ adhæret, & grauius efficit malum. Cui sane damno locus non datur frequentibus sudoribus. Nec ob id credendum est, in hac febre nusquam prodesse criticos sudores, nam quo minus venenosæ qualitatis ob[illegible] fuerit febris, eo magis prodesse poterunt, vt in omnibus aliis febribus, quæ ex humorum putredine concitantur. Expeditur quoque in hac [illegible] oportet, quod qua ratione in augmento sudores [illegible], *vt dictum est*, sint laudabiles, eadem in statu sint perniciosi, & frequenter eisdem laborantes moriuntur. nam arguunt nullam aut quam minimã præcessisse humorum elaborationem, & facultatis esse maximum dispẽdium, & similiter solidarum partium, circa quæ profecto status nequit optimum efficere iudicium, quapropter laudabilior est eo tempore subita vacuatio, præsertim si reliquis temporibus morbus fuerit adstrictus qua

G vero lege sudores habeant morbos finire, dictum est lib. nostro *de indicatione auxiliorum*.

Accidit sæpissime huic morbo alui fluxus, [illegible]uersis tamen morbi temporibus, & diuersa [illegible] omnino proueniens ratione: nam quod [illegible] botum visquam contingere visum est [illegible] euenire frequentissime conspicitur, nimirum [illegible] principio affectus salubriter aluum fluere: [illegible] etiam aliquando esse lethale signum, obseru[illegible]tione constat. Rursus præmissa sufficienti coctione, visum est alui fluxum laborantem perdere, nonnunquam vero liberare. Quam sane varietatem diuturnam obseruationem commonstrasse viris in hac re peritis cõpertum procul dubio [illegible]. Ex quibus constat, quam sit difficile ex aliis sin

*Malignæ febris præsagium ex alui fluxu.*

A xibus quicquam certum & fidum posse proferre: quamobrem oportet prius varietatis rationem



472

exquirere (*quod maximi ad curationem esse momenti censeo*) deinceps modum, quod certum possimus proferre in hac re præsagium. Est sane causa rationi admodum consona, proculdubio diuerso longe modo se habere morbum, in quo plus viget venenosa & deterrima qualitas, quam humorum putredo, ac se habere, in quo pestilentis conditionis minus est, ceterum putredinis, & morbosi apparatus magis: nam morbus, in quo venenosa qualitas pollet, quo magis à principio per alui fluxum prolabitur materia, securior est. Ratio sane euidentissime constat, nimirum quia materia, cui venenosa qualitas inest, subiicitur; *antequã aut vniuersos fœdet humores, aut facultates labefaciet, aut radicitus cor aut quoduis aliud membrũ princeps apprehendat*) ab eadẽ irritata natura promptius excernitur, & quo magis euacuatur eo citius quod superest à natura euincitur: quo fit, vt prædictis malis nullus sit locus. Neq; obest, naturã non concoxisse, & ob id inutilem esse in principio vacuationem, nam venefica qualitas, licet aliis corrigatur, nusquam tamen aut raro coctione, & ob id sanitati restitutos iis vacuationibus in huius morbi principio factis, plures frequenter conspicimus. At cum ex humorum putredine maiori ex parte morbus oritur, deterius se habẽt hi, quib. aluus à principio soluitur. Ratio quidem est, quia aut grauatam aut irritatam vitio humorũ commonstrat naturam, ita vt præ turbatione, distractione, inquietudine, & adhuc copia deinceps speretur commisso negotio non suffecturam: nam quæ plurimum ad putredinẽ mouentur, magna egent coctione, quæ ob prædictas causas humori non conceditur, & ob id auctores docent, malum ex huiusmodi vacuationibus prædicere: secus res se habet, vbi putredinis parũ adiungitur: nam etiãsi vacuationibus in principio factis turbetur natura, cum hoc tamẽ sufficit coctioni illi, cui in parua putredine sufficetura est. Præterea ex his rationibus constat, signis coctionis adhuc apparentibus, & morbo prope statum aut in ipso existẽte, alui fluxum sæpe futurum perniciosum: nam cum venenosa qualitas toti materiæ (*cuius per aluum nihil est purgatum*) immersa est, & præcipuis membris communicata, fit facile, vt etiamsi putridus humor quodãmodo coquatur, atq; excernatur, ex qualitate venenosa fixius impressa & operante, quæ coctioni non obsequitur, laborans pereat, etiamsi aluus fluat: quod frequenti est experimento confirmatum. Ratio potissima est, quia huius febris venenositas coctos, & incoctos humores apprehendit, & ob id multi cum signis coctionis manifestis & perfectis commoriuntur: sicut constat plures euasisse, in quibus minus erat venenosæ qualitatis, & humoris putridi magis, quos cum superasset natura, & nihil venenosum occultum superesset, vtiliter potuit, ac tuto excernere: quibus sane rationibus fit manifesta prædicta varietatis ratio. Cæterum bonum aut malum ex alui fluxu quouis tempore accidat, prædicere certo poterimus, in medium adductis aliis venenositatis maioris putredinis signis, *quorum abunde superius meminimus*, & collatione facta, facile erit præsagium salutis aut mortis proferre, eo modo, quo dictum est, adhibito in considerationem, quod in his, in quibus putredo viget [illegible] bris est intentior pulsus maior & vehementior, & qui facile di[illegible] contra vero modo, vbi venenositas po[illegible]

Vrina quoq; suam etiam futuro[illegible]um notãpræstare habet, namq; [illegible] cruda, [illegible] rubea, spis[illegible] ac turbida perseuerat, neq; vllis auxiliis mu[illegible]ur grauis est, & periculo plena, quæ vero sub[illegible] substantiam mutat, non minus est [illegible] cubitum enim humorum ad aliquod me[illegible] princeps commonstrat. Sic tenuis & q[illegible] plurimum turbatur, maximum terro[illegible] & [illegible]culum monstrat: sed deterius est ca[illegible] indicat n. vehementiã venenosi c[illegible] fecisse apparatum clam & lente. [illegible] etiam malũ significat, acea, quæ circulum habet variegatum aut alterius coloris. & vtcun[illegible], subita vrinarum mutatio, siue ad bonum, siue malum, vbi cetera non consentiunt, verenda est. Item sedimentum simile farinæ, licet sublime[illegible] aut aggregatum, periculosum est: & qualecun[illegible] sit, si appareat & delitescit. Item vrinæ substan[illegible] tenuis aut crassior & minuta eius quantitas, præsertim prope statum, graue impẽdere periculu[illegible] monstrat: cui etiam adiungitur tanquam summe perniciosa vrinæ suppressio, quã *lib. 1. prædictionum prope finem* damnauerat Hip. Verũ deterius in hac febre est, nimirũ quod his, quæ diximus, contraria non semper neq; tuto bonum significare possint: quamobrem alia signa conferre oportet, & ex omnibus simul collatis iudicium elicere.

Pulsus vero æqualitatem & tenorem seruans, licet febrem maximam repræsentet, spei semper salutis aliquid præstet, sicut contrarium inordinatus, inæqualis & contractus, præsertim si à principio debilis appareat: damnauerat n. Hipp. imbecillitates principio factas, citra manifestam vacuationem, dixit enim *lib. de Coacis prænotionibus: Qui præter rationem, nulla existente vasorum euacuatione, impotentes fiunt, malum, non æque malum, ficrescente morbo id accidat*, ex turbatione enim & naturæ motu ad propellendas maculas prodit, sed deterior prope statum, morbus enim ostendit supra vires victoriam.

Tremula item lingua, & manus tremulæ, tanquã maximi mali præsagium damnantur ab Hip. *lib. 1. prædiction.* inquit enim: *Lingua tremula signum est mentis non firmæ*, qua sane parte multa adducit Hipp. signa, quæ maximi momenti sunt ad præsagationem in hoc affectu.

Perseuerans quoq; delirium perniciosum est: nam febrem hanc degenerare in veram phrenitidem monstrat, quantumuis leue videatur.

Ex maculis quoq; multa licet diligenti Medico & nosse, & prædicere, facta prius coniectura ex tempore apparitionis, & copia, & ex colore macularum. Contingit enim frequenter, tertio aut quarto die maculas apparere, quod grauioris mali solet esse signum. Nam ostendit maximam esse sæuitiam venenositatem humorum, quæ antequam coctionem natura aggrediatur, eam ad expulsionem lacessit. Cæterum frequẽtius septima die protumpere solent: nam omnib. antecedẽtib dieb. conatur natura, vt ex lege habet, coctione humores frænare, quod cum perficere nequeat, in vacuationẽ illam minutam protumpit, [illegible] id quod ex feruore renuus & fortasse d[illegible]terius est expellere. Nam id etiã conantur dum eandem expulsionem tentat primis diebus, mali[illegible] humoris,

[illegible] pus [illegible] [illegible], a [illegible] [illegible] c [illegible] illa salutem [illegible] cuat [illegible] quan [illegible] us ie [illegible] ies, & d [illegible] prorumpant [illegible] & [illegible] Cæterum maculæ [illegible] apparentes, [illegible] & vt causa [illegible] Primo qui [illegible] scentiam mo [illegible] mentum & impo [illegible] tiam ipsius facultatis.

*[illegible] cum quod dicte ant a maculis pesti lentialib.*

B Secundo quia huiusmodi excretio non [illegible] respondet copiæ, nec naturæ morbosi app[illegible] quo fit vt nisi pronus aluus [illegible] pat [illegible] pernitiosissimum sit *quod in variolis malignitatis erit signum, & ob id summe perniciosum*, ratio est quia vacuatio illa non satisfacit naturæ & morboso apparatui, & ob id mille in locis damnatur ab Hipp. & Gal. Quæ omnia, & omnium causas, & notse & distinguere facile erit, si qui diligēter accidentium naturam intueatur, nam humorum acrimoniam ostendunt angor, exsolutio, anxietas & vlcerosa lassitudo, vrina tenuis, ceterum colore intensa: copiam vero, pulsus varietas ex magnitudine & paruitate constans, oppressio, lassitudo grauatiua, & vrina rubea, densa ac confusa. Venenositatem quidem ostendit animalis potentia ab omni læsione immunis, vitalis vero omni vitio affecta, crebris intermissionibus intercepta. Quibus patum in principio affectus cessantibus, maius licet formidare periculum, signum sane, deuictam

C naturam à pugna desistere. Quamobrem haud immerito, & mox apparentibus maculis, grauius licet periculum pronuntiare: si vero postea apparuerint, non minus damnum ostendunt, licet diuersa ratione, nam maculæ quæ nona aut undecima die apparent, aut humorum crassitiem, quam vbi obsederit venenositas, difficilime proculdubio, [illegible] *operi necessaria est diuturnior temporis mora*, cum cere vllis ingenii poterimus. neque natura breui tempore, (*quod præcipue fit in morbis acutis*) superare & expellere potest: cutis etiam densitatem monstrant *modo ex propria corporis constitutione, modo ex hyberno frigore fit*) quod in his affectibus, in quibus maior opus est ventilatione, grauius est periculum: neq; ob id credendum est, periculo vacate, si septima die aut [illegible] ropè ipsam apparuerint, sed alia signa salubria illis adiungere oportet. Docet quidem Fracastorius: *deterius esse, si plures appareant maculæ, ac salubrius, si quam pauciores*. Quod sane nec temere esse repudiandum, aut admittendum censeo: nam licet eius, quod venenosum est, vtilius sit, copiosiorem fieri vacuationem, cum hoc tamen timorosum est, tantam subesse venenosæ causæ copiam; quod necessarium sit, magnam & citatiorem fieri vacuationem: periculum enim est [illegible] tanto malo succumbat facultas.

D *Præterea* licet ex macularū paucitate minus venenosæ materiæ inesse, eam; esse benigniorē liceat colligere: tamen minus prauorū humorum vacuationes, multis modis damnauerant Hippo. & Galen. & ob id suspicor, eas esse in hoc morbo aduersus Fracastorium damnandas. Verum cum hoc alia signa licet considerare, ex quorum omnium collatione, dum omnia aut plura

[illegible] stant [illegible] crosi [illegible] m. Verum [illegible] lotibus [illegible] ma [illegible] [illegible] ex [illegible] h [illegible] tam [illegible] qu [illegible] & [illegible] orat [illegible] onis [illegible] cibi [illegible] it m [illegible] dic [illegible] [illegible] g [illegible] quæ à [illegible] calo [illegible] rur, gr [illegible] mæ tan [illegible] præ aut [illegible] inter qu [illegible] omnes, qu [illegible] nus sunt periculosæ, [illegible] est m [illegible] delitescere, aut lente pro [illegible] aut [illegible] veluti concretum repræ[illegible] E

Est quoq; non med[illegible] signum, quædam signa ex malis cessare, [illegible] persistere, aut crescere, argumento est [illegible] parte, qua accidentia cessant, deuictam esse [illegible] modum omnino casuram, præ[illegible] quæ supersunt, alicuius membri præcipuum [illegible]

Malum quoq; signum est & timore plenum, dum sanguis vena secta extrahitur, nullum præsefert vitium: nam euidēs est argumentum, affectum habere plus venenosæ qualitatis, quam putredinis; aut putredinem esse prope cor sitam, præterquam quod facultatem plurimū prosternit, laudabilem sanguinem in morbis extrahere.

*Maligna febris præsagium ex colore sanguinis extracti.*

Experientia & longissima obseruatione confirmatum est, non solum causam, sed signum esse periculosissimum, remedium hac febre à principio non fuisse adhibita. Nam præterquam quod Hipp. consulat remedia [illegible] acutis morbis eadem die adhibenda [illegible] tal[illegible] ibus, malum est, rei natura ducet in his longe grauia esse, quia venenosa & contagiosa qualitas sese magis non solum in humoribus, verum&in solidis corporis particulis insinuat, inseritq;. Ex quo deinceps difficilimum est, malo resistere & laborantes sanitati restituere.

*Ex remediis non à principio adhibitis.* F

Quibus sane signis alind adiungitur, cui maxime sidere solent Medici, nimirum surditas laboranti superueniens: quam esse *lib.1. de Coacis prænotionibus* dixit Hipp. *fluxus sanguinis naribus ter tum indicium, aut abscessus iuxta aures, aut fortasse alterius maioris mali*. Cum h[illegible] tamen *lib.2. pop. part.3.* loquens de huiusmodi febre, tanquam certum salutis præsagium *surditatem* laudat, ceterum iudicio nostro, ob id dictum [illegible] esse censeo, quod surditas cum præstatura est optimum signum: post alia accidentia sequitur, fortassis quia ea in surditatem degenerant, quod minus malum est: verum dum præcedit surditas, necessarium est deinceps subsequi, quæ ex mente Hippoc. [illegible] mala, & longe grauiora, vt Gal. ex professo docet *lib.3. vulg.* in historia Hermocratis, & in historia Philisti, & alus plerisq; illius loci historiis. Sicut plures alios enumerat ægrotos, qui surdi facti euaserunt, vt eodem lib. facile quis videre poterit, in historia virginis, quæ decumbebat in sacra via Abderis, & in historia Eropiti. Quapropter de surditate hac lege iudicandum esse ceo[illegible].

*Ex surditate laboranti superueniente. Surditas in malignis febribus ut certum salutis præsagium.* G

Quib. sane signis plura alia possem adiungere, A 474 sicut sunt difficultas respirationis quæ quo difficilior apparet, eo grauius [illegible] portendit delirium tamen perseuerans, inquietudo, anxietas, angor, exsolutio, quæ li[illegible] dem videantur portendere, nonnihil differre constat. Som[illegible]

 p[illegible]

profun [illegible] & maxima m[illegible] per leueran[illegible], & a nullis an[illegible] lis leu[illegible] mul[illegible], in hæc suffic[illegible] quæ potior[illegible] [illegible] & [illegible] breuitati consulens huius [illegible] tis hic facio [illegible].

## De recta febrium malignarum [illegible] tione.

CVm id cuius gratia dicta sunt superiora o[illegible]mnia, curatio sit, paulo diligentius [illegible] expendisse oportebit, præsertim cum præ [illegible] febr[illegible] nouitate non minus hæsitent aut ign[illegible] [illegible] plures, quid certo agendũ sit: quam [illegible] eiusdem febris curationẽ, apud Italo[s] Medicos dubitatum fuit, ab anno 1505. vsq; in 1558. B nam cum difficile sit vbiq; reperire virũ aliquem doctum & vsu probatum, qui ceteros doceat, quid in hac febre tanquam in nouo affectu fieri conueniat, ob id sane (*cum hic morbus populariter ad tempus, & per diuersas regiones, & partes grassetur*) plures periisse ex ignoratione constat. Auget quoq; ignorantiam mira eius varietas & mutabilis conditio, nam cum non semper ex eadem morbosi apparatus sorte proueniat, neq; eadem omnino signa, ac easdem conditiones præ se ferat, ob id sane decepti vulgares medici, & consilio destituti, quonam modo curandi rationẽ variari oporteat, & quid semper & eodem modo obseruandum sit, omnino ignorantes, in turpes inciderũt errores. P[illegible] [illegible] vberioris & clarioris doctrinæ gratia, vniuersum hoc caput in tres potissimas partes diuidere: quarum prima, *quid aduersus morbosum apparatum*, morbo iam suscepto, *agendum sit*, C docet, ea sane certitudine, quæ ex ratione & artis principiis, a[illegible] [illegible] & diligenti obseruatione haberi potest. Secunda, *quid peculiariter prærequirat venenosa & maligna huius morbi conditio*. Tertia vero & vltima docebit, *qua arte certius, & securius compescere, ac mitigare variam, & monstrosam accidentium huius febris naturam possimus*, quę procu[l] dubio plus mali, ac maius periculum nimia sæpius solent, quàm morbus ipse: ac frequentissime eum intendere habent. Quæ profecto si quis diligenter, & citra liuorem examinet, inueniet facile multa, quæ sine dubitatione suspicor multis etiam esse profutura.

Erroes in malignæ curatione commissi vnde.

Ante tamen, quàm harum partium expositionem aggrediar, qua victus conditione vtendum sit, paucis absoluam. Porro in hac febre ea victus ratio seruanda est, quatenus ad copiam pertinet, quæ nec omnino multa sit, nec nimis parca, illud verum ne morboso apparatui plus materiæ succrescat, præterquam quod venenosa qualitas in maiorem materiæ copiam extensa plus damni citra dubitationem efficiet: hoc vero qu[illegible] [illegible] suapte natura attemperatione, qua alimen[illegible] pia fit, corrigi gaudet: nam cum ex corruptione & deterrima qualitate constet, ob id cibis nutrire & attemperare decet. Quamobrem mediam omnino victus rationem in quantitate & substantia asseruare oportebit, idq; fere toto morbi tempore, [illegible] etiamsi in morborum principio vberius [illegible] agendum, vt æger sufficiat, in hoc tan[illegible] D affectu [illegible] lo inferius esse subsistendum, consulit rat[ionem] [illegible] [illegible] in statu & [illegible] dentium ve[illegible] he[illegible] [illegible] tum si ab Hippocrat. a cibo abst[illegible] [illegible] cum h[illegible] n eadem est vten[illegible] d[illegible] [illegible] attemperationi & mix[illegible]

Victus malignæ laboranti, qualis forma. [illegible] qualitate. [illegible] sit, & quare.

[illegible] venen[illegible] [illegible] *in veneno[s]us humor[illegible]* [illegible] *interdicat mor[b]osus apparatus* [illegible] *maior* [illegible] siquidem ab [illegible] [illegible] omnia accidentia [illegible] compe[illegible] tum [illegible] [illegible] cum omni [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] Qu[illegible] nec plurimum [illegible] [illegible] ni præstet: nec [illegible] [illegible] ramentum & ex[illegible] [illegible] stare. Qua[illegible] [illegible] *pullorum aut gallinarum* [illegible] Verum quia vetitum [illegible] iurulentis plurimum v[illegible] Medicoru[m] [illegible] addere *acetosi alicuius* [illegible] hil, qualis *agresta* est, aut *limonum*, *arant[iorum]* aut *aceti* parum. Quod si elixæ [illegible] pepererint, *pullis gallinarum* aut *perdicum*, a[illegible] aut *saxatilibus piscibus* cum *succo acetoso* aliqu[illegible] *sale conditu* [illegible] vti aliquando poterimu[s] [illegible] modo iuris aliquid non desit, quod & [illegible] peramenti & alimenti gratia plurimi [illegible] dicorum doctiores, præsertim si coqua[ntur] [illegible] *cu*, *scariolis*, *borragine* aut *oxalide*. C[illegible] quia plerumq; hac febre affecti implacabi[li] [illegible] dio premuntur, primo sumere oportet, [illegible] *lidem* ipsam cum *modico saccharo*, [illegible] *arantiorum* [illegible] *dorum aut dulcium carnes*, nec no & *malorum punicorum grana*, præsertim *acida* cum *modic[o]* [s]*acchar*o. [illegible] quorum succo parari solent [illegible] gratissima ad appetitum compa[illegible] [illegible] ge gratiora & vtiliora fiunt ex [illegible] soluta modico *aceto* & *sacchar*o, præt[illegible] quia [illegible] *limonum succus* & *arantiorum* id quo [illegible] præst[illegible] test. Quod si cibi inappetentia aut a[illegible] [illegible] iure postulauerit, ad alterius sortis cibaria [illegible] re consulit rei necessitas: ob id *pane loto ex amigdalarum lacte*, aut *aqua chalybeata ex auro*, cum *modico saccharo*, & *agrestæ succo*, aut alio *acido* vtendum est. Item præbere oportet *sorbilia oua*, & *saxatiles pisces* cum *succo limonum*, *olera elixa*, & alia huius sortis, fugientes quæ tenuiora sunt, ne facile in putredinem degenerent, & quæ [illegible] assa, ne cruda sup[er] sint. Quorum omnium fine, exceptis carnibus aliquo vti in cœna æquum esse constat, dum id [illegible] minori exhibe[a]tur copia. Potus vero multi a Medicis probantur, ceterum vtiliores parantur ex aqua *radicibus scorcionera*, & *modico cinnamomo* [illegible] *facta*, aut leuiter decocta, additis guttulis aliquibus *aceti*, aut *acetosi alicuius succi*, aut [illegible] *mica panis leuiter torrefacta*. Prodest quoq; ex *hordeo* & *modico saccharo* cocta: sed quæ mihi & gust[u] grat[illegible], & affectui multis modis vtilior v[isa] sit & ratione c[om]probata est, côficitur ex *nitidissima aqua sæpius chalybeata frusto aliquo auri*, quam tāquam maximu[m] præsidiũ semper magnifecimus. A vino quidem abstinendum omnino esse, nemo sanæ men[tis] addubitabit, nisi gratia alicuius accidentis, velu[t] subitus est virtutis casus, atq; id cum præmed[illegible] tione, ita vt vinum sit & [illegible] & max[ime] me[illegible] lu[illegible]: nam sæpissime fallit hæc [illegible] [illegible] cie imbecillitatis, quę profecto ex [illegible] hum[illegible] ris, aut veneni feri[illegible] prodit [illegible] gida diste[m]periè spiri[tuum] [illegible] [illegible] tiæ defectu quæ in de[illegible] [illegible] potius, quam morbo [illegible] ut vige[n]te. De somno expendendum est, grauissimum esse, mox a cibo,

Potus.

A vino [illegible] laboranti [illegible] agrotandum.

Somnus.

[illegible] ne, h- [illegible] te [illegible] A dum [illegible]

*Animi pertur- bationes nimiæ fugiendæ.*

In [illegible] ca esse [illegible] que an [illegible] distrahe- porte [illegible] re esse magni momenti.

## Prima curationis indicatio ab apparatu morboso sumta.

B QVATENVS vero ad pri[illegible]u curat[illegible] ius membrum [illegible] net, constat [illegible] febris natura (*quam superius satis superq; exposuiam esse censeo*) primam potissimumq; morbosi apparatus rationem sanguinem esse, idq; constat ex analogia inter venenosam huius febris conditionem, & sanguinē ipsum, vt apertissime ex maculis semper erumpentibus rubris constare arbitror. Itaque licet non semper sanguis morboso apparatui vniuersam materiam præstet, *sed aliquando pituita, nonnunquam melancholia, & sæpius flaua bilis, ac iudicio nostro sæpissime omnes simul, sicut simul omnes putrescunt in putredinis loco, ex concepta simul in altero putredine, quæ ob insolitam malitiam protinus aliis fit communis*) semper tamen ipse venenoso spiritui materiam substernit, ac primo ab incepta putredine efferuescit, ita vt siue pituita, siue bilis flaua aut atra putrescant, semper sanguis in hac febre illis comes it: quamobrem ad rectam medendi rationem inspicere conuenit, & sanguinem & humorem, qui

*In Humoribus morbosum partibus quæ confidetanda.*

C putredinem excipit. Ob id quidē in humoribus morbosum apparatum præstantibus quatuor piæ oculis semper habere oportet. *Primum* humoris naturam, *secundum* quantitatem, *tertium* conceptam qualitatem, putredinem, aut vitium quodlibet, *quartum* vero motum seu impetum, quo humor solet moueri, & in aliquod membrū irruere. Circa primum expendisse oportet, cum humor, cui primo venenosa qualitas inhæret, sanguis sit *licet non semper primo putrescat* huic primo succurrendum esse, antequam aut tota sanguinis copia venenosa qualitate corripiatur, aut putredinem subeat: nam etiamsi humoris peccantis, & putrescentis natura plurimum sit biliosa, atq; manifestissimis signis & accidentibus cognita, cum hoc tamen posthabita eius indicatione, sanguini primo prouidendum est, in recta medendi ratione a sanguinis detractione, minime vero à seligente purgatione (*quam aliis acutis febribus concedere non est*

*Malignæ febris curatio a missione sanguinis non a seligente purgatione eruditores incœpit.*

D *absre, vt in libro nostro de communi, & peculiari præsidio, indicatione abunde diffusum est*) ne commotione & efferuescentia facta, vi trahentis medicamenti in vniuersam sanguinis massam penitus sese inferat ac insinuet in omnem eiusdem copiam venenosa illa qualitas: cum hoc tamen vbi cōpertum fuerit plurimum subesse crudi alimenti in ventriculo & primis venis, non dubitarem *cassia*, aut *manna*, aut *syrupo ex nouem infusionibus* primam regionem primo expurgare, præsertim si medicus prim[illegible] die accersitus fuerit. Verum si temporis angustia id non permiserit, aut laborans optime se gesserit in

[illegible] ex [illegible] gu[illegible] tem [illegible] *ita sensum reclamati* [illegible] gu[illegible] pre[illegible] add[illegible] alterationem m[illegible]

Circa [illegible] *an expediat & quando, ac si tempus [illegible] maculis iam apparuerint, [illegible] vtendum sit.* Circa primum [illegible] dubitationem, id[illegible] nem in hac febre mittendum [illegible] bris de genere est putrid[illegible] auxilium vtilius admini[illegible] omnibus putridis sanguinem esse [illegible] tum vero, quia morbus mal[illegible] tem ex putredine ab apparatu [illegible] ginem traxit, cui & ven[illegible] latio[illegible] gratia proficuam, quamquam [illegible] sanguinis detractionē, vnanimi [illegible] ferè omnes docti fatentur: tum vltimo, cum contagioni substrata primo materia sanguis est, quem minuere, antequam ex toto virium suscepter, prophylacticum, & curatiuum dici quodammodo potest: siquidem minus veneni supe[illegible] est sanguine [illegible], ac per consequens ferè sola communis putredo citra veneni contagium, a qua facilius sese expedit natura: quo factum est rationi esse consonum, & perpetua obseruatione vetum, eos, qui sanguinis missionem neglexerunt, spurcissima putredine, & venenosa, quæ nullis vnquam remediis cedere voluit, misere periisse, quia & vniuersus sanguis, & omnis eiusdem massa veneni contagio eo cōspurcata est, vt omnia, quamuis ma[illegible], & rationi consona, contemnat præsidia. Quibus rationibus, & aliis adhuc in vere pestilentibus febribus à doctissimis medicorum adductis, quas breuitatis studio prætermitto, tanquam firmum & stabile præceptum censeo, sanguinem esse citra dubitationem mittendum [illegible] ex altero aut vtroq; brachii vena basilica scissa: nisi in fœminis aliquā parentibus aut deficientibus menstruis, quo tempore tutissimum est consilium ex vena tali interna copiosius sanguinem mittere. Monet præterea secūda dubitatio, *quando id fieri oporteat.* Quod

*Sanguinem mittere an maligna febre an expediat.*

*Sanguinem in maligna mittere quando vtilius.*

G sane auxiliū mox à primo die [illegible] tius est fiat: quinimmo necessarium: nam præterquam, quod putredini est etiam penitiorum plenitudinem deponere, ne vltra pergat, quo citius sanguinis copia minuitur, eo minus venenosa cuadit morbosa causa, quæ superest. Nam si sanguis vniuersus venenosam semel corruptelam susceperit, quo plus eius deinceps extrahitur, eo grauior & periculosior euadit affectio: quia ocyssime vires [illegible] huntur, tum sanguine misso, tum maiori & sordidiori omnium humorum putredine. Ex quo sane promulgatum fuit in Hispania primo huius morbi accessu apud plerosque Medicorum, in eius curatione non esse sanguinem mittendum, ex eo sumta occasione, quia misso sang[illegible]ne deterius se habebant laborantes. Quod suspicor accidisse, quia eum negligenter à principio laborātes

A 476

[illegible] sanguinem mittentes, decepti [illegible] [illegible]tate, deinceps tamen [illegible] & febre [illegible] tentes dum [illegible] ius erat veneno affectus, in grauiss [illegible] mortem deduxerũt laborantes. [illegible] quide [illegible] est statim à primo die sanguinem [illegible], vt deposito onere & diminuto apparatu, [illegible] materia, ut contagium inhæreat, & robustior euadat natura ad debellandum: nam deinceps totum negotium illi est circa turbationem magni alicuius auxilii committendum [illegible] quod proculdubio solet esse felicissimi euentus potissima causa. Nec desistendum protinus est à sanguinis missione, semel aut bis sanguine misso, donec sufficiens quantitas extrahatur, etiamsi prima sanguinis extractione laudabilis conspiciatur & rubet: nam si vires constiterint, secundo & tertio, & sæpe quarto venã scindere oportet, donec aliquid eius, quod in minera putredinis continetur, extrahi conspiciamus, antequam illud reliquum sanguinem conspurcet & vitiet. Verum licet huc firmum & stabile sit, quatenus ad morbi rationem & apparatum attinet, maximam infert hæsitationem id, quod secundo loco dubitauimus, nimirum, si tempus principii negligenter aut voluntarie prætererit, nullo sanguine misso, quo subsidio eius loco vtendum sit, præsertim maculis iam apparentibus: cui succreseit alia consideratio, videlicet dum corpus imbecille admodum est, modo sit ex morbi malitia, modo ex alia quauis causa, *dummodo ex plenitudine non sit, nam ea exsistente, nulli dubium est, quin sanguinem protinus mittere oporteat*) quid agẽdum sit, cum in his sanguinis detractione vti tuto non datur. Iuxta primam dubitationem non desunt, qui refracto no & pertinaci animo nitantur defendere, maculis apparentibus nõ licere amplius sanguinẽ detrahere vena scissa, etiamsi plenitudo subsit, ne retrocessus fiat materiæ illius venenosæ ad interna viscera & cor, credentes semper, quo natura vergit, esse ducendum: quasi illud fuisset verum iudicium, ac cutis conueniens regio, crassis & crudis humorib. expurgandis: & rursus quantitas macularum sufficiens euacuatio pro humoris peccantis quantitate: & item principium tempus idoneum ad crisin perficiendam, ac deniq; expulsio illa opus naturæ recte operantis.

Sanguis semel aut bis mittendus in maligna.

B

Sanguinis missione neglecta in maligna febre, quo subsidio eius loco maculis apparentib. vtendũ.

C

Atq; præter hæc omnia (*dimitto etiam pene innumera Hippocratis & Galeni loca, quibus diminutam vacuationem, & damnant, & suppleri iubent*) tantum abest, vt retrocessus fiat macularũ vena scissa, quod nullo auxilio promtius, neque securius possent plures ad cutem trahi, quam deposita, quæ naturam grauat, plenitudine, nam deinceps, *vt apud Gal. fertur*, potentior euadit supra residuum. Ratio in promtu est, nam si huiusmodi expulsio naturæ est actio, quo quantitas fuerit minor, & natura robustior, eo felicius excernet: quo fit, vt id, quod irritata præ copia nõ valuit pellere, deonerata promtissime excernat. Retrocessus namque tantum fiet interioribus partibus humore conuenienie destitutis & depauperatis, sed plenitudine adhuc deposita [illegible]ufficiens quantitas supererit, ita vt vasa neq; appetitu, neque indigentia, quod semel [illegible]quam [illegible] transmiserunt, ampli[illegible] ere[illegible]. Præterquam quod plus [illegible] plenitudo exsistens, quã retrocessus

D

macular[illegible] tpo[illegible] di[illegible] [illegible] sub[illegible] plenitu[illegible] q[illegible] quæ cum macul[illegible] [illegible] spicor tibus p[illegible] maculis, si pleni[illegible] tendum. *Prima*, quia [illegible] me[illegible] cut[illegible] copiosam materi[illegible] [illegible] expellere, saltem principio [illegible] *secund*[illegible] vniuersus illius affectus app[illegible] nis maioribus, quæ prope [illegible] qu[illegible] tioni sit consentum, [illegible] ea sunt, quæ in cutem [illegible] antequam permittamus [illegible] uari, quod speramus minime [illegible] vero & vltima, quia, *vt dictum est*, quo n[illegible] humoris copia, cui sese inferat, & [illegible] nosa qualitas, eo grauius est peri[illegible]lum, [illegible] quam, quam retrocessus macularum effic[illegible] test. Quibus rationibus constat, [illegible] certum periculum, simulare ac differre, [illegible] stea irreparabilis mali causam sunt p[illegible] Quo tempore expurgantur pharmaco n[illegible] quia tunc profecto verius fiet retroce[illegible] latum, & impedietur naturæ actio, quo [illegible] ma solent succrescere mala, vt inferius co[illegible] Cæterum (*vt vltimo quæsito respondeamus* [illegible] nitudo mediocriter sit deposita, licet [illegible] aut laborantis corpus imbec[illegible] mihi non est dubium, quin [illegible] ximum sit allatura periculum. *Ra*[illegible] *est*, [illegible] ribus infirmioribus factis, *minus* [illegible] amplius ad cutem pellere, ne[illegible] coctione, aut euacuatione alia deuincer[illegible] obrem tentandum est aliis auxilus sangui[illegible] tractionem supplere.

F

Nullum sane aliud auxiliũ ex h[illegible]s, quæ adhu[illegible] ars adinuenit, aut excogitare poterit, hui[illegible] præstantius & commodius proficuum fore [illegible] randum est, quam cucurbitas cum scarificat[illegible] quarum efficaciam, & præstantiam i[illegible] hoc affe[illegible] non satis cognitam, neq; laudatam esse cen[illegible] Quarum vsus multiplex profecto est. nam [illegible] guinem minuunt citra virium, & spirituum [illegible] bilem iacturam: calorem à partibus int[illegible] feruidus est, euocant: spiritus veneficos a co[illegible] in extrimas partes alliciunt, humores (*vt paulo* [illegible] *rius latius docebo*) ad se à quacunq; corporis [illegible] trahunt, deniq; omnem fere in hoc affe[illegible] pum quoddammodo videntur complere. [illegible] propter dum vires prima sanguinis missione [illegible]buntur, & necessum est, vlterius sanguine ex[illegible]here, eisdem tuto vti licet, nam & sanguinem [illegible]nuunt, & à corde distrahũt, & virium robur co[illegible]seruant. Ob id etiam in his, qui ex solu[illegible] [illegible]guine misso, & imbecilles sunt ob quamcunque causam, maximam fiduciam præstat sanguinẽ per cucurbitas extrahere: ratio quidem est, q[illegible] rati consonum videtur, in his esse [illegible]anguinem [illegible]niorem, qui promtius & facilius veneni co[illegible]gium susceptant. Quem procul [illegible]ubio [illegible] auxilio tutius & citius extrahere p[illegible] [illegible]rimas cucurbitis, quibus datum est, [illegible] substantias [illegible]here. Ita[illegible] idoneu[illegible] bendi hoc præsi[illegible] [illegible], dum san[illegible] borans anxiu[illegible] quietu[illegible] [illegible] supereft, impot[illegible] vl[illegible]riorem venæ se[illegible]

Quando de quibus [illegible]

tol

A [illegible] rare. Item in imbecillioribus, in quibus vires nullo [illegible] permittunt sanguinis detractionem, quippe plenitudinis reliquias ad extima euocat, & viscera attemperat exhalatione, maxime si terte ratas scarificaueris. Præterea in his, in quib. maior est venenositatis copia, quã humoris: nam miro quodam modo venenosam illam qualitatẽ trahere sunt natæ, quas quidem diu [illegible] *dum scarificare confert* in parte detinere non placet: nam concrescit extrahendus sanguis, & difficilis à cucurbitis deinceps fugitur. Præstãt etiã in fœminis, quæ pepererũt, & probe purgatæ nõ sunt, aut quib. menses non prodeũt de more, vbi sutis adhibitæ multum sanguinis extrahunt. Quas etiam in viris, & in seipso in pestilenti quadam febre expertus est summa cum vtilitate Gal. plurimo subinde sanguine extracto, cuius verba sunt hæc (*lib. de cucurb.* B *scarificatione, cap.* 20. & lib. inscripto *præsagium experimento confirmatum.*) *Et sane dum pestilentia vehemens Asiam deprehendisset, multosq́ perdidisset, meq́ etiam morbus attigisset, secunda morbi die, remissione febris facta, crura scarificaui, duasq́ fere sanguinis libras detraxi: hacq́ de causa periculum vitaui. Plerique igitur etiam alii hoc præsidio vsi superstites euasere, erant enim plenitudinis signa: illiq́ præcipue saluabãtur, qui sanguinem copiosum exhauriebant.* Qua quidẽ sententia euidenter constat, in ea pestilentis febris constitutione, cui plenitudo præstat apparatum, plurimum sanguinis esse educẽdum, adhuc etiam per scarificationem crurium. Ratio potissima est, quia per easdem & plurimũ quoq; extrahitur, & quod venenosum est à corde distrahitur, ac ꝙ non euacuatur, longissimo dissidet à corde interuallo: ꝙ non contingit cucurbitis adhibitis prope cor: nã maior venenati sanguinis copia prope id viscus subsistit, & mox ipsum iterũ apprehẽdit, quod nequit efficere C sanguis, qui ad crura delabitur, & ob id magnifeci semper crurium scarificationes, quia esse vtilissimas obseruatione compertum habui. Nec displicet eorum sententia, qui sanguinem primo ex talo copiose fundunt, nam eadẽ militat ratio, quam profecto sanguinis detractionem in fœminis esse proficuam (citra mensium considerationem) experientia docuit: abundant enim ex lege naturæ in partibus prope vterum plurimo cum sanguine, neq; ob id credendum est, viris incõmodare, præsertim cum maxima fuerit & plenitudo & venenositas, quarum ratione necessum sit & plurimum sanguinis extrahere, & quod superest plurimum à corde distrahere.

Malignæ febri quã re prosit larga sanguinis missio, vel ex cucurbitulis infusis scarificatis, vel ex vena tali.

Extrahimus etiam sanguinem vacuandi & distrahendi gratia ex hæmorrhoidibus per hirudines, præsertim in his corporibus, in quibus melancholiæ redundantiæ signa subsunt: nam talia parcissimas exposcunt sanguinis detractiones, & ob id, dum opus fuerit vltra progredi in sanguinis detractione, commodissime ex hæmorrhoidibus extrahitur, nam ab eis & viscera & interiora vasa omnia facilius euacuantur ac ventilantur: fæculentus sanguis, qualis in his corporibus redundare solet, euacuatur: & virus etiam ipsius mali hirudinum suctu ocyssime ad eam partem D allicitur, & ob id earum vsum summopere in hac febre laudo.

Hirudinum vsus vtilis in maligna febre.

Dum vero sanguinis copia sufficienter deponitur, aliis humoribus, qui morbo sum etiã substernunt apparatum, & iam putrescũt, prouidendum est [illegible] putredo [illegible] obstruat, peccare, & qualitate maligna & à natura aliena affici: partim ex putre[illegible], partim vero ex venenoso contagio [illegible] propter duplex erit, sumta ab his, qu[illegible] medẽdi ratio: *Vna*, quæ pu[illegible] nat, & humorem coctioni aptum red[illegible] *altera* vero, quæ quantitati prouideat, purg[illegible] pharmaco sufficienti quantitate & opportuno tempore exhibito. Circa primum diligeter à principio curandũ est, ne putredo vltra pergat, [illegible], *vt dictum est*, misso, & exhibitis medicamentis, [illegible] humorum vitium respiciant: Contrahitur namq; id in humoribus ex duplici causa, ex contagio nimirum (*cuius paulo inferius latius meminero*, & ex feruore ab E immodico calore oborto: ex quo contingit, eorum partes ex putredine separari ac dissolui; ob idq; medicamẽta, quæ huic putredini contrariantur, primo morbi accessu sunt adhibenda, qualia sunt calida plurima, in hac febre vtinusquam dantur, nisi dominante pituita, & cum frigidorum mixtione, & frigida ac sicca etiam, quæ feruorem extinguant, calorem compescant, acrimoniam retundant, & dissolutionem humorum ac spirituum inhibeant, veluti syrupus *borraginis, portulacæ, cichorii, de succo granatorum, acetosus simpl. de succo acetosæ, de acetositate citri, de succo limonum, de agresta, vinum etiam punicorum cum santalis albis & rubeis* cõfectum quibus addere oportet maiorem copiam, quam solemus aquæ, aut decocti alicuius, veluti *scorzonera, scordii, pentaphylli, aut hordei*: nam ex maiori aquæ copia dilutiores fiunt, permeantq; citius ad maiora vasa, ante nimirum, quam incalescant & alterentur. Verum si per sinum aliquod F compertũ fuerit, in ventriculo, aut prope ipsum esse, aut ad ipsum confluere partem aliquam humorum peccantium, eosdem syrupos adhiberi oportet, citra alicuius liquoris permixtionẽ, quibus frequenter mane & interdiu vti oportet.

Humores maligna febris quomodo separandi.

Præterea mox à primis sanguinis missionibus, apozematibus, quæ eundem præstent vsum, & euidentius ebullitionem humorum extinguãt, vti est necessum, quæ non ex decoctis; nam gustui esse ingratiora, experientia compertum habeo, sed ex stillatitiis aquis confecta vtiliora esse, diuturna obseruatione probauimus, ex aquis nimirũ *acetosæ, buglossæ, borraginis, cichorii, scordii, scorzonera, & plantaginis*, aut ex *leui hordei decocto*, vel ex *aqua lapideo mortario percolata*, additis quidẽ *syrupo rosacco*, aut aliquo ex supradictis, præsertim ex *acidioribus*, ita vt dilutissima fiat potio, ex *duodecim* nimirum *partibus aquæ*, & *vna serapii* alicuius: additis pulueribus *diamargariton frigidi*, *pondere* ℥. ß. *aut de gemmis siue speciebus, aut margaritarum præparatarum, aut lapidis bezoar appellati, aut cornu vnicornis, aut addita confectione de hyacintho*, quibus frequen- G ter (dummodo non sit mox à pastu) vti oportebit: nam potissima coctionis ratio est, (*vt nos lib. de auxiliorum indic. c. de prep. humorum abundã exposuimus*) correctio humorum peccantium per cõtrarias qualitates eis, quibus calor præter naturam titur ad putrefactionem efficiendam, itaq; feruore ex febrili calore extincto, facile natiuus calor coctionem aggreditur, & perficit: deniq; & potib. refrigeratis, & victu, apozematib. syrupis, clysteribus, & vltimo, aere omni arte refrigerato corporis

Apozemata humores malignæ febris præparãtia, & calorem extinguentia.

De aliis humoribus, qui morbo[...]

constare: quorum tria absoluimus præcedenti libro: Quartum vero superest hoc secundo libro exsequendum, quod continet *motum arteriarum & cordis*, qui præcipuam constituit huius artis partem: Eum enim natura exsequitur facultate prædicta, instrumentis memoratis & vsu, cuius gratia motus fit. Continet hæc sola motus consideratio quatuor potissimas partes: *Prima* quidem, quæ huius motus differentias compl[illegible]ctitur, cui sane nomen an[illegible] qui dederunt, *motus physiologiam*, reducen[illegible]d hunc [illegible]

Motus arteriarum considératio quatuor partes cōtinet.

[illegible]

motu pul[illegible]

## Caput I.

### De primis Pulsus generibus.

*Pulsuum genera prima tria.*

CONSTAT proculdubio ex ipsi[illegible] ratione, tria necessario debere esse prima pulsuum genera: nam *Aut* motum con[illegible]mus in propria sui natura, quo tempore licet [illegible]as habeat differentias, simplicissimæ quidem hæ sunt, & vt tales considerari possunt: *Aut* rursus ex his, quas simplices esse dicimus, consideramus duas vel plures simul iunctas, quas compositas solemus nuncupare: *Tertio* vero & vltimo concinimus harum differentiarum, tàm simplicium, quàm compositarum relationes, quas censemus esse inæqualitates aut ordinationes in ipsis pulsibus, quorum equidem *Relationes* appellamus, dum pulsus alii ad alios, vel partes eorum ad alias partes referuntur. Ex quibus euidéter constabit, tria esse in vniuersum prima pulsuum genera: *Primum* continens simplices omnes differẽtias, tales proculdubio appellantes, quæ vni tantum caussæ ex his, quæ pulsum constituunt, subiiciuntur, *vt sequenti capite exemplis latius sum probaturus*: *Secundum* differentias omnes compositas complectitur, quas censemus eas tantum esse, quæ ex pluribus pulsuum caussis simul consideratis proueniunt. *Tertium* porro genus continet *relatiuas differentias*, quas esse constat, quæ à prædictis ordine, & æqualitate dissident: Complectitur quidem hoc tertium genus omnem *pulsuum inæqualitatem & ordinis perturbationem*. Ex præfatis pulsus generib. prouenit, Tractatum hunc, quem primum constituimus, continere necessario tres potissimas partes, quarum *Prima* differentias pulsuum exsequitur vsque ad infimam: *Secunda* quidem docet modum & rationem complicandi varias pulsuũ differentias, componendique eas vsque ad innumeram, & quæ ex pulsibus simplicissimis reperibilis sit: *Tertius* & vltimus complectitur omne inæqualitatis genus, omnesque eius differentias, atque etiam ordinis perturbationem, iuxta innumeram varietatem, quam id, quod præter naturam est, scimus obtinere.

*Simplex.*

*Compositũ.*

*Relatiuæ differentiæ.*

*Tractatus primi tres partes.*

## Caput II.

### De simplicissimis pulsuum differentiis.

VT cuique euidenter constet simplicium differentiarum natura & numerus, necessum profecto erit: ex rei ipsius primordiis initium sumere. Constat proculdubio ex Philosoph. 3. *Physicor.* in motu plura esse consideranda, vt eius pe[illegible]

[illegible]

efficiat [illegible]*cundum*: [illegible]

mar motos *Tertium* [illegible]

tatus sit, [illegible]

inter duo motus [illegible]

sunt, con[illegible]

necessum est, mo[illegible]

& caussa totius [illegible]

prærequirit etiam [illegible]am, [illegible]

summorius artificium per[illegible]. [illegible]

principium præstitit Galen. [illegible]

5. 6. & 7. Modo ad pensum: Con[illegible]sus quinque rebus summopere n[illegible] nimirum, per quod arteria mouetur: *tempore*, [illegible] in motu consumat: *quietibus*, vt [illegible] motus contrarii, dilatatio videlicet & compressio: *arteria*, qua pulsus fiat: *facultate* insuper *vitali*, quæ vniuersum artificium perfi[illegible]. Quibus exacte pensatis, si verum est Galeni a[illegible] *de vsu puls. & de vtilit. resp.* tot numero cuiusque [illegible]reperibiles esse differentias, qu[illegible]tam rem sub[illegible]pere componentia est possibil[illegible]. Atqui [illegible] quinq. sunt, quæ pulsum constituunt, quinq. [illegible] tantum esse prima genera simplicium p[illegible] constabit, vnum vni tantum parti correspondens. Ita vt simplex differẽtia ea sit, quæ licet ve[illegible], omnes pulsus seu motus partes vel caussas prærequirat, vni tantum earum è directo respondet. Nam quantitati distensionis respondet magnitudo aut paruitas: tempori consumtio in actione, qualitas motus, quæ celerem aut tardum: virtutis tenor robur aut debilitas: qualitati arteriæ, durities aut mollities: quietibus crebritas aut raritas.

*Pulsus quinque rebus constat.*

*Pulsuum simplicium prima genera quinque.*

Sic profecto ex *Spatio*, quod pertransit arteria, pullulat vna pulsus differentia, quæ talis futura est, & talis etiam nuncupanda, qualis fuerit spatii pertransiti mensura: quippe si spatium, quod pertransit arteria, fuerit grãde, iuxta omnes dimensiones pulsum constituet *magnum*, [illegible] to mediocre, *moderatũ* in magnitudine, [illegible]tium fuerit minimum, *paruus* succrescet *pulsus*. Itaque ex spacio consurgit quantitas motus, quæ erit magna aut parua vel mediocris, iuxta quantitatem spatii pertransiti: ex quo prodit [illegible]plex pulsus differentia, Magnus, Mediocris, Paruus, *vt Galen. docet lib. 1. de differ. puls. c. 4.*

*Magnus, Moderatus & Paruus.*

Pari quoque ratione, ex *Tempore*, quod motor consumit in motu, alia pullulat differentia, quæ talis est, qualis fuerit temporis mensura: quippe si motor parum temporis consumserit in [illegible]tu, pulsum efficit *Celerem*, si [v]ero multum consumat, efficiet *Tardum*: quod si tempus medio[cre] sit, *Moderatus* in hac differentia consurget pul[sus]. [illegible]anc

*Celer & Tardus.*

[illegible]

[illegible] attam [illegible] Hippo- [illegible] de [illegible] & [illegible] Hic quidem ex [illegible] ille vere [illegible], vt Galeno placuit lib. [illegible] de diff. [illegible] & [illegible]. Quam etiam [illegible] differ [illegible] per pulsum Citatum & Cont [illegible] inferius docebo. [illegible] differentias ex tempore [illegible], Tardi [illegible] placuit Galen. 1. de differ. pul. [illegible].

[illegible] ex motu *Sursum & Deorsum* constitutus est, ob id [illegible] expe [illegible] quietibus [illegible] medius [illegible] insurgit pulsus differentia [illegible] aut [illegible] in quietibus immoratur, & efficit pulsum [illegible], aut diu [illegible] detinetur, & efficit [illegible] *Rarum*, vel mediocriter quiescit, & [illegible] *Mediocrem* inter [illegible] & rarum. Ita [illegible] quietum differentia [illegible] natura prodit pulsum [illegible] aut Rarum [illegible] Mediocrem [illegible] Galen. [illegible] *1. de different. puls. cap.* [illegible].

*Vehemens & Debilis.* Sic procul dubio ex *Motore*, quem facultatem vitalem [illegible] esse, prodeunt aliæ tres differentiæ iuxta vitium ipsius facultatis robur aut iacturam: quippe robusta & valida facultas pulsum efficit *Vehementem*, languida vero & deiecta *Debilem*, sicut mediocris Moderatum inter vehe-[illegible] [illegible] & [illegible] Itaq; [illegible] [illegible] Medi [illegible] *vt docet Galen. 1. de differ. pul.* [illegible] 6.

*Durus & mollis.* Postremo ex *Arteria*, [illegible] artifice [illegible] pulsuum differentiæ [illegible] duntaxat [illegible] & eo tempore [illegible] in Du[illegible] existit, flac[illegible] lem: vel [illegible] & mollitiem [illegible] mediocrem [illegible] sum Durum aut Mollem, vel [illegible] Moderatum, *vt docuit Gal.* [illegible] 6.

*Simplicium differentiæ quindecim.* Apparet igitur *licet quinq; sint* [illegible] *differentiarum, iuxta quinque pulsus* [illegible] quindecim necessario succrescere pulsuum [illegible] plicium differentias: quia vnusquisque [illegible] componentibus moderatum in suum [illegible] tetur, vel immoderatum, iuxta ex[illegible] defectum à debita & propria conditione. Quo[illegible] vt subsint quinque correspondentes quinque componentibus moderatis: aliæ quinque eisdem componentibus immoderatis in excessu respondentes, & totidem respondentes prædictis componentibus immoderatis ob defectum. Quare constat pulsum, quatenus ad simplices differentias attinet, prædicto numero contineri, vt sequens tabella indicabit.

E

Pulsus differentia sumitur vel

| 1. A spatio pertransito. | 2. A tempore consumto in motu. | 3. A quietibus intermediis. | 4. A qualitate arteriæ. | 5. A virtutis tenore. |
|---|---|---|---|---|

Et efficit Pulsum

| 1. | 2. | 3. | 4. | 5. |
|---|---|---|---|---|
| *Magnum* | *Celerem* | *Crebrum* | *Durum* | *Vehementem* |
| *Mediocrem* | *Moderatum* | *Moderatum* | *Moderatum* | *Mediocrem* |
| *Paruum* | *Tardum* | *Rarum* | *Mollem* | *Debilem* |

F

*Dubium vtrum aliqui pulsus possit esse simplex.* Arbitrabitur fortasse quispiam, *nullum posse esse pulsum simplicem, siquidem in vno eodemque ictu cohærent, & coniunguntur omnes pulsuum differentiæ, quas simplices esse diximus: quippe si vnus ictus vel accessus arteriæ digitum præterquirantur omnes partes motum constituentes; siquidem adest facultas motum exsequens & arteria, a quibus fit motus, locus etiam & tempus, quod motor conterit in motu; necessario in eodem reperiuntur simul iuncta omnes differentiæ, quæ a prædictis partibus oriuntur, ac ex consequenti nullus erit pulsus simplex.* Cuius dubitationis gratia expendendum est, longe aliud esse, simplicem dicere aliquam differentiam, aut simplicem pulsum. Nam differentia simplex in pulsu dicit effectum vnius caussarum eius; pulsus vero dicit aggregatum ex omnibus differentiis, quæ suborui possunt ex caussis, quæ necessariæ sunt ad motum seu pulsum constituendum. Quapropter in rigore sicut nulla ex differentiis pulsum constituentibus, in se composita est, aut, *vt rectius loquar*, complicata, sed simplici constans natura (*excepta magnitudine, quæ certum quendam ex dimensionibus spatii a quo ipsa oritur, admittit compositionis modum, quæ licet admittat, non ob id ablegan da est*

G

*à consortio simplicium, quia non constat ex differentiis diuersa speciei & conditionis sed ab iis tantum prodit, quæ constituere spatium possunt*) ita prorsus nullus erit pulsus simplex: illud quidem, quia differentia dicit [illegible] simplicissimam: hoc vero aggregatum ex plurimis differentiis, iuxta numerum earum terum, quæ ad motum sunt necessariæ. Itaque statuendum esse arbitror, eas tantum [illegible] modo dicendas fore simplices differentias, quarum quælibet vni caussarum pulsus cor[illegible]et, & ab ea sola suboritur. Quia sicut caussa [illegible] pro-

*Differentia simplices quæ.*

A 550

dit (*puta facultas, instrumentum, tempus & reliqua*) simplicissima est, differentia ab vnaquaq; [illegible], nullam admittere compositionem potest, sed in altero extremorum constitui debet, vel in mediocritate. Nimirum celeritas pulsus, tarditas, aut inter vtramq; mediocritas nullam admittunt compositionem, sed solum in se admittunt magis aut minus, quibus constituuntur prædicta extrema (*quod de reliqua differentiis idem dicere possumus*) extrema quidem constituuntur, cum in vno pulsu adest magnitudo, celeritas, crebritas, vehementia & mollities. Alterum extremum est, cum in pulsu aliquo adest paruitas, tarditas, raritas, debilitas & durities. Medium autem inter hæc duo extrema in pulsu constituitur ex moderatione vtriusque extremi iuxta singulas differentias, ita vt in vno pulsu appareat mediocritas inter magnitudinem & paruitatem, inter celeritatem & tarditatem, inter crebritatem & raritatem, inter vehementiam & debilitatem, &

B

inter duritiem & mollitiem, *vt in præcedente schemate clarius depinximus.* Itaq; simplices differentiæ contrarietatem quidem habent (*quæ cum in eodem subiecto simul existere nequeat, nullus subinde pulsus fieri potest magnus & paruus simul, vel celer, & tardus. sed hoc tantum aut illud*) compositio-

Pulsus vsu medico vere simp'ex dici potest.

positionem [illegible] admittunt, quia partes potius sunt, [illegible] pulsus componunt. Verum pulsus vt motus [illegible] egatum eorum, quæ ad motum [illegible] videb. [illegible] simplicitatem non posse admittere, sicut neque [illegible] qui ex varus constat. Verum si quis rem diligentius consideret, reperiet proculdubio pulsum [illegible] *ex variis componatur* [illegible] medico summopere [illegible] Nam [illegible] certum est, pulsum [illegible] aliquando [illegible], citra dubitationem, & simplex *cuius respectu dicitur compositus* [illegible] quod hac via conectare oportebit, [illegible]. [illegible] concursus & cohærentia omnium differentiarum in vno eodemq; pulsus ictu alterum prædictorū extremorum constituit, citra commercium aliquis differentiæ alterius extremi, eum proculdubio simplicem pulsum iudicabimus: talis autē erit, si magnus, celer, creber, vehemens, & mollis in vno ictu simul appareat: aut iis contrarias, vel in omnibus demensionibus moderatas simul habeat differentias. Ad cuius profecto differentiam is pulsus compositus censeri debet, qui harum differentiarum, eas, quæ sunt in excessu, cū alius, quæ sunt in defectu aut mediocritate simul admixtas in vno ictu habet. Ex quo euidenter constat, quod licet primo accessu nullus pulsus videatur simplex (*præsertim si rei naturam consideres*) cum hoc tamen eum censemus simplicem esse, qui licet ex varus constet, conditione tamen & vnitate extremi, simplex & vniformis exsistit, eo quod non constet ex differentiis diuersorum extremorum, aut diuersæ conditionis. Sic enim magnum & paruum ea ratione simplicem quoq; dicimus, quod non constat ex partibus diuersæ naturę. Itaq; eum pulsum, qui constat vnitate extremi, licet compositus sit natura, simplicem tamen conditione & vnitate extremi appellamus: qui vero ex differentiis diuersorum extremorum constituitur, natura & conditione compositus censendus est, aut (*vt rectius loquar*) complicatus, *vt c.9. latius sum demonstraturus*. Atque hæc de simplicibus differentiis sint satis.

Pulsus compositus quis censeri debeat.

Pulsus simplex quis.

Pulsus complicatus.

Sed dubitabit forsan aliquis, & merito, *sintne possibiles aliæ differentiæ simplices, quàm quindecim numerata*. Ratio dubitationis prodire proculdubio potest, ex eo, quod arteria ipsa alias quoq; obtinere potest conditiones, quibus iure optimo ad alias differentias mutari teneatur. Nec desunt etiam inter antiquos & nostri temporis Medicos, qui alias quoq; addiderint, quemadmodum variis in locis Galenum disputare scimus. Verum si quis eas omnes diligenti animo expendat, reperiet proculdubio quasdam esse inutiles: aliæ quidem licet vtiles forent, incomprehensibiles exsistunt; item plures ex eis licet vtiles sint, & comprehendi possint, facile ad prædictas simplices reducere poteris. Inutiles quidem multi ex antiquioribus adduxerunt, afferentes inter pulsus simplices annumerandos esse pulsum *Calidum & Frigidum*: cum re vera, si pulsus sub ratione motus considerandus est, à nihilo magis differt, quàm à caliditate aut frigiditate. Verum si quis dixerit, has qualitates ad arterias haud secus pertinere, quàm duritiem & mollities, expendat, frigiditatē & caliditatem non esse reducendas ad pulsuum differentias, sed ad modum caloris, cuius gratia

Dubiū, verū præter 15 simplices datas pulsuum differentias alia reperiri possint.

pulsus harmonia consti[illegible] duritiem aut mollities nō [illegible] terię motu, [illegible] pul[illegible]. At caliditatem aut frigiditatem [illegible] percipies, & [illegible] ablegande [illegible] *vt Galenus aduertit 4. de* [illegible] *& 3.* Neque obstat Galenus [illegible] *Glauconem cap. de tertiana exquis.* [illegible] esse calidum. Nam vel deuenda est [illegible] tanquam spurita, vel modo d[illegible] sub [illegible] taque non magis appellabi[illegible] pulsum [illegible] frigidum, quā [illegible] aut nig[illegible] naturam consideres. Aliu[illegible] ex annq[illegible] & nostri tēporis [illegible] non pauc[illegible] inter simplices [illegible] & Vacuum: quippe eam asserunt diffe[illegible] proficisci ex ca[illegible] quam re[illegible] quando esse p[illegible] & a[illegible] vacuam porro differentiæ vtiles essent *vt quæ* [illegible] *quandam arteriarum, eamq;* [illegible] *strare nata sunt*, si cognosce[illegible] pe cognoscere plenitudinem aut vacuitatem arteriæ, impossibile est, *vt tract. seq. de dignoscen. puls.* [illegible] *latius sum probaturus*. Crassum item & tenuem [illegible] sum, alii de numero simplicium esse censent, [illegible] sane nosse impossibile est, & ob id cum Medi[illegible] sit artifex sensualis, eum à consortio simplicium pulsuum ablegandum censemus: sicut pulsum grauem & leuem, *vt loco nuper citato latius monstrabo*. Et Galenus *lib. 2. & 3. de different. puls.* aduersus antiquos disputat fusissime, probans in dignotione, & significato horum pulsuum plurimum aberrare. Rursus alii censuerunt interpulsus simplices recensendos esse pulsum Longum, Latum, Profundum, & iis cōtrarios, Angustum, Breuem, & Humilem: quos sane arbitramur pulsum magnum & paruum constituere: & ob id nō opus esse eos tanquam simplices existimare (*licet ratione re vera sint*) sed clarioris doctrinæ gratia eos ad magnum & paruum pulsum referre. Præter quas sane quindecim differentias, reperies particulares alias non paucas, quas oratione profecto exprimere non valebis, nisi experiundo excessum & defectum cognoueris. Sic etenim ex quantitate distentionis magnus, moderatus, & paruus fuerescit, & etiam maior & maximus, minor & minimus. Ita & in celeritate celerior & celerrimus, tardior & tardissimus, & pari ratione de singulis generibus. Maior itaque, magnus, & maximus, transgrediuntur magnitudinem moderatam, & vltra eam exsistunt; minor vero, paruus & minimus moderatum subsequuntur, & citra eum exsistunt: quod etiam de reliquis pari ratione intelligendum: dummodo scias, quod eos pulsus, quos in gradu comparatiuo proferunt vetusti Medici, ptopiores faciunt moderatis, quàm eos, quos positiuo gradu exprimunt, figurata vtentes loquutione, heterosi, scilicet. Sic & Galenus vbique maiorem pulsum nuncupat, qui moderatum excedit, sed tamen, dum infra magnum fit: & sic de reliquis, qui excessu fiunt. Minorem vero vsurpāt pro eo, qui moderato fit inferior, sed paruus nondum est: sic tardiorem, rariorem, languidiorem, duriorem, pro iis, qui infra moderatos sunt, non tamen tardi, rari, languidi, duri nominari merentur. Quam sane doctrinam in lectione Galeni summopere obseruare oportebit. nam causa-

Longus, Latus, Profundus, Angustus, Breuis, Humilis.

Graue & Leue.

Pulsus maior & minor quis.

ta[illegible] ne [illegible] cete velin[illegible] cent[illegible], qui[illegible] o grad[illegible] extremitat[illegible], à qui[illegible] gari[illegible] bene[illegible] mus. Q[illegible] que l[illegible] cebit [illegible] miter asserere, [illegible], pauciores differentias simpli[illegible], quam quinde cim à nobis signatas.

## Capvt III.

### De modo, quo prædictæ differentiæ ab his caussis suboriantur.

Est quidem huius artificii in producendis iis differentiis adeo mirabilis harmonia, & ordinatus concentus, vt laudari non satis possit, breuiori tamen, quàm potuero, methodo, id exponere aggrediar. Facultas igitur sui muneris gnara ab vsu, quem naturaliter apprehendit, excitata & lacessita, instrumēta sibi commissa mouet, tali profectò robore, quali ipsa fuerit prædita: quippe si robusta fuerit, vehemēter mouetur, si languida, debiliter: Nam differentia hæc non comparatur, neq; immutatur, nisi iuxta facultatis tenorem, quàmuis ceteræ caussæ immutentur. Hæc autem facultas arterias mouet, quæ sese tales actu repræsentant, qualis earum fuerit cōditio iuxta secundas qualitates, duritiem nimirū aut mollitiem. Quæ sane arteriæ præstitū & subtractum spatium mouente facultate percurrunt, tantum quidem, quantum expostulat vsus, cuius gratia & occasione facultas incessabili motu arterias agitat, & rursus, quantum valet eadem facultas arterias ipsas distēdere. Qua sane facultate prædictis instrumentis & per memoratum spatium, motus efficitur eius conditionis, qualem necessitas expostulat. Cuius etiam indigentiæ respondent quietes, quæ partes etiam pulsus necessariæ sunt. Sic profectò, si vsus vigeat, citatius mouetur facultas, sin aliter lentius: & eadem mēsura fabrefacit quietes crebras aut raras. Quibus sic intellectis, constat euidenter magnitudinem aut paruitatem æstimandas esse penes spatium pertrāsitum: facultatis statum, penes robur ictus seu percussionis arteriæ ad digitos: celeritatem iuxta collationem temporis ad spatium: crebritatem aut raritatem distingues ex mora, qua subsident in quietibus arteriæ & facultas, arterias vero venaberis vltra citraque naturam existere, ex duro aut molliori tactu in pulsibus percepto. Quæ omnia si exactè expenderis, non solum venaberis, vt Philosophus harum differentiarum naturam & conditionem, verum simul vt diligens Medicus cuiusq; caussas disces, vt tibi subsit via ad præsagandum, & rectum de morborum corporis & naturæ statu indicium eliciendum. Qui enim cuiusque differentiæ caussam sciuerit, iuxta differentiæ varietatē & varietatis modum, caussæ quoque statum & conditionem venabitur. Sic ex vehementia, virtutis robur, ex debilitate, impotentiam aduersus morbificam caussam non suffecturam conuicit: ita magnus pulsus ad maius spatium pertranseundum, lacessitam virtutem scimus: idem etiam ex celeri & crebro pulsu: sicut ex dura aut molli arteria corporis statum adipiscimur. Nam flaccida mollities, præhorridas solidas corporis partes esse aut vacuas pro-

*Caussæ differentiarum pulsuum qualiter cognoscendæ.*

## Capvt IV.

### De magnis aut paruis Pulsibus.

Vt quisque exactè nosse cuiusque differentiæ simplicis vim & naturam possit, cuiuslibet etiam seorsum meminisse erit operæ pretium, initio sumto a *distensionis quantitate*, quæ mensura profectò est, & distinctio magnitudinis & paruitatis. Magnitudinem igitur in pulsibus dupliciter esse considerandū, est arbitrandum: *Vno* modo, facta collatione ad corpus seu ad magnitudinem arteriæ, quæ mouetur: *Alio* vero ad spatium, quod pertransit ipsa arteria, siue magna siue parua sit. Quod etiam de Paruitate subaudiendum est. Sic etenim coniectare oportet ad verum iudicium efficiendum, eum esse pulsum magnum aut paruum, qui iuxta arteriæ naturam, parum aut plurimum ex spatio sibi præstito pertransit.

*Magnitudo in pulsibus dupliciter consideratur: vt & Paruitas.*

Nam si quis magnitudinem pulsus æstimari velit ex magnitudine arteriæ, constabit proculdubio pulsus in diuersis corporis partibus non esse æquali magnitudine præditos. Nam eo profectò significatu arteria parua pulsus efficiet magnos, & magna paruos: sin aliter, in pueris nullus esset pulsus magnus: Verum quia Galenus & reliqui auctores tantum metiuntur pulsus magnitudinē aut paruitatem, penes spatium pertransitum, facta collatione ad corpus, quod per ipsum mouetur, ob id arteria quantumuis paruissima, nata erit maximum pulsum efficere, si plurimū spatii ipsi iuxta sui naturam præstiti, pertrāsierit, & magna paruum efficiet, si paruū spatium percurrat. Qua in re expendendum est, singulis arteriis cuiusuis corporis, cui cuiuscunq; corporis particulæ, præstitisse naturam certum quoddam spatium, quod arteria percurrere tenetur, animali existente secundum naturam. Quod si id vsu adaucto excedat, vel ob vsum diminutum non attingat, hos sane pulsus magnos aut paruos appellabis, in quacūque parte arteriam cōstituas. Itaq; vt summatim dicam, si arteria nō pertrāsierit spatium moderatum, à natura illi constitutum, pulsus erunt moderati inter magnitudinē & paruitatem: verū si id excesserint, magni existent, sicut dum ab eo defecerint, parui: siue magna, siue parua, seu mediocris fuerit arteria. Ex qua etiam doctrina euidēter constat, magnitudinē nimirum & paruitatē, aut inter has pulsum moderatum, nō esse omnibus partibus cōmunes & æquales, quemadmodum in reliquis quatuor generibus simplicium pulsuum reperibilis est: Nam cū arteria non pertranseat idem spatium in singulis corporis particulis, sequitur subinde, neque medium pulsum, neq; magnitudinem aut paruitatem posse esse omnibus partib. æquales: quia spatium, quod omnes pertranseunt, non est æquale. Celeritas tamen & tarditas, vt mens Galeni est, aut mediocritas, raritas,

*Pulsus magnus aut paruus quis.*

*Moderatus quis.*

*Magnus & paruus pulsus non omnibus partibus communes & æquales.*

[illegible], mollities au[illegible] ke [illegible]etiai[illegible] m[illegible] b[illegible] par-
[illegible] bus æquales appar[illegible]r; At [illegible]gn[illegible] do non sic, seu talem efficiet mod[illegible]ratu[illegible], qu[illegible] fuerit spa-
ti[illegible] pertransitum, & [illegible]am id necessario varium ex[illegible], iuxta varieta.em arteriarum, sequitur subinde, pulsus moderatos inter magnitudinem & paruitatem debere esse varios.

Magnitudo & paruitas pulsus quib. partibus constent.

Differendum quoque hac in parte est, quibusnam partibus constent magnitudo & paruitas? Nam licet inter differentias simplices connumerentur, cum hoc tamen variis constant differen-

C

tiis, iuxta diuersitatem partium, per quas arteria mouetur. Quippe spatium ex variis constare scimus: Nam vel est longum, latum, & profundum, vel constat ex aliqua ex prædictis dimẽsionibus, aliis contrario modo se habentib. Quod si ex omnibus simul constet, pulsum iure optimo appellamus, *magnum* seu *turgidum* à quo fit, vt tantum à magnitudine distet, quantum aliqua ex prædictis dimẽsionibus defecerit. Sic proculdubio paruum pulsum cõstituent arteriæ, quæ per transeunt spatium angustum, breue & humile quem pulsum *paruum* seu *gracilem* nuncupamus. Quas etiam extremitates si quis consideret, [illegible]periet nouem pulsus magni & parui differentias: nimirum, *longum, breuem, moderatum, latum, angustum, moderatum, altum, humilem, moderatum.* Quas sane variis modis complicare potens, & numer[illegible] 27. efficere, *vt Galenus docet libr. 1. de difficul. puls.* [illegible]4 quas complicat hac via: nimirum cum tres sint spatii dimensiones, si vnã ter acceperimus, quæ nunquam mutetur, exempli caussa, longitudine, & cum aliis duabus coniunxeris, dummodo ex iis altera trifariã mutetur; altera vero etiam mutetur, quatenus ad primam, quæ eadem semper est, nihilominus immota manet, quoad postremam, quæ semper mutatur. Quo fit, vt nouem prodeant differentiæ, ac si id ter feceris, mutata per secundam & tertiam dimensionem spatii differentia, 27. pullulabunt hac forma prode[illegible]

Pulsus magni & parui nouem differentiæ.

E

F

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | *Longus.* | *Latus.* | *Altus.* | *Magnus.* |
| 2 | *Longus.* | *Latus.* | *Moderatus.* | |
| 3 | *Longus.* | *Latus.* | *Humilis.* | |
| 4 | *Longus.* | *Moderatus.* | *Altus.* | |
| 5 | *Longus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Gracilis.* |
| 6 | *Longus.* | *Moderatus.* | *Humilis.* | *Gracilis.* |
| 7 | *Longus.* | *Angustus.* | *Altus.* | |
| 8 | *Longus.* | *Angustus.* | *Moderatus.* | *Gracilis.* |
| 9 | *Longus.* | *Angustus.* | *Humilis.* | *Gracilis.* |
| 10 | *Moderatus.* | *Latus.* | *Altus.* | *Turgidus.* |
| 11 | *Moderatus.* | *Latus.* | *Moderatus.* | |
| 12 | *Moderatus.* | *Latus.* | *Humilis.* | |
| 13 | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Altus.* | |
| 14 | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Medius.* |
| 15 | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Humilis.* | |
| 16 | *Moderatus.* | *Angustus.* | *Altus* | |
| 17 | *Moderatus.* | *Angustus.* | *Moderatus.* | |
| 18 | *Moderatus.* | *Angustus.* | *Humilis.* | *Gracilis.* |
| 19 | *Breuis.* | *Latus.* | *Altus.* | *Turgidus.* |
| 20 | *Breuis.* | *Latus.* | *Moderatus.* | *Turgidus.* |
| 21 | *Breuis.* | *Latus.* | *Humilis.* | |
| 22 | *Breuis.* | *Moderatus.* | *Altus.* | *Turgidus.* |
| 23 | *Breuis.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Turgidus.* |
| 24 | *Breuis.* | *Moderatus.* | *Altus.* | |
| 25 | *Breuis.* | *Augustus.* | *Humilis.* | |
| 26 | *Breuis.* | *Angustus.* | *Moderatus.* | |
| 27 | *Breuis.* | *Angustus.* | *Humilis.* | *Paruus.* |

G

Cum hoc tamen has differentias, magnitudinem nimirum, & paruitatem simplices iudicamus, quia non constant ex differentiis diuersæ speciei, sed ab iis tantum prodeunt, quas spatium construere potest.

553 A

Dubium. An sola magnitudo sit reperibilis citra alias sui extremi differentias.

Vltimo vero in hoc capite differendum est, ne quid ad magnitudinis notitiam deesse videatur, *an magnitudo sola in pulsibus reperibilis sit?* quippe cõstat ex Gale. eam differentiam, quam primo consequitur natura, vt vsui adaucto satisfaciat, magnitudinem esse secundam celeritatem, tertiam vero crebritatem. & cum ad pristinum statum redit, primum acquirit raritatem, secundo tarditatem, & vltimo paruitatem. Vnde constat, magnitudinem aut paruitatem, citra mutationem aliarum reperiri. Quod Galen. ex professo docuerat *lib. 1. de caus. p[illegible] l c. 3. & 4. libr. 1 de præsag. ex puls. cap. 1. & libr. 3. cap. 1.* Barbari tamen medici contrariam co[illegible]ntur tueri sententiam, arbitrantes, pulsum g[illegible] nunquam dari; quin etiam celeritas vel crebritas ipsi accedat; neque paruum citra complexum tarditatis & raritatis. Quorum omnium sententias si quis legat, reperiet, quosdam id proferre tenentes, necessario magnitudini accedere celeritatem & crebritatem, ceterũ occulte. Quos sane quiuis facile conuincet, si interrogauerit,

B

*quomodo iudicent, pulsus fore celebres & crebros,* si tactu id percipere non possunt, cum occulti existant: Iudicat enim medicus ex iis, quæ sensibus sese offerunt, reliqua vero ac si non essent, arbitratur. Alios etiam reperies imprudentius asserẽtes, has differentias necessario succrescere æque manifestas, ac magnitudo fuerit. Fulciuntur suam opinionem vtriusq; factionis auctores, quod Galen. ex professo doceat, *calidiores natura homines, pulsus habere magnos, celeres & crebros simul,* vt idem auctor refert secundo Thegni, dicens, *cor calidum pulsus edere magnos, celeres & frequentes;* ex quo sic formãt rationem: *Si igitur in naturali dispositione, corde vel corpore existentibus calidis, pulsus necessario fiunt magnos.*

*gna* [illegible] *nal*, [illegible] *prof* [illegible] *ctus* [illegible] *videri* [illegible] *ex* [illegible] *am*, [illegible] *in statu præter naturam* [illegible] *reperitur, nulli dubium e* [illegible] *qui* [illegible].

C Secundo [illegible] *itante magnitudine* [illegible] *nam* [illegible] *arteriæ* [illegible] *te in quiete, creatas* [illegible] *cal* [illegible] *etc.* [illegible] *ctat natura, parum in quiete* [illegible] *immorari* [illegible] *constituit crebritatem.* [illegible] *aliquando* [illegible] *acquirit natura, quam magnitudinem.* Qu[illegible] tiones non [illegible] tanti mo[illegible] veritatem [illegible] possint. N[illegible] corpora & [illegible] calidu[illegible] pulsus [illegible] celeres & frequentes [illegible], non [illegible] ordinem acqui[illegible] endi huiusmodi differen[illegible] sit in prædictis omnes repente [illegible] nul[illegible], quod calor ita existit adauctus, vt om[illegible] expostulet: in quibus autem non ita excedit [illegible] calor, siue secundum naturam, siue præter naturam sit, magnitudo sola vsui satis est. Quinimo placet in eos retorquere argumentum hac forma: *Si vsus nimium adaucto, omnes tres differentiæ ac pariuntur, & pulsus agit pro ratione indigentiæ, necessum subinde erit, vsus nimium adaucto eas differentias tantum præstare, quas eidem sufficere natura esse existimat, quo fit, vt iuxta*

D *rationem vsus, aliquando vnam, quæ illi sufficiat, nonnunquam duas aut tres adipiscatur natura.* Ad [illegible] dum argumentum respondendum arbitror, *verum esse, aliquando à crebritate naturam incipere, coactã tamen, nam ordine proprio & naturali semper ab eo, quod facilius est, insurgit.* Sic enim nostrum dogma verum superest, natura regulariter operante, *vt Galen. intelligit lib. 1. de causis pulsuum cap. 4. & lib. 3. de præsag. ex pul. c. 4.*

## CAPVT V.

### De celeri & tardo Pulsu.

Celeritas & tarditas non sunt differ. essentiales motus.

DIFFINIRE qui celeritatem aggreditur, difficile subit opus: nam cum celeritas motus species non sit, sed qualitas, propriis differentiis diffiniri non poterit: & ob id multi Philosophorum nostri temporis arbitrantur, celeritatem & tarditatem non esse motus essentialis differētias: quod sane antea dixerat Aristotel. *lib. 5. Physic. cap. 4.* eo quod motib. omnibus, etiam diuersarum specierum conueniant, nempe lationi, al-

E terationi & augmentationi, quod erat impossibile, si alicuius motus essent essentiales differentiæ. Quapropter nos arbitramur, esse potius motus cuiuslibet speciei qualitates, quàm essentiales differentias. Verùm vt clarius naturam celeritatis

Celeritas duobus modis cognoscitur.

assequamur, expedisse oportet, celeritatem duobus modis posse cognosci. *Vno* ratione, velut Philosophi exquirunt, cuius naturam venantur per caussas. *Altero* quidem sensu, citra vllum rationis decursum, sed tantum eius conditione ac modo inspectis. Ceterum fuere inter Medicos, qui pertinaci animo tenuerint, *vtrumq; munus eodem modo*

Dubium.

*fieri posse*, existimantes vt intellectus celeritatem indagatur, ita eius naturam sensibus esse perceptibilem. In quos proculdubio acriter inuehitur Galen. *lib. 4. de differ. pul. & 2. de dignosc. pul.* Quamobrem hac in parte ab eorum reprehensione su-

F persedeo, docens duplicem esse de celeritatis

Celeritatis cognitio duplex.

naturæ tractationem: *Vnam* quidem, quæ ipsius conditionem & essentiam exquirit, ratione & [illegible] Philosophi [illegible] *veram* vero [illegible] num [illegible] quæ [illegible] tempore, [illegible] nem & [illegible].

Celer motus quis.

Cel[illegible] Philosophus [illegible] ment[illegible] non & [illegible] tibus, dicens, [illegible] mensuram [illegible], & quantum mo[illegible] tempus, & [illegible] tempus terminat [illegible] tempus, ita vt [illegible] se, qui *maiorem in æquali* [illegible] *æqualem in minori* [illegible] *maiorem insuper in minori tempore magnitudinem spatii pertransit.* Itaq; tota cel[illegible] natura [illegible] constabit ex collatione [illegible] ad spatium pertransitum, & ob id eum [illegible] celerem appellabis, qui paruum temporis [illegible] spatio consumit, eumq; proculdubio tardum, qui plurimum tem-

G poris [illegible] spatio con[illegible]. Quam[illegible] celeritatis aut tarditatis rationem intellectu ad discursum mentimur, conferentes tempus ad spatium, vt Philosophi optime faciunt. Præterea hac in parte consulto breuitati indulgens, tria [illegible] ese proportionem temporis ad spatium, maiorē nimirum, æqualem aut minorem, è quarum cōsideratione produ pulsus celer, si maior fuerit proportio spatii ad spatium, quàm temporis ad tempus. Vt si motor 40. stadia 4. cōfecerit horis, celerius proculdubio mouebitur eo, qui duabus horis decem pertransierit stadia. Tardus vero subolietur motus, cum maior est proportio temporis ad tempus, quàm spatii ad spatium: vt constat, si quis decem stadia 4. horis conficiat, tardius quidem mouebitur eo, qui vna hora quinque pertransit. Quod si æqualis sit proportio temporis ad tempus, ac spatii ad spatium, medios inter celeritatem & tarditatem suborin pulsus certum est. Sed obscura hæc sunt ac difficilia, ita vt breui temporis momento adeo exquisite conferri non possint, vt rectum iudicium elicere de maiori vel minori celeritate valeamus. Medicos vero decet aliter naturam celeritatis indagare, nimirum ex impetu ipsius arteriæ: quippe nos vt artifices sensuales consideramus motus conditionem, celeritatem nimirum, aut tarditatē, in actu ipsius motus, quo tempore sensus notitiam ab arteria moueote se ipsam elicere conatur. Non vt Philosophi intellectu & ratione, quippe nos motus impetum celeritatem appellamus, remissionem

Proportio temporis ad spatium triplex.

A 554

Motus tardus quis.

Medius quis.

B vero ab impetu, tarditatem: prætérquam quod non omne spatium, quod arteria pertransit, sensu cognoscitur: vltima enim contractionis pars & dilatationis prima, omnino tactu non percipiuntur: quo fit, vt collatio temporis ad spatium, cum id omnino non percipiatur, optime fieri non possit. Cuius naturam qui exactius, vt Medicus, tenere studuerit, legat caput *de celeritate dignoscenda lib. sequenti.*

## CAPVT VI.

### De crebro & raro Pulsu.

CREBRITATEM & tarditatem differentias esse in pulsibus, promanantes ex quietib. quas ex motus contrarietate fieri necessum est, proculdubio existimamus. Est sane vniuersa pul-

C sus tam in motu dilatationis & compressionis fi-
ia: verũ quia huiusmodi contrarietatẽ citra me-
diam quietem (*nisi motus vehementissimus sit*) fieri est
impossibile, inde sequitur, ex quietibus aliam
pulsui accrescere differentiam, in qua sitam esse
crebritatẽ aut raritatẽ scimus. Cuius natura stat
in eo, q arteria parum in quietib. immoretur: ra-
ritatis quidem in eo, quod arteria plurimum in
eisdem quietibus detineatur. Atqui cum huius-
modi quietes duplices sint, sequitur procul dubio,
duplicem fore crebritatis aut raritatis differen-
tiam. *Vnam* nimirum in quiete externa, in qua si
parum immoretur arteria, efficit pulsum externa
quiete crebrum, si vero plurimum, efficit in eadẽ
quiete rarum. *Altera* vero in quiete interna, in qua
si arteria parum quiescat, efficiet crebrũ in quiete
interna, si vero plurimum, rarum in eadem quie-
te. Quæ sane varietatis differentiæ in quietib. me
semper coegerunt existimare, quietes in pulsibus
D partes admodum esse principales.

Crebritas & raritas duplex.

Sed in gratiam huius differentiæ pulsus, duo
expendisse oportet, primum, *an pulsus deuenire pos-
sit ad tantam crebritatem, quod vtraq, aut altera quiete
priuetur.* Quam sane dubitationem insinuauerat
Gal. *lib. 1. de dignos. pul. c. 8.* quod Vallesius etiam in
controuersiam duxit: nam videtur omnino esse
impossibile aliqua quiete pulsum priuari, cũ Phi-
losophis omnibus in confesso sit, motus contra-
rios sine quiete media fieri non posse: Vallesius
tamen probat, *id esse possibile*, sed ipse viderit, nam
licet existimet exemplo quodam adducto, id fa-
cile posse probari, me quidem non cogit ratio il-
la, vt credam motus contrarios in pulsus fieri si-
ne quiete media. Sic format rationem, *si lapillus a-
scendens sursum, offendat turrim procedentem, hanc secũ
ferre lapillum deorsum, tanto impetu & efficacia certum
est, vt sine vlla quiete ipsum descedere cogat*, alioqui exi-
stimandum censet, *paruum illum lapillũ dum in quie-
te est, posse turrim remorari*, quod videtur impossibi-
le: cum hoc tamen ego salua tanti viri pace arbi-
tror, non esse necessarium, *lapillum remorari turrim
E in quiete*, cum certum sit, & rationi consonum, an-
tequam turris ipsum attingat, quiescere impetũ
aeris commoti à turri, quo proculdubio impetũ
lapilli ascendẽtis compescet, adeo, vt quo magis
appropinquauerit turris, eo tardius moueatur la-
pis, ita vt quiescat, & antequam turris descendat
& ipsum attingat, motum incipiat contrarium,
citra id, quo turris possit huiusmodi motũ quiete
media priuare. Ad pulsum igitur accedendo, ar-
bitror, vtcunq; pulsus celeri & violento motu a-
gitetur, quietes subinde necessario intercidere,
ceterum tam breues, quod tactu sentiri non pos-
sint. Quo quidem sensu arbitror Gal. dictum esse
*pulsus dicrotos alterutra quietum priuari*: non quod re
vera desitur, sed quod percipi præ exiguitate non
possint. Nam si in rebus externis tam grandis a-
ctiuitas necessaria est, vt citra quietẽ mediã mo-
tus cõtrarii fiant, si aliquo modo casus sit debilis
cum hæc reperibilis non sit in pulsu, minus lice-
F bit credere, alterutra quietum posse priuari. Nam
certum est, viuo animali, non posse caussam seu
vsum adeo augeo, quod quiete priuetur arteriæ,
quin vehementiæ caussa prius intereat animal,
sicut nec quietem adeo productã efficere, quod
motu videatur carere. Nam licet quies maior fie-
ri possit, non subinde sequitur, naturam motu

Quiete vtraque an pulsus priuari possit, aut altera saltem.

priuari, mouetur enim e[illegible] tempore an[illegible]
vitali hoc motu carere [illegible] potest. Itaq[illegible]
ut facultas viuo animali non potest adeo langui-
da esse, quod omnino ab hoc motu desistat, ita
caussa præter naturam nequit adeo adaugeri quæ
quietem omnino auferat. Et ob id censemus, ve-
rum esse, saltem ad sensum, res ex motibus con-
trariis constitutas quiete priuari, re tamen vera
non concedimus.

Secundum, quod dubitatione esse dignum
proposuimus, est, *an ad tantam raritatem pul sus per-
uenire possit, quod plus iusto immoretur quiescatq, in qui-
etibus arteria, adeo vt motu carere iudicemus*: Cui sane
respondendum est, raritates in pulsibus esse pericu-
losissimas, ceterum in duplici differentia stare,
quasdam quidem periculosissimas, quas non
quietis, sed cessationem & naturæ extremam ia-
cturam; quasdam vero licet in eis operetur natu-
G ra, si vltra vnam aut duas pulsationes sese exten-
dat, ceteris accidentibus pulsus periculosiores.
Ceterum nullam censemus posse prorogari vltra
spatium duarum pulsationum, & hãc arbitramur
periculosam: quod si per tres pulsationes immo-
retur, lethalis omnino existit, quãtumuis quies
vera sit, & non cessatio, quia proxima iam est ces-
sationi, ad pensum respirationis in apoplexia:
quippe soluere fortem est impossibile, & debilẽ,
A 555 non facile. Itaque raritas, quæ vnius pulsationis
spatium excedit, si per cessationem fiat, raritas nõ
est, quia raritas non dicit cessationem actionis,
quæ, vt rectius loquar, mors ipsa potius est (*vt nu-
per diximus*) Vitalis enim facultas semper tenetur
esse in actu, adhuc in quietibus, quo si priuetur,
etiam vnius pulsationis interuallo protinus in-
terit animal. Verum si vera quies est, non subinde
protinus moritur, quia actionem dicit: sed le-
thale interuallum & omnis morosior quies tan-
to grauior existit: quanto magis accesserit ad
tertiæ pulsationis spatium.

Dubium. Raritas in pulsib. periculosissima.

Raritas in pulsibus duplex.

## Capvt VII.

### De vehementi & debili Pulsu.

Consistit quidem in qualitate virtutis mouẽtis arteriã pulsus vehemẽs, debilis, aut
in hac oppositione mediocris. Quod sane pulsus
genus ex qualitate occursus arteriæ desumtum,
*contentionem* appellant Medici. At *contentio* quæ-
est arteriæ firmitas in pulsando, adeo vt tactum
impellat atq; euertat. Is autem est, quem *vehemẽ-
tem* nuncupamus, & eius contrarium debilem.
Quæ sane differentiæ non paruam ingerũt con-
trouersiam inter Gal. & antiquiores: quippe ar-
B bitrati sunt, pulsus vehementiam compositam esse
differentiam ex magnitudine, celeritate, & ple-
nitudine ipsius arteriæ, existimantes, has tres dif-
ferentias necessarias esse ad pulsus vehemẽtiam,
& contrarias ad pulsum debilem: quam sane opi-
nionem conuincit Gal. *lib. 3. de diff. pul.* loquens de
vehementia. Nam licet vehementibus aliquãdo
adiungantur, non tamen necessario, siquidem
paruis etiam pulsibus vehementia adest & con-
tentio, vt cũ arteria dura est & virtus valida, quo
fit, vt vehementia solius virtutis actio sit, neque
vllam admittit compositionem, nisi tantum re-
præsentatione, non tamen reuera neq; semper.
Alii rursus arbitrantur, Pulsum vehementem es-
se vigorem motus arteriarum: quod videtur esse
imposi-

Contentio quid.

Vehementia pulsus quid. L

Vehementia solius virtutis est, nec vllam admittit compositionem.

impo[illegible]ile: nam vehemen[illegible] mo[illegible]us [illegible] non est pulsus vehemens, sed [illegible] pulsus caussa. Alii præterea appellarunt pulsum vehementem, *violentum*: alii *robur* [illegible] pulsum [illegible] arteriarum: & debilem [illegible], non incitatum, proferentes languidum pulsum esse, qui remissum habet vigorem, neque incitatum ictum. Quod tamen verius esse existimat Galen. est, otam rationem vehementiæ pertinere ad ictus qualitatem, hoc est, cum arteria vehementer euerit tactum, quia violentus quidam & renitens arteriæ est accessus, quippe hæc differentia solum consistit in eo, quod arteria vehementer tactum impellat, nulla facta de impetu mentione, quia ad celeritatem pertinere antea diximus. Debilem vero pulsum eum esse censet Gal. qui debiliter tactum immutat. Ex quibus procul dubio proficiscitur triplex huius pulsus differentia, vehemens scilicet, debilis & medius.

*Debilis pulsus quid.*

*Pulsus medius inter vehementẽ & debilem an sit pulsus corporis temperati.*

In quo sane genere dubitare primo oportet, *an pulsus medius inter vehementem & debilem, sit pulsus corporis temperati.* Nam videtur in omnibus aliis generibus præstantiorem pulsum esse, & corpori temperato proprium eum, qui medius est: ac licet in aliis id verum sit, inter vehementem tamen & debilem medius pulsus non est temperati corporis: Quippe *corpus temperatum omnes actiones habet vehementissimas. Sed pulsus medius inter vehementem & debilem, non arguit robur & firmitudinem.* Igitur *non erit pulsus corporis temperati.* Quæ sane ratio tam est euidens & efficax, vt necessum sit exquirere, qualisnam pulsus sit in hoc genere proprius corporis temperati. Quam re asserimus, pulsum vehementem, qui alterum constituit extremum, iterum subdiuidi in pulsum vehementissimum, E vehementem & minus vehementem, quorum certum est pulsum corporis temperati iure optimo debere esse vehementem, medium quidem in hac extrema oppositione, nimirum inter vehementissimum & minus vehementem Pulsum tamen vehemẽtissimum eum censemus esse, qui proprius est corporibus exercitatis, ita petens, aut alio animi pathemate excitatis: vel us corporibus, quæ à vino plurimo indulgent & calidioribus edulus. Pulsus vero minus vehemens magnam sortitur differentiam quoad magis & minus, iuxta naturam corporum sanorum, quæ intemperata sunt: nam in hoc extremo constituuntur, quatenus ad vehementiam attinet, omnia corpora, quæ sana sunt, ceterum intempetata. Ex quibus proculdubio constabit, pulsum medium inter vehementem & debilem morbosum esse, & ad latus debilitatis accedere, facta collatione ad vehementes pulsus, quos in prædictas sortes partiti sumus. Quæ equidem doctrina elucescet locos quidam Galen. qui pulsum corporis temF perati quoad vehementiam, eum censet esse, qui medius est in altera extrema differentia. Inquit enim: *Pulere omnino existimo & vere ab antiquis dictum esse, in hoc medium reperiri naturalem pulsum in altera extrema differentia.*

*Vehementissimus pulsus.*

## Capvt .VIII.

### De Pulsu duro & molli.

Pertinet proculdubio pulsus durus ad arteriæ statum seu qualitatem, quæ sub se complecti[illegible] arteriæ d[illegible] & mol[illegible]. Li[illegible]naque [illegible] bu. duritie[illegible] ante G[illegible] distinxit. cum tact[illegible] lites, cum ta[illegible] arter[illegible] ipsis. Qu[illegible] alias arteriarum qualitates *quas necessum est secundum naturam aut præter obtinere* [illegible] pari [illegible] one ad pulsuũ differentias r. duc[illegible] it, expendat, non esse pa[illegible] omn[illegible], nam dur[illegible] & molli-G ties ob id pulsui pertinere dicimus, quod sit qualitas, quæ motu percipitur (*motus enim vniuersa est pulsus substantia*) reliquæ vero qualitate non indigent motu ad sui cognitionem, ob id pulsus naturam non cumplent, sed solum ea, quæ dum arteria mouetur, vehementer tactum impellat. In quo sane nun plurimum à vehementi durus, neq; a molli debilis differre videntur: siquidem vtrisque, duro nimirum & vehementi, inest violentia in ictu, qua profecto carent mollis & debilis. Tantam denique inter se adseruant colligantiam & communionem pulsus durus, vehemens & magnus, quod difficile omnino sit cuiusque effigiem nosse, ceterum eorum distinguere naturam, non est difficile, etiamsi pulsus durus vehementis sortiatur conditionem, & vterque vehementer tactum impellat. Hæc tamen A 556 est differentia inter vehementẽ & durum, quod licet vterque tactum impellat, vehemens id efficit impetu & vehementia, qua subuertit & separat ac veluti à se proiicit comprimentes digitos: at durus pulsus digitos non pellit, sed eorum pulpas comprimit & subingreditur. Scimus enim, vt Galeni exemplo vtar, ventos ac flumina, licet mollissima constent substantia, ingentissimas moles subuertere, ita vt naues, domus, & integras ciuitates submergant: alio vero modo scimus, quæ dura sunt, comprimere, nam si cui accedat durum aliquid, facta in ipsum compressione, citra id, quod vertat, premit, atque cauat & subingreditur pulpas digitorum. Constat igitur, pulsus duri naturam nullam aliam esse, quàm eam pulsus conditionem, quæ pulpas digitorum premere & excauare possit citra impetum & violentiam. Atque licet vterque pulsus per violentum arteriæ ictum à Galeno diffiniatur, cum hoc B tamen in eo ipso non parum differunt: quippe conueniunt, quatenus ad cognitionem attinet, siquidem neuter cognoscitur nisi ex violento ictu, eo modo, quo dictum est, verum cum hoc substantia & essentia reuera differunt: quia vehementia & remissio propriè ad motum pertinent, quatenus arteria, dum mouetur, consequitur: durities vero aut mollities minime; quippe differentiæ motus non sunt, sed ex motæ qualitates, quas necessario ictus repræsentat, vt latius sum probaturus capit. de cognitione pulsus duri aut mollis.

*Durities & mollities in pulsib. quid.*

*Vehemens & durus pulsus quid differant.*

Pulsus itaque duri natura non vnica est, sicut neque caussa vna aut simplex: quippe certum est, duritiem repræsentare id, quod tensum est, & id, quod concretione induratur, ac etiam illud, quod siccitate durum efficitur. Sic enim duras appellamus tensas vesicas, & inflammationes, quæ plurimum cutim tendunt: sic & ossa dura censemus, quod maxima siccitate polleant: & durissimam quoque appellamus congelatam aquam, quæ sane concretione talis redditur. C Ceterum pulsus duri naturam *triplicem* conditionem plex.

*Duri pulsus natura non vna.*

*Duri pulsus natura triplex.*

nem obtinere certum est: *Vnam* quidem, dum durus efficitur tensione, quam adipiscitur propter venarum plenitudinem, vt in *inflammationibus & corporibus athletarum comperimus*: Alia vero, cum partes neruosæ conuulsione afficiuntur: tenduntur quidem eo tempore partes, & sic pulsus tensus imaginem duri non paruam repræsentat. Primo durum pulsum eum proprie censemus, qui ex siccitate ipsius arteriæ resolutis partibus humidis, quæ ipsam mollem efficiunt, talis superest, qualis in hecticis corporibus quotidie visitur: adeoque id verum est, quod multi censuerint, nullam aliam esse duorum aut mollium

D pulsuum differentiam, quam eam, quæ per humidam aut siccam arteriæ tunicam conficiebatur. Ex quibus euidenter constat, qualis naturæ sit pulsuum durorum aut mollium conditio.

## Capvt IX.

### De complicatis Pulsuum Differentiis.

Compositorum pulsuum plures sortes.

CONSTAT profecto (*vt cap. de simplicibus differentiis abunde scripsimus*) compositorum pulsuum plures esse sortes: quosdam quidem *Complicatos*, quosdam autem *Compositos*: quos proprius simplices dixeris, quàm compositos: Quinimo eo, quod ab eorum natura & conditione deuiet aliquis pulsus, iure optimo compositus seu complicatus est censendus, & de eo, qui magnus simul & celer, creber, vehemẽs & mollis, aut huic contrarius, vel inter vtrumq; medius extiterit, antea diximus. Quem quidem natura compositum, sed conditione & vnitate extremi *simplicem* diximus: reliquos vero, qui ab hac vnitate deuiauerint, *compositos*. Cum hoc tamen,

E

Compositi & complicati pulsus quid differant.

clarior res euadat, necessum fore duxi, differentiam constituere inter pulsus *Compositos* & *Complicatos*: illos quidem, quorũ compositio est necessaria & naturalis, vt pulsus est, vel simplices conditione, vel compositos natura dicemus, qua sunt ii, quos modo retulimus: reliquos vero omnes, quos modo referam, non quidem compositos, sed *complicatos* nuncupabimus: quia eorum miscella nõ natura & proprietate inuariabili, sed casu & varietate accedẽtis caussæ solum subontur: Sunt enim tales non ex natura pulsus, sed ex natura eius indiuidui, cuius est pulsus, & ob adductam varietatẽ naturarum multiplices sunt & varii, sic etiam eorũ naturam facilius venabens.

Compositi pulsuum diff. qualiter inueniuntur.

Compositas igitur pulsus differentias adinuenire quiuis poterit, si simplicium numerum & naturam exacte tenuent. Ceterum, quia reuera compositarum complicationes adeo variæ possunt effingi, vt potius tædium & confusionem pariant, quàm quod doctrinæ præstare aliquod beneficium possint: ob idq; communiores sunt, & vsui Medico magis vtiles, recensendæ mihi tantum hac in parte erunt. Sunt quidem numero quindecim, quas hoc schemate comperies.

Pulsus complicati sunt.

| *Magnus.* | *Celer.* | *Creber.* | *Vehemens.* | *Mollis.* |
|---|---|---|---|---|
| *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* |
| *Paruus.* | *Tardus.* | *Rarus.* | *Debilis.* | *Durus.* |
| *Magnus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* |
| *Magnus.* | *Celer.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* |
| *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Vehemens.* | *Moderatus.* |
| *Moderatus.* | *Celer.* | *Creber.* | *Vehemens.* | *Durus.* |
| *Moderatus.* | *Tardus.* | *Rarus.* | *Debilis.* | *Mollis.* |
| *Paruus.* | *Celer.* | *Creber.* | *Vehemens.* | *Durus.* |
| *Paruus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* |
| *Moderatus.* | *Celer.* | *Rarus.* | *Debilis.* | *Mollis.* |
| *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Creber.* | *Vehemens.* | *Durus.* |
| *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Rarus.* | *Debilis.* | *Mollis.* |
| *Paruus.* | *Tardus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* |
| *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *Debilis.* | *Mollis.* |

G (margin, at row 5)

557 A (margin, at row 12)

Hæ sane sunt omnes compositæ differentiæ, quæ vsui propriores mihi videntur, licet quis multo plures possit effingere ex diuersa simplicium connexione. Ceterum expendisse hac in parte opus est, quasdam hic deesse differentias, quæ *incompatibiles* sunt, quas medici appellãt *asystatas*, hoc est, non consistentes simul, veluti sunt *pulsus magnus & durus*: quia impossibile est, arteriam duram adeo distendi, quod magnum possit efficere pulsum. Sic etenim pulsus magnus & debilis incompatibiles sunt, quod magnitudo

Differentiæ asystatæ.

B

præterquirat virium robur, vt fie[illegible] possit. Constat igitur, facultate existente debili, pulsum non posse esse magnum. Verum si quis voluerit plures legere pulsuum complicationes, Galen. legat & Ferdinandum a Mena. Ego etenim velut inutiles ab hoc opere ablegaui.

## Capvt X.

### De relatiuis Pulsuum differentiis.

DIFFERENTIAS relatiuas eas appellamus, quæ eo, quod ad simplices reducantur, ad aliquid dicuntur. Sunt quidem pulsuum relationes in triplici differentia: *Prima* continet Rhythmum seu concentum & harmoniam: *Secunda* Ordinem & ordinis perturbationem: *Tertia* vero & vltima complectitur Æqualitatem & Inæqualitatem in pulsibus. Itaque relationes omnes triplici hoc genere continentur. Qua in re optimum esse consilium arbitratus sum, cuiusque seorsum meminisse, & cuique peculiarem tractationem adscribere, vt elucescat magis omnium natura & conditio, & cuiusque differentiæ notiores fiant: initium tamen sumam à rhythmorum tractatione, quorum natura difficilis admodum est & plurimum necessaria.

Relationes pulsuum differentiæ quæ.

C

Relationes pulsuum triplices.

Capvt

## Caput XI.

### De rhythmis ex antiquorum sententiis.

Dvplicem me cogit necessitas de rhythmi tractationem instruere: *Vnam* ex antiquorum sententia, quæ pulcra admodum est & difficilis. *Alteram* vero ex Galen. decreto, quæ visui medico commodior & proportior existit, *vt Galen. late disputat lib. 1. de diff. puls. cap. 8. 9 & 10. ac etiam 30. & 31.* Ad quarum profectò veram intelligentiam expendisse prius erit operæ pretium, pulsus structuram & modum ex quatuor potissimis partibus constare: nimirum ex *Duobus motibus*, quorum alter fit eleuata sursum arteria, alter vero eadem versus infimam partem compressa. Qui sane motus enim ex duobus contrariis constet, necessario obtinuit quietes quasdam intermedias, quarum altera *quies externa* appellatur, quæ terminus existit dilatationis pulsus, altera vero *quies interna*, quæ finit & terminat contractionem ipsius. Nec immerito & præter institutum credendum est, has pulsus partes naturam fecisse: nam dilatatio & quies sibi proxima trahendo aeri & natiui caloris moderamini incumbit, interna verò fuliginosorum expulsioni, munera quidem vitæ summopere necessaria.

Quibus sic constitutis, expendendum est, vt rhythmi natura clarius pateat, vter horum motuum altero præpolleat: quippe ex hac differentia & collatione ad inuicem facta, facile venabimur, qualis existat natiui caloris ratio & conditio, vt iuxta eam, de corporis & salutis statu, rectum possimus elicere iudicium: nam ex prædominio vnius motus, & visus eiusdem supra alterum motum, in morbis & salute, sita est præcipua cognoscendi & præsagandi ratio. Quam sane differentiam monstrat cognitio harmoniæ, concentus & modulationis, seu, *vt rectius loquar*, paritatis aut disparitatis, quam adseruat pulsus inter dilatationem & compressionem.

Rhythmi nomẽ quid importet.

Verùm vt rem tam difficilem & abditam, quantum necessariam, vltimo calculo metiamur, quid rhythmi nomen importet, prius nouisse est æquum. Transtulit igitur rerum visus & similitudo rhythmi nomen, quod musicis vsitatissimum est, ad medicos, quod Plinius à Poetis mutuatum fuisse refert, ex quo subinde medicorum rhythmum metricas leges nuncupauit. Vtcunque tamen sit, rhythmi nomen *consonantiam, modulationem, concentum, commensuratem & numerum* significare, apertò scimus. Ceterum in visu medico, rhythmus est, eorum, quæ in pulsu sunt, temporum ad inuicem proportio. At proportio est, si Euclidi credendum sit, duarum eiusdem generis quantitatum, vnius ad alteram habitudo: quo fit, vt cum tempus sit de genere quantitatis, si conferas quantitatẽ distensionis arteriæ ad quãtitatem contractionis, ex collatione constabit, vtra alteram excedat, an sint pares. Quod si quis exacte Gal. legat *lib. 1. de differ. pul. c. 7. & 8.* reperiet, iuxta hanc collationem, tres fuisse apud antiquos opiniones, inter se longe dissitas. *Vna* sane eorum erat, qui contractionem pulsus se percipere posse omnino negabant. Hi tamen vt rhythmum constituerent, conferebant totum tempus dilatationis, ad reliqua tria tempora, videlicet, ad quietem externam, contractionem & ad quietem internam, ita vt rhythmus esset apud eos, proportio dilatationis ad reliqua [illegible] tempora. *Altera* vero secta eorum erat, qui contractionem se sentire profitebantur, verum in duas sectas diuisi, duobus modis rhythmum fieri asserebant: *Vno* quidem, facta [illegible] collatione inter tempus dilatationis & tempus compressionis: *Alio* vero modo qui tertiam constituunt sectam, eadem prorsus via & ratione collationem & rhythmum efficiunt, ceterum adiungunt cuique motuum propriam quietem, scilicet dilatationi quietem externam, & compressioni internam: ita vt collatio fieret inter tempus dilatationis cum quiete externa, & tempus compressionis cum quiete interna.

Rhythmus quid. Proportio quid.

Tres antiquorum opiniones de rhythmis.

Hanc sanè de rhythmis antiquorum tractationem Paulus euertere conatur figmento quodam rhythmico, nomine veterum sumto: quod ego potius ex propria, quam eorum mente scriptum fuisse arbitror. Sed inter antiquos omnes hi magis veritati accedebant, qui tempora dilatationis, & compressionis solum ad inuicem cõferebant. Iuxta quorum opinionem duplex insurgit rhythmi natura: *Vna* quæ pari proportione constet. *Altera* vero quæ impari. Pari quidem, quando tempus distentionis æquale est tempori contractionis: impari, quando alterum excedit alterum. Quorum sane primum vocatur æqualis rhythmus, & secundum inæqualis. Æqualis quidem, qui sanitati existit proprius, cuius magna est latitudo, quemadmodum & sanitatis, quæ latissima est: nam inter homines sanos alii sunt viri, alii fœminæ, alii pueri, alii rursus iuuenes vel senes, & ita res se habet de singulis, quæ varietatem in sanitate efficere possunt. Ita profectò inter rhythmos non leuis insurgit differentia: nam alii sunt longioris temporis, alii breuioris, iuxta naturam ætatis, sexus, regionis & temperamenti, omnes tamen sunt æquales, quoniam neutrum tempus ad alterum excedit. Itaque sub ratione æqualitatis, vna est naturalis rhythmi conditio, varia tamen iuxta subiectorum varietatem, *vt late Galenus disputat lib. 1. de differ. puls. cap. 9.* In qua etiam te expendisse oportet, quod si temperamentum sexus vel ætatis, aut cuiusuis alterius rei proportionem seruauerit sibi debitam rhythmum æqualem & naturalem constituunt, quem pulsum Galenus & antiquiores appellarunt *Eurhythmum*, hoc est, optimum & bonum rhythmum ac pulsum. Verum si rhythmum proprium quæuis ætas aut sexus aut temperamentum variauerit, *Arhythmum* pulsum tale corpus habere dicitur, videlicet, *pulsum sine rhythmo.* Neque existimandum hac in parte est, prædicta corpora omnino sine rhythmo manere: sed ob id arhythmum pulsum habere est credendum, quod malum rhythmum habeant: quasi *aphonum* sine voce dicimus eum, qui à propria voce mutatur, non quod voce careat, sed quod malam nactus sit: quamobrem arhythmus vitium est natiui rhythmi, non abolitio. Ex quibus constabit, duplicem esse rhythmum: Vnum *Naturalem*, qui subinde indiuisibilis existit, licet multis modis, iuxta varietatem naturarum, sexus, ætatis & reliquarum rerum variari quoque reperiamus, in omnibus tamen æqualitatem cuique propriam

Rhythmi natura duplex. Rhythmus æqualis.

Pulsus eurhythmus. Pulsus arhythmus.

Rhythmus duplex Naturalis. Non naturalis, eiusq; diff.

seruat, quæ diuisibilis non est: Alterum vero *Non naturalem* seu arhythmum, quem in tres species diuidere æquum est, ... tres, quas potest suscipere mutationes. Nam pulsus, qui ab eurythmo aut naturali degenerat, vel mutatur in pulsum seu rhythmum proximæ ætatis, regionis, vel temperaturæ, & tunc talis pulsus appellatur *pararhythmus*, vel mutatur quidem, sed non in rhythmum proximæ ætatis, sed cuiuslibet alterius, & eo tẽpore appellatur *heterorhythmus*: & nullius ætatis regionis vel temperaturæ rhythmũ retinet, & est eo tẽpore *ecrhythmus*, id est, extraneus & inconueniens. Hæ sunt sunt omnes differentiæ rhythmi inæqualis, quas non dixeris nouas differentias ab iis, quæ rhythmum æqualem à principio obtinere diximus, quas sine nomine relinquimus, sed quod hæ habeant propria nomina. Intelliges autem id, si existimaueris ex æqualibus rhythmis quosdam esse breuis temporis, alios longi, & alios longioris: velut si quis rhythmum pueri consideret esse suapte natura breuioris temporis, ceterum æquabiliter vigentem, quem si mutauerit, mutat aliquando in pulsum iuuentutis, qui longioris temporis est, & distensionis motum vegetiorem habet, quem appellamus *pararhythmum*, aliquando vero in rhythmum senectutis, quæ distantissima est à pueri ætate, & vtrumque motum debilem habet, & contractionem longe tardiorem, & appellamus *heterorhythmum*: nonnunquam mutatur, & rhythmum seruat nullius ætatis, temperamenti, & regionis, quem appellamus *ecrhythmum*: qui quidem ecrhythmus est veluti genus vniuersale rhythmorum omnium inæqualium. Hanc etenim rhythmi inæqualitatem in varias species antiqui secarunt, nam aut ecrhythmus excedit omnem rhythmum cum manifesto excessu, aut eum occulto. Item si excedit cum manifesto, vel fit cum proportione, quam Musici appellant *multiplicem*, quæ tunc accidit, cum

Pulsus pararhythmus.
Pulsus heterorhythmus.
Pulsus ecrhythmus

D

Ecrhythmi pulsus variæ differentiæ.

E

maior numerus minorem co... net: idque ... bis, quæ proportio est ... upla, scilicet duorum ad quatuor: vel ter, quæ est tripla, duorum ... licet ad sex, similiter & quadrupla, & a ... æ quamplurimæ. Itaque eius species sunt d... la, tripla, quadrupla, & huius naturæ. Vel ... um proportione, quam appellant *superpartialem*, ... uam vocant numeri ad numerum, quando ... maior numerus minorem totum continet, & alteram eius partem, vel mediam, vt sesquialtera vocata proportio, veluti ea, quæ est trium ad duo, vel tertiam, vt *sesquitertia*, veluti ea, quæ est quatuor ad tria: & secundum eundem modum ... quæ. Aliam insuper addunt Musici, quæ ab eis *superpartiens* vocatur, quæ habere efficit, cum maior numerus vniuersum continet minorem, & aliquas insuper eius partes. Dimitto consulto has in parte (*quod nullius sint earum vsus*) compositas proportiones, quæ ex multiplici & superpartiente fiunt. Cuius species sunt *hemiola, sesquitertia, sesquiquarta, sesquisexta*, & reliquæ.

F

Præterea (*vt exacte quæ necessaria sunt, calleas*) considerare oportet excessum, quo vna proportio alteram excedit, qui quidem aut est occultus, & eo tempore consideratur trifariam: nam aut omne tempus Contractionis occultum est, aut Distensionis, aut Vtrumque. Occultum quidem appellamus tempus, quod nulla nota musica ex prædictis signari potest, quod ad Medicum vsum transferentes, adeo exiguum apparet excessus tempus, vt si veluti primus numerus. Quod sane innueret Galenus obscuris verbis, dicens: *Tempus primum, non natura ipsa, sed sensu accipiendum.*

Excessus proportionis triplex.

Tempus occultum quod.

Prætermitto ex instituto hac in parte de antiquorum rhythmis nonnulla, quia potius obscuritatem & confusionem, quàm vsum afferre possunt. Quæ vero dicta sunt, schemate sequenti comperies.

Disten-

Distensio Contractio



- *Rhythmus seu Eurhythmus,*
  - *Pari proportione, & est æqualis. Habet autem distinctionem & contractionem, vel*
    - *Longam.*
    - *Breuem.*
    - *Semibreuem*
    - *Minimam.*
    - *Sortiuntur autem hæ differentiæ nomina, eurythmus, arythmus, pararythmus, heterorythmus, secundum diuersas ætates, temperamenta, sexus.*
  - *Impari proportione, qui ecrhythmus dicitur, cum*
    - *Manifestis excessibus proportione.*
      - *Multiplex, id est*
        - *Dupla.*
        - *Tripla.*
        - *Quadrupla.*
        - *Quintupla.*
      - *Superpartiali, seu*
        - *Hemiola.*
        - *Sesquitertia.*
        - *Sesquiquarta.*
        - *Sesquiquinta.*
        - *Sesquisexta.*
    - *Occultis excessibus, quod fit trifariam. Aut enim tempus contractionis aut distensionis occultum est, vel vtrumq; cum temporibus.*
      - *Adauctis.*
      - *Diminutis plus, minus,*
      - *Vel plurimam.*

B

C

D

## Capvt XII.

## De Rhythmis Galeni.

TAM pulcra tamque rationi consona videbatur primo accessu, antiquorum de rhythmis tractatio, vt Galen. compulerit aliquando toto animo admittere, ni postea diligentius rem considerasset, & aliam denuo effinxisset. Si enim *lib. 1. cap. 8. ad finem de differentiis puls.* in eorum laudem & vsum hæc refert verba: *Horum igitur temporum quanta sit naturalis magnitudo, medicum scire oportet, & quæ sit mutua proportio, quantum per hæc immutetur in morbo, & quid qualibet mutatio boni vel mali significet.* Postea verò in seipsum reuersus rem altius pensitans, cognouit nullum aut quam minimum vsum hos rhythmos præstare posse. Et ob id *l. 3. de dign. puls.* aliam excogitauit rhythmorum tractationem vsui medico magis proficuam & necessariam. Ex cuius verbis colligitur, rhythmum nihil aliud esse, quam *qualitatis motus distensionis & contractionis ad inuicem proportionem.* Appellamus autem motus qualitatem, *vt antea dictum est*, celeritatem & tarditatem, & mediam inter vtrasque differentias, quam sane differentiam seu collationem constat, Galen. appellasse rhythmum *lib. de diff. respir.* dicens: *Quoties inspirationem exspirationi conferre licet, vt in pulsibus distensionibus contractionis, rhythmum appellamus.* Cui consimilem sententiam adducit *libr. de vsu puls. prope finem, & 3. de caus. puls.*

E

Rhythmus Gal. quid.

Sic igitur constituta rhythmorum natura, euidenter constat, quam perperam Galen. *rhythmos* intellexerint Auicen. & Paul. & reliqui. Sed missa hæc facio, dummodo quispiam intelligat, prædictos auctores Herophili rhythmos adduxisse, non Gal. etiamsi contrarium ipsi asserant.

F

Ceterum Galen. rhythmos diuidere nunc oportet in duas classes: Quidam enim sunt rhythmi Æquales, & alii Inæquales. Rhythmi igitur æquales sunt in triplici differentia. *Prima* sane est, quando dilatatio est celer, & contractio quoque celer: *Secunda* quando dilatatio est tarda, & contractio eodem modo tarda: *Tertia* vero, quando dilatatio est moderata, & contractio etiam moderata. Rhythmus verò *Inæqualis* sex cõtinet differentias: *Prima* est dilatatio celer & contractio tarda: *Secunda* dilatatio celer & contractio moderata. *Tertia* dilatatio tarda & contractio celer: *Quarta* dilatatio tarda & contractio moderata: *Quinta* dilatatio moderata & contractio celer; *Sexta* dilatatio moderata & contractio tarda. Atque hæ sunt in vniuersum omnes differentiæ rhythmorum Galeni, æqualium & inæqualium, quas hoc schemate clarius disces.

Rhythmi duplices Æqualium 3 differentiæ.

Inæqualiũ 6 differentiæ.

G

Contractio. Distensio.

- *Rhythmi*
  - *Æquales*
    - Contractio: *Celer.* / *Moderata.* / *Tarda.*
    - Distensio: *Celer.* / *Moderata.* / *Tarda.*

560 A

| | | Contractio | Diſtenſio |
|---|---|---|---|
| Rhythmi | Inæquales. | Celer. | Moderata. |
| | | Celer. | Tarda. |
| | | Moderata. | Celer. |
| | | Moderata. | Tarda. |
| | | Tarda. | Moderata. |
| | | Tarda. | Celer. |

Quas ſanè differentias ſi quis diligenter examinet, reperiet facile, longe differre ab eis eos rhythmos, quos Paulus & Auicen. arbitrantur B eſſe Gal. Quorum deceptionem vt clarius aperiam, in medium afferam Galen. locum *ex lib. 2. de præſag. ex pulſ. cap. 1. ad finem*, qui in hunc modum ſe habet: *Ex priſcis medicis quidam ad veriſimilem orationem progrediuntur, commentationes Herophilias quaſdam de pulſuum rhythmis cōſcribendo: quidam inanem loquacitatem vocant huiuſmodi ſpeculationem, atq; eam omnino repudiant, veritatem autem neutri iſtorum cognouere, quod ſcilicet ad tarditatem & celeritatem oporteat animaduertere contractiones, & dilatationes, quarū vtraq; multa poteſt indicare in morbis.* Ex quib. conſtat, ſat eſſe in hac re ſi intellexeris, rhythmū ſolum eſſe conſiderandum in motus qualitate, vt Gal. conſiderat: non quidem vt multi faciunt, quantitatem conferentes, quo proculdubio cōfundunt rhythmos Gal. cum rhythmis Herophili: cum hoc tamē præſtabit aliquando Herophili rhythmos conſiderare: nimirum cum iuxta quātitatem diſtenſionis & contractionis aliquid in morbis aut ſalute inuenire conamur. Sed iudicio noſtro, ob id arbitror Gal. eos reieciſſe, quod difficile ſit percipere excedentem illam magnitudi-C nem, aut deficientem in contractione, cuius vltima pars deliteſcit magis, quo magis creſcit contractio ipſa. Quod ſi ita eſt (*vt re vera eſt*) non poſſumus facere prædictam collationem, niſi per temporis ad tempus cōferentiam: quod potius eſt coniectura & diſcurſu efficiendum, quam ſenſu: id quod in celeritate contractionis aut diſtenſionis non contingit, quia facile poſſumus conferre celeritatem vnius, ad celeritatem alterius, ex quo euidenter conſtat, quam difficile ſit, rem ita obſcuram iudicio & non ſenſibus committere, cum certum ſit, Hipp. dixiſſe *libr. 1. aphor.* Iudicium difficile.

Rhythmi Gal. quid ab Herophili rhythmis differant, & quare hos Gal. reiecerit.

## Capvt XIII.

## De ordine & ordinis perturbatione.

ORdo aut ordinis perturbatio, illis tantum D ineſt pulſibus, qui in pluribus pulſationibus ſunt inæquales. Conſtat enim euidenter, æquales pulſus ſemper eſſe ordinatos, ceterū inæqualium quoſdam eſſe Ordinatos, quoſdam verò Inordinatos. Ordinatos appellat Gal. *lib. 1. de differ. cap. 10.* iure optimo eos, quos in aliqua differentia inæquales comperimus: cum hoc tamen inæqualitatis illius differentiæ ordinem ſeruant: hoc eſt, per circuitus eiuſdem numeri & proportionis repetunt. Eſt quippe circuitus eius rei, quæ fit, in ſeipſam conuerſio, vt verbi gratia, ſi aliquis pulſus magnitudine ſit inęqualis, ſemperque adſeruet inæqualitatis eundem modum, ordinem, & circuitus eandem paritatem, ille proculdubio dicetur *inæqualis ordinatus*: videlicet cum tertio quoque ictu, vel quarto quoque efficiat alium maiorem vel minorem, ſeruato ſemper eodem ordine. Verùm ſi citra ordinem id efficiat, videlicet, quod modò ſingulis pulſibus, modò tertio aut quarto quoque pulſo, vel per longius interuallum magnitudinē immutet, iure optimo talis pulſus *Inæqualis* & *Inordinatus* dicendus eſt, & ſicut de magnitudine Galen. exemplum affert, ita de reliquis differentiis ſubaudire oportet.

Ordo aut ordinis perturbatio quibus pulſibus inſit.

Ordinati pulſus quid.

Circuitus quid.

Inæquales ordinati ... Inordinati.

Sed dubitare in hac re oportet, *an ſicut inter reliquas pulſus differentias ſemper conſtituitur medium, ita quoq; inter pulſum ordinatum & inordinatum aſſignare ſit poßibile.* Conſueuerunt ſane multi, ſicut inter E ordinem & ordinis perturbationem medium nō eſt reperibile, ita prorſus inter ordinatos & inordinatos medium non conſtituere. Verum ſi quis rem altius conſideret, reperiet facile in hac differentia medios pulſus eſſe conſtituendos hac lege. Nimirum ſi quis habeat pulſum inordinatum, ſed cum hoc per certas quaſdam periodos ordinem ſeruet, dicetur medium per participationem ordinati & inordinati habere: vt verbi gratia, ſi habeat quis pulſum inordinatum in magnitudine, ceterum tranſactis viginti pulſationibus, ſemper efficiat in magnitudine illa conſimilem differentiam, & poſtea tranſactis decem & octo differentiis eandem efficiat, & iterum poſt F decem & ſex, ac rurſus poſt quatuordecim, & ſic de reliquis pari ordine, conſtabit proculdubio, pulſum eſſe inordinatum vſq; ad vigeſimum, ſed in vigeſimo ſeruare eundē ordinem. Ex quo conſtabit, eſſe inordinatum aliquem pulſum, & cum hoc ſeruare ordinem, quem cenſemus eſſe medium inter ordinatum & inordinatum, ſaltem per participationem extremorum.

Medius ... & inter ordinatum & inordinatum.

## Capvt XIV.

## De Pulſibus inæqualibus.

INter relatiuas differentias (*quas diximus tertium genus pulſuum complere, & conſtare ex trib. ſpeciebus, ordine nimirum, ordinis perturbatione, rhythmis, & ex æqualibus & inæqualibus pulſibus*) potiſſimam proculdubio obtinet, & tanquam neceſ-G ſariam præ requirit tractationem æqualitas aut inæqualitas. Ex quarum etenim doctrina magni momenti ad morborum cognitionem, & præſagationem elicimus iudicium: ob idq; paulò diligentius eam rem expendiſſe oportebit. Inprimis itaque æqualitas aut inæqualitas tales dicuntur *Simpliciter* & abſolute, aut Certi alicuius generis ſeu differentiæ, ex illis quinque, quas *ſimplices* reperiri à principio diximus. Appellamus quidē æquales ſimpliciter ſeu abſolute pulſus, qui neq; magnitudinem, neque celeritatem, neque crebritatem, neque vehementiam, neque mollitiem aliquo modo immutabunt, ſed ſemper eodem modo perſeuerantes exſiſtunt. Pulſus verò, qui bis omnibus immutati ſunt, & diuerſi à prioribus, ac non perſeuerantes in priſtino & naturali ſtatu, hos quidem *Inæquales* abſolute ſeu ſimpli-

Æqualitas & inæqualitas duplex.

Æquales pulſus ſimpliciter qui.

Inæquales abſolute.

simpliciter appell. [illegible] omnibus diff[illegible] rentiis simul ab æqualitate [illegible]. Cæterum pulsus qui non in us omnibus, sed in aliquo ex generibus, vno vel duobus vel pluribus [illegible]tur, *Inæquales* quoque appellamus, non tamen simpliciter, vt prædictos, sed in aliquo genere & cum nomine eius differentiæ, cuius occasione inæquales fiunt: sic enim appellamus pulsus inæquales magnitudine, aut inæquales celeritate, vel crebritate, vel in quouis alio ex dictis generibus.

Inæquales secundum quid.

Harum itaque inæqualitatum quælibet, siue absoluta sit, siue in aliquo genere, in alias duas differentias subdiuiditur: quarum vna appellatur *Systematica*, seu collectiua, seu in pluribus pulsationibus facta: altera verò *Singularis* seu in vno pulsu nuncupata. Quarum differentiarum clarioris doctrinæ gratia, seorsum meminisse oportebit.

Æqualitas & inæqualitas vera quæ subdiuiditur in systematicam & singularem.

B

## Capvt XV.

## De inæqualitate collectiua seu systematica.

Collectiva verò inæqualitas, quam in pluribus pulsationibus sitam esse diximus, & Galen. expendit *lib. 2. de differ. puls. cap. 11.* duas habet species primas, quarum *Vna* continet pulsus inæquales æqualiter factos: *Altera* verò inæquales inæqualiter factos. *Inæquales* autem qui *æqualiter* fiunt, & constituuntur, dum primo pulsui secundus fit paulò minor, & tantò tertius secundo, & quartus tanto etiam tertio, & pari pensu de reliquis subsequentibus. Quos pulsus iure optimo inæquales censemus, quia primus distat à secundo, cũ hoc tamen æqualiter fieri dicimus, quia distantia de primo ad secundum tanta est, quanta ea, quæ est inter secundum & tertium, & pari ratione de reliquis. Quos sane omnes appellant medici *decurtatos*, græce *myuros*, quasi dicas similes caudæ muris, vel vt Auic. censet, caudæ soricinæ, quod æqualiter de magnitudine eius detrahitur, donec ad extremam & minimam paruitatem deuentum sit. Itaq; hi pulsus inęquales censentur, quia natiuam æqualitatem mutant; verum quia æquali mutatione alter ab altero secedit, ob id æqualiter fieri dicimus.

Inæqualitatis collectiuæ duæ species.

1. Inæquales æqualiter.

C

Myuri seu decurtati pulsus.

Præterea hos pulsus myuros iterum bifariam diuidere oportet: nam *alii* ex iis sunt, qui nõ cessant minui vsque ad defectioné, quos medici appellant *myuros deficientes*: *Alii* verò cessant diminui ante defectionem, quos iterum in duas secabis partes; nam quidam reperiuntur, qui perseuerant in eadem paruitate ad quam gradatim deciderunt, eo modo quo dictum est, quos scimus proprio nomine carere: alii vero non perseuerãt in eadem paruitate, sed denuo augeri incipiunt, quos *myuros reciprocos* appellarunt omnes medici. Qui profecto dum iterum crescunt, aut redeunt ad pristinam magnitudinem, aut ad maioré, aut ad minorem. Quod etiam de myuris seu decurtatis qui deficiunt, subaudiendum est: nam alii reciproci sunt, alii vero non, sed deficientes manent. Atq; hæ sunt omnes myurorum differentię, exemplo solum posito in magnitudine: quod etiam de reliquis differentiis eodem modo subaudire oportebit, licet nullũ peculiare obtineant nomen. Decurtati enim propriè hi solũ censendi sunt, & nuncupandi, qui in magnitudine inæquali inæqualitate constituunt. Sed [illegible] obscura admodum extat Gal. sententia *lib. 1. de diff. puls. cap. 12.* verum hæc est huius doctrinæ veritas, & hac lege venit intelligenda [illegible] Quorum sane pulsuum naturã & conditionem, [illegible] *lib. 2. de caus. puls. cap. 8.* apertius ostendens, hæc sibi verba: *Ergo vbi admouentis digitos videatur motus remissus, & tenenti applicatos paulatim, rursus desinat, eos pulsus vocamus deficientes, illum qui status medium numeramus, inter decurtatos pulsus & perfectam abolitionem: & quanto decurtatis grauiore, tanto leuiorem pulsus abolitione, ac hi quidem tres status, quantitate noxæ differunt. Quartus reciprocorum est decurtatorum, qui est omnium leuissimus. Quintus his addatur intermittentium, qui præcedit deficientium statum.* Ac licet Gal. hac in parte, hunc vltimum leuiorem arbitretur, longè aliter se habet, vt mox referam.

Myuri pulsus duplices.

Myuri deficientes.

D

Anonymi. Reciproci.

Decurtati propriè qui.

E

His habitis expendendum est, prædictis pulsibus myuris Auicen. alterum genus adiunxisse, nempe *myuros augescentes* gradatim, donec perueniant ad finem in augmento. Quos sane pulsus potius posse reduci ad reciprocos, quàm nouum genus constituere censemus: quapropter prisci illi medici eorum non meminerunt, vel quod difficulter cognoscantur, licet in iis, qui balneo calido, aut immodico exercitio sese dederint, succrescant. Scimus enim in his pulsus augeri & celeriores ac crebriores fieri iusto, cum hoc tamen difficulter possumus cognoscere prædictam inæqualitatem, quam Græci appellãt *heterosphigiam*. In qua quidem nunquam manifeste à primo pulsu differt secundus, sicut etiam comperimus in ægrotis, qui habent febres mites, quales sunt, quę a bubonibus excitantur, vel ex tertiana non exquisita, aut quæ ex refrigeratione procedunt: totum enim earum tempus à principio ad vigorem, pro incremento caloris pulsus immutantur in magnitudinem, celeritatem & crebritatem, nunquam tamen secundus pulsus à primo sensibilem efficit mutationem. Verum si multum temporis interponas, maior, celerior & crebrior apparebit, vbi illum prioribus comparaueris. Ex quo constat, cum medicus sit artifex sensualis, non quos ratio colligit esse impares, eos vocabimus *inæquales*, sed eos, qui manifesto sensu tales apparent: quamobrem Auic. sententia hac in re non placet. Quod si quis dixerit pari ratione nõ esse sensu perceptibiles eos, qui decrescendo fiunt myuri, siquidé eadem est dignoscendi ratio: expendat, nõ esse æqualem rationé, siquidem myuri decrescentes semper fiunt vitio facultatis & defectu ipsius, quæ nequit arteriam eleuare: myuri vero crescentes plerumq; fiunt ob vsum adauctum: sed facilius distinguit sensus impressiones vehementis aut debilis, quàm vsus audacti vel diminuti. Ergo non erit par ratio, siquidem pulsus magnus ex virium robore apertiorem præstat de se notitiam, quàm pulsus magnus ob vsum adauctum.

Myuri augescentes.

F

Heterosphigia.

G

Pulsus verò inæquales, & qui inæqualiter fiunt, hoc est, qui non pari excessu vel defectu, nec seruata ad inuicem æqualitatis distantia reperiuntur, plurimum in morbis pręsagire docét, & ipsi quoque multiplices existunt, iuxta numerum primorum & simplicium pulsuum. Quidam enim ex his magnitudine distensionis, inæqua-

Pulsus inæquales inæqualiter quotuplices.

inæqualitatem efficiunt: quidam celeritate & tarditate: nonnulli crebritate & raritate, rursus alii vehementia & debilitate, & vltimo alii duritie & molline. Quos equidem omnes *anonymos*, hoc est, carentes nomine censemus. Inter quos pauci etiam nomen adipiscuntur, velut est pulsus *intermittens, intercurrens, deficiens reciprocus*: quarum differentiarum naturam & conditionem sic dices.

*Anonymi sunt.*

*Intercurrens quis.*

*Intercurrens* pulsus est, qui inter duas pulsationes alteram mediam præter naturam efficit: Est sane differentia pertinens ad maximam crebitatem: tamen iudicio nostro in hac etiam pulsus specie inæqualitas in celeritate reperitur, quia ea pulsatio, quæ præter naturam B mediat, celerior est duabus naturalibus, inter quas exsistit. Itaque detrahit natura à quietibus, quod in hoc intermedio motu consumit temporis: ob id quietes esse breuioris temporis oportet, subindeque crebriores.

*Intermittens quis.*

*Intermittens* verò pulsus, is censetur, qui prædictu contrarius existit, quia inæqualis efficitur, propter nimiam raritatem. Quippe adeo arteria in quietibus immoratur, vt pulsatio vna, duæ vel tres deesse videantur: Ex quo prodit, vt tam rarus efficiatur, quod intermittens iure optimo appelletur, eo quod desit aliqua pulsatio inter duas naturales ob nimiam moram arteriæ in quietibus, ita vt cessasse omnino natura ab actiune videatur.

*Deficiens quis.*

Pulsus verò deficiens fit, quando motu arteria destituta videtur præ nimia paruitate: vt fieri in myuris deficientibus antea dictum est. Verum si is pulsus, qui ad prædictam paruitam deuenit, iterum ad motum redeat, *deficiens reciprocus* censebitur. C Sed deficiens, qui vere talis est, simillimus quidem exsistit myuro deficienti: quia in myuro pulsus præ paruitate delitescunt. Ceterum cum hoc dissident, quia myrus deficiens talis efficitur per inæqualitatem æqualiter factam, deficiens verò per inæqualitatem inæqualem: quo fit, vt longissimus dissideant interuallis. Par etiam ratione, licet vterque sit reciprocus, myurus reciprocatur per inæqualitatem æqualem, deficiens verò per inæqualem. Simillimus etiam est deficiens intermittenti, quia in vtroque delitescit pulsus, & omnimoda fit eius priuatio, asphygia appellata. Verum licet in hoc conueniant, dissident tamen longissimis interuallis, nimirum, quod deficiens reciprocus post longi temporis interuallum, quo maximo videtur pulsu carere. Iosephus arbitratur arteriam immobilem esse: sed fallitur, quia diuturniore tempore esset intermittenti, quod verum non est, solum enim ad sensum quiescere arbitrandum est, non reuera, vt Galenus probe aduertit, *libr. 2. de cau. pulſ. capit. 3* his verbis: *Equidem longe abesse abolitionem puto à pulsu deficienti: illa enim velut est defectus, vt sensus quidem indicat totius functionis: hic dimidiatæ amissio iterum redit:* Intermittens verò, vno, duobus, tribus vel ad D summum quatuor pulsibus, nunquam verò quinque omissis, iterum repetit: quod si diuturnius moretur, mortis præludium esse censebimus, nam abolitioni pulsus assimilatur, & reuera est. Differunt etiam, quia intermittens pulsus pertinet ad raritatem, deficiens verò ad paruitatem. Item dissident, quia deficiens potissimum fit facultate diminute operante, siquidem ad tantam deuenit pulsus paruitatē, quod sensu percipi non possit, cum hoc tamen pulsus omnino non delitescit: Intermittens verò à facultate prorsus otiante fit, & præ impotentia cessante ab actione. Quibus constat Fuchsium perperam intellexisse Galen. & Paul. siquidem confundit intermittentem cum deficiente, ob ignorantiam prædictarum differentiarum. E

*Pulsus deficiens & intermittens quid distant.*

*Dubium.*

Sed dubitabit aliquis in hac re, *cur si ambo pulsus deficiunt, alter est adeo periculosus, & alter longe minus?* Cui dicimus id proficisci, quia in intermittente ex toto natura otiatur, & subsidet à necessarissima illa vitæ actione, quod fieri extra periculum est impossibile, deficiens verò non omnino quiescit, sed tantum ad sensum: nam facile constat posse moueri, non tamen sentiri, eo quod moueatur in ea spatii parte, quam tactus percipere nequit. Nam qua ratione principium dilatationis & finem contractionis non comprehendimos, eadem prorsus, dum arteria præ nimia paruitate amplius moueri aut dilatari non potest, quàm in prædicto loco, quem tactus non attingit, motus eius omnino delitescit, & sic cum deficit, ad sensum tantum deficere censemus, non quidem reuera: quo fit, vt non sit æque periculosus ac intermittens, in quo naturam omnino otiari dictum est. Summam autem prædictarum differentiarum sequens schema monstrabit. F

*Inæqualitas congestica, systematica seu collectiua duas habet differentias primas. Alia est*

- *Fiens æqualiter, quæ facit myuros, qui sunt duplices. ... alis*
  - *Non cessant diminui vsque ad integram defectionem, & vocantur myuri deficientes.*
  - *Cessant diminui ante defectionem, quorum alii sunt.*
    - *Perseuerantes in eadem paruitate, ad quam deciderunt, & carent nomine.*
    - *Non perseuerantes, sed denuo augentur, & vocantur myuri reciproci, qui redeunt ad magnitudinem aut*
      - *Pristinam.*
      - *Maiorem.* G
      - *Minorem.*
- *Fiens inæqualiter, quæ habet classes diuersas, secundum diuersa genera prima, sed omnes sunt anonymi præter*
  - *Intermittentem.*
  - *Intercurrentem.*
  - *Deficientem.*
  - *Deficientem reciprocum.*

563 A

## Capvt XVI.

### De singulari pulsus inæqualitate.

*Inæqualitas singularis quæ.*

DICTVM profecto antea est, inæqualitatem inter ceteras [illegible] quas sortitur, hanc tanquam potentissimam generi maxime contenire, videlicet alteram esse collectiuam, alteram vero singularem: illius quidem meminimus hucusque, huius autem tractationem hac in parte instituere docendi et scribendi ratio. Appellamus itaque *singularem inæqualitatem*, eam pulsus varietatem & à naturali recessum, qui in vno solum arteriæ ictu reperitur: quo fit, vt merito singularis censeatur, ad differentiam collectiuæ inæqualitatis, quæ in pluribus fit pulsationibus: & inæqualitatem venamur ex collatione vnius pulsationis ad alteram, aut plurium inter se. nam ob id dicta est *collectiua inæqualitas*. At verò singularis in vnica solum distentione varias potest pati inæqualitatis sortes, tot nimirum, quot possunt esse partes illius distensionis, saltem, quæ sensu

*Quid differat à collectiua.*

B percipiantur. Hanc etenim in duas primum differentias Galen. diuiserat *lib. 1. de differ. puls. cap. 13.* nam *vna* fit & reperitur in vnica parte arteriæ, & sub vno digito: *altera* vero in pluribus partibus, & sub pluribus digitis: Vtraque profecto magnum afferens commodum ad certitudinem cognoscendi, & præsagandi in arte medica. Quapropter necessum esse iudicaui, vnicuique earum peculiare caput dicare.

*Inæqualitas singularis duplex.*

## Capvt XVII.

### De inæqualitate in vna parte arteriæ.

*Inæqualitas in vna parte arteriæ quid.*

C EA tamen inæqualitas, quę in vna arterię parte repetitur, nimirum sub vno digito, fit, cũ tempus, quo accidit arteriam dilatari aut comprimi, in partes diuersæ celeritatis diuiditur, eo quod prædictum tempus, in quo arteria mouetur, admodum breue non sit, sed partibile in partes sensu perceptibiles; ita vt sensus iudicet primam prædicti motus partem, celerem esse, alterã tardam, vel contra. Quia is motus quamuis continuus sit, non tamen omnes eius partes æqualẽ habent velocitatem. Hæc autem inæqualitas tres sub se complectitur inæqualitatis singularis differentias, si quis recte distensionem illam consideret. *Prima* sane est, quando motus distensionis intersecatur seu interrumpitur quiete aliqua ipsum interpolante, videlicet quando dilatatio, quam efficit arteria à quiete interna ad quietem externam, præsciditur quiete alia media, in medio ipsius motus præter naturam facta, ante nimirum quam ad extimam & naturalem quietem

*Tres habere differentias.*

I.

D peruenit: non tamen manet in ea, sed motum post ipsam perficit, & ad naturalem & consuetam quietem peruenit: Hæc sane inæqualitas efficit pulsus, quos *intermittentes in vno pulsu* medici appellant. Secunda inæqualitatis differentia fit, quando motus continuus quidem est, nulla intercisus quiete, ceterum constat diuersis motus accidentibus, hoc est, dilatatio illa constituta est ex partibus celeribus, tardis, & mediocribus. Quippe aliquando conspicimus motũ, qui lente incipit ac tarde fit, desinire celeriter aut moderate, continentem prædictas varietates in vna solũ dilatatione vel compressione. Hæc enim est inæqualitas, quæ efficit pulsus à medicis appellatos *impares citatos*. Tertia vero & [illegible] fit in vna etiam distensione, ceterum [illegible] recedente antequam inceperit [illegible] ciat, nondum ipsa quietem attingente [illegible] arteria dilatari incipit, cogitur [illegible] quadam [illegible] retrocedere, & rursum [illegible] motum perficit. Hæc autem efficit pulsus quos medici appellant, *dicrotos seu bis pulsantes*, quorum omnium seorsim meminisse oportebit, eo quod veluti genera quædam sint, & multo plures recipiant differentias, & quia magni sunt momenti, & vsus in re medica.

*Intermittentes in vno pulsu.*

II.

*Impares citati.*

III.

*Dicroti seu bis pulsantes.*

E

## Capvt XVIII.

### De inæqualitate singulari in vnica parte arteriæ, quæ fit motu intercisio.

*Inæqualitas singularis motus intercisi in vnica parte arteriæ, nouem constituit pulsus differentias.*

EA verò inæqualitas, quæ, cum sub vnico digito fiat, motu subinde constat vnica quiete interrupto, intermittentes in vno ictu constituit pulsus, nouem sub se complectitur differentias, quas facile disces, si consideraueris, distensionem partitam esse quiete aliqua: ac rursus primam partem motus ante quietem mediam considetes conferasque ad alteram secundam motus partem, factam post quietem illam mediam. Ex qua conferentia nouem producuntur differentiæ, vt constabit hoc schemate, & Gal. docet *lib. 1. de differ. puls. cap. 13.*

| | Primus motus. | Secundus motus. | |
|---|---|---|---|
| 1. | *Celer.* | *Tardus.* | |
| 2. | *Celer.* | *Celer.* | *inutilis.* |
| 3. | *Celer.* | *Moderatus.* | |
| 4. | *Tardus.* | *Tardus.* | *inutilis.* |
| 5. | *Tardus.* | *Celer.* | *Caprizans.* |
| 6. | *Tardus.* | *Moderatus.* | |
| 7. | *Moderatus.* | *Tardus.* | |
| 8. | *Moderatus.* | *Celer.* | *Caprizans.* |
| 9. | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *inutilis.* |

G

Quas quidem differentias repetibiles esse constat, diligenter habita obseruatione, & ex Gale. prædicto loco. Ex quibus secunda, quarta, & vltima, existunt inutiles, quod ad inęqualitatem non pertineant, sed pares sint, & eadem motus conditione fiant. Quinta tamen & octaua nomen caprizantis pulsus sortiuntur. A 564

## Capvt XIX.

### De inæqualitate singulari in vna parte arteriæ, quæ fit motu continuo.

SECVNDA, primæ illius partitionis inæqualium in vnica pulsatione, differentia motu quidem fit continuo à principio dilatationis ad finem, nulla quiete media: hæc quidem *impares citatos* efficit pulsus, quod motus ille, licet continuus sit, variis constet motus accidentibus, *vt nuper exposueram.* Fit autem hæc inæqualitas vno è duobus modis: nam aut fit æqualiter, aut inæqualiter, ea prorsus lege, quam antea in collectiua inæqualitate institutam, & Galenus docet *libro primo de different. puls. capit. 15.* cuius rei occasione, vt clarius constet res hæc difficilis & abdita, expendisse oportet, motum, rem esse continuam, sed cum hoc

*Inæqualitas singularis motus continui in vnica parte arteriæ duob. modis fit.*

B

par-

partes habere priores & poſteriores, duas exempli gratia vel tres. Si igitur prima ad tactum celer appareat, ſecunda celerior, tertia omnium celerrima: & cum hoc, ſi tanta celeritate recedit tertia à ſecunda, quanta ſecunda à prima, tū proculdubio has motus partes inæquales appellabis, quoniam parem celeritatem non habent, cū hoc tameo eas æqualiter fieri fateberis, quia æquali receſſu vna diſtat ab altera, & omnes inter ſe pari interuallo ſeparantur, licet inæquali celeritate fiant. Sic quidem pari lege dixeris, numerom binarium differre à quaternario, & hos ab octonario, ceterum æquali receſſu diſtare, quia quaternarius ſuperat binarium dupla proportione, & quaternariū octonarius eadem dupla creſcit; æqualiter enim numerorū inæqualitas augetur. Diuerſam tameo rationem reperies in numero binario, quinario & ſeptenario: nam hi inæquales ſunt, & inæqualiter creſcit eorum inæqualitas. Ita prorſus in pulſibus rem ſe habere credendum eſt.

Eorum igitur pulſuum, qui æqualiter in vna parte arteriæ inæqualitatem celeritatis vel tarditatis ſeruant, variæ ſubſunt differentiæ: verū quæ ſenſu magis perceptibiles exiſtunt, tantum ſunt Sex, hoc ſchemate depictæ.

Imparium citatorum æqualiter ſex differentiæ.

| | Prior motus. | Poſterior motus. |
|---|---|---|
| 1. | *Extreme tardus.* | *Moderatus.* |
| 2. | *Moderatus.* | *Extreme tardus.* |
| 3. | *Extreme celer.* | *Moderatus.* |
| 4. | *Moderatus.* | *Extreme celer.* |
| 5. | *Paulò mediocri celerior.* | *Tardus.* |
| 6. | *Tardus* | *Paulò mediocri celerior.* |

Partes itaq; motus harum differentiarū, *Aliæ* ſunt moderatæ vel paulo celeriores moderatis, vel tardiores. *Aliæ* verò extreme tardæ, vel extreme celeres, quia ab extrema tarditate ad extremā celeritatem peruenire æquali receſſu nunquam comperimus, neq; ex celerrimo fieri tardiſſimū æqualiter: quod quidem in aliis, quæ inæqualiter variantur, aliquando reperitur.

Imparium citatorum inæqualiter nouem differentiæ.

Pulſuum verò eorum, qui inæqualiter inæqualem celeritatem augeot, vel minuunt, nouē repetiuntur differentiæ, ſi motus duas tantum habeat diuerſas partes: ſi verò tres, erunt differētiæ viginti ſeptē: quod ſi quatuor comperias motus partes (quas aliquando Galenus percipit) erunt multo plures: ſed mihi ſat eſt, faciliores cognitu referre. Cum igitur duæ tantum cognoſcuntur motus partes, nouem erunt differentiæ, hac lege complicatæ, vt Galenus *lib. 1. de differ. pulſ. cap. 14.* depingit.

| | Prior motus. | Poſterior motus. | |
|---|---|---|---|
| 1. | *Celer.* | *Tardus.* | |
| 2. | *Celer.* | *Celer.* | *inutilis.* |
| 3. | *Celer.* | *Moderatus.* | |
| 4. | *Tardus.* | *Tardus.* | *inutilis.* |
| 5. | *Tardus.* | *Celer.* | |
| 6. | *Tardus.* | *Moderatus.* | |
| 7. | *Moderatus.* | *Tardus.* | |
| 8. | *Moderatus.* | *Celer.* | |
| 9. | *Moderatus.* | *Moderatus.* | *inutilis.* |

Ex qoibus conſtat, ſecundam, quartam & nonam, inutiles eſſe, quia de numero ſunt æqualiū.

Dimitto etiam conſulto hac in parte [illegible] ſtudio, illas viginti ſeptem differentias, [illegible] lenus ſe iactat adinueniſſe *libro primo de [illegible] pulſuum, capite decimoſexto*, quod ipſe ape[illegible] ipſas depinxerit.

## Capvt XX.

### De inæqualitate ſingulari, quæ fit in vna parte arteriæ, motu redeunte.

DIFFERENTIA illa ſuperioris partitionis [tertia] & vltima, quæ motu fit redeunte, & pulſus dicrotos ſeu recurrentes (*de quorum natura tam varia ſenſerunt Gal. & auctores fere omnes, vt vix poſſis colligere ex eorum ſententia, qualis ſit rei veritas, aut Gal. opinio, vt lib. 1. de differ. pulſ. cap. 17. ſcriptum reperies*) complectitur, ſeſe iam offert. Cuius occaſione differendum eſt, qualem naturam reuera hæc pulſus differentia ſortiatur, ſumto tū principio ab huius nominis interpretatione. Cuius vt [a]uctor ignoratione multi decepti, in mille errores inciderunt. Dicrotus itaque pulſus is eſt, quem medici omnes iure optimo *bis pulſantem*, ſeu *recurrentem* appellant, cuius natura eſt, quod cum ſemel tactum percuſſerit, facta parua retractione, iterum feriat ipſum. Sed eum alius etiam apud antiquos ſcriptores reperiatur pulſus huic perſimilis, qui bis feriens nuncupatur, confundunt vtriuſq; ſignificatum & vtrumq; pro eodem reputant, cū longiſſimis interuallis inter ſe diſſideant. Quippe omnis bis pulſans, bis feriens quoq; eſt, ceterum non omnis bis feriens, bis pulſans ſeu dicrotus aut recurrens cenſeri debet. Bis etenim ferit caprizans & omnes, qui inæquales exiſtunt in vnico ictu motu interciſo, ceterum non ſunt de dicrotorum ſorte, etiamſi poſt primum ictum paucula interpoſita quiete, iterum tactum ſecundo feriant, complentes inceptam diſtenſionem. Hæc tamen conſtituitur differentia inter vtroſque, quod bis pulſans tactum primo ferit, ſed mox exigua facta contractione, iterum poſt illam vlterius diſtenditur, & ſecundo tactum percutit: & ob id *bis pulſans* dicitur, quia de ratione pulſus eſt, conſtare ex dilatatione & contractione: At bis feriens citra vllam retractionem, tactum bis ferit, & ea ratione non meretur dici *bis pulſans*, licet bis tactum feriat. Quod exemplo quodam appoſitiſſimo diſces: In vulnerato enim homine cui duo aduerſarii duo in femur vulnera punctim infligant, ſed alter enſem comprimat, vſque dum ad os perueniat, & iterum enſe parum retracto, pungat ſecundo eouſque, quo prius: alter verò enſem infligat femori, non tamen adeo profunde, ſed ſubſiſtat in media carne, ibidemque parum immoretur, & poſt modum citra vllam retractionem profundius ad os vſque femoris pungat. Iſtorum autem, vterque bis feriendo percutit, ſed ille pungebat bis, cum retractione tamen, hic verò citra ipſam bis quoque feriebat. Huic quidem caprizantes pulſus iure optimo reduces, & omnes conſimiles, illi verò dicrotos ſeu bis pulſantes aut recurrentes. Quibus conſtare arbitror, quanta ſit differentia inter hos pulſus, ita vt qui exacte intellexerit, non poſſit amplius eoſdem confundere. Reperiuntur tameo dicrotorum pulſuum tres differentiæ: *Prima*, cum nondum perfectam diſten-

Dicroti pulſus qui. Eius natura quæ.

Bis pulſans & bis feriens quid differant.

Dicrotorum pulſuū tres differentiæ.

distensionem contractio excipit, vt secundum efficiat ictum: *Secunda* cum arteria ad perfectam distensionem peruenit & mox parum retrahitur vt secundum efficiat ictũ. *Tertius* verò & vltima, cum statim à principio distensionis contrahitur arteria, & cogitur rursum dilatari, vt inceptum motũ perficiat. Cæterùm ex his tribus dicrotorum differentiis, ansam fortasse desument aliqui dubitandi (*maxime qui negant contractionem sensibilem efficere tum eum ictum & dilatationem nosciunt, & Arcongestiuam arbitrantur inaequalitatem illam, in qua duos ictus persentiunt*) num sint prædictæ dicrotorum species de genere intercurrentium pulsuum, quos diximus vnam habere superuacuam pulsationem inter duas naturales. Qui expendant, vt sese ab hoc nodo eruant, distare dicrotum ab intercutiente, quod huic omnes distensiones, seu motus sunt integri, dicrotu verò, prima quies externa insensibilis efficitur, & contractio atque distensio secunda suo admodum exiguæ. quia vna eademq; distensio in has omnes partes diuiditur. Haud secus, vt claro exemplo vtar, quam in respiratione contingit his, qui amore vel curis vexantur, quibus loco vnius respirationis duæ succrescunt. Est enim cuiuis in arbitrio, post inspirationem siue perfectam seu impeditam, modica subito adhibita respirandi contractione, inspirationis distensionem repetere, vt faciunt pueri, dum flentes anhelant.

Dubium.

D

Dicrotus quid ab intercurrente differat.

Sed in enodanda huius pulsus sorte & conditione, non defuere ex priscis, vt Galen recenset *lib. 1. de diff. puls.* qui dicrotum nõ censuerint vnum esse pulsum, sed plures: scientes magis & minus nõ variare speciem, quapropter crediderunt, paruam illam contractionem, & rursus distensionem illam imperfectam non mutare pulsus speciem. Sed vt mea fert mens, verior est contraria sententia, cum prædicti auctores decipiantur, credentes prædictos pulsus tantum differre, quoad magis & minus, cum certũ sit, differre etiam vsu & modo. Nam imperfectus motus, qui post ictum non peruenit ad statutum & necessarium locum, iterum antequam ad verum terminũ quietis interne retrahatur, motum inceptum perficit. Ratio tamen potissima, quare h pulsus non sunt censendi de sorte collectiuæ inæqualitatis, neque rursus prædictus motus plures efficere pulsationes. est qa in dicrotis, licet arteria recurrat, nulla tamen apparet quies (*etiam si revera adsit*) quæ mutus dissidium constituat, & dicroti vna tantũ constant distẽsione, nam recursus ille arteriarum non est vera contractio: tum quia non separantur cognoscibili quiete: tum quia nõ deueniunt ad verum qu etis terminum, tum etiam quia retractio illa nõ est vera naturæ actio, sed causæ alicuius præter naturam, vt Gal. exprimit. *1. de diff. pul. c. 15* dicens, *Neq; enim tunc arteria contrahitur, sed quasi conuerteretur decidit.* Ergo *non inconueniens paruum illum motum intercidere, vt ob id constituamus duplicem motum. Quod si alignando ob vsum & indigentiam expellendi fuligines, cogatur natura a distensione retrahi, non ob id credendũ est, plures esse motus: quia cum retractio illa non perueniat ad aliquem ex terminis contractionis, non meretur dici motus alter, quia ea sola ratione meretur id nomen.* Ex quibus constat, maiorem esse differentiam, quam quoad magis & minus, nimirum finem & modum agendi, atq; terminum.

Dicrotus vnus tantum pulsus est, & non plures & quare.

E

F

Ipse quoq; Galenus non semper eandem de dicroto protulit sententiam: nam *loco nuper citato*, dicrotum fieri asserit, dum vibratus efficitur pulsus. quod si verum esset pulsus dicrotus n n est simplex, sed complicatus. Præterea alio loco diuidẽs pulsum dicrotum, aliam eius speciem refert absque vibratione fieri non tamen absq; duritie arteriæ: sed eam nos sub vna ex tribus dicroti speciebus, superius memoratis, comprehẽdi censemus. Præterea scribit *eodem loco*, dicrotum fieri instar geminorum ad incudem malleri ictuum, cum ex magno interuallo prior incutitur valideq; pulsat. secundus verò, cum quasi resiliat ab incude malleus, non ita multũ recidit, neq; vt antea violẽter & breui interuallo: sed ex eodẽ genere est inquit, dicrotus: nam arteria in occursu suo quasi repellitur, moxq; redit. Neq; enim tunc arteria contrahitur, sed quasi excuteretur decidit, cui⁹ elapsum à primo distensionis termino dimittit nulla manifesta quies. Sed ego in hac re intelligere non possum, quomodo arteria ita queat repelli, sicut malleus ab incude, cum neq; ita dura sit, neq; cutis q̃ sent, adeo dura & solida, quod pari ratione contingere possit. ac in incude accidere dictũ est. Quæ omnia licet Gal. concedamus, sonitũ arteriam dedit totam dubitauit profectò nemo, sed eum in dicrotis pulsibus non sentimus. ergo videtur rationi consonum non ita posse fieri, præterquam quod si hæc duo corpora, quæ se coniungunt, vt dicrotũ efficiãt, adeo dura extitissent, daretur proculdubio inter arteriam, & rem tactam vacuum, qa neutrũ ad recessum alterius, præ duritie cedere quiuerit quam potuisset: q cum nihil cedat, dari vacuum certum est. Qua et in re Gal. sequuti hallucinati sunt Auic. Paul & Auerrhous, sed venia Gal. dign⁹ est. quoniam resipuit hac in re, & erroris alio in loco palinodiam cecinit. Quamobrẽ prædictis auctoribus noll⁹ fit, bẽst excusationis locus, q negligenter Gal. scripta legerint. Inquit enim Gal *lib. 2. de præsagatione ex pul c. 8.* de dicrotis loquens: *Dicrotum igitur, quidam pulsus est vibratus, quem ego à principio putabam esse solum, qui bis feriret, deceptus in, qua dixit Archigenes, assimilans eum mallei geminum ad incudem ictum, resilire enim durum ab altero duro in huiusmodi ictibus, cum mihi persuaderem, qua mihi erat erroris occasio circa notionem rei, eadẽ occasio fuit erroris & in dignoscendo ea. Postea verò cum longo tempore instarem semper, seduloq; darem operam, vt contractionem exactè cognoscerem, manifeste sensi arteriam nonnunquam mollem & non vibratam, modicam contractionem efficere, & deinde statim explere suam distensionem. Obseruaui deinceps affectus, in quibus fiunt huius modi pulsus, ac longo tandem tempore, habita multa consideratione, certam potui dare sententiam de iis, qua nunc recensui. Videtur mihi & Archigenes diligenter obseruasse hos pulsatiles pulsus, sed non recte eos interpretatus est, neq; affectus, quos sequuntur, bene nouit. Alioqui non sic eos simpliciter mallei gemini ad incudem ictibus assimilasset: neq; prætermisisset dicere, quo fierent modo id quod & nobis post longum tempus compertum est.* Quibus verbis euidenter constat, quantum Auic. & reliqui errauerint in diffiniendis dicrotis, iuxta eam sententiam, quam Gal esse existimarunt. Qua in re etiam prædictos auctores sequuti hallucinati sunt ex iunioribus non pauci, quos honoris gratia sub-
ticeo.

Dicrotorũ pulsuum na-
u[illegible]
r econue
[illegible] exẽplũ
[illegible] de ge-
m[illegible]
mallei ad in-
cudem.

G

A 566

B

C

### Caput XXI.

## De inæqualitate singulari, sed in pluribus partibus arteriæ.

Inæquales in pluribus partibus arteriæ pulsus qui & quotuplices.

INæquales in vno ictu, seu singulares pulsus diuiseram antea in inæquales sub vnico digito, vel in vna parte arteriæ, quorum latius hucusq; meminimus, & in inæquales sub pluribus digitis & in pluribus partib. arteriæ. Quos equidē eos esse existimandum est, qui in vnica distensione plures digitos feriunt duos videl. tres vel quatuor, quos D omnes inæqualiter feriūt. Hos itaq; pulsus prima sui diuisione Gal. secat in eos, qui *continuo* motu fiunt, & in eos, qui *intercisso*, seu interrupto, p priuationem pulsus inter vnū & alterū digitū. Qui verò continuo motu inæquales exsistunt, ij sunt, qui duos aut plures digitos feriunt contiguos & coniunctos, vt si arteria percutiat primū & secundum digitū, aut primū, secundum & tertiū, vel oēs quatuor simul, inæquali tamen percussione & ictu, ita vt alterum magis & alterum minus arteria percutiat. Et ij quidem alia diuisione disiunguntur, nam aut *æqualiter* tactum feriunt, aut *inæqualiter*, eo modo, quo superius dictum est, aliquid posse cum inæqualitate æqualiter moueri. Si verò æqualiter motus, qui in primo digito apparet, distet à motu secūdi digiti, & is à motu tertii, & rursus hic à motu, qui in quarto digito persentitur, pulsus fient myuri in vna pulsatione, & deficientes etiam: hoc est, quod in quarto digito ad tantā perueniat paruitatem, quod pulsus delitescat, *vt paulo inferius cōstabit*. At si inæqualis fiat motus, ita vt in vna parte E arteriæ extreme fiat tardus, & in altera (vel. b. gratia) moderatus, sex erunt differentiæ, similes illis, quas antea vno schemate adduximus. Si autē inæqualiter immutentur celeritas & tarditas, multo plures colligere poteris: quippe si duos digitos motus attingat, nouem erunt differentiæ, quarum tres erunt inutiles, *vt capitibus præcedentibus ostensum est*. Si verò tres digitos arteriæ motus occupet, erūt viginti septem differentiæ, è quibus etiam tres erunt inutiles. Cæterùm si quatuor digitis arteria occurrat, erunt septuaginta & octo, exceptis tribus inutilibus. quas Gal. nequit numerare, & iure optimo citra eas computationem instituit, vt cōstat ex eudem *lib. 1. de differentiis pul. c. 16.* licet Josephus eas inutiliter adiunxerit. Quas facili negocio recensebis, si tabellas prius scriptas diligenter expenderis.

Sunt vel motus continui.

vel

Pulsus verò inæquales, qui motu fiunt interrupto, quatuor differentias primo edunt, quarum F quælibet multo plures complectitur. *Prima* differentia est, quando primus & tertius digitus motū sentiunt, secundus & quartus minime. *Secunda*, quando pulsus sentitur in primo & tertio & quarto, at verò secundus non recipit ictum. *Tertia*, quādo secundus & quartus motum sentiunt, tertius autem minime. *Quarta* verò & vltima, quando primus & quartus ictum persentiunt, secundus vero & tertius nequaquam. Atqui licet Gal. solas has quatuor combinationes scripserit, *Quinta* facile superaddi potest: nimirum quando arteria percutit primum, secundum & quartum digitum. Ex his enim quinq; cōbinationib. prima & quarta & quinta quælibet nouem profert differētias, similes illis, quas intermittentes in vno pulsu & in vna parte arteriæ habere docuimus. Secunda autem & tertia quæ tres digitos feriunt, viginti septem gignunt, similes illis, quas diximus ex mente Gal. posse educi.

Interrupti.

Hucusq; tamen omnium inæqualitatum differentias adduximus, sumpto exemplo à celeritate. nunc tamen asserimus idem esse intelligendū de G reliquis generibus. Sic etenim vehementium pulsuum tot reperiuntur differentiæ in vna pulsatione, non solū in pluribus partib. arteriæ, verum & in vna, vt quis facta coniectura & computatione facile eliciet: tot n. pariunt differētias, quot in celeritate & tarditate animaduertim⁹. Durities vero & mollities easdē pariunt inæqualitatis differentias, cæterùm non in vna parte arteriæ, sed in pluribus. Quippe arteria durius primum digitum, & mollius tertium & quartum ferire poterit, & sic in reliquis tribus combinationibus. verum in vna parte arteriæ non poterit motum in- A 567 cipere dura, ac desinere mollis. Idem prorsus intelligendum est, de quantitate distensionū, nam in vna parte arteriæ inæqualitatem habere nequit, in pluribus tamen potest: pulsum enim in vna eademq; parte arteriæ inæqualitatem habere nequit, in pluribus tamen potest: pulsum enim in vna eademq; parte magnum & paruum fieri, est impossibile, in diuersis tamen partibus tot efficit differentias, quot celeritatem efficere antea diximus: fiunt enim interrupto motu & continuo, inæqualiter & æqualiter, cuius naturæ sunt, qui vocantur *myuri in vno pulsu*, seu *decurtati*, & illi qui *emynuli* & *promynuli* vocantur, quos alii appellarunt *innuentes* & *circumnuentes*. Fiunt autem hi pulsus hac lege, quod sub primo digito pulsus sit magnus, sub secundo minor, sub tertio tanto minor, & sic de reliquis æqua portione imminutis: vocatur etiam is pulsus *myurus in vno pulsu*, seu *de-* B *curtatus*. Quibus etiam accidit aliquando ad tantam venire paruitatem, vt deficiant, & aliquando iterum redeunt, more myurorum in pluribus pulsationibus. Quod si media pars arteriæ, quæ digitos intermedios tangit, magnum pariat pulsum, vtrinque vero paruos efficiat, vocabu huiusmodi pulsus *emynulos* & *premynulos*, quos Galen. appellat *myuros in vtramq; partem*. In vltimo vero genere, nimirum in raritate & tarditate inæqualitas etiam reperitur, congestica quidem, dum quietes partim sunt minores, partim vero maiores. Et reperitur etiam inæqualitas singularis in vno pulsu, cæterùm in diuersis partibus arteriæ, videlicet dum omnes partes ipsius arteriæ nō simul incipiunt moueri, nec simul quiescunt, sed aliæ prius, aliæ posterius motum efficiunt aut terminant. Quarum differentiarum gratia paulo inferiùs pulcrum & obscurum Galen. locum exponam.

Vehementium pulsuum quot differentiæ.

Myuri in vno pulsu.

Emynuli & promynuli qui.

Sunt quidem hæ omnes inæqualium pulsuum C differentiæ, præter quas aliæ non reperiuntur, etiamsi apud Gal. inæqualitates aliæ repetiantur: vna nimirum in plenitudine & vacuitate, alia verò in caliditate & frigiditate. Cæterùm qua ratione has differentias in principio huius libri, à cōsortio simplicium pulsuum ablegauimus, eadem prorsus tenemur nunc secludere ab inæqualium cōmercio. Censeo quidem Gal. illo in loco ad mentem aliorum loquutum fuisse.

Fuere ēt inter medicos scriptores, q dixerint ad hoc genus inæqualium pulsuum sub plurib⁹ digitis,

Pulsus vndosus, vermiculans, &c.

tis, pri[illegible] pulsum vndosum, vermiculantẽ, spasmosum, serrantem & plures alios huius naturæ quos sane cõstat aperte ignorasse prędictos pulsus pertinere ad in æquales compositos: quorum tractationem iam aggredior, vt constet, quantum veritatis obtineat eorum sententia.

## Capvt XXII.

### De inæqualitate in situ arteriæ.

D NON omnino videtur à ratione alienum, inæqualitatem in situ arteriæ, ad inæqualitatem pulsus in vnica pulsatione, & in pluribus partibus arteriæ reducere. Cum hoc tamẽ clarioris doctrinæ gratiâ, placuit hac in parte huiusmodi inæqualitatem seorsum expendere, vt qualis naturæ sit, apertius constet. Fit igitur inæqualis pulsus in situ arteriæ, quando in vna pulsatione notatur inæqualitas à dextra, à sinistra, sursum deorsumq́, cõmoto vniuerso arteriæ corpore: qua peculiari cõditione videtur ab omni alia inæqualitate differre. Quippe in reliquis omnib. arteriæ tunica more naturali sursum & deorsum mouetur, in hac verò inæqualitate vniuersa arteria, non distensione & contractione mouetur, sed naturali sede relicta, motu errabundo totũ arteriæ corpus pulsum efficit: quod quidem dum contingit, pulsus fiunt, quos Latini vocant *contortos* aut *tensos*, simillimos tamen inæqualitati quæ reperitur inter magnum & paruum, *vt pulchre Gal. aduertit 1. de diff. puls. cap.* E 22, qualiter autem distingui possit, licet libro de dignoscendis puls. scriptum latius reperiri fateatur, non tamen absoluit omnino difficultatem.

Inæqualis pulsus in situ arteriæ quis.

Contorti aut tensi pulsus.

Inæqualitas in situ arteriæ quid differat ab inæqualitate singulari in pluribus arteriæ partib. & quo modo ad eã reducatur.

Ego tamẽ arbitror, ab eo differre, quia in inæqualitate in situ arteriæ repetitur pulsus magnitudo cum duritie, q̃ nulla ratione in aliis differẽtiis inęqualitatis magni & parui reperibilis est, & sic pulcre hanc ab illa distinguere inæqualitatem, quia cum tota arteria à loco prosiliat, magnum percurrit per pulpas digitorum spatium, & quia ob id tensa redditur, sentietur proculdubio dura, quod in alia magnitudine quæ ex distensione arteriarum fit, incompatibile exsistit: præterquam quod hæc inæqualitas ad latera etiam dextrorsum & sinistrorsum apparet. Atque etiam fieri potest, vt simul pulsus sit paruus, quia arteria parum dilatatur, & magnitudinem repræsentet vniuersa arteria plurimum à sua sede dimota: quo fit, bene vnum & eundem pulsum ob duritiem esse reuera paruum, & in eadem arteriæ parte, & eodem tempore magnum ob magnam arteriæ dimotionem à proprio loco. Placuit etiam hac in parte F huius differentiæ inæqualitatis meminisse, quod finis sit omnium inæqualium simplicium, & quod vnum hoc habeat quoque peculiare, nimirum, situm mutare, idque inæqualiter: & quia est principium etiam complicatarum Inæqualium, siquidem ad inæqualitatem hanc perficiendam duæ inæqualium pulsuum differentiæ prærequiruntur, *vt paulò inferius docebo*; si prius dixero, quibus modis inæqualitates complicari possint.

## Capvt XXIII.

### De complicatis inæqualitatibus.

COMperimus quidem simplices inæqualitates variis modis inter se posse commisceri seu complicari, ac tertiam aliam inæqualitatis speciem effingere. Quippe vel coniungitur systematica inæqualitas cum singulari, aut singularis vnius sortis, cum altera singulari alterius speciei: vel systematica cum alia systematica, quæ specie inter se differant; idq; non solum vnius generis, sed & duorum, & trium, & quatuor, & omnium quinq;, quam diximus appellãdam esse *absolutam inæqualitatem*: ita vt pulsus sint magnitudine inæquales, & celeritate & crebritate simul, ac vehementia item & mollitie: idq; in vno pulsu, & in pluribus pariter. Cuius rei exemplum adduxit Gal. *lib. 4. de loc. affect.* in Antipatro Medico, cui omnes inæqualitates aderant. Verùm cum cõstet huiusmodi complicationem nomine carere, vt complicatis quoq; febrib. accidit, excepta ea, quam hæmitritæum appellant, ita prorsus paucis quibusdam ex iis inæqualitatib. compositis, nomen imposuit antiquitas. Sunt autem *vndosi, vermiculantes, formicantes, serrantes spasmosi, vibrati, trementes, palpitantes, & bellici*: quibus experimento & auctorum decreto didicimus, striepentes esse addendos.

Inæqualitas complicata quæ & quotuplex. G

Inæqualitas absoluta quæ.

A 568

## Capvt XXIV.

### De pulsibus vndoso, vermiculante, & formicante.

COnstat, vndosum & vermiculantem pulsum efficere inæqualitatem in magnitudine, diuersis arteriæ partibus, & celeritate. Quippe partes quædam huius pulsus eleuantur magis, quædam minus; aliæ item tardius & aliæ celerius mouentur, instar vndarum sese eleuantium: ita vt altera vnda alteram excipiat, proficiscente eleuatione à principio arteriæ vsq; ad ægroti pollicem. In quo etiam pulsu euidenter apparet inæqualitas in vehementia, q aliæ partes debilius, aliæ fortius ferire videantur, licet exactè id non explicuerit Gal. Sed constituitur differẽtia inter vndosum & vermiculantem (*licet vterq; ex eisdem fiat inæqualitatibus*) quod vndosus altiores habeat magnitudinis inæqualitates, & plures ac celeriores: vermiculãs verò minores & tardiores, quales in vermiũ gressu conspicimus, qui inæqualitatem quoq; in raritate & tarditate obtinere creditur; idq; maxime cum vndosus in vermiculantẽ commigrat, vt frequentissimè fieri asseritur. & vt Gal. aduertit c. 23. *lib. 1. de diff. pul.* qualitas nulla illos distinguit, sed quantitas; sed necessario aliis quoq; inæqualitatibus dissidens, pręterquam quod vermi[illegible] oblique aliquando moueatur. Sed vt Gal. refert, nomen non ab alia differentia, quam ab inæqualitate magnitudinis sortiuntur.

Vndosus pulsus quis. Vermiculãs quis. B

Vndosus & vermiculans quid differant.

C

Formicans verò pulsus prædictis simillimus exsistit, quod ex eisdem proficiscatur inæqualitatibus, licet ab eia quodãmodo ob paruitatẽ videatur differre: & etiã, quia in hoc imbecillitas adeo vigeat, vt rudes existiment laborantes pulsu carere. Sortiuntur ij pulsus prędictũ nomen à formicę tardo & imminuto motu: est n. omnium minim[us], tardissimus, & languidissimus, ita vt multi decipiantur, credentes celerrimũ esse. Quos proculdubio fallit crebritas illa maxima, quã habent. Nam,

Formicans pulsus. Vnde sic dictus.

quemadmodum formica ex eo, quod paruos & crebros efficiat gradus, apparet celeriter moueri: ita quoq; pulsus paruissimi, & tardi, ac creberrimi falsam celeritatis speciem præ se ferũt: & ob id dictum est ab eisdem proficisci inæqualitatibus, ac vermiculans, & vndosus: quod ad sensum intelligendum esse volo, haud secus quam accidit in tremore manus. Vt enim in eo facultas imbecilla per breuissimum spatium effert manum creberrime, ita in formicante pulsu ob paruitatem & crebritatem nulla inuenitur inter motus contrarios quies sensibilis, ita vt falsam celeritatem æmuletur. Sed expendendum est, vermiculantem pulsum plerumq; formicantis esse præludium, quemadmodum ex formicante ad vermiculantem recessum fieri. Expendẽdum insuper est, vndosum inæqualis esse magnitudinis, & vermiculantem eandem sortiri inæqualitatem, sed minores esse omnes arteriæ progressus iis, qui fiunt in vndoso, tam quidem ij qui magni sunt, quam qui parui, quos longe minores esse arbitramur, at in formicante inæqualitas est inter paruos & minimos pulsus, vbi nullus profectò magnus reperitur.

D — *Formicans, vermiculans & vndosus quid differant.*

## Capvt XXV.

### De caprizante pulsu.

E — *Caprizans pulsus quis. Vnde sic dictus.*

Caprizans de genere est inæqualium in vna pulsatione, & in vnica parte arteriæ, quẽ intersecat quies media, constitutus quidem ex duplici inæqualitate, ex celeritate nimirum inæquali, & ex inæquali vehementia. Quod constat ex nominis etymologia, nam desumitur à similitudine caprarum, quę gemino motu plerumq; videntur salire. Cum enim capra alterã adoritur, effert se primo parum, ac prius quam impetũ perficiat, sese modice retinet, vt desinere prorsus à motu videatur, mox altero motu lõgè celeriore & fortiore irruit, ex quo motu constat duplex inæqualitas: nam prima pars motus videtur tarda, & non admodum vehemens; secunda longe celerior & vehementior. Ex quibus sane inæqualitatibus pulsum caprizantem constitui certum est. Neq; obstat, inter simplices inæqualitates antea ipsum esse repositum: nam pleręq; ex speciebus illis ex variis constant inæqualitatibus, verum ratione generis inter simplices annumerantur.

## Capvt XXVI.

### De serrante pulsu.

F — *Serrans pulsus qualis sit & eius differentiæ.*

Dictum antea est, pulsum inæqualem in vna pulsatione & in plurib⁹ arteriæ partibus motu intercisu, quatuor ad mentem Gal. & quinq; iudicio [illegible] constare differentiis: quando videlicet arteria quosdam digitos ferit, quosdam verò minime. Quas omnes proculdubio serrãtem pulsum posse efficere existimamus, si accedant aliæ inæqualitatis differentiæ, quæ huic vsui necessariæ sunt: qualis est inæqualitas tunicæ arteriæ inter duritiem seu tensionem & mollitiem, quæ cogat arteriam pressius in vna parte, & mollius in alia tactum comprimere. Item aliquando accedit illa inæqualitas, quæ in situ arteriæ consistit, iuuat enim ad serrantis constitutionem, quasdam partes sursum, & quasdam deorsum moueri, & veluti hinc inde tendi. Quibus omnibus iunctis, necessum est sic in tactu serræ aut canini [illegible] figiem, siquidem aliæ partes arteriæ del[illegible], & aliæ pressius tactum feriunt, & ipsum subingrediuntur ad modum prædictarum figurarum.

## Capvt XXVI.

### De spasmo & vibrato pulsu.

G — *Spasmosus, siue conuulsiuus, quis [illegible]. Vibratus quis.*

Hæ duæ inæqualitatis compositæ differentiæ ex situ arteriæ variis modis immutato proculdubio fiunt. Spasmosus etenim, siue conuulsiuus, quem multi *retortum* vocant, fit ex arteria tensa, & à propria sede remota sursum ac deorsum ad pollicem ægroti: & defertur etiam seu flectitur in altum, sicut tendones in spasmo pedum & manuum videntur eleuari. Quę situs mutationes sunt proculdubio huic pulsui peculiares, præsertim cum flexio dextrorsum & sinistrorsum accedit. Vibratus tamen pulsus, quem Auicenna arcuatum vocat, eisdem componitur & constat situs differentiis, magis vel minus à præcedenti dissideos. Quippe vibratum minores eleuationes sursum aut deorsum componunt, hoc est, pollice, & ad pollicem laborantis; maiores tamen conuulsiuum. Contra maiores in altum eminentias versus cutem, veluti in arcum vibratur efficit, conuulsiuus verò minores. Præter quas inæqualitates vibratus suscipit etiam alias, nam alia pars vehementius, alia remissius, alia celerius, & alia tardius pulsat. Habet etiam vibratus hoc peculiare, quod simul vna pars arteriæ in altum irruit, & eodem tempore alia deorsum vergit: quod mirabile profectò videtur, siquidem perdifficile est, etiamsi diuersæ sint partes, posse sursum & deorsum eodem tempore ab vna eademque facultate moueri: & quod magis mirandum est, quod in vna parte vehementius feriat, in alia remissius: & rursus in vna celerius, & in alia tardius & incipit & efficitur motus. Quod censeo potius à caussa morbifica fieri, quam à facultate: & ob id arbitrãdum est, componi huiusmodi inæqualitates ex vario arteriæ situ, & ex afflicta facultate, ita vt & tota arteria dimoueatur à causa morbifica & eius tunica à facultate patiente graue aliquod vitium. Distare tamen vibratum à conuulsiuo, constat, quod licet vterq; contorqueatur, & in altum moueatur: vibratus quidem cum sursum eleuatur, arcus figuram repræsentat, conuulsiuus verò acuminatam. Hos sane omnes inordinate fieri certum est, nimirum vnica vibratione, vel duabus, aliquando vna facta, plures & pluribus arteriæ partibus subsequuntur.

A 5 9 — B — C

## Capvt XXVIII.

### De tremente & palpitante vsu.

*Tremens & palpitans pulsus [illegible].*

Qvod trementes & palpitantes pulsus repentautur, nulli esse abscondium arbitror: experimento enim didicimus arterias, & cor palpitatione affici, atque tremore, licet non ita conspicuos in arteria, ac in corde, sese ostendat motus. Differunt quidem ij motus multis rationibus ab arteriarum & cordis motu: quippe arteriæ & cor solo dilatationis & compressionis motu mouen habent: at in tremore mille mutationibus factis, inordinate & inæqualiter mouentur.

Quam-

Quamobrem merito in prædictos arteriarum & cordis motus inter inæquales compositos numerandos fore censui, quod tremor & palpitatio inæquales efficiant motus, quoad magnitudinē, vehementiam, & crebritatem. Contingit tamen in hac affectione vt corpler amq; tremat, arteriis in natiua dispositione manētibus, vt in fœminis melancholia affectis haud raro conspicimus; & rursus accidit etiam, arteriis palpitantibus & trementibus, cor nihil tale efficere, vt paolo inferius monstrabo.

### Caput XXIX.

### De hectico pulsu.

Hecticus pulsus qui & qualis.

PRæcedentibus summe contrarius exsistit pulsus quē *hecticum* vocamus, quod illi mille mutationibus varii habeant; hic verò perpetuò eodē modo moueri ac perstare. Qua ratione hecticus, fixus ac permanens appellatur, quia videlicet nullas per interualla suscipiat nouas differentias, sed semper in eadem æqualitate perstet, cuiusque speciei inæqualitas sit. Et inter reliquas differentias ea frequentius apparet, quæ habet pulsum paruum, celerem, crebrum, debilem, durum, vel his contrarium, dum in omnibus differentiis, aut in aliquibus æqualis exsistat, & tandem seruet inæqualitatis rationem & eundem modum, vt postea latius sum probaturus.

### Caput XXX.

### De pulsu strepente.

Strepentem pulsum vidit auctor, & quæ sit eius natura.

PVlsus strepentis quia Galenus meminit, quem nos quoque iam vidimus, hac in parte meminisse quoq; fuit in animo: in quo non vt aliqui imaginantur, varias sonitus differentias persenties, sed solum quendam sonitum aut strepitū. Qui sane licèt res longe diuersa à motu sit, accedit tamen ei velut accidens, proficiscens ab arteriæ tensione aut duritie, citra quam minime fieri potest. Verùm si quis velit scire, cur strepentem pulsum ad inæqualitatem compositam reduxerim, expēdat, ob id esse factum, quia constat ex inæquali duritie, & inæquali vehementia, quæ magis vigent in vna corporis parte, in qua tantum sonus sentitur, quam in alia: præterquam quod inæqualitas etiam reperitur in ipso sonitu. Quippe compertum est, etiamsi diu talem pulsum tetigeris, nō semper æquale robur percipi, neq; æqualem subesse sonitum. Etiam ad inæqualitatem visum mihi fuit hunc pulsum reducere compositam, quod nullo modo potuisset aliquo ex primis quinq; generibus reduci.

### Caput XXXI.

### De aliis inæqualitatis differentiis, quas Gal. in pulsu adinuenit.

Inæqualiū pulsuum octo differentiæ, præter communes differentias a Gal. adinuentæ.

QVasdam inæqualium pulsuum differentias tam obscure scripsit Galenus *in fine libr. 1. de different. pulf.* vt nullum reperias scriptorem, qui ea intelligere exacte vel locum exponere, præ nimia obscuritate possit. Verùm vt res apertior fiat, expende, Galen. eo loci voluisse numerare differentias quasdam inæqualium pulsuum, qui fieri possunt ex complicatione rhythmi cum raritate & crebritate, in vno quidem pulsu, cæterùm in plurib. partib. arteriæ: quam rem sic considera: *Aut omnes partes arteriæ motum simul incipiunt: Aut aliæ prius, & Aliæ posterius.* Præterea si omnes simul incipiunt moueri, considera quatuor posse reperiri differentias in rhythmo, ac in raritatis & crebritatis genere. Si verò non omnes simul moueantur, necessario aliæ quatuor nascentur differentiæ, quarum seorsum meminisse oportebit, vt vniuscuiusque clarius constat natura.

Prima differentia.

Cum omnes arteriæ partes simul moueri incipiunt, sed post principium non mouentur æqualibus temporibus, ita vt aliæ partes breuius, aliæ tardius moueantur, & cum hoc secundam distensionem simul iterum incipiunt: duo necessario eunt inæqualitatis genera in pulsu: vnum quidem in rhythmo, quod non omnes partes moueantur eadem celeritate in distensione & compressione: & alterum in crebritate ac raritate, eo quod quædam partes plus immorentur in quietibus: quædam minus. Partes etenim illæ, quæ postremo incipiunt moueri, præter id quod citatius moueantur, vt pari tempore ad vnum locum deueniant, maiorem efficiunt quietem internam, & partes quæ primo mouentur, minorem. Cæterùm has differentias scito te non posse percipere, nisi accedat secunda distensio: non quod ob id ea inæqualitas censenda sit collectiua, neq; quod secunda aliquid præster ad primæ naturam, sed quia eadē indigeat ad propriam cognitionem; nam priusquam incipiat secunda distensio, finis prioris nequit cognosci.

Secunda differentia.

*Secunda* inæqualitatis species efficitur, quando simul, vt in prima dictum est, omnes partes arteriæ moueri incipiunt, & non est omnibus æquale tempus motus, sed cum hoc secunda distensio nō simul incipit in omnibus arteriæ partibus (vt prima) sed prius illæ, quæ prius quieuerant; & tantò prius, quantò prius ad quietem peruenerunt: & secunda pars eodem modo, ac pari pensu reliquæ omnes. In quo sane inæqualitatis genere in crebritate & raritate nulla erit inæqualitas, quia in omnibus quietibus contere natura par tempus: erit quidem in rhythmo, quia tempus motus inæquale est in omnibus. Ex quo constabit composita inæqualitas, quia non est eadem proportio tēporis motus cum tempore quietis: siquidem motionis tempus inæquale erat in omnibus partib⁹: quietis verò æquale, quo fit, vt non insit omnibus æqualis rhythmus.

Tertia differentia.

*Tertia* inæqualitas prodit, cum omnes simul partes motum incipiunt, & non simul perficiunt, nec æqualiter mouentur, sed denuo in secunda distensione non simul omnes incipiunt, neq; simul omnes primam perficiunt, neq; æquale sit tempus quietis in omnibus. Quo fit, vt duplex suboriatur inæqualitatis differentia: vna in crebritate & raritate, quia tempora quietum non fiunt paria; non tamen necessario erit inæqualitas in rhythmo, quia tempore motus eandem proportionem seruant cum temporibus quietis. Quod si prædicta tempora non seruauerint prædictā proportionem, prodit procul dubio complicata inæqualitas ex vtrisq;.

Quarta differentia.

Finitima est *quarta* differētia præcedenti: nam si omnes partes moueri simul incipiunt, & æquali tempore moueantur; & in secunda non omnes

simul incipiant, sed aliæ prius, & aliæ posterius, oeq; erit rhythmus æqualis,& crebritas ac raritas erunt inæquales; quod fit ob temporis quietum inæqualitatẽ. Rhythmum verò faciuot inæqualẽ diuersitas seu permutatio proportionũ,quoniam ęquali tempore omnes partes sunt motæ,sed noo æquali tempore quieuerunt.

Dictum antea est,moueri omnes arterię partes simul,vel partem post partem:si primum, quatoor prodite differentias,quas nuper memorauim⁹: si verò secundum, hoc est, dum non omnes arteriæ partes simul distendi incipiuot, sed aliæ prius, & aliæ posterius,quatuot etiam alias subsequi differentias certum est.

E Prima differentia. *Prima* sane fit,quando pars arteriæ,alia prius & alia posterius distensionem incipiat, quam simul omnes partes terminant seu perficiunt. In qua sane differẽtia nulla erit inæqualitas in crebritate & raritate, sed solum in rhythmo, eo quod quietes in omnibus sint ęquales. Ex quo cõstat, cum tempos quietis sit æquale,& tempus motus inæquale in singulis partibus, necessario fieri inæqualem rhythmi proportionem.

Secunda differentia. Fit quidem *secunda* differentia, si eodem modo arteria inceperit secundom motum, qoo priorem inceperat. Sed si ita res fiat, opus est, quod eadem pars, quæ primo moueri incipit in prima distẽsione, primo etiam incipiat in secunda: id quod ceteris partibus est intelligendum, dum simul post primam distensionem omnes quieuerunt: est itaqoe duplex & inæqualitas in hac differentia, quia est inæqualis proportio temporum motus cum temporibus quietis, etiam si totũ tempus constet esse F æquale in omnibus partibus arteriæ. Itaq; partes constabat esse inæquales, quia maius erat tempus earum quæ primo moueri cœperant; & minus earũ quæ postremò: quo fit, vt diuersum sit in quietibus. Quippe in partibus quæ cœperunt moueri posterius, maius erit interuallum; & minus iis, quæ primò sunt motæ. Constat igitur, rhythmum & crebritatem esse inæquales.

Tertia differentia. *Tertia* verò differentia fit, qoando secunda distensio eodem modo motũ partium inceperit, vt prima, ita vt in vtraq; eadẽ pars sit prima in motu incipiendo, quæ erat in prima aote, & sic de secũda & reliquis; sed cũ hoc non omnes simul partes simul à motu quiescant: quo fit, vt duæ superini inæqualitatis differẽtiæ. Nam si tantò prius quieuerit, quantò prius inceperat motũ, in vtroq; genere erit æqualis pulsus: si autem, quæ primò motum incepit, & multo prius quieuent, & in rhythmo, & in crebritate inæqualitatem generabit: q pari pensu erit intelligendum, si quæ secundo incepit, multo quoq; posterius quiescat.

G Quarta differentia. Fit hæc, cum neq; in prima neq; in secunda distensione omnes partes motum simul inceperint, in qua rhythmos & crebritas æquales sæpe fiunt. Sed prodeunt inæqualitates variæ, prout partes arteriæ simul destiterint à motu, vel pars post partem, & tot pullulabunt differentiæ, qoot in tertia dictum est apparere.

A 571 Has ergo differentias non tantum adduximus, quod ad præsagationem quidquam præstare possent; quantum quod Galeni locus ille obscurissimus apertior fieret.

Depingere hac in parte clarioris doctrinæ gratia inæqualium omnium differentias hoc schemate æquum esse duxi.

B

C Singularis, hoc est, in vno Pulsu, qua secundum celeritatem & tarditatem fit, aut

- In vna parte arteriæ, sed aut
  - *Motu intercisο, dum scilicet motum quies intersecat, qui pulsus vocantur Intermittentes in vno pulsu, quorum diximus esse nouem differentias.*
  - *Motu continuato, cum nulla quies motum intersecat, hæc gignit impares status, quorum alii sunt*
    - Fientes æqualiter, quorum sunt manifesta sex differentiæ.
    - Fientes inæqualiter, quorum sunt nouem & viginti septem differentiæ.
  - *Motu redeunte, qui facit pulsus dicrotos, quorum tres sunt differentiæ. Nam excipit contractio distensionem*
    - Perfectam.
    - Imperfectam.
    - Fientem.
- In pluribus partibus arteriæ, sed motu
  - Continuo qui fit
    - Æqualiter, cuius sex sunt differentiæ, vt lege cap. 19.
    - Inæqualiter, cuius sunt differentiæ vel nouem vel 27. vel 80. secundum numerũ partium.
  - Interrupto, cuius inæqualitatũ quatuor sunt primæ species, quarum singulæ multò plures gignunt, lege cap. 19.

D

Non studui compositarum differentiarũ schema aliquod effingere, quod certum sit, adeo varias obtinere species, vt vix methodo aliqua comprehendi possiot: cum certũ sit, ea, qoæ ex variis constaot, iuxta varietatem componentium, varias posse sortiri differentias. Cum hoc tamen veteres aoctores solum prædictas decem scripserũt, quod hæ solom nomen adipiscantur.

*Et huius Tractatus hic esto finis.*

LIBE

E

# LIBER SECVNDVS DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS, TRACTATVS II.

F

## PRÆFATIO.

Medica ars quid à Philoso. hia differat.

Rerum in arte Medica duplex tractatio.

DIFFERT profectò ars Medica à Philosophica tractatione, quod hæc ratione & intellectu rerum omnium naturam & substantias indagatur: illa verò eodem etiam, sed sensu pariter. Quo fit, vt duplex omnium rerum subsit in arte Medica tractatio: Vna, Ratione quidem, quæ docet cuiusque rei substantiam & naturam: altera verò Sensu, quæ illius rei cognitionem per sensibilia accidentia præstat. De illa proculdubio actum est præcedenti libro, qui omnium pulsuum differentias inuestigare docuit: huius verò, quæ sensificam pulsus monstrat cognitionem, hoc in libro nobis sermo erit, qui longè difficilior & operosior multis rationibus exsistit. Quippe infinita est pulsuum multitudo, quorum quælibet differentia peculiarē requirit cognoscendi modum & rationem, eo quod vnaquæque peculiarem de se præbet speciem. Quis enim distincta cognitione comprehendet tot simplicium, compositorum, æqualium, inæqualium, singularium, systematicorum, rhythmorum, ordinatorum, & inordinatorum differentias? Difficile profectò est. Neque id solùm difficultatem infert, sed ipsam adauget, sensuum, quibus percipi debent, natura; non enim verbis exprimi optimé possunt omnia, quæ sensus percipere valent: quo fit, vt non sit admodum facile, adhuc docente magistro, ea omnia consequi. Præterea, pauci extant scriptores, qui methodo & arte cognoscendorum pulsuum doctrinā tradiderint: quippe Gal. in refercndis aliorum erroribus occupatus obscurè admodum id scripsit. Quibus etiam accedit, quod ea, quæ ex sensu notitiam præstant, longissimo indigent tempore, vt acquiri possint, & crebra pulsus attractatione, haud secus, quám in arte cytharœdica, & pictoria. Quas quidem, & eis similimas, nemo adipiscitur, nisi longo temporis tractu, ac in singularium cognitione, sedula & perseueranti diligentia præhabita. Sed ne nos terreat grandis hic labor, expendat Lector, satis esse, vt huiusmodi onus libenter subeat, vtile, pulchrum, ac delectabile fore. Ego autem, quanta potuero breuitate & diligentia, curabo, huiusmodi tractationem claram, & quodam modo facilem reddere.

Pulsuum multitudo est infinita, ita & eorum cognitio.

G

172 A

B

### CAPVT I.

### De iis, quæ requiruntur ad exercitationem cognitionis Pulsuum.

Pulsus vt cognoscantur, quæ requirantur.

I.

MVLTA quidem sunt exercitaturo se in hac arte necessaria, vt citra maximum laborem veram pulsuum cognitionem & notitiam adipiscatur. Primum itaq; Medicus optimo sensu præditus sit oportet, maximeq; exquisitissimo tactu. Existimat enim Aristoteles *5. de generat. animal.* exactam rerum apprehensionem pendere ex molli carne, cuteq; tenui, quod arguit tactus perspicuitatem: Ex quo subinde constabit rectū in rebus tangibilibus iudicium. Secundum principium sit, quod Medicus statim in ingressu ad laborantem, arteriam nō attingat, sed inprimis sedere oportet, ne nouitate rei laborantem perturbatione aliquo corripi accidat, imò vero sedens e regione quiescat, donec sedentur cuncta, ac, vt cōsulit Celsus *lib. 3. c. 6.* blandè & leniter laborantem tractet, & singulas pulsus differentias priùs mente concipiat. Cui visui tertium sequitur præceptum, nimirum, necesse esse Medicum maximè in singulis pulsuum differentiis exercitatum fuisse, vt ex habitu & frequenti vsu facile quamcunque primo accessu cognoscat. Quartum verò diligenter expendisse oportet, quo modo applicanda sit manus in quacunque differentia noscenda: quod Galen. commendasse constat *1. de dignoscen. puls. cap. 7.* Modi autem applicationis manus proculdubio tres exsistunt, quippe aut manus adhibetur Comprimens, aut Suspensa, aut Media. *Comprimens* quidem, quam alij *Violentam* vocant, fit, dum digitis nostris premitur arteria vehementer: quam manus applicationem asserit Galenus necessariam & proficuam esse vehementissimis, maximis, & durissimis pulsibus. Præstat etiam hæc manus applicatio quieti internæ dignoscendæ, & vltimæ parti contractionis. Habet autem hoc proprium, vt destruat spatium naturale, in quo arteria mouetur, quod sub cute est. ita vt necessum sit, arteriam, si potens est, prosilire & penetrare in pulpas digitorum vt ibidē spatium quærat ad se mouendum. *Secunda* manus applicatio tunc est, quando leuiter manum applicamus, nihil prementes arteriam, sed ceu suspensam manum sustinentes, in quo sanè opere superficie tenus arteriam digitis contingimus seu palpamus, relinquentes totum arteriæ spatium naturale integrum & liberum, qui modus languidis pulsibus cognoscendis peculiaris exsistit, & quieti etiam externæ, necnon longitudini arteriæ. Verùm licet hoc ab omnibus tanquam firmū præceptum stabiliatur, cum hoc tamen censemus, debiles pulsus & paruos nō semper cognosci leui manus applicatione. Quippe rationi videtur consonum, si verum est, in leui manus applicatione, naturale spatium arteriæ integrum superesse, dum arteria præ debilitate illud totum non percutit, eius ictum nullo modo posse percipi. Qua in re proficuum esse semper duxi, paulo pressius manum adhibere, quoad vsq; tactus ad locum, in quo arteria mouetur, perueniret: Nec ob id censendum est, non esse leuem manus applicationem: quia licet dictum sit, huiusmodi manus posituram nihil detrahere á spatio naturali, intelligendum est de eo spatio, quod arteria prærequirit ad talem motum efficiendum, siue paruus sit, siue debilis, non qui-

II.

C

III.

IV.

Manus applicatio triplex ad pulsus differentias cognoscendas.

Comprimens.

D

Suspensa.

E

quidem de spatio naturali, quod natura dicauit ad motus naturales efficiendos. Quod si quis hanc legem non seruauerit, mirum non est, si plures pulsus paruos & debiles percipere nequeat, & subinde iudicet laborantem pulsu carere, deceptus leui manus applicatione. Tertia verò & vltima manus applicatio, media exsistit inter prædictas, quæ sanè arteriam quoq; premit, sed non ita profundè, vt prima; quia ab spatio arteriæ naturali aufert partes superiores, relinquit tamen inferiores, quantum sat sit ad naturalem pulsum: eum nimirum, qui spatium naturale non prætergreditur, percipiendum, pulsibus & corporibus naturaliter se habentibus proficua exsistens.

Media.

F

Hæc itaque sunt, quæ in probo Medico exquirit Galenus, vt exactè omnes pulsus differentias nimari possit. Sed in laborante, vt certum proferamus iudicium, totidem ferè exquiruntur: Et primo, ne te aliquid extraneum accidentarium ve decipiat, oportet laborantem carere omni animi passione, vel corporis accidentibus: eo excepto, cuius naturam per pulsum inuestigare studemus. Plerumque enim contingit, longe aliud pulsum repræsentare, quàm exigat corporis affectio, ob nouum animi pathema superueniens. Quamobrem exspectandum est, donec affectio animi quiescat, subsideatque, vt postmodum ipsa ablata, pulsus veram corporis affectionem naturalem siue præter naturam monstrare possit. *Secundum* præceptum est, quod laborantis manus locetur supra thoracem, ea positura, qua brachium sit ad angulos rectos. Item, manus non sit prona, nec supina: eam enim figuram promptiorem ac certiorem pulsus notitiam præstare existimamus, quæ media est: quippe in eadem partes in natiua dispositione consistunt, & apparet pulsus expeditus ab omni praua figura. Supina etenim manus profundiorem & tardiorem videtur ostendere pulsum, idq; maximè in gracilibus: quoniam cutis laxa in obliquas partes arteriæ decumbens, complicatur, & quasi rugas agit, quibus magnitudini obsistit, profundior tamen videtur, quod latitudo & longitudo eadem quoq; ratione lateant, & proinde iudicatur profundior, cùm reuera non sit. *Prona* item manus latitudinem & longitudinem anget, quoniam cute deorsum pendente distanteque plurimum ab arteria, nulla ex parte prohibetur magnitudo, ex quo constat, à Galeno hac in parte decrrasse Auicennam; sed missum facio: sat enim est expendere, tres esse manus figuras, pronam videlicet, supinam, & mediam; omnes tamen vsui medico necessarias. Quippe oportet artificem manum ægroti nunc supinam tangere, nunc pronam, nunc in latus erectam, vertendo manum & inuertendo. *Præterea* sit manus ægroti libera ab omnibus motibus voluntariis, & præternaturalibus, & subleuata, quam Medicus sua manu modicè leuet: digitos item habeat ægrotus, nec minus flexos, neque admodum extentos, sed in natiua figura positos. Insuper honestatis & vtilitatis gratia eas solas arterias Medicus attingat, quæ in carpo brachij & manus sunt. Inquit enim Galenus *lib. de puls. ad Tyr. Nullas quidem promtius, neq, honestius tangere poteris quam eas, quæ in carpo manus sunt, præterquam in pueris, quorum arteria in temporibus magis conspicua sunt.* Atque hæc omnia ante manus applicationem te primo

Pulsus vt exactè cognoscatur, quæ in ægrotante requirantur.

I.

II.

G

573 A

Manus figuræ tres, prona, supina, & media.

B

ediscere oportet; quæ si exactè non tenueris, mirum non est, si millies decipiaris.

## Capvt II.

### De primis Medici in dignoscendis Pulsibus principiis.

QVANTVM colligere ex auctoribus possum, quinque solùm exsistunt principia, quæ Medicus ad integram & veram pulsus cognitionem obseruare habereque præ manibus tenetur. *Primum* sane docet, qua via & ratione possit in attrectando pulsu habitum acquirere & peritiam; maxime in eare, quę tot tamque varias suscipit differentias. Ac ne cuiquam difficile admodum videatur, si semel inspecto pulsu nil distinctum se posse proferre videat, Galenum legat hæc verba scribentem oportet: Inquit enim *lib. 1. de dignoscendis pulsib. cap. 1. Nam quidam in inquirendo clam inducitur habitus, vsusq; comparatur, qui progreditur pedetentim, neq; dum absolutus sit, vnquam cœpisse apparet. Simul atq; completus est, cum . . . secum fert omnium exhaustorum laborum, quam citissime fructum, adeoq; (vt ridiculum dicam) cum ipsa vsura.* Quibus constat, non esse à labore desistendum, si protinus fructum non subsequi comperias. Sed hoc quidem nulla alia ratione ars docet, quàm habita prius notitia corporis & habitus temperati: nam cum rectum sit iudex sui & obliqui, fit subinde, vt necessum sit, Medicum in tangendis temperatorum corporum pulsibus frequentissime exerceri. Scripserat enim Galenus *lib. 1. de arte curan. ad Glau. ad integram corporis humani notitiam adipiscendam oportere vniuersaltim omnium hominum naturam, & cuiusque propriam primo ediscere, vt deinceps facilius constet cuiusque individui natura & conditio.* Ob id profectò duplex erit in hac re exercendi ratio: Vna in corporibus temperatis, quæ omnem omnium hominum naturam complectitur: Altera vero in singulis corporibus; nam cùm distet corpus à corpore, & natura à natura, ob id decuit tyrones in singularibus exerceri. Itaque in primis normam & regulam expendat corporis temperati pulsus, cuius nomine sanum corpus absolutè intelligere oportet, quod in medio extuperantiarum essam dignarum sit constitutum. Cuius sanè corporis respectu omnes pulsuum differentiæ absolutas suscipiant nomenclaturas: cuius hominis pulsus in omnibus differentiis moderatos esse oportet, excedentes verò in magnitudine, *magnos* vocabimus; deficientes verò *paruos*, & pari pensa de reliquis differentiis indicandum. Nam obsecro, quam magnitudinem vocabis magnam, quam verò paruam, nisi medium statuas eiusdem generis, ad quod reliquos excessus aut defectus conferas? Quainre expendendum est, hanc collationem, quam de corpore temperato adduximus, necessariam esse & proficuam solis corporibus sanis: cùm enim volumus corpus aliquod sanum nosse, quantum distet à simpliciter sano & temperato, hac facta collatione, facile venamur. Verùm cùm pulsus alicuius laborantis scire velimus, quantum ad præternaturalem statum deflectatur, primo quidem ad pulsum ipsiusmet corporis sani reducere erit opus, si prius hominem noueris. Quamobrem in singularibus naturis cognoscendis exerceri Medicum, docuit Galenus, vt facile huiusmodi conferentiam efficere possit.

. . . pulsuum quinque.

C

Corporis & habitus temperati notitia.

D

Exercitium pulsuum duplex. 1. in corporibus temperatis 2. in singulis corporibus.

B

possit. Sic enim Hipp. 1. *prognosticorum* docet, conferentiam efficere in omnibus signis, dicens: *In primis faciem ægri contemplaberis, si sanorum similis sit, præsertim sibi ipsi.* Quo loco euidenter constat, duplicem efficere collationem: Vnam ad communem omnium hominum naturam: Alteram verò ad cuiusque propriam, quod vtilius fore censet. Verùm si antea hominem nosse non fuerit possibile, vt ueralem ob id omnium hominum naturam, & maximè corporis sani ac temperati nouisse conuenier. Vt primo discas, quantum distet pulsus á pulsibus hominum sanorum & temperatorum: communem enim omnium naturam appellamus, non quod vna sit, & omnia corpora complectatur. Quippe fœminæ vnam habent communem naturam, mares verò aliam: Rursus inter hos quædam est communis natura omnibus obesis corporibus, alia gracilibus, & pari lege biliosis vna, pituitosis alia, quod de reliquis sic arbitrandum est. Quo facto, hominis laborantis temperiem considerabis, quantum distet à communi natura sui generis; vt inde discas, quos pulsus sibi vt naturales obtinere teneatur. Quod si consequaris, facile nosces, quantum distet laborans á seipso, cùm sanus erat; quæ sanè dignoscendi ratio peritum summopere reddit Medicum.

Collatio duplex.

Natura hominum vniuersalis cognoscenda.

**II.** *Secundum* huius diagnosticæ partis principium est, tactum non solum ictum arteriæ, vt antiqui asserebant, sed & distensionem manifeste oportere percipere. Per ictum quidem intelligimus plagam seu percussionem arteriæ: at per distensionem, motum arteriæ in longum, latum, & profundum: Sed vt refellamus eorum sententiam, qui ictum se sentire asserebant, distensionem verò minimé. (Cùm certum sit, ex ictu difficulter nos posse differentias pulsus apertè percipere, *vt Galen. probatur 4. de dign. puls. cap. 4.* qui communem esse ictum vehementem magnis, vehementibus, celeribus, altis, conuulsiuis, & vibratis scribit, sicut debilem his differentiis, quæ prædictis contrariæ sunt. Quo sane ictu prætermisso, quem nullus esse cognoscibilem negat, *vt etiam nos inferius latius sumus probaturi*, quatenus ad differentias relatas per ipsum distinguendas attinet,) nunc quidem solùm probabo, distensionem arteriæ euidenter posse cognosci tribus rationibus. *Prima*, eo quod conspicue oculis dilatatio appareat in quibusdam gracilibus corporibus. *Secunda*, sentimus pulsus inæquales in magnitudine & paruitate, tam in vno pulsu, quàm in pluribus; quod esset impossibile, nisi per maiorem aut minorem distensionem arteriæ: sed qui cognoscit differentias, cognoscit rem ipsam, cuius sunt differentiæ; igitur distensio cognoscibilis est. *Tertio* cognoscimus pulsus longos, latos, & profundos: & has differentias metimur penes distensionem ipsam; reliquum est, cognoscibilem fore.

Ictus arteriæ & distensionis manifesta perceptio.

Distensio arteriæ tribus rationibus cognoscitur.

**III.** *Tertium* principium docet, contractionem arteriæ sentiri posse, quod multi negarunt. Sed euidenter id quoque probari potest, duorum corporum, quæ se coniungunt, exemplo, quorum vnum est durius, quod premit & penetrat: alterum verò mollius, quod premitur, & cedit: tum sic, si huiusmodi corpora se attingant, fieri non potest, vt recessus penetrantis fiat subitò & insensibiliter, nisi per leuem manus applicationem fiat contactus. Est enim tempus inter principium recessus & finè satis perceptibile, quo proculdubio tempore toto sentitur motus recedentis corporis, & vlterius sese ex pressu dimittentis. Quod quidem in vesicis & vtribus aëre vel aqua plenis facile comperies, si compresseris: quippe separatis digitis, redibit protinus vesica ad pristinum statum, quod in pulsibus haud secus reperies. Nam arteria, quæ pulpas digitorum subingreditur, vt distensionem efficiat, in recursu permittit pulpam ad antiquum statum redire: quem reditum nemo est, qui non percipiat. Cum hoc tamen certum erit, quod veteres prodiderunt, nimirum, contractionem sentiri in vehementibus pulsibus, non quidem in debilibus, quod arteria præ impotentia non subingrediatur pulpas digitorum. Atqui etiam si verum sit, contractionem in vehementibus sentiri, hoc tamen apertius aut obscurius apparet, pro diuersitate magnitudinis, tarditatis, aut duritiei: tandem vbicunq; cognita fuerit distēsio, compressio etiam cognoscetur comprimente tamen applicatione manus (*exposuit enim comprimentem*) aliter non innotescet. Quam sane contractionis dignotionem, vt exprimeret exacte Galen. *lib. 1. de dignoscend. pulsib. cap. 1.* hæc scribit: *Sentimus enim ab impressione vehementium pulsuum carnem nostram vna cum ambiente illam cute impelli; huic autem est adiuncta motus [illegible] cognitio. Quin etiam recedente arteria sentimus in ipso corpore nostro motum: siquidem intro compressa, siue ea cutis sit, siue carnis pars arteriam discedentem comitatur, pristinam sedem, quam deserverat, occupans: simulq; fit, vt [illegible] eius cognitionem deueniamus. Nam sentimus primos omnium affectus corporum nostrorum: deinde quæ his [illegible] externis obiecta. quare cum recedit a premendo arteria, quia secundùm [illegible] nostras attingentes eam, motum sentimus primum in vehementibus pulsibus, ea dumtaxat ratione contra[illegible] etiam occurrit sentiri: concesso scilicet, vt quæ affectus nostri [illegible] sensibilia appellemus.* Quibus Galeni verbis exacte ponderatis, constabit proculdubio contractionis cognitio. Sed vt exacte sentiatur prædicta contractio, sit vehemens pulsus, necessum est, & cum hoc magnus, tardus, & durus: quia vehemens carnem & pulpas digitorum fortiter penetrat; magnitudo vero, quia maior est distensio, & ob id pulpę digitorum maior compressio: tarditas vero, quia in tardo motu exactius perpendimus motus differentias & quātitatem; vltimo tamen durities id quoq; præstat, quia sensibiliorem percussionem facit. Quam sane doctrinam adstruit Gal. *lib. 1. de digno. puls. cap. 8.* qua lege intelligendus etiam est locus eiusdem cap. difficilis, necnon & alter locus capitis 9. qua parte hæc scribit verba: *Iam quando tantam sentimus contractionis partem, quantam distensionis: aut paulo minorem, erit etiam contractionis pars illa, quæ non sentitur par distensionis parti, aut aliquanto maior.* Quam sententiam primo intelligimus in his pulsibus, qui & distentionem & contractionem sensibus subiectam habent; in aliis vero, in quibus contractio delitescit, minime vera est prædicta Galeni sententia; cum certum sit, in debilibus corporibus dilatationem esse sensibilem, contractionem vero minime, vt mox docebo.

Contractionem arteriæ sentiri posse.

Contractio arteriæ vt exacte cognoscatur, qualem oporteat esse pulsum.

**IV.** Quartum præceptum est, finem contractionis & principium dilatationis non posse sensibus percipi. Huius principij veritas cōstat, eo quod si adeo

Contractionis finē & dilatationis principium.

piam non posse sensibus percipi.

adeo digitis arteriæ naturalem locum presseris, dubium non est, quin vniuersum eius motum interdicas: si autem leuiter tetigeris, tantùm quietem externam cognosces: principium autem loci, a quo mouetur arteria, non percipies. Quanta autem sit huiusmodi pars, quæ delitescit, scribitur optimè à Galen. *lib. 1. de dignoscen. puls. cap. 9.* dicente: *Tantam scilicet partem ostendit ratio non sentiri distensionis, quanta inter arteria primum impetum motus & illum vsq; ad nostrum tactum distributionem intercedit.* Et vt aperiat, hanc non esse in omnibus æqualem, inquit: *Quam si speciatim dissecemus, plurimam in languidis simul & magnis, quos tangimus leuiter, reperiemus, minimam in vehementibus, quos comprimendo dignoscimus mediam inter vtramq; in manus mediis applicationibus.* Quibus apertè constat, tantam debere esse differentiam, quantam manus applicatio hæc aut illa non possit percipere. Constabit igitur, prædictas partes non esse sensu perceptibiles, id tamen inæqualiter, iuxta diuersitatem applicationis manus, *vt dictum est.* Ex quo quidem dogmate dubium non leue suboritur; nam si verum est, principium dilatationis & finem contractionu delitescere, falsum subinde erit id, quod Galenus dixit, nimirum, *in quibusdam pulsibus maiorem aliquando apparere contractionem dilatatione ipsa, aut econtra:* siquidem id intelligit, dum contractionem metimur ex termino, in quem arteria in contractione ipsa desinit. Tunc sic formo rationem: *Sed terminus non est cognoscibilis, vt probat hoc quartum præceptum:* Ergo *neque quantitas contractionis, quantum superet distensionis quantitatem, cognoscibilis erit.*

Dubium.

Solutio.

Cui dubio dicimus, sensu semper æqualem apparere dilatationem & compressionem: cæterùm ex maiori vel minori mora arteriæ, quo tempore à sensu absconditur, ratione venamur facile magnitudinem aut paruitatem contractionis, *vt latius expositum est libro huius operis primo, tractat. 2.* monet enim Gal. ratione esse supplendum, quod solus nequit præstare sensus: quam sententiam quoque sic exposuerat *lib. 1. de dignoscend. puls. cap. 8.* cuius seriem nuper in tertio principio retulimus.

575

V.

Internam quietem cum vltima parte contractionis, & prima distensionis, sentiri non posse.

Quies duplex.

Quintum verò principium est, quod externa quies integra cognoscibilis sit ei, qui manum aptè applicat: interna verò, vnà cum vltima parte contractionis & prima distensionis sentiri non possunt. Quod autem quies externa sensui constet, certum est, quia tunc sentitur quies, quando motus abest, vt ex Aristot. quietem diffiniente euidenter constat. Quies tamen in pulsibus duplex reperitur: Vna vera, dum scilicet motus non sit: Altera verò apparens, dum motus quidem fit, sed non sentitur. Primæ sortis est externa quies, quam leui manus applicatione cognoscere poteris: interna etenim quies mixtæ naturæ exsistit, ex vera nimirum quiete, sed ex partibus motuum, qui sensu non percipiuntur. Hæc quidem sensibilis non censetur, quod non fiat in tactu diuersa affectio, cum hoc tamen non desunt, qui asserant, in vehementibus pulsibus, & valida compressione manus, quodammodo posse iudicari: non renuo, licet mihi quasi difficile videatur.

VI. principium.

Vltimo tanquam sextum principium statuendum est, his omnibus sic cognitis, considerare primo Medicum teneri, *quantum dilatationis arteria tactus iudicet;* mox, *quanta celeritate ipsa moueatur;* item, *quanto tempore quietibus præsit;* etiam, *quo virtutis robore motus fiant;* tandem, *quanta cum duritie digitis occurrat arteria:* rursus, proportionem temporis dilatationis ad tempus compressionis, quã rhythmum appellamus: & vltimo in illis omnibus considerare tenetur ordinem, aut ordinis perturbationem, æqualitatem, aut inæqualitatem. Quorum omnium notitiam vt quis facile discat, necessum est cuiusque prædictarum differentiarum cognitionem monstrare, á dignotione pulsuum primi generis facto exordio.

## Capvt III.

### Quomodo dignoscantur magnitudo & eius differentiæ.

Magni verò & parui constabit procul dubio ratio & natura, si quis intelligat, in vniuscuiusque rei genere (*vt explicat Galenus 2. de dignoscen. puls. cap. 2.*) magnitudinem & paruitatem posse reperiri. Sic turrim paruam, & formicam magnam appellamus, facta ad cuiusque genus collatione. Verùm hoc quidem interest inter maius & magnum, quod maius omni minori possit maius dici: magnum vero non quolibet maius, sed tantùm cognatis: Quod de paruo etiam est subaudiendum. Sic pariter pulsum & arterias magnas aut paruas appellamus, facta ad seipsas collatione. Præterea dictum est in superioribus, magnum & paruum debere dici pulsum, habito ad moderatum, seu medium respectu: & rursus dictum etiam est, medium inter magnitudinem & paruitatem posse constitui, si rem diligentius consideremus, etiamsi magnitudo arteriarum vnius corporis differat á magnitudine arteriarum alterius, *vt etiam Galenus aduertit lib. 2. de dignoscend. puls. cap. 4.* Et adhuc licet in vnico eodemque corpore arteriæ non sint eiusdem magnitudinis, erit necessum constituere medium pulsum inter magnas & paruas arterias. *Præterea,* etiamsi neque eadem reperiatur magnitudo in omnibus anni temporibus, regionibus, ætatibus, habitibus, temperamentis, vitæ institutis, vel animi affectibus, ob id neque vnicum eis omnibus videtur sufficere medium: quæ sanè rationes Medicos plurimum turbarunt, licet Galenus *lib. 2. de dignosc. puls. cap. 2.* id satis explicuerit. Sed vt nos ab huiusmodi dubiis eruamus, paulo diligentius hanc rem scrutabimur. Constare itaque scimus, primum simplicium pulsuum genus ex magnitudine & paruitate: Præterea constat, sub magno pulsu exsistere longum, latum, & profundum: & sub paruo, angustum, breuem, & humilem. Quas sanè differentias haud difficulter cognosces, si prius expenderis, pulsum duobus modis magnum aut paruum censeri: *Vno*, sub ratione magnitudinis motus, vltra naturalem motum cuique debitum: *Alio* vero, sub ratione magnitudinis arteriæ. *Primo* quidem modo constituuntur omnes pulsus propriè magni vel parui appellati, inter quos optime possumus constituere medium. Quippe magnos eos censendos esse arbitror, qui facta collatione ad arteriæ corpus, magnum spatium percurrunt; & vt inquit Galenus *loco nuper citato*, ad moderatum facta collatione, qui talis censendus est, qualem postulát vsus, cuius gratia creata fuit arteria: & præterea, vt eius postulant tunicæ, nimirum, quod quantum dilatetur,

Magnum & maius quid differant.

Magnitudo pulsus & eius differentiæ quomodo cognoscantur.

Magnus pulsus duplici ter censetur.

Pulsus proprie magni vel parui qui.

teretur, quantum satis sit, vt vsus largiter impleatur, & nihil offendantur tunicæ: ac rursus tantum sit spatium naturale cuique arteriæ tributum, cum cuique naturale præstiterit natura spatium; quod F eum nec prætergreditur, nec adimplere desinit, moderatos ac medios constituit pulsus: magnos verò eùm excedit: paruos insuper eos appellamus, qui paruum pertransfeunt spatium, nimirum minorem quam præstiterat natura, cum maius possent pertransire.

Moderati qui.

Moderatos tamen definire hinc disces, quippe licet in reliquis differentiis simplicibus vnus dari possit medius aliorum norma & mensura, in magnitudine verò non planè vnus, sed suus cuique corporis parti, vt expresse Galenus fatetur *lib 3 de dignosc. pul. cap. 2. & 2. etiam libro* latè probat. Sub secundo verò stant pulsus magni & parui improprie appellati, eo quod arteriæ corpus magnum aut paruum exsistat.

Pulsus improprie magni vel parui qui.

Itaque de primi generis pulsibus, sub primo magni & parui significato, asserimus ad magnos & paruos pulsus deprehendendos, oportere in quouis corpore moderatum pulsum imaginari, iuxta spatij cuique arteriæ tributi dimensionem & arteriarum quantitatem. Quo facto eum paruum iudicabimus, qui hunc non attingit, & eum magnum, qui hunc prætergreditur.

Magni & parui partes qualiter cognoscendæ.

Quod sanè vt G apertè fieri possit, partes magni & parui considerare oportebit, & ad vnamquamq; adipiscendam, manus, vt par est, aptare: varia etenim vtendum est manus applicatione, nunc premente, nunc suspensa. Quippe cùm magnus pulsus constet ex longitudine, latitudine, & profunditate: longitudo suspensa applicatione rectiùs percipitur, quoniam in ea nullum arteriæ pondus incumbit, inquit enim Gal. *3. de dignosc. puls. c. 2. Quocirca ad longitudinem dignoscendam summa cautio est, vt præter omnem pressum tactum admoueas.*

Longitudo qualiter.

576 A Latitudinem verò & altitudinem sciendum est, inter se non differre in arteriis, vt in aliis corporibus conspicimus, cùm in sphærica figura certum sit, confundi: referunt enim arteriæ cylindri vel coni imaginem. Nam si, vt inquit Galenus *lib. 2 de caus. puls. cap. 13.* eas finxerimus ab omnibus circumiectis corporibus nudatas, æquabit profunditatem latitudo, vt eas ad inuicem distinguere non possis.

Latitudo qualiter.

Verùm quia arteria sita est in loco sibi dicato, ex loci figura & arteriæ situ prodit differentia inter latitudinem & altitudinem.

Latitudo & altitudo quid differant.

Quæ sanè differentiæ media manus applicatione facilius cognoscuntur, vel comprimente, ni obstiterit imbecillitas, cui etiam vsui manus ægroti aptè locanda est: nam prona latitudinem & longitudinem melius commonstrat: supina verò rectiùs altitudinem, quorum rationē B paulò antea docuimus. Atqui licet arteria in prona figura liberior sit ad edēdum motum, cum hoc tamen non ita cognoscitur in ea altitudo ac longitudo, & latitudo: quia dum augentur latitudo & longitudo, obscuratur profunditas, & sic non possumus exactè has omnes differentias vna manus applicatione comprehendere.

Sed ad cognoscendam altitudinem indicio nostro, nulla manus applicatio sufficiens est: profunditatem enim alicuius rei exactè nosse non possumus, nisi spatium adequatè metiamur, & sic pari lege spatium, per quod mouetur arteria, perpendisse ad huius differentiæ cognitionem necessum est, quod quidē opus efficere leuem manus applicationē est impossibile, quod hæc ... solum percipiat.

Altitudo qualiter cognoscatur.

Neque id etiam media manus applicatio monstrare valebit, quia maiorem spatij partem non comprehendit: neque adhuc id beneficium præstare poterit manus comprimēs, quia postremas spatij partes nimia compressione destruit, præterquam quod hæc solis vehementi- C bus pulsibus est proficua, eum hoc tamen asserimus oportere, medio modo comprimere, in quo licet æquè prior ac posterior motus pars occulta fiat, ratio tamen sensus defectum suppler. Tria enim proposuit Gal. *lib 3. de dignosc. puls. c. 2. lib. 2. c. 3. & 4. & lib. 1. c. 1. & 4.* ad rerum, quæ sub sensum cadunt, differentias cognoscendas, necessaria: *Primum*, naturam ad sentiendum appositissimam, exercitatumque tactum: *Secundum*, optimam applicandæ manus formam: *Postremum* ipsam meditationem, quæ quod tactus in leui vel cōpressa vel media manu nō capit, discursu suppleat.

Differentiæ rerum vt cognoscantur tria requiruntur.

Nam si lōgo tempore fiat motus, isq; celer sit, spatium, per quod fertur, iudicabimus vtiq; multum esse: si verò breui tempore, tardusq; fuerit motus, ecōtra paruum erit, & sic facta coniectura venabimur ratione, quod sensus capere nequit.

Verùm cùm in re hac, motus natura monstrare quid certum, *vt dictum est*, minimè possit, à sensibili aliquo, nobis magis manifesto, subsidium D petendum esse arbitror, cuius naturæ est figura, quam in tactum arteria imprimit. Itaque cùm arteriæ figura sit ex propria sorte rotunda (*quamob id circulum distensionis vocarunt*) fit profectò, vt aliquando tactui occurrat acuminata, veluti est anguli vertex, amissa fere circuli superficie, qualis apparet initio accessionis febrium cum frigore inuadentium: sed figura huius naturæ est ∩.

Arteriæ figura propria sorte rotunda.

Acuminata.

Aliquando vero depressa figura occurrit, & quasi plana, veluti circulus parum compressus, qui hoc modo designatur ∩.

Depressa.

Præterea nonnunquam totus circulus integer tactui occurrit, propriam semicirculi effigiem in digitos imprimens, quod hac figura comprehendes ∩.

Semicircularis.

Quæ si exactè expenderis, percipies facile latum & altum pulsum, dum videlicet multis partibus tactui sese offert arteria: si vero paucis, humilem vel angustum: si autem multum se extulerit arteria, vt in prima figura dictum est, altum & angustum iudicat pulsum, si tamen immineat parum, humilem & angustum: depressa arteriæ figura, latum & humilem. Quibus sane consideratis, longum, latum, & E profundum, & iis contrarios facile percipies, quippe is magnus censeri debet, vt Gal. probè admonet *4. de dign. puls. c. 1.* qui multis in partibus longitudinis pariter, & latitudinis, & profunditatis tactum attingit.

Magnus pulsus Galeno quis.

Cæterum quia plerumque, vel ob humorum copiam, vel carnis molem, vel aliam quamuis caussam, arteria prohibetur ascendere, ita vt non possit tactus diiudicare prædictas differentias, ratione eas venari oportet hac lege. Expendendum quidem est tempus distentionis, an diuturnum sit, & celeritas etiam perpendenda eo modo, quem antea diximus: cuius doctrinæ meminisse frequenter oportebit, vt ex collatione celeritatis ad paruum vel magnum spatium facta, facile constet, quod quærimus.

* * *

Capvt

## Caput IV.

F

### De Celeritate & Tarditate dignoscendis.

Celeritas duobus modis consideratur.

CONSTAT ratione & doctissimorum virorum decreto, celeritatē esse duobus modis considerandam: *Vna* quidem, vt eius essentiam perpendamus, cui operi incumbunt Philosophi, quorum munus est intellectu & ratione rerum naturas indagare: *Altera* verò, vt rem ipsam cognoscamus, non qualis sit realiter, sed qualis sese offerat sensibus. Quam sanè cognitionem Medici exquirunt, qui celeritatem nō ratione, sed sensu indagant: Sic profectò duplex in Philosophorum & Medicorum libris repetitur noscendi ratio: *Vna*, quæ celeritatem exquirit, facta collatione temporis, quod motor consumit in motu, ad spatium, quod pertransit: quam Medicis nullius esse momenti, arbitratus est Gal. *lib. 2. de dignosc. pul. c. 1.* *Altera* verò, quæ non tempus, nec spatium, sed solum motoris impetum considerat, & ex impetu maiori aut minori sensu colligit maiorem aut minorem celeritatem. Quæ res vt apertiùs con-

Celeritatē qualiter Philosophi, qualiter Medici requirant.

G stet, in memoriam reuocare oportet, quæ de celeritate libro hunc præcedenti docuimus: nimirum pulsum esse motum lationis, qui cùm fiat mutatione de loco in locum facta, quæcunque arteria citò mutatur de loco in locum, & citò ingreditur de alio in alium, citò moueri dicitur, (*nam id est impetum habere,*) & quæ segniter id fecerit, & sine impetu tardé. Quippe celeritas, sicut antea dictū est, non est species seu differentia motus, sed qualitas eius est, quæ propriis differentiis diffiniri nō potest, sed ex effectu cognoscitur: effectus autem celeritatis est citò transferre corpus de loco in locum: tarditatis vero lentè. Itaque si primo mente conceperis, quanta celeritate aut impetu constet pulsus temperati hominis, postea quum ad tactū

Celeritatis & tarditatis dignotio ex motu.

577 A senseris arteriam non multum remorari in locis suis, dum distenditur, sed citatiori impetu ferri á superficie in superficiem, quam pulsus temperati hominis, aut pulsus naturalis eius laborantis, quē tetigeris, hic proculdubio censendus est celer: si vero lentiùs permutauerit superficies, remorando diutius in locis suis, tardum vocabis huiusmodi. Quod quidem commodè facies, si pulsum medium in celeritate priùs mēte conceperis eum esse, in quo arteria á locis, in quibus mouetur, nec facile ac leuiter se explicat, nec moram facit, ad quem profectò reliquos conferre oportet, vt *loco nuper citato* refert Gal. dicens: Propriè ad motum pertinēt celeritas & tarditas, quarum hæc motus est remissus, illa vero incitatus, de quibus faciendum iudicium, ex comparatione naturalis pulsus. Scio etiam, has differentias seu conditiones in pulsu, mox á primo arteriæ occursu, antequam finiat motum, noscendas esse: hoc enim habet proprium impetus, vt primo accessu & intuitu sese ostendat, quod in cognitione celeritatis modo

B Philosophico, est impossibile: quippe necessariū est, terminos motus expectare, vt postea fiat conferentia inter tempus & locum. Scribunt enim Philosophi, necessum esse, id quod celerius mouetur, maiorem in æquali, & æqualem in minori, & maiorem insuper in minori tempore magnitudinem pertransire, hanc autem conferentiam in celeritate cognoscenda, Medico esse inutilem, probauerat latissimè Gal. *lib. 3. de dignosc. puls. cap. 1.* Qua etiam parte refutat antiquos, qui celerem pulsum appellabant eum, qui pauco tempore fit, tardum vero, qui multo. Quod sane dogma aut aliquo modo explices, cōstabit proculdubio falsum esse: quippe non omnia, quæ parum temporis conterunt in motu, celeriter mouentur, licet quæ celeriter moueantur, parum temporis conterant. Nam formicæ, pediculi, & culices, paruo tempore motum efficiunt, celeriter tamen non mouentur: quia paruum illud tempus ob paruitatem spatij, quód pertranseunt (*minutissimos enim efficiunt gradus*) potius succrescit, & ob paruissimas quietes, in quibus quám paucissimum im- C morantur, quo creberrimè mouentur, quam ob motus velocitatem: quo fit, vt graduum crebritas & paruitas, falsam celeritatis imaginem repræsentent, cùm reuera pulsus tardus sit: quod Galenus latè aduersus Archig. disputauerat *lib. 2. de dignoscen. puls. c. 1.* Itaq; licet in vtroque pulsu parum temporis in motu consumat natura, in celeritate tamen parum consumit inter mouendum sese arteria: in formicante vero pulsu parum quoque, verùm id ob paruitatem spatij, & ob paruitatem & breuitatem quietum. Ex quibus constat euidēter antiquorum error in cognoscenda celeritate. Non placet in hoc loco disputare, sitne motus continuus morulis interruptus, necne, id quidem Philosophis differendum relinquo. Neq; obstet, quo minus vera sint, quæ hucusq; diximus, Arist. & Galenum celeritatem diffiniuisse per mensuram temporis & motus: nam aliud est celeritatem diffinire, aliud ipsam docere cognoscere: nos autem artifices sensuales ex impetu id nostri tenemus: velut peritus eques, qui celerem aut tardum equi D cursum indicat, non ex collatione temporis ad spatium, sed ex solo currentis impetu.

## Caput V.

### De crebritate & raritate dignoscenda.

DICTVM superiùs est, crebritatem & raritatem, & inter has medium propriè esse pulsus differentias, pertinentes quidem ad ipsius quietes: quippe si in quietibus diu immoretur arteria, rarus fiet pulsus: si vero parum, creber. Insuper dictum est, quietem duplicem esse in pulsibus: alteram externam, & internam alteram, vtraque tamen pulsus efficit crebros aut raros. Ex quo prodit, duplicem esse raritatem, alteram externam, & alteram internam, & pari prorsus ratione duplicem crebritatem. Cognoscitur tamen crebritas aut raritas externa, haud secus quàm quietes cognoscentur, per se, citra respectum aliquem, ni- E mirum sola leui manus applicatione, vt Galenus docet *lib. 1. de dignoscend. puls. c. 20.* Nam cùm quies sit sensibile commune, *vt tradit Arist.* tactu percipi potest: solùm per motus priuationem. Sed in hac re expendere oportet, duplicem esse quietis naturam: vnam Simplicem, & reliquam Compositam. Simplex quidem iure optimo habenda est externa, ideoque hæc solùm cognoscitur per motus priuationem, vt diximus, hoc est, quando arteria nullam aliam in tactum imprimit alterationem, præter eam, quam motus impressit. & totum illud tempus appellamus quietem quanta vero sit, non ex hoc, sed ex pro[illegible]tione & [illegible] paratione arteriæ a tactu cognoscenda est, & [illegible] a[illegible]pellan-

Raritas & crebritas duplex, interna & externa.

Quietis natura duplex.

pellanda, si diu ibidem præs[illegible], si vero ad digitos [illegible] pateruit cit[illegible], crebra. At vero interna quies cum simplex non sit, ea vera quiete & prima parte dilatationis & vltima contractionis constans, difficilius profectò cognoscetur, [illegible]ationem adiungas, etiamsi in vehementibus pulsibus quodammodo sentiri possit, arteriam comprimendo, prosequendoque contractionem, quoad possis, vt scias, vbi quies [illegible] motu. Quæ[illegible] potest si diutius deseratur tactus à motu, quam in moderatis vel naturalibus pulsibus, rarum; si vero breuius, crebrum pulsum esse pronuntiabis: cæterum in debilibus pulsibus, qui vehementem hanc manus adhibitionem non ferunt, tota contractio apparet esse quies intima, vná cum maiori parte distentionis. Itaque ea potius ratione, quàm sensu diiudicanda venit.

Creber & rarus pulsus qualiter dignoscantur.

## Capvt VI.

### De dignoscendis Pulsibus vehementi & debili.

Vehemens pulsus qualis.

VEHEMENTEM, robustum, seu validum pulsum, aut huic contrarium debilem seu languidum, ad facultatis vitalis robur pertinere certum est: quem enim esse censemus, qui vehementer tactum impellit, euertitque digitorum pulpas. Huic etenim iure optimo vehementis nomen tributum est: qui profectò talis semper apparet, etiamsi valide premas (sentimus enim, inquit Galen. *1. de dignoscen. pul. cap. 5.* ab impressione vehementium pulsuum, carnem nostram vná cum ambiente illam cute impelli: huic autem est adiuncta moti & prementis cognitio.) Debilem vero seu languidum eum appellabis pulsum, qui vtcunque à tactu euertitur, nisi admodum debilis sit manus compressio. Inter hos autem eum indicabis medium, qui neque facile à tactu euertitur, neque ipsum euertit, vt Galenus aduertit *loco nuper citato.* Qua in re in memoriam reuocabis, quod antea dictum est, nimirum, pulsum moderatum in hac oppositione, non esse eum, qui in medio debilis & vehementis existit, ita vt ille sit temperati hominis pulsus, sed huius hominis eum esse proprium censemus, qui medius est inter vehementes. Quippe vehementem diuisimus in magis vehementem, minus vehementem, & inter hos medium, quem arbitramur hominis temperati esse proprium.

Debilis quis.

578

Medius quis.

Vehemens & debilis qualiter cognoscantur.

In huius autem pulsus dignotione curandum summopere est, eius naturam distinguere & secernere à magnis, celerimis, vibratis, & duris pulsibus: hi enim omnes eandem ferè effigiem in tactum imprimunt, quod ipsum etiam vt vehemens euertant, vt docuit Gal. *lib. 4. de dign. puls. cap. 1.* de ictu loquens. *Neq; enim, inquit, parum multarum pulsuum specierum videtur commune esse duri, vehementis, celeris, magni, alti, conuulsiui.* Quos quidem hac sola ratione distingues, quod licet hi tactum etiam euertant, id tantùm fit in leui manus applicatione: nam si eos vehementer presseris, tactui non resistunt, vt vehementes, quorum natura est tactum euertere, & ei resistere, quod nequeunt prædicti pulsus efficere. Solius enim pulsus vehementis est reniti applicationi comprimentis manus, magni vero solum magnum circulum in pulpas imprimere, celeris tactū impellere celeritate, qua pollent, tensi quod ægré cedant tactui, duri quod premant, & tundant, necnon & conuulsiui; sed comprimenti manui cedunt protinus omnes: vehemens resistit quidem & euertit.

Vehemens, durus, celer, magnus, &c. quid differant.

## Capvt VII.

### De dignoscendis Pulsibus duro & molli.

HANC sané pulsus conditionem, quæ duros & molles complectitur, non ad motus speciem, sed ad arteriæ qualitatem reducendam esse arbitrandum est, licet ex motu pendeat quodammodo eorum cognitio. Quo fit, vt duobus modis constet duri & mollis pulsus notitia: vno ex humiditate arteriæ & carnis, quæ molles pulsus indicant, aut ex siccitate, quæ duros, *vt Gal. aduertit lib. ad Tyron.* altero vero ex eo, quod passionem tactui inter mouendum imprimunt ab aliis pulsibus lōge diuersam: quippe pulsus durus pressius tactum ferit, & mollis molliùs, *vt latissimè Galenus disputat lib. 3 de different. puls. c.* [illegible]. Verùm vt quis differentiam inter duros & vehementes pulsus (*qui in euertendo tactum quodammodo similes existunt*) exactè perpendat, sciat, hoc esse inter eos dissidium, quod vehemens solum tactum euertit, durus vero præter id, premit quoq; tactum ipsum, & pulpas digitorum subingreditur. Quippe id habent proprium dura omnia, vt carnem premant, vehementia vero minimè, nisi dura sint. Distinguemus igitur vehementem & durum, quod ille in impellendo & euertendo tactum, essentiam habeat, hic vero comprimendo & contundendo. Sic profectò fluminis aut aëris impetus grandissimas euertunt moles, non tamen comprimunt: at lapides, metalla, & quę dura sunt, pręter id, quod euertunt, rem, quam attingunt, si impetu ferantur, comprimunt quoq; ipsam, & eius substātiam subingrediuntur. Itaq; sic se habent vehementes & duri pulsus, quod illi euertunt, sed non comprimunt tactum, hi vero euertunt & comprimūt, quo solo pathemate proculdubio distinguuntur. Verùm quia licet quispiam diligenter expendat huiusmodi cognitionis modum, quem inter durum & vehementem Gal. & Medici omnes adstruunt, non autem subinde certum est, non posse frequentiùs falli (*quia & dura aliquando præter id, quod premunt, euertunt etiam tactum, & vehementia aliquando præter id, quod euertunt, premunt quoq;*) ob id profectò placuit certiorem addere cognitionis modum, certiusque indicium, quo faciliùs vnum ab alio seiungas. Quippe certum est, duritiem nunquam magnis pulsibus adiungi (*nisi magnitudo ob mutationem situs arteriæ fiat: quo tempore ex singulari inæqualitate in pluribus arteriæ partibus, inter magnitudinem & paruitatem eam magnitudinem ab alia distingues*) sicut neque vehementiam paruis (*etiamsi coniungi optimè possint vehemētia & durities, quam distingues ex mediocribus pulsibus, qui huic complicationi proprii existunt: nam quantum detrahere conatur durities, tantùm eleuare nititur vehementia, donec mediocritatem adipiscatur*) quo fit, vt paruitas cum duritie secludat fictam illam vehementiæ imaginem, ac doceat ipsam distinguere à vera vehementia, & patefaciat propriè esse duritiem, eo quod paruitati adiungatur: sicut magnitudo euidenter monstrat veram vehementiam, nisi in lethargicorum pulsibus. Sic etenim in pleuritide non raro nos decipit arteriæ durities sub specie vehementiæ, &

Durus & mollis pulsus duplex.

Durus & vehemens quid differant.

Duritiei & vehementiæ exactior cognitio.

F ſuadet nos vlterius ſanguinem mittere, non ſine magno laborantium incommodo. Quapropter id diligenter expendiſſe opus eſt, ac ne nos quoque econtra ſanguinis miſſione abſtinere cogar, ficta ob duritiem paruitas ſub ſpecie imbecillitatis: nam eo tempore aliquis magnos inter paruos & duros pulſus reperietur, qui ſoboles ſit coactæ & oppreſſæ vehementiæ: quo ſanè tempore ſanguinem detrahere iubet affectus ratio, quæ duritiem nacta eſt ex plenitudine tenſionem efficiente, & ſubinde paruitatem potius, quàm quod credendum ſit, paruitatem ex imbecillitate, quæ ſanguinis detractionem renuat, ortam fuiſſe.

In qua etiam differentia expendendum eſt, quod in reliquis, nempe durum aut mollem, ad quadratum ſeu moderatum conferendos eſſe, & ab eo ſumpto principio, durum aut mollem eſſe appellandum: adhibita tamen leui aut media manus applicatione, niſi pulſus vehemens ſit.

Dubium. His habitis, quodammodo videntur diffini- G tione conuenire durus & vehemens pulſus: nam vtrumque per vehementem ictum diffinit Galenus *lib. de dign. pulſ. c. 1. & lib. ad Tyron. & 1. de diff. pulſ.*

Solutio. Cui dubitationi dicimus verum eſſe, durum & vehementem conuenire, quod vterq; tactum euertat in ictu, in modo tamen certum quoque eſt diſſidere. Primo namque differunt natura, quia vehemens propriè ad motum pertinet, quod neceſſariò ſequatur arteriam, dum mouetur, *vt apertè inſinuat Galen. ſent. ad Tyrones ſcriptis*: durus verò in ictu conſiſtit, & naturam habet, non autem in motu. quia pulſibus non ſecundùm ſubſtantiæ

579 A rationē attinet, ſed neceſſario conſequitur ipſam arteriam duram aut mollem ſe mouentem: ambo tamen per ictum cognoſcuntur: quo fit, vt iure optimo diffiniantur, notionali tamen diffinitione per ictum, licet modo ictus (vt dictum eſt) differant.

Nec rurſus nos remorari debet compoſitorum pulſuum cognitio, cùm facile eandem aſſequatur, qui ſimplicium cognitionem probé tenuerit. Quapropter ad maiora progrediens, ab eo opere ſuperſedeo, breuitatis & vtilitatis gratia.

## Capvt VIII.

### De dignoſcendis Rhythmis.

ARBITRATVS eſt Galenus, antiquorum rhythmos non eſſe cognoſcibiles, quod tota eorum ratio & natura conſiſtat in proportione B quãtitatis temporis dilatationis ad tempus compreſſionis: Atqui cùm prima pars dilatationis, & vltima compreſſionis, cognoſcibiles non ſint, exiſtimat, temporis quantitatem nõ poſſe integram cognoſci, quia quantum delitescit ſpatij, tantum etiam & temporis: item quia licet ratione & diſcurſu venari velis, id quies interna, quæ vna ſit cum parte motus, quæ delitescit, interdicit, & obſcurat. Cum hoc tamen aſſerimus, ipſius Galeni doctrina freti, prædictos rhythmos cognoſcibiles eſſe, tacta tantùm collatione inter partes eorum cognoſcibiles, vt Galenus aduertit *lib. 3. de dignoſc. pulſ. cap. 3.* Nam qua ratione tempus dilatationis confertur ad tempus compreſſionis, quod cognoſcitur, eadem quoque pars dilatationis, quæ delitescit, ad partem compreſſionis, quæ occulta

Rhythmi antiquorū quãtenus dignoſcantur.

quoq; eſt, excluſo tempore quietis, aut facta [illegible] latione ad quietem externam.

Itaque Galenus, vt obſcuram hanc conferen- C tiam fugiat, rhythmos longè clariùs poſſe c[illegible] ſci, ſcribit: Nam licet in his quoque fiat [illegible] dilatationis ad compreſſionem, non fit [illegible] quantitate temporis ad tempus (*etiamſi prima capitis parte id videatur ſentire, reijciens celeritatem tanquam inutilem ad rhythmum conſtituendum, & ſpatij etiam quantitatem: nam ea parte ex aliorum mente p[illegible] bis loqui videtur, vt vltima eiuſdem 3. capitis parte [illegible] denter docet*) ſed in qualitate motus [illegible] celeritate & tarditate, cuius differentia [illegible] cognoſcibilis eſt in quauis motus parte [illegible] ad celeritatis cognitionem non opus eſt integram dilatationem aut compreſſionem ex[illegible] ex primo arteriæ impetu celeritas totius dilatationis & compreſſionis promptè cognoſci[illegible] pulſus æquales exſiſtant. Itaq; Galeni rhythmos nullam aliam expoſcit noſcendi rationem, præter eam, quam proficuam eſſe diximus ad celeres pulſus dignoſcendos. Quapropter ſi dilatationis celeritas par eſt celeritati compreſſionis, rhythmum eſſe æqualem: ſi verò diſpar, inæqualem iudicabis, & pro receſſu maiori vel minori ab æquali rhythmo, qui ſequitur inæqualis magis aut D minus diſlabit á proprio rhythmo corporis, cuius eſt pulſus.

## Capvt IX.

### De inæqualitate dignoſcenda.

INÆQVALITAS & ordinis perturbatio haud difficulter cognoſcuntur, ſi quis, quæ de ſimplicibus generibus hucuſq; dicta ſunt, diligenter expenderit. Nam cùm rectum ſit iudex ſui & obliqui, facile cognitis æqualibus differentijs, poterit inæquales quiſque cognoſcere, & pari ratione inordinatas. Ad dignoſcẽdam igitur ordinis perturbationem, diuturna manus applicatione opus habemus, ita vt certum ſit, inter auctores quoſdam eſſe, qui centum pulſationum ſpatium ſpectare iuſſerint: quo tempore, ſi quis inter dictas pulſationes, vnam aut plures expenderit à reli- E quis differentes, nullo ordine ſeruato, pulſum eſſe inordinatum iudicabit.

Inæqualitas & ordinis perturbatio qualiter dignoſcantur.

Cæterùm inæqualitas, ea nimirum, quæ in vnica pulſatione in vnica parte arteriæ conſiſtit, cognitu eſt difficilima: quia videtur nulla manus applicatione poſſe cognoſci. Primo, ſi leui vteris manu, nullam aliam in motu percipies differentiam, quàm ſolùm ictum: ſi validè premas, poſtremas motus partes non obſeruabis: ſi medio modo, nõnullas cognoſces, & alias ſecus [illegible] rum hæc inæqualitas reperiatur in vnica diſtenſione, neceſſum eſt, vniuerſam comprehẽdere, vt varietates in ea contẽtas noſcere poſſis. Verùm quantum experimento & ratione colligere potui, in maximis & vehementibus pulſibus (*etiamſi plurimum comprimas*) prædictas inæqualitates haud difficulter cognoſces, quod in debilibus & paruis difficilimũ eſt, & pene impoſſibile. Hoc tamẽ adſeruabis conſiliũ in adipiſcẽda prædicta inæqualitate, quod nõ ſemper vtendũ eſt vnica & eadem F manus applicatione, ſed aliquando comprimes, aliquando ſubleuabis, nonnunquã medio modo manum applicabis. Item aliquando omnibus d

gitis

[illegible]

# LIBER SECVNDVS
# DE PVLSVVM CAVSSIS
## TRACTATVS III.

### [illegible]

TAM est [illegible] a caussarum pul[illegible] tia, vt [illegible] quam [illegible] te aut præ[illegible] itia [illegible] tiam pot[illegible]is. [illegible] qua poter[illegible] ate & di[illegible]gentia, earum tracta[illegible]

Causæ pulsuum in triplici differentia. — Sunt igi[illegible] omnes puls[illegible] causæ in [illegible] differentia [illegible]stitutæ: Quædam enim [illegible] stituunt & efficiunt, quas *continentes* ob id & *primarias seu synecticas* Medici appellant. Huius naturæ & [illegible]us sunt *facultas vitalis*, *instrumentum*, hoc est, arteria, & [illegible] *sus*, cuius gratia constat pulsus harmonia. Quædam profectò, quæ pulsum nō constituunt, sed alterant, im[illegible]utant, & aliquo modo [illegible] ctu euariare ipsos pulsus cogunt quas profectò multi ea ratione appellarunt *secundarias seu externas & alterantes*. Quæ sane consistunt in triplici differentia: nam aliæ sunt, quæ a Medicis vocantur *naturales*, aliæ *non naturales*, & rursus aliæ *præter naturam*. Cæterum inter caussas continentes & destruentes non desunt, qui medias constituant, tanquam tertium earum genus: quales sunt *omnes animi passiones*. Verum licet dogma hoc mihi non displiceat, placet tamen magis hac in re Galeni diui[illegible]onem sequi, qui prædictas duas differentias citra additionem alterius constituit. Quapropter huiu[illegible] modi [illegible] in duos tractatus diuidere mihi [illegible]isum [illegible] q[illegible]um *Primo* causarum continentium naturam & [illegible]fferentias pul[illegible]us ab eis prodeuntes, complectetur *Secundum* autem in tres partes diuidam iuxta tres cl[illegible]s earum caussarum, quæ pulsum immutare natæ sunt, initium tamen sumam a continentibus seu synecticis.

I. II. III.

### CAPVT I.
#### De [illegible]cis, seu continentibus.

Causæ synecticæ pulsuum quæ. — CA[illegible] continentes in pulsibus hæ [illegible] harmoniam, na[illegible] ta[illegible] & substantiam con[illegible] & efficiunt, [illegible] quibus con[illegible] p[illegible]us [illegible]quetur. [illegible]as sane *præcipuas [illegible] & necess[illegible]* [illegible]atun[illegible] nis[illegible] Auic[illegible]a, nec non [illegible] *causas [illegible]nerationis pulsuum*. Tales [illegible] ur in p[illegible] us [illegible] *Facultas* nimi[illegible] *vitalis*, auctor [illegible] incipi[illegible]us motus. A[illegible] [illegible] culiare [illegible] cum [illegible] instrumentum [illegible]s, seu finis, [illegible]uius [illegible] trix facultas, per[illegible] nuper d[illegible]a [illegible]

Caussæ synecticæ tres. 1. Facultas [illegible] 2. Arteria. 3. [illegible]sus.

[illegible] Cum ne [illegible] caussæ, [illegible] ad [illegible] & [illegible]

[illegible] caussa [illegible] p[illegible] [illegible] quæ [illegible] quam p[illegible] bare [illegible] tes ex cont[illegible]nentibus ca[illegible] antur, atque a [illegible] propria natura d[illegible] b[illegible] motibus o[illegible] ationibus & anim[illegible] tanqua[illegible] h[illegible]etur eo q[illegible] ctio pecu[illegible] quadam ratione [illegible] sam [illegible] mutare habeat, ita vt v[illegible] mi motus i[illegible] efficere, citra caus[illegible] tac[illegible] nem: quod reuera n[illegible] m[illegible] affectione necessario aliqua [illegible] caussis alteratur peculiari ratione [illegible] *est* & monstrat vibratus in timore p[illegible] diuersum spirituum ex [illegible] & timore [illegible]. Sed cognita caussarum synecticarum [illegible], quas pulsus differentias quæq; earum efficere habeat, expendendum iam est.

### CAPVT II.
#### Quos p[illegible]s quæ [illegible] c[illegible]

INEST autem [illegible] vis & cond[illegible] vt certos quosdam pulsu[illegible]æq; ca[illegible] proprios & pec[illegible]ares efficer[illegible]eat. alius vero non proprios, sed familiares. E[illegible] sunt [illegible] has caussas, quæ *proprios* puls[illegible] non habent [illegible] tantum *familiaribus* gaudent. [illegible] ine ta[illegible] proprium pulsuum intelligere [illegible] p[illegible] teros, qui ab vna e[illegible] ne[illegible] is [illegible] ficiuntur familiares vero q[illegible] synecticis prodeu[illegible] us [illegible] tas robusta vnicum [illegible] P[illegible] [illegible]

[illegible] u [illegible] tcem, [illegible] ra, [illegible] um ta [illegible] fore [illegible] a um, tardum [illegible] crebru [illegible] hab [illegible] nquam pr priu [illegible] tem v [illegible] em, rarum. V [illegible] m [illegible] ul ple fi [illegible] a q [illegible] q, varios hab [illegible] epu [illegible] fit, n [illegible] men proprium, fed o [illegible] es

G[illegible] es [illegible] al n. tenim [illegible] puls[illegible] us & re[illegible] [illegible] atione inuestigans, *lib. 8. de plac. Hipp.* [illegible] *Plat.* quad [illegible] em inuenit, *vt lib. de pulsuum different. secundo, tra* [illegible] *1. cap. 3* hoc opere abunde [illegible] putamus, docens, ob calentis refrigerium ventilationem, spirituum refectionem, & expu[illegible] n in fuliginosi excrementi, pulsum & respirationem fabricet [illegible] naturam. Quamobrem [illegible] consonum videtur, vnumquemque ex prędictis vsibus peculiarium expoſcere aliquem pulſum, quo fieri poſſit commodius: ex cuius notitia multa penitò

181 A Medico in arte ſphygmica ſuccreſcunt certius præſaganda. Sic calor adauctus, qui, quatenus talis eſt, refrigerationem expoſtulat, duplicem præſtat conſiderationem ſummopere neceſſariam ad venandas caloris adaucti in pulſu differentias. Has etenim ſcribit Galen. *lib. 4. de differ. reſp. cap. 22.* quo loco docere videtur, duplex eſſe caloris augmentum, & ſubinde vſum: vnum ſecundùm naturam, reliquum verò præter naturam, non tamé in vtroque eundem modum variari, licet vterque ſit vſus adauctus. Inquit enim: *Abundantia namque caloris natiui inſpirationem magnam reddit: abundantia vero ca oris præter naturam & fumoſi, exſpirationem magnam.* Ex quo loco euidenter conſtat, ſolum caloris augmentum, ſiue is naturalis ſit, ſiue præter naturam (*qualis ephemerarum febrium eſt*) refrigerium expoſcere, & ob id pulſum exquirere tanquam familiarem (*quia proprium nullum habet*) magnum, & in maiori exceſſu magnum ſimul, & B celerem, & crebrum. Quo artificio via eſt natura, vt copioſa [illegible] s quantitate attracta, intenſiua refrigeret, & eo magis quo celerius ad eam capeſſendam moueatur: id quod in dilatatione tantùm conſequitur ipſa. Verum ſi calor, qui creuit, putried [illegible] ſu quoque ſit, fuliginibusque ſcatens, aliam proculdubio deſiderat refrigerij rationem, quam diſtentionem ſolam præſtare eſt impoſſibile: nam calor huiuſmodi duabus rationibus calidior exiſtit, vna quidem ex propria intenſio-

præſtat [illegible] rum v[illegible] pr ſtat eam [illegible] pe cal [illegible] tut [illegible] ta cal dæ [illegible] per ad [illegible] tum [illegible] ploc ſang[illegible] der [illegible] quę ex [illegible] que [illegible] us [illegible] . Ita [illegible] e calor [illegible] h bet pu[illegible] prim[illegible] : habet [illegible] liares magnum [illegible] & [illegible] adaugeatur, [illegible] putredi[illegible] nem [illegible] & celerr[illegible] lor ventilari deſiderat, eius vſu [illegible] tas diſtentionis, vt quæ [illegible] la ſit [illegible] , licet calor refriget [illegible] pro[illegible] ſiſtat. Vſus tamen [illegible] ſp[illegible] quoque, celerem, & freque[illegible] & eos habet tanquam [illegible] ares [illegible] ficit duobus modis: V[illegible] *robuſtis, & abundante calore natiuo* [illegible] bores copioſiori ſpiritu [illegible] bemus [illegible] nim familiarior eſt magnitudo, quam cele[illegible] quia copioſiori aëre ad vberem ip[illegible] ſum [illegible] tionem indiget natura [illegible] exhauſtum eſt, imbecillior [illegible] ſcens, tunc etenim celeritas fam[illegible] eſt, [illegible] gis viget, quod pulſus paruus [illegible] ob [illegible] potentiam, quia compenſ[illegible] nat[illegible] celerit[illegible] quod paruitas detrahit: quod eti[illegible] his, qui curæ, ſtudio, vigiliæ, [illegible] nimis dediti ſunt. Quod ſi vſus a[illegible] prædi-D ctus imminuatur, contrarias omnino d[illegible] tas [illegible] obtinebit pulſus. Sic caloris diminutio [illegible] ares [illegible] obtinebit pulſum paruum, tardum & eode[illegible] modo res ſe habet in ſpirituum [illegible] bundantia, quæ vſus etiam eſt imminutio. Pari etiam ratione mediocres efficit pulſus quæq; cauſſarum, dum medium tenet inter vtrumque extremum. Atque hi ſunt pulſus, quos quæuis prædictarum cauſſarum cùm naturalis exiſtit, vel à medio recedit efficere eſt nata, ſola ac ſine alterius cauſſæ [illegible] uentu. Verum hæc omnia eo ordine [illegible] ompar[illegible] natura, quem latiſſime mox exponam: [illegible] p[illegible] hoc ſchemate depinxero, quæ hucuſque d[illegible] ſunt.

E

F

- *Cauſſæ continentes ſunt*
  - *Facultas*
    - *Firma habet pulſus* — *Proprios, Vehementes*; *Familiares, magnum, celerem, rarum.*
    - *Mediocris* — *Efficit medios inter prædicta extrema.*
    - *Infirma habet pulſus* — *Proprios, languidos.*; *Familiares, paruos, tardos, & crebros.*
  - *Vſus*
    - *Adauctus Pulſus habet* — *Familiares, magnum, celerem, crebrum.*
    - *Mediocris* — *Medios inter hæc extrema.*
    - *[illegible] iminutus Pulſus habet* — *Familiares, paruos, tardos, raros.*
  - *Inſtrumenta*
    - *Molles, Pulſus habent* — *Proprios, Molles*; *Familiares, magnum, celerem, [illegible]*
    - *Mediocria* — *Medios [illegible] nter hæc ex[illegible] ema*
    - [illegible] *a* — *Pulſus [illegible] nt pr[illegible] rios [illegible]*; *Fam[illegible] ares, paruo[illegible] ar[illegible] raros*

CAPVT

CAPVT [illegible]

[illegible]

Natura qua [illegible] in [illegible] pulsuum [illegible] ductione.

G QV[illegible] [illegible]

cal[illegible]eat [illegible] ac n[illegible]tura. A[illegible] a est, vt & [illegible] gnam ad[illegible] semper [illegible] tio

582 A patiat. & [illegible] qua lege [illegible] has d[illegible] ibus compl[illegible]ret, & quo[illegible] etiam ordine vnam p[illegible] aliam [illegible]. V[illegible] quis diligentius rem hanc [illegible] et proculdubio, vniue[illegible]am huius [illegible] esse Vsum, cuius occasione & fieri & mutari has differentias scimus. Nam cum tota vitæ ratio consistat

Pulsus mouetur ad pẽsum caloris.

in caloris moderatione, natu[illegible] ter præstitum est cordi huiusmodi calore[illegible] m[illegible]derati & cum immediata moderationis caussa sit ipsius cordis & arteriarum motus, necessum quidem est, ad pensum caloris, pulsum quoque moueri. Si igitur calor secundùm naturam existat, rebus illis quoq; (*quas motum pulsus esse necessarias diximus*) existentibus secundùm naturæ legem, nulli esse dubium debet, quin pulsus quoq; fiant, iuxta caloris commensurationem, moderati, ni quid præter naturam obstitent. Verùm si tridem calor, vel quouis alius cordis vsus à moderato recesserit, tantum quoque pulsus à motus moderatione recedent, quantum vsus ipse aberrauerit. Sic crescente calore (*si quantitas distensionis intensiori caloni incumbere tenetur*) tantum crescet eiusdem distensionis quantitas, quantum & calor. & subinde pulsus erunt tanto maiores moderatis pulsibus, quanto calor moderatum excesserit calorem. Quod si amplius creuerit calor, ita vt attenuæ dilatatio non possit adaucto calori satisfacere, necessum est, celeriorem motum efficere (*qui magnitudinis defectum adimpleat*) tanto, inquam, moderata celeritate celeriorem, quanto magnitudo nequiuerit calori adaucto satisfacere, & ab eius satisfactione defecerit. Quod si rursus calor, seu alius vsus amplius creuerit, ita vt compensari nō possit magnitudine & celeritate præcedentibus, natura sagacissima, quæ prouidè est in custodienda animantium vita, prouidit, vt creb[illegible] itate (*qua fit arteriarum in quietibus immorantes*) adimpleretur vsus, seu indigentia caloris adaucti, tantum, inquam, q[illegible] tum in huiusmodi ministerio deficiunt magnitudo & celeritas. Studere enim natura caloris incendio subuenire, exemplo eorum, quæ extedius ar-

Vsu adaucto in pulsu naturali prius augetur magnitudo, inde celeritas, tandem crebritas.

B

C re aut voluntate fiunt. Nam si quis conflagratam domum ab igne tueri velit, prius proculdubio multam aquam desuper coniiciet, deinceps verò si consistere eam non sufficere, celerter & festinanter propetabit aquam proiicere: quod si adhuc opus sit maiori diligentia, parum in locis immorabitur, haud secus, quam si cui commissum esset rei aliquod celerrer pe[illegible] gere, quod vt consequatur, primo magnis gradibus incedit: quod si amplius vrgeat necessitas peruenien di ad fi-

[illegible] ad [illegible] n[illegible] p[illegible] ar[illegible] C

te[illegible] n[illegible] [illegible]uiam[illegible] A[illegible] maxime [illegible] t[illegible]ales differe[illegible] dec[illegible] m[illegible] qu[illegible] n[illegible] nat[illegible] amb[illegible] [illegible] men & [illegible] d[illegible] te[illegible]pore[illegible] calor cres[illegible] tat[illegible] pieta celeritate, deinde [illegible] a magnitudine ita vt pri[illegible] cel[illegible] & [illegible] fiant naturales, redeantque ad [illegible], quam pulsus magnitudo mutetur. Itaque constat, quod neque crescendo, neque dec[illegible]do, differentia aliqua excedit mediocritatem antequam reliquæ mediocritatem attige[illegible] qua mediocritate, si vsus crescat, prima differentia, quæ acquiritur, est magnitudo, secunda celeritas, & tertia crebritas: sin aliter ab ea, quæ mediocritatem non attingit (*quantum cæs fit*) initium mutationis pulsus susceptæ natura.

[illegible] D

Solutio. proficisci solum ex infirma facultate, sed propter onus, quod illi tunc præstant arteria, caro, & reliqui humores, qui licet absolute neq; graues, neq; multi sint, habito tamen respectu ad languidam facultatem, tanquam onus illi exsistunt. Sic enim iuxta diuersos gradus imbecillitatis, diuersæ inæqualitates increscunt, non solum ob facultatem languidam, sed ob prædictas causas: ob id enim in paruo recessu à medio temperamento, pulsus fiunt parui, tardi, crebri, & languidi: in maiori verò, myuri reciproci: in maximo, myuri non reciproci, vltra quam si adhuc perstet intemperies, intermittentes, & vltimo deficientes succrescunt pulsus.

C At verò inæqualitas inæqualiter facta prodit ex contentione naturæ cũ instrumenti vitio, aut causa quæ ipsum vitiũ efficere nata sit, ita vt aliquando vincat natura, & irritata videatur superare prædictam causam: aliquando verò vincatur, superetur q; ab eadem. Sed cum semper deuincitur natura, & nõ sit vnde nouas vires aut spiritum recuperet, & adhuc causa perstet, pulsus fiunt myuri & deficiunt, si nihil sit quod naturam leuet. Atq; id tantò æqualius aut inæqualius, quantò sit aliquid quod naturam leuet, siue per vacuationẽ noxij humoris, siue per refectionem deperditi spiritus. Quæ omnia intelligenda sunt, nõ quod imbecillitas ob id ex vna pulsatione ad alteram mutetur, sed quod ab incepto opere præ impotentia paulatim deficiat, aut intermittat.

Qua sane in re expendendum est, ex præd. differentiis quasdam esse proprias alicui harum causarum, quasdã familiares. Proprios enim edit pulsus facultas infirma, quos antea retulimus, dũmodo intelligas, tanquam concausas habere arteriæ aut

D digitorum grauitatẽ: sed inter hos, intermittentes non sunt proprij, eo quod possint fieri à facultate infirma, ob validam instrumentorum obstructionem. Intermittentes verò proprij sunt facultatis robustæ, quæ copia humorum grauetur, aut vehementer ad motum excitetur: quo tẽpore inæquales etiam pariant anonymos: quod si distrahatur facultas, inæquales non minus efficiet anonymos, & dicrotos: vtcunq; tamen se habeat, siue valida siue inualida extistat, dummodo instrumentum vitietur, inæquales edit pulsus. Quod si tunc simul infirma sit, & onerata aut distracta multiplici hoc malo, certum est, omnigenam inæqualitatem inde profecturam. Sciendum tamen est, inter has causas quæ potentiam distrahunt, annumeranda esse animi etiam pathemata, quæ proculdubio congesticam inæqualitatem nata sunt efficere: eo quod subito contrariis motibus agitetur vitalis potentia. Sic Gal. *lib. de Præsag. ad Posth.* amorem Piladis cognouit in muliere ipsum amante: *& primo de præsagatione ex pulsibus*, ex huiusmodi inæqualitatis genere, animo affici cognouerat seruam il-

Potentia animi pathematis distrahitur.

E lam Atheniens. Verum ne quid huic inæqualitatis generi desit, serendum est, inæqualitatem quæ in febribus interpolatis reperitur, qua distinguitur tempus principij ab augmento & statu, non esse congesticam, licet ei possit reduci.

Sed expendendum in congestica inæqualitate est, vitiatum instrumentum (*quouis modo ex dictis fiat*) vitium in facultatem inferri, quantumuis valida sit: & ex hoc facultatem subesse languidam, non quidem absolute, sed respectu causarum. Sic prorsus dum facultas v[illegible] exsistit, vtcunq; [illegible] instrumentum quoq; prorsus illi ineptum [illegible] ditur. non quod arteria vitium aliquod ob[illegible] at, sed quod respectu languidæ facultati[illegible] ptior ad motum reddatur. Quo fit, vt ad [illegible] dictam inæqualitatem efficiendam [illegible] pus sit vtraque causa, facultate nimirum [illegible] da, & instrumento inobediente, eo mod[illegible] dictum est.

Atqui cum pulsus ex prædictis causis prodeuntes varii exsistant, sciendum est, & semp[illegible] in memoriam reuocandum, decurtat[illegible] ex facultate minus imbecilla prof[illegible] tiqs, quam eos, qui non reciprocant[illegible] facultas veluti in seipsam collecta, ad pr[illegible] magnitudinem eos reducat. Deficientes ve[illegible] ex magis imbecilla facultate, ac fere ad summum prostrata, fiunt, maxime si non reciproci fuerint, cum id nusquam continget, nisi adeo labefactata facultate, quod arteriam mouere nequeat. A quibus etiam causis intermittentes & intercurrentes prodeunt, sed primi magis ex languida facultate, vltimi verò ex nimium grauata & irritata simul. Quam doctrinam qui accuratius & diffusius perdiscere velit, legat Gal. *lib. 2. de caus. puls. cap. 3.* vbi plures annumerat decurtatorum & deficientium ac reciprocorum modos & causas, quas breuitatis gratiâ studiosis legendas relinquo.

## Caput XII.

### De caussis inæqualitatis in vno pulsu.

G INæqualitas ea, quæ in vna parte arteriæ percipitur, tres proculdubio complectitur species: *Vnam*, quando motus quiete interrumpitur: *Secundam*, quando motus est continuus, sed diuersa constat celeritate & tarditate: *Tertiam* verò, quando fit motu redeunte. Quarum omnium paulò diligentiùs causas quærere instituti, quod ad præsagationem maximi sint momenti, & circa quarum notitiam ne febres quidem cognoscere poterimus.

Inæqualitatis in vna parte arteriæ differentiæ intermittentia pulsationis quæ [illegible]

À 591

Inæqualitas igitur singularis easdem omnino habet causas, ac inæqualitas collectiua: quippe ex instrumento inepto, & ex facultate quoq; vitiata fieri habet. Duo tamen sunt, quibus inter se differunt. *Primum*, quod licet causæ singularis inæqualitatis sint eædem, longe tamen superant causas congesticæ inæqualitatis, magnitudine, vehementia & malitia: quod imbecillitas plerumq; e ex inæquali cordis intemperamẽto prodeat, & facultatem infirmiorẽ reddat, nec nõ & deteriores inæqualitates. Nam quanto grauius est, in vnica solum actione plura subesse vitia, quam inter plures aliquam vitiari, tantò profectò deteriores exsistunt causæ, quæ inæqualitatem in vno pulsu efficiunt, reliquis quæ in pluribus pulsationib. claudicatio enim assidua deterior est interpolata. Arguit n. vnius pulsus inæqualitas maximam causæ vehementiam, quæ non permittit naturam efficere vnicam pulsationem integrã, quin vel quiete media intersecetur, vel variis motibus connectatur, vt monstrat Gal. *lib. 2. de caus. puls. c. 4.* Sic-

Inæqualitas in congestica causæ quibus differt a congestica inæqualitate [illegible]

B etenim cum sex reperiantur huius inæqualitatis differentiæ, eas esse deteriores arbitramur, quæ plures partes

partes habent tardas, eas etiam quæ celeritate incipiunt, & in tarditaté desinunt: nec non & eas in quibus maiores reperiuntur quietes: quo fit, vt melioris prognostici sint, quæ iis contrariæ existunt. Itaq; inæqualitas singularis ea obstructo vehementer ac compresso & plenissimo instrumento proculdubio fit, simul & ex facultate præd. modis labefactata: hoc tamen habet differentiæ singularis inæqualitas, quæ fit motu intercifo, quod si quietes mediæ sint iusto grandiores, à facultate imbecilla nimium & ex inæquali cordis intemperamento plerumq; proficiscitur. similimodo cū prima pars motus tarda est, & secunda tardior, in reliquis vero differentiis vitium instrumenti prævalere certum est. Differunt *secundo* huiusmodi inæqualitates à congestica, quod illa citra vsum

C adauctum fit, singulares verò nequeunt citra vsus incrementum fieri. Nam cum in medio itinere, vel propria impotentia, vel ob instrumentorū ineptitudinem, lassa facultas quiescat, minime profecto excitabitur ad secundū motum, nisi vrgente vsu, cū hac sola ratione natura motū perficit, vi vsus coacta. Ex quo euidenter constare arbitror, summæ imbecillitatis esse indicium, secundum motum esse minorem primo, vel longe tardiorem.

Imparium citatorum quæ causæ.

Impar verò citatus pulsus, qui de hoc quoq; inæqualitatis genere est, secundam eius constituit differētiam, nimirum quando in vnico eodemq; motu nulla quiete interrupto, plures motus species seu cōditiones reperiuntur, *vt Gal. aduertit lib. 2. de caus. pul. c. 5.* Quas proculdubio efficiunt eædē causæ cæterùm minores & minus efficaces. Deteriores enim sunt causæ, quæ intermittentes in vno pulsu efficiunt, quia grauius est interrumpi motus, quam alterari & diuersa celeritate fieri: ob idque credendum est, impares citatos à minoribus

D causis profisci. Inter hos sane pulsus alii sunt reliquis deteriores, siquidem qui plures partes motus habent tardas, aliis deteriores, nempe iis, qui plures habent celeres, cum celeritati semper virium robur adiungatur, & tarditati imbecillitas. Habet tamen hæc pulsus species vnum hoc peculiare, vt à facultate languida, nisi per aggrauationē, minime fieri possit. Illud enim est quod dixerat Gal. *A facultate resoluta nullus horum fit*: magni enim sunt omnes, quos facultas languida efficere nequit: magnos enim oportet esse impares citatos, vt plures motus species in vna distensione cognoscantur. Quis enim in pulsu paruo sensu posset diiudicare varias motus species? Hinc enim constat, Latinum interpretem male vertisse locū: non n. idem est facultatem esse resolutam, & oppressam: ab oppressa quidē magni aliquando fieri possunt pulsus, & sic impar citatus habet præter obstructionem & repletionē tanquam causam,

E facultatem languidam per aggrauationem, per resolutionem verò minimè, quia nequit pulsus magnos efficere. Præterea expendendum est in hac pulsus sorte, quod si mutatio fiat à maxima celeritate in maximam tarditatem, certum est hoc fieri complexu duarum causarum, ex iis quas nuper diximus, qualis est valida obstructio, & facultas nimis oppressa.

Dicrotorū pulsuum quæ causæ.

Dicroti etiam pulsus, quos de genere esse bis pulsantium antea dictum est, vnam tantū habent causam Inæqualem, nimirum cordis intemperamentum, cogens facultatem contrariis motib. agitari, ita vt motum inceptum perficere nō possit, sed contraria causa in medio itinere vigente, contrarium motū efficere cogatur, vt mens est Gal. l. 4. de caus. puls. c. 8. verū quia cordis inæquale intemperamentum non vnicū est, sed variū, necessum subinde erit expendere quale sit, quod dicrotos pulsus natum est efficere, & rursus quos pulsus edat quoduis aliud inæquale cordis intemperamentum.

Inæquale in corde intemperamentū triplex differentia.

Triplex igitur reperitur in corde inæqualis intemperamenti differentia: *Prima*, quando ex partib. cordis quædam sunt calidæ, aliæ vero frigidæ. Tunc pfecto duplex insurget in pulsu motus differentia: nam aut vincunt partes calidæ frigidas,

F quo tempore pulsus erunt magni, celeres & frequētes: vel calidas frigidæ, & erunt parui, tardi, & rari. Itaq; pro vincentis intemperamenti ratione, pulsus pullulabit: verū si nec vincant, nec vincantur prædictæ contrariæ partes, mutua erit eo tēpore vtriusq; actio: tunc profecto pulsus erūt inæquales anonymi, tam singulares q̃ systematici: quod intelligendū est, dum æqualitas causarum nō sit exquisita (*quia eo tempore moderati apparebunt pulsus*) sed altera excedet alteram, modico tamē excessu, ita, vt tantū fiat inter eas contentio. *Secunda* autē differentia fit, quando contenta in ipso corde, aut ipsi cordi vicina calida sunt, & cor ipsum frigidum: vel econtra, cor calidū, & contenta ac vicina frigida. Hoc sane intemperamentū aliquando efficit pulsus inæquales singulares, nonnunq̃ systematicos, plerunq; verò moderatos: hoc quidem, quādo tanta est caliditas contentorum, quanta fuerit frigiditas ipsius cordis, aut econtra: si verò altera reliquam excedat, & excessus sit modicus, pul-

G sus erunt inæquales, congestici, vel singulares. Verum si alterum reliquum excedat, & cum hoc excessus sit magnus, pulsus eo tempore fient pro ratione vincentis intemperamenti, licet aliquando alterius naturam redoleat pulsatio aliqua. *Tertia* verò & *vltima* est, quando quædam cordis partes sunt multum calidę, mundę tamen à fuliginosis recrementis: quædam verò multis fumosis va-

A 593

poribus refertæ, hoc est immundæ, tunc enim ad oppositos motus cogitur cor. Nam pars quæ calida est & munda, dilatationē exoptat ad refrigeriū, pars verò immunda compressionem ad fuliginosorum excrementorum depulsum. Ex qua proculdubio contentione prodit, quippe quæ exposcit mutuam ad contraria partium cordis actionē, quod quædam partes distensionem, quædam cōtractionem efficiant, eodem tamen tempore, aut eædem in medio distēsionis retrahantur, ac post-

B modum recollectis viribus iterum motum efficiant. Ex quo constat, quod contractionem excipiat aliquando distensio, & distensionē contractio, ita vt altera alteram retrahat, antequam inceptū motum perficiat. Quo fit, vt cum arteria dilatetur, refrigerandi cordis gratia: vrgente tamen vsu repellendi fuligines retrahatur, vt illi satisfaciat antequam contractionem impleat, eadem iterum excitat necessitas refrigerandi, & cogit inceptam distensionem complere. Qua proculdubio inæqualitatis sorte dicrotos constare certum est.

Dubium I.

Sed dubitabit profecto aliquis, & merito, *si inæquale hoc cordis intemperamentum causa est dicrotorum pulsu-*

Solutio. Dubium II.

*pulsuum, an sit de genere causarum synecticarum & continentium, an ad externas debeat reduci.* Cui dubitationi respondendum est, ad synecticas seu continentas causas referendum esse. Sed mox iterum dubitare est æquum, *sit ne de forte vsu, an facultatis, an instrumenti?* In qua sane dubitatione tenendum esse arbitror, partim pertinere ad facultatem imbecillam, partim ad vsum adauctum, & partim ad vtrumq; : Quatenus enim partes aliquæ cordis plus iusto calidæ existunt, facultatem subinde languidam esse, coniectandum est, & ob id etiam certo quodam modo, vsum adauctum: dum vero partes aliæ fumosis excrementis scatent, vsum adauctum efficiunt. Sed constituenda est differentia inter hus duos vsus: quippe cordis calidum intemperamentum vsum dilatationis auget, partes verò eius fuliginosæ, vsum compressionis; Quo fit, vt ob hanc mutuam pugnam, mutua quoq; supersit cordis actio, quæ dicrotos nata est efficere.

Sed vt axiomata hæc clariora supersint, expendendum est, non deesse (*nec omnino vana est eorum sententia*) qui solum arbitrentur vsum adauctum aut diminutum ad cordis contenta, quæ calorem habent mobilem, pertinere. Corporis verò cordis intemperamentũ fixum cum sit, primario imbecillitatem, & secundario, alteratis nimirũ contentis, vsum mutare. Et ob id asserendum est, vniuersam facultatis vitalis rationem sitam esse in ipsius cordis temperamento, ita vt si temperamẽtum valide mutetur, facultas languida supersit. Verùm si cordis cõtenta, spiritus nimirum & sanguis, caliditatem aut frigiditatem præter naturam contraxerint, scito vsum esse adauctum, vel diminutum. Verùm si horum caliditas aut frigiditas adeo creuerit, quod etiam cor ipsum alteret, variabunt quoq; facultatis robur simul cum vsu. Secus quidem res se habet de siccitate & humiditate: nam licet hæ qualitates in cordis substantia facultatem esse languidam efficiant, in contentis tamen, neq; facultatem efficiunt languidam, neque vsum adaugent, aut imminuunt. Sed arbitramur (*saluo meliori iudicio*) harum qualitatum vitia ad instrumenta potius pertinere, quippe ex sicciori sanguine & spiritu, qui subinde crassiores fiunt, minus moueri per arterias contingit, ac longe difficilius: cum vero minus moueantur, necessum est aliquod vitium instrumentis præstare. Sic profecto contenta nimis humida vel obstruunt, vel replẽt arterias, ita vt in te optimo harum qualitatum vitia ipsis sint referenda. Ex dictis igitur constabit, omnem intemperiem cordis magnam, facultatem lædere, siue calida sit, siue frigida, humida aut sicca: hoc tamen est discrimen, quod caliditas & frigiditas cordis non solum labefactant, sed quoq; vsum adaugent. At caliditas & frigiditas eorum quæ intra cor cõtinentur, solum ipsum vsum adaugent ex propria natura, nisi adeo crescant, quod vitium quoq; cordi communicent. Humiditas vero & siccitas, siue in corde, siue in contentis existant, vsum nulla lege immutare possunt, immutant tamen instrumẽta, vt dictum est. Verùm ne cui dubius sit Gal. *nono methodi*, qui ad spiritus facultatem reducit, & ipsis læsis lædi ipsam fatetur, expendat, verum id esse in corde, q̃a cor sanguinis vel spiritus defectu ocyssime læditur, & refrigeratur, [illegible] inde prosternatur, nam sanguinis & [illegible] calore naturali incalescit, vnde mirum [illegible] rum defectu aut vitio, præter naturam [illegible] & subinde facultatem lædi quod in [illegible] spirituum læsionem.

Intẽperies cordis magna omnis facultatem lædit.

Ducit nos tamen Gal. lib. 2. *de caus. puls.* [illegible] graue quoddã dubium, cum nitatur dic[illegible] sus causas recẽsere per causas vibrat[illegible] facile poterit ab eius scriptura colligere, [illegible] cet, intelligitur. Censeo tamen, modum d[illegible] tum per vibrationem voluisse ostend[illegible], nam di[illegible] crori quodammodo videntur vibrare. S[illegible] expendendum est, causæ natura & vibrationis etiam modo reuera differre. Nam vibratus, *ex post[er]a refertur*, ab arteriæ duritie & robore fi[illegible] [illegible]rum, dicrotus verò à prædicta inæqualitate vsus. It[illegible] vibratus est pulsus compositus, dicrotus vero simplex, ac vltimo vibratus retrahit sese impetu roboris & arteriæ renitentia, dicrotus verò qu[illegible] cultas nititur cẽtractionem efficere in medio dilatationis, non quidem quis arteria id efficit, nam dicroti vibratio actio naturæ est, vibrati verò motio, est naturæ passio, & solum arteriæ renite[illegible] & velut cõuulsio, vt chordis cytharæ vna per [illegible] conspicitur. Qua via censeo de his duobus pulsibus censendum esse, licet Gal. obscurius aut aliter scribat.

Subticuit Gal. aut saltem obscure protulit vsus inæqualitatis causas: ex quarũ profecto cognitione multa in morbis possumus prædicere. Habet igitur hoc inæqualitatis genus tanquã potissimas causas, facultatem languidam, vel humorum copiam, aut instrumentorum mollitiem, vel omnes simul aut aliquas. Facultas etenim imbecilla prima est, quæ in hoc opere efficiẽdo reperitur, cum videl. non æque, ob impotentiam, omnibus particulis cõmunicatur, neq; æquali robore & efficacia oẽs mouet, velut in optima valitudine: quo fit, vt quædam partes magis, aliæ minus, quædam celerius, quædam tardius moueantur: quæ sane motus ratio inæqualem efficit pulsum in pl[illegible] ribus arteriæ partibus.

Inæqualitatis [illegible] in d[illegible] partibus [arte]riæ quæ causæ.

Contingit autem id haud secus quam res se habet in Sole, qui profecto omnibus partibus æque lumen & claritatem largitur, nisi aliunde præpediatur: quod quidem igni accidere eodem modo non potest: quippe partes igni viciniores calidiores erunt & lucidiores, remotiores vero minus calidæ. Sic enim res se habet in nostro calore: cum enim robustus est, vegetus & naturalis, more Solis, singulis particulis æquale fere beneficiũ impartitur: cum verò factus est præter naturam, & facultas subinde languida, haud secus quam ignis facit, propinquis partibus maius robur, maiores & celeriores motus præstans, remotis verò minores. Sic proculdubio pulsus fiet quibusdam partibus maior, & robustior: aliis verò iis contrarius, ita vt omnino suboriatur prædicta inæqualitas, cum ad omnes arteriarum partes inæqualem efficaciam trãsmittere nequeat. Cui etiam caussæ accedit *humorum copia*, quæ impedit facultatem, eius impetum remorando, detinendo, dirimendo & scindendo continuum eius progressum: haud secus quam Solis radium interdicit & frangit nubes oppo-

opposita. Atqui cum humores non permittant facultatem libere permeare & æqualiter ad omnes arterias diffundi, ob id non æqualiter eius vis in omnes partes sese diffundit, quo est non mediocre huius inæqualitatis principium. Exemplo quodam amplius intelliges: nam si quis brachium tribus, quatuorve partibus ligauerit funiculo diuersimode constricto, ita vt prope manum sit arctior

B ligatura, in medio brachii laxa, & in suprema parte laxior, nulli dubium est eo tempore, in vnica pulsatione diuersum apparere in illis partib. pulsum, iuxta diuersum facultatis progressum, prout magis minusve à vinculo connectatur. Sed merito hoc exemplo iudicabit quispiam, si pari ratione reperitur dispar facultatis impulsus, fieri quoque pulsum disparem in diuersis partibus. Dubitabit tamen aliquis (quod necessarium est ad rectum iudicium eliciendum) *quanam ratione possimus distinguere inæqualitatem ab oppreßione factam, ab ea, quæ fit victo facultatis*: siquidem in hac nullum vacuatorium auxilium tẽtare oportet, in illa verò nil facies citra vacuationem, quæ plenitudinem opprimentem demat. Constabit profecto vtrum horum sit, quia languida facultas semper habet pulsus paruos & debiles, licet inæquales, oppressa verò aliquando magnos & vehementes.

*Dubium.*

3\. Tertia verò & vltima causa est *arteriæ mollities*, quæ quia nequit simul in omnib. partib. præ mollitie eleuari, dispari eleuatione mouetur à natura, haud secus quam si quis velit magnã corrigiam eleuare, maxime si humida sit, nulli dubium est, quin simul ipsam eleuare non possit: quod si dura exsistat, fa-

C cile vna parte eleuata, reliquæ simul eius motum insequentur. Si igitur dispariter moueantur, certum est, quasdam partes fieri altiores, quasdã vero depressiores, effigies quidem inæqualium sub pluribus digitis.

*Myurorum singularũ causa.*

Huic quidem inæqualitatis generi reducuntur myuri singulares & eminuli atq; prominuli pulsus. Myurorũ igitur singularium causa est facultas languida, quæ nequit se extendere ad remotas à corde partes: & ob id in partib. cordi propinquis maiores apparent pulsus, & in reliquis tanto minores, quanto distãtiores exstiterint. Quod si cõtrario accidat modo, nimirum, pulsum apparere maiorem in distãtioribus, & minorem in propinquis partib. id proculdubio in arteriæ situm regerendum est: potest enim arteriæ aliqua pars à corde remotior in superficie adesse, & propinquior in profundiori & abdito loco, ex quo situ constabit præd. difficultatis ratio.

*Eminulorũ & prominulorum quæ causæ.*

D Eminulorum verò & prominulorum, quos *innuentes & circumnuentes appellant*, vt mens Gal. est, *l. de caus. puls.* 2. c. 10. causa est inæqualitas etiam corporis & situs arteriæ aut temperamenti ipsius, siue à natura talis facta sit, siue à morbo, & facultas languida: quamuis Latinus interpres male trãstulit hunc Gal. locum, qui facultatem robustam traduxit. Sic n. vbi arteria tẽperatior aut mollius exstiterit, facilius à languida facultate eleuatur, quã vbi durior & distẽperatior sit. Quod si in media parte, quam digiti attingunt, mollis sit, & vtrinq; durior, fiet facile, vt in media quoq; parte altius eleuetur pulsus, & in laterib. depressior appareat: q̃ vera est eminulorũ & ꝓminulorũ effigies. Atq; licet dictum sit, eminulorũ & prominulorũ eandem esse causam cũ myuris, nimirũ facultatẽ languidam, mirandũ ob id non est, siquidẽ facultatis imbecillæ variæ sunt species & sortes, & pro varietatis ratione, varios quoq; pulsus edere nata est facultas. Fiunt itaq; prominentes pulsus eo modo, quo dictum est, nam qua parte arteriæ humiditas marcedoq; apparuerit, ea motus magis perspicuus est, partium vtrinq; positarum nonnihil obscura

E to motu, adeo vt ingrauescente affectu flexũ quẽdam in altum repræsentet pulsus, instar trianguli cuiusdam tactum ferientis.

## Capvt XIII.

### De compositis inæqualitatibus.

Inæqualitates omnes compositæ hoc vnum habent commune, q̃ fiant ex causis simpliciũ inæqualitatum, duabus nimirũ vel plurib. Nam quemadmodum composita inæqualitas vnica non est, sed ex variis constans, ita quoq; ad eius integritatem causæ plures necessario requiruntur. Verum quia quælibet species præter communitatem causarum, peculiare etiam aliquid obtinet, cuius ratione ab aliis compositis dissideat: ob id profecto cogimur cuiusque seorsum tractationem instituere.

*Inæqualitatis in situ arteriæ quæ causæ.*

Sic etenim inæqualitas in situ arteriæ, vt fit, quia tenduntur arteriæ, quoniã tunicæ earũ violenter trahũtur, ita prorsus credendũ est, huiusmodi tractionem fieri à partibus circũ vicinis, quas reddunt tumores omnes contra naturam, velut inflammationes aut tubercula cruda, quæ ad se trahunt vi-

F cinas partes cum in tumorem eleuãtur; ita & partes neruosæ conuulsæ, maxime tunicæ quæ communes fiunt arteriis. Distorquet etiam pulsum, *vt Gal. aduertit lib. 2. de caus. puls. c. 11.* inæqualis intemperies, vt calidum & gelidum arteriarum intemperamentum, quæ sane conuulsiuam moliuntur distorsionem.

*Vndosi vermiculantis & formicantis pulsus causæ.*

Sunt autem ij pulsus de genere inæqualiũ singularium, sed in pluribus arteriæ partibus qui oẽs fieri proculdubio habent à facultate languida, vel ab humorum copia, aut ab arteria nimis molli, *vt docet Gal. l. 1. de caus. pul. c. 8.* Quippe vndosus & vermiculans communiter fiunt ob concretionem, q̃ ea corde in arterias effluens, nõ parũ tuetur firmitatem, ita vt non simul omnes arteriæ partes distendantur. Verum hoc est discrimẽ inter hos pulsus, licet ab eisdem causis proficiscãtur, quod vndosus, eo quod maior sit & celerior quam vermiculans, ab humorum copia proficiscitur, valida tamen exsistente facultate, vermiculans verò ab

G imbecilla. Sic profecto dum vndosus in vermiculantem commigrat, iam facultatem non grauari, sed labefactari essentialiter commonstrat: quod etiam probari potest, quia aliquando in intermittentem degenerat, cum videlicet virtus magis fatiscit. Atq; dum vermiculans in formicantem mutatur, eo magis dissolutam facultatem commonstrat: neq; ob id credendum est, semper formicantem ex vermiculante prouenire, *vt Auerr. 4. collect. prodidit*, experimur enim in acutis & malignis febribus formicantes nasci, non præcedentibus vermiculantibus quod omnes raro dissolui: quã differentiam non admittit vsus adauctus, aut spirituum defectus, vt in euacuationibus immodicis alui aut vteri, aut cuiusuis alterius partis, in q- A 595 bus vermiculantes mutari in intermittentes & defi-

& deficientes comperimus, non autem in formicantes, quibus euidenter constat, verum esse propositum axioma.

Caprizantis pulsus causæ.

Caprizantis pulsus causæ, *vt docet Gal. libr. 2 de caus. puls. cap. 7.* sunt facultas valida, cæterùm nimis oppressa, impedita aut obstructa, cum vsu nimis adaucto. Sic profecto compressio, oppressio vel obstructio efficiunt facultatē à motu incepto desistere, vsus tamē adauctus cogit ipsum adimplere: robur autem ipsius potentiæ (*quod collectu in quiete, qua motū interpolauit, viribus, recuperauit*) causa est, quod secundo motu vehementiorem efficiat secundam aggressionem. In qua sane re sita est caprizantis pulsus natura: nam si secundus saltus remissior sit, erit quidem pulsus de genere inæqualium sub vnico digito, non tamen erit caprizans.

B

Serrātis pulsus causæ.

Serrantem sane pulsum faciunt facultas robusta, sed onerata, instrumentum durum, & vsus nimis adauctus. Is quidem vsus arteriam plurimum distēdi cogit, facultas valens id nititur, instrumētum vero durū, cæterum non æqualiter efficiunt prædictam figuram serræ persimilem: nam cum aliæ partes magis tendantur & duræ fiant, aliæ vero minus, idcircoq; minus tenduntur, magis eleuantur, & minus quæ duriores exsistunt ac tensæ. Cui sane ministerio expendēdum est, pulsum necessario debere esse magnū, quis n. in pulsu paruo posset sensu diiudicare prædictas differentias? ob id necessum est, pulsum esse magnū, vt diiudicemos quasdam partes magnā efficere distensionē, quasdam vero paruam: quo fit, vt tactus inæqualitatem illam dentib. caninis simillimam persentiscat: neq; prædictam v[illegible]nitatē turbat, pulsum esse in hac affectione (*quod ex internis membrorum neruorum inflammationibus plerumq; prodeat*) durum, cum id intelligendum sit solum in his arteriæ partibus quæ minus eleuantur, in reliquia vero non adeo dura exsistit arteria, q plus eleuari non possit, siquidē neq; tensio æqualis est in omnibus partibus.

C

Conuulsiui pulsus quæ causæ.

Cum magna sit neruorum cum arteriis communio, societas & colligantia, fit subinde, vt conuulsiui pulsus causa sit neruosarum partium contractio, eo quod arterias pariter secū trahant, conuellantur, *vt docuit Gal. lib. 2. de caus. pul. c. 12* id quod accessiones epilepticę facilè monstrant: quippe in earum principiis, vt nerui contrahuntur & conuelluntur, ita & arteriæ. Contingit itaq; in iis pulsibus diuersis partibus arteria percussa, vnu eodemq; tempore moueri, haud secus quam chorda sursum deorsumque agitata inæqualiter: quo fit, vt secundum quasdam partes citius, & secundum alias tardius moueatur, & insuper tardus pulsus videatur magnus & vehemens, non tamen tanū, quantum ob ictus violentiam gratia tensionis apparet.

D

Vibratorū pulsuum causæ.

Habet hæc pulsus conditio, quæ quodā modo ad conuulsiuos pertinere videtur, tres potissimas causas. Primam quidē & potissimam, vsum adauctum: secundam instrumentū durum: tertiam vero, facultatem robustam. Hæc itaq; facultas, vt cui incumbit vsui satisfacere, plurimum conatur arteriam distendere: ipsa vero cum dura sit, nequit quatotum par est dilatari. Hinc sane pdit, vt flectatur in altum, & veluti frangatur arteria dura: qua tamen parte frangitur, eadem prorsus acuminatur, sed acumen aliud attollitur, & aliud dimittitur, eo quod facultas (*quia nequit vsui satisfacere, eo quod arteria non distendatur, quantum par est*) [illegible] nunc in vnam partem, nunc in aliam [illegible]culatur, in acumen flexa. Quæ accidentia [illegible] niur in magnis inflammationibus, ten[illegible] obstructionib. spasmis, & aliis huius natu[illegible] ctionib. Quibus causis accedit alia veluti co[illegible] sa, *vt Gal. optime aduertit secundo de causis puls.* [illegible] mirum, inæquale temperamentum, q licet [illegible] tum sua sponte efficere natū non sit, aug[illegible] vibrationē: nam vbi humidior & calid[illegible] terię sit, mollior citatiorq; erit pulsus: vbi vero [illegible] gidior & durior, itidem minor & tardior, atq; ē[illegible] ad motum prius commutabitur pa[illegible] print, postea ordinetur alia: quæ quidem accidentia vim & efficaciam vibratorum adaugebunt, licet ipsos generare non possint.

Qui exactè naturam & conditionem palpitationis & tremoris in genere nouit, noscet e[illegible]m & proculdubio caussam huius symptomatis in pulsibus. Sed vt summatim dicam, caussa palpitationis est flatuosa arteriarum & cordis repletio, in quibus partibus petens exitum, palpitationem molitus flatus. Expendendum tamen est, quod licet cordi palpitatio accidat, non ob id necessum est arterias quoque palpitare: sæpe enim contingit cor palpitare, arteriis nihil mutatis: & contra, arteriis palpitantibus nihil mutari: nam solum vbi vapores præsunt, ibidem palpitatio prodit, maximè si accedat instrumenti mollities, quam Galen. ad trementem reduxit, sed venia dignus: nam ob id ossa & cartilagines non palpitant, quod dura sint, sed variè vtitur his vocabulis. Tremor autem cum motus quidam sit ex infirma facultate & grauitate membri, fit vt illa sursum conetur membrum eleuare, hæc vero deorsum premere: quamobrem longe à palpitatione differt, vt ex vtriusq; causis quiuis elicere poterit, licet inter auctores nonnulli pro eodem vsurpent. Duplex igitur reperitur tremoris in pulsibus ratio: altera, dum membrum tremit, & simul pulsus vel delitescit, vel tremulus etiam apparet ad pensum tremoris brachii: altera vero, cum cor ob dictas causas tremit, quo tempore pulsus inæquales, celeres, crebri, & vehemētes apparent. Quod si aliquandiu arteriæ tremant, non subinde cor tremere necessum est: quod vna manu carpo admota, & altera thoraci, facile dignosces. Hunc sane arteriarum tremorem min[illegible] è credendum est verum tremorem esse: quippe qui solis instrumentis voluntari seruientibus accidit, reduces tamen ad ipsum, tanquam quid ei persimile.

Palp[illegible] pulsus causæ.

F

Tremor & palpitatio.

Hecticum pulsum ob id inter inæquales recensemus, quia inæqualis exsistit; sed eo hecticus appellatur, q qualiscunq; inæqualitatis fuerit, semper sui similis repenatur, neq; ab illa inæqualitate aliquam mutationem suscipiat, sed semper stabilis permaneat, quia causam habet, non in spiritib. aut humoribus, qui facile mutantur & labuntur, sed in solidis cordis partibus, in quibus marasm9, phthisis, hectica febris, & id genus alia sedem obtinent.

G

Hectici causa.

Strepentis autem pulsus caussæ nullæ aliæ possunt esse, præter quam arteriæ durities & vacuitas, facultas valida, & spatium in quo arteria mouetur aëre plenum: quippe hæc omnia necessaria esse constat ad strepitum edendum, si enim quis tympanum leuiter percutiat, nullum edes sonū,

A 596

Strepentis causæ quæ.

maxi-

maxime si humida sit cordis substantia. Verum si dura sit cutis, & valide percutiatur, ac rursus vacua habet interna spatia, nulli dubium est, quin sonitum edat. Quod quidem simul ratione & similibus caussis contingere arteriis, experimento iam didicimus.

## Caput XIV.

### De Pulsibus sexuum.

Memini me superius diuisisse pulsuum caussas in eas, quæ pulsum ipsum constituunt & efficiunt, quas *synecticas* seu *continentes* appellauimus: & in alias, quæ pulsum ipsum certo quodam modo euariant, mutant, & alterant. Aliud quippe est pulsum efficere, aliud vero certis quibusdam modis ipsum immutare. Præstant quidem hoc commoditates quædam, seu caussæ, quas appellamus *res naturales, non naturales, & præter naturam*: quarum notitiam ediscere conuenit vt quis in vnoquoque corporis statu facile noscat pulsus peculiarem conditionem, vt cùm ab ea deuiauerit, quantum, qualiterve sit, expendere possit: initium tamen sumam à sexu: nam qua ratione fœminæ à viris dissident sexus caussa, eadem prorsus pulsu & temperatura dissident. Sed multa prius huic ministerio necessaria præmittere opus est, vt ex pulsu differentiam sexus venari possimus.

(B — Pulsum quæ immutent.)

Si igitur vtrisq; debitum insit vitæ institutum, ita vt fœmina vitam agat sedentariam, vir laboribus deditam. Item vterque eandem habitet regionem, pari sint ætate, eiusdem temperamenti, nimirum, ambo biliosi, aut pituitosi, melancholici, sanguinei, vel medio temperamento præditi. Quibus sic stantibus, proculdubio viri mulieribus magna ex parte maiorem multo & vehementiorem, paulo tamen tardiorem & rariorem habent pulsum, vt Galen. docet *lib. 3. de caus. puls. c. 2.* Quod sanè dogma verum esse constat, dum paria sint in vtroque, quæ superius diximus. Potissimè tamen, quia viri pulsus adauctiorem habent vsum, quod multis rationibus probatur. *Prima*, quia ex ipso naturæ ortu & primæua constitutione vir calidior & siccior fœmina existit, subindeque constat, vsum esse maiorem, & ex consequenti maiores pulsus. *Secunda*, quia vir robustior est, potissima alioqui magnitudinis & vehementiæ caussa, dictū quippe est, facultatis robustæ proprium esse pulsum vehemētem, familiarem autem magnum. *Tertia* verò, quia viri ampla habent spatia, per quæ arteria liberè distendatur: fœminæ autem angusta, & adipe, ac humorum pituitosorum sarcina occupata, constat enim, spatium concaussam esse ad pulsua magnitudinem, si amplum sit. *Quarta* autem, quia viri laboribus cùm sint dediti, calorem habent robustiorem & vegetiorem; fœminæ verò, ob sedentariam & otiosam vitam, obrutum & pusillum. *Quinta* ratio est, viros habere arterias mundas, & excrementis vacuas: fœminas verò oppressas & immundas: non quidem, *vt superiùs dictum est*, ob pinguedinem, & humores solum, sed ob excrementa fuliginosa, quibus defectu exercitij, arteriæ non probe expurgantur. Quo fit, vt meritò dictum sit, viros habere longè maiores & vehementiores pulsus, fœminas vero contra, quod arterias habeant onustas, corpus minus perspiratum, arctas regiones, illaboratos succos, ac propterea nequeunt pro necessitate finis leuare arteriam. Sed hunc deff[illegible] fœminarū fœminæ celeritate & crebritate [illegible] habeant: nam ij pulsus habent pau[illegible] & rariores quàm fœminæ: idque vnica ratione [illegible] delicet quia viri vsui satisfaciunt per magnitudinem: fœminæ vero, quibus pulsus minor est, quam par sit, ob dicta inconuenientia, satisfaciunt vsui per celeritatem & crebritatem, alter enim tardiores quoque & rariores haberent, quod frigidæ naturæ exsistant: quia tamen pulsus habent paruos, quibus vsui non satisfaciunt, id compensant celeritate & crebritate. Neque obstat, *fœminas mollieres habere arterias, & subinde posse melius dilatari, & magis, minori adhuc vi & efficacia*, nam licet hoc verum sit, præualet magis excrementorum & aliarum caussarum vis ad efficiendos paruos earum pulsus, quàm sufficiat ad magnos arteriarum mollities. Neque obstet, *sua natura minores debere esse fœminarum pulsus, quia minorem habent calorem*: nam licet id verum sit, cum hoc tamen fœminæ non satisfaciunt proprio vsui, qualiscunque is sit, & ob id opus est supplere celeritate & crebritate. Qua etiam ratione censendum est non solum esse in eis minores pulsus, quam in viris, verum & minores, quàm ipsis erat necessarium. Neque obstet, *fœminarum arterias sua natura esse paruas, & ob id non oportere maiores edere pulsus*: nam cùm antea dictum sit, in magnis & paruis arteriis magnos & paruos posse reperiri pulsus, constat verum esse propositum axioma.

(Viri quem habeant pulsum. — C — Viros adauctiorem habere pulsus vsum fœminis. — I. — II. — III. — D — IV. — V. — Viri maiores habent pulsus fœminis. — E — Obiectio I. — Obiect. II. — Obiect. III. — F)

## Caput XV.

### Temperamenta quos Pulsus efficiant.

Cvm variè temperatos esse homines, euidenter nobis constet, certum etiam ob id erit, varios quoq; quoduis temperamentum præstare pulsus. Sic etenim corpora, quæ à medio recedentia calido pollent temperamento, necessario obtinebunt multo maiorem, celeriorem, & crebriorem pulsum, non autem vehementiorem, *vt optimè Galenus aduertit lib. 3. de causs. puls. cap. 3.* Cuius rei potissima caussa est vsus adauctus, cui familiares esse magnos, celeres, & crebros diximus, quos tamen hoc ordine fieri censendum est, nimirum, si parum recedat à mediocritate vsus, habebit pulsus maiores, si magis, maiores, & celeriores, si autem adhuc plus recedat, maiores, celeriores, & crebriores, idque iuxta huius magnitudinem. Constat autem hos pulsus non posse esse admodum vehementes, quia immoderata caliditas suapte natura vires habet potius deiicere, quā robustiores reddere. Et mirandum profecto ob id non est, Galen. dixisse, *non multo vehementiorem*: nam modo dicto recipienda est Galeni sententia, & commodè interpretanda, cum non de vera vehementia locutum fuisse, sed de apparenti ipse referat, qualis est ea, quam repræsentat magnitudo & celeritas: ac licet non sit valida admodum excusatio, censemus pro captu tyronum locutum fuisse. Frigiditas autem temperamenti prædictis contrarios omnino parit pulsus, quamobrem immorandum in eo non est.

(Calida temperamenta quos edant pulsus. — G — A 597)

Humida vero & sicca temperamēta, licet vsum non immutent, quia tamen facultatem aut instrumētum variant, ob id pulsus, quos peculiares

habent, nosse opus est. Siccitas igitur pulsum edit maiorem, durum rarumq; multo, & paulo vehementiorem. Reperitur enim talis pulsus in gracilibus corporibus, in his videlicet, quæ naturaliter habent huiusmodi gracilitatem; nam ea, quæ ex morbo & inedia gracilescunt, nō sic habent. Quæ verò solius gracilitatis ratione talia sunt, pulsus habent maiores, ob maiora spatia, & excrementis omnino munda: præsertim quia præter cutim nihil est, quod tegat arteriam. Gracilitas autem natiua, aut ex consuetudine contracta, semper habet secum adiunctum vsum auctum: quippe docuerat Hipp. in iis corporibus venas & arterias esse amplas: ex quarum amplitudine licat colligere, vasorum calorē naturalem esse multum, quare duplici de caussa gracilia corpora pulsum habebunt magnum, & ob liberum arteriarum motum, & ob calorem: quod si calori adiungatur siccitas, multo maiores ob vtramque caussam habebunt pulsus. Quod probatur, siquidem omnes Medici fatentur, gracilē spulsum habere maiorem ob siccitatem, quę corpus reddit excrementis vacuum. Erit insuper iis corporibus pulsus rarior multo, quia crebritate non est opus, vbi magnitudo satisfacit: insuper, quo maior fuerit pulsus, ob rationes nuper adductas, maior subinde erit raritas, nisi vsus adaugeatur vltra naturę institutum; nam maximos eo tempore cōtingit esse pulsus & crebertimos: verùm vsui naturali, quantumuis maximo, satisfacit magnitudo, & ob id crebritate nō est opus. Sunt insuper paulo vehementiores, quia cum arteria gracilium corporum carne aut alia re non impediatur, quin liberè feriat tactum, vehementer ipsum percutit, licet suapte natura vehemens non exsistat, apparet tamen ob dictam rationem vehementia. Quamobrem censeo Gal. dixisse *lib. 3. de caus. puls. cap. 4.* gracilium pulsus plus ostendere vehementiæ, quàm habeant: nam gracilitas nihil addit roboris, sed efficit, vt promptius arteria in pulpas digitorum sese inserat, & vehementiorem ictum repræsentet. Sequitur deinceps arteriæ durities, quæ cùm præter naturam non sit, pulsum non habet efficere paruum, *vt antea dictum est*, efficit tamen ipsum non apparere maximum; nam talis futurus erat pulsus gracilium corporum, vtpote quæ vsum habent adauctum, & spatia vacua, cæterum detrahit siccitas parum à magnitudine, ita vt licet futurus sit maximus ratione corporis, siccitatis tamen caussa compescatur, vt tantum supersit magnus. Humidorum corporum exemplo sunt fœminæ.

Graciles quos habeant pulsus.

B

C

## Capvt XVI.

D

### De ætatis Pulsibus.

Non leues de ætatum pulsibus in verbis auctorum reperitur dissonantia, necnon & apud Galen. ipsum, cuius dogmata non satis in eius sententiis constant, quod obscura quodam modo videantur. Ob id clariori methodo ætatum pulsum exponam, assignans duarum ætatum, quę extremæ sunt, pulsus, vt quo magis ex reliquis ætatibus aliqua pulsibus alicuius harum ætatum accesserit, eo clarius constet, quales futuri sint.

Iuuenum itaque ætas, quæ primum constituit extremum, pulsum habet maximum, quia iuuenes calidissimi sunt innato calido, & acquisititio etiam: quo fit, vt magna indigeant ventilatione & refrigeratione, cui operi maxima etiam [illegible] est distensione ad quam efficiendam præsto [illegible] robustissima facultas, quæ vehementissimos [illegible] cit pulsus, & maximos etiam efficere habet. [illegible] habēt iuuenes in reliquis generibus pulsum [illegible] deratum, nimirum *celeritate & crebritate*, quod [illegible] rum calori satis sit summa illa magnitudo.

Iuuenes quos edant pulsus.

Iis quidem pulsibus contrarius omnino [illegible] stit senum pulsus, quod contrarias etiam habea[illegible] caussas: quippe frigidissimi sunt, & ob id paruissimos, tardissimos, & rarissimos habent pulsus, aliarum ætatum respectu. Verùm quia [illegible] res eorum debiles sunt, quod in ipsis innatum temperamentum labatur, debiles exsistunt, & cæteris ætatibus debiliores. Habent insuper senes rhythmum inæqualem, quippe in ipsis contractio dilatatione est tardior, eo quod parum adauctorum excrementorum, quibus expellendis ipsa opus habemus, obtineant: quia eorum calor debilis est, & parum subinde nutriuntur. Verùm licet calor pusillus sit, dilatatione indiget maiori & celeriori, quia, qualiscunque fuerit, ventilatione opus habet, & spiritus omnes desiderant renouari: atqui cùm duo hæc simul distensionem expostulent, fit, vt longè celerior sit dilatatio contractione. Verùm quia in aliis ætatibus ante hanc vsus distensionis & contractionis æquantur, ob id quidem rhythmum habent inæqualem.

F

In medio autem iuuenum aut seniorum pueri sunt quoad temperamentum constituti: ob id profectò eorum pulsus magnus, celerrimus, creberrimus, & medius in vehementia exsistit. At verò iuuenum maximus vehementissimusque: seniorum verò, quos alterum diximus constituere extremum, minimus, tardissimus, debilissimus, rarissimus, cum rhythmi inæqualitate. Pueri igitur, maximè qui veram adolescentiam agunt, cùm in medio sint, pulsum ob id habent magnum, quia plurimum habent innati calidi; verùm quia non habent æquè acrem calorem ac iuuenes, quod humidior sit eorum substantia, ob id maximum non habent: præterquam quod iuuenes libera habeant spatia, per quæ arteria mouetur, & excrementis carentia, quod adolescentes non ita habent. Verùm licet accedat (*vt quis dubitare poterit*) ad magnitudinem comparandam arteriarum mollities, quam proculdubio maiorem habent adolescentes, cum hoc tamen virtus, quæ nondum integra est in ea ætate, neque suis viribus constans, id proculdubio interdicit: nam licet pueri vegetiori fruantur calore, & ob id promptiores ad omnes actiones, quæ calore fiunt natiuo, deberent esse, cum hoc tamē excrementa & nimia humiditas, quibus abundant, robori actionum impedimento sunt. Ac licet Galenus *3. prognost. 34.* asserat, duabus facultatibus pueros fortiores esse, nimirum vitali & naturali, animali verò debiles exsistere, enim hoc tamen intelligendum est, adhuc in his, in quibus pollent obeundis, debiles esse, quia humiditas, qua scatent, & animalibus actionibus, & reliquis, quibus incumbit, aliquid de loco ad locum mutare, nocua exsistit, vt sæpe naturalibus potentiis ob hanc caussam accidere conspicimus. Et sic accedit tanquam magnitudinis impedimentum prædicta crudorum succorum copia, ita vt impedimento sint,

Pueri quos habeant pulsus.

G

A 598

sint quàm minus arctè liberè, & vt par est, dilatetur. Quo fit vt pulsum solum habeant magnum, quia calore naturali pollent, & viribus fortioribus aptis non carent. Neque obstat ad magnum pulsum efficiendum, puerorum arterias suapte natura paruas esse; nam & in his fieri pulsus magnos, antea dictum est: quippe magna distentio comparata paruæ arteriæ, magna etiam censenda erit. Est præterea celerrimus puerorum pulsus, quia quantumuis parua puerorum vasa distendantur, non possunt vsui satisfacere, & ob id

B compensat natura huiusmodi defectum summa celeritate & crebritate, quibus iuuenes non indigere diximus. Quantum enim maximus iuuenum pulsus excedit magnum puerorum, tantum quidem puerorum celerrimus & crebterrimus excedit moderatum in celeritate & tarditate iuuenum: nam certum est, Hippocratem scripsisse, & doctiores etiam id affirmant, vtramque ætatem parem habere calorem. In vehementia tamen mediocris existit puerorum pulsus, quia eorum vires neque sunt adeo deiectæ, vt senum, neque adeo validæ, vt iuuenum, & sic moderati sunt in vehementia, & in medio vtriusque ætatis consistunt.

## Caput XVII.

### Aer, regio, & anni tempora, quos edant Pulsus.

Similimus procul dubio reperies pulsus ex aëris temperamento, ac si anni tempora, siue diuersa regionum natura ipsum immutet: & ob

C id, quæ de temporibus anni andieris, idem prorsus de regione subintelliges. Diuiserat enim Galenus *lib. 1. epi. sentent. 1.* anni tempora, inata optimam rationem, in calidam, frigidam, siccam, humidam, & temperatam, quarum temperiem adeo quidem efficacem constituit, vt non solùm pulsum mutare habeat, verùm & coctiones, ac ferè reliqua corporis munia. Ver igitur, præsertim in eius medio, pulsus efficit maximos, vehementissimos, & in reliquis generibus moderatos: cùm autem veris media pars temperatissima sit, & calorem naturalem æmuletur, nulli dubium est, quin pulsus efficiat vehementissimos; & quia vere medio partes internæ calidissimæ sunt naturæ, subinde fit, vt cum hac ratione, tum vero ob vehementiam pulsus fiant maximi, quos in reliquis generibus moderatos esse oportet, quia vsui satisfactum est per magnitudinem illam, adeo vt opus non sit celeritate & crebritate. Verùm in

Ver quos efficiat pulsus.

D hac re expendendum est, hos pulsus non apparere medio vere in omnibus corporibus, sed in his tantùm, quæ temperata sunt: sin aliter, tanto à prædictis dissidebant, quanto corporis, cuius pulsum tangis, temperatura à media temperie distauerit, eo quod facultas in intemperatis æquè robusta non sit, neque cætera, vt par est; siquidem biliosa corpora melius se habent hyeme, & pituitosa æstate, sicut temperata vere. Sic profecto in calidioribus temperaturis multo ante medium ver pulsus fiunt maximi atque vehementissimi: in illis vero, quæ frigida sunt, & pituitosa, non nisi post medium ver, aduentante nimirum iam æstate: nam æque temperatum tempus ea iis fit, in prima veris parte corporibus calidioribus, & in vltima frigidioribus, sicut temperatis medium ver. Expendendum tamen est, in vltima veris parte pulsus iam ad æstatis naturam accedere, & non esse ita vehementes ac maximos, quod caloris inclementia & vsum adaugeat ex nimio calore, & facultatem labefactet ob ipsius nimiam dissipationem. Et pari prorsus ratione in prima veris parte pulsus quodammodo æmulari naturam pulsuum hyemis. At prædictas laudatas differentias scimus vere medio accidere, eo quod facultas vegetior ex media temperie facta sit, & ex copiosis etiam spiritibus, & sanguine, ex quibus non minus vsus adaugetur obedientibus etiam instrumentis. Quod si quis dixerit, facultatem non posse esse robustissimam, si vsus sit nimis adauctus, intelligat vsum adaugeri ea calido naturali, quo facultates robustiores fieri solent, & pulsum non esse maximum absolutè, sed respectu pulsus aliorum temporum: quo fit, vt æstate pulsus non sint vehementes, quia vsus, qui eo tempore adaugetur, non est auctus ex copia innati caloris.

E

Æstate verò pulsus sunt parui, celeres, crebri, & languidi: cuius rei est dissipatio innati caloris, quæ languidos reddit. Sic enim Gal. commento illius sententiæ: *Æstate & autumno cibos difficile ferunt, totam rationem regerit in facultatis dispendium*: ex quo etiam sequitur, pulsum necessario fore paruum, quia pulsus magnus familiaris est vehementiæ, & paruus debilitati: Verùm quia vsus eo tempore adauctus est, ob id sequitur pulsus debere esse celeres, & crebros, & non solùm hac ratione, verùm quia pulsus paruus existit, cuius defectum compensat natura celeritate & crebritate.

Æstas quos efficiat pulsus.

F

Hyeme autem pulsus fiunt parui, tardi, rari, & languidi: quam procul dubio sententiam nisi Gal. protulisset, ego existimatem omnino falsam: nam ex Hipp. decreto constat, *ventres hyeme debere esse natura calidissimos, & somnos longissimos, & ob id copiosum alimentum corpora exposcere*; quæ sane omnia robustum esse calidum innatum testantur. Si igitur ventres & partes omnes interiores eo tempore calido naturali pollent, reliquum est, pulsus fore vehementes, ac per consequens, aut magnos, aut celeres, aut frequentes. Sed cum Galeni amice sit interpretandus, existimo, hyemem duas posse pulsuum differentias constituere: quippe cùm corporis præ nimia frigiditate superat temperiem & calorem, tunc procul dubio efficacior potest pulsus paruos, tardos, & raros, vt Galeni est sententia. maxime si ob id plus pituitæ generetur, quod suspicor huius sententiæ fuisse rationem. Quæ sane insufficiens est, nisi frigoris vincentis inclementia accesserit; nam pituitæ copiosioris, aut saltem pituitosioris sanguis aggregatio naturalis & genuina est hyberno tempore; cæterum pituita illa, ni in morbum commigres (*nisi accedente alia occasione*) nec calorem extinguit frigiditate, aut copia suffocat. Et ob id non afficit pulsus minores, quia secundùm temporis naturam vtiliter crescit in corporibus, quæ robusta sunt, & quæ frigido aëre non plurimum offenduntur; nam tunc & calor castingitur, & pituita in morbos commigrat, vt Galenus late disputauit, *lib. de natur. hum com. 36.* Verùm si hybernum tempus tantum calori præstet beneficium, vt solum

Hyems quos efficiat pulsus.

G

A 599

solum hæc exteri... geret, & per anni ... erista-sim ipsum vegetiorem efficiat, tunc profectò necessum est interiora incalescere magis, ac ex consequenti pulsus aderunt magni, & in reliquis generibus moderati; sed non adeo vehementes, ac in medio vere. Cur tamen hyeme minùs vehementem arbitremur pulsum, cùm eo tempore ventres sicut vere calidiores naturali calido reddantur, & ob id facultas vegetior, non caret dubitatione. Sed in hac re tenendum est, vere pulsus fieri vehementiores ob mediocrem temperiem, qua facultates meliùs se habēt, & eo quod natura magis ex alimento & crudis succis, ab hyberno tempore relictis, reficiatur. Quo fit, vt hyberno tempore non fiant æquè vehementes, quia
B nulla harum caussarum tunc militat, sed solum retrocessus caloris ad interna. ac licet fortior quodāmodo reddatur ex collectione calor, hyemis tamen temperatura, quæ frigida est, longè debiliores reddit vires: & sic vere, ob rationes nuperadductas, & ex propria temporis temperie, quæ temperata est, in quo temperamenti modo vires constare, Medici omnes fatentur, vehementiores proculdubio succrescunt pulsus.

Autumnus quos efficiat pulsus.

In autumno autem pulsus fiunt languidi & inæquales omnibus generibus. Languidi quidem exsistunt duabus rationibus: Prima & potissima, quod autumnus morbis, qui ex corruptione fiūt, assimiletur: Secunda verò, propter subitam inæqualitatem, quam natura citra noxam perferre nequit. Tunc enim refrigerari, ac mox & in eodem tempore incalescere, ægrè fert natura: quia distrahitur ad diuersa eodē tempore, ex quo prodit necessario imbecillitari, ac pulsus subinde fieri languidos. Est autem pulsuum inæqualitas huic
C tempori peculiaris, propter inæqualitatem & inconstantiam ipsius: mouetur enim arteria ad pensum mutationis ipsius temporis, nunc ad maiores, celeriores, & crebriores, nunc verò ad contrarios, iuxta rationem intemperamenti, cuius occasione facultatem fieri languidam contingit. Sed in hac re parcendum est Galen. qui autumno medio pulsus arbitratus est vehementes esse, sicut vere medio: vel intelligendum est, ipsum voluisse eo tempore vehementes esse & moderatos in reliquis generibus, non quidem absolute, sed facta solùm collatione ad reliquas eiusdem autumni partes.

Autumnus verum temperatus, vt ver.

Superest adhuc de autumno non leuis difficultas, nimirum, *an cùm in medio quoq; sit æstatis & hyemis, sicut ver in medio hyemis & æstatis, eadem etiam ratione temperatum esse oporteat, sicut ver.* Quod sanè licet primo accessu videatur rationi consonum, si quis diligenter rem examinet, reperiet, longis interuallis dissidere. Primo, quia ver æqualiter participat temperamento hyemis & æstatis, autu-
D mnus verò inæqualiter; nam vno eodemque die nunc frigore, nunc calore, corpora afficiuntur. Item ver cùm sequatur hyemem, in quo crudi humores maximè vigent, illos conficit, & in meliorem statum commutat: at in autumno, cúm præcedat æstas, quæ exustos relinquit humores, & sequatur hyems, quæ ad congelationem vertit, subinde est, ac si fiat subita mutatio á summo æstatis calore ad frigiditatem & siccitatem, accedatq; hyems, quæ frigiditatem intendat: quo fit facile, vt prædicta inæqualitas & corrupta natura subsequatur, ita vt hæc duo ... tempera-mento longè dissideant.

Displicuit hac in parte (ne obscurior fi... ratio) conferre inter se omnia hæc tempora ... omnes cuiusq; partes, vt Gal. scribit *lib. ad ... pulsibus temporum*, qua parte veris in initio eius ... in fine, autumni principio aut fini confer... cet, & sic de reliquis temporum partibus ... tione. Verùm si quis exactè, quæ diximus, e... dat, facile venabitur differentias pulsuum ... parti temporum proprias, ac si quid ampl... siderat, legat Gal. *citato loco*. E

## Caput XVIII

### De Pulsuum mutatione ex somno.

Quadruplicem ex somno in pul... statum comperimus; quorum *primus* est ... tim somno incipiente: *secundus*, cum viget: *tertius*, cùm vltra modum pergit: *quartus* verò & vl... mus, cùm abit, & laborans expergiscitur. In primo igitur somni accessu pulsus fiunt minores, tardiores, rariores, & debiles. Ante tamen, quam huius sententiæ expositionem aggrediar, expendendum est, hos pulsus, quos *minores* appellamus, minùs recedere á moderatis, quam eos, qui positiuo gradu proferuntur, quippe deteriores exsistunt minimi, quám minores, quod etiam de singulis generibus eadem ratione intelligēdum est. Fiunt
F igitur pulsus minores, tardiores, & rariores, quia in somni initio calor ad interna fertur, & incumbens alimentorum negotio, minor efficitur ad singula opera, vbidque dubium non est, minores, tardiores, & rariores fieri, quám antea: præterquam quod facultas eo tempore alimentorum materia obruitur, grauaturque nimis: quo fit, vt prędictas tantùm differentias efficere possit. Sed nos præter has rationes arbitramur, potissimam harum differentiarum caussam esse, retrocessum caloris ad interna: non quidem quatenus retrocedit solum, quia hyeme quoque retrocedit, & vegetior redditur, & in ita quoque: sed id profectò fit, quia retrocessus nō it in cor ipsum, sed ad alimentorum officinas: quo fit, vt cordis vsus eo tempore non solúm non crescat, sed potius imminuatur, & subinde pulsus fiant minores & debiles. At rariores & tardiores non quidem hac ratione, sed quatenus ad munia externa non conuertitur calor neq; spiritus: quippe magni momenti & laboris sunt opera, quibus exte-
G rius incumbit calor, quæ sané molitur dilatatione & compressione, ea celeritate & crebritate, quam expostulat necessitas transmittendi spiritum & calorem ad extimas partes: siquidem vitalis potentia pro indigentia vsus operatur. Cum vero tempore somni omnes externæ partes, omnesque sensus otientur, fit facile, vt eo tempore pulsus fiant, quales diximus; quia externæ partes plurimum spiritus minimè expostulant, & ob id opus non est cor & arterias celeriter aut crebriter dilatari & comprimi: pręterquam quod
A impossibile est, vitalem facultatem vigilia dissipatam plurimis & variis actionibus sufficere. Nequit enim huiusmodi calor neque vitalis facultas eodem tempore magnas efficere coctiones, & simul magnos ac celeres constituere pulsus. Probat vlterius nostram veritatem, quod de secunda

somni

[illegible] Galenus, cum asseverat *magnitudinem* [illegible] *iam in ea crescere, quod* [illegible] *augeatur, & manere eandem raritatem & tarditatem, eo quod adhuc somnus perstet* [illegible] *fit necessitas transmittendi ad* [illegible] *calorem & spiritum.* [illegible] etiam confirmat exp[illegible] [illegible], in qua p[illegible] sunt celerrimi & crebetrimi, quod tam a[illegible] contue[illegible] ta monita redeant [illegible], & ob id opus [illegible] leviori & crebriori [illegible] & calor[illegible] [illegible]one. Itaque par[illegible] & debilitatem ex caloris retrocessu & immersione in materiam profitendum est credendum: at raritatem & tarditatem non nisi ex usuum pulsus remissione & immutatione.

B

Somni pars secunda quos efficiat pulsus.

In secunda tamen somni parte, confecto iam coctionis opere, & recreatis viribus ex alimento & calore facto maiori, nec non soluto & libero ab alimentorum confectione, pulsus fiunt maiores, tardiores, rariores, & vehementiores. Fieri quidem maiores & vehementiores ob rationes nuper adductas, nulli esse absconditum arbitror: fieri verò tardiores & rariores, difficile mihi videtur; nam etiamsi magnitudo, quam secunda somni pars acquirit, usui satisfaciat ex parte, non tamen satisfacit ex toto; quia eo tempore maior est necessitas expellendi fuliginosa incrementa, quæ supersunt ex prægressa coctione, quam refrigerandi calorem: & qua ratione calori adaucto præstitit natura magnitudinem distentionis, eadē prorsus tenetur fuliginosorum expulsioni concedere maiorem & celeriorem compressionem. Ex quo evidenter constat, quod licet in dilatatione pulsus sit aliquo modo tardus, in compressione verò nequit usui satisfacere, ni celer existat. Sed licet Gal. & omnibus dictum sit, *pulsum debere tardiorem & rariorem*, id non simpliciter intelligendum esse arbitror. Nam qui iam diu dormierunt, cùm robustiores facti sint, & validè coctionem perfecerint, impossibile est, prædictos pulsus posse obtinere. Sed intelligendum est, ea parte Galen. loquutum fuisse ad mentem antiquorum, qui tardam arbitrabantur esse dilatationem, quod contractionem sentire non poterant: quod etiam eodem modo de raritate proferebant, totam contractionem & quietem internam pro eodem reputantes. Re tamen vera externa quies, vt in vigilantibus reperibilis est, & interna rarior aliquantulum apparet, quia distensionis non est tanta necessitas, quanta contractionis, & sic raritas subaudienda est in quiete interna, non autem in externa: & multi sic interpretantur hanc sententiam. Sed nos censemus tanquam verius (*etiamsi prædicta interpretatio non displiceat*) retinere adhuc prædictam tarditatem & raritatem, quia eadem usus diminutio aut intermissio adhuc viget; hoc est, quod quiescant animales potentiæ: quam censemus esse veriorem caussam dictæ raritatis & tarditatis. Atque non solùm id, sed fieri rariores & tardiores, quod accesserit magnitudo, quæ magis usui satisfacere nata est.

Dubium.

C

D

Disputaverat quidem Galenus hac in parte, quomodo pulsus possint habere maiorem dilatationem, quàm compressionem: aut econtra; sed nos libro huius operis primo eam dubitationem absolvimus.

Somni pars tertia quos efficiat pulsus.

In tertia verò somni parte pulsus necessario fiunt parui, tardi, rari, & debiles; id quidem duobus modis contingit: vno, cùm somnus naturalis est & vltra statutum terminum p[illegible] q[illegible]pe tu[illegible] c[illegible]mpori[illegible] naturalis calor pro[illegible] [illegible]at humidum, ex quo evidentissimum est, [illegible] di[illegible] nom[illegible], & [illegible]al[illegible]tem languidiorem fie[illegible] [illegible] id proculdubio sequitur, pulsus e[illegible], quale di[illegible]mus. In somno vero non naturali pulsus quoque eodem modo fiunt, cæterum diversa ra[illegible], videlicet, quia calor naturalis suffocatur, aut detinetur, & præpeditur, id[illegible]e vel ob p[illegible]pri[illegible] [illegible]tatem, vel ob nimiam biliosorum frigidorum copiam, vt in soporosis affectionibus comperimus, in quibus prædicta ratione pulsus fiunt parui, ob defectum innati caloris, & facultatis impotentiam, & ob eandem quoque caussam tardi & rari.

E

Somni pars quarta quos producat pulsus.

In quarta autem somni parte, quæ expergiscentibus dicata est, pulsus reperiuntur magni, celeres, crebri, vehementes, & cum quadam vibratione, sed mox ad mediocritatem redeunt. Verùm licet id tanquam certum & inviolabile statuat Gal. moderatione proculdubio opus habet, vt omnino veritatem obtineat. Nam quià somno expergiscuntur, vel subitò excitantur, & cum terrore. [illegible] lente, paulatim, & naturaliter, ac sua sponte: qui verò subitò excitantur, cùm validum caloris & spirituum perpetiantur motum ad exteriora, corpus subitò inflammatur, adeo vt erescat & succrescat usus, quantum sat est, vt pulsus fiant, quales diximus: quia tamen cumulatim spiritus & calor irruunt, vibratio ob id suboritur: illa enim ex vehementissimo usu transmissionis ad externa prodit, qualia contingit expergiscentibus corporibus, sed protinus cessat. Verum si maior accedat animi turbatio & mœror, inæquales fiēt pulsus, *vt Avic. testatur*, cuius sententia dicto modo est intelligenda, & non simpliciter de somno. Et expendendum hac in parte est, prædictarum differentiarum disparem esse rationem in iis, qui naturaliter excitantur, & in illis, qui subito & affatim: nam in iis prædictæ differentiæ suboriuntur ex usu dilatationis nimium adaucto, ob maiorem calorem, quem contrahunt: at vero in illis, qui naturaliter expergiscuntur, maximè & potissimum ob usum expellendarum fuliginum ex prægressa coctione, quam inter dormiendum celebrauerat natura. Sic profectò in vtrisque reperiuntur eædem differentiæ, mitiores tamen in his, qui sponte expergiscuntur, licet maiores quàm inter vigilandum reperiantur. Sunt tamen maiores ob vehementiam spirituum vitalium, quos natura validè movet, vt corpus expurget, perviumque reddat, vnde in hoc motu maiores fiunt, quàm in vigilia, minores tamen, quàm in iis, qui subito expergiscuntur, quia calor non adeo erescit. Habent insuper maiorem & celeriorem compressionem, eo quod alter usus, omnium, fuliginosorum excrementorum, in eis vigeat magis.

F

G

## Caput XIX.

A 601

## De Pulsibus exercitij.

Exercitium moderatum quos edat pulsus.

Dum exercitium moderatum est (*quod præscribit placidus per vniversum corpus mador, ac rubescens tumor & levis respirationis concitatio*) pulsus proculdubio fient magni, celeres, crebri, & vehementes: id quod ita sanè esse, experimento comperi-

Pulsus ab exercitio tribus rationibus augentur.

perimus, sed ratio id quoque suadet. Tribus enim rationibus pulsum augeri ab exercitio necessum est, tum quod calor corporis moto, qui maioris caloris existit caussa, maior efficiatur. tum quod spiritus resoluantur, & ob id vsus etiam crescat: tum verò, quòd potentia robustior fiat, saltem maiores apponat conatus, vt dissipatis vel humoribus, vel fuliginibus, expeditior supersit, quod prædictarum quoque differentiarum caussa est. Ex quo procul dubio prodit, pulsus fieri maiores, celeriores, crebriores, & vehementiores.

B

Labor immoderatus quos edat pulsus.

Verùm si labor immodicè crescat, adeo vt vires excedat, resoluatque, & calorem conterat, parui tunc fiunt pulsus; celeres tamen, crebri, & debiles; quod profectò efficit immodica virtutis resolutio, quæ nec magnos, nec vehementes efficere valuit. Atque cùm vsus quodammodo adaugeatur, compensat natura celeritate & crebritate magnitudinis defectum. Quod si plurimum labor adhuc crescat, pulsus erit longè minor & languidior, cum hoc tamen celer non erit, sed loco celeritatis, cui etiam prærequiritur vis & efficacia facultatis, fiet creberrimus. Si autem ampliùs imbecillitatur facultas, quod calor natiuus plus iusto dissoluatur, crebritas adhuc deperditur, & pulsus fiunt parui, tardi, & rari: idque ob caloris defectum, & facultatis dissipationem, *vt Galenus docet lib. 3. de caus. puls. cap. 13.* non quidem, vt interpres Galeni vertit, ob grauatam facultatem.

C

Pulsuum ab exercitio differentiæ.

Reperies insuper in exercitio alias pulsus differentias, quas scito non proficisci ab eius conditione & natura, sed quia impura corpora, cùm vltra modum se exercuerint, alliciunt humores ad os ventris, aut thoracem, & talem efficiunt pulsum, qualis fuerit affectio, quæ in partibus concitatur, *vt paulò inferiùs latiùs sum monstraturus.*

## Caput XX.

## Balnea quos Pulsus edant.

Balneorum calidorum sex opera, & quos edant singula pulsus.

BALNEORVM pulsus quiuis facile discet, si exactè balnei aquæ dulcis naturam & vires expenderit, *vt rectè Galenus docuit lib. 3. de caussis pulsuum, cap. 14.* Quod sanè vt ediscere possit, aduertat, sex reperiri in nostris corporibus opera balneorum calidorum vsu.

D

*Primum*, sine aqua, siue aër ipsius balnei sit, calfacit corpus vniuersum; quo fit, vt pulsus eo tempore fiant magni, celeres, crebri, & vehementes; Nam & calorem adauget, & vires roborat, quo prædictos pulsus suboriri certum. *Secundum*, refrigerant, etiamsi calida sint, resoluto innato calore, & dissipatis spiritibus: quo tempore pulsus fiunt minimi, tardi, creberrimi, & debiles. Quod intelligendum est, dum balnei mora adeo est protensa, quod præ nimia spirituum & caloris dissipatione periculum sit, ne laborans animo delinquat. *Tertium* quidem, humectant, attractis ad partes carnosas humiditatibus, & etiam proprio madore: quo tempore pulsus fiunt moderati & molles. *Quartum* verò, exsiccant maximè, si quis in eis plus iusto immoretur: eo enim tempore, quod ad cutim & extimas partes euocatum est, resoluitur, & euanescit, corpusque subinde exsiccatur. Haud secus profectò, quàm si quis duris aut mollibus frictionibus vtatur,

E

quippe hæ corpus impinguant, illæ verò, quæ duræ existunt, vt Hippocrates docet, corpus siccant: fiunt igitur in his pulsus ob adductam rationem parui, celeres, crebri, debiles, & quodammodo duri. *Quintum* sanè officium corpus replere, maximè si quis post cibum, tem vltra quatuor horas eis vtatur. Trahunt quippe alimentum ad extima, & pulsus edunt similes iis, quos in primo officio fieri diximus. *Sextum* vero & vltimum euacuant, quod frequentissime in hoc balneorum genere contingere [illegible]mus. Tunc sane talis erit pulsus, qualis fuerit euacuatio; nam si immodica extiterit, paruos [illegible] crebros, tardos, & debiles: si vero modica, moderatos.

Alia vero reperiuntur balneorum officia, quæ huius considerationis non sunt, vel ea, quæ abstergunt, & alia huius naturæ, quæ ex *sulphure, bitumine*, aut quouis alio minerali prodeuntia, talem in pulsibus efficiunt mutationem, qualis fuerit animi aut corporis affectio, quæ sane, eo quod effectum habeat manifestum, à quo pulsus mutationem facile venari possumus, consultò prætermitto.

F

Balnea frigida quos efficiant pulsus.

Verùm si balnea ex frigida aqua fuerint, tunc quidem considerandum est; Primo, *an penetrauerit frigiditas, interioraq; peruaserit: an solùm externa refrigerauerit.* Quod si primum accident, parui, tardi, rari, & debiles aderunt pulsus, vt insinuauerat Galenus *lib. 3. de caus. puls. cap. 15.* si vero secundum, magnos, moderatos in celeritate, & crebritate, & vehementes faciet: quippe illud vsum diminuit, & facta grandi distemperie, facultatem perdit. Hoc profectò est, quod Galen. appellat *6. Epidem. comment. 4. Contrariam penetrans*, vulgus *refrigerationem* appellat, eam nimirum, quæ sanguinis detractionem tenuit. Verùm si secundum tantummodo accidat, calor per antiperistasin, vt de hyeme dictum est, vegetior & robustior fit, vsusque ob id adaugetur, ita vt pulsus sint, quales in hyemis medietate fieri diximus. Nam hac ratione audet Hippocrates *5. aphorism. 21.* in iuuene bene carnoso, & ætate media ad tetani curationem multa frigiditate vti. Præterea expendendum est,

G

balnea frigida in robustis hominibus ob adductam rationem pulsus efficere magnos & vehementes, celeritate tamen & crebritate moderatos; verùm in debilibus corporibus iis omnino contrarios, tardos, & raros. Fit autem hoc, quia frigidi occursus primo accessu retrocessionem caloris molitur, talesq; ob id efficit pulsus, qualis fuerit caloris natura & efficacia, eo modo, quo dictum est.

## Caput XXI.

A 601

## Cibus quales Pulsus faciat, & quales inedia.

Ciborum copia nimis ingesta, quos edat pulsus.

DVM nimia ciborum copia corpus [illegible], adeo vt facultas eam sustinere, conficere, aut distribuere non valeat, facile fit, vt tanquam nimio onere pressa & grauata pulsus efficiat inæquales & inordinatos; idq; tantum, & quantum grauitatem ipsa moleste tulerit: quod monstrat pulsus natura & conditio. Nam cùm huiusmodi inæqualitas collectiua sit, tunc maximam monstrabit copiam & oppressionem, cùm plures pulsationes paruas, debiles, raras, tardasq; effecerit, quàm iis contrarias: quod si tantum non fuerit potentiæ iactura, plures faciet magnas, celeres, frequentes, ac vehementes; Nam in his omnibus generibus inæqualitas, & ordinis perturbatio,

iuxta

iuxta diuersos naturæ conatus reperiuntur, donec ad tantam imbecillitatem sit peruentũ, quod crebri fiant pulsus: signum quidem maximi facultatis lapsus, quod Galenus optimè docuerat *lib. 3. de caus. puls. cap. 16.* Verùm si cibus moderatus sit, tunc consideranda est cibi ipsius qualitas, & expendendus etiam corporis calor: quippe qui plurimo abundant calore, mox à cibo incalescũt, calore sese extendẽte in copiosiorem materiam, postea tamen aucta calida substantia calidiores fiunt naturali calore. Itaque in principio, quia calor extenditur in alimentum, & ob id visus crescit, pulsus fiunt magni, celeres, & frequentes; non tamen vehementes, quia non augetur eo tempore substantia calida: postea verò, dum crescit, transacta coctione, pulsus fiunt eodem modo, sed vehementes, quod copia caloris crescat. At in iis corporibus, quę debilia & pauci caloris existunt, mox à cibo contrahitur calor ad interna, & pulsus fiunt longè minores, non tamen plurimum debiles. Quod profectò optimè dixerat Aueroës *4. collect. cap. 20.* Cibus (inquit) *quando nouiter est in stomacho, pulsum efficit paruum, debilem, & occultam quandam habet contractionem, sed debilitas apparens potius est, quàm vera, eo quod calor ad interna retrahatur.* Verùm si cibus frigidus fuerit, corpus mox refrigerabit toto coctionis tempore: idque duabus rationibus: *Vna* ob retrocessionem ipsius caloris, & propriam cibi cruditatem, quia interim, dum coquitur, antiquam adseruat naturam, *postea* verò mutatus in sanguinem corpus calefacit. Qua profectò ratione in principio pulsus faciet paruos, & in robustis corporibus eadem vehementia perseuerantes: in debilibus verò reuera aliquantulum debiles, tantum quidem, quantum præualuerit alimenti frigiditas. Post coctionem vero haud secus, quàm quoduis aliud alimentum, magnos & vehementes pro corporis natura efficiet. Atque de frigidis cibariis sic mea mens est, sentiant alij vt velint) Nam hac distinctione dirimitur auctorum controuersia, & verum est, moderatum cibum, cuiusque naturæ sit, post coctionem pulsus efficere magnos, celeres, frequentes, & vehementes.

*Cibus moderatus quos edat pulsus.*

Parca tamen cibi institutio, seu, vt rectiùs loquar, inedia, non facit manifestam pulsus immutationem, nisi diu persistent. Quo sanè tempore ob cibi penuriam pulsus fient parui, aliquantulum celeres, crebri, & languidi, postea vero minimi, calidissimi, & languidi, tandem formicantes. Fiunt profectò hæc omnia deficiente victu, ob defectum proprij humidi, ac defectum etiam caloris, & vsu reficiendi spiritum maximè adaucto, quem, cùm vires deficiant, resarcit natura celeritate aliqua, & maxima crebritate.

*Inedia quos edat pulsus.*

Vinum etiam, quod ad alimentum pertinere videatur, *vt Galen. aduertit cap. 17. lib. 3.* quales edat pulsus, hac in parte docere æquũ esse duxi, quod sanè omnino alimentum efficit, nisi quod promptiùs appareant, & citiùs desinant, eo quod vini substantia faciliùs succendatur, & euanescat, quã alimentorum. Cum hoc tamen vini pulsus maiores visuntur, quod magis visum adaugent: cibi tamen celeriores & crebriores, quia in eis non satisfacit natura visui sola magnitudine, *vt in vino*, in cuius potu tanta est magnitudo, quod sola visui satisfacere natura lit: & ob id natura opus nõ habet celeritate & crebritate, velut *in cibo*, nam caussa oneris nequit arteria plurimum distendi. Hæc quidem dicta sunt de vino, cum eius immoderatio in morbum aliquem non commigrat, Nam eo tempore tales apparent pulsus, qualis fuerit affectio ob immoderantia proficiscens.

*Vini quales edat pulsus.*

## Caput XXII.

## Perturbationes animi quos Pulsus edant.

Svnt, qui recenseant animi pathemata (*dum pulsuum caussas inuestigant*) inter res naturales: Sunt & alij, qui arbitrantur, pertinere ad non naturales: multi etiam ea annumerant inter caussas præter naturam, quod plerunque morbos efficiant. Verùm disceptatio hæc non est huius loci, sat enim est, nunc nosse medio modo inter vtrasque caussas se habere: quippe animi affectus, qui iuxta animantis morem & rationem fiunt, ad naturales caussas, quemadmodum potentiæ, reduci proculdubio debẽt: cùm vero modum & huiusmodi mensuram prætergrediuntur ad res non naturales; sic enim plerique auctorum ea annumerant. Verùm cùm adeo crescunt & exacerbantur, vt in morbum aliquem degenerent, de sorte proculdubio caussarum præter naturam censeri debent. Secundo tamen & tertio modo pulsus immutãt varijs & innumeris mutationibus: quod præter experimentum docet etiam natiuus calor, qui intra extraque mille mutationibus agitatur: quo fit, vt protinus vsus adaugeatur, muteturque facultas vitalis, vt iam exemplis constabit.

*Animi pathemata verum ad res naturales aut non naturales referenda.*

Ira itaque pulsum facit altum, magnum, celerem, frequentem, & vehemẽtem. Certum quippe est, iram duplicem habere considerationem: *Vnam*, cùm appetitus est vindictæ, in cuius principio animus in seipsum colligitur, ab ipso obiectu affectus, & postmodum violenter validoque impetu ad externa, & in obiectum irruit, vt vel fugã, vel vindictæ prosequutionem sequatur: *Alteram* vero, cùm ex prædicto animi motu sanguis quoque simul iuxta cor mouetur, & ad externa reuocatur, vt iuuet animum ipsum: quo fit, vt ita quoque censeatur efferuescentia ipsius sanguinis circa cor. Prima sanè iræ consideratio nullam parit (*aut quàm minimam, & diuturno tempore factam*) in pulsu mutationem, quia ipsius irascibilis potentiæ appetitus est, non cordis passio, quæ necessario ad pulsus mutationem præsequitur. Secunda vero, vt quæ cordis ipsius affectio sit, proprietas eius actiones immutat, vsum validè adaugens ob efferuescentiam sanguinis & spiritus prope cor, citra ipsorum concalcationem, vt in timore contingit, quinimo post feruorem iterum ad exteriora progrediuntur, quasi irruentes in inimicum. Secundo id accidit ob ipsorum spirituum motum, quo profectò vsus non parum adaugetur, *vt ex Galeno constat lib. 2. de caus. sympt.* Fiet igitur pulsus ex huiusmodi vsu adaucto, magnus primo, sed in magnitudine altitudo cæteras dimensiones superat ob animi conatus, quos ad vindictam apponit. Atqui cùm faciliùs sit pulsum dilatari in altum, quod in lateribus existant alia corpora, quæ illum impediunt, ob id natura maiorẽ efficit altitudinem, licet reliquas quoque adaugeat. Cæterùm altitudo hæc non est in omnibus corporibus iratorum reperibilis, sed in his, quæ graci-

*Ita quos edat pulsus.*

*Iræ consideratio duplex.*

*qualiter pulsum immutat.*

gracilia sut languida non exsistunt, aut nimis irata sunt. Fit itaque magnus altitudine prævalente ob vsum adauctum, celerem tamen & crebrum ipsum quoque esse profert Galenus ob eundem vsum; verùm non vtcunque adauctum, sed maximè: Nam cùm spiritus & sanguis iuxta interiora semeent, non est dubium, quin calore illo, quem influentem appellamus, intus feruente, vsus plurimum adaugeatur, maximè cùm accedit vehementissimus sanguinis & spirituum motus, quibus necessum est longè magis vsum crescere.

*5. Dubium, quanam ratione ira vehementiam pulsus faciat.*

De vehementia pulsus in ira dubitare oportet, quænam ratione fieri possit, (*tùm ex illa effervescentia, in qua tantopere crescit calor, necessum sit, cor adeo intemperatum fieri, quod vires potius labantur, quàm quod robur suscipere possit*) vt pulsus vehementes efficiat: Omnis enim immoderata distemperies, vt fertur, deiicit actum propriæ virtutis. Secundo, dato, quod pulsus vehemens videatur, revera talis non erit, sed robustum simulabit, *vt expresse Galenus docet lib. 2. de caus. puls. cap. 4.* Verùm si quis rem diligenter pensitet, reperiet huius dubij enodationem sitam esse in consideratione qualitatis caloris, qui prope cor inflammatur, & mouetur intra ipsum: Nam cùm is sit omnino naturalis, fit facile, vt tantum absit, quod distemperetur eius accessu cor, quod vegetior potius & robustior necessario euadat. Nam qua ratione ventres hyeme & vere natura sunt calidissimi, propter retrocessum nimirum eiusdem sanguinis & spiritus ad interiora, eadem prorsus in ira, in qua idem calor retrocedit, potentiæ fortiores & vehementiores euadent: similiter & pulsus, non quidem apparenter, sed revera, facultate facta robustiori. Neque obstet, hunc esse violentum & subitum caloris & spirituum motum, veris autem & hyemis lentum & naturalem: Nam antequam spiritus & sanguis conculcentur, vimq; inferant in naturam, ad externa conuertuntur, calidiori & roborato facto iam corde, quemadmodum probant vehementes actiones, quas irati prosequuntur. Ex quo diluitur primum argumentum, & superest secundi solutio, nimirum, quod vehementia illa, licet sit extra modum naturæ, non subinde censenda est præternaturalis, cùm ex caussis secundùm naturam proficiscatur, copia nimirũ caloris denuo adaucti. Atqui conatus ille, quem natura eo tempore apponit, non fit, vt Galenus sese explicans *lib. 4 de caus. puls. cap. 2.* aduertit, citra nouum facultatis robur denuo illi additum. Consistit enim facultatis vis & efficacia in duobus, nimirum, in solidorũ temperie, & in sanguine ac spiritu, & cum in ira circa cor hæc maximè vigeant, mirum non est, si maiorem facultas apponat conatum, vt cõtrarium expellat, vegerior subinde facta, maximè si cõtrarium intra corpus sit, velut in crisibus contingit; vel ipsum prosequatur, si extra aduersarius sit. Quod fieri necessario facile disces, si expenderis, copiam illam caloris, quæ intro fertur, non conculcare, neque suffocare potentiam, sed roborare potius ac firmare, adeo vt prædicta opera efficere citra difficultatem possit.

*Lætitia quos edat pulsus.*

Lætitia insuper pulsus edit varios, pro variis eius gradibus: Nam si moderata sit, faciet magnos, tardos, raros, & moderatos. Quippe lætis calor foras diffunditur per vniuersum corpus, & ob motum illum quandam sibi comparat intensionem, qua pulsus adaugetur, quantum sat est, vt pulsus fiant magni, ita vt vsui satisfactum [illegible] sola magnitudine, citra celeritatem & crebritatem naturali additam: verùm quia non irritatur facultas, nec vigorem acquirit, idcirco vehementia nihil recedit á moderatione. Quod si immoderata extiterit lætitia, in qua plurimum dissipentur spiritus, mirum non est, si pulsus fiant præd[illegible] omnino contrarij ac debiles, ac formicantes: quos si lætitia vltra pergat, protinus sequitur mors, vt passim historiis proditum est, multis contigisse: Nam facultas cum absq; robore & feruore moueatur, se in ipsa actione remittit, & [illegible]ur, secus molto in ira res se habet, cum tonu & feruore concitetur calor, quocirca refrigerationem non patitur mortiferam, vt hi, qui præ gaudio nimio exsoluuntur: exsolui enim facultatem, est dicendum, non grauari, vt interpres vertit.

*Tristitia quos edat pulsus.*

Tristitia contrarios omnino prædictis pulsus efficit, nimirum paruos, tardos, raros, & languidos, quod vsum diminutum efficiat, etiamsi spiritus & sanguis retrocedant. Quippe suffocatur in hoc pathemate calor ob spiritus & sanguinis conculcationem; nam cùm facultas non excitetur ad opus, sed veluti extinguatur, fit facile, vt multi rigeant, & toto corpore frigidiores appareant. Quo fit, vt aliqui, qui pusillo exsistunt animo, pereunt: alij verò pulsus parui, tardi, rari, & debiles exsistunt.

*In quo timor quid differant.*

Sed de timore plura sese nobis disputando offerunt, quæ summopere huic tractatui vtilia fore existimo. Scire enim in primis oportet, iram, & timorem longissimis dissidere interuallis, non solùm animi pathemate, sed & modo, quo fiunt, licet in vtroque fiat spirituum retrocessus ad cor: Primo, quia in ira retrocedunt, & prorsus effunduntur cum sanguine ad exteriora, & adeo ubi id ascenduntur, quod animus vindictã sumere velle videatur: in timore verò retrocedunt, & eo tempore, quo durat, non recedunt. Item, in ira efferuescũt, & mouentur iuxta cor: At in timore conculcantur, & veluti suffocari videntur: quo fit, vt multi præ timore morte præueniantur. Præterea expendendum est, timorem & tristitiam magnitudine solùm dissidere, non toto genere; nam ille confestim ingruit, hæc verò sensim. Sed in vtraque passione homo patitur suffocationis periculum, vniuerso sanguine ad cor ipsum commeante: quo fit, vt inueteratus timor pulsus edat, quales tristitis, recens verò celeres, vibratos, inordinatos, & inæquales, maximè si vehemẽs fuerit timor. Præcedens itaque timor subito reuocat ad interna spiritum & calorem: argumento sunt pallor, tremor, & frigus extremorum. Nam timor recens & verecundia turbant mentem, atq; huc illuc agitant, spiritibus & sanguine sic quoque motis, quasi quærens natura, quo sibi prouideat.

*Timor quos pulsus edat.*

*Verecundia à timore quid differat.*

Dissidet tamen verecundia à timore, quod verecundans licet in primis retrocessum patiatur, minimè tamen fit eum refrigeratione aut extinctione caloris; nam postea iussu rationis ad externa mouentur spiritus, vt rubicunda facies ostendit. Motus ergo illi varij contrarietate attemperati, neq; vniuersos spiritus & sanguinẽ effluere, neq; in cor ipsum confluere permittunt. In timore vero cùm mens perturbetur ex obiecti perceptione, facultas quoq; irascibilis eandẽ perturbatio-

B brationem pariunt: atque dum mens iudicat rem fugiendam esse, reuocatio maxima spirituum animalium ad cerebrum, & vitalium ad cor contingit, qua facultas sese veluti abscondit, fugitq; ipsum obiectum, & ob id maximæ & variæ sequuntur pulsus mutationes, & facultatum affectus: quippe excrementa deponunt inuoluntariè, & pleræque actiones animales cessant, & obstupescunt, quia spiritus intro sese colligunt, ita vt sic affecti ne mouere se quidem possint. Quo fit, vt pulsus fiant, quales diximus, eo quod spiritus inæqualiter inordinateque moueantur, haud secus quàm si quis feram vel hostem fugiat, maximè si ratio adiungatur, quæ iudicet rem illam fugiendam esse. Quod si non plurimum terrore afficiatur, iterum ratione docente spiritus ad exteriora irruunt, & sic fiunt inæquales etiam & inordinati.

*Timor vtrũ pulsum edat vibratum?*

Sed maius de vibrato pulsu dubium succrescit, quippe is fieri vnquam nequit, nisi facultate C existente robusta, vsu aucto, & instrumento duro, quorum nihil in timore adest: Ergo *neq; aderit vibratio*, præterquam quod Galenus id non docuit, nisi lib. *ad Tyrones*. Verùm si aliquo modo intelligendum est pulsum fieri vibratum, id profectò et in timoris agonia, in qua motus fiunt contrarij ex timore & ira, ac facultas indicat rem timendam non esse, quo tempore apponit maximum conatum, vt se reuocet ad externa, pellat, subuertatque obiectum: atque cùm instrumenta quodammodo reluctentur motibus contrariis, quia plena exsistunt ob recessum sanguinis, & quia facultas ob id languida per aggrauationem potius, quàm per absentiam exsistit, & cogente etiam vsu irruendi in obiectum, intelligendum est, posse vibratos efficere pulsus: quod hac ratione solùm arbitror fieri posse, vt salua supersit Galeni & antiquorum sententia. Si tamen timor sit inueteratus, eundem parit pulsum, ac tristitia, & si intensus sit, mirum non est, quin in tantam facultatis iacturam corpus deferat, quod mortem velut tristitia accersat: quinimo inueteratus timor nihil aliud est, quàm tristitia. Solet tamen non tardò ira cum eo commisceri, quo tempore pulsus D fieri inæquales certum est, eo quod motibus fiant omnino contrariis; in ira namque propter vltionis appetitum & caloris efferuescentiam, quod potissimum est, pulsus fiunt alti, magni, celeres, & vehementes; quia verò timor est maior accipiendi mali spes, quàm dandi, & maximè propter conculcationem spirituum circa cor citra efferuescentiam, idcirco intermiscentur humiles, parui, tardi, & languidi: ex quo prodit, quod animæ pathemata pro causæ præpollentis natura pulsus enarient, omnes tamen inæquales & inordinati exsistant.

*Timor inueteratus eundem pulsum edit ac tristitia.*

*Amor quos edat pulsus.*

Amor non minimam in pulsibus mutationem infert, quinimo variam & omnigenam, adeo vt in eius rei enodatione multi multa fabulentur. Sed, qua potero breuitate, veritatem, vt mea mens est, exponam, sentiat cum hoc de hac re quisque vt velit. Gal. *lib. 1. prognost. com. 4.* ex professo docet, nullum esse amatorium pulsum: cuius sententia posthabita, multi ex auctoribus Erasistrati errore plu decepti arbitrantur, quodammodo arterias amatoriè pulsare. Et proferunt, *amantibus pulsum esse inæqualem inæqualitate anonyma, & inordinatum*. E Ego tamen censeo verum esse, in plerisq; amantium talem pulsum reperiri; sed cum hoc existimo, eum non esse amoris proprium, neque quenquam alium ex iis, qui in animi passionibus, quæ amantibus succrescunt, reperiuntur. Sed cum amor res sit plena solliciti timoris, & aliarum animi passionum, licet nullum habeat proprium, neque peculiarem, (*eo quod appetitus sit*) habet tamen pulsus familiares, eos nimirum, quos præstiterit ea animi passio, quæ eo tempore amori adiungitur. Quippe qui amant, vel melancholica tristitia contabescunt, & mœrent, ac tristitia grauidi dissoluuntur, irantur, aut timent: quo fit, vt tales ipsis succrescant pulsus, quales fuerint, quæ vigent eo tempore animi passiones; nam hoc est amori familiarissimum. Verùm si hoc solùm in amantibus liceret reperire, videbatur impossibile, Erasistratum posse in Antiocho Stratonicellæ Reginæ amorem cognoscere: nam simularet profectò, & obscuriorem redderet amorem passio, quæ in corde pulsum mutare (*sexta diuersa animi pathemata*) nata est. Sic etenim in amante irato, iræ tantùm pulsus reperiuntur, & in tristi, tristitiæ. Si igitur hoc verum est, qui potuit Erasistratus ex iræ, tristitiæ, mœroris, aut cuiusuis alterius animæ passionis pulsu amorem Stratonicellæ venari in Antiocho. In qua re ego arbitror, quod licet amantes talem obtineant pulsum, qualis fuerit animi passio, quam intulerit amor, cum hoc tamen duobus modis distinguuntur pulsus iræ, tristitiæ, timoris, aut lætitiæ in amantibus, à pulsibus earundem passionum, cùm citra amorem hominem infestant. Primo quia hæ passiones, cùm sua sponte & citra amorem succrescunt, breuiter cessant, & euidentem occasionem præ se ferunt, ob id pulsus mutatio ocyssimè delitescit: At vero timor vel quoduis aliud animi pathema amori adiunctum adeo durat perseueratque, vt si per interualla pulsum tetigeris, facile G eandem mutationem diu perstare compertas, maximè si timor adsit, quod plerunque fœminis amantibus accidere solet: timor enim culpæ perseuerans est, quia vrgent pudicitia & pœna. In quo sanè pulsu adeo permutatio perseuerat, vt si timor aut mœstitia diu perstet, in tabitudinem corpus deferant. Secundo differunt, quia plerunque amori (*cùm sit desiderium fruendæ pulchritudinis*) adiunguntur ex aliis animi passionibus plures simul: nam quæuis ea sit, quæ accidit, semper itam sibi comitem habet; vel ad prosequen- A 605 dum, quod sperat sibi fore gratum & lætum, vel ad fugiendum, quod triste est, & molestum. Atqui cùm hæ animi passiones omnino sint contrariæ, & contrarios in pulsu pariant effectus, fit proculdubio, vt cùm cor contrariis motibus cogatur moueri, pulsus suboriantur inæquales & inordinati, quod in amantibus tanquam proprium debet censeri (licet reuera non sit, *vt antea diximus ex Galeni mente*) & ob id antiqui huiusmodi pulsum amatorium existimarunt. Ex quo censeo Erasistratum & Antiochi amorem cognouisse; nam corpore existente sano, impossibile est pulsus fieri inæquales, anonymos, & inordinatos, nisi cùm animi affectiones tot simul succrescunt citra occasionem euidentem, quod possint huiusmodi mutationem efficere. Nam quis vnquam in animi passionibus lætatur, nisi amans? quis præterea in lætitia & gaudio tristatur, nisi amans?

*Amor quid.*

*Pulsus iræ, tristitiæ, timoris, lætitiæ in amantibus, quid differant à pulsibus earundem passionum citra amorem.*

*Pulsus amatorius quis.*

B quis vsquam operatur malum, & gaudet: aut bonum, & timet, nisi amans? In quo deliramenti quædam species reperiuntur, adeo vt huiusmodi contrarietates omnino reperiantur. Vnde mirum non est, si proprium amoris pulsum (*reductione tamen*) censeamus eum esse, qui inæqualis sit inæqualitate anonyma, & inordinatus citra morbosam caussam: sed maximè & potissimum re amata visa aut memorata, cuius aspectu vel memoria cùm gaudeat, & præ timore tristetur, vtrumque amans; subinde sequitur facile prædicta inæqualitas. Qua censeo Erasistratum cognouisse in Antiocho amorem Stratonicellæ visa, & Galenum fœminæ cuiusdam amorem Pilade memorato, ob subitam illam & contrariam alterationis mutationem.

Amoris pulsus proprius quis.

## Capvt XXIII.

### De caussis præter naturam.

C **C**AVSAS à præter naturam, licet in Morbum, Caussam, & Symptomata morbi Medici omnes diuidant, tamen multiplici varietate eas luxuriari adeo certum est, vt nullus rectè numerare queat. Certum enim est, omnes, quæ non naturales exsistunt, præter naturales quoque fieri posse: quippe *aer*, *cibus* & *potus*, *somnus* & *vigilia*, & reliqua id genus, vbi modum excedunt, certum est, pulsum alterare, haud secus, quàm quæ præter naturam sunt. Itaque caussæ omnes multis modis præter naturam fiunt, *Quantitate* nimirum, *aliena qualitate, modo, occasione, & toto etiam genere*: quibus accedit *consuetudinis mutatio*, quæ non est minoris momenti. Sed copia excedunt hæ omnes caussæ, vbi ab eo, quod secundùm naturam animanti est ex vsu, deficiunt aut excedunt. Sic somnus, cibus, aër, & reliqua in morbum degenerare solent, iuxta illud Hippocratis: *Verag, si modum excesserint malum.* Ex quo sequitur, pulsum immutare

Caussæ non naturales & non naturales quibus modis præter naturam fiant.
1. Quantitate.

D posse alia mutatione ab iis, quas antea diximus, cùm se habent velut res non naturales. *Qualitate* autem præter naturam fiunt huiusmodi res, vbi contra corporis institutorum & conditionem adhibeantur: vt si bilioso homini, quæ plurimum calida aut nimis frigida sunt, adhibeantur, maximè si corpus affectu simili ipsis laborauerit. Nam si febricitauerit, & vinum, aut quoduis aliud calidum alimentum ipsi præstiteris, dubium non est, quin hæc ex toto illi præter naturam fiant:

2. Qualitate.

Quemadmodum si quis occasione vrgente, cum abstinendum sit ab omni cibo, ipsum porrigat. Pari etiam ratione præter naturam fiunt occasione. Nam, *vt nuper diximus*, in statu morbi, aut vrgente accessione, si quis alimentum aut exercitium instituat, proculdubio morbosa faciet, quæ suapte natura salubria exsistunt. Verùm vtcunque prædictæ caussæ mutentur, aut præter naturam & morbosæ ea natiua conditione sint, ad tres tantùm mutationis modos teducere poteria quemuis earum affectum, videlicet, ad *Vsum materiam*, ad *Instrumentum inceptam*, & ad *Facultatem laborantem*. Vsum verò & instrumentum qualiter cua-

3. Modo.
4. Occasione.
Res præter naturales qualiter vsum & instrumentum immutent: qualiter facultatem.

E rient, & pulsum immutent morbus aut symptomata, iam audies, & ibidem, prout cuiusque fuerit naturæ, facile colliges. Facultatem verò prædictæ res præter naturam prosternunt vno ex tribus modis: Nam aut res illæ Onerant, aut Resoluunt, aut Irritant, aut Distrahunt ipsammet facultatem *Onerant* quidem omnia, quæ plenitudinem efficiunt, maximè in membris instrumentalibus: sic vasorum plenitudo, sic tumores præter naturam, & prauæ partium compositiones ea vitia in facultatem inferre possunt. Quæ verò facultatem *Resoluunt*, in triplici sunt differentia. Nam aut cordis & arteriarum substantiam peruertunt, aut inæqualiter intemperant[illegible] tractis spiritibus ad diuersa instrumenta[illegible] maximè dissipatis: Tertia verò contabefacta solida membrorum substantia, velut inedia, vigilia, aut cura efficere habent. Sed facultatem *[illegible]tant* ferè hæc eadem, quæ resoluendi vel grauandi vires habere diximus, dum eam ad con[illegible] seu certamen prouocant, quæ quidem irritata repellere nititur sua incommoda.

F Hæc igitur sunt quæ in morbis, eorum caussis & symptomatis, vim habent pro diuersa cuiusq; ratione pulsum immutare. Sic etenim noxæ quæ facultatem resoluunt, paruos, celeres, crebr[illegible] & languidos inprimis efficiunt pulsus, & sic vsque ad deteriores procedunt vires, adeo vt min[illegible] tardissimi, creberrimi, & languidissimi efficiantur, ac nonnunquam myuri reciproci, vel non reciproci, vermiculantes, aut formicantes. Affectus verò facultatem onerantes, inæquales efficiunt pulsus, eosque anonymos; postea verò intercurrentes, intermittentes, caprizantes, nodosos, vibratos, conuulsiuos, serrantes, & similes. At caussæ, quæ facultatem irritant, dum ipsa robusta est, pulsus efficit magnos, altos, celeres, crebros, & vehementes: dum verò languida, paruos, tardos, crebros, cum multiplici inæqualitate. Sed vt hæc clariora euadant, in vtroque affectu id monstrare oportebit, initio sumpto à dolore.

Caussæ p[illegible]

## Capvt XXIV.

### Dolor quos Pulsus efficere habeat. G

**D**VPLICEM in doloribus licet conijcere naturam & peculiarem conditionem, quarum quælibet proprios & peculiares habet efficere pulsus. *Vnam* quidem, quatenus tristis est sensatio, animi alioqui affectio: *alteram* verò, quam dolore caussam consideramus, quæ peculiarem in corpore parit affectum, nimirum inflammationem aut tumorem, vel solutionem continui. Rursus hæc vltima diuisionis pars iterum subdiuiditur in eos tumores, qui corporis membranosas ac neruosas particulas obsident, vel in reliquos, qui carnosas aut alterius naturæ partes occupant: & ob id etiamsi vnicus sit affectus, varie tamen valet pulsum immutare. Quamobrem seruata primam doloris diuisionem oportebit pulsuum differentias indagare.

Doloris natura & conditio duplex.

A 606

Sic profectò dolor, vt tristis quædam est sensatio, eas in pulsibus efficit mutationes, quas in virtutem inferre sua natura molestia sensibus illata potest: quippe vulgatum est, dolorem esse de maximè prosternentibus facultatem. Primo namq; accessu dolor pulsum efficit maiorem, celeriorem, crebriorem, & vehementiorem, *vt Galenus est testis lib. de caus. puls. cap. 6.* Facultas namq; in doloris principio irritata concitat sese ad propulsandum id, quod molestum est: quo fit, vt vehementiores pariat pulsus, nó quod dolore facultas fiat robustior, sed ad propulsandam caussam maiores appo-

Dolor quos edat pulsus.

[illegible]

...est. ... ne langu... sum fieri ... rum, & languidiorem, certum ... m ad magnitudinem & celeritatem ... requi... quod si deficiat ... ad ... onem mitiorem est, si pulsu ... & ex consequenti parui ... agitationem sanguinis ... cerum ... spiritus deperdi ... quibus sufficiunt lenes & ... Verum ... dolor vltra pergit, &

C maiorem moliatur virium iacturam, sperandum est, pulsus esse paruos, tardos, creberrimos & languidos. Itaq; hi sunt pulsus, quos dolor dum animu & vires prosternit seu alterat, efficere potest.

Secunda doloris consideratio in medium affert affectum, quem caussa doloris præstat, siue inflammatio sit, siue quiuis alius. Quorum omnium vnusquisque talem efficiet pulsum, qualis fuerit eius natura. Quapropter oportuit vniuscuiusque seorsum meminisse, vt clarior doctrina superesit.

## Caput XXV.

### De Pulsu inflammationis.

Inflammationis quos edat pulsus.

LICET Auctores varia scribant de inflammationis pulsibus (*nam serrantes esse ferè omnes arbitrantur: alij duos tantum, alij neq; hoc, neq; illud, sed magnos, celeres, & frequentes, aut pro partis inflammatæ natura factos*) Ego tamen existimo, vt huic dubio

D satisfaciam, inflammationis ratione naturam semper vnam & eandem adseruare pulsuum conditionem, nisi quid aliud ipsi accedat, quod propriam naturam obscuret. Quod sanè quiuis facile colligere poterit, si diligēter examinet ea omnia, quæ in inflammationibus reperiuntur, & quæ ipsis præter suam naturam succrescere possunt. Reperitur igitur in omni inflammatione dolor, cuius ratione in principio pulsus, *vt dictum est*, fiunt vehementes, & vehemētiores naturalibus, quod facultas ob contentionem validam quoque apponat conatum. Adest etiam inflammationibus *tensio* ob plenitudinem, quæ facit pulsus duros, tantum, quantum fuerit inflammatio maior, adeo vt inter initia parua, existente inflammatione, mediocriter durus appareat pulsus, crescente verò durior, & vigente adhuc durissimus, ob ebullitionem & conturbationem humorum, & ob vaporum copiam. verùm si diu perseuerauerit durities, mirum non est, si ... cerebrum commigret affectio, & pulsus á vehementia deflectatur. Re-

E peritur quoque in inflammatione *calor immodicus* ob contractam putredinem, cuius ratione vsus adaugetur, & natura cogitur magnos, celeres, & frequentes efficere. Quibus omnibus simul iun- Inflammationis pul- ctis necessum est, pulsus fieri serrantes, nam ...

[illegible]

... & p... us, ... d ... es proba... bus accedit magna ... & ... scurat serræ effi... ducitur durities, *pessima alioqui* ... terius humo... sanguine a... pa... omni... ndeie... annis ... q... d ... enuibus humoribus confluentibus ... quin imo constat ... minimos natura ... fieri pulsus, nisi vehementia adesset, quæ præter naturalem quodammodo conditionem ostendit. *Item* partis inflammatæ natura & conditio serrantis conditionis plurimum detrahere potest; quod vno è quatuor modis fieri conspicimus *Primo*, ob partis inflammatæ laxitatem & mollitiem, cuius naturæ sunt cerebrum & pulmo: quæ partes nunquam viuo animali adeo tenduntur, aut duræ sunt, quod pulsum manifestè efficiant serrantem. *Secundo*, id contingit, cùm pars carnea est, in

Qvalisnam sit affectio vteri suffocatio; abunde dictum est libro nostro *de fœminar. affectionibus*, sicut ex mille caussis proficisci euidenter expositum. In qua sane affectione tales aderunt pulsus, qualis fuerit caussæ & partis, quæ cum vtero consentit, natura & conditio: nam vt variæ sunt, ita varias succrescere pulsus differentias opus est. Verū quæ ex vtero suffocantur corde compatiente (*nam cerebri sensus parum aut nihil pulsum immutat*) vt plurimum pulsum habent paruum, tardum, rarum, inæqualem, inordinatum, tensum, deficientem, & aliquando patitur *asphygiam*. Paruum quidem habent & rarum, quod plerumq; affectio cordi communicata ad frigiditatem commigret: quo fit, vt & vires labantur, & vsus diminuatur adeo; vt pulsus fiat paruus, tardus, & rarus. *Inæqualis* vero & *inordinatus* fit ob instrumentorum vitiū: quippe vel comprimuntur, vel obstruuntur, vel menstrui aut seminis copia grauantur, sed tensus plerumq; conspicitur, quod affectio frequenter ex flatu prodeat; insuper quia membranaceæ naturæ est pars, quæ afficitur, maxime si cerebrum compatiatur. Verum si cor amplius affectum sit, necessum est pulsus fieri deficientes, & aliquando sequi asphygiam, maxime dum os ventriculi in consensum trahitur. Aliquando vero pulsus non immutatur; nimirum, cum affectio vteri cordis neque arteriosi generis partes attigerit.

Suffocatio vteri quos edat pulsus.

### Capvt XXXIX.

### De pulsibus affectionum oris ventriculi.

Varias profecto patitur os ventriculi affectionum differentias, quarum quælibet suo modo ob peculiarē sui naturam pulsum immutare habet. Intemperantiæ enim citra humorum fluxum pulsum habent efficere languidum tantummodo. At reliquæ affectiones quæ stomaticum affectum proprie gignunt; longe diuersas efficiunt pulsus differentias. Appellamus *stomaticam affectionem eam*, in qua vis sentiendi oris ventriculi plurimum patitur, à quauis caussa malum suboriatur. Primo itaq; inflammationes tensos & duros, sicut & aliæ neruosæ partes, dum inflammantur, pulsus efficiunt; licet nō adeo ac septum transuersum & pleura, eo quod nerui ad os ventriculi peruenientes, molliores sint: quod sic profecto oportuit fieri, vt sensui essent aptiores, præterquam quod oris ventriculi substantia carnosior est. At in reliquis stomaticæ affectionis caussis (*quas esse scimus quæcunq; ex ore ventriculi malè affecto facultatem prosternere habent, veluti vellicatio est, anxietas, singultus, vomitus, nausea, fastidiū; & dolor*) paruos proculdubio, crebros, celeres, languidos, & vltimo vermiculantes esse, quotidiano experimento comperimus. Verum aggrauata solum exsistente facultate, parui fiunt, tardi, rari, languidi;

C — Affectiones oris ventriculi quos edant pulsus. Affectio stomatica quid.

D

gidi, & inæquales: quippe in omni facultatis aggrauatione necessum est, pulsum fieri inæqualitate paruum, ac rarum, etiamsi vsus diminuatur. At quæcunq; facultatem resoluunt causæ, paruos, *vt dictum*, tenendum edere pulsus, languidos etiam, ob facultatis iacturam; celeres vero, quod vsui propter paruitatem satisfactum non sit: item quia licet facultas languida sit, ita vt magnos efficere nequeat, non adeo languida exsistit, quod celeres nō possit. Verum quia celeritas deficiente magnitudine vsui non satisfacit, crebritas succrescit, & affectu adhuc crescente vermiculātes fiūt, *vt Galenus docet libr. ad Tyrones, & 4. de causs. puls.* Ex cuius auctoris verbis non leuis suboritur controuersia: nam si ratio crebritatis est, vel vsus cui paruitas non satisfacit, vel facultatis impotentia, quorsum iis eisdem caussis crescentibus pulsus fient vermiculantes, cum sint de genere rarorum pulsuum: & ob id videbatur potius rationi consonum, dixisse, degenerare in formicantes, in quibus maxime viget crebritas, quam in differētiam omnino contrariam. Multi quidem in enodatione huius dubii varia fabulantur, nam sunt, qui existiment Gal. literam esse corruptam: siquidem loco *vermiculantis* arbitrantur Gal. scripsisse *formicantem*: quia videtur esse impossibile, quia variis in locis idem dogma profitetur. Alii rursus censent, vermiculantem esse crebrum, ceterum minus, quàm formicantem, & cum magis & minus non varient rei naturam, constat sententiam esse rationi cōsonam: quod profecto in pulsuum differentiis verum non est. Alii præterea arbitrantur facultatē languidam in primo gradu pulsum efficere crebrum, in secundo vero rarum, sed dum vlterius redditur labefactata, in formicantem commigrare, quod sane dogma Gal. videtur esse. Sed alii censent, pulsum fieri crebrum in affectionibus oris ventriculi, dum vsus quoq; crescit: cæterum si frigida subsequatur affectio, decrescere, & pulsum fieri ex crebro rarum. Ego tamen arbitror alia ratione veram esse Gal. sententiam; nimirum, quia paruo existente pulsu ob languidam facultatem, necessum est, ipsum fieri crebrum, vt vsui satisfaciat: Verum crescente affectione, quia vsus & calor naturalis dissipantur & refrigerantur, degenerat pulsus iure optimo in vermiculantem, cæterum non in rarum simpliciter, sed in vermiculantem, in quo & raritas & crebritas inæqualiter & alternatim iuxta diuersas partes se habent. Raritas quidem adest, eo, quod calor naturalis diminutus est, quædam rursus arteriarum partes crebriter mouentur, quia alter vsus, regenerandi nimirum spiritus, vrgere incipit: & aliquando, videlicet vrgente morte tantū vrget, quod pulsus fiant è vermiculantibus formicantes, licet in aliis arteriarum partibus, quæ non plurimum eleuantur, pulsus adhuc remaneant vermiculantes: quam ego arbitror esse veram & genuinam Galeni sententiam.

Dubium.

Solutio.

## Capvt XL.

### De hydropicorum Pulsibus.

Hydropis quæ caussæ. Hydropis species tres

HYDROPIS ea est conditio & natura, vt citra iecoris vitiū fieri minime possit: quippe cuius officium est sanguinem gignere, eiusdem proculdubio erit ipsum vitiosum procreare; nimirum, loco sanguinis succos longe alienos efficere: aquosos nimirū in ascite, flatuosos in tympanite, pituitosos vero in anasarca. Hæ enim sunt huius affectionis species: quæ sane ob id fiunt, quia iecur sanguificationis officio minime sufficit. Neq; ob id profecto credendū est, quod vulgariter fertur, hydropem omnē morbum esse in frigida iecoris intemperie: siquidem euidenter constat, omnem hepatis affectionē, siue propria sit, siue aliunde cōmunicata, vel cuiuscunq; generis exsistat, id vitium præstare: siue calida, siue frigida, humida, sicca, & ex his composita, cū materia, & sine ipsa, mala compositio, paruitas, obstructio diutina, solutio continui, tumores frigidi, calidi, molles, duri, febres antiquę, acutæ, mala insuper aliunde deriuata, vtpote à pulmone, liene, ventriculo, venis mesaraicis, renibus, vesica, vtero, intestinis, vel à toto corpore, dummodo depauperare hepar innato calido, & vim eius coctricem frangere queant. Ex quo fit, vt vulgatū exsistat, quod quia iecoris coctio imminuitur, omnem hydropis speciem frigidā obtinere caussam, arbitratū sit, iudicio tamen nostro male colligunt; nam licet materia omnis hydropis frigida sit, non tamē priuatiue ex defectu caloris fieri, sed licet hunc effectum caussa etiam calida introducat.

Hydrops non a sola fit frigida intemperie vt a causa.

Quibus suppositis, in ascite & tympanite tensi fiunt pulsus, ob tensionem ex flatu, & duritiem ex humore congesto, crebri tamen, sed crebriores efficit ascitis, ob imbecillam facultatem & auctum vsum, fiunt tamen in vtroq; affectu parui ob facultatis languorē, & congestæ materiæ copiam. Cæterum in tympanite longior est pulsus ob corporis maciem, & celerior, ac non adeo imbecillus, quod in ea non admodum deprimatur facultas, ac in ascite: non enim tantum grauat facultatem flatus, quantum humoris copia. Atque licet hęc vera sint, cū hoc tamen dum tympanites & ascites citra viscerum inflammationem vel duritiem adsunt, non faciunt ex propria natura pulsum tensum: exemplo sunt hydropes, qui oriuntur ab hæmorrhoidum aut menstruorū immodica fluxione, vel ex aliis vacuationibus immodice fluentibus: quod intelligas velim, dum ad maciem corpus non reducitur, aut ad grandem tumorem.

Hydropis ascitis quos edat pulsus. Hydropis tympanitæ quos.

Anasarcę vero pulsus sunt latiores, molles, vndosi, nisi viscus aliquod scirrho indurauerit. Expendisse enim semper oportet, morborum simplicitatem aut compositionem: nam compositi simplicium naturam commutant, variant, aut obscurant.

Hydropis anasarca quos edat pulsus.

## Capvt XLI.

### De pulsu eorum, qui medicamentum expurgans sumserunt.

QVI medicamentum validum ingesserunt, varias perpetiuntur pulsus alterationes: nam si vomitu quid excernere coguntur, ante vomitū pulsum habent latum, rarum, tardum, & languidiorem: in vomitu autem inæqualem & inordinatum. Sed cum à vomitu quiescunt, ordinatum quidem habent, sed inæqualē; & quo magis quieuerint, æqualem, minorem, & vehementiorem obtinēt. Verum si laborans syncope corripiatur, vel adsit singultus, vel anxietas, pulsus aderit, qualis in stomaticis reperitur, paruus, languidus, inordinatus, celer, & valde creber: quod si ventriculus

Purgantium & vomentium pulsus.

triculus grauetur & opprimatur, pulsus succrescit paruus, languidus, inæqualis, & inordinatus, non tamen celer, neq; creber, imo tardus, & vndosus, ac latus, & aliquando modice tensus: quorum omnium rationem abunde adduximus *cap. de puls. storna.*

De pulsibus autem ictericorum, & eorum, qui elephantiasim patiuntur, vel morbum Gallicum, nihil scribere studui, cum libro nostro de morbo Gallico abunde dixerimus: prægnantium vero pulsus *lib. de fœminar. affection.* reperies. Et huius tractatus hic esto finis.

Ictericorum & elephantiacorum pulsus quales.

# LIBER SECVNDVS.

## *TRACTATVS QVARTVS,*

## DE PRÆSAGATIONE EX PVLSIBVS.

F

Præsagiū sphygmicæ artis finis.

PRÆSAGANDI ratio, quæ finis est & potissimum inuentum sphygmicæ artis, tanti est momenti, vt ne curare quidem, neq; cognoscere, neq; quid vtile aut necessarium in morbis efficere citra ipsius exactā notitiam recte possimus. Et deniq; hæc est, cuius gratia, quæ hucusque dicta sunt, præstare aliquid momenti possunt. Habet tamen hæc in pulsibus triplicem cōsiderationem, quarum *Vna* docet morbos ex pulsuum differentiis cognoscere: *Altera* futurum aliquid prædicere, vel præsens exacte perpendere: *Tertia* vero & vltima cuiusq; loci affecti cognitionem euidenter præstare, ac ante dicta beneficia simul largiri. Atqui licet iis omnibus modis certum sit ex pulsibus posse aliquid præsagari, cum hoc tamē existimamus, vtilius fore ex generibus pulsus, quod nobis proficuum fore in morbis speramus, diligentius venari. Verum dubitabit aliquis, & merito, *si tota præsagandi ratio in generibus pulsus dependet à cognitione causarum, videtur coincidere tractatio de prognosi, cum ea, quæ causas differit; si quidem in vtraq; causas pulsuum inuestigamus.* Sed expectat lector, cuiusq; differentiæ plures esse causas, quas docet tractatu de caussis pulsuum inuestigare: verum distinguere in quouis singulari homine, hanc vel illam causam vigere, & tantum vel tale damnum posse efficere: sicut illud ad tractationem causarum, ita & hoc profecto ad præsagandi munus pertinere arbitramur.

Præsagandi ratio triplex.

Dubium

Solutio

G

### CAPVT I.

### De præsagatione ex magnitudine & paruitate sumta.

A 617

DICTVM est Gal. & veteribus omnibus, summam totius præsagationis ad salutē & mortem pendere ex collatione virtutis cum morbo; quare nō sat est expendisse causas differentiarum pulsus in genere, sed necessum est ad particularem cuiusq; differentiæ causam in vnoquoq; corpore peruenire, vt considerata causæ natura facile iudicium elicere possimus de viribus morbi & virtutis: Exemplo in primis sint magnitudo & paruitas. Ita enim cuius facilius plus vel minus mineturmali, ad vnguem nobis exploratum erit. Qua in re considerandum est mediocritates omnes in omni differentia (*cum sint secundum naturam*) laudabiliores esse: quam quidem mediocritatem vt recte cognoscamus, genus vniuersum contemplari oportet. Nam quę aliis præstantiora sunt, iis quæ in altero genere præstantissima sunt antepōnuntur. Sic igitur magnus pulsus paruo, celer tardo, creber raro, salubrior existit: & sic maximus minimo præstantior, & celerrimus tardissimo, & creberrimus rarissimo. Cuius dogmatis veritatem paulo inferius leges, & ex cuiusq; caussis eleganter colliges, si prius didiceris, ad rectam præsagandi rationem, verum esse illud principium, quod docet, vniuscuiusq; rei quæ mutatur (*vt constet, quanta sit mutatio*) necessum esse expendere & exacte nosse id, quod secundum naturam est in eo genere. Qui enim fieri potest, vt quantum magnitudine, celeritate, & tarditate à seipso distet pulsus, exacte noscas, si non compertum habeas, quantum esset pulsus celer vel tardus, cum secundum naturam se haberet, ac proprium seruaret statum. Iure igitur nobis consuluit Galenus, vt causæ quæ mutat pulsum, & quatenus mutat, notitiam assequamur, dignoscamusq; prius omnes pulsus differentias, quas esse propemodum infinitas docet, iuxta variam naturarum differentiam. Verum artifex ex communi omnisq quam sibi parauit notitia, quoad humanæ permiserint vires, quod cuiusque proprium esse coniiciat. Et vt clarius rem hanc intelligas, expendendum est, singularibus his prætermissis, vniuscuiusq; differentiæ pulsus duplices antea me assignasse causas: quasdam nimirum *Efficientes*, quasdam vero *Alterantes* seu destruentes. Rursus quæ pulsum constituunt, in duplici etiam existunt differentia: quippe sunt quædam, quæ *Continentes* nuncupantur, aliæ quidem, quæ *Innuentes*, seu *Concausæ* dicuntur. Præterea, quæ pulsum variant, sunt in triplici differentia: nam aut sunt *Res naturales*, aut *Non naturales*, vel *Præter naturam* à medicis appellatæ. Quas sane pulsum immutare non posse dictum est, nisi aliqua ex continentibus caussis prius alterata. Ex quibus colligendum est, vnam & eandem differentiam ex variis caussis proficisci posse, & ob id, licet differentia vna & eadem sit, varium posse de ea iudicium proferri.

B

Mediocritas laudabilior extremis. Qualitas cognoscenda.

C

D

Sic profecto vt ad institutum redeam, ex pulsus magnitudine, à quauis causa oriatur, venamur tria, *vsum nimirum adauctum, robustam facultatem*, vel *arteriam mollem*: nam à quauis harum proficisci potest. Quæ omnia licet medicus cognoscat, præsagare tamē aliquid certum minime poterit, nisi ad rectum iudicium eliciendum, prius pensitet, qualis harum causarum, in quouis laborante, magnitudinem in pulsu efficiat. Alium enim statum, aliamve conditionem morbi & virtutis colliges ex magnitudine, proficiscente à

Magnitudo pulsus indicat robustam facultatem, vsum adauctum, vel arteriam mollem.

mollitie arteriæ, alium à vehementia, alium vero ab vsu adaucto. Quo fit, vt lõge diuersum proferre possis iudicium ex vna eademq; magnitudine: Quamobrẽ oportebit, quando hæc, quando vero illa causa vigeat, diligenter distinguere, vt conuenienter præsagium & curationem instituas, iuxta virtutis & morbi tenorem, & indigentiam. Quæ sane vt certitudine quadã distinguas, considera, an cum magnitudine pulsus adiuncta quoq; sit vehementia, quo tempore facile tibi erit prædicere, virtutem ipsam magnitudinis causam vehementiã esse. Quod si pulsus quoq; magnus sit, vehementia tamen non adsit, sed mollis admodum existat arteria, proculdubio coniectandum erit, pulsus magnitudinem ex mollitie proficisci. Atqui si neq; mollities, neq; vehementia in tactu percipiantur, adsitq; cum hoc magnitudo in pulsibus, credendum quidem est, magnitudinem ex adaucto vsu pendere: tunc vltra studebis nosse, cum vsus in pulsu duplex sit, vter horum magnitudinem efficiat, augmentumne caloris, an spirituum resolutio: illud quidem monstrabit laborantis calida cutis, sitis, & alia signa, quæ calorem attestantur, hoc vero, præcessisse causas, quæ dissoluendis spiritibus aptæ sunt, velut exercitium & reliquæ eiusdem census. Verum diligentis medici animus subsistere hic non debet, sed vltra sciscitari, quantum creuerit vsus: nam plurimum creuisse, monstrabit aucta supra naturalem magnitudo, cui celeritas & crebritas accesserunt. Quibus exacte pensatis, facile erit, quãtum status corporis à natura recesserit, quantumq; morbus præualeat, & quantum etiam natura possit aduersus ipsum. Verum id caute facito, ne te decipiat magnitudo apparens & fictitia, quæ sane ex corporis gracilitate potius comparatur, quam aliqua ex tribus memoratis caussis.

Magnitudo pulsus quomodo singulas eius causas indicare cognoscatur signorumq; ad singulas cognoscendas distinctio.

Sic profecto paruitatem efficiunt languida facultas, vsus imminutus, & instrumentum durum. Ita quoq; si scire velis, quæ harum causarum prædictum pulsum efficiat, eadem prorsus methodo vtendum est. Quippe si paruitati imbecillitas adiungatur, facultatis impotentiam paruitatis causam esse, credendum est. Quod si cum paruitate durities adiungatur, arteriæ inobedientiam paruitati causam præstare, est certum. Sic dum neutrum horum in arteria eum paruerit, vsum diminutum paruitatis esse causam conicies: qualis vero vsus sit, resolutione spirituum, an caloris imminutio, monstrabunt certe quæ præcesserunt & adsunt. Nam vacuationes subitæ, & ingentes labores, curæ, solicitudines & vigiliæ si non præcesserunt, certum est, facultatem spiritu non indigere, & ob id pulsum non dilatari plurimũ aut frequenter, sic & totius corporis frigiditas, calor pallidus & subalbidus, & reliqua quæ frigiditatem attestantur, imminutum esse vsum proculdubio ostendunt. Sed pensitandum est prius, an paruitas apparens sit, an vera, quippe obesa corpora, & quæ nimis oppressa sunt carne & pinguedinis mole, licet magnum habeant pulsum, paruum tamen tactui repræsentant. In quibus quidem considerationibus te exerceri oportet, ac distinguere huiusmodi alterationes, quæ fiunt in corporibus à caussis externis, ab eis, quæ ex interna causa & morboso apparatu proficiscuntur. Et fies subinde certior, si interrogaueris, quæ præcesserunt, & diligenter studuens nosse, quæ adsunt: *præsagaturus enim*, vt inquit Hippocr. *per cunctari non erubescat*, satius enim est ex interrogatione certum iudicium elicere, quam vana præsumtione fretus risum populo mouere & incertum aut vanum aliquid proferens.

Paruitas pulsus quid indicet, & quomodo singulas causas indicare cognoscatur.

## Capvt II.

## De præsagio ex celeritate & tarditate.

QVi exacte didicit, quæ præcedenti capite vniuersaliter adduximus, promte celeritatis causam immediatam & proximam, vel nullo docente, consequetur. Habet enim in pulsibus celeritas easdem causas ac magnitudo, nimirum, *validam facultatem*, saltem non infirmam, *vsum adauctum*, & *mollem arteriam*: quæ tamen harum causarum in quouis indiuiduo celeritatem moliatur, prædicta methodo consequeris. Quippe si celeritas proficiscatur ex valida facultate, quemadmodũ robustis corporibus accidere cernimus, pulsus erit celer simul & vehemens: si tamen ex arteriæ mollitie pulsus sit celer, mollis arteria monstrabit: quod si neq; mollities in arteria, neque in virtute robur plurimum vigeat & cum hoc pulsus sit celer, coniectandum proculdubio est, proximam & immediatam celeritatis causam vsum adauctum fuisse, eumq; non solum calorem esse, sed & succreuisse iam flauellandi necessitatem, cuius præcipue muneri celeritatem dicauit natura. Quantum vero vsus fuerit adauctus, monstrabit celeritatis magnitudo & crebritas, quæ mox ipsi accrescit, nam cum celeritas id habeat proprium, quod nunquam fiat nisi præcedente magnitudine, & aliquando subsequente crebritate, venaberis quantum fuerit vsus adauctus, ex præcedente magnitudine, & subsequente crebritate. Hoc vnum tamen in hac re præ oculis habeto, quod celeritas naturaliter nunquã paruitati adiungitur: quod si aliquando paruos & celeres pulsus comperiamus, scito causam aliquam præter naturam subesse, quæ præter naturæ institutum pulsum efficit paruum: in quibus sane pulsibus crebritas mox succrescit, refectura defectum magnitudinis.

Celeritatem pulsus quæ efficiant.

Celeritas nunquã paruitati adiungitur.

Eadem ratione intelligendum est de tarditate in pulsu, hanc etenim vel languida facultas, vel instrumentum durum, vel vsus diminutus efficit: vtrum horum sit, eadem lege perdisces.

Tarditatem quæ causent.

## Capvt III.

## De præsagatione ex crebritate & raritate.

MVlta in laborantib. & sanis corporibus ex crebritate & raritate perdiscere quoque possumus. Quippe crebritatem efficiunt vsus adauctus, vel languida facultas, aut durum instrumentum: vtrum horum sit, pari methodo ac lege venaberis. Vsum enim solum esse adauctum cognosces, quod facultas languida non sit, neq; instrumentum durum, & cum hoc creber existat pulsus. Sed habet hoc proprium hæc causa, dum sola viget, quod crebrũ pulsum antecedant magnitudo & celeritas, quod sane in corporibus inculpatis ostendit vini immoderatus vsus, aut exercitium immoderatum, vsusve calidorum alimentorum: in laborantibus vero corporibus ingentem

Crebritatem quæ efficiant.

ge[illegible] quæ omnem pulsus v[illegible] & mo[illegible]. Ve[illegible] a[illegible] a[illegible] hoc pu[illegible] stat, cre[illegible] p[illegible]. A[illegible] cum [illegible] ad[illegible] crebritatis [illegible] m [illegible] nequeat, [illegible] par est [illegible], com[illegible] quod d[illegible] trahi[illegible]

E

Raritate quæ efficiant.

R[illegible] oc[illegible] bio[illegible] mo[illegible] natur[illegible] sta facu[illegible], ve[illegible] instru[illegible] minut[illegible] robust[illegible] na[illegible] nde efficit pulsum, quia qu[illegible] exig[illegible] diffundit, ade[illegible] vt neq; celeritat[illegible] neq[illegible] itate opus habeat. exem[illegible] quidem [illegible] cor- pora, quod plerum[illegible] rarum obi[illegible] pulsum. Raritatem quoq; efficit *arteria mollis*, nam c[illegible] nisi me[illegible] roboris existat facultas, cum motui non resistat molle instrumentum, tantū d[illegible] stend[illegible], quantum vsui fore vtile agnoscit natura: quo fit, vt celeritate aut crebritate non indigeat. *Raritatem* s[illegible] uper efficit diminutus vsus, quod in sanis corporibus signum salubre existit: morbosis vero, dum vltra medium rarescit, periculosum est & timoris plenum. Sed expendat lector, nos non loqui [illegible] ac parte de raritate, quæ à crebritate perperam & præter naturam acquisita degenerat, sed præsagium [illegible] icitur esse perniciosum, quando ex propria cuiusq; raritate in maiorē pulsus commigrat. Quippe eo tempore ostenait vel cordis substantiam præter naturam esse frigidam, vel ea, quæ in corde continentur, sanguinem [illegible], & spiritus refrigerari, aut membra, quæ cordi circumuicina existunt. Tandem quauis occasione ex tribus nuper dictis raritas in pulsu acquiratur, non parum (*licet diuersa efficacia*) mortem minari compertum est: id quod non citra artis & artificum ludibrium & infamiā frequenter contigisse vidimus: nam cum raritas sit de differentiis, quæ naturaliter sanis corporibus insunt, Medicus arbitratur pulsum esse naturali simillimum, & temere ac confidenter salutem promittit, ægro fortasse antequam Medicus discedat moriente, qui postea in venenosam aliquam qualitatē culpam regerit, & excusationem suæ ignorantiæ frustra quærit. Nam plerumq; sic affecta corpora repente moriuntur, hac existēte differentia, quod qui cordis substantiam frigidam habent, dormientes commoriuntur: in quibus vero cordis contenta aut vicina existunt frigida, vigilantes, & inter loquendum, vel leuissimo quouis motu facto. Distingues autem, vtrā harum causarum pulsus rarus efficiat, eo quod substātia cordis frigida summe languidum & paruum efficit pulsum (*quod in ipsa tota virium substantia sita sit*) & raritas non excedit raritatem naturalem; quinimo aliquando in frequentiam degenerat, non quod vsus sit adauctus, sed quod pulsus factus sit plurimū paruus. At contentis existentibus frigidis in corde, pulsus efficitur summe rarus, sed non æque languidus. Quæ omnia expendisse oportebit, ne fucata quadam sanitatis specie Medicus turpiter deceptus, in præsagium inane prorumpat: Nam si præter manifestam causam, &, *vt Hippocrates refert*, præter rationē, leuius se habere laboranē compererit, pulsumq; fieri rariorem, aut naturali si-

F

Raritatis causæ quibus signis distinguantur, & quid singulæ significent.

Raritas pulsus a frigida intempe rie substantiæ cordis, & a frigiditate vicinorum cordis, quid innuant & quibus signis differant

G

A 619

m[illegible] imum, c[illegible] niectan[illegible] o te[illegible] ius contenta præter natu ran[illegible] vigente, & natur[illegible] ex toto[illegible] et ple[illegible] bis, [illegible] qui[illegible] solutio adest, [illegible] ger[illegible].

Sed controue[illegible] gnum ex[illegible] *vtra differentiarum grauior sit periculosior raritas n[illegible] an crebritas* [illegible] mis[illegible] d[illegible] ctione re spondendu[illegible], crebritat[illegible] e[illegible] v[illegible] nu[illegible] p[illegible] esse qu[illegible] x[illegible] vsu[illegible] m non[illegible] malum e[illegible] am man[illegible] trac[illegible] rari[illegible] esse crebrita[illegible] inut[illegible] e vsui ad[illegible] ecto [illegible] incta. A[illegible] b[illegible] imbec illa facultate d[illegible] est raritate, quæ fit ex [illegible] diminuto, nisi hæc vsus diminutio, ob cordis substantiæ grandius refrigerium, & radicalis caloris extinctionem prodeat: tunc enim, quia ceteris omnib. imbecillitatis modis longe est languidior facultas, raritas crebritate est deterior, & morti proximior; nam facilis est ab ea ad intermittentiam omnimodam commeatus: præterea crebritas ex duritie instrumēti grauior est raritate, quæ ex mollitie proficiscitur, quod duities semper à grauioribus caussis proficiscatur: hic ex instrumentorum duritie, aut virium imbecillitate exoriens crebritas, deterior est pulsu exiguo cum vsu diminuto. Verum si prædicta crebritas accidat ob vsum adauctum, minus periculi incumbit, quàm dum paruus pulsus accedit, ob vsum diminutum, & longe grauior est, si ab vsu adaucto prodeat, & maxime si lo eadem paruitate perseuerat: & hac lege arbitror respondendum esse.

B

Raritas [illegible] sus præter naturā, verum; grauior & periculosior sit crebritate vel e contra.

G

## Capvt IV.

## De Pulsibus ex facultate.

Cvm facultas sola à medio recedit, certum est monstratore non indigere, quid pulsus ab ea factus indicet: quippe imbecillus languidam esse, validus vehementem existere, certo monstrant. Est tamen in hac re animaduersione dignum, id intelligendum esse, cum parum à mediocritate recedit: Nam si plurimum infra medium dilabatur, peculiariter efficit languidos, sed familiares & comites habet paruos & crebros: itaq; his pulsibus apparentib. summe languidam licebit conijcere esse facultatem. Verum si plurimum augeatur, vt in conualescentibus accidit, vehementes quidem efficit, magnos tamen & raros comites habet. Causa autē huius rei est, quia robur potentiarum augetur humorib. crudis superatis iam & concoctis. Itē animi passiones moderatæ, vinum & cibi bonæ temperiei, tandem reliqua, quæ cor & arterias attemperate habent. Promulgatum enim est, vniuersam virium substantiam in optimo temperamento inter reliqua sitam esse: diminuūt etiam vires vigiliæ, dolores, vacuationes immodicæ cuiusq; generis, syncopes; & quæ vehementer cordis & arteriarū temperiem euertunt: quæ sane omnia expendisse oportet, vt ex pulsibus modum d[illegible]cas, quo facultates pereunt. Q[illegible]ppe ex iis quædam facultatem dissoluunt, ea nimi[illegible]m, quæ temperamentum cordis & arteriarum euertunt, quæ [illegible] pulsum efficiunt paruum, languidum, tardū & crebrum. Rursus alia facultatem opprimunt, & pulsus efficitur inæqualis & inordinatus. Item nonnulla

Facultas a medio recedens quos pulsus habeat proprios, quos familiares.

D

Facultatē dissoluentia opprimentia aut irritantia quos edāt pulsus.

facultatem irritatur & diſtrahunt, modo natura-
lis ſit, modo vitalis, aut animalis: tantus enim in-
ter eas eſt cooſenſus, vt protinus quauis affecta,
pulſus ſiat in principio alti & celeres, quales ſunt
in ira & morborum criſibus. Verùm labaſcente
facultate, pulſus erunt languidi, celeres, & cre-
bri, haud ſecus, quam ſeni, aut impotenti [illegible]
accidere cernimus, dum perſeuerat aliquod effu-
gere ſtudet, qui cum præ impotentia magnos gra-
dus efficere nequeat, eorum defectum ſupplet
celeritatis & crebris. Quibus perſpectis facile erit
ſtatum facultatis & cauſam ſtatus venari & præ
ſagare.

## CAPVT V.

### De Præſagatione ex molli & duro Pulſu.

MOLLITIES etenim penitus conſiderata in pulſibus, dupliciter nos alicuius altera-tionis certiores facit: Nam in corporibus, quæ naturaliter ſe habent, ſi in pulſu apparuerit, oſtendit vel *potum immodicum*, vel *cibum humectan-tem*, vel *balneum*, *aut otium*. At in morbis *hydropem*, *humectum corporis habitum*, *ſomnum perpetuum*, *comatem*, *œdemata viſcerum*, & ſimilia, quæ arteriam irrigare, aut humectare vires habent.

*Mollities in pulſibus eorum, qui naturaliter ſe habent, quid oſtendat.*

Durities autem in corporibus ſanis raro conſpicitur: in ægris vero *ſiccitatem arteriæ*, *tenſionem à plenitudine humorum aut flatus*, *aduſtionem vel congelationem ex frigore* oſtendit. Quæ autem harum cauſarum vigeat, ex iis, quæ præceſſerunt, & adſunt, facile diſces: Nam febris ardens, inedia, vigilia, aſſiduus labor, & reliqua, quæ diſſoluere & conterere humiditatem nata ſunt, ſiccitatem inducunt, ſicut & balneum aquæ aluminoſæ & ſulphureæ, vel immodicus calidorum medicamentorum vſus. Sic ex frigore præcedēte, ſiue ex aere nos ambiēte ſit, ſiue ex potu, ſiue ex medicamentis, intus aut extra adhibitis, facile venaberis duritiem ex adſtrictione à frigido prouenire. Item ex præſenti corporis ſtatu diſces plenitudinem, maxime ſi cum duritie adiuncta ſit inæqualitas inter magnitudinem & paruitatem: præterea flatus, qui tenſionem efficere nati ſunt, aut inflammationem vel ſpaſmum, & alia etiam, quæ huius naturæ exſiſtunt, quæ ſane facile diſtingues (*licet durities vna ſit*) ex aliquo peculiari accidenti, quod præter duritiem pulſui ſuccreſcit & cauſæ illius naturam patefacit.

*Quid in morbis Durities in ægris quid indicet, & quas habeat cauſas.*

G

A 610 Hæc enim ſunt, optime lector, quæ ex quinq; primis pulſuum generibus prædicere poteris, hoc vno in omnibus animaduerſo, quod ſummæ differentiæ omnes, & quæ ad augmentum tendunt, velut magnitudo, celeritas, crebritas, mollities, & vehementia, minus periculoſæ & graues ſunt reliquis, quæ in defectu conſiſtunt.

## CAPVT VI.

### De Præſagatione ex rhythmis.

DICTVM antea eſt, potiſſimam variationis rhythmorum cauſam eſſe vſus mutationem, ita, vt coniectabile ſit, tanto vſum à naturali & cuiq; debito recedere, quanto rhythmum à moderato & cuiuſq; proprio, recedere contigerit. Deniq; ex rhythmi mutatione, nihil præter vſus varietatem & immutationem venari licebit. Sed cui earum in praxi & prognoſi tantum ſit neceſſaria, æquum fore ſum arbitratus, diligentius hu-

*Rhythmi variation vſus indicat variationem.*

ius immutationem, & cauſas eius [illegible]
Eſt igitur vſus ad lata [illegible] calor [illegible]
reliquarum partium cuſtodia & moderam[illegible]
tractio [illegible] ingrat [illegible] caloris hu[illegible] &
rituum facta. Licet vterque motus [illegible]
ter nuper dictos, obnneat. Sed non [illegible]
ucere, dilatationem calori natiuo in[illegible]
bus [illegible] inſeruire primo: ſecun[illegible]
flue[illegible] calori: At contractionem p[illegible]
influ[illegible] nti, ſecundario vero natiuo [illegible]
vt [illegible] tralis & ingenita [illegible] aloris [illegible]
mo[illegible] atio acceſſerit, dilatatione[illegible]
opus habemus [illegible] enim [illegible]
tur, & præter id fit [illegible], vt ſpiritus quig[illegible]
tur, calore ipſo non diſſipentur [illegible]
rales temperatiores q; redd[illegible] itur. [illegible]
quod dilatatio aëris ſubſtanti[illegible] & im[illegible]
ſtat: quæ mutera tanti ſunt mome[illegible]
protinus corrueret huius a[illegible]
dilatatione aer attractus calo[illegible] atte[illegible]
liginoſa ſeparat, & materia ſpiritibu[illegible]
Compreſſione vero quod fumo[illegible]
motibus, & excrementis naturaliter a[illegible]
præmiſſa flauellatione protinus excernitu[illegible]
cum caſu aliquo, vel cauſa quauis huiuſ[illegible]
pulſione priuatur animal, ſcande[illegible]
præter naturam factus, reliquos calo[illegible]
ctat, diſſipat & plerunq; perdit, febreſque [illegible]
de excitat.

C

Quibus ſuppoſitis, ad penſum tempeſti[illegible] eſt reddere. Cùm igitur vterq; [illegible] natu[illegible] x ſiſtit, ita vt alter alteri correſpondeat ſecundum naturam, ambos motus æqualiter fieri certum eſt. Verùm ſi alter alterum ſuperet *modo ipſe augeatur, modo alter imminuatur*) inæqualem adeſſe rhythmum certum erit: quæ omnia facilime quibuſdam exemplis diſces: Nam cum celer fuerit contractio & tarda diſtenſio, neceſſario natiuus calor imminutus adeſt, & alter, qui elementalis eſt & fumoſior, adauctior est: dummodo intelligas, tardam hic non intelligere diſtenſionem, reſpectu contractionis, quæ celerrima eſt: Nam contractio reſpectu contractionis naturalis celerior exſiſtit, licet tardam appellemus eo modo, quo dictum eſt. Verùm ſi cui accidat contrarios fieri motus, natiuus calorem vegetior, & fumoſus imminutior: Dictum enim eſt, naturalem calorem diſtenſione attemperari, & excrementitium atq; elementalem contractione expurgari. Quæ ſane contractio tanto apparebit celerior, quanto copioſa exſtiterint excrementa, quorum plura inſunt iis corporibus, quæ ſana cum videantur, prauis & copioſis vtuntur cibariis, craſſis, crudis, & pituitoſis; pauciora vero ſi bilioſis vtantur & melancholicis, ſed adhuc copioſiora apparent in humorum putredine, velut in febribus, in quibus eo celerior adeſt contractio, quo maior fuerit putredo, *vt inferius latius ſum probaturus*. Quo fit, vt in febrium acceſſionibus celerrima admodum exſiſtat prædicta contractio, & eo maxime, quo ex membris cordi vicinis, aliquod putredinem obtinuerit: id quod in pleuritide, peripneumonia & phthiſi conſpicuum, & in pleuriſi, ad thoraceos defluxionibus, quæ ſuppurantur. Itaq; celer hæc contractio [illegible] mum eſt in febribus indicium crudorum & putrefactorum humorum, & quo maior fuerit, maiorē oſtenderit cruditatem

*Rhythmi æqui [illegible] cauſæ.*

D

*Rhythmi æquales quis ſit.*

E

[illegible] & [illegible]em. Q[illegible] [illegible]mores co[illegible] & [illegible] a natura sunt [illegible] sum [illegible]: quo tempore [illegible] sit. At dum eorum [illegible] lari & [illegible] non possit, tunc e [illegible] certum est. Itaq; ex [illegible], & febrem dum [illegible] *quid aliud, quod naturale sit, [illegible]* [illegible] tatem in vtroq, [illegible] bilis tempor[illegible] nis ne[illegible]ssitas: nunc [illegible] ea, qua [illegible] tu [illegible] contractione, fa[illegible] [illegible]liges.

*Rhythmorum varietas in sanis corporib. quid indicet.* R[illegible] morum ve[illegible] varietas in corporib[illegible] nis, æ[illegible], sexus, t[illegible] & al[illegible] animi [illegible]ssionum iudicium ext[illegible] Tant[illegible] mutati[illegible] ab vno rhythmo naturali in alium. [illegible] num d[illegible] torent, quanto largiorem recessum à debito rhythmo effecerit. Qua in re sciēdum est, quod rhythmi pro distensionis ad cotractionem excessu, & contractionis ad distensionem, vsus augmentum vel decrementum indicant: ob idq; nullus culpandus est, qui proprius ac natiuus fuerit: Nam quod cuiq; naturale est, noxa vacat, at tamen culpandi sunt, qui alieni exsistunt, quod citra noxam non fiant, & eo plus debent culpari, quo magis alieni & extranei fuerint, vt iure echrhythmus heterorhythmo, & heterorhythmus pararhythmo deterior censeatur: in summa is pulsus, qui è proprio decedit, tanto deterior est, quanto largiorem recessum fecerit, aut ad omnino contrarium.

## Capvt VII.

G Quid ex inæqualitatibus systematis prædicere liceat.

*Inæqualitatis systematicæ quæ causæ.* SYSTEMATICA inæqualitas, quam ex pluribus pulsationibus, varius ac inter se diuersis fieri dictum est, duplicem sortitur causam, quarum *Vnam* ad instrumenti vitium reduximus; *Alteram* vero ad facultatis incommodum. Instrumentum tamen ineptum fieri etiam dictum est, A 621 compressione, obstructione, aut plenitudine: sic & facultas vel onere premitur, vel distrahitur, vel euerso proprio temperamento, imbecillior efficitur.

Quibus sic in memoriam reuocatis, cum præsagandi & curandi optima & fidelis ratio ex cognitione cuiusq; harum causarum dependeat, ob id, eas omnes & singulas ex singulis differentiis huius inæqualitatis cognoscere opus erit. *Inæqualitas systematica, inæqualiter facta minus periculosa, & cur. Periculi vnde cognoscatur.* In primis itaq; scito, systematicam inæqualitatem, inæqualiter factam, minus grauem esse, quod instrumenti vitium plerunq; significet, quam ea sit, quæ æqualiter fit, eo quod plerunq; à vitio facultatis suboriatur. Itaq; statuendum est systematicas inæqualitates, quæ ex vitio instrumenti succrescunt, alias magis, alias vero minus periculosas exsistere, quod profecto venaberis ex maiori aut minori inæqualitate; nam maiores & plures inæqualitates, maiorem obstructionem *quæ grauior est, quo propinquior cordi exstiterit* ostendent, & minores ac pauciores minorem aut à cord[e] di-B stantiorem. Qua sane causa [c]ognita, fac[illegible], graue aut minus graue periculum prædicere, &

[illegible] & mag[illegible] [illegible] mitio- [illegible] curationem [illegible] e. Ce[illegible] a est, maiore [illegible] efficere [illegible] quæ arteriarum [illegible] corpus, aut e[illegible] [illegible] humores crassi ac vis[illegible] fuerint, ho[illegible] corporis cond[illegible] [illegible] omnibus [illegible] indicabi[illegible] co[illegible] [illegible] vel [illegible] sanguinis [illegible] sanguine misso [illegible] copis vero cau[illegible] ficationibus, & alus præcidit, quæ [illegible] eant præcauendi e[illegible].

[illegible] tur [illegible] docere, [illegible] [illegible] modum quis exacte perpendat. G[illegible] uitates [illegible] & facultatum molest[illegible], [illegible] æqualitate omnis generis n[illegible], [illegible] præualente fiūt facultat[illegible], minus pernicio[illegible] [illegible]. Verum si inferior ac deuicta fuerit, periculosior exsistit: C primum quidem nosces [illegible] si plures [illegible] pulsationes maiores, celeriores, crebriores, & vehementiores, quam contrariæ: quia in pugna naturam vincere monstratur, quod si contrariæ præualuerint, perniciosum fore affectum prædicito.

Cum vero debilitas ob facultatis distractionem succreuerit, inæqualitatem efficit, quam multis rationibus periculosam iudicamus, eo quod semper hoc facultatis vitiū à caussis in corde exsistentibus contrariis proficiscatur: quod ad cog- D nitionem & curationem perdifficile exsistat, & summopere facultatem labefactet ac perdat. *Inæqualitates systematicæ anonymæ quid indicent.* Sed cum inæ[qu]alitates anonymæ iis cordis affectionibus semper adiunctæ sint, & eadem quoque à grauata facultate & vitio instrumenti prodeāt, docendum est, qua via, vtrum horum sit, distingui possit: Quod quidem facies, si expenderis, semper affectionib. cordis adiunctam esse exsolutionem & syncopin, ex quo affectu malum maiori ex parte prædicere licet, quod Hippocr. protulerat dicens: *Qui frequenter ac fortiter absq; causa manifesta exsoluuntur, repente moriuntur*: qua sententia oēs præsagare in huiusmodi affectionibus, verens & præcauens, ne laborans inopinato intereat, quod multis accidisse scio, ob ignorationem huius doctrinæ.

*Debilitas essentialis quos edat pulsus.* Essentialis præterea debilitas tales efficit pulsus, qualis ipsa fuerit, aut quanta; nam cum hæc plerunque ex dissolutiōe temperamenti cordis prodeat, si dissolutio parua sit, paruos & languidos edit pulsus: si maior vero, paruos, tardos, crebros, & insigniter languidos: qui tamen hanc excessent, adeo vt digitos arteria ferre non possit, myuros omnino parit; qui si nō reciproci fuerint, maiorem adhuc dissolutionem ostendunt, sed longe maiorem intermittentes, & insuper maximam deficientes ex totu, non quidem ad sensum tantummodu: Nam eo tempore periculosior est intermissio. *quia est omnimoda actionu priuatio*) quā E deficientia ad sensum, quæ non vt intermissio ob raritatem & naturæ otium, sed ob paruitatem, quæ non omnimodam cessationem, sed diminutam actionem commonstrat. *Intermittentes pulsus, & qui sint eorum causæ, si [illegible] [illegible]gium.* Itaque si solum ad sensum deficientes sint, intermittentibus sunt minus graues, *vt Galeno placere constat*. Quid vero ex quaq; harum differ[en]tiarum prædicendum sit, tam audies. Intermittentes quidem pulsus proficiscuntur ab instrumentorum valida obstructione, vel à debili facultate, quo tamen modo id

discerni possit, iam audies. Quippe dum vitium instrumentorum in causa est, magnitudinem ex toto pulsus non amittunt, nec vehementiam, nisi obstructionis causa in corde vel prope ipsum steterit. Quod euidenter monstrabit syncopis superueniens accessus. Verum si à facultatis impotentia pulsuum intermissio subsit, languidiores ap parebunt, inter quos hi sunt minus periculosi, qui vnius ictus spatium nō transgrediuntur in intermissione: alii vero periculosiores, qui plus temporis consumserunt, & quãto tempus fuerit maius, tanto grauius erit periculum quos quidem tertiæ pulsationis spatium viuo animali transire non concedit Gal. haud secus, quã in apoplexia, ex difficili respiratione contingit, quam tanto grauiorem iudicamus, quanto difficiliorem obtinuerit respirationem, adeo vt Hippoc. proferat *fortem apoplexiam solnere, esse impossibile.* Studebis tamen distinguere, num ex natura sua pulsus sit intermittens: in iuuenibus enim ideo sunt lethales, vt rarum sit, vnum vidisse eo pulsu superstitē: quod in senib. & pueris frequenter innoxie contigisse cernimus. *In morbis enim*, inquit Hippocrates, *minus periclitantur, &c.* Sicenim cum pueri & senes imbecillas habent vires, mirum non est, si ex facili causa in intermissioné pulsus prolabantur: quippe leuer intemperies & obstructiones haud difficulter pueris & senibus obesse comperimus. Distinguent tamen à natura, an à morbo sit, ex aliis signis, quæ vel morbi vehementiam vel naturam attestantur.

Intermittentes quando sint lethales.

Huius quoq; censũs est pulsus deficiens, & aliquo modo periculosior, quod grauiorem facultatem iacturam monstret, dummodo non solùm ad sensum deficiat, vt superius exposuimus, sed re vera deficientes sint, qui tanto grauiores existunt, quanto inquã grauius est, nihil posse, quãm per intervalla posse. Neq; huic sententiæ aduersatur Galeni locus *lib. 2. de causis pulsuum, cap. 4.* vbi falsus est. *inaequalium perniciosissimum esse intermittentem, si duarum pulsationum spatium excedat*: nam tacite includit, si intermittens est ita grauis, grauiorem esse, qui omnino deficit. Siquidem deficiens ex toto iam est factus intermittens, quia si deficit re vera, proculdubio intermittit, licet deficiens ob paruitatem intermittat, quod grauius est, alter vero ob raritatem. Qua quidem ratione etiam censeo Galenum nomine intermittentis inclusisse vtrumq; & ob id non protulisse seorsum vtriusq; sententiam. Inter quos profecto reciproci sunt minus graues & minus profecto, quàm intermittentes, vno ictu. Etenim his pulsibus manum admouentes, & denuo amouentes, rursus pulsanter arterias deprehendemus: quod si id non accidat, abolitum ex toto, nō deficientem iudicabimus, qui profecto deficienti deterior existit: est enim abolitio totius actionis priuatio, defectio vero ad sensum dicta dimidiæ solum deperditio. Sic enim priuationem intelligere oportet, quia vera priuatio vitio homini nunquam contingit diu durare, *vt Galeno placet lib. 1. de præsagatione ex pulsibus cap. 3.* Atq; licet ad senium languidis [illegible] laboranti accidat, mortis est præludium, si vero sano, ingentis syncopis aut grandi[s] [illegible] mali nuntium existit. Sed quanto tempore pulsus intermittens teneatur intermittere, vt periculum ostendat, non satis constat, ni pri[...] [illegible] ... deat tantas ab inte[...] [illegible] cuerat *lib. 2. de præsagat. ex pulsib. cap. 4.* [...] tas æqualitas semper adiuncta [...] vero inæqualitati & longioris [...] vt mox referam. Ex quo constat euiden[...] tatem plerunq; ab vsu diminuto pro[...] termissionem à facultate, quæ dete[...] quo fit, vt longe diuer[...] sit præsa[...] Quanto enim minus graue est, [...] quod vsus nō excitet potentiam ad [...] ipsam (*etiamsi excitetur* non se[...]) velum detectam procedere tant[...] missio raritate est periculosi[o]r. Q[...] turmor sit semper mora intermissionis, [...] ritatis. Quà in re sciendum est, quod [...] fortis non soluitur, & leuis non fac[...] pulsus, qui diu ausertur, letha[...] & qui breuiter, nō leue negotium facess[...] modo diuturnam motam intelligam [...] tria excedit ad summum tempora, breu[...] quæ infra duo tempora est. In qua sane [...] tum elicias præsagium, ætatem co[...] sules [...] ram: non nulli enim, licet iuuenes sint [...] natura intermittentiam aliquam habe[...] sit, *vt Galenus aduertit lib. de præsagat. ad P[...] prope fin.* sicut alii nouam quandam ran[...] termissioni persimilem, quæ licet pen[...] sit, non quidem adeo ac intermissio.

Deficientes pulsus qui, & quid indicent.

Deficientes ad sensum minus graues, quam intermittentes.

Intermittentia an natura sit.

At Asphigia (*siue duntina intermissio, aut omnimoda deficientia, idem enim sunt, etiamsi diuerso modo fiat*) licet non omnes morituros corripiat, plures tamen apprehendit, quosdam pauco ante obitum tempore, quosdam vero paulo plus antea, quàm sint in agone: vtcunq; sit, omnium symptomatum est horrendissimum, & certũ mortis præludium, etiamsi adsint alia signa, quæ ficta quadam apparenti securitatem videantur promittere.

Asphygia omnium prænuntius.

Intercurrens vero pulsus omniũ inæqualium [...] securissimus existit, quod validam arguat facultatem, licet aggrauatam, tamen vincentem, & ob id bonæ spei est in crisibus, vt paulo inferius docebo.

## CAPVT VIII.

### Ex inæqualitate singulari quid prædicere liceat.

INAEQVALITAS sane singularis longe deteriorē in morbis præstat exitum, quàm collectiua, licet consimili modo ambæ inæqualitates idem possint monstrare habeant. Quamobrē ex quauis specie singularis inæqualitas proximiorem licet prædicere mortem: Nam grauior est causa, quæ neq; vnicam pulsationem integram & æqualem sinit permittit, ea quæ inæqualitatem non in omnibus, sed in aliquibus præstat. Nam sicut Galenus habet *lib. 2. de præsagatione ex pulsibus, cap. 4.* inæqualem in vno pulsu intermittentem, ad eam, quæ in pluribus intermittit comparans, collectiua perniciosa est, perniciosior proculdubio erit singularis: quod sane dogm[a] non semper esse [ve]rum arbitror, [qu]andum ambæ intermissiones languida prodeant facultate, quia grauius [pro]fecto est, ne vnum quidem [i]ctum integrũ posse efficere, quam inter plures vno priuari. Cum hoc tamen dũ vitio instrumenti prodit, nō semper [e]st inter-

*Inæqualitas singularis quid indicet.*

intermissio in vno ictu periculosa: quia salubritatem aliquando promittit, vt caprizãs, qui ex hoc genere est, siquidem motus quieti solum intersecatur, non tamen omnino abolετur, quod in duas partes diuidatur, cum hoc tamé siue ex humorum copia, seu compressione, siue oppressione, seu obstructione, seu inæquali cordis intemperie mouere impediatur facultas, non leuiter, sed quam maxime eam offendi nobis indicatur.

F Sed vt certa sit ex hac inæqualitate præsagatio, expendenda est, affectus conditio & magnitudo, causæ etiam efficacia: quippe si sequens motus à quiete, quæ intersecat motum, celerior sit & vehementior, naturam voti compotem euasuram coniicies: si vero nec celer, nec vehemens sit, maxime prauum esse scito: necest par præsagandi ratio ex magnitudine & diuturn, & ob id consulto prætermitto. Præterea quietis tempus, quo prolixius est, eo deteriorem efficit intermittentem in vno pulsu.

Sic impares citati, myuri & dicroti perniciosissimi sunt, sed dicroti impuritatem humorum apertissime ostendunt. Quos sane licet ad systematicos antea reduxerim, non est ab re inter singulares referre, ob rationes à me superius adductas. Itaq; exacte velit de inæqualibus iudicium proferre, caulatum tractationem in memoriam reuocet: Nam hac via cognita causæ vehementia, facile poterit, quantum vires superet morbus, aut superetur ab eis, nosse, quæ est certissima præsagandi norma.

G

## Capvt IX.

## Ordo & ordinis perturbatio quid monstrent.

ORDINEM si quis duobus modis considerct (*vno in rebus naturaliter se habentibus, alio vero in rebus præter naturam*) reperiet facile; quanium recessent à naturæ ...itutis, tantum etiam deteriorem fore: Nam quæ naturalia sunt, quo ordinatiora fuerint, eo præstantiora. Præterea repetiet Gal. decretum, vt multi falso intelligunt, esse in hac re à veritate & à seipso diuersum, cum *lib. 2. de causis pulsuum, cap. 14.* asserat: *Insuper ordo vt æqualitas natura, si quid aliud familiaris est*: & ob id censet ordinem in pulsibus inæqualibus minus mali ostendere. Nos tamen Hippocr. & veritati innitentes arbitramur, ordinem in rebus præternaturam deteriorem esse deordinatione: dummodo inæqualitas ordinata eiusdem sit speciei cum inordinata, & rursus ab æquali causa prodeat, vt optime aduertit Galenus *lib. 2. de præsag. ex puls. cap. vlt.* Nam si dispares sint, mirũ non est, inæqualem ob intermissionem deteriorem esse ordinato & inæquali inter magnitudinem & paruitatem. Verum si inæqualitas sit eiusdem speciei & ab æquali causa (*quod ex pulsus pluribus & frequentioribus differentiis, ex his, quæ deteriores sunt, cognosces, vel ex minoribus & paucioribus*) prodiens, proculdubio ordinatus deterior erit inordinato. Arguit quidem ordinatio in rebus non naturalib. fixionem & stabilitatem causæ: nam obstructiones, compressiones, repletiones, debilitates, si fixæ sunt & stabilitæ, ordinatas periodos statuunt: si vero instabiles, inordinatas. Quantum vero sit graue in malis causam fixam esse, & firmam potius, quàm mobilem & naturæ motibus obsequẽtem, nemo

*A 623*

*Ordo in reb. præter naturam deterior deordinatione.*

B

est, qui ambigat. Quam sententiam promulgauerat Hippoc. *4. aphoris. 30.* dicens: *Quæcunq; hora febris dimiserit, si eadem cras occupauerit, iudicium habet difficile*: sic profecto pulsus, qui perpetuo est paruus aut languidus, vel in his ordinatus cum inæqualitate, multo est deterior eo, qui aliquando magnus, nunc languidus, nunc vehemens inordinatus: quare cum certum sit, ordinem à natura aliquando fieri, & non nunquam à rebus contra naturam, statuendum est, cum ordinem laudabilem esse, qui in rebus naturalibus reperitur: in reliquis vero secus rem se habere, ita vt quanto sint deteriores, tanto ordinẽ arbitremur esse malum. Ratio est potissima, quia difficulter soluitur causa, quæ fixa est & radicata, præterquam quod arguit dominium supra vires, & cũ hoc certius est, quod ex ordinatis prædicimus, quàm id quod ex inordinatis, ob causæ instabilitatem, vt ex Gal. euidenter constat *lib. 2. de præsagat. ex puls. cap. vlt.*

*Ordo in rebus naturalibus semper laudabilis: in rebus præter naturam quanto maior, eo deterior.*

C

Ordinis quidem perturbatio non adeo mala est in optimis pulsibus, ac in malis ordinatio: in vtrisq; tamen perturbatio ordinis dubium & inconstans præstat iudicium. Nam cum constet, deordinationem firmas causas non habere, & quod firmum non est, facile soluatur, ob id in bonis pulsibus, & non admodum malis inæqualitatibus, non est adeo magni pendenda, in deterrimis vero non parum æstimanda. Sed vt huius rei rationem reddamus, quoniam fluxibiles & solubiles sunt causæ deordinationis, possuntq; ex nobilioribus partibus transire in ignobiliores, & eo pacto nõ esse periculosæ: possunt etiam ex ignobilioribus migrare in nobiliores, & tunc non vacare periculo; ideirco incerta est, & dubia deordinationis significatio. Cæterum vt rem concludam, ordo certus est index boni vel mali: boni quidem in bonis pulsibus: mali vero in contrariis. Ordinis tamen perturbatio incertus est boni vel mali index, & ob id diligẽtior est habenda animaduersio ad genera & species pulsuum, quàm ad ordinem, seu ordinis perturbationem, quæ neque quicquam certi habent, sed omnis eius vis & efficacia ex bonitate vel malitia eius, cui adiungitur, pendet.

*Ordinis perturbatio non adeo mala, ac in optimis pulsibus adeo mala, ac in malis ordinatio.*

D

*Ordo certus est index boni vel mali.*

*Ordinis perturbatio incertus est index boni aut mali.*

## Capvt X.

## Quid pulsus ex complicata inæqualitate constantes indicent.

SVNT inter pulsus complicatos inæquales, qui nomine careant, quorum hac in parte meminisse non placuit. Verũ ex his, qui nomẽ fortiuntur, *Vndosus* minus mali ostendit, quinimo sæpe bonũ profert, nam monstrat nimiam humiditatem, cuius occasione in febribus haud raro naturæ promittit sudores criticos, si præcesserint coctiones, maxime si pulsus altitudinẽ & vehementiam præ se ferat. Ostendit itaq; vndosus morbos nimio humore solidas partes irrigantes, cuius naturæ sunt febres pituitosæ, hydropes, & alia id genus affectiones: cum hoc tamen periculosus repetitur aliquando, nimirum, cum in vermiculantem commigrat; signum quidem facultatis, quæ prosternitur, licet ex toto non deficiat Nam vndosus à facultate sit onere pressa, vermiculans vero magis ab imbecilla, licet vterque ab arteria molli. *Vermiculans* itaque præcedenti deterior multo

E

*Vndosus quas ostendat affectiones, & quomodo sudores promittat, crises.*

Vermiculans quid indicet. & quid ab vndoso differat.

multo exsistit, *vt dictum est*, quod facultatem languidiorem commonstret, idq; vel spirituum resolutione, vt in omnibus immodicis vacuationibus, vtcunq; fiant, reperitur, vel per solidæ substantiæ membri principalis virium, vt in phthisi & emphyemate contingit, nisi durities huiusmodi pulsum obscurauerit, quod in internis inflammationib. quoq; adest, maxime viribus tam languentibus, & duritie non præualente: quippe vermiculans humiditatem & mollitiem amat. Quibus tamen non obstantibus, si ex dissipatione spirituum prodeat, non temere malum pronunciandum est; nam facile vires hac lege solutas refici comperimus, vt sequenti paragrapho de formicantibus latius reperies.

Formicans in febribus & diuturnis affectionibus certum mortis signum.

*Formicans* igitur pulsus, sicut præcedens, si in febribus & aliis affectionibus diuturnis succrescat, certum exsistit mortis signum. Est enim vermiculante longe grauior, quod maius arguat caloris & virtutis dissidium. Acutæ enim febres vermiculantes pulsus non admittunt, quod lente in eis moueatur arteria: id quod vsus adeo auctus non patitur. Cæterum si vterq; à caussis, quæ facultatem subito resoluunt, uboriatur, sed quæ facile emendari possunt, terrorem minime incutere habent: Nam quæ cito resoluontur, cito etiam refici conspicimus: & ob id ne graui pulsus adspectu perterriti decipiamur, hæc omnia distinxisse oportebit.

Caprizãs quid ostendat.

*De caprizante* pulsu proferre certo poterimus victoriam facultatum supra causam morbificam, dum seconda motus pars imbecillior non exsistat: tunc etenim præter id, quod caprizans non est, pugnam nuntiat dubiam, facultate quodammodo tergiuersante.

Serrans quid indicet.

*Serrans* pulsus, nisi ægrotus robustis sit viribus, suppurationem tumoris, aut quid deterius ostendit; & eo magis, quo maior fuerit tumor præter naturam: quod ostendit manifesta serræ figura. Itaq; quo manifestior exstiterit, tanto deterius & certius, quæ diximus, ostendit. Manifestiorem quidem ipsum faciunt tensio & durities, quæ ambu ingẽtem proculdubio tumorem attestantur: qui sane cum viribus robustis suppurationem, citra ipsas vero graue vitæ dispendiũ: grandis enim tumor diutina indiget concoctione, quam sane intra decimum quartum diem affectus natura non admittit, quin in supputationem mox commigret.

Conuulsiui quid indicent.

Inter *conuulsiuos* pulsos alii aliis meliores reperiuntur: quippe, qui post ingentes euacuationes & sudores prodeunt, insanabiles propemodum sunt, maxime si post febrem aliquam diuturnam suboriantur. Verũ qui ex subito aliquo casu prodeunt, minus graue malum portendũt, cum hoc tamen si ex causa externa, velut ex ictu, casu, vel animalis alicuius venenosi morsu subsequantur, tanto erit graue malum, quanto causa sua natura perniciosa, maxime si venenum altius suas radices immiserit; nam si protinus rescindantur, minus mali portendit.

Vibrati quid indicent.

*Vibratus* præterea pulsus plerunq; sanis corporibus, sed expergiscentibus, vel subitu casu perterritis accidit, eo quod dicrotũ æmuletur: Nam licet vibratus expergescentibus dicatur proprius, re vera magis dicrotus est (quod ex contentione vsus fiat) quã vibratus revera, qui ex caussis prædictis prodit. At laborantibus non nisi ex interna inflammatione, vel contendente nimis natura cum causa morbifica, & ob id non semper malum indicat, sed eum prædicta distinctione.

Palpitantes quid indicent.

*Palpitantes* pulsus nõ sunt adeo periculosi, quia causam leuiter persistentem, qualis flatus est, arguunt: quos non raro in pituitosis febribus comperimos, & in senibus, in quib. totum etiam corpus tremit: sed hoc alterius est considerationis.

Trementes quid indicent.

*Trementes* pulsus in febribus, siue ex musculorum tremore, siue corde & arteriis trementibus fiant, semper periculosos haboi: & ob id ingentis mali, vel instantis mortis præludium existimo. Sed peculiariter cerebri inflammationem, aut aliquem eius affectum commonstrant.

Hecticus quid indicet.

*Hecticum* vero pulsum semper affectum diuturnum monstrare comperimus: qualis vero futurus sit morbi exitus, docet virium robur, & laborantis ad ea, quæ offeruntur, promtitudo.

Strepens quid indicet.

*Strepentem* pulsum iudicamus duritiem semper ostendere, & vasorum vacuitatem: quem sane aliquando reperimus in magnis senum febribus, & in iis, qui grandi spasmo corripiuntur, & in aliis etiam corporibus, quæ macilenta sunt, & nutritione indigent.

## Capvt XI.

### De altera præsagandi ex pulsu occasione, quæ ex parte affecta desumitur.

Qvi ex pulsu singulis generibus prædicere sit possibile, dictum est: nunc vero altera præsagandi occasio sese offert, quæ ex membrorum principalium vitiis prodit, sed maxime cordis, vtpote quod principium existit pulsus harmoniæ. Quippe multa in morbis certius prædicere cuiuis licebit, si cordis & reliquarũ partium affectiones exacte perpendisset, maxime profecto cordis; namq; id viscus affectum mille affert pericula, quæ vitare non possumus, ob ignorationem causæ, & partis affectæ. Quamobrem opus erit, paulo diligentius opus hoc expendere, propositis quibusdam regulis pro pulsibus singularum partium dignoscendis.

Cor affectũ mille pericula affert.

Si quis velit exacte, & vt rei natura permisert, particularum omnium nostri corporis pulsus dignoscere, in primis toto animo expendat, pulsus totius corporis nõ immutari simul omnes (*etiam si aliqua particula vehementer laboret*) prius, quam cordi communis efficiatur læsæ partis affectio: cum hoc tamen vicinarum partium pulsus variari optime posse. *Secundo* constat, partes nostri corporis à caussis similibus simili alteratione pulsum immutare, ita vt calfactæ reddant pulsum aucto vsui persimilem: refrigeratæ, diminuto: siccæ quidem ipsum efficiunt durum, & humidæ mollem: compressæ tamen, obstructæ & repletæ inæqualem, sicut inflammatæ tensum. *Vltimo* autem expende, quod licet partes dictæ ea lege pulsum immutare valeant, aliæ profecto plus & manifestius, aliæ vero minus & obscurius id ex sua natura efficiunt, eo quod vel à corde distitæ sint, vel proximiores, vel propria natura ad id efficiẽdum aptæ vel ineptiores exsistãt. Quippe ex partibus quædam natiua forte duræ sunt, aliæ molles, aliæ densæ, aliæ raræ, aliæ multis & magnis vasis prædiæ, aliæ paucis & exilibus, exquisitum

Methodus dignoscendi singularum partium pulsus.

etiam

etiam aliæ sensum habent, aliæ hebetem, aliæ insuper proximiores sunt cordi, & aliæ remotiores. Item aliæ aliis accidentibus obnoxiæ, ita vt pro cuiusque ratione, pulsus obscurius vel manifestius illius particulæ, vel accidentis effigiem repræsentent.

Pulmo quos pulsus edat.

Sic profecto *Pulmo*, vt exemplis res innotescat, tetal factus, si cordi vitium præstiterit, pulsum efficit *magnum, celerem, & crebrum*: & refrigeratus huic contrarium, siccus *durum*, humectus vero *mollem*. Et hoc etiam eosdem, si affluxus materiæ ad pulmonẽ prolapsæ fuerit, præterquam quod si crassa fuerit, inæquales ex oppressione aut obstructione quoq; faciet: si vero tenuis, non admodum. Quod si in leues pulmonis arterias defluat, duros quidem progignet; At si diu perstiterit in quolibet temperamentotum, periculum est, ne facultas prolabatur, & pulsus ob id fiant languidi & parui.

Thorax affectus quos pulsus edat.

*Thorax* eodem modo pulsum immutat, sed obscurius quod à corde magis distet. At *musculi* eius ob aliqualem mollitiem, quam habent, inæquales non pariunt pulsus, & eo, quod vasa habeant admodum exigua. *Tunica* vero, quæ ipsum ambit, duros & tensos, eo quod densiori substantiæ intexta sit: quo fit, vt in pleuritide duriut appareat pulsus, quam in peripneumonia, licet cordi pulmo vicinior sit. Sic *diaphragma* duriores, paruos, tensos, & ob calorem creberrimos efficit.

Hepar affectum quos pulsus edat.

*Hepar* licet longe à corde distet, tamen ob venæ cauæ cõsortium valide pulsum immutat, maxime in inflammationibus, in quibus duriores efficit, quam pulmo: cum hoc tamen duriores parit thoracis inflammatio, quàm iecoris. At in scirrho iecoris pulsus durus erit, non tamen tonnulsiuus: & si accesserit hydrops, signum erit tensio cum mollitie in pulsibus, quia mixta affectio id iure expostulat.

Ventriculi os affectum quos pulsus edat.

*Ventriculi os* (quia eius corpus, vt reliquæ partes, pulsum immutat) vt diaphragma pulsum euertit, sed minus, quod nerui ad os ventris pertinentes molliores sint: quo fit, vt tensione & duritie diaphragmati cedat, non autem crebritate, quæ in hac parte nimium augetur, ob doloris vehementiam, quod neruos habeat exquisitissimi sensus. At si confluat quoq; in ipsum ventris os humoris copia, fieri etiam inæquales certum est, si vero præ dolore & anxietate vires soluantur, crebri insuper erunt, languidi & parui.

Vterus & vesica si afficiantur, quos pulsus edant.

*Vterus* autem & *Vesica* licet eiusdem substantiæ videantur, differunt; quod vteri interior tunica mollior existat: quo fit, vt huius intemperantiæ & tumores magis ob consortium augeant, & mutent pulsum. At *Vesica tumores* ob tunicæ densitatem duriores & tensi fiunt: qua propter idonea est maiores dolores excitare, quàm vterus, ad cuius pensum pulsuum mutationes extimare oportet.

Cerebrũ affectum quos pulsus edat.

*Cerebrum* autem, vt variis constat partibus, ita profecto quælibet peculiarem infert in pulsus alterationem, partim affectioni, partim vero affectæ parti respondentem. Sic etenim calidum cerebri intemperamentum delirium parit, frigidum fatuitatẽ, humidum comatosum affectum, siccũ vigiliam: ita prorsus calidũ simul & siccum delirium cum vigilia, calidum & humidum, delirium cum sopore, frigidum cum siccitate, catalepsim, frigidum autẽ & humidum, carum cum fatuitate. In quibus sane intemperantiis eosdem comperies pulsus, quos pulmoni intemperato posse succrescere diximus: in calido nimirũ magnos, celeres, & crebros: in frigido contrarios: in sicco duros, & in humido molles. Dum vero aliis morbis corripitur, varios profecto edit pulsus: cæterum eos memorauimus antea in phrenitide, & aliis cerebri affectionibus, & ob id ab eorum tractatione hac in parte supersedeo.

## Capvt XII.

## Cordis affectiones quos Pulsus edant.

Cordis affectiones triplices.

PLACVIT affectionibus huius membri peculiare caput dicare, vtpote quod principale sit huius artificii agẽs, & grauissimas præstet corpori affectiones, & ob id peculiarem requirat in artifice diligentiam. Cor igitur vt quoduis aliud membrum *Soluitur*, aut *Tumore afficitur*, vel mille *Intemperamentorum* generibus subuertitur: quorum vitiorum prima duo citra syncopem & mortem diu ferre non potest: quamobrem de iis hac in parte nihil agere studui. Cæterum circa vitia, quæ in intemperie sita sunt, expendere oportet, raro pulsum mutari, nisi arteriæ quoq; compatiantur, sed vix cor pati quicquam potest, quin mox arteriis sua vitia impertiatur: quo fit, vt ex amborum vitiis, & eorum, quæ vel contenta in corde, vel vicinia existunt, multa prodeant intemperamẽti genera: quæ si quis recte teneat, ad amussimq; penitus, facile varia mala, quæ multis inopinato accidunt, intelliget, & præcauebit.

Intemperamẽti cordis varia genera vada.

Cordis intemperamentum primũ quos edat pulsus.

Primum sane intemperamenti genus succrescit cordi, cum eius substantia calida existit, longe magis, quam laborantis naturę cõueniat. Quo tempore necesse est pulsus fieri languidos, quia omnis immoderata distemperies deficit actum propriæ virtutis: qua etiam ratione necessum est fore paruos: quippe ad magnos efficiendos viribus opus est. Nec sat profecto est, vt magni fiant, cordis substantiam calidam esse, nam quantumuis incalescat, vsus adauctus non est: & ob id iure optimo pulsus supersunt parui, solum enim contenta dum incalescunt, vsum adaugere nata esse arbitramur. Verũ quia à debita magnitudine ob adductam rationem plurimum detrahitur, succrescunt protinus pulsui frequentia & celeritas, licet minus celer existat ob eandẽ facultatis impotentiam, si plurimum deiecta sit; quo tempore crebritate maxima defectum celeritatis compẽsat natura. Quæ sane dogmata intelligenda esse arbitror, dum partes aliquas solum incalescere contingit: nam si totum cordis corpus incalescat, aut, vt rectius loquar, incaluerit, in hecticam febrem affectum commigrasse existimandum erit. Nobis tamen non est in animo hac in parte exponere aliud pręter ingentem substantiæ cordis excalfactionem, quæ nondum in habitualem commigrauit; velut contingit iis, qui ex exurente causone eualuerunt, in quo facta sufficienti vacuatione, quæ materiam vsum adaugentẽ deponat, superest plerumq; in corde huiusmodi calidum intemperamentum; non quidem in habitu, sed in dispositione. Quæ sane res commonefacit nos cordis intęmperamento prouidere, potius quam frequentibus vacuationibus intim, quæ habitualem assolent accersere calorem.

Secun-

F Secundũ.

*Secundum* genus cõtinet etiam calidum cordis intemperamentum, ſed nõ in propria ipſius ſubſtantia, ſed in humoribus ac ſpiritibus, in quibus cõtineri vſum antea dictum eſt. Quæ ſane diſpoſitio pulſum efficit magnum, ac ſi vſus creſcat, celerem; & ſi adhuc amplius, crebrum: quæ differentiæ calorem tantum fuiſſe adauctum in ſanguine & ſpiritibus cordis atteſtantur.

Tertium.

*Tertium* fit, dum cordis contenta calida exſiſtunt, & cum hoc arteriæ frigiditate nimia algēt; vt iis accidit, qui venas habēt aut partes carneas, tempore frigido imbutas; vel qui cum hyberno tempore febricitent, refrigerationem quærentes aeri nimis frigido ſe exponunt, aut in locis plus iuſto frigidioribus degunt, aut in aquā frigidam manus pedeſq; immergunt. In iis quidem pulſus fiunt in omnibus differentiis moderati: quippe arteria frigida à calidis contentis calfacta, medium nacta temperamentum, moderatum etiam edit pulſum, licet medium illud naturale non ſit, niſi per æqualem exceſſum cõtrariarum qualitatum in diuerſis partibus exſiſtentium: neq; pulſus G reuera medius exſiſtit, ſed talis per contrarii temperationem efficitur. Quod ſane tale eſſe, facile diſces, ſi tungeſq; à moderato & naturali pulſu, ſi altera manu carpum tenueris, & altera motum cordis attenderis, tunc ſane comperies, motum cordis longe maiorem & celeriorem eſſe, quàm is ſit, quem arteriæ edunt, vt in pleriſq; febrium pituitoſarum conſpicimus: quæ profecto multos ob ignorationē huius præcepti deceperunt, exiſtimantes febre carere, cum ex cordis ſaltu conſtet ipſos vehementer conqueri de ingenti cordis calore, & prædicto ſaltu: ſignum alioqui maniA 626 feſtiſſimum prædictæ affectionis.

Quartũ.

*Quartum* vero genus continet cordis ſubſtantiam calidam, & contenta frigida. Quæ ſane intemperies, ſi ex æquo in vtramq; partem vergat, mediũ in celeritate & crebritate efficiet pulſum, & paruum etiam ac debilem, quãto intemperies ſubſtantiæ cordis maior exſtiterit. Quæ profecto febres, *vt Galenus auctor eſt lib. 3. de præſagatione ex pulſibus, cap. 3.* vel optimos Medicos fallunt, vt ſuis temporibus in quadam peſtilentia cõtigiſſe narrat, in qua putredo confeſtim cordis corpus occupabat, & incaleſcebat: erant quidem pulſus moderatis ſimiles: & laborantes ſe febrire nõ B ſentiebant. Verum ſi altera alteram excedat, tanto magis pulſus conditionem eius; quæ auctior eſt, oſtendet. Quippe cordis ſubſtantia calida ſi præualeat, languidos, vt in primo genere dictum eſt, edet pulſus: verum ſi contentorum frigiditas præſit, longe diuerſos pariet, *vt paulo inferius docebo.*

Quintũ.

*Quintum* autē genus prodit ex cordis ſubſtantia frigida, quæ proculdubio pulſus edit paruos, tardos, & imbecilles: quippe quod vſum hæc frigiditas imminuere habeat, & facultatem nimis languidam reddere: cum hoc tamen crebros aliquando efficit, quoniã licet refrigeratione opus non habeat, calor tamen ventilationem ob ſpirituum regenerationem expoſtulat, quorum occaſione crebro moueri opus habet.

Sextum.

*Sextum* intemperamentũ fit, dum cordis contenta frigida exſiſtunt, quæ ſane vſum diminutum efficiunt, & pulſus creant paruos, tardos, & raros. In quo ſane intemperamento expendendum eſt, primo pollere raritatem, ſecundo tarditatem, & paruitatem vltimo: quod eſſe maximi momenti arbitror, ad rationem diminuti vſus venandam ex pulſu: cum aliud longe ſit vſum naturalem imminui, aut præter naturam adauctum decreſcere.

C Septimũ.

*Septimum* prodit ex contentis frigidis, & ex calidis arteriis. Qui ſane complexus pulſus efficit moderatis ſimilimos, fucata tamen moderatione. Succreſcunt enim prædicti pulſus iis corporibus, quibus pituita in pulmone acerbatur, ante tamen quam putreſcat.

Octauũ.

*Octauum* vero conſtituunt ſubſtantia cordis frigida, & eius contenta calida, qui ſtatus moderatos quoq; efficit pulſus in celeritate & crebritate, languidos tamen & paruos ob frigidum intemperamentum; nam vſui adaucto ſatis eſt moderata celeritas & crebritas, cui affectioni plerumq; febres ephemeræ ſuccreſcunt.

Nonum.

*Nonum* conſtituit cor frigidum, fumoſis tamen vaporibus plenum, quod ſane intemperamentum rhythmum variare certum eſt: quippe efficit contractionem diſtenſione maiorem & celeriorem, & pari penſu internam quietem externa D productiorem.

Decimũ. Inæqualitas duplex.

*Decimum* fit, dum cordis corpus inæquali intemperamento afficitur, quod parit dicrotos, & inæquales in omni genere. Cum autem duplex ſit inæqualitas, altera corporis cordis, altera vero humorum: hanc tamen fieri cum cordis tremore (*quod certantibus ad inuicem cauſis ex pugna inordinate & valide moueantur, quaſi nitentes ad inuicem ſe pellere*) diſces, illã vero extra ipſum: & rurſus diſtingues, ex hac cauſa inæqualitatem proficiſci, & non ex compreſſione vel obſtructione, quas diximus eſſe potiſſimas inæqualitatis cauſſas, quod obſtructio vel compreſſio ſemper ſibi comitem habent aliquem affectum ex iis, qui præter intemperamenti morbum, affectum quoque figuræ nati ſunt efficere, vt tumor præter naturam, & alii huius claſſis. Sed cordis vel contentorum intemperamenta citra figuræ vitium inæqualitates pariunt, quod cognoſces ex eo, quod nulla ſubſint alterius affectionis ſigna.

E Vndecimum.

*Vltimum* vero cordis intemperamentum ſiccum eſt, quod diſces ex duro pulſu, ſicut humidum ex molli: quod ſi ex vtroq; medium conſtet intemperamentum, neceſſum eſt, vt arteriæ magis participēt cordis affectionem, quam econtra: nam intelligendum eſt, cor non poſſe ſiccum eſſe ſimul & humidum, ſed inæqualitatem proficiſci ex corde ſicco, & humidis arteriis: tunc enim arteriæ participabunt magis vitio cordis, quàm è conuerſo.

## CAPVT XIII.

### Febres quos Pulſus edant.

EST proculdubio difficilimum, exacte noſſe, quos pulſus efficere quæuis febrium poſſit: ſed quantum eſt difficile, tantum quidem proficuum exſiſtit & neceſſarium. Turpe profecto eſt F in omnibus rebus & turpius in Medicina, in iis, quæ vulgaria ſunt, hallucinari: nihil enim frequentius hominibus contingit, quàm febrire, ac nihil rurſus eſſet Medico inhoneſtius, quàm febrem non cognoſcere. Quamobrem neceſſum erit, omni diligentia huic negotio incumbere,

Iul

*Pulsus febrium duplices: Communes & Proprii.*

In qua sane se expend[illegible] p[illegible] op[illegible] inter [illegible] febrem [illegible] est [illegible] bus *Communes* [illegible] præ[illegible] naturam, v[illegible] genus [illegible] mu[illegible] quos [illegible] & pe[illegible] quem visu ad [illegible] proprium & [illegible] d[illegible] ximus, [illegible] d quia [illegible] adauctus [illegible] ca[illegible] ictum, & etiam [illegible] mu[illegible] ob [illegible] p[illegible] necessum [illegible] cti p[illegible] dximus esse [illegible] lere, & [illegible] quer[illegible] etiam caloris ad [illegible] G renti [illegible] brem constituit in genere. C[illegible] t[illegible] co[illegible] est apud auctores, vt [illegible] con[illegible] qui [illegible] licat [illegible] brem cal[illegible] v[illegible] su[illegible] to[illegible] iungere. In qua quidem [illegible] pe[illegible], magnitudinem, celeritatem, & fre[illegible] tc[illegible] m solum [illegible] onstrare vsum esse adau ctu[illegible] um vero esse ex propria cordis passione qua [illegible] rem constituat, nullo alio signo venari possi[illegible], quam ex certa quidam inæqualitatis specie, quam propriam esse omni calori febrili arbit[illegible] andum [illegible]: hanc etenim [illegible] go suspicor esse eam, [illegible] us meminit Galenus mille in locis, præsertim *lib. 1. de arte curat. ad Glauc. cap. quinto & sexto.*

*Febrilis calor quâ via a quouis augmento caloris seiungi possit.*

A 627 A qua Galenus procul dubio ta[illegible] etur, nec febres adh[illegible] ephemeras posse absolui, etiamsi prædictæ febres obscuram habeant huiusmodi inæqualitatem. Quam censemos esse, *vt ex Galeni mente constat*, inæqualitatem in vno pulsu, & sub vnico digiti motu continuo: quam quidem fieri omnes fatentur, quod facultas non possit æquali celeritate integrum motum perficere, ob aliquale instrumenti vitium, quod in putridis est euidentissimum, propter compressionem aut obstructionem, à quibus suboriuntur: in ephemeris occultum, quia arteria expeditius se habet, licet non omnino, *vt loco citato Gal. fatetur*: in hecticis vero medio modo se habet; quia instrumentum ob duritiem difficilius à natura agitatur. Quo fit, vt in omnibus febribus celeriter incipiat moueri arteria, & in medio itineris aliquo modo remoretur, B quod naturæ sit onus arteria ipsa, prædictis modis viciata, aut saltem respectu celerioris motus, quem tenetur efficere, vt febrili visui satis faciat, à quo in medio itineris excitata natura celeriorem nititur efficere posteriorem motus partem. Atque hanc arbitramur esse inæqualitatem illam febrilem, à qua nulla febris absoluitur, & quâ mediante à quouis alio calore adaucto seiungitur. Præter dictum signum, quo febrilis calor ab omni alio calore distinguitur, alia etiam signa exquirere oportet in pulsib. quibus febrilis calor in varias febris species diffectus cognoscatur, distinguaturque. Quippe necessum est, vnamquamque febris speciem signum aliquod in pulsu pathognomonicum obtinere, quo ab aliis febribus dissidere censtet, vt latius mox sumus probaturus.

*Febrium genera tria.*

Tria igitur esse febrium genera, omnibus Medicis esse in confesso constat. quapropter tribus quoque modis longe diuersis pulsum alterare ac mutare cõspicimus. Quod profecto facile disces, si expendas, quid in vnaquaque febre ex trib. causis continentibus mutetur: nam cognita causa syC nectica seu continente, quæ in vnaquaque febre mutatur, non erit profecto obscurum nosse, quos pulsus quæuis febrium obtinere videatur.

*Ephemeræ quos pulsus edat.*

E[illegible] ram quidem febri [illegible] o- [illegible] & [illegible] enerationis (*quod omni [illegible] lore præter naturam d[illegible] cuntur*) & ob [illegible] tun[illegible] nentibus in natura dis- p[illegible] quam [illegible] x [illegible] extrin[illegible] [illegible] eant. C[illegible] sima est, & [illegible], neque aliq[illegible] d [illegible] puris fient [illegible] illa [illegible] ephe me- [illegible] esse ad- m[illegible] partim aut [illegible] onus inferant, [illegible] ob [illegible] (*aut duplicem*) cui D satisfacere, & æqu[illegible] te instrumenta mouere impotens [illegible]: non ex sui natura, sed ex visus [illegible] uperantia.

*Hecticarum febrium pulsus.*

In hectica vero febre duabus ex caussis continentibus contingit à medio variari: nam cum tota ratio huius affectus in cordis facto intemperamento sita sit, ne[illegible] ssum procul dubio erit, facultatem plurimum labefactari: quapropter apparet in huiusmodi affectu pulsus debilis & paruus. Verum quia visus quodammodo adaugetur, quia ad febris constitutionem necessum est aliquam cordis substantiam calfieri, & aliquam calfactam esse: in hectica febre spiritus & sanguis calfiunt; ob idque in ea visus erit adauctus, & hac ratione pulsui paruo & debili succrescent celeritas & crebritas. Insuper quia paruitas ob debilitatem facta nequit visui (*etsi secundum naturam existit*) satisfacere: verũ licet Galenus & reliqui Medici solum has duas causas mutari in hectica referant, ego tamen censeo, vsum adauctũ parui esse momenti E ad huius febris constitutionem; quin ponus solum obtinere duas tantum causas ex synecticis, facultatem nimirum imbecillam, & instrumentum durum. Quo solo signo apertius monstratur huius febris natura: sed quia non nisi confirmatu iam malo, instrumenti quoque duritie nosse datur, credendum est, huius causæ non meminisse auctores, quia necessum non erat mox à principio arteriam sensibiliter durescere.

*Putridarum febrium pulsus proprii & familiares qui.*

In putridis vero longe difficilior existit cognoscendi ratio: in quibus experimento & ratione didicimus, omnes tres causas continentes à medio recedere: nam & visus adaugetur, quia humores & spiritus ponuntur in calfacto esse: instrumenta primo & ante ipsum etiam morbum viciantur, quinimo eorum vinium causa est adaucti visus, quod excrementa fuliginosa ob compressionem, obstructionem, aut oppressionẽ arF teriarum non probe expellantur, & quia ob eandem rationem calor non probe ventiletur: quo fit, vt protinus adaugeatur: primo tamen [illegible] sus cõpressionis, quia causa illa prima est in calore excitando. Sic à causæ principio incipit naturæ in ferẽdo subsidio. Itaque; viciantur ob plenitudinem & obstructionem, quæ inseparabil[illegible] est ab omni febre putrida: facultas etenim proc[illegible] dẽte morbo ob immodicũ calorem, & mox à principio. Sed hoc facultatis vitium non est essentiale, vt illud, quod in hectica febre succrescit. Quo fit, vt licet

usus adauctus pulsum expostulet, qualem e phemeras febre habere diximus plerumq; ia lis non appareat, aliarũ caularum continentium vitio & occasione. Qua in re exquirere oportet aliquod inseparabile signum, cuius ratione fac le in cognitionem febris putridæ ce[illegible] deueni possimus. Quod profecto e[illegible] doc[illegible]ina G[illegible]leni haud facile dit[illegible]: nam *primo libro ad Glauc.* [illegible]*ap. de ephem.* & de signis quartanæ, *peculiare*, inq[illegible] *o-mnibus febribus putridis inæqualitatem quandam* [illegible] G *nere, quam ipse febrilem appellat.* Hanc sane expo[illegible], inquit esse *inæqualitatem in vna pulsatione sub vnico digito factam motu continuo, quem pulsum Medici appellant imparem citatum, eius quidem differentia, in qua prima & postrema pars motus celeriores sunt media.* Quam sententiam confirmat lib. *ad Tyrones*, agens de phrenitide, & *libro de præsagatione ad Posthumum.* Verum si quis diligẽter rẽ pensitet, prædictum signum febrili calori, cuiusuis speciei sit, commune existit, licet manifestius appareat in febri- A 628 bus putridis, ob euidentius instrumenti vitium, quod obtinent. Quapropter, licet prædictis locis Galenus videatur asserere proprium esse putridis, varius in hac re conspicitur, si quidẽ ephemeris febribus aliquo modo hanc inæqualitatem pertinere dixit, vt nos antea latius probauimus. Cæterum (licet videatur sibiipsi contrarius) si quis rem hanc velit ex eius mente exhaurire, legat Galenum *libro 1. de different. febrium, cap. 7.* quem locum arbitror Stephanum Atheniensem decepisse, vt crederet, per inæqualitatem febrilem intelligendam esse eam, quæ in rhythmo reperitur ex Galeni mente. Quo loco necessario docet, omnibus febrib. putridis succrescere certam quandam inæqualitatis speciem, tanquam signum proprium & inseparabile. Quam sane inæqualitatem exponit esse in rhythmo, nimirum, omnibus putridis esse proprium, systolem velociorem esse diastole, *vt Galenus lib. 3. de præsagatione ex pulsibus, cap. 6.* id quidem manifestius in incrementis, & non omnino obscurius in principio. B Quod ita fieri arbitrandum est, quia cogitur natura maiores efficere eo tempore dilatationes, ad maiorem aeris copiam attrahendam, quia maior est calor, & cogitur natura celeriorẽ efficere contractionem, licet non sit tanta fuliginum copia, sed solum quia ob maiorem dilatationẽ non ita cito incipere potuit contractionem, & ob id efficit celeriorem. Quod profecto perpetuum fore refert, si pulsus adeo languidus non sit, quod systolem obscuret: quo sane dogmate constat, omnes febres putridas, tanquam inseparabile signum habere rhythmum inæqualem: quibus accedit, externam quietem breuiorem esse, quia facultas ad expulsionem se præparat. Quam te arbitror, febres omnes in genere inæqualitatem, quam diximus, in vno pulsu obtinere, nõ tamen apparere in hecticis, quod pulsus sit paruus: neq; in ephemeris, quod leuis sit prædicta inæqualitas: quinimo [illegible] t properet ad dilatationem, efficitur æque [illegible] c[illegible]tractio, potius quam quod sit par eius nec[illegible]tas, quia leuis est in eis vitio: euidentius tamen [illegible] putridis [illegible] quæ causa fuit, q[illegible]od Galenus a[illegible]traretur ipsis esse propriam. Sed peculiarior [illegible]st putridis ipsis, & nulli alteri febrium speciei communis, ea quæ ex C rh[illegible]thmi inæqualitate produci[illegible] autem Galen

[illegible] lige[illegible] du[illegible] [illegible]tur [illegible]am eõtrarietas, quia preter [illegible] et alia [illegible] [illegible] nimirum, quod ipsius febr[illegible] re. Si[illegible] lius [illegible] [illegible]em, quod & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] q[illegible] [illegible]lago, [illegible] cont[illegible] quo vid[illegible] fore[illegible] [illegible] [illegible] propemtn[illegible] stentionem efficiend[illegible] [illegible]ur amplu[illegible] [illegible], & ca[illegible] [illegible] tur æqualis.

Dictum enim est G[illegible] *in initio* [illegible] *omnino occultari imparitatem rhythmi* [illegible] *gna huius inæqualitatis*: [illegible] p[illegible]ne [illegible] contractionis cum crebritate e[illegible] quod sane perpetuum existit si[illegible] [illegible] accessionum. At in augmento crescit q[illegible] dem celeritas, cæterum cum ma[illegible]itudine [illegible] britate etiam internæ quietis, quo[illegible] est aug[illegible] signum. Verum in vigore succensis i[illegible] uescentibus humoribus, omnia crescun[illegible] c[illegible] tas nimirum contractionis & distensio[illegible] vtraq; crebritate, tam internæ, quam [illegible] quietis: sed magnitudo tunc emicat m[illegible]. Quæ omnia in declinatione minuuntur, & eo magis, quo magis ad integritatem peruentum fuerit.

Sed licet hæc vera sint in omnibus febrib. putridis, magis minusve ea fieri contingit, pro humoris febrem succendentis natura & conditione. Quippe biliosæ febres maiores, celeriores & crebriores habent pulsus, habito ad alias febres respectu. Melancholicæ minores, tardos, rarissimos. Pituitosæ minimos, æque tardos, sed non æque raros: magnitudine enim & celeritate biliosa reliquas excedit, nisi quid aliud obstiterit, vt aliquando assolet. Quo sensu intelligendus est Gal. *lib. de Typu*, qui paruos biliosis refert: quod velim intelligeres ob impedimẽtum aliquod ita accidere: paruitate enim & mollitie excedit pituitosa, raritate melancholica: quæ omnia ita profecto apparẽt, nisi quid vetuerit. Multa enim in febribus succrescunt, quæ pulsus conditionem mutare habent, adeo vt propriam febris illius conditionem omnino obscurent, quorum aliqua hac in parte recensere, non est abs re.

Pulsus obscurant in febrib. quæ mutant.

Primum sane est materiæ frigidæ adscensus ad cor, quæ in principiis accessionum vitali facultate & calore existenti debili, periculũ vitæ apportat, aut fere prædicta febris signa euertit: verum vtcunq; sit, celeritas contractionis [illegible] vera dilatatione ipsa.

2. Est etiã altera mutationis in pulsu occasio, humorum videlicet confluxus ad ventriculos, qui si acres sint, vellicant, si vero crassi, grauãt & opprimunt, adeo vt ptæ accidentiũ, quæ inferunt magnitudine, pulsum omnino immutẽt & obscurẽt.

3. Est *præterea* alia mutationis occasio, recessus nimirum spirituum ad interna viscera [illegible] quo arteriarum [illegible]ompressio obstructio ac extremarum partium [illegible]igerationes subsequuntur a[illegible] ma[illegible]gnæ, vt sui quoq; rat[illegible]ne pulsu[illegible] [illegible]uertant, eumq; in prin[illegible] accessi[illegible]um inæqualem [illegible] mum effi[illegible]iant.

4 Non

4. *Non minus* quidem intempestiua ciborum adhibitio in principio accessionis, pulsum immutat: quippe ipsum reddit, qualem plenitudo efficere nata est, & in bindo pulsum obscurat.

5. Est *præterea* alia mutationis ratio, quando materia, quæ febrem efficit, vno loco quieta, citra rigorem solum cordi transmittit calorem & fuliginem aliqua diei parte, à qua principium sumit febris incrementum. Quo tempore latentes sunt febrium accessiones, quod pulsus ob dictam rationem in principio appareant magni & celeres, licet cum rhythmi inæqualitate. Has sane accessiones in comprehensas immutationes Medici appellant: cuius naturæ censeo esse plerasq; febres, quæ nos decipiunt, non aduertentes accessionis principium, eo quod rigore carere videantur.

6. Vltima vero occasio variationis in pulsu est venenosa aliqua qualitas febri succrescens, quæ sane cum humores in vasis conspurcet, aut vires vitales frangat, fit facile, vt pulsum quoque euertere possit. Pestilentes quidem sunt febres, quæ vt plurimum carbunculis & bubonibus insunt, & reliquæ, quæ vel cordis substantiam, spiritus aut humores venenosa contagione inuadunt: siquidem & hecticæ & ephemeræ pestilentes possunt reperiri febres. Quæ omnes cum vires plurimum dissipent, pulsus habent efficere paruos & languidos, celeres tamen & crebros, quantum vsus fuerit adauctus, & permiserit facultas: cum hoc tamen in ephemeris & humoralibus pestem redolentibus minus languet pulsus, quàm in hectica pestilente: imo aliquando naturam redolet, ob inæquale cordis & arteriarum intemperamentorum. Quæ quidem occasiones plerumq; febrilem inæqualitatem obscurant & euertunt, præualentibus iis, quæ ex venenosa contagione prodeunt.

## Capvt XIV.

## De Crisibus ex Pulsu dignoscendis.

Crisis opera.

Dvo profecto in crisib. scire summopere nobis incumbit. Primum, *an futura sit*: secundum vero *qualis*: Illud quidem, vt nobis non accidat, quod passim imperitis & idiotis euenire conspicimus, qui cùm noctes difficiles & molestas, deliria, difficiles respirationes, vertigines, aurium sonitus, oculorum splendores, lacrymas, vrinæ suppressionem, obliuionem, rigorem, & omnium fere partium dolorem ac molestiã, clamores, querelam, & pleraq; alia signa critima cõspiciunt, perterriti pudorem concipiunt; & quo vertant sua consilia ignorantes, & cum ægroti amicis calamitatem deplorantes, imperitiam detegunt: generosum enim & prudentem Medicum hæc non terrent, sed ea iis futuram, quinimo instantem crisim confidenter prænunciat. Sed nobis hac in parte solum ex pulsu incumbit huiusmodi futuram crisin venari, & ex eiusdem conditionibus qualis futura sit, mõstrare. Erit igitur instante crisi pulsus, qualis pugnante natura fieri debet. Quippe cùm eo tempore natura pugnet cum morbifica causa, vt à laudabili substantia, quod putridum & alienum est, separet, & separatum expellat, fieri id motibus ordinatis est im-

Pulsus instante crisi qualis.

possibile; omnium etenim deordinationem & inæqualitatem efficere est necessum, quantum præter naturam exstiterit morbifica causa. Cuius integram expendisse oportet, duplicem esse in arteriis virtutem expultricem: Vnam de sorte & lege naturalium potentiarum, cui munus est excrementa, & ea, quæ noxia sunt, expellere: alteram vero, quæ fuligines seu fumos ab arteriis tollere, vi & efficacia vitalis potentiæ, media contractione moritur. Primam quidem in morbis crisis operatricem arbitramur, cuius [illegible] succrescere accidentia, quæ [illegible] ipsa separante secernenteque, quod inutile est: ex quo sequitur, vt opera præ[illegible] potentiæ crisio quoq; præmonstrent.

Arteriis vis expultrix duplex est.

1. Crisis operatrix.

Secundam vero facultatem crisin significatricem ex pulsibus esse certo scimus, quo fit, vt certissimum sit crisis instantis signum pulsus inæqualitas & deordinatio citra euidentem causam: nam cum prægressa vacuatione, depositisq; quæ molestabant excrementis, pulsus talis effulget, signum proculdubio est, iterum materiam creuisse, ratioremq; factam esse ob feruorem & ingentem coctionem, cuius ratione instrumenta iterum vitiantur, & facultates adeo grauantur, & moleste ferunt prædictum pondus, vt pulsus fieri nequeat citra inæqualitatem & deordinationem quasi à plenitudine factam. Cui etiam ad iudicii certitudinem firmandam accedit morbi natura acutissima, & status ipsius, ac etiã alia signa, quæ crisin instantem attestantur: nam licet huiusmodi inæqualitates in principiis morborum ob plenitudinem propius appareant, non ob id licebit eo tempore instantem crisin prædicere, sed illud ad instrumenti vitium, quo facultates premuntur, referendum est. At cum deposita plenitudine & iam crescente morbo prædicta mala increscunt, prope esse crisin euidenter constat, ob nuper adductas rationes.

2. Crisis significatrix.

Crisis instantis quæ signa.

Bonam autem crisin vel malam (*præter signa coctionis*) incredibili efficacia & certitudine monstrabit pulsuum inæqualitas, non tamen qualiscunque, sed ad bonam crisin, ea, in qua plures sunt pulsus magni, quàm parui, plures celeres, quàm tardi, plures moderati, quàm crebri, plures vehementes, quàm languidi, cum rhythmis paribus, moderatis, vel celeribus.

Crisin bonam aut malã quæ pulsus inæqualitates ostendant.

Denique ii pulsus, qui quodammodo naturam morbo potentiorem ostendunt, hi proculdubio bonam fore crisin ostendunt: malam vero ea inæqualitas, quæ dictis contraria exsistit, quod naturam deuictam superatamq; euidenter monstrent, maxime si signa contrariæ coctionis accesserint. Verum si pulsus apparuerit extreme languidus & paruus, vrinaque cum hoc omnino cruda exstiterit, indubitatum erit mortis sine crisi præludium. Vnum tamen in hac re animaduersum velim; nimirum, rhythmi paritatem ad crisin optimam prædicendam eandem habere vim & efficaciam, ac habent signa coctionis in excrementis, & imparitatem, in qua contractio dilatationem celeritate superat eandem, ac habent signa contrariæ coctionis ad determinam prædicendam. Arguit quidem rhythmi paritas calorem natiuum superiorem euadere, & putredinosum, ac materiam etiam sibi subiectam superare:

Rhythmi æqualitas aut inæqualitas

*quā vim habeat ad bonam vel malā crisim ex pulsu prædicendam.*

perare: contra imparitas, dum contractio est diastolsione celerior, calorem excrementitium, sordidum, & putredinosum vigere ac deuincere: quod signum est euentis naturæ, & cruditatis materiæ. Quibus sic stantibus ex legibus naturæ constat, deterrimam proculdubio fore crisin.

A 630 *Crisin bonam aut malā vt cognoscat Medicus, quæ sint consideranda, & quæ ea sint.*

Huic sane rei, vt rectum possimus de salute aut morte laborantis iudicium proferre, multa succrescunt scitu necessaria, & pulcra, quorum hac in parte meminisse non displicuit. Primum sane est, in hoc iudicio Medicum sese velut iudicem gerere, discernentem, facultasne, an morbus potentior sit: alterum enim monstrat Galen. expendere *lib. 1. prog.* dicens: *Summa totius præsagationis in moriturū conualiturūq; est, quoties vis ægrotantis cum ægri facultate conferatur.* Quam sane coniecturam & conferentiam vt Medicus exacte proferat, se prius instruere oportet in morbi natura & conditionibus dignoscendis. Quippe ex morbis quidam lethales natura sunt, vt *lethargus* aut *apoplexia*: quidam vero salubres, vt *diaria febris*, aut *exquisita tertiana*: quidam vero mediæ conditionis. Item considerare oportet morbi causam, nam

B quædam sua natura benigna est, vt *sputus*; quædam perniciosa, vt *atra bilis*; alia vehemens, & alia leuis: Præterea affectum locum in medium afferre oportet, nam partium principalium morbi graues & periculosi exsistunt, ignobilium vero salubres. Sic enim sunt inter morbos quidam, qui sua natura graues non sunt, sed ratione loci, vt *pulmonis vlcera*, & *vulnera thoracis*. Item vesica discissa, inquit Hippocr. *6. aphoris.* aut cerebro, aut septo transuerso, aut aliquo ex tenuibus intestinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale: quæ sane discissio aliis partibus facta lethalis non est.

Considerare enim symptomata conuenit: nam actiones ex toto abolitæ, graues & periculosæ sunt: item qualitates & excrementa in totum præter naturam facta, periculo non vacant.

Præterea facultatem metieris, quantum distet à natiuo hominis robore: nam hac coniectura facta, certius poteris de salute aut morte iudi-

C cium proferre: inquit enim Auicen. *Ne diffidas propter mala, quæ accidunt interim, dum virtus constat, solus enim casus virtutis est signum malum.* Cognosces autem robur aut impotentiam ex actionibus, vrinis, egestionibus, sputis, & pulsibus. Quippe tantum mali prædicere oportet, quantum hæc omnia, & cetera, quæ in laborante spectantur, dissimilia exstiterint. Hac enim lege docuit Hippo. *pri. prog.* quantitatem periculi metiri.

Insuper in memoriam reuocabit peritus Medicus, consimiles laborantes expenderis, liberatosne viderit illiusmodi aliquos, necne: etiam morem, seu bonitatem, aut prauitatem morbi consideret, oportet; quam conditionem ostendunt symptomata, & alia accidentia, quæ succrescunt. Inquit enim Hippocrat. *Mitissimæ febres, & signis firmatæ securissimis, quarto die finiuntur, aut citius*, sicut e contra: ad quam sane malitiam pertinent aëreæ qualitates, & pestiferæ contagiones.

D Item morbi motum velocem aut tardum considerabit, quod faciet mensu[r]a[t]us eius temporibus: velox enim [m]orbus est, [qui] omnia quatuor tempora breuissima habet, [t]ardus ver[o] [contra]: ex quo bonum au[t] [m]alum iudicium [faci]le proferet, facta collatione virium, & dur[a]tio[nis] aut vehementiæ affectus. Ex quibus etenim [o]mnibus statum morbi nouisse ad vnguem tenetur, tum ad victus rationem instituendam, tum ad certa auxilia ocyssime aut remorantero[...] renda, tum vero ad salutem aut mort[e]m p[ræsa]gandam: nam facta huiusmodi status [...] [...]tura, & virium collatione, hunc moriturum [...] [...]ro euasurum perdisces. Ex distā[n]t[ia] [...] vel propinquitate status huic etiam re[i] m[...] commodum elicitur; nam eo, quo[d] hic [...] distat ab statu, & interim virtus prosternitur, [...] cito adueniet, priusquam defatigetur, h[u]nc [li]berari, & illum mori prædicito.

Præterea, vt certius sit iudicium, in [c]onsidera- E tionem aduocare oportet, quæ præterie[r]unt [a]uxilia, aut perperam vel negligenter sunt adhibita; nam hac ratione pleraq; mala grauiora redduntur. Item considerabit Medicus in laborante decubitum, oculos, tempora, manuum iactationes, vultum, gestus omnes; & denique id genus alia: quippe hæc facilem aut difficilem ostendunt fore morbum, prout magis vel minus dissimiles omnium hominum apparatus, præsertim laborantis ipsius.

Verùm vt iudicium certius sit, primo in omnibus signis potentiam & efficaciam diligenter expendere oportet: nam signorum (*siue bona sint, siue mala*) vires pluris pendendæ sunt quàm multitudo: contingit enim, pauciora esse signa mortis, sed efficaciora: plura vero salutis, sed debilia: innitendum semper est efficacioribus & præstantioribus. Præterea tutum esse semper existimaui, dubias in præsagādo aut ambiguas proferre sententias, quam vana spe gloriæ vt certas proferre, quæ mox turpiter decipiant, & Medici imprudentiam ostendant: maxime cum acutorum morborum non sint certę prænunciationes salutis aut mortis, sed ob mutabilitatem & tenuitatem materiæ, mutabiles quoq; habeant condi- F tiones, & instabilia iudicia: quod in aliis morbis, qui adeo instabiles non sunt, non adeo frequenter contingit.

In omnibus etiam morbis considerare oportet, sitne aliquid diuinum, *vt Hippocr. profert primo prog.* in quib. & in pestilentibus, & reliquis, quæ causam habent abditam, differendum est iudicium ex pulsu desumtum.

Præterea expendendum est, neque in iis, qui euasuri sunt, neq; in morientibus semper eidem pulsus mortis, aut idē pulsus salutis reperiri posse: alii enim ex iis, qui commoriuntur, asphygiam habent: alii ad extremum vsq; spiritum pulsum manifestant sensibiliter deficientem: alii non hos, sed creberrimos, minimos, & languidissimos habent: alii myuros: alii intermittentes: alii formicantes: denique alius est lethalis pulsus huic, & alius illi, pro diuersitate morborum, causarum G & virium. Itaq; vt certum fiat iudicium, pulsui adaptandi sunt alii testes, & alia signa, quæ idem monstrent iudicium & certum fore.

*Crisis per quæ loca futura sit, & quo & vnde ex pulsu possit præsagiri.*

Verùm vt huic operi finem imponam si qui velit scire, per quæ loca futura [s]it crisis, quod experimento iam didicimus, expendat [i]d quoque ex pul-

ex pulsus conditione posse elici: altus enim & vehemens in statu, communes notę sunt multarum excretionum, magnum enim pollicetur sanguinis per nares profluuium: vndosus, si altus sit, sudorem, quemadmodum & mollis cum altitudine: durus vomitum: humilis alui fluorem. Quibus sane alia etiam adiunges signa, quæ auctores proferunt, quibus dubium non est, quin certum de loco vacuationis proferas iudicium: maxime si diligenter consideres peculiaria symptomata, quæ proculdubio certius particulam affectam commonstrabunt: nam lacrymæ oculorum, & narium pruritus, sanguinis fluxum per nares: labri inferioris tremor, vomitum: murmur ventris, atque vrinæ suppressio, alui fluorem. Totius autem corporis pruritus in acutis morbis, & febribus affectionibus, sudorē: in diuturnis scabiem, & cutis defœdationes. Quod etiam de singulis partibus pari pensu considerabis.

Atq; hæc de pulsuum arte & harmonia dixisse sufficiat, cum tantum mihi in hoc labore in animo fuerit, quæ in prolixa de hac re Gal. tractatione abdita sunt: & aliis immersa, ac refutationibus & argumentis aduersus antiquos obscurata à tenebris i[illegible]s e[illegible]ere, & quæ perperam intellecta in meliorem sensum reducere: quæ vero defectuosa, & ab aliis auctoribus prætermissa, addere, quæ recondita exsistunt patefacere, & tandem, quæ inordinate & citra methodum tradita sunt, lege & docendi ac scribendi meliori ratione disponere. Cum hoc tamē multa reperiet diligens lector in præsagādi munere ex hac sphygmica arte apud Galenum *libro quarto de præsagatione ex pulsibus* scripta fusius. Quæ quia non erant de ratione scribendi compendiosa, consulto prætermisi, relegans ad ea lectorem. Suscipite igitur, viri studiosi, hunc laborem æquo ac sincero animo, quam scio sic acceptum summopere profuturum, sicut nullius esse momenti, quæ refractoria ac peruicaci conditione leguntur.

# DE MORBO GALLICO, LIBRI DVO.

## *Quorum primus eius naturam & curationem in genere continet: Secundus omnium eius accidentium.*

*AVCTORE*

## EODEM LVDOVICO MERCATO.

## *PRÆFATIO.*

*Calamitas vitæ infinita.*

TAM est caduca, corruptibilis & variis miseriis obnoxia mortalium natura & constitutio, tamq; variis rebus constructa, vt lege, methodo, ac certo numero comprehendi calamitosæ vitæ & affectuum varietas difficulter queat. Ac licet Galen. dictum sit, certa esse morborum, quibus premimur, genera, & statutas differentias: cum hoc tamen, eo quod, quæ præter naturam sunt, varia exsistunt, & dissimilia, incomprensibilique errore inuoluta, *vt Plato docet*: prodit proculdubio indies noua affectuum ratio & sors, quæ prædictis & statutis minime coniungi potest. Et inter alia, quæ humano generi accidisse mala comperimus, vnum hoc vulgatissimum est, infestissimum, miserabile & atrocissimum, quod plerique appellant *morbum Gallicum*, ortum quidem non multis ante annis. De cuius occasione, principio & natura tam varie auctores senserunt, vt vix duos eiusdem sententiæ reperire possis. Nam sunt, qui ex India asportatum fuisse ferant: sunt etiam, qui in obsidione Neapolitanorum, cum Galli prouinciam hanc expugnare tentarunt, principium duxisse ferant, ex Gallis nimirum militibus, qui cum labore essent defessi, fœminis accederent, mox pudendo exulcerato, in huiusmodi affectum incidebant: forsan ob vitæ intemperantiam, & ob fœminarum labem, aut spurcam aliquam & sordidam intemperiem. Sunt etiam qui referant, ex Hispanorum luxu in eodem bello ortum duxisse. Sunt insuper alii, qui mille monstra fingunt, asserentes, non esse nouum affectum, sed reducibilem ad veteres: nam quidam ad elephantbiasim, alii ad psoram, multi ad impetiginem, & non pauci ad continui solutionem: alii ad intemperiem referre ausi sunt: Inter quos existimarunt aliqui morbum esse cutaneum; alii capitis affectum: multi crurum & brachiorum, quidam cordis & ventriculi, & sic iuxta varietatem accidentium, quæ secum affert, quisq; pro arbitrio iudicabat, huius aut illius esse naturæ. Nos autem clariori & breuiori stylo curabimus eius naturam & accidentia adinuenire, quibus cognitis, facile erit, quid non sit, intelligere. Quam sane tractationem (*præterquam quod dissecta est, per duos libros, quorum primus continet omnia*, quæ ad eius *naturam & curationem vniuersalem pertinent: & secundus peculiarem cuiusque accidentium medelam*) in sex potissimas partes diuidere est in animo. In Prima referam; *cuius natura & cuius partis primo sit affectio*: in Secunda *quas causas sortiatur*: in Tertia; *quibus signis causa & morbus distingui & cognosci facile possint*: in Quarta; *quam habeat communem & peculiarem curandi rationem*: in Quinta autem *quid hecticis corporibus & puerulis morbo Gallico correptis*

*Morbi quotidie noui. Morbus Gallicus atrocissimus vnde ortus.*

1. 2. 3. 4. 5.

6. *Tractatus de morbo Gallico sex partes.*

*correptis proficuum exsistat, in sexta autem & vltima, qua via & ratione cuiq; accidentium, vel parti, ex his quas mira varietate hic affectus perdere nititur, subueniendum sit.*

## Capvt I.

A 632

### De essentia & sede morbi Gallici.

Lues Venerea nō potest vni parti esse propria. 1 Non capiti. 2 Non cordi. 3. Non priuatis partib.

NVper dictum est, ad varia membra, & varias affectuum naturas Medicos huiusmodi affectum reduxisse: quibus posthabitis, credendum est, affectum tot partibus communem, non posse vni, eiq; priuatæ esse proprium, neq; peculiare, nisi illa ceteris omnib. sit cōmunis. Sic capiti non conuenit primo, quia sensum tantummodo & motum corpori præstat, cum affectus hic sentientibus & sensu carentibus particulis affinis sit. Neq; rursus cordi, nam ossibus quoque & iis partibus, quæ frigidæ sunt, & omnino calore destitutæ, accidisse comperimus. Qua facta consideratione, credibile est, multo minus posse subB iici priuatis & singularibus particulis, quæ nullum habent commune officium: nam licet hæc non minus, quàm reliquæ afficiantur, non quidem vt sedes & principium affici existimandum est. Superest igitur, ei parti esse proprium & peculiarem, cui proprium quoque est, omnibus partibus aliquid præstare, idque fixum, stabile & permanens; huius enim naturæ *iecur* est, cui munus incumbit alimentum particulis omnibus impartiri, siue calidæ sint, siue frigidæ, siue duræ, siue osseæ & cartilagineæ, siue molles & membranosæ: nam licet cerebrum quoque communis officina sit, id quod ad partes transmittit, non est stabile & fixum, sed breuissima dissipatione fluit & refluit: sic quoque cor, spiritum & calorem cunctis partibus præstat, non quidem permanentem & fixum, sed influentem. At iecoris natura ob id huic misero ministero magis incumC bit, quod materiā præstet singulis corporis partibus eo sigillo infectam & signatam, quod idem in omnibus elucear vitium, iuxta cuiusq; rationem & naturam, necnon & humoris, qui ad easdem partes transmittitur: cuius humoris naturam & formam illam veneficam induit quæuis particularum, cum ex eo alimentum capessat: quod sane vitium neq; vitalibus, neq; animalibus spiritibus accidere cōspicimus. Formæ enim partium illis vtuntur tanquam instrumento, cæterum illos non informat: verum materia, quam iecur transmittit, in veram ossis substantiam & naturam carnis membranæ, vel cuiusuis alterius partis commutatur, ita vt idem fere Venereus habitus fiat in omnibus aut aliquibus partibus, ac secum ferunt à iecore humores. Ex quo euidenter constare arbitror, communem omnibus partibus affectionem commune hoc membrum obsidere.

Lues Venerea cur ægre curabilis.

Iecur luis Venereæ sedes & origo.

D Ex quo etiam constat, difficilem esse, diuturnam, grauem & ægre curabilem huiusmodi affectionem, eo quod congenea sit singulis membris ob alimenti rationem. Sic tanquam firmum & stabile dogma asserimus, iecur esse huius affectionis sedem & origine, licet ab extrinseca contagione principium sortiatur, antequam in iecur irruat. Atqui licet diuersas partes affici comperiamus, malum quidem principium sortitur ex iecore, demandato per alimentū consensu: cum hoc tamen credibile est, iecur succrescere per contagium, sumto principio ab aliquo membro peculiari, quod postmodū suum virus ipsi communicauit. Sic enim plerosque ex Venereo concubitu pudēdum & obscænas partes principium mali vitiasse, euidentissimum est, alios quidem ex respiratione per osculum alicuius infecti corporis, vel adhæsum (*maxime corpore sudante*) infectos fuisse: nonnullos etiam ex vestimentis: dimitto nutrices, à quib. infantes polluuntur dum mammas sugunt: & infantes vitiatis nutricibus alitos, aut ex vtero vitium sortitos: nam suscepta primum labe, siue in cute, siue in pudendo, siue in quauis alia parte, iecori ocyssime, eo modo, quem inferius sum monstraturus, communicatur vitium, à quo deinceps, vel corpus vniuersum, vel imbecillem aliquā particulam pati conE spicimus. Sed consideratione dignum existimo, *qui fieri possit, aut quanam ratione contingat, quod susceptum contagium iecori corporis, quod suscipit, magis, quam cuiuis alteri membro insideat & communicetur.* Cui dicimus, id necessario subsecuturum propter sympathiam & connexionem quam habent humores, in quibus hoc venenum insidet, cum iecore, humorum etiam similium officina: maxime cum infecti corporis iecur sympathiam sortiatur cum iecore inficiendi corporis maiorem, quam cum quouis alio membro. Sic enim conspicimus ophthalmiam vnius corporis oculis alterius communicari, & phthisim pulmoni, difficilem respirationem thoraci, & ea lege Luem Veneream iecori.

Lues Venerea cur ad iecur potissimum propagetur.

Contagium cur magis iecori, quā alteri membro communicetur.

F Sed de natura & substantia huius affectionis minor succrescit difficultas, neq; pauciores reperiuntur de eadem re sententiæ. Multi enim existimant distemperiem esse: alii solutam vnitatem ob graues dolores: aliqui affectionē cutaneam; nonnulli elephantiasim. Sed ex his, qui distemperiem existimant esse, quidam censent distemperiem esse cum affluxu materiæ, ob tumores & defluxus, quos conspiciunt: alii quidem citra ipsum, eo quod cruciatibus cernant premi laborantes, citra alicuius humoris notam. Rursus eorum, qui distemperiem constituunt, multi tenēt, calidam esse & siccam; quod falsum videtur arbitrandum, cum alexipharmacis calidissimis & siccissimis plerumq; curetur: alii censent, frigidam & humidam esse: nonnulli frigidam & siccam: atq; cum eorum omnium quæ diximus, aliquid præualere in vno subiecto reperiatur, aliud vero in alio, sic quoque vnusquisq; illius naturæ iudicat affectum.

Luis Venereæ substantia quæ. Venerea sit distemperies.

His prætermissis (*quorum rationem inferius referam*) est quidem morbus Gallicus, affectio quædam contagiosa, nullum morbum per se constituens, sed cuilibet adiuncta, quæ veneni instar omnia corpora, omnesq; corporis particulas aggreditur, sumto ex contagione principio, & non aliter, tuberculis, maculis, vlceribus & doloribus se prodiens, qui non nisi externi cuiusdam veneG ni occursu & concubitu, aut alio impuro tactu contrahitur. Quo fit, vt hoc venenum minus efficax sit, quàm reliqua, quæ halitu aut ad distans impinguntur: nam hoc solum in humore quodam proueheote vires habet, qui in parte cute nudata

Lues Venerea quid.

Quid ab contagio ... nudata ...

nudata cum insederit, adhæsu mucosæ aut humorosæ substantiæ, côtactu quidem eā primum, deinde proximas, reliquumq; corpus vniuersum A 633 productione quadam inquinat. Non enim eius, qui lue percussus est, solus halitus contagione quapiam vnquam polluit, sed is in pudenda muliebria humorem eiaculatur atq; inserit, cum quo virus illinc in iecur, & ab eo sensim in vniuersum corpus spargitur: in integram vero cutim si incideret, vix officit. Quapropter censendum est, affectionem esse simpliciter & occulte contagiosam, vt dissideat ab euidenter contagiosis, velut phthisis, lepra, & alii huius naturæ.

Luis Venereæ natura ad formā substantiæ pertinet.

Ex qua proculdubio descriptione euidentissime côstare arbitror, totam huius mali naturam & rationem pertinere ad formā seu modum substantiæ, quo membrum huic affectioni primo dicatum afficitur. Constatq; huius dogmatis veritas, B eo quod ex reliquis, quæ cætera morborum genera constituunt, nullum habet tantam vim & efficaciam, quod licet contagio officere possit, rursus omnia corpora indistincte, aut omnes corporis particulas conspurcet. Præterea reliqua morborum genera, quæ ad figuram & vnitatem pertinere cernimus, per côtagium quidem communicari minime possunt: sed constat, morbum Gallicum, carnem & cartilagines, membranas & ligamenta, & quod difficilius est, ossa deuastare; quod quidem nulla ratione potest efficere, si vnius tantum morbi naturam retulisset. Quamobrem existimandum est, eius esse conditionis, quæ sapit formam & naturam causæ vniuersalis & æquiuocæ: causa enim particularis vni affectioni adstricta est, & vnum tantum habet contrarium: At morbus Gallicus cum communem & æquiuocam naturam sortiatur, & nulli adstrictus sit morborum generi, ob id proculdubio varios parit affectus, variasq; expostular curandi indicationes: quæ enim vicem causę formalis gerunt, in vnoquoque composito multa efficiunt diuersa & varia, iuxta rationem medii aut instrumenti.

Auxilia Lu. Venereæ proficua a tota substantia prosunt.

C Sic morbus Gallicus cum sitam habeat sui naturam in modo substantiæ, seu forma, varia posse tion est diffitendum. Hac profecto ratione prodit, auxilia huic malo proficua à tota substantia prodesse: sic lignum Goaiacum licet euidenti quadam qualitate prosit, alexipharmacum quoque agit. Atqui licet aliquando sit necesse ea adhibere medicamenta, quæ qualitate aliqua manifesta prosint, non quidem morbi ratione ea adhibere est opus, sed alicuius alterius rei extrinsecus accidentis, *vt paulo inferius docebo*: Quippe habet hic morbus sibi comites varias qualitates & varios affectus, quorum ratione ad qualitates contrarias peruenire cogimur.

## Capvt II.

## D De morbi Gallici differentiis, & eius, & earum caussis.

INter difficilia, quæ in hoc morbo sese antiquitus obtulerunt, primum quidem videtur obtinuisse locum, causam dignoscere, & eius naturam ad amussim rimari. Nam cum tanta varietate morbum viderent ludere, nequibant profecto vni causæ eam varietatem reducere: ex quo promulgatum fuit, causam fuisse abditam & cognitu difficilem. In qua hæsitatione causæ naturam, & varietatis causam, prout res permittere videtur, aperire est in animo. In qua re statuendum est, cum hanc affectionem constet esse ex simpliciter contagiosis, constare profecto, neque ex alimentorum impuritate, nec vitio suboriri: præsertim cum non minus in primariæ notæ viros & principes selectissimis cibis vtentes, quam in infimæ sortis homines hactenus impetum fecerit. In qua re sciendum est, aliud esse, quærere causam procreantem contagiosam & virulentam hanc naturam in genere: & aliud, causam seu occasionem, qua sese in humanis corporibus insinuet: & longe aliud, causam miræ varietatis, quam in corporibus concitat hoc pestiferum morbi genus, cum vnum tantum sit, & vnius naturæ.

Lues Venerea nō ex alimētorum impuritate aut vitio.

E

Causæ procreātes Luis venereæ quæ.

Circa primum causæ modum sciendum est, eius causas eas esse, quæ depprauatam illam naturam concitare habent, siue sit contrarium & omnino oppositum nostræ naturæ temperamentum, siue contrarium substantiæ modo, siue vtrumq;: ex quibus contrarietas à tota substantia pullulat, quæ vbi nobis vtcumq; accidit, nata est nos perdere, & nostram substantiam (*siue ossea, siue carnea sit*) perdit & depopulatur. Quod profecto satis est prænosse, vt mali naturam & potestatem cognoscamus, nec non & operandi modum, vt contrariam instituamus prouidentiam & curationem, quantum possibile fuerit; videlicet, quæ potens quoq; sit à tota substantia, seu ex modo substantiæ (*quæ forma & materia constat*) prodesse F possit. Quo supposito, hoc habet proprium, quatenus ad secundum causæ modum attinet, quod cuicumq; corpori accedat, tantum sese in ipsum insinuat, quantum passiuum corpus permiserit. Quo fit, vt semel aliqua occasione orta, non nisi contagione afficere visa sit: quapropter immediata & potissima causa censetur occulta & venenata qualitas, & concubitu aut alio impuro congressu & contagione contracta, quæ licet leuis admodum sit, ac fere corporis expers, sensusq; nostros effugiat, non simplex & per se existit, sed in humore aut alio quouis corpore inhærescit: quo vt in subiecto in nostrum corpus commigrat, & instar virulentiæ venenatorum animalium efficere habet, latitans aliquo tempore, ac postea maiori sæuitia efflorescens, miris varietatibus insignitur, ita vt omnes morbos, omniaq; eorum accidentia secum accersisse videatur. Fuit G quidem abdita & abscondita huius affectus causa, quod neque ad aërem, vt contagiosi affectus, neque ad victum, neq; ad humorum exsuperantiam, quæ ex improba viuendi ratione proficiscitur, reduci aliquo modo possit. Sed cum ex contagione originem trahat, palam est, duplices obtinere causas: *Externam* nimirum & euidentem aliquam, aliam Internam. Nam vt eiusdem affectus censemus alterius affectus sibi similis causa est, ob id ex ea contagionis forte exsistit, quæ ex vno in alium migrare habet. Verum cum citra medium aliquod aliquid in aliud agere nequeat, ob id causas externas medii vicem gerere asserimus. Sic prima causa externa est côgressus duorū corporum, quorū alterū sit hac lue affectum. In qua sane re coniectandum est, inter hos congressus

Lues Venerea qua occasione in humana corporib. insinuet.

Luis Venereæ ex contagione causæ duplices.

Externæ, quæ medii vicem gerunt.

1. Congressus vnorum corporũ.

quosdam efficacius aliis agere, & huius mali vim in aliud corpus regerere. Sic pudendarũ partium connexio & vnio potissimam præstat huic malo causam: Nam cum hæ partes suapte natura mollis sint substantiæ, & quæ facile in calorem concitantur, rarioresq; fiunt, ob id quidem harum partium cõgressus primo huic malo causam præstare creditur, nisi velis potius occasionem dicere. Cæterum non æque in omnibus, nam qui breue habent pudendum tardius corripiuntur: qui glandem habent tectam, magis huic malo resistunt, quia cutem habent duriorem: qui cito semen excernunt, difficulter corripiuntur: qui minus Venereis complexibus gaudent, tarde quoq; comprehẽduntur hoc morbo: qui seniores sunt, minus quàm iuuenes: frigidi minus quàm calidi, & qui iam inueterati sunt in hoc morbo, minus corripiuntur nouis accidẽtibus, quàm qui ipsum minus sunt experti.

2. Oris ori adhæsus.

Præterea causam huic malo præstat oris ori adhæsus: quo fit, vt qui sic frequenter osculantur, linguamve aut saliuam alterius degustant, prauis oris vlceribus mox corripiantur, sicut aliis obscænæ partes vlceribus & pustulis afficiuntur.

3. Cutis cuti adhæsus.

Mox huic malo causam præstat cutis cuti adhæsus, qua sorte, qui hoc morbo afficiuntur, sese scabie fœdari conspiciunt.

4. Lectus, indumẽtum, vas.

Cui quoq; malo externam causam pręstat lectum, indumentum, vas & quodvis aliud, quod frequentius ab infecto corpore tractari contingat, præsertim si inficientis malum recens sit; nam inueteratum non ita facile cuiuis adhærescit.

Internæ causæ tres.

Causam vero internam præstant tria, nimirum Cõmeatus alicuius substantiæ contagiosæ, quale semen genitale plerumque est, menstruis, aut halitus per respirationem immissus, vel saliua osculis suscepta: quæ sane substantiæ, dum corpus aliud peruadunt, simile inserunt corruptionis principiũ ei, quod à corpore, à quo decidit, persimile trahit. *Secundò* ex corporis apparatu non leue principium causa trahit. *Tertio* vero & *vltimò* ex spirituum & caloris modo aut vitio: sic enim (vt dictum est) iuuenes citius senibus hoc morbo corripiuntur, quia calore abundant, quo citius sese in imas corporis partes venenum abscondit. Pari quoq; ratione qui ardentius concumbunt, & fœminam amplexantur, ocyssime corripiuntur: sic etiam qui frigidi sunt natura, aut non admodum concitati ad Venerem accedunt, difficulter inficiuntur: nam cum potissima susceptionis veneni causa sit pudendarum partium calor & efferuescentia, hinc sane est, quod qui frigide amant, aut frigidæ sunt naturæ, tardius & difficilius hoc affectu corripiantur. Sic etiam, qui imbecilles sunt natura & spiritibus carent, licet difficulter venenum suscipiant, ob caloris defectum susceptum semel vehemẽtissime eosdem premit, quia nequit resistere facultas spiritu & calore carens vehementiæ & malignitati illius veneni. Ex quibus sane caussis euidenter cõstat, potissimam & immediatam esse venenosum contagium, & reliquas solum suscipiendi aut regerendi principium præstare: nam cum affectus is non sit de genere pestilentium, plures nõ interficit; cum vero non sit de genere vulgarium, plures non apprehendit, quia eius ratio & causa potissima non consistit in his, in quibus communicant, nimirum, in aëre, cibo & potu, sed solum sita est in huius affectus proxima causa, adhæsus videlicet & vicinia eius corporis, quod labe hac infectum est: quam quidem suscipere id corpus facilius valet, in quo tria hæc genera causarum nuper dicta ad amussim concurrunt, id vero minus, *in* quo dispari proportione reperiuntur.

Sed expendendum iam est secundo, *qua ratione fit causarum mira varietas, quæ tot sortitur accidentium in hoc malo differentias*: nam aliquando, licet vnicam sortiatur naturam, mille dolorum generibus laborantem premit: sæpe pustulis, prauis vlceribus, pilorum defluuio & cutis defœdatione ipsos conspurcat, sæpissime quidem tumoribus præter naturam, bubonibus, talpis & aliis, quæ totum corpus vitiant. Quam sane varietatem duplici fieri causa arbitramur: Vna quidem ex venenositatis natura, quatenus redolet conditionem causæ æquiuocæ: habet enim hoc proprium, quod ex modo substantiæ præter naturam sit, quod nullam habeat certam neque determinatam rationem agendi, sed iuxta subiecti & instrumenti naturam varia efficere possit, præterquam quod tam immanis & truculenta sit huius maligni affectus efficacia, vt quæ frigida sunt, calidave, dura aut mollia superare ac deuincere habeat. Ex qua causa principium sortitur varietas, quæ reperitur in corporibus hoc affectu correptis, nam & temperata corpora & biliosa, melancholica & pituitosa, robusta & debilia corripi conspicimus, quod sane nulla alia lege fieri potest, quam ex vehementissima, efficacissima & æquiuoca eiusdem affectus natura.

Lues Venerea potissima causa contagium.

Sed conspicimus varietatem quoq; sortiri in his, quæ morbo accidunt: nam aliquando alopeciam simulat, nonnunquam psoram, aliquando scabiei naturam repræsentat, frequentissime pustulas, nonnunquam tumores præter naturam omnis generis æmulatur, tandem secum habet comitem varium & acerbum omnium dolorum genus, quibusdam distillationis naturam præfert, aliis vlcerum, & omnium fere morborum & accidentium naturam sapit, cum ipse vnius tantum sit naturæ, *vt dictum est*.

Varietas quam lues Venerea corporib. concitat, quæ causa sit.

Sumit insuper ansam & occasionem ad huiusmodi varietatem, ex materiei, cui coniungitur & cohæret, & alicuius particulæ apparatu. Nam quibusdam cutis adeo languida est & impotens, ac humor tenuis, vt facile transmissum humorem à partibus internis patiatur, & ob id prorumpi pustulas, scabiem & impetiginem aut tumores præter naturam contingit: aliis quidem sapte natura caput imbecille exsistit, quibus vel talpæ fiunt in eodem, defluxiones, aut graues & intolerabiles dolores: quod quidem par pensu de reliquis corporis particulis cõiectandum est. *Præterea* accidentiũ quæ superueniunt natura & conditio talis est, qualis materia, cui venenosa hæc qualitas subiicitur, exsistit. Sic dum tenuis, acris & mordax exsistit, vel cutem inuadit, & alopeciam generat, exesis pilorum radicibus, vel si mordacior exstiterit, exulcerationem parit. Quod si prædictus humor in corporis cauum irruat, vel perniciosas efficit dysenterias, vel oris, faucium, narium aut palati exulcerationem molitur: vel quod frequentius est, si ossa irruat, depascitur quidem membranam ambientem, & os ipsum

ipſum cane putrefacit. Verùm ſi vagantes ſucci pituitoſi [illegible]it, hinc quidem diutinos & [illegible]cturnos dolores [illegible]orum neceſſe eſt: hinc ligamenta a[illegible]ulorum & oſſiu tunicæ contagioſa & virulenta humiditate emolleſcunt, dolore premuntur, aut ſenſu vel motu priuantur: hinc etiam oriuntur prolixi & ægre curabiles, & qui raro ad ſupp[illegible]ationem veniunt tumores, quibus antea carnem, membranas & oſſa vitiari & corrumpi accidit, quam ad ſuppurationem deuenire. Verùm ſi humore bilioſo corpus redundauerit, maligna vlcera fieri, & puſtulas carboni perſimiles: at dū melancholicus humor in corpore præeſt, raro

B hæc venenoſa lues imprimitur. Cæterum ſemel impreſſa difficulter aut nunquam ex toto abſcinditur & curatur: nam hæc eſt frigidorum & ſiccorum natura, vt difficulter admittant ac dimittāt, quæ impreſſa ſemel ſuſceperint: ex quo ſane humore fieri grauiſſimos, perpetuos & implacabiles capitis dolores, certum eſt. Sanguine vero redundante, bubones, alarum & adenoſarum partium tumores & hæmorrhoides vlceratas, rubras puſtulas, & alia his ſimilia fieri conſpicimus. Atq; licet hæc inter ſe diuerſa ſint, vnicam tamen omnia ſortiuntur naturam, morbi nimirum Gallici. Quæ ſanè licet omnibus communis exſiſtat, cum hoc tamen vt diuerſa efficit accidētia, communem expoſtulant medendi rationem, & cuiq; etiam peculiarem.

C

## Capvt III.

### De ſignis morbi Gallici.

*Lues Venerea multis aliis morbis implicita.*

TAM eſt vulgare hoc morbi genus, tamque multis aliis implicitū reperitur, vt vix ipſum iam ab aliis diſtinguere queas. Ratio huius eſt, quia ſemper ſibi comitem aduocat alium affectum vulgarem, quem (*licet notiſſimus ſit*) à ſeipſo differre facit, ex mala illa qualitate, quam ex propria natura illi communicat: quapropter propriis ſignis ipſum mox diſtinguere atque noſſe opórtebit, & protinus, qua lege cum aliis implicitus dignoſci poſſit.

*Luis Venereæ incomitatæ ſigna.*

Sic profectò quoties crebræ & exiguæ *Maculæ* pulicum puncturis ſimiles, aut lentiginis inſtar rubeæ aut flauæ erumpunt, luem Veneream adeſſe venaberis, maxime ſi accedat *Pilorum defluuium*, aut ſi in barba, capite vel fronte *puſtulæ paruæ* effloreſcant. Præterea ſi in pudendis vel *extuberat*, vel *ſcoriatur*, vel *virulentum* quid apparet: item ſi *cruciatus* & *dolores* ingentes vnius vel plurium ſimul, aut alternatim partium exacerbentur: ſi *tophi duri* emineant, ſi *raucedo* appareat, ſi *vlcuſculum* aliquod in faucibus aut ore.

D Certior profectò fies, ſi interrogaueris, vſus ne fuerit Venereis cum ignota aliqua fœmina, vel ſi hydrargyrum aliquando deguſtauerit: Quibus accedit *frontis* non naturalis *eminentia*, *ſplendor*, vel *color* totius faciei mutatus à naturali, quin diu durēt, & dolor etiam diuturnius.

*Luis Venereæ comitatæ ſeu alteri morbo implicitæ ſigna cognoſcitur.*

Verùm dum alteri morbo adiungitur, & clam inſidiatur, occultaturque, longe difficilius noſces. Sic quidem buboni, vlceri, tumori alicui præter naturam, doloribus podagricis, puſtulis, defluuiis capillorum, & omni generi defluxionis adiuncta, licet prima facie prædictorum vnumquodque, vt eſt, appareat, tamen ex maligno huius contagionis adhæſu, tam importunæ & vitioſæ naturæ efficitur, vt longe [illegible]deatur à propria natur[illegible]. Qu[illegible] pro[illegible] [illegible] pr[illegible] aff[illegible] no[illegible] opor[illegible] [illegible] turam lat[illegible] [illegible]ata ſit Vene[illegible] nis pethic[illegible]. Ob[illegible] quidem iure pri[illegible] ex q[illegible]

E tuor licet hui[illegible] [illegible] natura[illegible] [illegible]gn[illegible].

*1. Ex natura & ſubſtantia ipſius affectus.*

Primo quidem *ex ſubſtantia & natura ipſius affectus*: ſecundo *ex cauſis*, tertiò *ex analogia*: quartò & vltimò *ex ſymptomatis*. Eiuſdem [illegible] ſubſtantia [illegible] ſponte quidquam oſtendere nequit, [illegible] quæ non niſi ab accidentibus monſtrari poſſit, licet iudicio noſtro, ex differentia, quam præſtat affectui cui coniungitur, & ex mala illa qualitate, qua ipſum à ſeipſo differre cogit, facile venabimur, affectum illum alterius eſſe naturæ, quam communiter conſpicimus: Quod ſi peritus Medicus in quouis affectu diligenter expendat, quantum à ſeipſo diſſentiat, facile inueniet, ſortiatur ne naturam Veneream, an ſecus.

*2. Ex cauſſis.*

Cauſæ quoq;, præcipue externæ id proculdubio oſtendere valent: nam facta diligenti interrogatione, *cui nam fœminæ adhæſerit laborans, quanam adhæſus ſorte, oſculo ne, an concubitu*, facile erit id malum venari. Neq; obſtet, ad iudicium proferendum de hoc morbo, trium, quatuorve aut quinque menſium ſpatio non concubuiſſe, cùm infectæ fœminæ aut viri contagium ſex, octove menſibus integris adſeruari in corpore latitans poſſit.

F Quod ſi ita eſſe comperiamus, in aliam protinus conſiderationem, quæ tertium ſignorum genus complectitur, deueniendum erit: id quidem educitur ex analogia.

*3. Ex analogia.*

Nam conſicere eo tempore oportet, an alicui alteri morbo vel ſymptomati affinis, perſimilis aut analogus ſit is, qui proponitur. nam per ſimilitudinem certius in ignotorum affectuum cognitionē deuenire aſſueſcimus: præterquam quod ſi antea præfuit in corpore impetigo, alopecia, vel tumor aliquis diuturnus, aut dolor, facilius huic, qui præfuit, aſſociabitur Venerea contagio, quā quod credendum ſit, aliud de nouo accerſere, licet poſſibile ſit.

*4. Ex ſymptomatis.*

Cuius ſigni certitudinem auget quartum ſignorum genus, quod complectitur differentias omnium morborum ſeu accidentium, quæ huic affectioni ſuccreſcunt: quippe aliquando morbus aliquis ex Gallica lue principium ſortitur, aliquando vero contagio ipſa alicui prædictorum ſuccreſcit. Sed ne quis ſimulata morborum omnium natura

G decipiatur, quid vnuſquiſque affectus habeat à ſua natura alienum & diuerſum, quo à ſeipſo differre videatur, & morbi Gallici naturam referat, nunc docere conuenit.

*Dolor Gallicus quid habeat diuerſum à cæteris doloribus.*

Nam quis non mirabitur omnigenam & variam dolorum naturam, quam præ ſe fert huiuſmodi doloris conditio ab omnibus, quæ auctores referunt, quippe alias habet ſibi proprias & peculiares, quibus efficit dolorem eſſe Gallicum.

A 636

Quarum vna eſt, quod in vna eademque membrana, & in vno etiam loco varias efficiat doloris differentias. Primum quidem, quis non mirabitur, dolorem ex cauſa frigida, qualem ſæpe comperimus in ſic affectis, acutiſſimum eſſe, mordaciſſimum, & maxime vehementem, ita vt abradi oſſa & exuri aliquando referant laborantes, contra propriam frigidi naturam. Rurſus dolorem calidum vehementiſſimum alioqui exurentem, mordacem & acerrimum, diuturnum eſſe & difficulter curabilē, cum

Hippo-

Hipprocrati dictum sit 6. pop. *Dolores antiqui frigidi, noui vero calidi*: ex qua sane conditione diligens Medicus iure optimo venabitur, dolorem illum esse Venereæ contagionis. Præterea tumorem præter naturam subiecta sibi ossa & membranas carie & corruptione fœdantem quis non susp[icabitur] ca[...]bitur & à seipso differre, & naturam morbi Gallici sapere? Item tumorem præter naturam esse de sorte eorum, qui suppurationem aut resolutionem admittunt, & nec suppurari, nec resolui, velut bubonibus & tuberculis per cutem efflorescentibus sæpissime euenire cōspicimus, non erit nisi ex Gallica cōditione quam sortitur. Præterea suppurari ex parte, aut resolui, & rursus, quod remanet carnosum, durum & immedicabile superesse, aliunde non euenit quàm ex venerea contagione. Vlcera simili modo, dum Gallicam naturam sortiuntur, id proculdubio haud obscure monstrant: nam admiratione dignum videtur, pudendi vlcuscula, quæ paruissima admodum sunt, licet appareant primo accessu purgata, cum hoc tamen neq; coalescere, neq; cicatricem admittere, nisi maxima cum difficultate videntur. Item remanet in eodem vlcere callosa quædam eminentia, seu cicatrix, sóboles quidem & præludium maioris mali, cum cicatrix in omnibus vlceribus certissimum sit salutis indicium. Huic consimilem naturam habent oris & narium vlcera, ne dicam de reliquis, quæ toto corpore adnascuntur, quæ licet paruissima sint, absconditum habent & latitans vitium ossis, vel mēbranarum corruptionem, vel tanta putredine pollēt, vt vix ea ad sanitatē perducere queas: quod si aliquando consequaris, non communibus vlcerum auxiliis, sed eorum ope, quæ longe videntur peregrina. Habet tamen id peculiare & propriū, quod principium semper nanciscatur à leui quodā malo, qualis naturæ est leuis quædam pudendi exulceratio, oris vlcusculum, aut importuna raucedo citra præcedentem defluxum orta. Quamobrem diligens Medicus, si in aliquo laborante malum percip[...]erit, cuius naturam & conditionem differre à seipsa conspiciat, interrogare primo accessu oportet ea, quæ superius retulimus, & insuper, *an perpessus fuerit leue aliquod pudendi vlcus, à quo superfluit cicatrix dura & tuberosa, vel raucedinem aut aliquid ex his, quæ memorauimus*; quod si concesserit, proculdubio credēdum est, præsentem affectionem Veneream esse. Verum si renuerit, vlterius sciscitari oportet, *pustulas ne obtinuerit aliqua corporis parte rubro septo circumdatas, principio prominentes, citra dolorem, aut cum leuissimo, postea vero latas & squamosas, difficulter procidentes & maculam relinquentes indelebilem*. Cui signo maiorem fidem præstat *pilorum defluuium*, præsertim eorum, qui in barba & palpebris apparēt. Sed longe euidentius id monstrare habet color ex viuido in plumbeū & subalbidum mutatus, præsertim cū morbus aliquis non præcesserit, neq; inedia, neq; aliqua causa, quæ colorem mutare nata sit. Conqueruntur etiam, qui sic afficiuntur, vel de insolita corporis lassitudine, grauitate & impotentia, vel si toto corpore bene habeant, aliqua tamen pars importune doleat. Febriculas etiam perpetiuntur inordinatas, nulli febrium speciei adstrictas, vagantes, & quæ corpus non videntur conterere; habentq; varia & innumera accidentia, quæ nulli

Tumor Gallicus quid habeat diuersum a ceteris tumorū natura.

Vlcera Gallica quid habeant ab vlcerum natura alienum.

Medicus in explorandalue Veneræ occulta quib. vti debeat interrogationib.

Luis Venereæ oculta signa.

morborum sorti possunt reduci præ varietate & confusione. Præter quæ omnia pleriq; gonorrhœam virulentam & fœdam perpetiu[ntur] [...] quibus omnibus ad inuicem coll[atis] a[...] [consi]deratis seorsum, facile erit huiusmodi affectum nosse, & ab aliis distinguere.

## Præsagium in quauis morbi Gallici [diffe]rentia, & in ipso morbi genere.

Sed expendendum est iam secundo, *quænam sit causa miræ varietatis apprehensionis membrorum*. In qua re sciendum est, hoc habere pecul[ia]... facili aut difficili adhærentia, iux[ta] ... [e]tiam aut imbecillitatem membri affecti: na[m] ... sit huius morbi conditio & natura, la[...] ... mutat, & alium morbum simulat, ratione e[...] ui adhæret, partis, quam lædit, & humoris, cui insidet, *vt latius inferius sum monstraturus*, si p[...]s dixero, quantum difficultatis in curatione huic morbo succrescat ex prædicta varietate.

Varietas apprehensionis membrorum in lue Venerea quæ causa.

Quippe inter morbi Gallici affectiones, [o]mnium curatu periculosissima ac difficilima est, quæ à pudendis incoat: nam cum huic [...] veneorum insederit, in ea primitus pustulam excitat, mox vlcusculum, ac protinus sensim & occulte longius serpens partium continuatione interiora omnia peruadit, non solum spiritus atque humores, sed carnes & partes omnino solidas consimili affectione vitiat. Nam vapor ille in pudendis semel cōceptus, aut humor tenuis ductu cauo pudendi intro irrepēs, vasa spermatica male afficit, ita vt virulēta gonorrhæa mox succrescat, quæ turpissime cum grauissimis accidentibus eli[...]citur: hinc venæ cauæ, arteriæq; maioris spiritu labefactato, bubo erumpit in inguine, & cum exsecrandum hoc malum in iecur peruenit, sanguis breui polluitur. Quo fit, vt non multo post perniciosa illa labes interiorum, foras velut victrix remigret, cū fœdato iam sanguine, quo in artus, musculos & cutem disseminatur, facile contractum maleficium ac virus cognoscitur: Protinus enim, vel ruffæ maculæ in cute efflorescunt vel liuidæ, rubentesq; pustulæ eminent, quibus vlcuscula crustosa & herpetes accedunt: nonnullis succrescunt vlcera caua atq; maligna, aliquando ob bilis accessum exedentia, sicut melancholia abundante cancrosa, aut ob pituitam sordidiora, & humore quodam mucoso fœtidoq; manantia, vel dum sanguis abundat, carbunculosa, omnia tamen labris insignita præduris, tumentibus & inuersis, sub quæ non raro ossa quoq; [...] conspiciuntur aut latitant. Quod si [...] in huius mali principio signa contemnantur, virus celeriter in cerebrum sese insinuat, in quo varia & superuacua ac pituitosa excrementa colliguntur, quæ si inter meninges & craneum interclusa contineantur, magnum & acerbum dolorem citra tumorem concitant: verum si sub cute foras circum pericraneum emergant, tophos proferunt & carie incompescibili ac putredine ossa corrumpunt, nonnunquam ab spongiositate humefacta incipiente, deinde ad membranam os tegētem properante: sæpius ver[o] à membrana initio corruptionis accepto in o[s] [e]rumpit, ipsumque carie exedit. nam lic[et] pituitosa videatur materia, veneni tamen maleficio perfusa;

Affectio luis Venereæ periculosissima pudendis innata.

Lues Venerea qua via ad maiorum venarum grados ... 

637

perfusa, acrimoniæ particeps efficitur [illegible] a capite [illegible] dio artu deturbat [illegible] diu tumos, qui noc[illegible] in [illegible] nunquam [illegible] ph[illegible] doloroso sup[illegible]at. V[illegible] mortuus est, ne[illegible]

B adeo maligna m[illegible] nostra moratur neq; [illegible] edit aut exulcerat, [illegible] pilorum [illegible] malignitate le[illegible]ens, e[illegible] quis tamen postea repullul[illegible] extincta est morbi malignita[illegible] constat, venenum huius [illegible] per contactum communicari nam [illegible] vel purus ab impuro, vel impurus ab eo, qui longe impurior [illegible] minus impuro nunquam: ideoq; [illegible] citra offensionem congredi licet, sic tamen vt vterq; puriorem alium contactu labefactare possit.

Sed vt integra superstit huius malignæ contagionis natura, statuendum est, quod licet vnam in omnibus adseruet sui veneni rationem, cum hoc tamē variis distingui potest ordinibus, iuxta C sæuioris aut mitioris cōditionis modū: omnium enim leuissima ac mitissima est ea, in qua barbæ aut capitis pili citra aliam offensionem decidunt: nam solum in crasso vapore aut tenuissimo humore eius malignitas sita existit, qui in corporis summa effusus (*quo facilius euanescit*) pilorum radices exedit. Paullo autem *deterior* est ea, qua cutis vniuersa crebris maculis minime extuberantibus efflorescit lentiginis instar, interdum vero latioribus, modo flauis, modo rubris diu durantibus, donec radix mali delitescat. *Grauior* præterea iam & vera lues existit, quæ veras pustulas, tuberculave profert, primum quidem circa frontem & tempora, in capite & barba, ac deniq; in reliquo corpore plana, rotunda, sicca sine pure, & crusta postmodum obducta: quæ si negligantur, cutem excauant, donec vlcus fiat virulentum & sordidum, signum profecto, iecur iam habitum illum perniciosum contraxisse, & maxime cum iuxta, aut intra nares erumpūt, vt ossa illa quàm tenerrima, nec non & palatum ipsum periclitari corrosione videantur. *Quarto* loco ea deterior succrescit, qua ossa, solidas partes, vincula, mem- D branas ac neruos adoritur & corrumpit, adeo varius symptomatis & virulentiæ differentiis insignita, vt morborum omnium veluti congeries videatur.

Luis Venereæ species mitissima quæ.

Deterior quæ.

Grauior quæ.

Grauissima quæ.

## Caput IV.

### De communi morbi Gallici curandi ratione.

PRimo quidem huius morbi malignissimi accessu, nullam aliam curandi rationem adinuenerunt Medici, quam ductā similitudine quadam ad elephantiasim per analogismum ducta curandi methodo. Quam sane medēdi viam licet profecisse compertamus, minus fuisse tutam certò scimus. Verum his nostris temporibus, cum tam hominum diligentia creuisset, alienoma[?] perterriti, rectam rationalemq; medendi viam iuxta morbi & causarum naturam adinuenerūt: quam sane nos quoque insequuti in medium proferre

Medendi via per analogismum a morbo Gallico, non cura.

[illegible] V[illegible]mo huius operis capite [illegible] est, [illegible] curationem indicatio, iux[illegible] qu[illegible] dē[illegible] loco [illegible] di[illegible] *naturam & substantiam* [illegible] *mari potest* [illegible] *generationem excrementorum,* *quibus* [illegible] *natura* [illegible] ver[illegible] *conditionem ali*[illegible] *virulenta contagio adiungitur.* [illegible] esse a[illegible] [illegible] *primam* [illegible] & [illegible] ratio, & decubitus: *secundam,* [illegible] conditio[illegible] tertiam vero & [illegible] *natura.* *Primum* quidem prouen[illegible] quam inter[illegible] excrementorum [illegible] *secundum* ex recta curandi ra[illegible] respicit: *Vltimum* vero ex prophylactic[illegible] quo minus morbus reuertatur, radicitus auulso principio. Atqui licet morbi natura causæ rationem videatur obtinere in hac affectione, excrementorum tamen generatio rapit sibi indicationem & considerationem causæ: qua ratione iure optimo ab excrementorum generatione initium curationis desumimus.

E

Indicatio curationis luis Venereæ triplex.

F

Curationis initium cur ab excrementorum generatione sumatur.

Consideratio I.

Ante omne tamen opus considerabis, recensne, an inueterata sit affectio, vel graui aliquo symptomati adiuncta, vel solis maculis aut leui affectione efflorescens, item corporis affectu naturam, conditionem, facilitatem aut difficultatem patiendi, aut tolerandi grania aut leuia auxilia: calida enim & sicca natura temperari aliquo modo auxilia huic morbo proficua desiderat, nec validas perferre potest inedias. Item, si ne circa viscera contagiosa illuuies, an in carne & ossibus ac membranis, vt illi prius prouideas, quàm ad alexipharmaca & sudatoria, vel maiora auxilia deuenias: & denique multa tibi subsunt consideranda, quæ si prætermiseris, dubium G non est, quin in maius damnum laborantem deferas.

Expendendum quoq; est, hanc sortiri conditionem huiusmodi malum, vt & morbi naturam & excrementorum seu humorum vacuationem, eadem sibi vendicent medicamenta, eodem auxilia & eodem tempore, quatenus ad morbi Gallici essentiam pertinet. Verum quia præstita humorum & excrementorum materia, præter venenosam naturam, quā ex contagiosa Venere mutuatam habent, sua quoq; expostulant medicamenta, vt biliosus humor, quæ bilem, & melancholicus, quæ melancholiam purget. Ob id quidem commixta esse pharmaca oportet, ex his tantum, quæ morbum Gallicum respiciant & ex his etiam, quæ cuiusque humoris ideam æmulentur.

Consideratio II.

A 638

Pari quoq; ratione cum dictum sit, morbum Gallicum nollam propriam circumscribere morbi speciem, sed omnibus aliis coniungi, ob id quoque, qualis fuerit natura morbi, cui coniungitur virulentia Gallica, talem sane oportebit instituere curandi rationem, admonentes semper pro Gallico contra id, quod respondere sit compertum. Sic quidem Gallicum vlcus, vt vlcus curari debet, tum non simpliciter, sed vt vlcus Gallicum.

Consideratio III.

Sed

Cōsider. IV. Pugnandum aduersus virulentiā Gallicam qualiter sit, & quibus. Medicā. Lui Veneręæ ex opposito aduersa in triplici differētia.

B Sed vt cuius innotescat, qualiter pugnandum sit aduersus Gallicam virulentiam & humores ab eadem progenitos, animo prius cogitet, *vniuersam huius morbi rationem constitutam esse in fixa, connaturali & radicata quadam natura, ex qua humores seu excrementa qua fiunt, eiusdem condi*[illegible]*onis esse par est.* Secundo consi[illegible]ere oportet, *pr*[illegible]*ua ea efficacia esse donata, qua ex opposito morbo sit aduers*[illegible] *: *[illegible]*m qua connaturalem illum habitum radicitus euelle*[illegible] *e popula*[illegible]*re p*[illegible]*it* : vltimo vero *qua u*[illegible]*dos humores expurgare citra aliorum noxam possit.*

In qua re necessum est docere, med[illegible]amenta huic morbo ex opposito aduer[illegible] in triplici differentia constituta existere. *Prima* sane eorum est, quæ venenosa quadam qualitate fortiori, & efficaciori ei, quæ in morbo Gallico præest, il[illegible] sese

C opponit: cuius sane naturæ existit *Argentum viuum* (quod in argenti fodinis colligitur, seu *hydrargyrum*, quod *argentum viuum* arte factum ex lapide quodam in eisdem fodinis reperto efficitur, aut ex minio vel plumbo, vt multi de re metallica scriptores protulerunt [illegible] fere omniū Medicorum sententia, & omnia medicamēta, quæ ex eo confecta huic vsui prodesse scimus, siue per inunctionem, siue per suffumigium, siue quouis alio modo fiant. In quo sane medicamento licet inuenta sit antipathia, dissensus & contrarietas Gallico morbo aduersa, eam non sine ratione nonnulli suspicantur sitam esse [illegible] modo substantiæ, seu forma ipsius argenti viui: cum hoc tamen asserimus, operari mediantibus quibusdam potentijs, quas sibi insitas ex manifestis qualitatibus habet. Harum sane vna est, summa partium tenuitas & mobilitas, quam nanciscitur argentum viuum ex sulphurea materia, nec non & aerea (*quippe cum aer sursum euolare semper nitatur, & ob argenti grauitatem impediatur, fit facile, vt hinc inde perpetuo motu agitetur*) quarum plurimum participat: cuius sane ratione in intima corporis viscera, & abditas sedes sese inserit & abscondit, licet superficies solum perungatur: quo fit, vt peruadat quamuis partem, ita vt nulla subterfugiat à præsidio huius auxilii. Præterquam quod eadem parte sulphurea,

D & partium tenuitate atque calore aereo, vias & poros facile dilatat, per quos ipsum ingrediatur, & egrediatur materia peccans. *Altera* vero qualitas frigiditas sane est, & regulata atque coercita humiditas, quibus vim & efficaciam obtinet repellendi omne id [illegible], quod ex aduerso sibi fuerit inimicum. Nec desunt, qui eius formam, seu, *vt rectius loquar*, modum substantiæ, omnino morbo Gallico aduersari statuant ([illegible] *qui non omnino improbabilia loquuntur*) ob id proculdubio, cum mediante tenuitate & aerea parte in corporis intima sese insinuauerit, & mediante frigiditate repellendi vires habeat, & ex modo substantiæ luem Gallicam vt contrariam aggrediatur: ob id ab illis partibus, ad quas peruenerit, ad extimas [illegible] per medias, quas tenuitate [illegible]arum partium, & ae[illegible]o calore præparauerit & dilatauit, repellit profe[illegible]o ad communes corp[illegible] canales, & sic propria illi inest & peculiaris vacuand[illegible] ratio per os spuendo, per gutur vo[illegible] p[illegible] testina copios[illegible] aliis fluxibus [illegible] hum[illegible] p[illegible] be[illegible] os sudores.

E Fund[illegible] enim [illegible] non [illegible] tam, sed etiam ip[illegible] [illegible] substantiam, vt ex his proprium & pe[illegible]are hu-

n[illegible] [illegible]at [illegible] purget. Quo fi[illegible], vt [illegible] d[illegible] semper, [illegible] s[illegible] p[illegible] rho[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] propter [illegible] [illegible]ntur. Q[illegible] [illegible] & naturæ [illegible] [illegible], [illegible] tamen [illegible] dia[illegible] constabit, [illegible] natura[illegible] diuersas quoque h[illegible] *faciendi* nimirum & *Refrigerandi* [illegible] tes aquas quas fortitur [illegible] q[illegible] phureas: sic quidem vtriusque [illegible] si in vnum coniunxeris, veram co[illegible]rentiam.

Secundo modo easdem indica[illegible] & perficiet aliud medicamento [illegible] munus inest, veneni [illegible] tundere & radicitus [illegible] core & reliquis visceribus prope[illegible] mores seu excrementa, quibus [illegible] lues, excernere quoq; & deuastare [illegible] ra hæc medicamenta longe ali[illegible] cia, ac argentum viuum exequunt[illegible] dem ea *lignum guaiacum, sparta par*[illegible] *radix Chinæ, iuniperi decoctum*, vel *pini, ce*[illegible] *fraxini*, aut cuiuslibet alterius calidæ arboris: quæ o[illegible] gatissimi sint vsus, qualite[illegible] id effi[illegible] non ita facile constat. Nam comun[illegible]e omnium decreto constat, ex humorum atte[illegible]nuatione & resolutione per insensilem halitum id b[illegible]eficium præstari. Nos tamen paulo diligentius rem de[illegible]bimus expendere. Nam primum lignum Guaiacum, sparzam parellam & radicem Chinæ insigni virtu[illegible] huic operi pollere est arbitrādum. Nam qu[illegible] ex aduerso p[illegible] opponuntur [illegible]an, quo fit, vt pleraque medicamenta, qu[illegible] pollen[illegible], & [illegible] mouent, morbo G[illegible] deesse non possint, quod nihil habeant [illegible] sum. Sunt enim præcicta hæc me[illegible] luti alexipharmacum & theriaca, in[illegible] nire videntur cum argento viuo, lice[illegible] diuersa sit ab ea, quæ inter ista, inter a[illegible] & morbum Gallicum. Proficua item [illegible] funditus morbum a partibus euel[illegible] efficere habent mediante ignea calid[illegible] pollent: cuius ratione exeditur, di[illegible] & conteritur substantia illa, cui inhæ[illegible] contagio. Qua solum occasione dictum esse censeo, iunipero, pino & reliquis inesse [illegible]tes aduersus morbum Gallicum, non quod prim[illegible] ratione tanquam alexipharmacum id possint, vt Guaiacum, sed secunda, solum nimirum, quia exurentissi[illegible]æ & calidæ sunt [illegible] ta[illegible] scobes & ramenta si quis deuoret, ex[illegible] velu calido veneno alterabitur. Cæte[illegible]um eoru[illegible] de coctum moderata [illegible] e, [illegible] fac[illegible]st, vt ha[illegible] secundam [illegible] ant. S[illegible] in hac quoque re cum[illegible] ue[illegible] mus diuersa tamen ra[illegible]on[illegible] g[illegible] epu[illegible], frigi[illegible]tate & tranf[illegible] ne ab internis

Hydrargyrus. Guaiacū.

Medicamenta venenū [illegible] radicitus [illegible] euellant [illegible]

G

Iunipe[illegible] pinus [illegible] qua ratione Lui Gallicæ aduersentur.

A 639

... nis ... bus ad extimas, ad internos canales, ... humorem pellit: ceterum lignum sancum, & reliqua huius fortis medicamenta, non ... ditate quæ repellat, sed caliditate, quæ dissipet, & per insensilem habitum digerat, id beneficium præstat. Tertio quidem prædicta medicamenta huiusmodi ... ores omnes radicitus excutiunt, potis & ... totius corporis reseratis vi & cal ditate actuali & potentiali, & humoribus ipsis in halitus & sudoris naturam commutatis: in quo etiam cum argento viuo conuenire videtur, diuersa tamen ratione nam argentum modo dicto expellit, lignum vero non sua sponte & vi, sed disponit humores & corpus, vt facilius per ipsum expirent. Ex quibus iam constare arbitror, non omnia medicamenta, quæ sudores mouent, morbo Gallico esse proficua, neq; omnia, quæ caliditate pollent, neque rursus ea, quæ alexipharmaci vires habent, sed illa tantum, quibus omnia hæc simul inesse compertamus, cuius naturæ credimus esse tria illa prima medicamenta, quæ primo loco retulimus.

II. ... & ... medic. non ... morbo Gallico proficua.

C Sese iam offert tertium auxilij genus, quod tertiam indicationem complere diximus: nimirum humorum expulsionem citra respectum ad Gallicam contagionem, sed solum habita ratione naturæ & abundantiæ illius humoris: quam sane indicationem primo fore exequendam asseruimus. Ob id antequam ad peculiarem curationem deueniamus, operæ pretium est, eam expendere, quæ veluti viam & præparationem præstat ad maiorem & propriam huius morbi curationem; Quam sane adimplere oportet optima vitæ institutione, Sanguinis detractione & expurgatione, quorum seorsim meminisse erit operæpretium.

IV. Medicamêtum humores expellens.

## Caput V.

D De vitæ & victus institutione.

Cum correptum aliquem Venerea contagione curandum susceperis, duo ante omnia considerare oportebit: Primum, *quonam effectu polleat magis in eo corpore huius contagionis natura, vicere ne, an tumore præter naturam, pustulis aut alopecia, vel quouis alio*: nam peculiare aliquid monstrare habet in curatione is morbi complexus: Secundum, *morbi ipsius in genere naturam*. nam iuxta id peculiarius vitæ institutum scribere oportebit. Qua facta consideratione, victus sit bonis & laudabilis nutrimenti, siccioris naturæ, moderatæ quantitatis, ne parsimonia victus in longissimu affectu deficiant, aut vbertate plus materiæ morbo præstent: interdiu plus ingerant, noctu minus, *à fructibus horarius* abstineant: ex oleribus *borraginem, cychorium & atriplicem* edant. In prima mensa *passulas & amygdalas tostas* vtantur, in vltima vero *coriandro* præparato *sacch*aro confecto, *aniso, corticibus citri*, & aliis rebus & *aromatis* quæ saccharo condiantur.

In Curatione Gallici morbi duo consideranda in primis.

Victus in ... Venerea qualis esse debeat.

E Carnibus vescantur auium, *gallinarum* præsertim, *caponum, perdicum, cuniculorum, vituli & arietis*. fugiant ab omni *piscium* genere, & ab omnibus *carnibus salitis*, & ab his alimentis, quæ plurimum melancholiæ generant. Vinum fugiant omnino, nisi ventriculo admodum expofcente, aut viribus languentibus, quod tunc tenue sit, dilutum & aquosum; sed præstat maxime loco eius præbere aquam *aniso, fœniculo, liquiritia vel passulis decoctam* præstantior tamen omnibus est ea, in qua ferbuerit lignum *aloes, sassafrasa Indica, sparta parilla, radix China*, & omnium efficacior existit, quæ cum interiori medulla *Guaiaci*, & parum *liquiritia* incoquitur. Quibus vtendum est toto anni discursu, ni plurimum Canicula æstuaverit.

Potus.

Exercitium mox à principio morbi, facta leui purgatione aut sanguinis detractione, summopere est commendandum, vtpote quod à partibus internis, in quibus viget huius mali radix, ad extimas potenter reuocat: præterquam quod etiam conterit & contabefacit non solum, quod præter naturam est, sed solidam ipsam substantiam. Ob id profecto agricolæ, messores & fossores citius sese ab huiusmodi malo expediunt: quippe hac via plurimos fuisse sanitati restitutos scriptum est, & experimento quotidiano confirmatum. Ceterum in agricolis & robustis corporibus exercitium fit totius diei spatio, & multis diebus feriatim: in aliis vero corporibus in lucta, armis & ludo paruæ pilæ, vel in quouis alio tan diu perstet laborans, quamdiu sat fuerit ad copiosi sudoris prouocationem: à quo mox sese in lecto colligat laborans, & ocyssime pannis contegatur, docet natura totum quod exercitio tenuatum est, sudando excutiat. In reliquis vero corporibus, quibus in animo est morbum non ex toto eradicare solo exercitio, ipsum commendare oportet quotidianum & ante cibum, idque varium, iuxta varietatem partis affectæ. Sed in hoc quoq; opere præmittere non minus oportet vniuersalem totius corporis prouidentiam, quam in quouis alio ex grandioribus, quæ ars huic affectioni proficua adinuenit, sanguine nimirum misso, & purgandi medicamento præsumto.

Exercitium.

F

G Somno vtantur huiusmodi laborantes moderatissimo, non diurno, non à cibo, sed aliquibus horis sumto post cœnam: Quod si somnus defuerit, omni arte conciliandus est, ne immodica vigilia spiritus dissipentur, & vires adeo labantur, quod morbo non possint sufficere, & ne etiam ob easdem causas plures generentur cruditates, quæ postmodum materiam morbi adaugeant.

Somnus.

Caueant etiam huiusmodi laborantes à Venere cautissime oportet, donec in pristinam sanitatem redigantur, ne aut aliis affectionem communicent, aut ipsi infirmiores facti sese ab ipsa liberare non possint.

640 A Venus.

Pari quoque ratione cauere oportet omnem Animi perturbationem: nam facile ex animi pathematis diu perpessis, interna viscera languore contabescunt, quo fixius ipsis contagium adhæret.

Animi affectus.

Solum habitent & cœlum calidum & siccum, dummodo in excessu non sit, & summe contrarium laborantis temperamento, naturæ & consuetæ habitationi, deterius enim eo tempore erit corpori & viribus, quam proficuum frigido hoc morbo.

Habitatio.

## Capvt VI.

### De sanguinis missione.

His sane omnibus corpus præmunitum præparatumque ad purgationem, & sanguinis detractionem ipsum ducere oportebit. De sanguinis detractione in hoc affectu, fieri ne debeat, an secus, non satis conuenit inter Neotericos, quibusdam ex toto eam renuentibus: quippe existimant, affectum esse frigidum, & ob id alienum à sanguinis detractione: alii vero cēsent tanquam in morbo magno plurimum sanguinis esse extrahendum. Sed missis vtriusque factionis rationibus, censemus, primo mali accessu sanguinem esse mittendum, tum plenitudinis auferendæ ratione, tum vero, vt purgantibus, quæ vehementiora debent esse, expeditior liberiorque via sub sit, tum vltimo, vt ex iecore maior sanguinis portio educatur, ne in maiorem marenæ copiā, aut ad plures corporis partes sese veneni virulentia extendat, vt frequentissime accidisse comperimus in his, qui vt infamiam fugiant, occulte & religiose cauent, quo minus aliquis huius mali principium intelligat, donec ipsum præualens iam & furibundum, in bubones, vlcera aut pustulas degeneret. Cum hoc tamen sanguinem mittere aggredieris, non subito, neque confertim, sed per interualla, vbi licet grandis copia extrahatur, quod proficuum est, vt habitus præter naturam maiorem partem auferat, & minus vires labi contingat. Verum licet id primo mali accessu factum sit, non ob id supersedendum est succrescente aliquo accidente, ab vlteriori sanguinis detractione, quod in aliis morbis, qui subito soluuntur, efficere summopere veremur. Namquouis tempore succrescat bubo, pustula, tuberculus, aut inflammetur vlcus, vel dolores fiant acerbiores, audacius in his corporibus sanguinem mittimus, quam in sanis, vel quouis alio morbo affectis, etiamsi robustiores videantur: Præstat enim corporibus pestifera hæc lues nescio quam virium firmitudinem; & roborus integritatem, quod non solum laboribus ingentibus, & magnis cruciatibus tolerandis idoneam reddit, verum & sufficientem maxima auxilia perferre, vt ab eis, quantumuis languida videatur, leuamen suscepret. Cum hoc tamen Medicus diligens & prudens caute & per interualla sanguinem fundet, ne deceptus communi hac ratione, in aliquo singulari turpiter decipiatur, vt non raro accidit imperitis & imprudentibus impostoribus.

*[Margin: Sanguis venarum in lue Venerea mittendus, quādo, qua quantitate, & cur.]*

*[Margin: Sanguis per interualla mitti debet. Sanguinem detrahere an liceat in Gallicis bubonibus.]*

Sed maius adhuc *in Gallicis bubonibus* dubium suboritur, *an liceat aliquo modo sanguinem detrahere*; Et ex vtraque parte non desunt opiniones & rationes, quæ libere afferant, sanguinem non esse mittendum in bubonibus. Cuius ratio est, ne materia ibidem contenta tardius ad suppurationem veniat. Alii rursus sanguinem extrahunt, vt fluxionem prohibeat: Alii præterea sunt, qui in principio sanguinem esse detrahendum afferant: Alii non nisi in fine: Quibus ego respondere studebo vnica tantum ratione ex arte & experimento deducta: nimirum in bubonibus, qui ex morbo Gallico fiunt, humore aut sanguine adhuc fluente, non licere ipsum extrahere; quod prima facie videtur præcep[illegible] artis aduc[illegible] siquidem potissima sang[illegible]nis de[t]ractionis [illegible] tatio, aduersus fluentem [s]angui[n]em vires h[illegible] Ceterum in bubonibus Gall[illegible] [lo]nge ali[illegible] ficere oportet, siquidem pars, quæ [illegible] ut, [illegible] ctorum est, & naturæ officium ex[illegible] partes transmittere. Atqui cum ceu[illegible] quæ sanguine detracto, fluxioni tantum d[illegible] ur id bubonibus durante fluxione fie[illegible] n d[illegible] Tamen censeo cessante fluxione san[illegible] m[illegible] detrahendum aliquando: nam d[illegible] [illegible] ara facilius conficit in bubonibus, quod [illegible] a[illegible] toris est momenti in eorum cura. Cum [illegible] tamen, dum corpus plenius est, aut ægri [illegible] summopere dolent; verendum non [illegible] em mittere, quo laborans facilius po[illegible] per[illegible] ferre, idque facies per interualla, quo m[illegible] chas reuulsio ab emunctorio, & sub[illegible] tudinis euacuatio.

In aliis vero morbi Gallici acciden[t]ibus, [pr]æsertim, quibus dolor adiunctus est [s]ang[uine]m indubitanter mittes, tum vt plenitu[din]em demas, tum vero vt humorum impe[t]um [illegible] pe[illegible]scas, idque maxime efficere curabis, q[uo] præstantior fuerit particula, in quam humor decumbit: nam si ex ignobilioribus fuerit, [illegible] ar[illegible] tor esse, vires ad diuturnum morbum debellandum integras adseruare sanguine non misso, quam gratia iucunditatis ipsum mittere, & [illegible] rium labentium gratia in medio curationis subsistere.

*[Margin: Sanguis v[illegible] tram in aliis dolentes affectus [illegible]]*

## Capvt VII.

### De humorum præparatione.

Sangvine quidem detracto, humores præparare ad expulsionem par erit, in quorum præparatione obseruandum est, id opus diutius esse exsequendum: nam humores hac lue infecti, & eius contagionis mala qualitas non nisi longo tempore frænari possunt. Præterea præparationem oportet esse duplicem. Vnam quæ cuiusque humoris naturam respiciat, cuius gratia adhibere oportet ea medicamenta, quæ biliosis, melancholicis, & pituitosis humoribus proficua sint: *Reliquam* vero, quæ non humorem, sed in quouis humore Veneream cōtagionem respiciat. Ceterum in vsu horum auxiliorum obseruandum est, semper ad inuicem admiscenda esse, quæ cuique humori proficua sint, & Gallicam luem respiciant: Ob id syrupis & potionibus omnia simul commiscere conuenit, si radicitus malum euellere libuerit. Sic cuique dictorum [illegible] medicum admiscere non erit inutile, [illegible] *mithridatis*: Quamobrē laboranti [illegible] præbere oportet ℥. ß. cum suis prædictorum, diluta in *aqua ligni Guaiaci*, vel *China*, aut *sparta*, iuniperi, aut *radicis carlinæ*: Summo tamen mane porrigo syrupum humori peccanti proprium & peculiarem cum aliquo ex prædictis decoctis: Quod sane fieri debet, donec constet, humorem mitiorem & obsequentiorem esse, & corpus fluidius. Nam in his malis cum in vrina nullum [cr]uditatis vestigium appareat, sat est iuxta [illegible] tiem & renitentiam humoris coniectari, quando purgandum sit. Quo tempore id medicamentum porrigere opus erit, quod vehementia & el[e]cti[o]ne pro-

*[Margin: Præparatio humorum in lue Venerea sit diuturna.]*

*[Margin: Præparatio humorum duplex.]*

*[Margin: 641 A — Auxiliorum humorum cuiusque, & luem Veneream respicere debent, & quod ea admiscenda.]*

prædictos humores purgare natum sit. Verum ne quis temere & inconsultu in hoc morbo humorum præparationem & purgationem aggrediatur, opera quidem summopere necessaria ad maiora auxilia (*vt sudores, inunctiones & suffumigia*) necessum esse iudicaui, ex præparantibus & purgantibus medicamentis nonnulla cuique humori proficua veluti exemplar monstrare, vt facile sit ad eorum pensum reliqua excogitare.

*Præparatio biliosi humoris.*

Sic quidem *biliosum humorem* præparabis, non iis solum, quæ refrigerant, veluti in febribus ab ipso exortis & reliquis morbis, sed semper eis auxiliantes, quæ vim habent potius humectandi modice, & incidendi, quàm plurimum refrigerãdi: tenet quidem morbi natura, quæ plurimum refrigerent, tum quod crassiores ex morbi lege sint humores: tum vero quod moribus & mala qualitas fixius partibus adhæreant. Quapropter vitare oportet frigida & adstringentia, ac nimis exsiccantia, in his præsertim siccis, qui biliosi sunt, sed tantum porrigenda erunt, quæ cum modica refrigeratione incidant, & parum humectent. Huius naturæ est syrupus *borraginu, cichorii, de fumo, de rad. cibus cum aceto rosarum & similium*, dummodo aliquid acetosum ipsis admisceatur, & addita etiam quantitate aliqua eorum medicamentorum, quæ morbi naturam respicere superius diximus. Sed si caliditatem vigere comperiamus, diluere syrupos oportebit *aqua hordei, decoctione radicum cichorii, buglossi, prunorum damascenorum*, & aliis huius census. Pituitam partiatione præparabis ex

*Præparatio pituitæ.*

hibito prius *melle rosaceo, oximelite simplici, syrupo borraginis, vel de radicibus, sine aceto, vel cum ipso*, ac si caput infestare compertum sit, addito *syrupo stæchados*, sicut dum ventriculus & viscus aliquod adfectu syrupo de *mentha*, vel de *absynthio*, aut *de corticibus citri*: semper tamen in vsu mihi est omnibus admiscere *mel rosaceum*, aut *oxymel simplex*, addita etiam decoctis *anisi, fœniculi, dauci, sparta, ligni Guaiaci, chamæpiteos, scordii & aliarum herbarum*, quæ calfaciendi & digerendi vires habeant. Quæ sane humoris conditio vt frequentius purgari desiderat, ita diutius quoque præparari. At melancholicus humor vt difficilius, dum vitiatur, ad antiquum statum redit, ita præssius præparari ac diutius desiderat, si velimus laborantem ab importunis accidentibus, quæ efficit, liberare. Sic

*Præparatio melancholiæ duplex.*

I. enim duplex erit præparandi ratio: Vna quæ humorem purgationi disponat: altera vero, quæ idem efficiat, ceterum habito respectu ad coctionem, aut, vt rectius loquar, ad correctionem & artemperamentum, quod maximi est momenti in hac curatione. Disponit quidem ad purgationem mediam eorum omne, quod vires habet attenuandi humorem ipsum, & vias reserandi: qua in re

*Melancholiæ natura a reliquis humorib. longe diuersa.*

pensitare prius oportet, longe diuersam esse melancholiæ naturam à reliquis humoribus: quippe cum eius crassities terreæ sit naturæ, neque calidis, neque incidentibus, neque siccis præparari vsquam tuto potest. Calida quidem sicciorem reddunt, sicca duriorem efficiunt, incidentia exasperant & quodammodo segregant, non attenuant. Quapropter solum superest ea præparandi ratio, quæ humido calore prædictum humorem liquant, sic enim, quæ melancholico humori prosunt, humidissima esse tenentur & modice calida. Huius naturæ sunt *syrupus borraginis, lupulorum, caparrorum, fumariæ, capillorum Veneris*, & alia consimiles decoctiones, quorum copiam reperies capite *de quartana*. Hoc tamen in hac curatione adseruato, quod semper *dilutiores* porrigas *syrupos*, maxime cum ex herbis aliquam siccitatem contraxerit. Verum dicet aliquis, & merito, medicamenta, quæ alexipharmacum agunt, veluti

*Obiectio.*

*lignum Guaiacum*, & reliqua huius naturæ, humori melancholico aduersissima esse, vtpote quæ sicca sunt, & ob id summopere fugienda. Cui respondendum venit, id esse etiam illi summopere necessarium, non tamen quouis tempore, sed dum iam vi aliquorum medicamentorum liquatus est

*Solutio.*

melancholicus humor: proficua enim eo tempore sunt sicca medicamenta, quæ vim habeant ebibendi & exsiccandi quod liquatum est; quippe si antea adhibueris, durescet & [illegible] reddetur melancholia. Qua ratione censeo obseruatum esse à peritissimis Medicorum, non statim post [illegible] huius mali accessu confugiendum esse ad sudorifica & maiora alia auxilia: quod intelligendum

F

*Sudorifica non statim primo vsurpanda.*

arbitror de humoribus melancholicis, qui tarde ad maturitatem perueniunt, & tantum abest, quod prædictis alexipharmacis & medicamentis cedant, quod potius durior, grauior & difficilior reddatur affectus, simul & humor: vnde nonnulli ex auxilio deteriores euadunt. Altera vero præ-

II.

parandi ratio, quæ vt corpus ad maiora auxilia disponatur, iudicio nostro proficua est, sita existit in paulatina humorum crassorum vacuatione, vt mox referam.

## Capvt VIII.

## De purgatione & præparatione humorum.

G

*1. Purgationes morbi Gallici quales esse oporteat.*

VERVM ne quis temere & inconsulto huius morbi curationem per expurgantia medicamenta aggrediatur, multa considerare hac in parte oportet: quorum primum est, purgationes morbo Gallico profuturas plures debere esse, quasdam Copiosas, quasdam vero Minutas, & per epicrasim factas. In qua re sciscitandum vlterius est, copiosas purgationes his tantum corporibus ex vsu esse, in quibus virulenta purgatio in humorum massa viget potius & prædominatur, quam

642 A

*Copiosa quibus conueniat.*

in membris solidis, aut in aliquo viscere. Et rursus eas profuturas arbitramur, cum in animo est aliquod exsequi grandius auxilium, siue sudatorium sit, siue hydrargyro constet. Præterea minutas

*Minuta quibus.*

purgationes vtiles esse censemus imbecillimis corporibus, & in quibus solidæ partes quotidiana & paulatina generatione virulenta excrementa congregant. Item profuturæ sunt his, in quibus necessum est mali reliquias post maiora auxilia residuas sensim & paulatim conterere.

*2. Purgantia luem Veneream curantia vehementia esse debent.*

Secundum quod considerare expediet, est, medicamenta his vsibus proficua debere esse vehementia: Quod duplici ratione necessum fore arbitror.

*Prima*, quia Venereæ contagionis sedes plerumque adest vel in intimis corporis partibus, vel in extimis & longissimis interuallis à vus ductu [illegible] dissitis: quo fit, vt expediat medicamentum esse vehementis naturæ, si trahere teneatur à recondi-tis & remotissimis partibus: latia enim vel secotis regionem, vel primas venas non transcenduot: & ob id sæpe vitiosorum humorum turbationem

non vacuationem, & accidentium exacerbationem moliuntur.

*Secunda* vero ratio circumscribitur à crassitie, renitentia & pertinacia humorum Gallica lue affectorum: qui sane non lenibus, neque mediocribus medicamentis cedere vsquam visi sunt, quinimo eisdem potius exacerbantur & mouentur, quo longe maiora mala subsequuntur. Cum hoc tamen in principio mali fugiendum est à validis medicamentis, ne omnium humorum agitatione, Venerea contagio in omnes sese inferat, insinuet & extendat.

Valida medic. in principio curationis luis Venereæ fugienda.

Quamobrem ex his, quæ inferius referam, quæ mitiora sunt, præmitti debent, iantoque intendi & maiora exhiberi, quanto morbus in vetustatem deuenerit; quo tempore leuioribus nullus est locus: secus res se habet in debilibus, & macie ac morbi diuturnitate, accidentium sæuitia & præstantia, & continuis febribus, contabefactis corporibus.

C

Tertio vero & vltimo considerandum est, id medicamentum cuique esse præstandum, quod humori peccanti ex æquo respondet. Sic enim biliosis quæ bilem, pituitosis quæ pituitam, & melancholicis quæ melancholiam purgent, porrigenda sunt.

Medicamentum purgans humori peccanti ex æquo respondeat.

Quibus considerationibus præmissis, id medicamentum purgans biliosis instituere oportet, quod optime & immolestius purget, velut in delicatioribus & debilibus corporibus *rhabarbari infusum pondere ʒ. j. ß. cum syrupo ex infusionibus*: sed in robustioribus tuto & audacter porrigere possumus *electuarium de succo rosarum Nicolai, vel Mesues, quantitate ʒ. iij. vel iiij. cum pulpa cassiæ fistulæ in bolo*, vel solum si mauis, dissolutum in decoctione biliosa, vel admixtum *syrupo ex 9. infusionibus rosarum* D *aut violarum*. Sic enim iuxta maiorem aut minorem virium & habitudinis corporis tenorem, plus minusve laborantibus porrigere oportebit, repetitaque subinde purgatione, iuxta laborantis indigentiam.

Biliosa purgans medic.

Neque ob id ante quamuis purgationem syrupis vtendum est semper: molestum quidem est & operosum in diuturnissimo hoc morbo, & vbi opus est toties purgare. Quamobrem exhibito aliquo ex decoctis, quæ inferius referam morbo Gallico proficuis, ad reliquas purgationes deueniendum erit: quas moliri oportebit minori ipsius pharmaci exhibita quantitate, si frequentius agendum sit. Quem quoque vsum adimplebis *pilulis ex rhabarbaro aggregatiuis*, vel his, quæ *ex aloe, rhabarbaro & agarico* conficiuntur.

Purgans qua quantitate exhibendũ.

Pituitam sane diutius præparatam purgabis infuso agarici, admixto *syrupo ex infusionibus rosarum, aut eodem agarico trochiscato cum ʒ. vj. catholici*.

Pituitam purgans medicam.

E

Quem quoque vsum præstat *electuarium diacartami*, sed efficacius quidem *diaphænicon pondere ʒ. iiij. cum syrupo ex infusionibus*. Præstat *electuarium Indum maius & minus*: sed efficacius & vtilius *pilulæ cochiæ, fœtida, Arabica vel de agarico, & alia quæ ex turbith & agarico conficiuntur*. Huius sane humoris purgationem frequentius instituere oportet, ac diutius ad eam moliendam præparare, quod plerumque in hoc humore necessum esse conspicimus.

Melancholiam purgare instituas longe vehementioribus medicamentis, si vires tulerint: sed

Melancholiam purgans medic.

aliter, eisdem quidem, sed in minori quantitate & frequentius. Primo etenim accessu purgabis *syrupo confecto ex infusionibus rosarum Persicarum & foliis sennæ, vel prunis damascenis eisdem foliis sennæ confectis*.

Quod si vires & morbus hæc renuerint, aut ob magnitudinem contempserint, ad confectionem *Hamech* te conferes, cuius ʒ. iiij. in melancholica potione dissolues, *addita ʒ. ij syrupi rosarum Persicarum*. Nec desunt, qui *medicamenta ex elleboro confecta* porrigant, aut ex *lapide lazuli*: sed mihi ad purgandum corpus, vt idoneum fiat maioribus auxiliis suscipiendis, hæc sufficere videntur: Nam de reliquis purgationis modis ac formulis, quibus toto morbi Gallici discursu vtendum est, latius & specialius inferius sum acturus, vbi maximam copiam omnium reperies *capit. de contemnendis huius mali reliquiis*.

F

## Caput IX.

## De necessaria corporis & humorum præparatione ad sudationes, inunctiones, & suffumigia suscipienda.

G

VERUM ne quis illotis, vt aiũt, manibus temere & inconsulto maiora aggrediatur auxilia, ea nimirum, quæ radicitus hunc morbum exstirpare nata sunt, & grande hoc ministerium imprudenter præstitum reddat non solum inutile, verum summopere nocuum, & omnino saluti aduersum; expendat, multa esse prius consideranda, citra quæ auxiliũ nullius est momenti & frugi. Sunt autem auxilia hæc Sudationes *ex ligno Guaiaco, sparta parilla, China*, & aliis huius census: Inunctiones per hydrargyrum, necnon & *Suffumigia*, quæ vt sunt maioris efficaciæ, ita grauioris periculi. Quorum auxiliorum vsus vt recte cedat, non solum opus est corpus & humorem præparare, sed inceptum opus, si non probe cesserit, aliis auxiliis perficere, aut si vltra modũ orta sit processerit, compescere & moderari, quo tutius & vtilius fiat præsidium. Cæterum nunquam primum considerabis, nulla lege corpus esse sudationi, aut cuiuis alio ex prædictis auxiliis committendum, citra insignem præparationem, tum corporis, tum humorum. Sic profecto vtcunque corpus hac lue affectum sit, primitus sanguinem mittes bis aut ter, si facultas aut corporis extenuatio non renuerint. Quapropter censeo illud corpus, quod vni sanguinis detractioni tolerandæ idoneum nõ sit, minime sufficiens esse sudationes perferre: nam me cum necessaria sit sanguinis detractio, non solum vt humorum copia minor fiat, sed vt locus detur maiori ventilationi, quæ necessaria est ad maius caloris augmentum in sudationibus concitandum. Quo facto, corpus semel aut bis (si impurum cognoueris esse) purgabis aliquo ex prædictis medicamentis, ita vt ad mediocrem puritatem corpus reducatur citra virium iacturam: præterea curandum est, aluum fluxam obtinere, tertio quoque die clysmate purgante iniecto. Quibus factis, consulendũ est, an laborans facilius, promptius & iucundius sudare possit in stupha, quam pannis in lecto coopertus, & id diligenter instituas, quod iucundius & vtilius fore cognoueris. Quippe si nudus sub stupha delegerit sudare, ipsam parabis ad modum semicirculi tabellis tenuissi-

643 A

Auxilia aduersus luem Venereã recensentur, quæ nosse oportet.

Sudare quibus conueniat.

Sudare non debent, qui vnam sanguinis missionem tolerare nequeunt.

mis

*Sudandi ratio in stupha qualiter paranda.*

mis structam, & linteo quodam crasso & denso extrinsecus munitam ad modum semicirculi, qua corpus vniuersum cooperiatur, quam laborans C ingressus sudationem ab assumpto medicamento speret, vapore aliquo suscepto per tubulum ex media aut extrema eius parte corpori præstitum; quæ sane sudandi ratio (*si tectoru incendium non veruerit*) placidissima & vtilissima existit. Verum si

*In lecto qualiter.*

in lecto sudare magis laborans elegerit, ab assumpto aliquo ex infra scriptis sudatoriis corpus diligenter cooperire, ac præmunire ab omni aeris externa iniuria oportebit. Quibus factis, tantum sudare est permittendum, quantum etiam anxietatem & animi angustiam laborans ferre valuerit, dummodo spatium trium horarum non transgrediatur.

*Sudorem quæ impediant, tria sunt.*

Quod si his omnibus præmunitus laborans sudare nequiuerit, coniectandum tuo erit, an causa sit humorum crassities, an virium debilitas, vel D cutis & carnis densitas: hæc enim tria sunt, quæ sudationem impediunt. Sic si vires languidæ sint,

*1. Vires languidæ qualiter reficiendæ.*

*2. Crassities humorum qualiter tollenda.*

sat erit semel in die, aut tertio quoque die sudorem mouere, reliquo temporis interuallo viribus reficiendis adseruato, nec inconueniens erit his diebus iusculis, & modico vino vires reficere. Verum si humorum ineptitudo & crassities causam præstiterint, ipsos attenuare ac discindere oportebit: quod facies, si loco cœnæ, aut ante ipsam præstiteris minorem eiusdem decocti sudatorii quantitatem, cum *syrupo fumariæ vel oxymellite aut syrupo de radicibus, vel alio decocto*, quod vires habeat attenuandi & incidendi: aut si laboranti porrexeris iij. *aut* iiij. ℥. *stillatitiæ aquæ calidæ ex ligno Guaiaco, sparta parella & lupulis*, quam hoc modo parabis: ℞. *ligni Guaiaci rasi* lib. j. *spartæ parellæ* lib. ß. *rasuræ proi* ℥. v. *lupulorum* m. iiij. bulliant valde cooperto in lib. iij. *aquæ* ad medietatem, & tunc omnia proiiciantur in alembico vitreo, & instillentur: cui adde interim, dum instillantur, *theriacæ, electuarii de hyacintho & de Alchermes ana* ʒ. j. ß. Postea vero mane sudatoriam potionem porriges, & corpus cooperies; vt quod noctu attenuatum est, facile in sudorem spiret.

E In his autem, quibus crassities hæc aut humorum causa est diminuti sudoris, vera humorum præparatio & genuina est ipsorum extenuatio per tenuem aut tenuissimam victus institutionem: expeditur enim & efficacior sic redditur calor ad prædictorum extenuationem. Quod si *Cutis densitas* à natura vel ab externo frigore, aut carnis soliditate sudationem vetuerint, corpus ipsum

*3. Cutis densitas qualiter tollenda.*

præparabis ab assumpto sudatorio, *viribus aquæ tepente* aut decocto aliquo attenuante *plenis* corporis adhibitis, nimirum plantis pedum, aut crurum coxis, vel inguinibus, aut sub alis. Prosunt & *lateres calentes* vino irrorati plantis pedum affixi: idem etiam facies, ac humores quoque ipsos attenuabis, sacculis ex *milio, sale, semine anisi, fœniculi & chamæmeli* eisdem partibus appositis. Quod si adhuc hæc prodesse non videantur, antequam corpus pannis cooperias, vel sudatorium porrigas, ipsum manu calida diligenter fricabis, donec rubor ef- F florescat per vniuersam cutim. Item sudatorium

*Sudatorii duæ portiunculæ, vna calida, altera frigida.*

diuides in duas portiunculas, quarum alteram calidam porriges à principio, reliquam vero transacta semihora calidiorem.

Sudatione igitur perfecta, corpus, & primo capur diligenter mundis linteis exterges, & alio transferes laborantem, nimirum ad reliquam eiusdem lectuli partem, & donec hora, ad minus, transierit, nihil alimenti porriges: post. a vero tenue aut mediocre instituces, iuxta laborantis vires, & tempus, quod sudationi dicare studes. Quibusdam enim robustis sat est *vitella duorum ouorum* cum *passulis & amygdalis* ac pane bis cocto porrigere; aliis vero *pullum assum*, aut *medietatem* eius, vtrisque tamen pro cœna *vitella ouorum* porriges, & aquam, quam inferius scribam, potui dabis.

*Sudatione peracta quid agendum.*

Ceterum si, vt non raro accidit, humores Guaiacino decocto, aut quouis alio liquati & fusi in fauces, dorsum, ventrem aut articulos furtiuis, quam antea profluxerint, doloresq; & cruciatus ac labores denuo concitauerint, non ob id decet generosum Medicum turbari; nam quod liquatur, perstantia contenitur & consumitur: sed coniectandum tunc erit, corpus vlteriori indigere purgatione, aut sanguinis detractione, & interposita sudatione alterum aut vtrumque efficere, ac phlegmagogis corpus purgare, & iterum ad sudationes peruenire.

*Humoribus liquatis in membra profluentibus quid agendum.*

G

Transactis itaque decem aut duodecim diebus, mox vbi à sudore illius diei quieuerit, ℥. iij. *aquæ cardiacæ* ad debellandam huius mali sæuitiam & perniciem porriges: vel si laborans fastidierit, ʒ. j. *pulueris* eiusdem virtutis: quippe hæc miram in modum exstirpare à iecore & carnosi generis radicitus reliquias huius mali nata sunt. Vtrumque autem medicamentum scribere, hac in parte institui, quam inserius multis vsibus proficuum arbitror.

644 A

Aqua autem cardiaca reci[illegible] *menthæ, maioranæ, rutæ, hyssopi, origani, [illegible] betonicæ ana* m. j. contrita omnia in vase reconde in loco calido, & desuper obrue aqua *cardui benedicti*, & quotidie agitentur, ne acescant: & post sex aut octo dies, abiecta residentia, expressus & colatus humor seruetur. Rursus excipe *foliorum plantaginis, calendulæ, melyssæ, verbasci; hyperici, centaurii minoris, pimpinellæ singulorum* m. ij. his post quatriduum macerationem & expressionem abiectis, rursus accipies *scordii, morsus diaboli, fœniculi, petroselini, buglossi, borraginis ana* m. j. *angelicaparum*, quibus dies totidem maceratis, expressis & abiectis, Recipe *radicum angelicæ, dictamni, tormentillæ, betonicæ & zedoariæ ana* ʒ. ß. *radicis cyperi* ʒ. iij. *nucis muscatæ caryophyllorum ana* ʒ. j. *seminis fœniculi, citri, acetosæ, cardui benedicti, baccarum iuniperi ana* ʒ. ij. *rasuræ eboris, cornu cerui, ligni aloes, santhali citrini, cinnamomi ana* ʒ. j. *croci* ʒ. ß. prædictum puluerem expresso liquori commiscebis *mithridati selectissimi* lib. ß. *theriacæ veteris* ʒ. iiij: & in alembico vitreo proiicies, & lunis ardoribus sex, octove dies expones, donec ferueant & perfecte fermententur, tandem fiat instillatio lento igne in duplici vase. Præterea aquam non minoris efficaciæ efficies, si hæc omnia simplicia vase quodam vitriato cum aqua *cardui sancti* quindecim diebus fimo equino calente recondens: dosis iij. sit ℥.

*Aqua cardiaca pro debellanda mali sæuitia.*

B

Pulueris autem cardiaci conditio talis est: Excipe *rasuræ eboris, cornu cerui minoris, margaritarum ana* ʒ. ß. *ligni aloes, santhali citrini, ossis de corde cerui, & seminis angel. ana* ℈. j. *seminis fœniculi, coriandri præparati ana* ʒ. j. *foliorum menthæ, plantaginis, verbenæ, pimpinellæ*

*Puluis cardiacus pro debellanda h[illegible] [illegible] sæuitia.*

*pinellæ ana ℈. ij. radicis tormentillæ, betonicæ, zedoariæ ana ʒ. ß. florum betonicæ, calendulæ & genistæ siccorum ana ʒ. ß. sacchari rosati triplum*, fiat puluis tenuissimus, dosis sit cochlear vnum initio pastus, & ante sudorifici cremoris haustum.

Inunctionem quæ præcedere debeant.

Quibus sic consideratis, si sors tulerit, necessum esse ad inunctionem ex hydrargyro peruenire, non minori, sed longe exquisitiori diligentia corpus & humores præparare opus erit, non solum sanguine misso, & expurganti medicamento, sed facta prius diebus aliquot ante præparatione & correctione humorum Venerea cōtagione infectorum. Nam cum per repultum, vi & efficacia argenti viui factum, ad interiore viscera & communes canales ex omnibus corporis partibus humores recurrere teneantur, vt sputatione, sudore & alui fluxu excerni possint, necessum est eorum venenum post purgationem & sanguinis detractionem, frænare & compescere alexiphamacis, quæ nuper diximus, *aqua* nimirum & *puluere cardiaco* cum decocto *medullæ Guaiaci*, summo mane sumtis, quo minus membra principalia D humorum contactu oblædantur. Sic corpus huic grauissimo auxilio nullo alio modo commodius dispones, quam per institutam sudationem. Quippe ab assumto *decocto Guaiacino*, antequam corpus pannis contegatur, ipsum inunges: nam Guaiacum alexipharmacum est argenti viuo & contagioni Venereæ, & rursus ita sudando corpus apte disponit, vt minori quantitate, præterquam quod minus lædatur, longe magis *sputationem, sudorem*, aut *alui fluxum* moueri comperies, idque minus moleste & securius: nam citra Guaiaci sumtionem, inunctio ex hydrargyro minus tutæ existunt.

Inunctioni corpus aptū reddit ac præparat sudatio. Inunctio absque guaiaci sumtione minus tuta.

Eadem pro.. us præparatione, excepto Guaiacino decocto, corpus ad suffumigia parabis, sed longe cautius te geres, nam periculosior est cura haud via. Quatenus autem ab accidentibus quæ superuenerint, corpus vendicabis, & quousq; agendum est in huiusmodi auxiliorum administratione, inferius scriptum latius reperies.

Suffumigiorum cura periculosa.

E

## Caput X.

### De sudandi ratione, & sudatoriis auxiliis.

INTER multa & eximia auxilia, quibus Medici antiquiores, ad quorum manus primo hæc lues peruenit, vtebantur, primum locum semper obtinuit sudandi munus, vt quod ex intimis & extimis corporis partibus simul vim habeat radicitus Veneream luem exstirpandi. Et rursus inter omnia medicamenta, quæ huic vsui proficua inuenerunt, tanquam præstantius iuniores Medici vnanimi consensu probarunt *decoctum speciatim pareillæ, ligni Guaiaci & radicis China*, licet alia etiam F maioris momenti reperiri possint. Sed antequam particularia hæc expendam, necessum est docere, sudationem in hoc affectu potius, quam in alio proficuam & necessariam esse: nam cum dictum sit, vniuersam huius affectus rationem pertinere ad substantiæ vitium, tum iecoris, tum tertiæ corporis regionis, nullum aliud adinuenies auxilium, quo omnibus simul mederi possis. Sudor quippe vacuatio vniuersalis est, qua venosum genus & tertia corporis regio sese ab excrementis exonerare habentibus, namq; radicitus humorē & corruptam substantiam conterit & pertinacitatem ha-

Sudatio in lue Venerea potius, quam in alio affectu necessaria.

Sudor quid. Guaiacum primas in sudore prouocādo obtinet partes.

litum digerit. Verum cum fixas altasque habeat hæc affectio radices, necessum proculdubio est, validioribus præsidiis, quibus in aliis morbis antiquitas vtebatur, sudorem prouocare. Huius censūs est *decoctum medullæ Guaiaci*, quod primas censeo in hac re tenere: atqui cum maior beneficii pars pendeat ex proba conficiendi forma, in hac re immorari oportebit.

Guaiaci decoctionem.

Inprimis itaque duplex est decoctionis Guaiaci differentia: Vna *Simplex*, qua communiter vtimur, solum habito respectu ad Veneream contagionem: altera rursus *Composita*, quæ multiplex est, iuxta membri, aut affectus, cui mederi intendimus, naturam & differentiam. Hoc vnum tamen G in ligno Guaiaco obseruatissimum habeo, nimirum *longe efficaciorem esse interiorem partem ipsius ligni, quam extimam, & ob id semper ea vti magis placuit, & feliciter cessit*. Simplex tamen conficitur decoctum vario modo, prout laborans ætate, virtute aut morbi vehementia pollet, vel e contrario. Sed communiter paramus ex *lib. ß. interioris ligni Guaiaci rasi, & lib. xvj. aqua*, licet apud Neotericos huic aquæ quantitati communiter adiiciatur *lib. j. ligni*: tamen hæc est differentia, quod ipsi tantum decoquere sinunt, quantum par est ad tertiam partem absumendam, nos autem decoquimus, donec tres partes absumantur: præterquam quod ipsi vniuersa ligni substantia vtuntur, nos autem solum eius interiori & nigriori parte. Ex quo euidenter constabit, quod quanto quis maiorem instituerit ligni copiam adiicere, minor longe prærequiritur coctio: quanto vero minorem, tanto maior, & sic iuxta ætatem, naturam, vehementiam aut debilitatem affectus, licebit vehementius aut debilius efficere decoctum: dummodo inter coquendum, vas sit adeo coopertum, quod spirare nihil possit, neque feruetur adeo magna ebullitione, quod egrediatur spumosum aliquid. Modus autem præparandi est, quod spacio viginti quatuor horarum madescat in aqua calida, & postea coctio fiat lento igne, & ante integram coctionem adde *liquiritiæ modicum, seminis citri, fœniculi, radicis acetosæ ana ʒ. j.* B facta deinceps colatura in vase vitreo adseruetur.

Ligni pars interior efficacissima.

641 A

NOTA.

Decoctio Guaiaci simplex l. pro fortioribus.

Secundo modo longe pretiosius & vtilius, delicatis ac fœminis, aut imbecillimis & fastidiosis corporibus parabis, & non minus efficax, hoc modo: Excipe *pulueris nigri interioris Guaiaci ʒ. xx. vuarum passarum, glycyrrhizæ, seminis cardui benedicti ana ℥. ß. rasuræ cornu cerui ʒ. j.* macerentur horis viginti in libris t..us aquæ tepidis, in vase nouo diligenter luto chymico obsignato, deinceps in duplici vase feruefacito ad minimum horis decem, & vsui post colaturam adserua, cuius decocti ad ℥. viij. vsque porrigere poteris. Eisdem etiam corporibus idem decoctum pretiosius hac lege parabis: Excipe *interioris Guaiaci subtiliter rasi* lib. j. & ß. *aquarum buglossæ, borraginis & acetosæ per instillationem extractarum* lib. v. *seminis fœniculi* ʒ. ß. C *cinnamomi* ʒ. ij. madescant & calefiant leuiter per horas quadraginta, & postea facta colatura vsui adserua.

Decoctio simplex II. pro delicatis ac fœminis.

III

Aliud etiam non minoris momenti & efficaciæ, sed lōge suauius conficies decoctū, si aliquod ex prædictis instillaueris post coctionem cum pulueribus *anisi & glycyrrhizæ* per moram sapi-

dearum

deum: quippe efficacius redditur ex mora infusionis, & suauius ex colatura: quorum ad ℥. viij. porrigea. Item ex omnibus prædictis in duplici quãtitate exhibitis, cum *lupulis*, *cum rasura buxi arboris*, *aut pini*, & *semicoctis* stillatitiam aquam per duplex vas, aut in balneo Mariæ parabis, cuius noctu ℥. iij. cum laborans it dormitum, porriges, & summo mane quatuor, siue sudorem concitent, siue secus, magni fore momẽti in Gallica curatione comperies. Solent insuper vulgares Medici aliud parare decoctum robustis & pituitosis corporibus proficuum, confectum quidem ex vino & ligni maioti copia, & transacto tantum leuissimo feruore, nam vinum vi sua calidissima, & substantiæ tenuitate, facile Guaiaci vires suscepiat.

V. Pro robustis & pituitosis. D

Decoctum Guaiaci cõpositum.

Sed compositum parabis decoctum ad cõiunctos cum Venerea lue affectus variis modis: nam sic ad Veneream podagram adiicies *hermodactylos*, & *iliam arcticam*: ad paralysin decoctis addes *saluiam*, *maiorana*, *stœchadem*, *casiam*, *fœniculam*, & *modicũ*: in iecoris affectionibus addes *agrimoniam*, *radices diareticas* & *cychorei*, *hordeum* & *rosas*: cui affectioni tutissimo mom erit, & maxime in distemperie calida ipsius iecoris, ipsum decoctum efficere in aqua stillatitia *cychorei*, aut vniuersum decoctum per alembicum instillare, quod mirabilis est efficaciæ. Splene vero vitioso, decoctum parabis addito *scolopendrio*, *borragine*, *lupulis* & *floribus*. Sed ingratiam ventriculi affecti addes *absynthium*, *mentham*, *nardi spicam*, *lignum aloes cum aniso* & *fœniculo*. In thoracis vero affectionibus decocto addere oportet *cardam sanctũ*, *radicem quinque folii*, *iuiubas*, *prunas damascenas*, *passulas sine grano*, *violas*, *capillum Veneris* & *liquiritiam*. Cæterum vt exemplo sit: Excipe *rasuræ interioris Guaiaci* lb. ß. *corticis eiusdem triti* ℥. ij. macerentur horis viginti quatuor in lb. vj. *aquæ*, & in coctionis fine consumpta medietate, adde *polypody quercini* & *glycyrrhizæ ana* ℥. ß. *grana iuniperi*, *seminis cardui benedicti contusi ana* ℥. j. *scabiosæ*, *capillorum Veneris*, *florum stœchados* & *anthos ana* p. j. *mellis optimi* ℥. iij. ac si humor crassus fuerit, adde *succi laseris* ʒ. j. cuius ad ℥. vij. vique porriges. Quod, si cutem extergere & expurgare ab scabie velis, *fumariam* addere erit operæpretium: quæ omnia, si quis diligenter animo pensiter, quæ veluti aliorũ exempla tradita sunt, facile iuxta affectus & partis affectæ naturam, decoctum parare potent. Item pro ratione peccantis humoris: nam biliosis addes, quæ bilem frænent, & melancholicis, quæ melancholiam: sic illis addes *arnaglossum*, *agrimoniam*, *flores cordiales*, & alia id genus: his vero *epithymum*, *polypodium*, *thamarindos*, *myrobalanos*, & *pruna damascena*, ac *fumariam*, & *lupulos*: sic & pituitosis *aristolochiam*, & *gentianam*, & *mellis modicum*. Ac licet potui aquam parare assueuerint Medici fere omnes, scilicet iterum decocta, quia ingrati efficitur saporis, hac lege parato: Excipe *rasuræ Guaiaci* lb. ß. *glycyrrhizæ* ℥. j. *passularum* ℥. ij. macerentur in decem libris aquæ, & postea coquito ad consumptionem duarum librarum.

E

F

Aqua de Guaiaco vt potui suauiter reddatur.

Guaiacum quod optimum.

Dimitto etiam hac in parte consulto ligni Guaiaci naturam & electionem, sat enim est nosse, ponderosum, pingue, & subnigro colore insignitum præstantius esse.

Spartæ parellæ decoctiones.

Ex sparta parella consimili modo variæ fiunt decoctiones non minoris momenti, quippe hæc ex vno trunco innumerosa sobole in diuersas degenerata, maximis viribus pollet in lue Venerea stirpanda: nam tantam in eius viribus inuenerunt Neoterici efficaciam, vt existimauerint, minorem eius quantitatem plus posse in prouocandis sudoribus, quam maiorem ex ligno Guaiaco. Habet enim eius decoctum lentoris cuiusdam non nihil, quo visceium primigenium fouere videtur, & siccitatem illorum præpedire. Quippe ad hominem telata, vel temperata videtur, vel secundi granus initium non transcendit: nam propriis partium tenuitate, quam caloris vi aperire ac sudores mouere conijciendum est. Sic profecto doloribus, vlceribus, tumoribus Gallicis, & omni eius fluxionis forti exsiccandæ proficua consistit, dummodo iusta eius quantitas non excedatur: & ob id *libr. decem aqua* tantum addunt ℥. iiij. ipsius, facta decoctione ad consumptionem medietatis, quam censemus esse communem decõ quo conditationem. Ego tamen in hac re existimo, posse iuxta hanc quantitatem sudorem quidem prouocare, vt decoctum ligni Guaiaci; cæterùm malum ita radicitus exstirpare non item, nisi in imbecillioribus & fragilibus corporibus. Ob id quidem maiora opera Guaiaci decoctum efficacie habet, & robustioribus corporibus proficere, quàm sparta parella. Sed huius medicamenti decoctum varie quis parare poterit, prout maiorem vel minorem efficaciam in eo requirere studuerit: addita nimirum maiori quantitate spartæ parellæ, vel facta maiori decoctione, vel præstita minori aquæ copia. In quo etiam decocto consimiles compositiones efficere possumus eis, quas adduximus de Guaiaco. Sed præter communẽ coquendi modum etiam paratur hac lege: Excipe *sparta parella* ℥. ij. & ß. frustatim dissectæ, macerentur horis duodecim in lb. iiij. *purissima aqua*, deinde coquantur igne tenuissimo, vase probe obturato, dum pars media exhalârit, & decoctum colo transfusum vsui reserueur. Parabis etiam hac lege: Excipe *sparta parella* ℥. iiij. comminuantur & contundantur probe in lb. vij. *aqua* in vase probe loto obsignato, vt nihil exspiret, & coquantur in duplici vase octo horarum spatio, & facta colatura vsui serua. Item efficacius & pretiosius decoctum cõficies, si exceperis spartæ mediocriter coctæ lb. ß. contundantur in mortario ita accurate, vt cum aliquo ex prædictis decoctis, cremoris aliquid prælo extrahatur, cuius porrige ℥. iiij. *aut* v. Parabis etiam non minoris momenti decoctum his, qui iecur aut viscera corporis temperiem calidam habent, in aquis factum stillatitiis ex *buglossa*, *borragine* & *cychorio*. Præterea si efficacius & gratius efficere libuerit, ℥. vj. *sparta in* lb. x. *aquæ ad dimidias coquito cum glycyrrhiza*, *aniso aut fœniculo*, vel quouis alio medicamento, quod partem affectam respiciat, postea in mortario lapideo percolare finito, quorum omnium ad ℥. viij. vique porrigere poteris. Item compositis affectionibus eadem lege, quam de Guaiaco adduximus, decoctum parare probe poteris.

Salsæ parellæ vires quantæ. Salsa parella cuius naturæ.

G

A 646

Sparta parella quibus corporibus conueniat, quibus Guaiacum.

Decoctio I.

II. B

III.

IV.

VI.

Verum de radice Chinæ aliter sentiendum est, quippe in minori quantitate maiores suppeditat vires, quam quoduis aliud ex prædictis pharmacis. In qua re existimo id non fieri, quod plus possit in eradicanda Venerea contagione, quam lignum aut sparta parella, sed ex eo, quod rarioris

C

Radicis Chinæ decoctiones & eius vires quæ.

& spongiosioris sit substantiæ, quæ prompte vniuersas suas vires transmittit in aquam, & ob id minori opus est quantitate, aut longe minorem coctionem patitur, vt vniuersa eius vis in aquã transeat. Sat enim est ℥.j.ß.aut ij. decoquere in ℔.viij. ad consumptionem tertiæ partis, vel medietatis. Dilutius tamen vel efficacius efficere poteris, imminuta aquæ quantitate, vel facta maiori aut minori coctione, iuxta laborantis indigentiam aut vires. Eam tamen eliges, tanquam vtiliorem & efficaciorem, quæ rubri est coloris, & aquam reddit vini nigri dilutioris persimilem. Simili quoque modo eius decoctum conficere studebis, iuxta leges superius adductas, & eisdem omnino modis. Silentio tamen breuitatis gratia prætereo huius & reliquorum medicamẽtorum, quæ sudorem mo- D uent, historiam & vires; Nam mihi hac in parte solum in animo est, vtendi modum docere.

I. Decoctiones Guaiaci, spartæ & Chinæ non ue, fidissimi ac diuturni experimenti.

Præter prædictos decoctionum modos expendisse oportet, alios non minus vtiles, & fidissimo ac diutino experimento probatos reperiri, quibus tuto quis vti poterit, ex omnibus his medicamentis confectos: quippe ex Guaiaco, sparta & China debitè decoctis, ita efficax efficitur, & vtile proficuum alexipharmacum & sudatorium, vt plures, quos neutrum illorum per se valuit ad sanitatem perducere, hoc solo restitutos comperiamus.

II. Sic profecto excipies *ligni* ℥.vj. *spartæ* ℥.iij. *radicis Chinæ* ℥.j. *& facta xxiv. horarum spatio infusione in* ℔. xvj. *aqua ad medietatem coquito*: cui adiicere pari ratione poteris ea medicamenta, quæ parti affectæ, aut affectioni, iuxta adductas leges vsui proficua constiterint: qua decoctione per alembicum instillata, mirum in modum proderis, vel si eiusdem decoctionis ℥. iij. dormituro dederis.

III. Vel spartæ aut ligni, vel Chinæ maiorem, vel E minorem quantitatem adiicies, aquæ imminues aut adaugebis copiam, pro laborantis indigentia & tempore. Sed inter omnia medicamenta id mihi semper vtilius visum fuit his, qui horrorem decoctionis horum medicamentorum fugere studuerunt, quod recipit *ligni Guaiaci* ℔.j. *spartæ* ℔.ß. *radicis Chinæ* ℥.iij. incidantur omnia in minutissimas partes, & lignum in puluerem redigatur in ℔. x. *aquæ* feruentissimæ, & bulliant leuiter spatio vnius horæ: postea in colatorium lapideum proiiciantur, donec omnino liquor instillet, cuius cum modico *cinnamomo aut aniso* ℥.iiij. *aut* v. porrigere poteris. Ex eadem quoque infusione additis *theriaca & mithridati ana* ℥. iij. cum *herbis, floribus aut radicibus* affectioni, aut membro affecto proficuis, instillatitiam aquam per alembicum extractam potes efficere, cuius ℥. vj. calidæ mane sumptæ magnos solent mouere sudores, & radicitus malum exstirpare: porriges horum omnium ad ℥. viij.

IV. Alii non pauci reperiuntur sudationis modi: cæterum non agunt vicem alexipharmaci, sed tantum sudorem mouent: huius naturæ est *syrupus S. Ambrosii*, qui recipit *mily* p.j. *coquatur in* ℔.j.ß. *aqua plantalis, vsque ad eius crepaturam, postea adde vini albi veteris tertiam partem*, bulliant parum, & colẽtur.

Syrupus Ambrosii.

F

V. Instillatio etiam non minoris momenti elicitur hac lege: Excipe *radicis brioniæ, enulæ campanæ, florum rorismarini & samariæ recentium ana* ℔.ß. *theriacæ* ℥.iiij. omnibus commixtis atque contusis, in massa farinæ triticeæ inuoluantur, & coquantur in furno, postea minutim frangantur & instillentur.

VI. Decoctum serpentum.

Experimento etiam fidissimo confirmatum reperio, *decoctum serpentum* (quę apud Hispanos vocantur *culebras*) vtilissimas mouere sudationes, quibus radicitus sæpissime conteruntur reliquiæ huius contagionis, & maxime, si ligni vel spartæ aliquid addideris: abscondes quidem capita & caudas serpentum, licet viuos decoxerint Empyrici eis vtentes. Censeo quidem in Gallicis doloribus, tumoribus & vlceribus, vbi inueterata fuerint, magni fore momenti huiusmodi decoctionem, maxime, si ex ea & reli- G quis, quæ diximus, instillationem paraueris, cuius modicum cibis admiscebis illis, quibus diu inueterauit malum, aut doloribus podagricis complicatum est.

## Capvt XI.

A 647

## De inunctionum differentiis morbo Gallico proficuis.

Inunctiones quibus proficiant.

FREQVENTIVS tamen adhuc nostra ætate Medici omnes, quantumuis timidi aut cautiores sint, inunctionibus vtuntur, quia experimento didicerunt, fere omnibus profuisse. nam his, quibus nullum aliud auxilium præstitisse didicerunt, hoc solũ præsidium attulerunt. Quamobrem, quo res aliqua vtilior & difficilior sua natura est, eo oculatius expendenda venit & ob id de inunctionum natura & vsu paulo diligentius agere institui. Sed vt tem à primis principiis aggrediamur, expendisse oportebit, *in quo potissimum* B *consistat vis & efficacia inunctionum: quibus modis componi & efformari debeant: quibus corporibus adhibendæ sint, quousque, qua rursus lege & methodo.*

Inunctiones vis & Exitum quo per sunt sita sit. Argentum vi vum quo tene constant.

Circa primum, ex communi omnium Medicorum consensu cõstat, totam inunctionum vim in argento viuo sitam esse, quantumuis venefica & maligna qualitate polleat. Nam eius perniciem & venenatam conditionem retundunt medicamenta, quæ illi admixta frænum & attemperamẽtum præstant, quibus ab eo separatum, quidquid lethale exstitit, nisi imprudenter eo vtans. Nam pleraque malorum, quæ auctores referunt nostris corporibus præstare, solum per se adhibitum habet efficere: medicamentis vero, quibus inunctiones constant, admixtum, ea bona, quæ mox referam, molitur: nam eius mobilitatem impedit, & compescit oleosa & pinguosa substantia, quibus necessario ad inunctiones efficiendas admiscetur. Obtunditur enim vis & aptitudo ad motum, mediante pinguedine, aut in minutissimas partes dissecatur præparatione necessaria. C Nam præparatur æstiuo sole, & humana saliua, dum sæpius in mortario agitatur: appellant Medici *Argentum viuum extinctum*. Quæ sane præparatione fit, vt minus præponderet, quia plurimum attenuatur, & ob id ad plures partes peruadit: quo fit, vt vni nocere non possit, quemadmodum dum citra præparationem corpori adhæret. Nam si aut cor aut neruos lædere conspicimus, eius frigiditatem demimus & attẽperamus calidis medicamentis, quibus admiscetur. Vltimu facultatẽ, vim & robur, & spirituum tremorem roborantibus, & quodammodo adstringentibus medicamentis, quorũ vim intus permanentem præcauet hæc mistura, & expulsioni humorum quodãmodo iuuat. Cum hoc tamen non ita

Argentũ viuum quibus præparatur.

parui

Inunctio tes maximi momenti.

parui momenti res inunctio est, si indiscriminatim, vtcunque, & sicut ab suctoribus vulgariter scribitur, cuiuis adhibeatur. Quippe sicut huius auxilii vis in salute reparanda maxima est, ita profecto non minor calsitis in eadem conterenda.

Hydrargyri vires.

Hydrargyrum itaque (*vt quisque sciat, qualis naturæ sit præsidium hoc*) non modo calidorum humorum feruorem atque impetum coercere, obtundere, siccitatem attemperare, & malignitatem cohibere natum est, sed etiam calida ac sicca viscera ita humectare, atque refrigerare potest, vt quam paucissimum bilis deinceps congerant. Quo fit, vt tuto omnis generis scabiem demulceat, atque pruritum compescat, impetiginem, psoram, lichenas, lepram, & alia huius naturæ radicitus euellat.

Inunctio quæ præstet bona.
Quæ præstet maleficia.

Præter hæc bona, quæ præstat, non caret ingenti maleficio, nisi quis caute & prudenter eo vtatur: nam occulta proprietate caput petit, ita, vt immodicas defluxiones atque sputationes molestissimas moueat, & infestissima alui profluuia: fundit enim atque liquefacit non solum pituitam, sed & ipsarũ solidarum partium substantiam, vt ex eis proprium & peculiarem humorem eliciat atque expurget: quod licet venefica qualitate efficiat, proficuum tamẽ & summopere necessarium corpori venefica contagione affecto existit. Quo fit, vt scirrhos emolliat atque resoluat, dolores omnes, tum calidos, tum frigidos mitiget, hoc propria frigiditate, omnes vero purgatoria vi, qua pollet, ob sulphuream & humidam etiam vim, qua pollet, quantumuis contraria videantur, ita, vt vel extremis illitum partibus omnia, quæcunque intus delitescunt, moueat, colliquet, ad os, ventrem aut cutem vi & impetu incredibili pellat.

Inunctio cur à veteribus inter venena habita.

Cum hoc tamen inter omnia hæc bona, quibus prudenter & à perito artifice præstitum abundat, adeo perniciosæ est naturæ, vt si indistinctè aut temerè alicui adhibeatur, facile grauissima mala & mortem accersat, ita, vt veteribus iure optimo inter venena habitum reperiamus. Nam cum vim habeat purgatoriam ingentem, tam supra, quam infra, siue intus sumatur, siue extrinsecus applicetur, verendum est, ne in lethalem superpurgationem ob ingentem vacuationem degeneret. Quippe quidquid sensim colliquat, vndique primum in ventriculum, deinde in fauces, ac denique in os tegerit, vt continua mucosi sputione excernatur vacuatione diutina, ita vt carnes, tendines & vsque ossa lædere sit natum.

Quapropter noviter & vtiliter alia à vulgari vtendi norma adinuenienda est, qua securius eius beneficio miseri laborantes frui possint, & non solum quæ ab hydrargyro creari solent pericula, declinentur, sed etiam reuersionis metus omnis tollatur.

Inunctionẽ vt fiat citra noxã, quæ præcedere debeant.

Inprimis præmissa debita corporis (*vt supra dictum est,*) & humorum præparatione: item ante huius auxilii vsum, apozemate simul sudatorio & expurganti quindecim, aut viginti diebus præmisso (*nec miretur, si dixerim, quod alibi negaueram, nimirum sudatorio & purgante vtendũ esse præparatorio, cum videatur motibus contrariis & naturæ aduersis, ipsam & humores agitare: nam in hac curatione, sicut hydrargyrum id effecturum speramus, pars rationi anteire oportet præparationem*)

Inunctio qualiter & quando per-

inunctionem aggrediens, singulis diebus quinta, sextave hora ante meridiem, calore aut decocto sudatorio spartæ parellæ, aut Guaiaci sumpto ægrum iuxta ignem inungi curabis.

ficienda, ac qua primũ parte.

*Primo* quidem die pedes, crura & brachia tantum: *secundo* vniuersum dorsi spinam ad scapulas vsque, cauens diligẽter caput, ceruicem & anteriores thoracis partes: conteres autem in vnaquaque vnius diei vnctione *vnguenti* ℥.j. & ad summum ℥.j.& ß. Inuncto corpore, pãnis probe contegere expediet, donec mediætans horæ spatio sudauerit, plus, minusve, iuxta corporis robur: nam si vires aliquo modo lapsæ fuerint, ab incepto sudore desistendum, & ægrum calido & nouo linteo inuolutũ alio in tabis, ac si sudor iterum emanauerit, finito viribus recreatis profluere, dummodo corpus linteis frequẽter extergas, quo minus exsoluatur.

A 648
Inunctio citra sudorem largior esse debet.

Quod si citra sudatorium volueris vnctionem facere, non errabis, dũmodo id efficias in robustis corporibus, aut in vetustis affectionibus, quibus sudationes non profuerunt, in quibus maiorem vnguenti quantitatem consumes, aut vim eius adaugebis.

Inunctione quamdiu vtendum.

Qua sane curandi ratione vteris tribus, quatuor, quinque aut sex diebus, plus minusve, prout laborãs tuleri: & postulauerit affectio, ac mox ab inunctione desistes, ne copiosior fiat humorum profusio; ac si fortè fuerit, non protinus cohibenda, sed vires roborandæ sunt, quo possint immodestiam vacuationis perferre, donec ex toto virulentia mali euanuerit.

B
Inunctio quoties adhibenda, & quibus diebus.

Verum, si euacuatio humorum non ita ex voto succedat, singulis diebus, aut tertio quoque die, vel sudatorium aliquod porriges, vel expurgans cum Guaiaco, vt si quid vi argenti commotum est, antequam alio commigret, excernatur. Expende tamen, quod si vel laborans resolutioni sit facilis, vel corpus rarum & facile obsequens, sat erit tunc alternis diebus inungere, alternatim porrigens sudatoriam, aut purgantem potionem, vel aquæ cardiacæ, ℥.ij. Quod si durius corpus sit, sexies aut octies vel decies per interualla inter vnam & alteram sudatoriis dictam inunges, quo & securius agas, & radicitus humorem reuellas. Nam interim dum laborantes ex Guaiaco sudant, inungere, mihi tutius & vtilius semper visum fuit.

Inunctio qualiter doloribus & articulorum impotentia adhibenda.

Verum, si doloribus aut articulorum impotentia laborantem premi videas, tunc quidem die intermedio inter vnam & alteram inunctionis dictam, mane articulos, ceruicem & dorsum inunges oleo ex saluia arte chymica extracto, cum medulla ceruina aqua vitæ sæpius lota: Idem beneficium præstat stillatitius ex *theriaca*, aut *mithridatio* liquor: Consimile bonum infert vaporatio per æstuariolum arte factum, quo laborans sese cooperiat, suscepta ex herbis aqua incoctis, è quibus per tubulum ad æstuarioli alteram partem vapor excurrat.

C

Inunctio quo longior eo tutior.

Itaque tanto hæc curatio tutior erit, quanto longior, ita vt mihi semper visum fuerit, inunctiones, quæ parum argenti recipiant, ad 25. aut 30. dies vsque continuare, ne quæ supersunt fermenti veteris vestigia, reuersionem morbi iterum efficiant, ac ne symptomatum seuitia longe deterior ex imbecillitate & partium corruptione superstit laborans, quam ante curationem: nam hæc bona non nisi sensim & pedetentim in lue Venerea fieri posse, vsus & ratio docuerunt: secus res se habet in robustis & toralibus hominib. Quapropter non omnino damnanda est consuetudo, quæ in he-

D hospitiis de more est, [illegible] corpora, quæ in eis curanda suscipiuntur, facile tolerant hydrargyri quantitatem, qua citius se à morbo & laboribus eruunt.

Sed inunctiones variè apud chirurgos parantur, ac licet omnes consimilem habeant vim & efficaciam, nihilominus tamen ex vsu erit, iuxta corporum & naturarum varietatem, & morbi inclementiam & peruicaciam, varias quoque hac in parte recensere, vt quisque pro singularis corporis indigentia, vtiliorem eligere possit. Prius tamē quam hæc aggrediar, edicere oportet, *quanam ratione hydrargyrum & pinguedines præparentur; vt tutius maior adhuc quantitas adhiberi possit.* Hydrargyrum itaque primo æquis succi saluiæ & aceti partibus maceretur, deinde sublimati momentum adiecito, diu agitando, tandem finito, vt abiecto inquinamento, sincerum relinquatur. Præterea ipsum præparabis vino fuluo cum aromatis, transacto iusto feruore, adiectis ad finem sale & aceto: deinde per pellem subactam percoletur: multi etiam & frequentius humana saliua præparant.

*Hydrargyrum & pinguedo qua ratione præparentur, vt tutius maior quantitas adhiberi possit.*

E Item hydrargyri lb. *cum sublimati* ℥.ij. *& aqua fontana* lb.iij. rudicula diu agitetur, vt quidquid plumbi continuerit, in aquam deponat, qua effusa, purissimus deprehenditur, & longè purius apparebit, si id sæpius efficeres, imminuitur enim hydrargyri quantitas, maxime, si vltimo loco, stillatitio saluiæ liquore, aut ipsius succo abluatur.

*Axungiæ præparatio.*

Axungiam vero, vt vsui proficuam efficias, hoc modo præparato: Excipe *saluia, betonica, stœchados, origani, mentha, sampsuchi, rorismarini, chamæmeli & lauri ana* p. j. *radicis calami aromatici, baccarum lauri & iuniperi ana* ℥.ß. *aqua vitæ* lb.j. *succi saluiæ & ebuli ana* lb.ß. *axungiæ suillæ recentis* lb.iiij. feruescant in vase angustiori, dum aqua & succi spirent, axungia vero deinde torculari exprimatur, & vsui seruetur.

I. *Inunctio pro naturis frigidis.*

His suppositis, primam compositionem sic efficies, præsertim, si laborantis natura frigida sit: Excipe *argenti viui præparati* ℥.ij. *axungiæ porcinæ, vnguenti Marciaton & dialthea ana* ℥.iij. *olei mastychis, de theriaca & de lauro ana* ℥.j. *thuris & mastyches* q. s. vt F fiat linimentum.

II. Aliud item parabis ex *elenio* eisdem naturis vtile, quod recipit *argenti viui* ℥.iiij. succo saluiæ & tantillo therebinthinæ admisce, deinde adde *axungiæ suillæ præparatæ* lb.j. *radicis elenij coctæ in hydromelite contusa & colata, & butyri sine sale ana* lb.j.

III. Aliud etiam eisdem naturis proficuum conficies, quod recipit *hydrargyri* ℥.ß.ij. *olei amygdalarum amararum permixta* ℥.ij. *mucaginis seminis fœnugræci extracta aqua vitæ, axungiæ præparatæ, butyri recentis loti in succo saluiæ ana* ℥.iij. mucago, axungia & butyrum coquantur ad linimenti crassitiem, deinde oleum amygdalarum admixtum argento viuo addatur cum *moschi* gr. vj.

IV. *Pro naturis calidis.*

Calidis vero naturis id proficuum instítues, quod recipit *butyri sine sale, olei rosarum, adipis hœdi lactantis ana* lb.ß. *argenti viui* ℥.iij. confingito.

V. *Pro naturis temperatis.*

Præterea temperatis naturis sic vtile parabis, *butyri recentis sine sale, adipis suillæ ana* lb.ß. *argenti viui præparati* ℥.ij. *&* [illegible]. adeps & butyrū vino albo & saloiæ succo eluantur, argentū viuum deinde adiicito, & sedulo misceto cum moschi granis tribus. G

VI. *Pro scabie.*

Quod si corpus prurigin[osum] sit & scabrum, excipe *radicis elenij, acetosæ, oxilapathi ana* ℥.ij. *morsus gallinæ, fumariæ, chelydonij ana* [illegible] coquantur [illegible] *dromelite*, & tusa omnia co[lentur] [illegible] & adde *argenti viui oleo rosaceo permixti* ℥.iij. *butyri recentis* ℥.viij *adipis capreoli adhuc lactantis, olei amygdalarum dulcium lotarum in succo fumariæ ana* ℥.ij. [illegible] fiat linimentum.

VII. Aliæ autem reperiuntur [illegible] omnes scriptores communes cōpo[siti]one[s], quas moderati & vsus securiores efficere, atque hac in parte scribere placuit: quarum prim[a re]cip[it hy]drargyri exstincti ℥.iiij. olei veteris ℥.iiij. ol[ei] [illegible]. *olei mastyches & laurini ana* ℥. . *pinguedinis por[ci]*, *ceræ virginis* ℥.ij. *dialthea* ℥.j. *thuris*, [illegible] *ana* ℥.j. terantur & liquentur [illegible] cuiusque naturam, & fiat linimentum [illegible] hydrargyrum admiscetur frequentissima [agi]tatione, dum ab igne cætera separare studemus A 649

VIII. A[liud] linimentum recipit *pinguedinis gallinæ & axu[ngiæ] porcinæ & vrsi ana* ℥. iiij. *olei liliorum alb[orum]* [illegible] *ana* ℥.iiij. pinguedines non eliquentur sed diligentissime in mortario agitentur, ac se[nsi]m addatur hydrargyrum, facta agitatione spati[o] dua[rum] [h]orarum, & postea addere oportet [pu]lue[res] [illegible], B *mastyches, myrrhæ, ammoniaci, styracis, saluiæ*, [stœcha]*dos, lithargyrij & cerussæ ana* ℥.ß. qui puluer[es] [s]ensim infundantur facta maxima agitatione, [et] ad linimenti formam omnia redigantur.

IX. Aliud autem linimentum vulgare in hospitiis paratur, quod recipit *axungiæ porcinæ* lb. j. *olei chamæmeli & irini ana* ℥.iij. *therebynthinæ & resinæ ana* ℥. *ceræ parum, argenti viui exstincti in succo limonum* ℥.iiij. fiat vnguentum.

X. Aliud etiam non minoris momenti & maioris efficaciæ reperies, quod recipit *vnguenti Marciati & Aragon ana* ℥.j. *axungiæ porcinæ* lb.j. *olei chamæmeli & anethi ana* ℥.j. *olei laurini* ℥.ij. *argenti viui exstincti in succo limonum* ℥.v. *resinæ & therebynthinæ ana* ℥.ij. fiat vnguentum.

XI. *Omnibus vtilissima & hecticis proficua.*

Sed inter omnes inunctiones, quas hucusque legere potui, aut experimento probare, ea mihi semper visa fuit tutior & vtilior, quæ & hecticis corporibus & pueris hac lue affectu, ac omnibus fere vtilissima & proficua fuit, & lente ac innocue magnum præstitit omnibus beneficium C nam & sola corpori adhibita, & interim, dum laborantes sudant, & dum apozemate purgatorio vtuntur, semper proficua fideliter inuenta est. Huius autem descriptio talis est: *Pinguedinis porci pluries aqua fumariæ abluta* lb.ij. *butyri vaccini recentis abluti aqua vitæ & fumaria* ℥.ix. *axungiæ anatis, gallinæ, & anseris sæpius prædicta aqua lotæ ana* ℥.ij. [illegible] ß. *pinguedinis vrsi, pinguedinis equi, & pinguedinis hominis, ana* ℥.iij. & ß. *pinguedinis serpentis* ℥.ij. *pinguedinis taxi* ℥.j. *dialthea* lb. ß. *theriacæ Andromachi* ℥. [illegible] *olei lauendulæ* ℥. j. & ß. *olei hypericonis & laurini ana* ℥.j.ß. *vnguenti Agrippæ, vnguenti Arragon, & vnguenti Marciaton ana* ℥.iiij. *pulueris mastyches & sandaracæ, & thuris ana* ℥.vij. *pulueris ligni aloes, macis, cinnamomi, caryophyllorum, ana* ℥.iiij. *pulueris stœchados, maioranæ, saluiæ ana* ℥.vij. *pulueris radicis similacis asperæ* ℥.j.ß. *pulueris visci quercini & rorismarini ana* ℥. vij. *euphorbij præparati cum succo limonum, & succo citri & granorum eius, oleo violarum & amygdalarum dulcium, & puluerizati subtilissime* ℥.xj. postea addatur argenti viui exstincti cum *saliua hominis, gummi, succo limonum, & oleo violaceo vel cum dialthea* D (pro pueris & hecticis corporibus ℥.ij. robustiorus vero ℥.vj. & fiat linimentum ad vnguenti formam. Quo sane medicamento tanquam tutissimo

tissime & securissimo vti liberaliter possimus in quouis Venereæ contagionis affectu.

Axungia, olea, Marciaton, adstringentia & aromata, in quem vsum adhibeantur.

Verum, ne quis illotis manibus, & citra debitam considerationem vsum horum auxiliorum aggrediatur in quouis Gallico affectu, expendere oportet, axungiam, præter beneficium superius dictum, doloribus conferre & papulis, quia digerit & mitigat: Olea quidem conferunt, quia rarefaciunt ac digerunt etiam. Cæterum hæc calida esse oportet, vt dolores mitigent, sudores euocent, ac per insensilem halitum quoq; digerant. Sic laurino oleo frequentius vtimur, dum scabies viget. In papularum copia vnguento *Marciaton*, quia partes in tumo-E rem eleuatas digerit. Adstringentibus vtimur, ne plurimum penetret argentum viuum, præterquam, quod facultatum dispendium interdicant: Alexipharmaca vero & aromata permiscemus, ne virulenta contagio membra principalia oblædat: ob id non parum errant, qui solis axungiis & pinguedini admiscent argentum viuum, nam licet citius operetur, grauius tamen offendit.

Dentium vacillationi quæ subueniant.

Verum, quia ex hydrargyro vacillant plerumque dentes, nigricant, & os teterrimum spirat odorem, his omnibus subuenire oportet, & primo dentium motui hoc præsidio, quod recipit *coralli rub. grana finissima, sanguinis draconis, lapidis hæmatitis, mastyches, gummi iuniperi, margaritarum non perforatarum, acaciæ, lacæ, balaustiarum ana* ʒ. ij. *aluminis* ʒ. iij. *mellis rosati* ℥. iiij. *aceti scyllitici* ℥. ij. *succi* F *plantaginis* ℥. ß. Confice vnguentum, & adde *musci & ambræ ana gran.* j. cuius in linteo noctu aliquid dentibus appones: mane tamen ablues hoc decocto, q. r. *aquæ capitum rosarum & plantaginis, vini styptici ana* ℥. iij. *aquæ ferrariorum* ℔. j. *mastyches, thuris, radicis vtriusque consolidæ, roris granorum myrthi, rasuræ Guaiaci ana* p. ß. coquantur & os colluc. Idem facies, si acceperis quantum par sit, prædictorum pulnerum, & cum candido oui linimentum formaueris, dentibusque & gingiuis in linteolo adhibueris. Dealbabis igitur atq; firmabis dentes, eo quod recipit *succi limonum* ℥. iij. in vitreo vase ponantur: cui adde *aluminis vsti* ʒ. iij. & linteo exasperante in hoc succo madido dentes confricentur: Idem facit id, quod conficitur ex *melle & sale æquis portionibus*, atque ad soliditatem feruefactis: quibus in puluerem redactis vtere, ac mox os ablue *aqua vitæ, aut decocto prædicto.*

Dentes quibus dealbentur ac firmentur.

Dealbat etiam mirum in modum dentes aqua, quæ recipit *aristolochiæ viridis, succi limonum ana* ℥. vj. *aquæ vitæ* ℥. iij. *aceti fortissimi & mellis virginei ana* ℥. iij. *prasii viridis* ℥. j. ß. *pumicis marinei, coralli* G *rubr. pulpa ossis sepiæ ana* ʒ. ij. puluerizentur & pistentur, vt in alembico instillari possint. In qua re est expendendum, primam instillationem inutilem esse, reliquas vtilissimas. quibus vteris, dentibus prius fricatis panno aspero, & postea stylo ex pino aqua madefacto ipsos extergito: ac postea eodem linteo absterge. Fœtorem autem compesces, si acceperis panem recenter coctum, & crebris foraminulis excauatum infunde in ℔. ij. *vini albi odoriferi, florum rorismarini & lauri ana* p. iij. *mellis virginei* ℥. vj. *myrrhæ* ℥. j. misce, & per alembicum instilla, & os instillatione colluc:

Fœtorem oris quæ pellant.

### Capvt XII.

A 650

### De Gallicis Suffumigiis.

Suffumigia ab vsu recesserunt.

Altera rursus sudandi ratio, quã aliquando plurimum inualuisse cõperimus per suffumigia factam, hodierna die sponte ab vsu recessit, quantumuis huius auxilii aliorũ affectuum gratia frequentius meminerint prisci illi medicinæ parentes, & nos etiam libro nostr. *De recto Præsidiorum artis medicæ vsu*, capitibus de sudandi ratione & purgantibus per sputum. Verum ne videatur huic tractationi quidquam adesse, placet hac in parte suffumigiorum vsum scribere. In qua re expẽdere oportet, quod licet antiquorum suffumigia mitissima admodum sint, Neotericorum tamen, quæ reperiuntur, tam sæua & periculo plena exsistunt, vt vix prudens & cordatus Medicus eis vti tuto possit. Nos tamen tutioris doctrinæ gratia, mitissima suffumigia adducemus, & ex B valentioribus aliqua, vt quis pronunciato periculo, cum timore eis vti discat. Sunt tamen suffumigiorum duo genera: aliud *Generale*, quod toti corpori debemus: aliud vero *Particulare*, cum tantum vnius partis vitium respicere studemus.

Suffumigia Neotericorum periculosissima.

Suffumigiorum genera duo.

In omnibus tamen suffumigiis cauere oportet omni diligentia & studio, ne laborans in animi deliquium prolabatur. *Secundo* vero expendisse oportet modicum & confectionem suffumigii. Iuxta primum, corpus purgatione præmunire oportet, & his omnibus, quæ antea diximus capite *de præparatione*. Ante suffumigium tamen reficere laborantem oportet, si biliosus sit, *sacchare rosaceo*. Verum si ventriculum sortiatur imbecillem, offa vini vel duobus sorbilibus ouis, ad quorum pensum diligens Medicus reliquis accidentibus, quæ præsentia sunt, aut futura pertimescit, prouidebit.

In Suffumigiis quæ cauenda.

Præterea contegere oportet corpus pannis vn- C dique circumductis, ne suffumigii vapor in aerem externum exspiret, sed vniuersus à corpore suscipiatur, dummodo caput & nares præcaueamus, quominus suffumigium degustent, nam suffocatione, vel aliis grauissimis accidentibus periclitabitur homo. Præterea non diu persistendum est in suffumigio, saltem prima die, sed donec corpus quodammodo incaluisse videatur: & sic sequenti die immorabitur plus laborans, præcauentes, ne adeo persistant, vt animo deficiat, aut aliquo symptomate corripiatur. Cessandum præterea à suffumigiis eo tempore est, quo vel spuerit sufficienter laborans, vel sudauerit, vel pro viribus aluum habuerit solutam. Neque omnes has vacuationes in vno laborante expectare, aut mouere oportet, præsertim si accidentia, quæ vires prosternant, supercrescant. Sed vtcunque suffire studueris, siue partem a- D liquam, siue totum corpus, idem reperies suffumigii genus in duo tantum genera partitum: in Vehemens nimirum, & in Leue. Leuium autem suffumigiorum duplex reperitur descriptio, vtraque vtilissima; Quarum prima recipit *thuris, mastyches, aloes, myrrhæ, ana* ʒ. j. *cinnamomi, styracis, spicæ, nucis muscatæ ana* ʒ. ß. *carabi* ʒ. ß. *musci gran.* iij. ex quibus tritis cocleare vnum super ignitos carbones proiice. Secunda vero recipit *santalorum omnium ana drachm.* j. *nucis muscatæ, maceris, schœnanthi, caryophyllorum, camphoræ, asari ana* ʒ. ß

Suffumigia lenia.

I.

II.

*carabe*

*carabe* ʒ. ß. *terantur*, *& addita therebynthina* fiat pastillus, ex quo fiat *pilula* ʒ. j. quæ supra carbones

III. proiecta fumũ exspiret. His duabus addere placuit tertiam non minoris momenti, quæ recipit *styracis, belzoini, ligni aloes, galliæ muscatæ ana* ʒ. ß. *gummi hederæ* ʒ. j. *ladani* ℈. ij. *sibenanthi & cinnamomi ana* ʒ. ß. *animæ & carabe ana* ℥. ß. terantur & cum styrace, liquida fiat massa. Vehementissima vero

Suffumigia vehementia. suffumigia ex eisdemmet medicamentis conficiuntur, additis *cinabrio, aut sandaraca Græcorum, vel auripigmento, aut præcipitato*, hoc est, *argento viuo* in

E puluerem redacto: Neoterici tamen huiusmodi suffumigia scribentes, cuius ex tribus medicamentis nuper scriptis addunt ℥. ß. *cinabrii vel præcipitati aut sandaraca*, quod temerarium & periculo plenum arbitror: Ego tamen satius esse duxi in periculosissimis remediis, paulatim adiicere validum medicamẽtum, quàm ex copiosa quantitate laborantem ducere in immedicabile damnum. Sic profecto prædictis tribus suffumigiis addere à ʒ. ß. ad ʒ. j. *cinabrij, præcipitati aut sandaraca*, idque cum præmeditatione & præsagio, & non nisi in desperatis affectibus.

## Capvt XIII.

### De conterendis reliquiis humorum in his, quibus maiora auxilia non profuerunt, aut perferre recusant, vel nequeunt.

F ADEO sese dum inueterascit, in carnem & corporis substantiam insinuat hæc sæuissima contagio & pestifera affectio, quod neque sudoribus, neque hydrargyro cedere plerumque

Recidiua in morbo Gallico vnde. visa sit. Aliquando vero, licet primo accessu mitescere videatur, adeo alias clam & occulte insidiantes recondit radices, vt post aliquot non solum dies aut menses, sed & plures annos, maiori feritate sæuiat, hominemque perdere non raro cernamus. Nam ex necessitate naturæ contagionis, & ob humorum abundantiam copiosissimus succrescit excrementorum prouentus, quo vel morbus adhuc in suo vigore perstat, aut maiori feritate reuertitur. Quas sane radices peritiores Medici radicitus euellere studuerunt *Sudoribus, Inunctionibus* ex hydrargyro, & *Suffitibus*. Ve-

Reliquiæ excrementorum quibus medicamẽtis conterantur. rum cum his curationibus non semper subsit locus, quod laborantes præ impotentia perferre non possint, aut præ timore non velint: & rursus, cum adhuc his factis, superſint eædem excrementorum reliquiæ perniciosam reuersionem ef-

G fecturæ, vtilissimum iudicaui, & proficuum fuisse probauit experimentum, medicamenta excogitare, quibus idem beneficium laborantes consequi possint. Cui sane vsui multa mihi ratione & experimento probata auxilia subsunt, quibus tuto quiuis vti poterit, magno cum laborantium commodo.

I. Auxilium. Sic primi generis auxilium sit, laboranti porrigere *aquam decoctionis sudatoriæ ligni Guaiaci, aut smilacis asperæ in potu quotidiano, in prandio & cœna,*

651 A *cyathos duos in meridiano prandio, vnum vero in cœna, quo auxilio quam plurimos leuatos vidi, & ex toto liberatos.* Imbecillibus vero, extenuatis & pueris porriges in prandio & cœna decoctum *foliorum pentaphylli*, quantum illis par fuerit, & citra nauseam tolerauerint: & summo mane, ita vt possint superdormire, decoctionis [illegible] lb ℥. iiij. *calidæ*. decoctio fiat ex ℥. iij. [illegible] *duabus aquæ ad medietatem pro tribus vicibus*. Secun-

II. dum esto, *apozemata seu serapia* quæ simul vim purgatoriam & alexipharmacam sortita, non [illegible] ro plures quos hydrargyrum, aut sudationes [illegible] restituerunt, in pristinam salutem reduxerunt. [illegible] quamuis plures ordinandi formas passim [illegible] peries, placuit primo hac in parte eius meminisse, quæ recipit *sparta parella, radicis Chinæ, polypodij, passularum, radicis cichorei singulorum* ℥ [illegible] *plantaginis, agrimoniæ, borraginis, fumariæ, ceterach, colopendriæ, scariolæ, pimpinellæ, calendulæ ana* m. *florum cordialium & genistæ ana* p. j. *seminum frigidorum maiorum & fœniculi ana* ʒ. j. & ß. *rasuræ eboris & cornu cerui ana* ʒ. j. *seminis citri, cardui & tormentillæ ana* ℈. iiij. *foliorum senæ* ℥. j. & ß. coquuntur ad [illegible] & in colatura dissolue syrupi de succo acet[illegible], *de limonibus & violarum ana* ℥. j. & ß. fiat apozema, cuius *porrige* ℥. iiij. Valet huiusmodi medicamentum summopere ad reliquias conterendas, vbi iecur calidum est & siccum, & corpus [illegible] ex carne & febricula confectum, maxim[illegible] [illegible]scerum obstructionibus prematur. Cui, si velis aliquid eius, quod reliquum fuit, purgare, addes in ligatura *rhabarbari* ʒ. iiij. *foliorum senæ* ℥ [illegible].

III. ex quo porriges ℥. iiij. Eiusdem naturæ est apozema, quod recipit *rasuræ interioris Guaiaci* ℥. vj. *polypodij quercini, vuarum passarum ana* ℥. *macera horis viginti in libris sex aquæ*, deinde igne remisso coquito ad medietatem, & adde (vbi siccum &

C calidum corpus fuerit) *radicum cichorei* ℥. iij. *agrimoniæ* p. ij. vel (vbi corpus pituitosum fuerit) *baccarum iuniperi* ℥. j. *radicis enulæ siccæ* ʒ. ij. *capillorum Veneris, manipul.* ij. ferueant rursus, donec libræ duæ duntaxat supersint, & adde *foliorum senæ* ℥. ij. *seminis fœniculi & cardui, rasuræ cornu cerui ana* ʒ. ß. bulliant parum, & post refrigerationem

IV. diligenter colentur, & colaturæ adde *syrupi violarum* ℥. iij. Conficies item aliud, quod recipit *rasuræ interioris Guaiaci*, ℥. ij. *corticis eius* ℥. j *sparta parellæ* ℥. j. ß. *radicis Chinæ* ʒ. vj. *epithymi & polypodij ana* ʒ. iij. *iuæ arthriticæ* ʒ. vj. & ß. *asplenij* ʒ. v. *eupatorij & capillorum Veneris ana manip.* ij. *radicum asparagi, fœniculi & cichorei ana* ℥. ij. & ß. in fine decoctionis adde *rhabarbari* ʒ. iij. *foliorum senæ* ℥. ij. & ß. coquantur *in libr. decem aquæ* ad consumptionem medietatis, & adde *cinnamomi* quantum sat sit ad conciliandum gratum saporem. In hoc apozemate considerabis, gratia eorum quibus calidum est iecur, additum fuisse *eupatorium*, item & *radices cichorei ac rhabarbarum*: eorum vero, quibus splen vitiatum est, aut melancholia

D abundat, *asplenium*: quibus articuli dolent, *iuam arthriticam*, quorum beneficio addi possunt *hermodactylorum* ʒ. iij. aliter vero nequaquam, turbant enim feros succos, & impediunt crassorum purgationem, ac forsan sudorem. Præterea, si hydropis suspicio, aut vestigium præsit, vel difficulter laborans purgatus erit, robustusque fuerit, non erit abs re *radicis ireos* ℥ j. aut duas addere. Hæc enim omnia in hac & reliquis compositionibus adseruare conueniet, vt facile quisque intelligat iuxta cuiusq. peculiarem indigentiæ naturam, hoc salutari præsidio vti: cuius singulis diebus, aut si laborans imbecillus fuerit, tertio quoque die, ℥. *quatuor aut quinque* porriges, vel quan-

... , vt laborantibus, terve aluus solutus ... mane dabis, vt laborans pan... per ... fieri possit, quidemus. quo ... est ... sudorem exspiret, vt post mo lum p... quod crassum fuerit, expurgetur. Aliud etiam apozema conficies non minoris momenti, quod recipit radicis Chinæ ℥. vj. sparta parella & interiorum ligni Guaiaci ana ℥. ... & ß. absinthy pontici, p. s. pimpinella sicca, manip. j. capillorum Veneris & ... ana p. ... ß. epithymi & polypodij ana ℥. iij. cardui sancti & calcitrapa ana p. j. coquantur in libris octo aquæ ad medietatem, & facta colatura adde pulueris diarrhodonis & diamargaritonis frigidi ana ℥. j. & ß. theriaca & mithridati ana ... seminis melonum conquassati ℥. ß. foliorum senæ ℥. ... & ß. anysi ℥. ... bulliant leuiter, & iterum colato.

V.

E

*Apozemata vt fiant gustui grattiora quæ addenda.*

Hæc apozemate veteris in his, quibus vires cordis & ventriculi deiectæ cõspiciuntur. Sed expende, quod si omnia hæc apozemata gustui gratiora, & non minus vtilia velis efficere (quod summopere exoptant miseri laborantes) percolare per mortarium lapideum poteris cum cinnamomo, aniso, fœniculo vel corticibus citri: nam quod instillat, gustui & vtilitati efficitur proficuum, amittit enim horrorem, quem visu & gustu refert. Verum, ne ad conterendas reliquias præsidia desint, placet hac in parte alias compositiones addere, quæ non sunt minoris momenti, vt quisque iuxta indigentiam laborantis eligere possit: quod magis proficuum fuerit. Prima quidem recipit myrobalanorum omnium ana ℥. ß. contundantur crassiori modo, & infundantur in libr. septem aquæ fumariæ, quibus addere oportet rasuræ ligni Guaiaci ℥. vj. sparta parellæ ℥. ij. Verum, si ventriculum parum cõperias, adde radicis Chinæ ℥. vj. & facta coctione ad medietatem, post colaturam vsui seruetur. Præstat quidem hoc decoctum biliosis, si addideris agrimoniæ & cichorei ana manip. j. Præstat etiam melancholia abundantibus, si adieceris polypodij & epithymi ana ℥. ß. liquiritiæ, cariophyllorum, seminis citri ana ℥. ij. Ex vsu quoque erit ad purgandas melancholiam & pituitam, si addideris foliorum senæ ℥. ij. agarici ligati ℥. ß. syrupi fumariæ ℥. iiij. Verum, si vetustius fuerit malum, & maior humoris melancholici prouentus, adiicies insuper corticis ellebori nigri ℥. ij. & laboranti porriges ℥. ij. Aliam quidẽ conficies potionem non minoris momenti, quæ recipit foliorum & folliculorum senæ ana ℥. ij. polypodij ℥. ß. myrobalanorum omnium ana ℥. iij. agarici & rhabarbari ana ℥. iiij. macis & mastiches ℥. j. gummi Arabici, ligni aloes ana ℥. ß. fumariæ & epithymi ana ℥. ß. corticum ellebori nigri ℥. j. & ß. zinziberis ℥. ß. contusa omnia infundantur in sufficienti quantitate vini dulcis viginti quatuor horarum spatio, postea infunde florum cordialium ana p. j. passularum ℥. iiij. coriandri præparati ℥. ij. ... facta leui ebullitione vinum coletur, & laboranti porrige ab ℥. ij. ad iij. Erit quoque mirabilis efficaciæ, si laboranti porrexeris quarto aut quinto die, vel distantius, si id vires non tulerint ℥. ij. huius mirabilis compositionis, quæ recipit smilacis asperæ ℥. decem, ligni Guaiaci ℥. duodecim, Chinæ fere in puluerem redacta ℥. vj. aristolochiæ rotundæ ℥. iij. corticis ... Guaiaci conquassati ℥. iij. polypodij ℥. v. corticis radicis cichorei, eringij & apij, ana ℥. ij. ß. epithymi ℥. iiij. coquantur omnia in libris quatuordecim aquæ ad consumptionem medietatis, & facta colatura residuum

VI.

F

VII.

G

652 A

in mortario lapideo contundatur, & pistetur, & prælo forti exprimatur, & expressio admisceatur prædictæ colaturæ, & tunc infunde foliorum senæ ℥. xi. ... ulorum senæ ℥. viij. florum cordialium ana p. ... agrimoniæ & pimpinellæ ana manip. j. hermodactylorum infractorum ℥. j. anysi ℥. iij. ana artetica ℥. x. iterum leuiter bulliant, & adde lac decem vnciar. seminis chartami extractum prædicta decoctione, & omnia simul destillentur additis sacchari lb. iiij. & syrupi solatiui rosarum Persicarum ℥. xij.

Præterea, vt suauius prædictas reliquias conteras, ex quouis prædictorum apozematum serapia parare poteris, additis succi fumariæ, borraginis pomorum, eupatorij & cichorei aut pimpinellæ ℥. vj. sufficiet enim duos vel tres prædictorum succorum addere, iuxta laborantis & morbi indigentiam; item sacchari quod sufficiat, vt fiat serapium, noctu dum laborans it dormitum, sumendum dosi iij. ℥. Eiusdem efficaciæ est serapium purgatorium, quod magni momenti in hac affectione arbitramur esse, & recipit radicis cichorei ℥. iij. radicis acetosæ, graminis, oxylapati, passularum, polypodij ana ℥. ß. radicis dictamni & tormentillæ, ana ℥. ij. ß. endiuiæ, lupuli, borraginis, buglossi, fumariæ, betonicæ, eupatorij ana manip. j. capillorum Veneris, pollitrici, ceterach, scolopendriæ, scabiosæ, pimpinellæ, scordij, plantaginis, florum cordialium, anthos nymphea, genistæ ana p. ij. seminum frigidorum maiorum, seminis citri, acetosæ, fœniculi, anysi & cardui ana ℥. j. foliorum senæ ℥. iij. coquuntur ad libr. j. adde in fine decoctionis agarici ℥. ß. cinnamomi ℥. j. in expressione dissolue sacchari albissimi lb. j. & fiat syrupus mediocris consistentiæ: cui adde in fine coctionis, expressionis ℥. iiij. rhabarbari: huius quantitas sit ij. ℥.

B

I.

*Serapium pro conterendis simus reliquiis.*

IL.

*Serapium purgatorium.*

C

Conficies alium non minoris momenti, qui recipit ligni Guaiaci interioris rasi ℥. iij. sparta parellæ minutim incisæ & confractæ ℥. ij. ß. radicis Chinæ conquassatæ ℥. j. ß. agrimoniæ man. ij. cichorei & pimpinellæ ana manip. j. capillorum Veneris & fumariæ, ana m. ß. absynthij pontici ℥. ß. radicis cichorei scorzoneræ rabea & pimpinellæ, ana ℥. ß. radicis rumicis ℥. ij. epithymi & polypodij ana ℥. iij. turpeti Hispani ℥. iiij. florum borraginis, buglossi, violarum, ana p. j. bulliant omnia secundum artem in lb. viij. aquæ ad medietatem; & facta colatura adde foliorum senæ ℥. iiij. seminis chartami conquassati vnc. iij. & post noctem exprimantur, & adde sacchari albi q. s. vt fiat serapium, cuius iij. ℥. quarto die aut singulis diebus porrigere potes.

III.

Possunt etiam ex vtroque decocto, antequam conficiatur serapium, instillationes per alembicum aut in duplici vase fieri, additis theriaca & mithridato, cardiaca, fumaria, & aliis, quæ vel affectum, vel partẽ affectam respiciant. Huius naturæ profecto est instillatitia aqua, quæ recipit theriacæ antiquæ lb. ß. radicis elenij, caudæ equinæ ana ℥. iiij. cicerum ℥. iij. cardui benedicti, cardiacæ & saluiæ, ana manipul., ... artetica manip. j. & ß. radicis ebuli & iileorum ana ℥. ß. pimpinellæ, eupatorij, fumariæ, acetosæ, betonicæ, scabiosæ, ana p. ij. capillorum Veneris p. j. florum cordialium ana p. j. ligni Guaiaci & corticis eiusdem maceratorum per diem in lb. iiij. hydromelitis ana lb. j. ponantur omnia in vase vitreo, & instillentur, huius destillationis dosis sit ab ℥. ij. ad iiij. Alteram vero, quam minorem esse scimus, recipit theriacæ veteris mithridatii ana vnc. iiij. succi acetosæ

D

I.

*Aqua stillatitia pro conterendis reliquiis.*

II.

*& pimpinellæ, eupatorij, saluiæ & scabiosæ, ana* ℥. iiij. *florum stœchados* p. j. *pulegij, graminis cardui benedicti ana* p. j. *&* ß. *ligni Guaiaci rasi* ℔. j. *corticum eius* ℥. iij. macerentur in libris trib. aquæ, vbi prius vino irroraueris, & destillentur omnia simul contusa: huius instillationis quantitas sit ab ℥. j. ad v. Quam scimus summopere prodesse fœminis, senibus, debilibus, & his, qui clam student sudare.

III. Pari prorsus ratione easdem aquas instillare poteris in duplici vase, quod longe vtilius & gratius fore arbitror.

IV. Consimilem aliam instillabis; quæ & sola per se & aliis apozematis & serapiis admixta, amuleti & secreti, aut alexipharmaci præstantioris vicem gerit, cuius superius meminimus sub nomine *aquæ cardiacæ*: cuius naturæ est, quæ recipit *interiorum ligni Guaiaci rasi* ℔. j. *sparta parella minutim incissa* ℔. ß. *radicis Chinæ* ℥. ß. *foliorum & radicum pentaphylli, manip.* iiij: *linguæ ceruinæ, manip.* ij. *scabiosæ manip.* ij. madefiant & coquantur in ℔. vj. *aquæ ad medietatem*, & posteà instillentur, & interim pone in ligatura *confectionis Alchermis* ʒ. iij. *pulueris anisi & corticum citri ana* ℥. j. Præter quas sane compositiones, quiuis Medicus, si prudens sit, alias non minus vtiles efformare poterit, & maxime, si instillauerit aliquod ex prædictis apozematis vel serapiis.

F Conterunt insuper & consumunt huius Venereæ contagionis reliquias pilulæ, quas noctu sumendas aut summo mane, mille modis conficere poteris.

*Pilulæ pro conterendis reliquiis morbi Gallici.*

I. Primo enim vsui proficuas comperimus eas, quæ recipiunt *sparta parellæ in puluerem reductæ* ℥. ij. infunde in libris tribus aquæ *cardiacæ, fumariæ, ac borraginis*; & bulliant lento igne, vsque ad consumptionem duarum tertiarum, & facta colatura, iterum adde *aloes* ℥. j. & bulliant; donec contrahant spissitudinem efformandis pilulis idoneam, quarum sumat laborans tertio quoque die ℥. j.

II. Conficiuntur etiam pilulæ ex succo *marrabij aut saluia, & pulueribus sparta parella & foliorum senæ*:

III. item *ex melle scyllitico & prædictis pulueribus*, ac si robustus fuerit laborans, *ex succo ebuli, aut ireos cum eisdem pulueribus & modica conserua florum borraginis aut violarum*.

IV. Sed agricolis & robustioribus hominibus peritus & prudens Medicus porrigere poterit eas, quæ côficiuntur ex præcipitato: quas

V. vt securè præbeas, hoc modo parabis: Excipe

*Pilulæ ex præcipitato.*

*pulueris præcipitati (macerati biduo in aquis refrigerantibus, ac rursus in cardiacis)* ℈. j. *pulueris electarij triasantalorum* ℥. ß. *rhabarbari electi* ʒ. j. *mithridato optimi, conserua buglossæ, pulueris rosarum, mastyches ana* ℈. ß. subigantur simul cum mucagine tragacanthi extracta in aqua rosarum, fiat massa: G dosis eius sit ad ℈. j. in tribus pilulis dissectum, hausto prius iure pingui ex vitulina carne & pullo gallinacco, cum oxalide & portulaca. Sed in harum pilularum vsu consulo, semper à minori quantitate esse incipiendum, vt iuxta virium mensuram vacuationes subsequantur.

653 A

I. Pulueres etiam huic vsui côficiuntur ea efficacia, quæ mirum in modum plures, quos informabat hæc lues, in pristinam sanitatem reduxit. Huic vsui primum locum tenet puluis *sparta parellæ* ℥. ij. *aloes* ℥. j. *spica nardi, ligni aloes ana* ℥. ß. *sacchari* ℥. j. *cuius sumat laborans summo mane* ʒ ij. ß. *cum modico vino albo*, superbibens aquæ calidæ ex *sparta parella* ℥. iij. quod fiat duodecim horarum spatio: sed mox ab assumpto puluere coopertus æger dormiat, à somno vero surgat è lecto, vt purgetur commodius possit: si eorum vtilitas erit, bis, ... virum deponere, vt leuius ... habeat post tres quatuor dies, licet in illis non ita ... ferre ... tur.

*Puluis pro conterendis reliquiis morbi Gallici.*

II. Alter vero puluis mirabilis efficaciæ conficitur hac lege; Excipe *pulueris sparta parella* ... *liorum senæ* ℥. ij. *cum vino aut in ouo sorbili sumat laborans* ℈. iij. dum it dormitum, aut summo mane.

III. Puluis quidem alter loco amuleti & alexipharmaci habitur, describitur hac lege; Excipe *rasuræ eboris, cornu cerui, margaritarum ana* ʒ. ß. *florum betonicæ, calendulæ, genistæ siccorum ana* ʒ. ß. *ligni aloes, santali citrini, ossis de corde cerui ana* ℈. j. *seminis feniculi, coriandri præparati ana* ʒ. j. *foliorum menthæ, verbenæ, pimpinellæ, ana* ʒ. ß. *sacchari rosati triplum*, fiat puluis tenuissimus, cuius laborans ante prandium & cœnam, cochlear e vnum capiat: quem quoque vtilius longe efficias, si ei addas pulueris spartæ parellæ ℥. j. & noctu cum laborans it dormitum porrexeris. Nec prætereundum est hac in parte, non minoris momenti esse vsum theriacæ aut mithridati, sed vtilioris commodi est eorum instillatio cum *scylla, melle & decocto Guaiaci*.

*Vsus theriacæ & mithridatis.*

Conferunt insuper huius mali reliquiis, ac forsan efficacius & tutius alimenta alexipharmaca, quibus intus tuta alentea succos reconditos, proprius venefica vis infringitur & infirmatur. E Est enim hæc pulchra & vtilissima curandi ratio: nam clam sese alexipharmacum in veneni sedem insinuat, ac in laborantis carnem commutat, & naturali antipathia inimicum perdit & corrumpit: cuius etiam curandi rationes latius inferius in puerorum ac hecticorum ex morbo Gallico curatione meminero. In primis enim conficere poteris conditum hac lege factum: Excipe *mellis despumati lento igne* ℔. ij. *panis biscocti sicci & in puluerem redacti*, ℥. viij: *pulueris sparta parellæ* ℥. iiij. bulliant omnia lento igne, donec supersit mediocris consistentiæ, & tunc adde pulueris *foliorum senæ* ℥. ij. *aquæ vitæ* ℥. j. *&* ß. bulliant iterum, donec possint fieri tabellæ; quæ citra lentorem in puluerem reducantur, cuius laborans dum it dormitum, capiat ℥. j. & ß. ac si maluerit in tabularum forma sumere, non erit abs re.

*Conditum pro conterendis reliquiis.*

*Secundo* fieri possunt panes ex prædictis *pulueribus & sparta parella, aniso & fœniculo* admixtis. Item decocto Guaiaci panis fermentetur, & eodem aut decocto spartæ parellæ iura parentur, incoquanturque carnes.

*Panis & iura pro reliquiis conterendis.*

Quod si ius parare studueris, hoc modo D facito: Decocto Guaiaci vitulinam carnem cum pullo gallinaceo incoquito, adiectis sub coctionis fine *foliis hyssopi, buglossæ, borraginis & pimpinellæ*, quibus expressis, bis terve die quatuor vncias huius decocti præbeto. Verum, si aliter parare volueris, sic facito: Excipe *pulueris Guaiaci* ℥. ij. *corticis eiusdem* ℥. ß. coquete simul in ℔. vj. *aquæ*, & in fine adde *seminis cardui contusi* ℥. ß. *radicis betonicæ, coronariæ & tormentillæ ana* ℥ j. & ß. *foliorum siccorum pimpinellæ & scabiosæ, ana* p. j. *glycyrrhizæ* ℥. ij. *carnes trium pullorum*, vbi sufficienter coxerint, colentur citra expressionem, & laboranti porrige ℥. iij. Quod si hæc omnia adhuc laborans tenuerit, experimento fidissimo probatum est sudatorium Guaiacinum sol... o efficacius factum, nocte aut summo mane sumere, & non sudare, sed publica adire, vt de more habet laborans, negotia. Item non minoris momenti est pro

*Sudatorium Guaiacinum sudore.*

est pro potu, in prandio & cœna nullo alio vti, quam decocto Guaiacino, vt conficiatur ad mouendum sudorem, mirum enim in modum ve- E tustam luem conterit, & fere omnino exstirpat. Præterea tumoribus morbi huius, & maxime in capite discutiendis pileum conficere oportet ex cera & herbis capitalibus resoluentibus, quem inter sudandum laborans teneat in capite: constat ex *stæchade, maiorana, betonica, chamæmelo, melilito, flore rorismarini & cera*, quo similiter vteris in quouis alio tumore: dummodo argentum non recipiat, quia sudorem aliquo modo arcet.

Pileus pro discutiendis tumoribus.

Quod si his omnib⁹ factis, omnino huius peruicacis veneni reliquias conterere non valueris, patienter consule ferat laborans, fontanellam in altero brachiorum aut cruium aperire, per quam exspiret, quod in parte aliqua vel continetur, vel aliunde transmittitur, effectum maius damnũ. Quippe dum secur exæstuat, in crure dextro aperta præsidio est. nonnunquam dum caput iam diu id vitium contraxit, quod alus impartitur, in brachio affixa maximi solet esse momenti, dum interim non obliuiscaris paulatinis purgationi- F bus iecur & vniuersum corpus ab excrementorum spurcitia liberare.

Fontanellæ vsus in reliquiis contegendis.

# DE MORBO GALLICO, LIBER SECVNDVS.

## CAPVT I.

### De Gallicæ contagionis cum aliis affectionibus implexu & curatione.

G CVM nihil sit in parte artis curatiua æque difficile, abditum & mille dubitationibus ac vaois coniecturis implicitum, quam affectionum implexus & miscella, nihil profecto æque diligentet tractari & prudenter expendi expostulat, quam eorum prouidentia, & ad antiquam sanitatem reductio. Et cum frequentius Gallica lues sese iotinuet in immundum corpus, & aliis affectionibus, humoribus & excrementis oboxium, quam io temperatum & exquisite in reliquis sanum; ob id profecto haue patiem, quæ complexum alicuius alterius mali cum lue Gallica considerat & expendit, diligennus tractare 654 A aggrediar. Nam ex indistincta & nuda curatione Venereæ contagionis, citra respectum ad alium affectum, passim & in plerisque laborantium conspicimus, vel in alios grauissimos morbos aut ferociorem luem prolapsos fuisse: vel ex remediis, quæ è directo huic Venereæ contagioni correspondent, nullum suscepiate leuamen, ita, vt vetustior facta, incurabilior deinceps fiat.

Affectionũ implexus & miscellæ in medica sine curatur dif. ficultate.

Considetandum tamen primo est, vt res ex voto succedat, complicationem affectuum cum Venerea contagione posse fieri vno è quatuor modis: Quippe aut cum ipsa cohærent & coniunguntur affectus Venereo contagio similes in materia, vel in aliqua alia re (*qualis est articularis morbus, omnis generis dolores externarum partium à frigida capitis destuxione: intemperies iecoris, aut ventriculi, vel lienis humidior & frigidior, à quibus vel obstructiones, vel alij dolores proficiscuntur, vel hydrops,* B *epilepsia, stupor, paralysis, vel quidis alij perniciosi ab eadem causa proficiscentes*) quos simul cum lue, & seorsum ac eisdem fere auxiliis, quisque reprimere & curare poterit, ab eo incepta curatione, quæ II. magis vrget, reliquo non neglecto. *Secundi* vero ordinis sunt hi, qui licet ab eodem fiant humore, quia qui præexistunt, sunt in parte principe, ad quam ob impotentiam ab innato & proprio morbo contractam, Gallici humores proprlis auxilus commou facile confluunt, & vel subitam ac inopinatam mortem Gallica præsidia accersunt, vel longe grauius symptoma, aut malum

Complicatio affectuũ cum Venerea lue quatuor quibus modis fieri possit.
I.

aliud difficilimum. Huius naturæ est *Angina* cum vlcere Gallico in faucibus complexa, aut quæuis difficilis respirationis species, in quibus si vel hydrargyro vtaris, vel sudorifico alio auxilio, quo Venereæ contagionis gratia vti opus sit, mirum non est, si in subitam suffocationem laborantem deferas, vel longe mag. æpræd. ctum affi ctum adaugeas Gallicis præsidiis, quàm citra ipsa. *Tertij* III. vero gradus sunt morbi acuti, periculosi & gra- C uissimi, qualis *ardens febris aut hectica, vel pleuritis, peripneumonia*, & reliqui id genus: quibus præsentibus omnino posthabenda est Veneæ contagionis ratio, donec aliorum inclementiam auxiliis declinaueris ac superauens. *Quarti* autem IV. & vltimi sunt morbi diuturni, siue similes Lui Venereæ, siue dissimiles exsistant, natiua item & morbosa laborantis temperies, quæ omnino præsidiis Gallicis aduersatur: Nã sæpe ob eius ignorantiam Medici incauti, vel omnino laborantes perdunt, vel Veneream contagionem incurabilem reddunt. Quorum omnium edisceie prouidentiam prudenter ac diligenter conuenier, vt in morbo adeo graui, venefico, contagioso & perniciioso, aliquid frugi efficere valeas.

*Prima* igitur complexus conditio & sors ea ex- Complexus conditio prima quæ intercipienda. sistit, quæ ex affectibus Gallico humore similimis constat, vt arthritis & reliquæ affectiones, quas memorauimus: in quibus nihil noui afferre oportet, sed curationem primo & per se insti- D tuere, qualem Gallica contagio exoptat, admixtis tamen medicamentis, quæ vel partem affectam, vel affectum, vel eius humorem simul respiciant: Nam vtraque medicamentorum sorte taste curantur: & ob id nihil nobis immorandum erit, præterquam, dum affectus ex viscere aliquo affecto prodit: nam tunc si secur sit, roborandum est simul, ac Venereæ affectioni obsistendum, vt in *hydrope, aut malo corporis habitu, epilepsia, stupore & paralysi*, in quibus pari forsan diligentia adhibenda est affectui & Gallicæ contagioni: nam si alterum posthabeas, vel nihil efficies, vel lædes.

*Secundi* ordinis complexus, situs est in membri Complexus conditio secunda quæ luet curanda. affecti præstantia & periculo ob vrgentiam. Sic profecto anginosi homines & asthmatici, & qui frequenter nacti sunt pati ad prædictas partes defluxiones, & ob id frequentius angina aut difficili respiratione corripiuntur, dum vlcere faucium

E Gallico premuntur, & ea ratione, vel sudore, vel hydrargyro indigent, cauendi sunt ab hoc curationis genere, saltem ab hydrargyro, ne inopinata suffocatione pereant: satius enim est, per apozemata, per frequentes sudationes, & per topica auxilia, quæ à parte Venereum vlcus aut vitium afferant, malum hoc declinare, quam recipiendi consuetudine posthabita, morbum ad maiorem feritatē ducere, humore Gallico vniuerso ad eam particulam euocato. Quo tempore vtrique affectui communia præsidia expertus sum præstare magis, quàm nitens Gallicam luem ex toto deuincere, præexistentibus & grauioribus malis vires & robur addere. Quapropter in his duobus casibus, & aliis, qui similes illis existunt, tutissimo euentu expertus sum, fontanellas brachiis affigere, præsentaneum esse auxilium, quod & fluxionis consuetudini, & Gallici humoris affluxui prodesse simul possint.

Complexus condino tertia qualiter tractanda.

*Tertij* gradus implexi sunt morbi acuti, celeres, periculosi, calidissimi, velut *pleuritis*, *peripneumonia*, *iecoris inflammatio*, *causus*, aut quæuis alia febris species, quæ ob humorum tenuitatem & caliditatē celerem sortiatur motum, & breui tempore pericula afferat. Quibus licet præsit in eo tempore Gallicus apparatus, omnino prouidendum est, nullo habito ad Gallicum respectu, sed inclinata acutis affectus feritate prius: tanto enim vtraque vrgentia viget, ac si forte adsit ea, quæ à Venerea contagione prodit, longe maiores semper præstat spectandi inducias, quàm acutorum natura & celeritas: cui, si expedit, eadem die subueniendum est, tardare enim in talibus, malum dixit Hippocrat. quod in Venerea lue non ita accidit. Quapropter, cum nusquam pari vrgentia coniungi possint & ad id, quod magis viget, dirigi primo debeat curantis consilium, semper acutis prouidendum. Nec miscere oportet Gallica præsidia, vt in aliis affectionibus: quippe hæc cum calida plerunque sint, sicca, & febrem concitantia, nulla lege admittit acutorum morborum calor ac feruida natura & motus celeritas: quinimo si quis, vt diligens videatur, vtrisq; velit prouidere, præ G cedit, quod Gallico affectui nihil proficiet, acutum summopere exacerbari coget.

Complexus condino quarta qualiter curanda.

Quartæ & vltimæ sortis complexus est, cum morbum Gallicum efficiunt vel morbi calidi, aut calidioris humoris soboles, si diuturni sint, vel iuueniles & calidæ ætates, aut naturalis vel adquisita totius corporis, aut alicuius membri præcipui calida & sicca, atque æstuosa temperies & natura: hæc enim longe maius facessunt negotium, quàm quiuis alius complexus. Sic morbi diuturni, sed ex sicca, æstuanti aut salsuginosa materia or-

655 A ti, qualia sunt *vitiligines*, *impetigines*, *psora*, & aliæ cutaneæ aut internæ affectiones, hanc habent peculiarem considerationem, quod si ex materia Gallica oriantur, nulli dubium est, quin consimilem prorsus curationem expostulent, siue eam per sudores instituas, siue per *hydrargyrum*, aut alio quouis modo. Verum, si ex peculiari materia à Venerea contagione aliena suborian-tur, ante prædictæ contagionis exortum, licet postea contagio adueniat, Gallica præsidia omnino non admittunt, sed ea, quæ communia vtrique affectioni existunt. Quapropter ab hydrargyri vsibus cauere oportet: nam repercussa iatus prædicta materia, longe maius damnum efficiet, quàm Venerea expulsa beneficium ac forsan, quod hydrargyrum nullam cum ea sortiatur antipathiam, ab eo solum commota, in principes partes dilabatur, effectura prædictum periculum. Possumus tamen sudationibus, apozematis, & aliis communibus auxiliis vti citra periculum, & cum maximo vtriusq; affectionis commodo. Quod si morbus ex diuturnis & frigidis causis ortus sit, audacius ad sudationem veniendum erit, longe tamen minus ad hydrargyrum, cum lues Venerea per se separata & vncta sit, & talis affectus absque ipsa præfuerit. Verum, si morbi caussa complexa cum Gallica lue sit, quantumuis morbus præfuerit, hydrargyrum longe minus formidabis: admiscebis tamen ipsum calidioribus & aromatis, quo inclementiam præexistentis & substratæ affectionis materiæ caueas frigoris. Noscere autem, materiam mali præexistentis à Venereo contagio esse exortam, quod leuamen susceptum laborans à propriis & peculiaribus præsidiis, quibus corpora, quæ lue Venerea affecta sunt, leue aut nullum subsidium receperunt. Nosces etiam, tamen in materiam mali sese insinuasse Venereum contagium, quod illa præsidia malo propria, nullius sunt vsus citra ea, quæ alexipharmaca sunt, & propria Venereæ contagionis. At dum hæc affectio virulenta, non quidem alicui alteri affectioni adhæret, sed corpori succi sese calidiori, sicco, instituto, calidis & exustis humoribus pleno, & obnoxio æstuosis febribus, ac supra modum siticuloso, summe difficilimum est, quid agendum sit nosse: nam calida & resoluentia præsidia, quæ huic contagioni proficua sunt, non possunt nocua non esse huiuscemodi naturis. Quo fit, vt sæpe ex commodissimis huic malo præsidiis, non parum lædantur, qui sic affecti sunt. Quapropter, quid in hoc complexu agendum sit, maturo consilio pronuntiare & aggredi oportet. *Primo* huic victum qualem natura postulat, posthabito affectu Venereo, instituere oportebit: humectiorem nimirum ac frigidum, pluriesque exhibitum, quo facilius naturam & temperiem tueamur, ac vires custodiamus integras. Quippe, si siccis epulis aut Guaiacinis potibus vtaris, proculdubio longe magis lædes, & ob id conficies potum ex *scorsonera aut agrimoniæ decocto cum modica China*. Primo tamen purgationes leues institues; quippe in huiusmodi naturis non prius Venereæ contagionis curationem aggredieris, quàm partim idoneo victu, partim blandioribus & crebris vacuationibus viscerum & venarum impuritatem exhauries. Quo facto, ad duriorem Guaiaci decoctum perueniendum erit, tum cum cibo ipsius admixtum, tum vero grauia sedandæ sitis, quam copiosioribus potibus ex Guaiaco aut sparta, vel China tutius erit sedare, quàm aliis fallaciis permittere vti amplius humores, quo facilius sese extendit Venerea contagio. Itaque ad potum Guaiaci ℥. iiij. *in libris decem aquæ* viginti quatuor horarum spatio macerare iubes, ac decoques ad duarum librarum consumptionem, additis radicum *scorsoneræ* ℥. ij. *agrimoniæ & scariolæ ana* m. ß. *glycyrrhizæ* ℥. ß. facta per mortarium contusa viui serua: idem quoque & tutius, licet non æquo efficax, ex *sparta parilla* aut *radice Chinæ* parare poteris.

Verum

Lues Venerea, calidiore, sicco, æstuoso corpori implexa qualiter tractanda.

Victus.

Purgatio.

B

C

D

E Verum, si hos sudare libuerit, hac lege decoctum parato. *Sudationis decoctum.* Excipe *radicis cichorij silvestris* ℥.iiij. *passularum & glycyrrhizæ ana* ℥.ß. coquito in aquæ purissimæ ℔.viij. *ad* ℔.vij. & adde *plantaginis, intibi, borraginis, scariolæ, buglossæ, scabiosæ, & pimpinellæ ana manipul.* j. coletur, *& in* ℔.vj. colaturæ infunde tedecim horis *Guaiacinæ medullæ* ℥.viij. *polypodij quercini* ℥.ß. deinde igne remisso coquere finito, donec absumantur ℔.iij. & ß. sed ante finem coctionis adde *foliorum senæ* ℥.j. & ß. & coletur, ac vsui serua, sudores enim placide mouet, ac viscera temperans roborat, & extenuatos purgatis biliosis & crudis tecrementis, aut frænatis impinguat. NOTA. Hoc tamen vnum in horum corporum curatiue obseruantissimum habeto, nimirum, non esse permittendum excrementa iuxta iecur & mesæreum diu immorari, ne siccescant, exurantur, ac in duritiem migrent: sic enim facile laborantes hepatis aut lienis scyrrhum contrahunt, vitamque reliquam ærumnosam transigunt: Quapropter diligenter aluus mollienda est blandioribus ænematis. *Aluus diligenter mollienda.* Quem quoque vsum præstat quarto quoque die exhibitus *syrupus purgans, vel confectio Hamech simplex cum aqua lactis aut intybi, vel infusum* ℥.ij. *in decocto Guaiacino.* *Syrupus pro mollienda aluo.* Syrupum autem huic vsui proficuum hac lege conficies:

F Excipe *radicis cichorij* ℥.iij. *radicis acetosæ, graminis, oxilapati, polypodij ana* ℥.ß. *passularum* ℥.ij. *radicis dictamni, tormentillæ ana* ℥.j. & ß. *intybi, scariolæ, lupulorum, borraginis, buglossæ, fumariæ, betonicæ, eupatorij, ana manip.* j. *capillorum Veneris, politrici, ceterach, scolopendriæ, scabiosæ, pimpinellæ, scordij, plantaginis, florum cordialium, ambos, nymphææ, genistæ, ana p.* j. & ß. *seminum frigidorum maiorum, seminis citri, acetosæ, fœniculi, & cardui ana* ℥.j. *foliorum senæ* ℥.iiij. coquito ad ℔.j. & adde in fine decoctionis *rhabarbari & agarici ana* ʒ.vj. & facta expressione adde *sacchari albissimi* ℔.j. & fiat syrupus, cuius porrige ℥.ij. Quo facto per aliquot dies, non erit absre, si corpus articulorum doloribus non prematur, balneis aquæ dulcis committere, quo ab æstu, calore & feruore facile instauretur. *Balneum aquæ dulcis.* Nec incommodum ab egressu balnei, Guaiacinam potionem ex his, quæ leuiores sunt,

G porrigere, qua sudor placidus moueatur, & reliquiæ conterantur. Quod si post exactam luis curationem, corpus calidum ac siccum supererit, balneo quidem vteris, cauebis tamen, ne sudore euanescat humidum, ac dissipentur vlterius vires, sed tantum humectationis & attemperamenti gratia eo vteris. *Calidi & sicci ante Luis Venereæ curatione balneis non committendi.* Hoc tamen obseruatissimum tibi sit, ne calidos & siccos Lue Venerea correptos balneis committas ante luis curationem, saltem maiorem eius partem iam factam. Quod si balnea formidaueris, apozematis ex sparta & China cum herbis & seminibus ac frigidis conseruis & pulusculis cordialibus factis vteris; vel sero caprino cum folijs senæ & syrupo

656 A rosarum aut intybi. Nec posthabenda est iecoris & aliquando dorsi ex rosaceo vel resumptiuo vnguento inunctio: nam sæpe calore natiuo restituto ob exstinctionem contrarij & excedentis ac calidi, longe præstantiora fiunt naturæ ministeria, & morbosæ radices facilius exstirpantur.

*

## Capvt II.

### De eorum, qui macie Gallica contabescunt, curatione.

SOLET non raro venenosa hæc lues sese in solidam corporis substantiam adeo insinuare, & eius tuoc humidum quotidiana dissipatione absumere, vt à febrium hecticarum tabe còsumptis, nihilo videantur differre, qui sic affecti sunt. *Tabescentia à morbo Gallico contracta, quib. & qualiter curetur.* Quos sane neque purgantibus, neque sudoribus aut hydrargyri tinctu aggredi curare, tutum esse videtur: quinimo fere his omnibus vel excitata febricula, vel absoluta, velut desperatos relinquimus.

B Deo tamen fauente studebo, refectoria curatione huiusmodi tabescentiam reficere ac frænare, ita vt simul pinguefiant & curentur.

Inprimis ergo in sic affectis corporibus non protinus esse a sudoribus, aut litu hydrargyri, vel purgationibus abstinendum, quamuis primo accessu excarnes & contabefacti videantur, *Tabidi Gallici vtrum sudori, illitui ex hydrargyro ac purgationi committendi.* sed eisdemmet auxilijs; ac reliqui eorum, qui morbo Gallico premuntur, pugnare aduersus morbum oportet, caute tamen & diuerso prorsus modo. Namque coniectandum est in his, qui extenuati sunt, ita luem Gallicam inseriam esse in intimis solidorum membrorum partibus glutinoso humori adhærescentem, vt neque purgationibus frequentibus, neq; sudationibus, aut inunctioni cessura sit. Quinimo eidé longe pressiorem fieri infarctum humorem, & corpus magis ac magis vi medicamétorum colliquari, haud secus, quàm sanis corporibus accidere cernimus, dum purgantur. Nam cum humorum vitium connaturale, & velut in habitum versum exsi-

C stat, prius profecto, quod naturale est, conteritur, quàm reliquum, quod membris infarctum in naturam iam versum. Quapropter alia via vtendum esse his præsidiis coniicio, & experimēto fidissimo obseruaui, nimirum, hæc omnia auxilia potius nutritoria, quàm euidenter euacuantia reddere; quæ enim euacuant ex vijs communibus, superuacuos alliciunt succos, qui cum connaturales facti sint, his medicamentis non cedūt; & longe magis corpus contabefaciunt: at dum alimenti formam induunt, clam in partes alendas euntia, antipathia propria qua aduersus hoc venenum pollent, facilius & citra aliquod aliud damnum, ipsum infirmant, discutiunt, ac omnino sensim & paulatim deuincunt & superāt, tum per insensilem halitum, tum sensibiliter mutatis succis illis in excrementorum formam, postquam à partis natura & consortio separarunt. Obid profecto in his sudationes renutritorias instituere oportet, nec non & purgationes, ac insuper nutritoria aliméta fere omnia purgantia quodammodo efficere. *Sudationes & purgationes renutritoriæ.*

D Sic omni victus ac potus forti aliquid alexipharmacum admiscere opus erit, nam & panem fermentare aqua decoctionis ligni, aut spartæ, vel farinæ admiscere ex prædictis pulusculum oportebit. *Panis ex decocto Guaiaci.* Item iura conficere & carnes elixare decoctis prædictis, aut in carnium elixatione frusta vel ligni, vel spartæ incoquere, quo eorum vis intus spiret, ac in carnem ipsam scite insinuet. *Iura ex eodem. Caro.* Præterea saginare pullum aut gallinam scobe ligni vel spartæ cū herbis huic vsui etiam proficuis oportebit: *sic scabiosa pimpinella, borragine, fumaria* & similib⁹ minutim incisis cum prædictis ligni

pulueribus replere pari ratione pullum opos erit, & laboranti ius & carnem præbere manè ac vespere. Condimenta & acetaria quoque parabis decoctis ligni, sparta aut Chinæ cum succo pimpinellæ aut acetosę. Præterea in prima mensa porrigea passulas eodem decocto maceratas, & in vltima panem bis coctum ex tenuissimo puluere spartæ aut Guaiaci, cum sacchare & farina ac vitellis ouorum: vel tabellas ex saccharo & prædictis puluisculis, aut drageiam eisdem & puluere seminis anisi, fœniculi, vel lino alnea confectas. Potum insuper parabis vtilissimum, si vncias duas interioris ligni rasi, & ℥.ij. liquiritia, cum cum ℥.j. ligni aloes aut fœniculi incoxeris in lb. viij. aquæ purissima, ad consumptionem quartæ aut tertiæ partis. Consimili modo vinum parari potest eadem scobe feruefactum, vel diu infusum, aut adseruatū in vase fabrefacto ex ligno Guaiaco, quod censeo ad aquam aut vinum adseruandum momentis fore momenti. Item aquam percolare mortariu lapideo oportebit, si iu ea infundatur aliquod ex prædictis pharmacis; gustui enim efficitur gratissima, & vtilissima. Purgatoria item conficies cibaria & iusculū, si pullum gallinaceum aut columbinum repleueris scobe interioris ligni Guaiaci, sparta parella aut radicis China ana ℥.j. epithymi & polypodij ana ℥.ß. foliorum pimpinella, cardui benedicti & betonice, ana p.ß. seminis cartami conquassati ℥.ij. foliorū sena ℥.ij. bulliant omnia in libris duabus aquæ ad consumptionem medietatis, & facta expressione summo mane trium dierum spatio porrige laboranti ℥ iij. aut iiij. purgare enim placide ac citra molestiam assolet, ac neque vires infirmat, quinimo vt alimentum reficit: ac forsan transacta tribus diebus simul cum quotidianis excrementis carnium quoq; hac lue effectarum excrementa sensim & paulatim, vel conterit, vel excernit. Sic huic vsui conficitur saccharū rosaceum cum quarta parte pulueris sena. Pari ratione conficies conseruam cum carne pyrorum, cytoniorum aut prunorum; cum prædictis pulueribus sena & Guaiaci.

Condimenta & acetaria.

Passulæ

Potus.

Vinum.

Aqua.

Cibaria purgatoria.

Tab. di Galheri quatenus sudationibus committendi, & quibus medicamentis instillatio.

Hæc insuper corpora sudationibus committere poteris, si Guaiacinum decoctum ex carnibus & Guaiaco confectum, per alembicum stillatia præbueris: quippe hac lue confectis mirabile conficies hac lege præsidium. Excipe quatuor aut sex pullorum carnes, aut vitulli lb.ij. & admisce, postquam minutim confregeris, pulueris interioris Guaiaci lb.j. sparta parella in crassum puluerem redacta ℥. x. radicis China ℥.iij. theriaca & mithridati ana ℥.j. foliorum eupatorij, capillorum Veneris, borraginis, cardui benedicti, pimpinella & betonica sectorum ana p.j. salvia p.ß. epithymi, & polypodij ana ℥.iij. cinnamomi & seminis ungelica ana ℥.j. & seminis anisi, fœniculi, cardui benedicti confracti & prius in vino macerati per noctem, ana ℥.ij. & ß. radicis pentaphylli, cychorei & scorzonera ana ℥. iiij. bulliant in libris decem aquæ ad consumptionem sex librarum in vase probe obturato, postea omnia mediocriter pistata cum iure prædicto in alembicū mittantur, & instillentur lēto igne, vel (quod magis probo) in duplici vase: cuius instillationis porrigere poteris ℥.iiij. plus minusve, prout cōstiterit laboratis naturā sudori pronā aut inceptam exposcere. Consimilem quoq; efficies ex carnibus pullorum columbarum cum theriaca, floribus cardialibus, Guaiaco & sparta parella semicocta & pistatis in alembicum proiectis cum foliis, succo scabio-

sa & pimpinella. In calidis insuper naturis, & vbi his qui febre etiam cum Gallica tabe emaciantur, ... datorium solum conficere oportet ex puluere ibus sparta parella & radicis China & Guaiaci cum carnibus pullorum & ranarum semielixis, & aliquibus herbis viridibus aut siccis, vt in primam ... tie, quo tempore ad elixationem minor quantitas aquæ prærequiritur, & coctio longe ... & instillatio non ducatur vsque ad vstionem, ... primam instillationem ad sudandum adseruo, reliquam vero ad cibatorum conditionem & mistionem.

Alterato ... Tabe ... cū Gallica ... tabe emaciantur.

Extrinsecus vero sic affectos inunges oleo amygdalarum dulcium, aut vnguento resumptiuo, lotis lacte muliebri aut decocto maluarum. Quod si tuber culis laborans aliqua in parte infestetur, ... ab re hydrargyri modicum aliciii emplastro addere, & modicum emplastri filij Zacharia adiicere. Verum, si dolorum aut vlcerum, vel scabiei sæuitia plurimum premi videas, nec ; tedesse sudationem posse, ad inunctionem ex hydrargyro tutō confugere poteris, dummodo ea inunctione solum eius vtaris, quæ vltimo loco addita est capite de inunctionibus. Quippe hæc minus hydrargyri suscepiat, & plus ale alphat macorum ca lidorum & humidorum, cum vi & facultate conterendi excrementa. Hac sane inunctione pluimi Medicorum vtuntur, quam millies ego etiam experrus sum, cum magno laborantium commodo, DEO fauente. Hoc tamen obseruabis, quod solum eius ℥.j. vngendo conteras: facto initio à cruribus, pedibus, manibus & brachiis, postea ad reliquas facto progressu, idque tertio vel quarto quoque die, & præstito aliquo ex Guaiacinis sudatoriis per carnium instillationem factis, diebus intermediis, ac præstito etiam facili & probo nutrimento, quo vires reficiantur, vt citra carum dispendium tea tutius fiat & tutius.

Lac Veneris ... quibus ... hydrargyri.

Quibus sudationes ... vbi ... non ... tabe ... fieri.

Inunctio ... carnium ... probo ...

### CAPVT III.

### De infantibus morbo Gallico correptis.

CONTIGIT nun taru pueris, vel à nutricibus infectis vel parentibus improbe curatis, ab vtero matris, aut nutricis succrescere Gallicam infectionem: nam eo miseriæ solet humana hæc calamitas deuenire, vt non solum grandiores & ætate confectos corripiat, verum & infantulos adhuc in matris ventre.

Infantes ... morbo ... Gallico ... ex ... causis.

Quorum profecto curationem in duas potissimum partes secare est in animo: quarum prima nutrici & puero adhuc lac sugenti proficua erit, reliqua vero pueris, qui lacte non vescuntur. Sic dum nutricis contagio puerulua afficitur, quam primum ipsam mutare necessum erit, aliamq; potiorem & boni habitus eligere, cuius prouidentia habēda est maxima, tum ne nutrix puerulum virulentia fœdetur, tum vero, quo facilius optimo lacte ac medicamentoso infanti præstito, ipsius habitum & carnem in potiorem mutet, sanitatique restituat. Quain re inspicere oportet, an puerulus vlcusculis oris scateat, an secus: nam si primum fit, facile nutrix eodē contagio cōspurcabitur, si naliter, tardius aut nunquā. Sic primum vlcerum curationem instiuues, per ons abluonem ex decocto Guaiaci cum melle aut syrupo rosaceo, vel decocto hordei cum vnguento Ægyptiaco, aut aqua aluna-

Infantum ... curatio duplex.

Infantis ... cura Gallicæ ... iaculis ...

*aluminosa & plantaginis cum succo granatorum acrium.* E Quod si hæc prodesse non videantur, *ad aquam sublimatam* dilutiorem peruenire oportebit, in cuius vsu persistendum est vsq; ad vlceris siccitatem. Præterea nutricem ipsam præmunire oportet, vel facta leui purgatione, vel præstitis *aquæ theriacalis*, quam superius scripsimus, singulis diebus ℥.iij. *cum* ℥.j. *syrupi violarum & rosarum*: quia sola firmiter veneno resistet Deo fauente. Item aliquibus diebus intermediis loco eius porriges *selectissimi mithridatis* ʒ.ß. *cum decocto Guaiacino*. Præterea *pulueris cordialis*, superius etiam scripti, post cœnam aut prandium, aliquando porriges *tabellam saccharo confectam*. Bibat insuper decoctum *foliorum pentaphylli*, & *summo mane* ℥.iij. *decocti radicis eius* quo miritum in modum plures liberatos vidimus. His itaq; præmunita nutrice, ipsius lac medicamentosum & veluti alexipharmacum efficere poteris, si ei præstiteris ius & carnes decocto Guaiaci aut spartæ elixas, vel cibis admiscueris aliquid *aquæ cardiacæ, vel præd. decocti*, ita vt ingrati saporis non fiant. Potus autem sit ex decocto *radicis Chinæ sparF taparellæ, aut ex Guaiaco & liquiritia*. Præterea ne ex virulento infantis ore nutrix eodem contagio afficiatur, ante lactis succum papillam abluere oportet *aqua plantaginis aut aluminosa*, post suctum vero *aqua calida*, idque diligenter obseruandum, donec oris vlcera protinus curentur.

Nutrix quibus a veneno præmunienda.

Lac nutricis qua ratione fiat lui Venereæ alexipharmacũ.

Papillæ nutricis quibus præseruentur.

Infantis vero prouidentia diligentius expendenda est. Nam licet paucis & leuissimis vti possimus præsidiis, ob ætatis immaturitatem, tamen frequenter adhibitis, quæ vsui proficua comperimus, supplere possumus aliorum efficaciam. Sic profecto pultem aut panatellam conficere oporG tet ex decocto *spartæ, Guaiaci aut Chinæ. Item pulueris cordialis modicum cum pane ad panatellam efficiendam, aut farinæ admiscere oportebit.* Præterea *aquæ cardiacæ* eidem modicum adiicies, vel tertia quaque hora cochleare vnum puero porriges cum *syrupo rosaceo vel violaceo*. Sed inter omnia, quæ huic vsui proficua plerisque puerorum hac lue & pustulis frequentibus infectorum compen, *stillatitia* profecto *aqua* est ex *pullorum carne, sparta, & Guaiaco cum theriaca, pimpinella, borragine, & fœniculo siccis*: quæ omnia, vt sæpius dictum est, ita bulliant lento igne, quod aquæ medietas tantum supersit, & reliquam per alembicum stillare iubeto: cuius vel modicum cum pulte admiscebis, vel in ea sola panatellam conficies, aut aliquid eius ter quaterve die porriges, aut summo mane ℥.j. & ß. puerulo præstabis, & nutrici aut matri adhærere iubeto, & sudare modicum finito, idque facies sex aut octo dierum spatio, dum à frigore puerulum præmunias. Ablues tamen pustulas & vlcera *aqua alumi-* 658 A *nosa aut spuma decoctionis* ligni Guaiaci, ac si plurimum sordescant, nonnihil sublimati aut viridis æris, quantum pro tenerrima illa ætate sat sit, adiicere poteris.

Infanti quibus prouidendum.

Vlcera infantis quib. abluenda.

Adultiores vero pueros, & qui ab vsu lactis iam destiterunt, eadem prorsus lege tractabis. Primo eisdem alexipharmacis cibaria conficies, & carnes illis præstandas *Guaiacino decocto* elixabis, & prædictis instillationibus admiscebis, aut earum bis terve in die aliquid porriges. Sed his potum impera, qui recipit *medullæ guaiaci* ℥.iiij. maceretur horis viginti quatuor in libris decem aquæ, deinde lento igne percoque, dum libræ duæ absumtæ sint, & iuxta finem adiice *passularum* ℥.j. *glycyrrhizæ* ʒ.iij. *sacchari* ℥.iij. postea per lapideum mortarium percolare finito, & infanti porrigito hora prandii & cœnæ, ac si aliquid interim comederit, pari ratione facito. Mira quadam efficacia prodest, *a-* B *quam pentaphylli stillatam* aut decoctam præbere prandio & cœna, & item mane, ita vt superdormiat, *decocti radicis eius* ℥.ij. porrigere. Poteris etiam ex *sparta parella* ℥.j. *in libr. septem aquæ* percoquere, aut *radicis Chinæ* ʒ.ij. *in libr.* iiij. & insuper addere *liquiritiæ modicum vel pimpinellæ folia, cum modico saccharo, aut melle*, si hyems fuerit, vel pueri pituitosi. Vteris etiam renutritoriis alexipharmacis, aut stillatitiis aquis, quæ maioris sunt momenti & penetrationis in hoc malo: quippe sese penitius inserunt, & facta citissima nutritione vim venenosi contagii infirmant & deuincunt. Sed his plerumque ex vsu esse solet, præter stillatitiam ex carne & Guaiaco aquam, altera quæ hac lege conficitur. *Mithrydatis optimi libr.* ß. *theriacæ veteris* ℥.iiij. *conserua florum rosarum, buglossæ geuistæ, rapsiæ, roris marini, cichorei & nymphea ana* ʒ.iij. *seminis fœniculi, cardui, citri, acetosæ, radicis betonicæ, coronariæ, tormentillæ, dictamni ana* ʒ. ß. *aquarum cardui, buglossæ, succi saluiæ ana* ℥. v. *succi plantaginis & acetosæ ana* ℥. viij. ponatur igni tenuissimo tribus diebus, quantum sat sit, vt leuiter bulliant, deinde instil- C lato in duplici vase, cuius instillationis porriges ℥. ij. *cum* ʒ. ß. *syrupi violarum*. Huius etiam cum cibis partem aliquam admiscere poteris: aut cum eo & pane bis cocto, & iure ex carnibus elixis cum Guaiaco, panatellam efficies, quam magni momenti fore arbitror, tum ad nutritionem, tum vero ad correctionem Venereæ contagionis. Saginare etiam poteris pullos prædictis herbis & *scobe Guaiaci & modico seminis cartami*, ac ad purgandum ius mane præbere. Præterea statuendum est, non esse mox desistendum à prædicto curationis instituto, sed tribus quatuorve mensibus perstandum, donec aliquid frugis constet effecisse, & coniiciamus, nouam succreuisse partium nutritionem & carnem, ac veteris & Venereæ abolitionem, extinctionem & corruptionem præcessisse. Non enim sat est in pueris purgasse, aut pustulas, tumoresve declinasse, ni nouam & inculpatam moliaris nutritionem: alioqui mirum non est, si pretiosum quoduis alimentum protinus in membris in Venereum commigret excre- D mentum, mox in pustulas, tumores, vlcera & ossium cariem abiturum.

Pueri adultiores lue Venerea affecti qualiter curandi.

Potus.

## Capvt IV.

### De Venereæ contradictionis accidentibus, ac primo de doloribus.

HVivs naturæ est morbi Gallici conditio, vt partes omnes, quas sua labe cõspurcat, adeo praua qualitate afficiat, quod non solum impotentiam & mærorem in naturales potentias inferat, verum & ea, quæ in ipsis generantur, vitiosa & fœda contagione afficiat, ita vt in grauissimos affectus, immanes dolores & cruciatus degenerent, idque omnium maxime in capite, ita vt frigidum illud, humidum & corrosiuum excrementum capitis ipsius conceptacula capere non possint, & ob id eius aliquid per pericraneum in dentes & maxillas, ceruices membranas & musculos,

Morbi Gallici quanta sæuitia.

scapu-

scapulas & articulos, ac thoracis externas partes prolabatur, intolerabiles concitans cruciatus: nam licet raro in articulos procidat, eorum tamen ligamenta, tendones & membranas frequenter excroet: sæpius tamen in artubus visitur, omnium aut quorundam membrorum impotentiam & dolorem concitans. Sic è visceribus ac venis, dum natura vegetior fit, humorum magnam alluuiem in inguina aut alias externas corporis partes commigrantia, in tophos, talpas & multigenam tumorum varietatem, quibus etiam dolores intolerabiles, noctu tamen læuiores concitantur, Varii quidem & mutabiles in recenti contagio: Fiat veto & permanentes in inueterato & habituali facto. Nam illo sæpe vel sponte euanescit, vel celeriter sedem mutat, humore, cuius erat soboles, cocto absumtoque, aut liquato & in aliam partem effuso. Verum in eo, quod in vetustatem abiit, vel reuersione torquet, vel vix vnquam sponte soluitur, quod vires languidiores factæ nequeant sese à mala humorum alluuie eruere, atq; etiam, quod crassior sit materia, vel penitius infarcta.

*Dolores Gallici duplices.*

*Doloribus quibus medeamur.*

His omnibus procul dubio medeberis generali curandi ratione, per sudores, apozemata & inunctiones: item per ea, quæ dolorē leniant, qualia sunt *degerentia & laxantia*, cuius naturæ existunt *oleum, liliaceū, chamæmelinum, anethinum, irinum, butyrum citra salis commercium, oleum ex cera, ex semine ebuli, aut ex therebinthina vel theriaca*: item *fotus & cataplasmata & vnguenta*. Sed hæc omnia iuxta cuiusque naturam excogitata, omnibus his, quæ retulimus, accidentibus, proficua sunt: tamen eorum, quæ solis doloribus ex vsu existunt, aliqua hac in parte recensere curabo.

G Sic profecto primitus partem dolentem, siue in tumorem eleuatam, siue secus, fomentis calfacies & laxabis, postea vero ad materiæ crassioris discussionem hoc vteris: quod recipit *muccaginis seminis althea, lini & fœnugraci, extracta in aqua saluia* ℥ j. & ß. *gummi, ammoniaci aqua vitæ liquati* ℥. ß. *olei liliorum, butyri sine sale* ℥. j. & ß. fiat linimentum. A quo si id non profuerit, superpone cataplasma, quod recipit *sigilli Beatæ Mariæ crudi, axungiæ porcinæ ana* ℥. iiij. *croci* ℈. j. *misce*. Quod si non profuerit, conficere oportet emplastrum, quod recipit *sigilli Beatæ Mariæ in puluerem redacti* ℥. j. *radicis ireos & hermodactylorum ana* ℥. j. *gummi, ammoniaci sagapeni, galbani, assæ fœtidæ in aceto & aqua vitæ liquatorum & colatorum ana* ℥. ß. *gummi elemi* ℥. ß. *ceræ* ℥. j. *olei irini & axungiæ porci ana quod sufficiat* vt fiat emplastrum. Quod si ne hæc quidem prodesse videantur, ad aliud quod conficitur ex *sigillo & axungia*, quod multi chirurgicorum probarunt, deueniendum est: sed maioris efficaciæ est quod recipit *gummi pini, emplastrum de mucaginibus ana* ℥. j. *radicis ireos & hermodactylorum ana* ℥. j. fingito emplastrum cum cera & petroleo. Ceterum si ad cataplasmata iterum deuenire placuerit, sic conficito: Excipe *radicis brioniæ crudæ* ℥. ij. *sigilli Beatæ Mariæ crudi* ℥. iiij. *axungiæ porcinæ veteris* ℥. vj. *croci* ʒ. j. fiat cataplasma. Verum si constiterit humorem esse aquosum, hoc vteris sacculo, qui recipit *radicis althee & liliorum. seminis lini & fœnugraci ana* ℥. j. & ß. *maluæ violariæ, parietariæ, anethi, chamæmeli, meliloti, hyssopi, acanethi & artemisiæ ana* m. j. *seminis fœniculi* vnc. ß. fiant duo sacculi, quorum alter calens pari portione vini & aquæ, vel aquæ vitæ parti appo-

*Doloribus si his quæ ex vsu sunt.*

*659*

*aduersus humorem aquosum*

natur. Ceterum quod efficacius solet partium dolores & causas illidere, est, quod recipit *gummi pini, ammoniaci dissoluti aqua vitæ ana* ʒ. j. *ladani, styracis, succi lasseris, ana* ʒ. j. subigantur simul addendo pulueris *ireos & hermodactylorum ana* [illegible] & *gummi elemi vnc.* j. *radicis sigilli* [illegible] conficiatur emplastrum *cum oleo liliaceo* [illegible] ℈. iiij. Ac si dolor fuerit in parte aliqua [illegible], adhibeatur antea inunctio *ex oleo liliorum & butyro*, & postea huic addantur *argenti viui* ʒ. ij. [illegible] *therebinthina & axungia suilla*. Ceterum inter hæc omnia aliud non minoris momenti parasse poteris, quod recipit *galbani, gummi armoniaci ana vnc.* j. aceto liquentur, & adde *gummi pini* ℥. j. *emplastri de mucaginibus suprapositi, aut alterius vnc.* j. & ß. *radicis ireos & hermodactylorum ana* ℥. j. & ß. subiunguntur & fiat emplastrum. Inter omnia tamen primas tenet in sedandis his doloribus & articulorum etiam *oleum siue vnguentum ex ligno sancto*, quorum descriptionem reperies *cap. de tumor. Gallic.* B

*Oleum ex ligno sancto.*

C Quod si dolores in capite fuerint, cum aliquo leui tumore, qui pericraneum iam infio commonstret, tunc quidem his vtendum est præsidiis, quæ facile digerant & extenuent, calfaciendo discutiendoque humorem ibidem contentum. Talis naturæ & miræ efficaciæ est, quod recipit *piperis, piretri, nucis muscatæ, caryophyllorum, macis ana* ʒ j. *pulueris radicis iridis & calami aromatici ana* ℥. j. & ß. *seminis fœniculi, anisi & cimini ana* ʒ. j. *foliorum iuniperi, menthæ, roris marini, saluiæ, betonicæ, stœchados, origani, dragontiæ, anethi, maioranæ, calamenti, thymi & pulegii ana* p. ß *florum roris marini, chamæmeli & lauendulæ ana* p. j. *ladani, styracis, calaminte, succi angelicæ ana vnc.* j. *olei communis, aqua vitæ ana lib.* ij. ponantur omnia in vase nouo plumbeo intus illito ac probe obturato in fimo equino per dies viginti, & postea exprimantur, & oleum vsui seruetur, mirum in modum dolores per caulæ discussionem sedat, & ab ossis carie præseruat. Eundem D vsum præstat *axungia humana in aqua vitæ lota & oleo ex saluia admixta*: item aliud magni momenti præsidium conficies, quod recipit *emplastri de meliloto & de mucaginibus ana vnc.* j. *gummi ammoniaci in aqua vitæ liquati vnc.* j. *succi cyrenaici, aut angelicæ, ladani, styracis calamenthæ ana* ʒ. iij. *nucis muscatæ, piperis, caryophyllorum, macis ana* ʒ. j. & ß. *sinapi in aqua vitæ & aceto horis viginti macerati, & quam leuißime subacti vnc.* ß. ea his omnibus cum *oleo ex saluia & therebinthina* fiat emplastrum eiusdem consistentiæ. Quibus sane præsidiis vteris frænata doloris vehementia per sanguinis detractionem, aut per expurgans medicamentum, vel mox à fomentis, vel post detersum sudorem: nam hæc fieri debent interim dum maiora auxilia adhibemus, inter vnum nimirum & alterum sudorem, nam dum laborans in sudore est, satius iudicaui poros apertos adesse, quam his topicis obturare. Quibus etiam si addideris aliquid *argenti viui*, maioris profecto efficies vsus, maxime interim, dum laborans sudoribus vtitur: quippe tunc incredibili efficacia ob corporis apparatum & humoris tenuitatem E prodesse assolent: nam vel sudorem iuuant, vel alui fluxum, aut sputationem facile mouent, præterquam quod vi polleant digerendi.

*Aduersus dolores capitis.*

*Dolorem sedantia emplastra quando sunt adhibenda.*

CAPVT

## CAPUT V.

### De tumoribus Gallicis, ac primo de bubone Venereo.

DICTUM antea est, Gallicam affectionem per se non constituere aliquod morbi genus, sed omnibus esse communem, inter quos primum huius veneni vis elucescit magis in tumoribus præter naturam, sed præcipue in certa quadam eorum specie, quæ bubonem in se complectitur, cuius ad vnguem expendisse hac in parte naturam oportebit, vt euidenter constet, qua ratione curari debeat, & quam habeat peculiarem curandi viam, diuersam à communi bubonis curatione.

F Triplicem esse in genere bubonum differentiam cognoscimus: vnam *Pestilentem*: alteram quæ nomen generis sortitur, & *bubonis* nomine peculiari ratione gaudet, de qua Hippocr. dixisse constat: *Febres omnes ex bubone malæ, exceptis ephemeris*: Tertia vero & vltima *Gallicum bubonem* continet, tumorem quidem in inguinibus ortum, Venerea contagione adeo affectum, quod bubonem ipsum à seipso, & à communi genere differre cogat. Sed vt ad penitum redeamus, prima species bubonum ex perniciosa & pestilenti illa qualitate oritur, quæ massam sanguinariam fœdissima putredine conspurcat. Proficiscitur secunda species ex sanguinis redundantia citra aliud vitium, vel ex magno aliquo labore, qui ex peregrinatione per loca aspera maxime proficiscitur. Tertia vero species non ex putredinosa & pestilenti affectione, non ex abundantia, aut ex causa procatarctica, sed ex ea abundantia, quæ cum naturalis videatur, & nullũ sensibilem affectum efficiat, lue Venerea clam & occulte affecta in hunc morbum degenerat: aut fit ex gonorrhœa virulenta & fœda, vel detenta vel praue expurgata, quæ si ex Venere proficiscatur, hunc *tertium bubonem* generat: verum si ex solo corporis vitio, aut improbo viuendi genere tantum secundam eius

*Bubonum differentia triplex.*

*1. Bubo pestilens vnde.*

*2. Bubo sanguinis.*

*3. Bubo Venereus à quibus causis fiat.*

G speciem efficit. Sed vt has tres species clarius distinguas, primum bubone viso, præcessisse febrem, an non, considerandum est: Nam ante bubones pestilentes præesse febres oportet: in bubone vero qui ex corporis abundantia aut causa procatarctica subnascitur, simul cum ipso bubone febres apparent, vel protinus consequuntur, simul cum pustula aut exitura aliqua in membro è regione inguinis, quam spurium bubonem vulgo fertur. At Gallicus bubo neq; febrem habet antecedentem vt bubo pestilens, quæ notatu digna sit, neq; ex causa prodit procatarctica, licet euidens sit indicium, præcessisse Venereum & contagiosum concubitum: Cuius præludium est pudendi vlcusculum vel exurentis seminis excretio. Hos autem bubones fieri in glandulosis carnibus, quæ in inguinibus exstant, nulli esse dubium arbitror. In quibus tamen duobus modis fieri contingit: In ipsa videlicet glandulæ carne, & in ipsius corpore, glandula excrescente in eximiam magnitudinem & duritiem: *Secundo* prope carnem glandulæ aut intra pelliculam vestientem ipsam, quod aduertisse ad curationẽ summopere expedit. Nã

680 A

*Bubonis tres species qualiter dignoscendæ sint.*

*Bubonis Gallici præludia quæ.*

*Bubo duplex.*

B ex prima bubonum sorte quam plurimos reperies, qui neque emollientibus cedunt, neque suppurantibus, neq; his, quæ resolutionem moliuntur, sed fere carnea videtur substantia; quæ non nisi diuturno tempore & vegetiori facto calore, aut medicamentis, quæ inferius referam, conteri vllo modo potest. Ob id quidem summa diligentia curandum est, ne inutilibus præsidiis diu insistamus, artis honorem & laborem perdentes. Alii vero bubones citò ad maturitatem perueniunt, maxime congruis præsidiis. Vterque tamen bubo proficiscitur ex ea sanguinis conditione, quem infectum lues toti corpori communicat, quem quidem cum non solum inutilem, verum & perniciosum persentit natura, in emunctoria transmittit, qui si tenuissimus sit, ita vt in carneam substantiam sese insinuet, postea in immedicabilem duritiem mutatus, primam bubonis speciem efficit: si crassus vero secundam.

*Bubo vterque vnde proueniat & quo ordine.*

Sed in summa efficiens vtriusq; causa censetur C maligna & venenata quædam humorum labes, quæ concubitu in pene primum accepta, nonnunquam pustulis, tuberculis & vlceribus ipsum conspurcat, seque manifesto prodit, antequam partium continuatione altius in corpus propagetur: nonnunquam vero integro adhuc pene occulte penitius sese insinuans partes internas primitus conspurcat. Quæ sane contagio si exigua inualidaque sit, corpus vero sanum aut robustum, humores fœdat, quos natura vt lenis in partes extimas, maxime inguinum laxiora, deponit, ex quo Venereus bubo subortur. Verum si corpus fuerit impurum aut languidum, veneni huius efficacia adeo humores vitiat, vt præterquam naturam in bubones consumit, residuam venis vana accidentia conciliare habet. Hic sane humor, quem occupat Venerea hæc labes, non solum sanguis est, sed magna ex parte pituita aut melancholia.

Cognita horum bubonum natura, facile quis D coniiciet, quantum difficultatis inferat ipsorum curatio: nam is qui in glandulæ inguinum carne superexcrescit, ipsam difficillime admittit, qui vero prope ipsum, non facile: quippe cum tumorem habeat iecur deterrimia conditione affectum, perpetuo influxu malum iuuetur, quantumuis aliquid auxilii resoluatur: præterquam quod adeo est materia inobedientis conditionis, vt nec medicamentis, nec naturæ cedat facile vllatenus. In quo sane opere plures Medicos, & peritissimos quidem, defecisse nô raro conspeximus. In primis tamen, vt veritati propius accedas, & ab auctorum varietate & lapsu, circa sanguinis detractioné in hoc affectu, scias in his bubonibus sanguinem detrahere, vetitum plerique esse, aut saltem non licere, nisi præterito eorum augmento: nec rursus expurganti medicamento vti, quo non minus retrahitur humorum fluxus, quam sanguine misso: cum hoc tamen cessante fluxione, aut si ex frigida constet & melancholica materia, in qua diu maturitatem exspectare oporteat, mox à principio: nam periculum erit, eo vsq; differre venenati humoris vacuationem, donec crassa materia maturitatem contrahat: In aliis vero, qui ex san E guine aut bile oriuntur, & cito maturitatem sunt adepturi, consultius videtur donec maturuerint, generales vacuationes differre: Secus res se habet, si sanguinis præsit plenitudo aut copiosa cacochymia: non enim tunc differenda est vel sanguinis detractio, vel expurgatio, sed solũ in his bubo-

*Bubonẽ curandi ratio difficillima.*

*Sanguis quando mittendus, quando purgatio adhibenda.*

bonibus, qui sunt potius ex virulenta contagione, quam ex morboso apparatu: nam tunc ad id, quod morbosum superest in corpore, sanguinem detrahere oportet, & expurganti vti medicamento. Quibus præmissis, vnica tantum superest curandi ratio, quæ circa bubonem ipsum solum versatur, quam scimus triplici indicatione constare. Vna quidem & prima est, quæ dolori mitigando incumbit: altera quæ resolutionem accelerat. Atque licet in omnibus tumoribus præter naturam sit Hippoc. & Galen. præceptum, *resolutionem tutiorem esse & vtiliorem*, hoc tamen habet peculiare & proprium Gallicus bubo, vt longe melius ibi, & toti corpori cōsultum sit ex *suppuratione*, quam F ex *resolutione*. Primum sane opus perficimus his medicamentis: quæ attenuationem quidem non moliantur, neque fluxum impediant; nam hæc procul dubio corpori nocent, illa vero tumori præter naturam, licet aliquando bubo Gallicus, dum dolore caret, trahentia medicamenta optime perferat, & aliquando postulet, quod tantum proficuum esse in his corporibus censeo: quæ purgata cum sint, mille adhuc scatent excrementis, quæ trahere ad emunctoria, tutum & vtile est. Verum antequam ad hæc peculiaria deuenias, scito, in his bubonibus, quæ breuiter ad suppurationem deueniunt, facta abscessus ruptura, sat esse apozematis, & aliis alexipharmacis leuioribus vti, ne feruidior fiat reliqua corporis materia, & amplius penitiusque conspurcata, corpus mille aliis accidentibus premat. Ceterum si ingens tumor, solus vel cum penis vlcere, aut virulenta gonorrhœa, lentissimo motu ad suppurationem adspiret, præcautionis cura aut solicitudo augenda est, præsertim post sufficientem sanguinis detractionem & purgationem sudatorio decocto: nam hoc præsidio frigida & crassa materia incalescens attenuata, breuiter vel abscedit, vel dige-G ritur disseminatum per vniuersum corpus virus, cum sudoribus spirat. Interim tamen parti primo prouidebis, quæ dolorem sedent, vel calidis fomentis, spongia aut vesica exceptis & inguinibus affixis, ex *althea, malua, floribus violarum, semine lini, fœnu graci, & aliis, quæ consimilem obtineant* 661 A *vim*. A quo sane fomento partem inungere oportet *oleo amygdalarum dulcium tepido, sesamino, chamemelino, liliorum alborum, lumbricorum & similibus*, quibus admiscere oportet *recentem gallinæ axungiam, vel anseris, item mucaginem seminis cotoniorum, psyllii, seminis altheæ & radicis eius*, quam extrahere oportet prædicto decocto: ex qua quidem materia varias præsidiorum formas facile effingere poteris, ac efformare, quæ dolorem leniant, & resolutionem maiorem moliantur. Quæ opera semper exsequeris his, quæ bubonis virulentiam exterius euocent: qualis inunctio, quæ recipit *olei liliorum, & chamæmeli & æsipi ana* ℥. ß. & horis intermissis, quo facilius discutiatur traheturq; foras humor, fomentis vteris, quæ recipiunt *radicis altheæ & liliorum ana* ℥.ij. *radicis acori, elenii, seminis lini, fœnugræci, anisi, fœniculi ana* ℥. ß. *maluæ, violarum, chamæmeli, meliloti, artemisiæ ana* m. j. includantur omnia saccellis, qui coquantur æquis portionibus aquæ & vini, ac facta expressione, parti B adhibeantur. Quod si his factis, crudior, durior ac dolorosior reddatur tumor, ad molliendum te conferes, tentans prius hoc emplastro resoluere aut emollire: Recipit *gummi ammoniaci liquati in aqua & aceto vnc*. j. *fermenti acris vnc*. ... *ceti, chamæmeli & anethi ana vnc* ß. *adipis anatis anseris ana vnc*. j. fiat linimentum, vel ... emplastrum. ... o facto, si adhuc nihil proficit, emollientia tentare oportet qualis ... est, quod recipit *radicis altheæ & liliorum*, ... *ana vnc*. j. *foliorum acetosæ, maluæ*, ... *ana* m. j. coquantur ad contabescentiam & ... tur & cribrentur per setam. postea ... *recentis, axungiæ suillæ veteris ana vnc* ... *fœnu græci & hordei, ana vnc*. ß. *radic*... *ctæ coctæ vnc*. iij. *olei liliorum & chamæmelini quod sufficiat*, vt fiat cataplasma. Quo facto, ad suppuratoria auxilia te conferes, quale est quod recipit *medullæ pomorum coctorum vnc*. ii. *foliorum acetosæ coctorum sub cineribus cum butyro recenti vnc* ij. *radicis cynoglossi crudæ vnc*. iij. *farinæ tritici in vitellis ouorum quatuor solutæ vnc*. j. *axungiæ suillæ veteris quod sufficiat* vt fiat cataplasma. Aliud etiam magni C momenti conficies, quod recipit *galbani vnc* j. *gummi ammoniaci vnc*. j. & ß. dissoluantur in *aqua parietaria* & colentur, deinde adde *vnguenti basilici vnc*. iij. *farinæ triticeæ vnc*. ß. *radicis cynoglossi cruda vnc*. iij. fiat cataplasma. Aliud quidem quod longe maiorem habet emollitionem conficies hac lege: Excipe *radicis altheæ, liliorum, elenii ana vnc*. j. & ß. *seminis lini & fœnugræci ana vnc*. j. *foliorum maluæ, violariæ, altheæ, parietariæ, chamæmeli, meliloti ana* m. j. coquantur & per setaceum transmittantur, tunc adde *cepæ parum, radicis bryoniæ vnc*. iij. *fermenti vnc*. j. *croci vnc*. j. *olei liliorum vnc*. ij. *axungiæ suillæ veteris, quod sufficiat* vt fiat cataplasma. Verum si laborans interdiu cataplasmo afferre recusauerit, parte detersa, mane hoc vteris emplastro, quod recipit *gummi pini vnc*. j. *ammoniaci emolliti in aqua vitæ* ʒ. vj. *galbani liquati in vino albo vnc*. ij. *pulueris hermodactylorum* ʒ. ij. & ß. *ladani & styracis, calaminthæ ana* ʒ. j. ß. *olei irini, quod satis*, vt fiat emplastrum. Sed huic vsui aliud pre-D tiosius conficies, quod recipit *emplastri diachylonis & meliloti ana* ℥. j. *gummi pini* ʒ. ij. & ß. *gummi ammoniaci liquefacti aqua vitæ* ℥. j. *galbani* ℥. ß. *radicis ireos & hermodactylorum ana* ʒ. j. *olei irini quod sufficiat*, vt fiat emplastrum. Sed vsu fidissimo obseruatum est, suppurationi maxime prodesse emplastrum quod recipit *gummi ammoniaci in aceto dissoluti & galbani ana* ℥ j. & ß. *vnguenti basilici* ℥. ij. *pulueris hermodactylorum* ʒ. j. *ceræ parum*, fiat molle emplastrum. Quod si ne hæc quidem prodesse videantur, tunc multi consulunt adhibere emplastrum *ex cæpis cum theriaca & oleo chamæmelino*: alii aliud, quod ex *fermento & pulueribus radicis ireos cum oleo irino, aut chamæmelino confectum* adhibent: multi quidem ad efficaciora peruenientes, & ad cucurbitulam parti affixam, qua raro esse vtendum consulo, nisi gratia præcauendi maius aliquod malum. Satius enim mihi visum fuit, à leuioribus initium sumere: cuius naturæ est, quod recipit *radicis altheæ lib*. j *farinæ tritici vnc*. ij. *caricarum coctarum vnc*. j & ß. *farinæ seminis lini vnc*. j *pinguedinis porci & gallinæ ana vnc*. ij. *misce*, & cum decocto *caricarum & radicum altheæ* fiat emplastrum. Eundem E quoque vsum præstat emplastrum maturatiuum communiter appellatum, cui admiscere oportet, si dolores præsint, *vitella ouorum & oleum chamæmelinum*. *aut liliorum alborum, & modicum theriacæ*.

Quod

Bubo Gallicus quibus medicamentis ad suppurationem prouocetur.

Inunctio.

Bubo Gallicus quibus medicamē.

... de resoluatur ac emolliatur.

Auxilium suppuratorium.

Emplastrum suppurationi maxime commodum.

Cucurbitula.

Emplastrum maturatiuum.

Quod si laborans hæc emplastra renuerit, vt qui negotiis deditus domi manere nequit, alia adhibere oportet in hoc genere leniora, quam ea, quæ superius addidimus, qualis natura est *diachylon gummatum cum pinguedine gallinæ aut porci liquefactum, & in formam vnguenti vel mollioris cerati redactum.* Quibus factis aperitionem moliri oportet, vel ferro candenti, vel caustico aliquo medicamento: In qua re nec more vulgi ante maturationem aperire oportet, nec omnimodam exspectare: nam e pure diutius ibidem immorante, sinuosa, cacoethica & ægre curabilia, & quæ vix veniunt ad cicatricem, vlcera supersunt. Facto quidem vlcere, imitari oportet deinceps naturam, ac si labra habuerit crassa, callosa, dura, vel praui coloris, ipsa citra cunctationem scalpello vel forcipe in circuitu abscindere oportet, vt semota parte, quæ coalescere nequit, & expurgationem vlceris impedit, facile ex carne superstite sana vel mediocriter temperata caro & cicatrix regenerentur.

*Bubo Gallicus quibus aperiendus instrumentis.*

F

## Capvt VI.

### De reliquis tumoribus Gallicis.

*Gummata seu tumorum gummosorum quæ sedes.*

Licet maiori ea parte morbus Gallicus à bubonibus initium sumat, nihilominus tamen non raro in reliquis corporis particulis adinueniuntur tumores quidam præter naturã, quos *gummata* seu *gummosos* chirurgicorum vulgus appellat. Quos sane adnasci cernimus in ossibus & articulis, non intra ipsos, sed supra in panniculis, quæ ossa cooperiunt & in mediis artubus, quos noctu magis quam diu exacerbari conspicimus. Sic profecto in tibia, in manuum ac pedum digitis, in costis & clauiculis, in fronte & reliquo capite adnascuntur, sed in femore, tibiis & brachiis multo magis, quam in reliquis partibus maiores. Nec vero in externis duntaxat ossium partibus nodosi tumores Venerei gignuntur, sed etiam in internis, vbi neque tactu percipi, neque alio sensu explorari possunt: velut in concaua caluariæ parte, quæ menyngas spectat, in internis costarum partibus & inter tibiæ ossa, qui si diutius negliguntur, tenui & maligna sanie ossium substantiam carie corrumpunt, vt in quibusdam visum est, in quibus post diuturnos capitis dolores, quorum causa intus lateret, magnam puris copiam per nares reddiderunt, & in aliis, quibus terebello perforato craneo subtus puris non parua copia emanauit, menyngibus manentibus liuidis & semiputrefactis. Plerumque tamen maior tumorum pars ex durorum ac scyrrhosorum est natura: præterquam in his, qui vel nimia abundant pituita, in quibus œdematosa elucet natura: & in his, qui sæpius hydrargyro vsi fuerunt, non tamen omnino saluti restituti. Tumores igitur Venerei in principio parui admodum atq; obscuri videntur, ac si negligantur, sensim adeo increscunt, vt plerumque in ingentem molem, aut in scyrrhosam duritiem commigrent. Verum in quibus vel hydrargyri efficacia, vel humoris inconstantia ad intima carnis peruadit, in ossium poris materia colligitur, & mox in tumorem attollitur inflammato periostio. In quibus dolor non prius viget, quam humor periostium attingat, feriat & compungat, atque ab osse diuellat: ideoq; statim deloris in eo, tumor fere tactu percipitur, qui non solum ossi adhæret, vt in aliis, sed osseus tophus fere est ossis ipsius substantia, ab humore, quo imbuta & perfusa erat, veluti dilatata atque in tumorem diffusa spongiæ instar. Sunt quidem hi tumores adeo prauæ conditionis & naturæ, vt nunquam euanescere conspiciantur, nisi degenerantes in alopeciam, aut exulcerationem alicuius partis: quinimo frequentissime adeo tenacis & deterrimæ sunt naturæ hi, qui ossibus adhærent, vt nusquam suppurari contingat, nisi postquam ossa, cartilagines, & membranas corroserit & carne contabescerit.

G

*Tumores gummosi neglecti quantum breui increscant.*

A

B

*Tophi Gallici cuius sint naturæ & conditionis.*

Verum vt res clarior euadat, certiorque Medicus fiat, expendat, in inueterata lue frequentius succrescere tumores nodosos & scyrrhosos, maxime si recidiua fuerit: nam cum fomitis Venerei nonnihil ab imperfecta luis per hydrargyrum, aut quouis alio modo curatione in solidis partibus, atque in ipsis fere ossium medullis relinquatur, cuius maleficio concoctio & assimilatio deprauantur, quo excrementa copiosa aggregari necesse est, omnia tamen crassiora ac lenta. Quæ sane inter ossa & periostia cœpta in dolores implacabiles ac prædictos tumores promptissime commigrant, & nonnunquam in eam scirrhi conditionem & duritiem, quæ ossium soliditatem æmulatur, & cum hoc non omnino sensu caret. At in recenti lue, vt tenuiora sunt excrementa, quia vegetior exsistit naturalis facultas, ita solum in cute & carne tubercula & phimata, exanthemata, scabies, maculæ ac defluuium capillorũ, quod Guaiacino decocto probe administrato facile diligens Medicus superabit. Verum in recidiua & in inueterata lue, in ea maxime, quæ hydrargyrum experta est, (*nam ab eo effœtæ & fanwopere languidæ supersunt naturales vires, quo intus & extra longe magis congeruntur excrementa, quæ clam insidiantia, maiori feritate denuo reuerti cogunt affectum*) lic vlti-bus insidet Venereum virus, vt incessanter, donec corrumpat carie, carne forsan extima florida & sana apparente. Hos sane tumores ab hydrargyri curatione recidiuos, plerumque ad articulos migrasse, immanissimos dolores concitantes comperimus: quorum aliquos vidimus pituitosos, alios flatuosos, & nonnullos tophaceam referentes duritiem. Nam cum frequenti hydrargyri litu (*qui plerumque fit iuxta articulos*) ipsi insirmentur, roburq; & calorem amittant, fit facile, vt ibidem magis impingantur firmenturque humores, vel ibidem præ impotentia geniti, vel aliunde transmissi: Plerumq; enim, qui sic curati omnino non sanescunt, tumiditates & anasarcam patientes, dolores, fluxiones & reliquos ex frigiditate & cruditate affectus conspicimus.

C

*Tumores nodosi ac scirrhosi inueterata luis propria sunt.*

D

*Tumores scirrhosi qua ratione articulos occupent.*

Horum sane tumorum, qui generali aut topica curatione non cito euanescunt, in suppuratiohem migrare assolent, euidentissimum quidem corruptionis ossium testimoniũ: qua ratione eos scalpello quam citissime aperire oportebit, & os abradere, & igne omnino exsiccare. Sed omnium curatio hac lege instituenda est: siue duri exsistant tumores, siue molles, pituitosi aut flatulenti, primum quidem per Guaiacum, per apozemata, aut si vegentia mali pustulauerit, per hydrargyrum corpus à Venerea contagione vindicare curabis: sed probo magis per epota, frequentes sudationes

E

*Suppuratio tumorum corrupta esse ossa indicat.*

*Tumorum curatio qua lege instituenda.*

nes & alia id genus, quibus duros ac diuturnos tumores, & qui fere immedicabiles videbantur, sanitati restitutos vidimus. Interim tamen dum hæc fiunt, & his factis, si inueterata sit affectio tumori adhibebis, quæ vim habeant fundendi humorem ibidem concretum, ac tenuandi & digerendi.

F In quo sane opere exsequendo, tria competio medicamentorum genera: Primum per pharmaca, quæ solis manifestis qualitatibus id munus præstant: Secundum per eadem aut mitiora & molliora, ceterum addito sublimato, aut præcipitato, vel efficacissimo alio eiusdem naturæ. Tertium vero per ea, quæ cinabrium aut argentum viuum recipiunt. Quorum profecto auxiliorum

*Tumoribus ex vsu exsistentia medicamenta triplicia.*

G vsum adeo indistincte & indiscriminatim comperio exsequutum, vt mirum non sit inter auctores esse nonnullos, qui illud primum semper adhibeant, aliis omnino tanquam perniciosis posthabitis: quosdam vero ex argento viuo confecta adeo peculiaribus extulisse laudibus, vt libere ausi sint asserere, nullo alio vtendum esse præsidio, & reliqua tanquam inutilia prosequuntur. rursus alios reperies, qui sublimata medicamenta longe præstantiora arbitrentur, & omnibus tumoribus ac doloribus ita proficua, vt reliquis vti, tanquam inutile aut periculosum damnent. Quam sane inconstantiam arbitror ortam fuisse ex ignoratione naturæ tumoris, cui magis hoc, quam illud medicamentum ex vsu exsistat. Censeo quidem primi generis medicamenta ex vsu tantum esse his tumoribus, quibus, licet ex alia materia côstent, adiunctum etiam est Venereum virus, non tamen totalis materia Gallica exsistit: qualis ea est, quæ in corporibus nouiter hoc malo correptis visitur: Ea vero medicamenta, quæ argentum viuum aut cinabrium recipiunt, eis solum proficua sunt & necessaria, quæ omnino morbi Gallici naturam sapiunt, citra alterius humoris aut morbi complexum: quippe aliam materiam à Venerea agitare, mouere aut alio transferre hydrargyro, omnino periculosum exsistit, vt quæ in eum locum à natura tanquam in emunctorium transmissa est: At materia mere Gallica, vt quæ in cunctis partibus generat & viget, per quasuis expurgari toto potest, si commode & prudenter fiat, præterquam quod illi soli videtur *argentum viuum* alexipharmacum agere, At ea medicamenta quæ sublimatum recipiunt omnibus ex vsu exsistunt, maxime si vel materia tenacior facta sit & sophacea, vel in parte sit, cui cutis incumbat crassa aut capillata. Quo fit, vt si quis hanc curandi methodum & rationem euertat, mirum non sit, si resoluentibus aliquando pus moueat, ossa putrefaciat, aut alia inopinato exsequatur opera.

*663 A*

*1 Pharmaca sola qualitate agentia quib. tumoribus ex vsu.*

*2. genus quibus tumoribus ex vsu.*

*tertium quibus.*

B Quibus præmissis, primi ordinis medicamenta hac lege conficies: Excipe *emplastri meliloti & oxicroci ana* ℥. iij. *olei Laurini, de sulphure & rutacei ana vnc.* ß. *pulueris radicis ireos & consolidæ maioris ana* ℥. ij. cum *cera* iterum reddantur ad emplastri formam. Aliud etiam parabis ex *diachalciteos cum prædictis pulueribus & oleis*, quod mirabilis est efficaciæ. Pari ratione parabis aliud ex *vnguento marciaton & eisdem pulueribus, cum puluere baccarum lauri*, & addita *pice ac emplastro coronæ*. Pretiosius aliud conficies, quod recipit, si durus sit tumor, *emplastri filii Zacharia vnc.* iij. *euphorbii vnc.* ij. *gummi hederæ*, ℥. iij. *amoniaci opoponacis, bdellii dissolutorum in oleo liliorum ana vnc.* ß. *styracis* [illegible] *aristolochiæ longæ & rotundæ ana* ℥. j. *therebynthinæ abietis vnc.* [illegible] *chamæmeliorum & laurini ana vnc.* ß. cum *cera* fiat emplastrum. Cuius efficaciæ aliud conficies [illegible] recipit *emplastri filii Zacharia & ceronei an*[illegible] *euphorbii* ℥. iij. *malaxentur simul*, & [illegible]

*1. Phasmaca sola qualitate tumoribus aduersa ex [illegible] conficit.*

Item nunc est miroonis mumenti quod [illegible] *castoreo, laurini, spica, liliorum & de sulphure ana* [illegible] *petrolei vnc.* j. ß. *pinguedinis porcinæ nou*[illegible] *vnc.* iij. *euphorbii* ℥. iij. *thuris* ℥. iij. *lum*[illegible] *rum in vino vnc.* j. *succi radicum ebuli*, [illegible] *enulæ campanæ ana vn.* ß. *squinanti, stœchados* [illegible] *ana p.* j. *vini odoriferi lib.* j. coquantur omnia simul lento igne ad consumtionem vini, & colaturæ addatur de *lythargiris auree vnc.* ij. *therebynthinæ* [illegible] *ceræ quod sufficiat*, vt fiat ceratum, addendo in fine decoctionis *styracis liquidæ* ℥. iij. & postquam ab igne semoueris, baculo agitetur, donec formam acquirat. Aliud etiam parabis, quod recipit *axungiæ porci non salitæ, butyri recentis, axungiæ & anatis ana vnc.* ij. *olei sulphuris, laurini & anethi ana vnc.* [illegible] *mastiches, myrrhæ, iridis ana vnc.* ß. *pulueris radicum ebuli, & vtriusque aristolochiæ ana* ℥. j. ß. *therebinthinæ lotæ aqua vitæ vnc.* iij. *resinæ & ceræ quod sufficiat*, vt fiat linimentum: ac si emplastrum efformare volueris, adde vel *cerones*, vel *emplastri diachilonis, quod sit satis*. Horum etiam loco adhibere poteris omnia liniimenta & emplastra, quæ *argentum viuum* recipiunt, ipso demto, quorum magnam copiam hic reperies. Vnguentum autem de mucilaginibus, omni duritiei proficuum, sic conficies: Excipe *olei seminis lini, chamameli, irini & de croco, vnguenti dialthea: hyssopi humida, butyri vaccini, axungiæ anseris, & anatis, medullæ cruris cerui aut vituli, axungiæ anguillæ ana vnc.* j. *mucilaginis althea, fœnugræci & seminis lini & maluarum vnc.* iiij. *amoniaci, galbani, opoponacis, bdellii, dissolutorum in aceto scyllitico & oximelite ana vnc.* ß. *serapini* ℥. iiij. *marcasitarum præpara. vnc.* ß. fiat vnguentum secundum artem, addito *diachylone communi & croci* ℈. j. *cum guttis aceti sambucini.*

*Vnguentum de mucilaginibus.*

D

Sed ad emolliendos & discutiendos huiusmodi humores; miræ efficaciæ conficitur ex ligno Guaiaco vnguentum quod recipit *Rasuræ Guaiaci lib.* ß. *olei antiquissimi & sesamini ana lib.* ß. *vini albi antiquissimi lib.* j. *fumariæ, verbasci, cucumeris agrestis ana m.* iij. omnibus commixtis & infusis per triduum simul coquantur vsque ad vini consumtionem, & facta colatura & expressione, adde *dialtheæ & vnguenti Agrippæ & Arragonis ana vnc.* ß. fiat vnguentum cum diachylone communi. Huic quoque vsui ex eodem ligno Guaiaco mirabile quoddam oleum parabis, quod sedatis articulorum doloribus, mirum in modum proficuum [illegible] recipit *rasuræ interioris ligni lib.* ß. [illegible] *taliter rasæ vnc.* ij. *brioniæ, enulæ campanæ, cucumeris agrestis, fumariæ, chamameli ana p.* j. *olei* [illegible] *lib.* iiij. *vini albi lib.* iij. finito simul ma[illegible] septem dierum spatio, postea bulliant ad vini consumtionem, & post colaturam in vitreo vase triginta dierum spatio feruenti Soli exponatur, & vsui seruetur. Verum si tumores laxi, pituitosiue sint, aut e medicamenti cuiusuis adhibi[illegible] fomentis resoluere tentabis: cui vsui efficaci[illegible] est, quod recipit *foliorum lauri & amari* [illegible] *fœniculi, olea*[illegible], *sarmentorum, ramorum* [illegible] *ni ana*: comburantur omnia, & ex [illegible] cone [illegible]

*Vnguentum ex ligno Guaiaco.*

E

*Oleum ex ligno Guaiaco aduersus articulorum dolores.*

C

coni:

con[illegible] gui vsus ad articulos etiam dolente[illegible]. Quod si in tibia vel genu tumores sint, post prædictum fomentorum parti appones emplastrum, quod recipit *succi ebuli & caulium ana lib. j. olei chamæmeli, mellis communis ana vnc. iiij. stercoris caprini, farina fabarum & lupinorum, ac furfuris torrefacti ana p. ij* fiat emplastrum. Quod si non profuerit, primo vteris decocto *aphrodillorum, chamameli foliorum sambuci & tamarisci.*

2. Vnguenta secundi generis ac genium vigum recipi quo ego non ita facile vtor, vbi subtus adest os: ... Secundi autem ordinis, & quæ argentum viuum recipiunt, plura reperies, inter quæ *Vigonis emplastrum de ranis* ferunt non parum prodesse: quo ego non ita facile vtor, vbi subtus adest os: nam propulsa intro materia, facile insinuatur in tonicam, & mox longe magis in ossa ipsa. Quapropter hæc & reliqua huius generis, vel in partibus carnosis, vbi longius distat os, semper ex vsu fore comperi, aut si supra ipsum adhibere placet, maiorem argenti viui copiam addimus. Quo facilius & profundius ad corporis emunctoria virulenta materia permeet: aut eis vtimur interim dum laborans sudoribus vtitur, nam apertius corpus & paratiores humores promtius obsequun-

G tur. Parantur autem vnguenta, & cerata aut emplastra ad tumores discutiendos varijs modis, ego tamen hæc selecta semper habui. Primum recipit *vnguenti martiati ℥. j. ß. axungia porcina sine sale lib. ß. olei chamameli & laurini ana ℥. j. & ß. argenti viui ℥. j. resina & therebynthina ana ℥. j. & ß.* Aliud etiam parabis quod recipit *emplastri filii Zacharia & ceronei ana ℥. ij. mastyche, thuris, sarcocola, aristolochia rotunda ana ℥. ij opopon[illegible] dissoluti in aqua vita ℥. [illegible] myrrha ℥. iij. argenti viui ℥. iij. resina & cera, quod sufficiat*, vt

661 A fiat vnguentum vel emplastrum: Quod si velis os à corruptione præcauere, huic adde *euphorbij ℥. ß. & myrrha tantundem*, quod censeo maximi fore momenti. Hunc etiam vsum præstant emplastra omnia, quæ *gummi* recipiunt, si eis addideris *à ℥. vj. vsque ad ℥. j. pro libra*. Eundem quoque vsum præstant inunctiones primi generis, si eis adeceris etiam pro libra *vsque ad ℥. j. argenti viui*, sed fatius est infra subsistere, & paulatim quantitatem adaugere: item & reliquæ inunctiones, quas ad sputationem scripsimus, præsertim eam, quam vltimo loco scripsimus, qua tuto & vtiliter vti poteris, vel sub propria forma, vel sub forma cerati aut emplastri.

3. Inunctiones tertij generis subli matum recipientia, tumoribus adueisa quæ sint. Tertiæ & vltimæ fortis sunt inunctiones, ceratæ aut emplastra, quæ sublimatum recipiunt, vel vesicas mouent, aut vlcuscula excauant, aut per insensilem halitum materiam digerunt. Huius generis est *diachylon sublimatum*, in cuius sublimatione hoc obseruari oportet, quod in parte oó capillata & tenuioris cutis, satis est diachylo in addere pro *℥. j. grana tria sublimati*, verum in capite &

B partibus crassæ cutis ad *g. v. & ad vj.* vsque deuenire oportet. Præterea capite dolentibus & doloribus eius, paratur eadem mensura ceratum ex *sola cera & therebynthina cum sublimato*, quod solet esse non minoris efficaciæ. Addimus etiam minorem sublimati copiam his vnguentis ant emplastris, quæ liquidioris sint formæ, & fluidioris substantiæ: quippe his adiunctis, facilius permeat & efficacius operatur. Quapropter eorum ex gummatis, ceratis, aut emplastris, & cuius etiam ex prædictis secundi aut primi ordinis, demto argento viuo, adhibere oportet prædictam sublimati copiam, & huic vsui parate efficacissima & magni pretij, ac vsus aux [illegible].

Vesicatoria tumoribus ante profi[illegible] cua. Inter quæ etiam nunc denuo perit ores chirurgi vesicatoriis vtuntur in tibiarum & brachiorum incuetratis & induratis tumoribus, in quibus ob ossis corruptionem opus erat ferro & igne: quorum aliquibus ita p[illegible] spere cessit, vt citra carnificium & vstionem, ossis caries exusta per vlcuscula

C expirarit, & firma cicatrix inducta est, quod raro citra ossis abrasionem & decessionem fieri assolet. Huius autem naturæ est quod recipit *fermenti* ex[illegible]ende ad formam tuberculi, & aceto acerrimo irrora, & inspergepuluerem tenui simum ex cantharidibus, & supra tuberculum appone, dum ficæ quædam appareant, quas tenui acu perfora & humorem contentum exprime, vsque dum totus effluat, mox supra tuberculum tolia caulium recenti butyro illita, vel emplastrum diachylon manus impone, vtque totus ichor ex tuberculo emanet. Verum si tuberculus radicitus non eruerit, bis terve aut quater [illegible] dicto modo parabis, & nouas vesicas excitabis vsq. ad omnimodam tuberculi exstirpationem. Q[illegible] bus factis ac sublatis etiam omnibus Veneteæ contagionis symptomatis, si tophus Venereus continuatis per mensem integrum prædictis auxiliis non tollitur, & cum hoc doloris prorsus expers existat, & instat ossis durus, reliqua curatio superuacanea est:

D forte enim [illegible] ssis ipsius substantia in tumorem di[illegible] fusa [illegible] que [illegible], nec dige[illegible], neque in pus verti potest, [illegible] vtuc [illegible] permittendum erit, aut ferro & igne radicitus oli[illegible] ant illam substantiam exstirpare modo dicto [illegible] pus erit. Ceterum in gummatibus, quæ in capite fiunt, antequam ad vesicatoria auxilia deuentum sit, vtendum est lauacris ex lixiuio, inunctionibus & a[illegible], ossis prædictis, in quibus si nihil post aliqu[illegible] tempus profecisse conspexit, plu[illegible] mum innitendum non est, neq; validis medicamentis diu vtendum, ne resoluta tenuiori materiæ parte, vel quod crassum est superstit, vel folliculus aliquis, quem frequentissime in talpis, & huiusmodi gummatibus reperimus, gignatur, quem etiam citra chirurgiam non curabis. Qua potissimum ratione fieri censeo, quod cum ex apposito aliquo pharmaco tumorem euanescere conspicimus, & iterum ad antiquam magnitudinem aut maiorem reddere, folliculum esse recidiuæ potissimam causam: nam folliculus ille

E facile ex se materiam generat, vel dum in pus conuertitur, subiecta membra facile exedit.

Gummata capitis quibus pellenda.

## CAPVT VII.

## De Gallicis vlceribus.

Vlcera Gallica duplicia.

TANTA quidem varietate ludunt Gallica vlcera, vt vix certa lege complecti ea possis. Ceterum clarioris doctrinæ gratia, licebit omnia ad duo tantum capita referre: Primum fane continebit vlcera, quæ ex bubonibus, talpis, seu gummatibus & aliis tumoribus præter naturam fiunt, nec non & ex pustulis, quæ non raro in exulcerationem virulentam degenerant. Quædam vero sunt vlcera, quæ citra præcedentem morbum, solum causa seu virulento humore exedente & depascente carnem, fiunt. Illa quidem communi nomine *Vlcera* appellantur: hanc vero *Caries* nuncupamus, licet peculiari nomine caries ad of

Vlcera. Caries.

F sa pertinere videatur, cum hoc tamen certa qua-

dam similitudine ad carnem exesam & cariosam se extendit.

Vlcerum variæ differentiæ. Primum igitur genus varias sub se complectitur vlcerum differentias: Quædam enim externo more aliquo ... superfunt, quæ coctionū materiæ & sordium absterfionem atque carnis regenerationem exposcere videntur. Alia quidem Sinuosa exsistunt, ac superiacentem cutem, & sinuosam cauitatem abscindi, vel abluitate optime postulant. Alia Callosa sunt, & callum radicitus extirpari amant. Plæraque Cacoëtica, maliinotis, & quæ vix aut nunquam ad cicatricem perueniunt, ac mox, si peruenerint, ipsam exulcerant, & ad antiquum statum reddunt, quæ peculiarem in expurgandis humoribus, & attemperandis subiectis partibus diligentiam præ exquirunt.

G Sed vt singula percurramus, expenderé oportet, hoc habere proprium & peculiare omni. Gallica vlcera, quod nunquam toto ad cicatricem peruenire possint, nisi vel præmissa purgatione sufficiente, vel sudationibus aut munctionibus prægustatis. Quo facto, vel si possibile id non fuerit, si vlcus exiguum sit, chirurgia manu opus non est: nam extincta morbi malitia, facilè vlcus sanescit: si vero profundum aut latera depascens

Vlcera Gallica quid habent proprium.

665 A quamcunq; partem prehenderit, consultum certe sistere quo oportet, maxime, si vel fauces occupauerit, quas periculum est, ne celeriter contegat, & raucedinem miserabilem ante curationis fructum inferat, aut pene corrumpat, vel nares aut quamuis aliam partem. Quapropter in curatione hæc obseruabis: mox enim ab aperto bubone vel tumore quouis præter naturam subiectas partes & circumstantem carnem diligenter intueri oportet, quas si temperatas conspexeris, vel parum à temperie dissidentes, communi illo medicamento digestiuo appellato veteris, confectu quidem ex parti portione therebynthinæ & vitellorum ouorum, tamdiuque in eius actione persistes, donec carnem ex pute præter naturam vitiatam, & humorem ipsum in pus mutari comperias: quod constabit ex minori putis copia, ex priuatione doloris, & ex rubra carne è lateribus & fundo pullulante.

Vlcera Gallica qualiter tractanda.

Digestiuum medicamentum ex quibus conficiatur.

B Quo facto, si sanam quoque partem putrescere videatis, ad ea, quæ abstergunt, & carnem generant, protinus deueniedum est. Vulgatissimum quidem est apud chirurgos & rationi consonum, melle rosaceo vti, quia calorem naturalem videtur tueri, & foccrescentes sordes abstergere: cui aliquando exficcationis & roboris gratia adiicitur thure puluisculus. Quibus sane medicamentis, nivlcus in aliam speciem degenerauerit, ipsum proculdubio sanitati restitues. Cæterum, si vlcus vetustate laborum duritiem & fordesiam contraxerit, ad maiora auxilia deuenies, quæ paulo inferius leges. Verum, si ex diligentia compertum fuerit, subiectam membranam, cartilaginem aut ossa exesa esse & vitiata, non antea medicamento aliquo vteris, quàm totū id, quod vitiatum subest, deuastaueris ferro abrasario, si ossa fuent, vel forcipe aut alio instrumento incisorio, si caro membranæ; postea vero os ferro candenti inures. Secus tes se habet in carie ossium C capitis, quæ actualiigne tractare non licet; satenim est, si minimum vigentia premat, aqua argentariorum nonnihil penicillo vtere, ac deinceps vltus debita curatione tractare. Quod si laborans

Abstergens.

Membrana, cartilago aut ossa exesa quali ter tractanda.

renuerit vim ignis, caustico medicamento totum id, quod corruptum & vitiosum est, exurere oportet: in quo sane vsu, frequenti experimento probatum et chirurgici, vtilissimum esse pulverem illum Ioannis de Vigo, vel vnguentum Ægyptiacum, aut si mitius velis agere vnguentum rubeum. Verum, si ossium corruptionem compereris esse magnam aut rebellem, aqua qua ad deaurandum vtuntur argentarij, vti proculdubio poteris: quam excipere penicillo aliquo oportet, & sufficienter spatio in vlcere immorari sinere: quod si placuent, Auicen. medicamento mirabilis efficaciæ vtere, quod ossa statim vim habet extrahendi: recipit ossa sepia, quidem aristolochia, aloes, myrrha, corticis opopanacis, ... cortici pini, ireos (& loco ... adusti, quod ...) ... sfquama aris, ana: aggregentur melle, & vtere. Postmodum vero putrefactionis oportet vti, quæ id, quod exustum separatumque est, in pus vertant.

Quod si vlcus putridam carnem tegeret, estic D care deinde curabis, donec ad cicatricem perducatur. Cui vsui proficuum admodum est id vnguentum, quod recipit Emplastri gratia Dei, emplastri chalcitidis, vnguenti pompholygis ana ℥ j. cum guttulis olei ex ligno Guaiaco fiat vnguentum. Aliud maioris efficaciæ, præsertim post sudationem aut vnctionem, quod recipit linimenti ex argento viuo, vnguenti Apostolorum & pompholyga, emplastri gratia Dei, & de chalcitide ana ℥. ß. cerus, lythargyri, minij, aluminis, pulueris caluariæ, cum ana, ℥. ij. fiat vnguentum. Post hæc autem sarcotica sunt adhibenda, quale est id, quod recipit facti apij, therebynthinæ abietin ana ℥. ij. mellis optimi ℥. ij. ß. luteorum ouorum nu. ij. farina hordei quod sufficiat: fiat vnguentum. Mundat autem longe præstantius vlcus id, quod recipit mellis rosati ℥. iij. therebynthinæ cum aqua vitæ lota ℥. j. ß. succi absynthy & apij, ana ℥. ij. myrrha, thuris ana ℥. j. farine fabacea & hordei ana, quod sufficiat: fiat vnguentum. Nec minoris momenti est, quod fit ex oleo rosaceo, puluere Ioannis de Vigo & cera alba, aut cum oleo prædicto, cera & elleboro nigro. Aliud etiam conficies longe maioris mo-E menti, cum vlcus calidū & scabrum appateat, quod recipit succorum apij, aruoglossa, scabiosa & tapsiana ... ℥. j. mellis rosati ℥. iiij. therebynthinæ ℥. j. ß. myrrha, sarcocholla, corticis thuris, aloes ana ℥. iij. antimonij ℥. ... iiij. farina hordei ℥. j. redigantur omnia in puluerem, & bulliant parum, ac fiat vnguentum, ad quorum pensum alia pleraq; contingere potens non minoris momenti. Verum si callosum fuerit vlcus, aut sinuosum, quod non raro accrescere solet, modo ex bubone, modo ex tumore quouis præter naturam superstite, scalpello vel forcipe abscindere callosam partem oportet, & si quid sinuosum est, totum ipsum abrumpere & dilatare, & labia, ne iterum coalescat, abscindere: tandem fluxionem alio transferre curabis, & vlcus per callosæ caro exesionem, donec noua caro superexcrescens veram cicatricem admittat.

Vlcus quid ... Sarcotica. Vlcus quid ... Vlcus callosum ... Callosum quomodo.

Præterea, si vlcus cacoëticum sit, & ex eorum F sorte, quæ ad cicatricem ægre deueniunt, vomere famam huius malignitatis causam stare in defluxu ad partem affectam credendum est. Verum hæc est differentia inter hæc vlcera cacoëtica, & alia quæ ob fluxionem olimio madore abundant, quod sola maiori exficcatione curari possunt, quia humiditas in corpore vlceris præest: illa vero difficilem

Cacoëtica quomodo.

Cacoethica & fluida vlcera quid differant.

cilem admittunt curationem, quia humor, qui defluit ad ipsum vlcus, præterquam, quod venenosus & summopere præter naturam est, nutritionis quandam speciem efficit in ipso vlcere, cuius ratione neq; abstergentibus curari potest, quia humor in falsam quandam nutritionem degenerauit: neque sarcoticis, quia genuina caro generari nequit, ob eam, quæ præter naturam genita est. Quibus rationibus euidenter constat, hæc vlcera difficulter curari, & ægre ob id ad cicatricem peruenire: quod si aliquando cicatrice obducatur, ex vitio corruptæ carnis, quæ inest, facile eam perdit, & ad antiquum ducit statum. Quapropter

Vlcera cacoethica curandi ratio duplex.

G potissimum curandi ratio duplex extitit. Vna quæ fluxum auertat aut minuat: altera vero, quæ id carnis, quod vitiosum est, ex toto depopuletur: quibus accedit tertia non minoris momenti, quæ ex optima victus ratione nouam, & antiquæ carnis persimilem generare possit. Auertimus quidem humorum fluentem, præter sanguinis missionem & expurgans medicamentum, sudoribus, & his auxiliorum generibus, quæ superius retulimus.

Humor quibus auertatur.

Carnem vero erodimus *puluere Vigonis aqua sublimata, vnguento AEgyptiaco*, aut quouis alio caustico medicamento, cuius naturæ est *puluis præcipitati cum vnguento tutiæ*, vel causticum hoc, cuius mirabilis est efficacia in conterenda putrida & vitiosa carne, si aliis mitioribus adiungatur, & minima quantitate fiat initium: recipit *medullæ fermenti vnc. iij. sublimati* ℨ. x. *mini vnc.* ß. *redactis in puluerem, & cum fermento & aqua plantaginis mixtis*, fiat massa in furno exiccanda, quæ rursus in puluerem redigatur, & adde *amyli & cerusæ ana* ℨ. iij. *succi aphrodillorum* ℨ. x. *aceti albi* ℨ. v. misce, & vsq; ad succi & aceti cõsumtionem coquantur, & iterum exiccẽtur, ac in puluerem redigantur, & modico vnguento *ex pompholyge, aut basilicon* admixto fiat vnguentũ: cuius modicissimum in vlcus proiice, & circum vlcus ac desuper adde hoc medicamentum, quod recipit *olei rosati omphacini, & myrthini. succi plantaginis & solani vnc. ij. aceti rosati vnc. ij.* ß. bulliant simul ad succi & aceti consumtionem, & adde *ceræ quantum sufficiat*, & agitetur antequam refrigescat in mortario plumbeo. Verum in his vlceribus, quæ difficulter sanescunt, & cacoethica exsistunt, in lue Gallica, maiori vsu probantur, quæ vel *cinabrium* recipiunt, vel *argentum viuum*, dummodo pro vnguenti lib. adiiciatur *argenti vnc. j. aut paulo minus.* Ad quod sane præsidiũ deueniendum est, cum supercrescentem carnem exedere studuerimus *puluere Ioannis de Vigo, vnguento AEgyptiaco vel aqua argentariorum*: ac si hæc prodesse non videantur, ad argentum viuum deuenire consulit rei ratio, vt dictum est.

666 A

Causticum mirabilis efficaciæ pro conterenda carne putrida.

B

Caries quid.

Sed de carie carnis, quam alteram vlceris speciem esse diximus, expendendum primo est, cariem appellari, (*licet hoc vitium ossibus à Galeno tributum sit*) quia non fiunt sicuti reliqua vlcera ex pustulis vel tumore aliquo præter naturam, sed solum per exesionem, quemadmodum ossibus contingere scimus. Quamobrem non immerito cariem appellamus vlcus, quod in pudendo reperitur, & ea vlcera, quæ in ore & faucibus fiunt, nec non & in naso. Quæ sane multis occasionibus fieri cõstat: nam licet ex vapore ad partes illas transmisso, vel ex contagione & frictione, aut ex tenui sanie à iecore transmissa fieri optime possit, cum

C

hoc tamen ex adhæsu ad corruptam fœminam frequentius accidunt, ob excrementa virulenta & putrida, quæ in eisdem partibus congeruntur. Sunt porro hæc vlcera curatu difficillima, & maioris mali sæpissime præludium, & ob id studui proprium caput huic vlcerum sorti dicare.

## CAPVT VIII.

### De Carie, hoc est, oris & narium, ac pudendi vlceribus.

D

Cariei quæ natura.

CVRARI quidem hæc vlcera diligenter oportet, & sui & futuri mali ratione: nam ab his plerumque contingit, iecur & vniuersum corpus virulenta lue fœdari, quippe virulentia illa semel ea parte suscepta, facile seminis instrumenta ac vasa, quæ ad iecur conscendunt adeo turpiter fœdat, vt protinus in vniuersum corpus malum mille accidentibus erumpat ni cito præueniatur: præterquam quod hæc penis vlcera nondum sana debent haberi, etiamsi cicatrice obducantur, nam sæpe in eis cicatrix superest tuberosa, quæ maioris mali solet esse præsagium, quam si vlcus diu perstitisset. Qua in re præmittere oportet fundamenta quædam curationi summopere necessaria. Primum est, in omnibus his vlceribus non esse humorem fluentem alio transmittendum, sed omni ratione per expurgantia pharmaca & sanguinis detractionem ex brachio & talo conterendum: quippe ex repellentibus medicamentis pudendo adhibitis, fieri protinus bubones compertum est: quamobrem per exsiccantia pharmaca, & ea, quæ valenter extergunt, hæc vlcera curanda sunt. Secundo aduertendum ante eorum exhibitionem est, an huiusmodi vlcuscula ex sola pudendi excalfactione ortum duxerint: nam eo tempore sola aqua *plantaginis & rosarum* sufficiet: sin aliter, transeundum est ad aquam *solani & plantaginis cum alumine vel flore æris.* Sed inter cetera auxilia illud primas obtinere experimento comperimus, quod ex Lanfranco Medico scriptum reperitur, ab eo peculiari ratione *aqua Lanfranci* appellata. Verum si sordidius & dolorosius exstiterit vlcus, *decoctum Guaiaci cum vino & rosis*, proficuum esse certo scimus. At si ad putrilaginem peruenerit, abluere vlcus aliqua ex prædictis aquis oportebit, deinceps adspergere super partem vlceratam *cinerem seminum anethi & squamam æris præparatam.* Quod si adhuc id sufficere non possit, medendi ratio consulit veniendum esse ad vnguentum rubeum, vel *de tutia cum puluere Ioannis*, aut ad *AEgyptiacum*: ac si huic quoque obtemperare nequiuerit vlceris malitia, sed periculum sit, ne præputium, aut glandem exedat, adhibere tunc oportet vnguentum aliquod, quod *præcipitatum* recipiat, ac nonnunquam ea quæ ex *argento viuo* conficiuntur. Monere tamen oportet circa pudendi cariem aliquando ex ea curata vel cicatricem adeo coarctatam superesse, vel præputii cuticulam adeo callosam, rugosam aut exsiccatam, quod detegi minime glans possit. Cui facile chirurgi medentur præputio vel inciso, vel abscisso. Ceterum reperio apud peritos in hac re viros, aliam esse tutiorem curandi rationem: nam oportet cutem ipsam *mucilaginibus, pinguedine & oleo* multis diebus oblinire, deinde facto plumbeo instrumento ad formam fistulæ, aut infundibuli inter glandem &

In cariei curatione quæ aduertenda.

I.

E

II.

Cariei vlcuscula in pudendo quibus medicamentis curentur.

Aqua Lanfranci.

F

Præputio qualiter prouidendum.

præputium, ita vt per id vrinam emittat laborans, deinde sensim maiusculum efficere, & transactis quatuor aut quinque diebus, aliud maius, donec sensim & leniter ita præputium laxetur, quod glans facile detegi possit.

G Verum si in gurgulione, palato aut quauis alia faucium parte caries præfuerit seu vlcus, omni arte alio transferre fluxionem oportebit: primò quidem sanguine misso, expurganti medicamento adhibito, ac deinceps affixis cucurbitulis, & his præsidiis, quæ ad distantes partes distrahere possunt: ac si leue vlcus fuerit, solis collutionibus satis erit. Quod si grandis sit exulceratio, periculumque suffocationis præstiterit ex copiosiori humorum affluxu, venas quæ sub lingua sunt, tundere oportebit, tandem repellentibus vtendum est: quem vsum præstant gargarismata, quæ recipiunt *foliarum oleæ, myrthi, lentisci ana* m.j. *plantaginis* m. ß. *rosarum* p. ß. *hordei* p. ij. fiat decoctio ad

*Caries gurgulionis palati aut faucium quibus curetur.*

664 A lib. ij. & in colatura dissolue *vini malorum granatorum vnc.* ij. *diamoronis & syrupi rosarum ana vnc.* j. misce & fiant gargarismata. Verum in morbo Gallico placuit semper magis ad ea, quæ vehementer abstergant, & id, quod putridum est exedant, peruenire, quam ad fortiora adstringentia: ob id semper prædicta vlcera vel *aqua argentariorum*, exurimus, vel *vnguento Ægyptiaco*, quod putridum est exedimus. Primo enim (*præter dicta auxilia*) adhibebis id, quod recipit *hordei mundi, lentium excorticatarum, satureiæ, rosarum plantaginis ana* p. ß. fiat decoctum secundum artem *in lib.* iiij. *aqu.* ad medietatem, & colaturæ adde *mellis rosati* ℥. v. *myrrhæ puluerizatæ* ʒ. iiij. & fiat lauacrum. Cui, si necessitas vrgeat, addere poteris *vnguenti Ægyptiaci modicum*, & cum purius redditur vlcus, addi potest parum *licii* aut *cornu cerui vsti*, cum modico vino.

B Quod si ad corrosionem tendere columellam constet, tunc eo vteris lauacro, quod recipit *aqua argentariorum & vnguenti Ægyptici ana vnc.* ß. *pulueris cucurbitæ combustæ* ʒ. j. *luteum oui*, fiat linimentum cum puluere *santalorum rubeorum*. Visu tamen probatum est id, quod recipit *aquæ plantaginis vnc.* ij. *aquarum solani & rosarum an. vnc.* j. *sublimati vnc.* iiij. feruefiant in vase vitreo, donec dissolutum sit sublimatum, deinde ab igne semoto vase, permittendum est aquam refrigerari, & fæces subsidere, ac defæcata aqua vsui reseruetur: hanc sane iuxta maiorem aut minorem vlceris corruptionem aut laborantis insensibilitatem, poteris minus efficacem aut efficaciorem efficere. Post quorum vsum, temperatiori & refrigeranti gargarismate vteris ex decocto *hordei, maluarum, fœnugraci, & seminis cytoniorum*. Cauere tamen valde hæc medicamenta oportet, vbi vel pars exquisito sit sensu, vel inflammata, aut corpus vitiosis succis redundans: quo tempore præsidium hoc adiecta copiosiori aqua *plantaginis aut hordei*, ita moderari oportet, quod tuto adhiberi possit. Quo facto bis, semel ve in die os, faucesque gargarismate quod siccando extergat colluës. Huius naturæ est, quod recipit *hordei* p. ij. *eupatorii, plantaginis morsus gallinæ, rosarum rubearum ana* m. j. decoquito in aquæ libris quatuor ad lib. iij. & percolato adde *mellis rosati aut syrupi rosarum vnc.* iij. *aluminis vsti, calchanti*

*Columellæ corrosio quibus prohibeatur.*

*Gargarisma siccanda extergens.*

C *vsti ana* ʒ. ß. Hunc etiam præstat *oleum de myrrha*, quod mira quadam efficacia omnia vlcera maligna leuit, & citra morsum extergit, ita vt proficuum sit vlceribus, quæ omni alio auxilio exasperantur. Vlcera vero quæ serpendo proximas partes erodunt, à prædicta inunctione, *oleo* [illegible] *mine cucurbitæ*, aut alio eius natura [illegible] sunt, & pars illinienda vnguento qu[illegible] *therebynthina abietis vnc.* j. *eluto aqua plantaginis* *adde hydrargyri vnc.* ß. & in ea extinguito & [illegible] adde *plumbi crudi pulueris tenuissimi* [illegible] ij. *myrrhæ, mastichis puluerizata an.* ʒ. ß. *oleo myrtini*, q. s. [illegible] vnguentum. Hunc quoque vsum præstat *oleum de sulphure* arte chimica extractum. Verum si vlcera hæc occalluerint, ad longe efficaciora deuenire oportebit, qualis est *mercurii puluis* aliis vnguentis & oleis admixtus: quod sane præsidium vbi escharoticis opus est, proficuum existit: quo sane non solum sordes crassiores deterguntur, sed etiam callus exstirpatur, & gliscens pernicies cohibetur, nullo aut leui dolore, si probe conficiatur, & aliis aquis & mitioribus puluis reddetur & mansuetior fiat. Præparabis autem hac lege, *pulueris vnc.* j. *aqua plantaginis vnc.* ij. biduum maceran finito, tunc *aqua vitæ* additur & succenditur, rursus *aqua plantaginis* additur, & post alios duos dies proiicitur, & puluis siccatus vsui adseruatur: cuius loco aliquando *Ægyptiaco* veteris vnguento.

*Vlcera serpentia quibus castigande.*

*Callus vlcerum eas quibus extirpetur.*

D

Quod si diu vlcera perstet adiuncta inflammatio, applicabis parti præsidium quod recipit *plumbi crudi puluerem cum semperuiua & plantaginis succo*. Item omni arte materiam per nares deriuare studebis, aut alio transferes, vel fontanellam alteri brachiorum affiges. Verum si palatiosi vitium contingat, foramenque ab ossis discessu superesse, difficulter coalescere prædices, aut si cum retentaueris, quotidie scalpello sanguinem à ora[illegible] foraminis extrahes, vt recenti facto vulnere, facilius labra nouo sanguine fluentia coalescant. Quod si id fieri non possit, vt turpem vocem emendare possis, lichinum ex mastyche & cera confectum ibidem appone, dum caput lichini foramen occupet, quo intus permeare non possit, sic enim vox facile restituitur.

*Vlcerum o-[illegible] inflammatione quibus remediare.*

E

*Vox quibus emendetur.*

Verum in narium vlceribus, quæ facile sordidissima fiunt, & ad ossium corruptione in facilime deueniunt, primo quidem post vniuersalem corporis prouidentiam, & capitis peculiarem curam, studendum est ea præsidia adhibere, quæ fluxionem compescant & attemperent, & quod vlceratum est purgent & abstergant. In quem vsum inter alia probatum reperio illud quod recipit *corticis thuris, sanguinis draconis an.* ʒ. j. *corticis maligranati* ʒ. iij. *gummi tragacanthi leniter assati* ʒ. j. & fiat puluis tenuis, qui in naribus immittatur, [illegible] nares ipsas inuoxerimus sequenti mucilagine, quæ recipit *chrysocollæ vnc.* ß. *calcis viuæ* [illegible] *in aqua lota*, deinde *in aqua plantaginis vnc.* j. ex quibus fiat prædicta *mucilago cum mucilagine psyllii*. Alia etiam præstare poteris auxilia, quæ aliis vlceribus proficua scripsimus, semper tamen mineralibus pharmacis admixta, nam resiccationem maximè narium ossa & carnes exoptant, ad excrementorum alluuiem, quę copiosa est, nec non & partium tutelam, quæ siccioribus gaudet. Hoc tamen scitu necessarium est, nimirum nulla lege vtendum esse inunctionibus ex hydrargyro in oris, faucium & narium vlceribus: periculum enim est, ne copioso humorum affluxu ad sputationem suffocatione periclitetur laborans: sat enim est, sudationibus aut

*Vlcera narium Gallica quibus curentur.*

*Mucilago.*

F

aut apozematis uti, aut fontanella, nisi vel corpus robustum fuerit, aut necessitas vigentior, & quæ nullis cedat auxiliis.

### Caput IX.

### De pustulis Venereis.

G

LIcet statutum sit, Luem Veneream per se nullum morbum constituere, sed semper falsam aut veram alterius morbi imaginem repræsentare: cum hoc tamen cuicunq; morborum genere adeo insolubili nexu cohæret & coniungitur, quod verus videatur, eius naturam æmulari, quam idemmet affectus, cui coniungitur: eam tamen monstrat quibusdam accidentibus insignitam, quæ veram morbi Gallici naturam haud obscure monstrat. Quippe insignitur frequenter cutaneis quibusdam maculis, adeo pertinacis naturæ, vt licet aliis, quæ in aliis morbis efflorescunt, similes videantur, difficulter delitescunt, aut ad maturitatem duci possint: item alopecia deformi, pustulis fœdissimis, tuberculis, vlceribus, nodis, tophis, ossiumque carie. Quorum quædam quibusdam magis minus corporibus, alia aliis, & aliquando omnia alicui, prout vires aut corporis natura tulerit. Pustularum igitur, quæ morbo Gallico accidunt, non esse vnicam differentiam, euidenter constat: quippe duplicem earum naturam comperimus, quarum *Vna Crustam habet, & squamam seu pustulam*, quæ decidit: *Altera* vero *Extuberationem* quandam efficit, lanoribus variolis persimilem: hæc quidem pinguedini porci assimilatur, colorem habens in circuitu, subrubrum, & in medio album pallescentem. Quam sane distingues ab aliis cutis extuberationibus, eo quod indolorosa existat, & lentum vel nullum præter primam magnitudinem acquirat augmentum, raro ad suppurationem venit, diu in parte durat, & sui vestigium & maculam deformem non parum in cutem imprimit. Pustularum vero, quæ squamam habent, hæc est natura, quod aliquando putrilaginem habent sub pustula, aliquando vero carnosam quandam extuberationem, quæ decisa pustula, diu in parte remanet. Vtcunque tamen sit, causam habet, quam superius diximus huic morbo communem & propriam; ceterum peculiaris est, vel facultatis naturalis robur, vel retrocessus materiæ ex bubone vel vlcere.

*668 A — Pustularum Gallicarum duplex natura.*

*B — 1. Pustulæ extuberantes. 2. Pustulæ squamosæ.*

Curandi tamen ratio, quatenus pertinet ad generalia præcepta, eadem est cum prædictis affectionibus: quatenus vero ad pustulam ipsam pertinet, vnica tantum est curandi via, quæ sane pustulas ipsas exsiccare docet, licet non desint, qui repellentibus medicamentis vim & impetum naturæ ad cutim, exstinguere conentur. Quo tempore *aqua* vtuntur *hordeacea cum foliis rubi & rosarũ*, quod præsidium adhibere minime conuenit, nisi dum plus dolent, quam citra leuamen laborans ferre possit, aut nimio calore luxuriant & turgent: quo profecto tẽpore satius semper indicaui, partem abluere pustulatam *decocto Guaiacino cum plantagine & pimpinella.* Quem quoque vsum præstat *vnguentum tutiæ & diapompholyges* æquis portionibus mistum, vel *cerotum lythargyrii.* Verum inter pleraque medicamenta, quæ ad pustularum decisionem scripta comperimus, hoc vnum peculiarius meo & multorum iudicio, id munus præstare constat, quod recipit *aquarum plantaginis & rosarum ana lib. j. aluminis, argenti sublimati ana ℥. ij* accipiantur alumẽ & sublimatum & terantur, deinde ponantur in phiala vitrea & crassa, & igni applicentur, & bulliant ad medietatis consumptionem, postea vero residere finito quinq; dierum spatio, ac limpidissimam aquam vsui adserua. Qua sane vtendum est, non simplici, sed cum dupla, tripla, vel maiori alterius aquę parte, ne pars affecta plurimum caedatur: quod facies iuxta renitentiam pustularum, aut effectus, quę extirpare nitimur, facto semper initio à dilutiori aqua, vt secuto experimento comperiamus, quãtum ipsius sit adiiciendum vel detrahendum. Sed puerorum & adultorum etiam pustulas faciei vel cuiuius alterius partis exsiccat & cõterit *spuma decoctionis Guaiaci*: cui quoque vsui inter omnia, quæ diutissimo experimento proficua comperimus auxilia, illud mirabile mihi semper extitit, quod recipit *aquæ plantaginis & rosarum ana* ℥. iiij. *salis gemmæ, nitri & aluminis ana* ℥. iij. *sublimati* ℥. j. bulliant ad tertias, & fiat colatura, cui adde *viridis æris* ℈. j.

*C — Pustulę quibus curantur.*

*NOTA.*

*D — Pustulas faciei puerorum quæ exsiccent.*

### Caput X.

### De Gallica gonorrhœa, ac de penis & colli vesicæ vlceribus & carunculis.

A Communi seminis inuoluntaria profusione (quam *gonorrhœam* Medici appellant) virulentam hanc gonorrhœam mille modis dissidere, omnibus conspicuum arbitror, si exacte expendentur, qualis naturæ sit, qua constet materia, & qua via excernatur. Nam his, qui scortandi vitii nimis dediti sunt, tum ea frequentatiua tractu, tum etiam ea virulenta contagione à concubitu infecto contracta, hoc mali genus gonorrhœæ persimile etiam morbo Gallico correptis non raro succrescere assolet. Quippe in Venereo & contagioso congressu penis & totius corporis ac partium pudendarum pori & meatus omnes aperiuntur: vapor ab inquinata fœmina aut viro sublatus in pudendum fœminæ, aut viri, vasa spermatica, testes & partes semini gignendo & continendo dicatas, vel vterum sese extendit, & prædictarum constitutionem & habitum naturalem peruertit & conspurcat, ac humidas & laxas reddit, & luæ malignitatis labe inficit hac mucagine prostratas. Quo fit, vt quidquid per dictas partes prolabatur, in tetrum fœdumque virus album aut flauum degenerat: tum inter dormiendum, tum secus, cum tentigine, ardore ac pruritu, vel molestissimo dolore vel citra ipsum, prout virus acrimoniæ particeps plus minusve fuerit, quam in vasis spermaticis, vel prostatis ardore & virulentia praue affectis, contraxit. Nam qua ratione in diabete per renes transmissa vrina exarsit, per vesicę ceruicem sine morsu & punctionis sensu transire nequit, ita prorsus in virulenta gonorrhœa putrescentem malignumq; succum, aut quæuis alia acrimonia materia, vbi in prædictis vasis incaluit, nequit sine ardore & acerbissimi doloris sensu, per penis foramen prolabi. Quo fit, vt easdem partes exulcerans, carnemque exedens, in vlcera fœda & carnium excrescentias vrinam obturantes, ac etiam exitum vitiantes, promtissime degeneret, miserere sic affectos torquens. Quapropter nec temere negligenda est huiusmodi seminis profusio, neque

*E — Gonorrhœa Gallica quid ab altera medicorum differat. Gonorrhœæ Gallicæ quæ causæ & causarum ordo.*

*F — Gonorrhœæ symptomata grauissima.*

neque audacter cohibenda, siquidem vtroque excessu in longe grauiora mala euidentissimo est laborantes deferri. Nam si negligatur, sese altius insinuat, & in Veneream calamitatem commigrat, adeo vt vesicæ etiam ceruicem & ductum penis in transitu vellicet atque exulceret, ita vt dysuriam & stranguriam non raro conciliet. Quod si temerario consilio supprimatur, sursum remeante pore, colligitur circa testes & perinæon copia, quæ suppurata, aperta vel dirupta cute

669 A

purulentam materiam profundat. Quæ omnia si quis diligenter euoluerit, conferatque cum his, quæ dicta sunt *lib. de internorum morbor. cur. cap. de gonorrhæa*, facile reperiet, quantum hæc ab illa dissideat.

Gonorrhæa Gallica quibus & quo ordine curetur.

Cognita igitur ex his, quæ præcesserunt (*vt ex virulento & contaminato concubitu*) & ex his, quæ in pene, testibus aut quauis alia parte adsunt, huius gonorrhϾ natura, illi curationem institues, quæ duplici constet scopo: præter eam victus institutionem, quæ refrigeret & attemperet, & nimia non sit, ne corpus grauet, aut renouis, ne facile in bilem & acrimoniam vertatur: cui vsus potus instituendus est ex *hordei decocto cum radice Chinæ*, tandem res omnes non naturales moderatas institues. Primo curandum est, humorem confluentem ad vasa per partes inflammatas, quæ secundum inguina ad scrotum perrectant, per venas & arterias reuulsione & euacuatione diuertere. Postremo autem gonorrhæam in vasis seminariis &

B

prostatis affectionem prauam, quæ purulentam materiam generat, coercere atque extinguere oportet.

Purgatio.

Sic primo mali accessu, ante vllam sanguinis detractionem, vias communes & renes purganti, quæ attemperat, vtendum est, cuius naturæ casia sit *cassia, catholicon, syrupus violaceus ex infusionibus cum succo rosarum, aut liquore nouem infusionum rubearum, item manna cum sero lactis*. At si vel cum rentigine aut cruciatis alterius plenitudinis præsentia gonorrhæa sit, verendum non est, ex axillari vtriusque brachii sanguinem mittere, sin aliter, aut imbecillior graciliorve & consumptus sit laborans; veteri omnino oportet sanguinem mittere.

Sanguinis missio.

Parti quibus prouideatur.

Ante tamen quam vniuersalem virulentiæ prouidentiam *Guaiaco aut sparta parella* instituas, parti prouidebis, vasa genitalia & partes iuxta renes & perinæon attemperando, cauens ne ante maiorum humorum Venerea labe infectorum

C

vacuationem, repellentibus vtaris. Sic primo accessu sat est *vnguentum rosaceum cum resumtiuo, vel vnguentum album cum caphura & grano vno opii*, quibus dorsum inunges & perinæum. Item ante maiora auxilia hoc vteris decocto quod recipit *hordei integri p. ij glycyrrhizæ contusæ, radicis althea & graminis ana ℥. ß. foliorum maluæ, violarum & plantaginis ana m. j. coquantur in lib. ij. aquæ ad lib. ß.* Huic consimile, vt interius etiam refrigeretur, aliud efficies, quod recipit *seminum frigidorum maiorum mundatorum ana ʒ. ij seminis papaueris albi ʒ. j amygdalas dulces in aqua frigida maceratas & mundatas n. v.* contundantur, & adiice decoctionis præcedentis *lib. ß.* & facta colatura, porrige summo mane ℥. iiij. Poteris etiam idem beneficium consequi hoc quod recipit *seminis hyoscyami ʒ. j. seminis papaueris albi ʒ. j. & ß. seminis lactucæ ʒ. j. seminis melonum ʒ. ij. caphura ʒ. ß. fiat massa cum mithridati ʒ. j. & mucagine psyllii extracta in aqua parietariæ, capiat pilulas iij. summo mane*, donec rentigo & dolor sileant, deinde superbibat decocti supra positi ℥. iiij. aut tantundem *aquæ lactis vel decocti malua-*

D

*rum*. Quibus factis, extrinsecus secundo inungito eo, quod recipit *mucaginis seminis psyllii extractæ in aqua rosarum & plantaginis vnc. j. pastillorum alborum Rasis cum caphura & opio ʒ. ij. olei rosati loti in aceto, vnguenti albi ana vnc. ß. caphura ʒ. ß.* fiat linimentum, quo testes & perinæon singulis diebus summo mane vngantur. Postea vero ad ea, quæ maioris sunt momenti per os sumta, & nonnihil purgando prædictas partes attemperant, te conferes. Huius naturæ est (si ardor & rentigo iam quieuerint, sin aliter minime) id quod recipit *therebynthina abietis ʒ. ij. & ß. elutæ in succo plantaginis*, datoque in cochleari cum *syrupo de althea aut violarum*. verum si iam ex toto ardor quieuerit, *therebynthina* admiscenda est *trocisco rhabarbari*, quod duabus horis ante cibum porriges. Ceterum ad tergendas vrinæ vias & farctu liberandas, mirum in modum prodest potus, qui recipit *cineris siliquarum fabarum ℥. j. aquæ parietariæ tepidæ lib. j.* maceretur horis quatuor, deinde limpidissimum

E

lixiuium percoletur, & adde *syrupi violarum vel de althea ℥. iiij.* porrige mane ℥. iij. duabus horis ante cibum: in recenti vero gonorrhæa hoc præsidio ne vtaris, nisi addideris loco aquæ *parietariæ* aquam *plantaginis* aut *hordei cum syrupo de limonibus*. At si adeo peruicax & rebellis gonorrhæa sit, quod cogaris (corpore prius mundo & præmonito) ipsam cohibere, hoc vtitor, quod recipit *aloes optim. ℥. cretæ, succini, radicis gentianæ, aristolochiæ rotundæ, radicis dictamni, myrrhæ ana ʒ. j. mithridati ana ℥. & ß. therebynthinæ abietis ʒ. j.* cum mucagine altheæ fiat massa, cuius capiat pilulas tres alternis diebus ante prandium. Cauendum tamen est, restricta gonorrhæa, ne incaute laborans deinceps viuat, ne forte cohibita violentia, maioribus accidentibus & periculosioribus feriatur. Quapropter ad sudationes ex *dilutiori Guaiaco aut sparta parella* confugere oportet, aut ad frequentiores purgationes, siue per blanda medicamenta, siue per apozemata, quæ simul catharticum & alexipharmacum agant.

F

Quod si Venerea caruncola aut virulenta, vlcusve penem torserint, graue & miserabile malum laboranti succrescet, & quod difficulter curari solet. Quippe vrinæ difficultates, & alia pene innumera vitia adeo accersit, quod omnino vel curationem interturbent, vel nullius momenti ipsam reddant. Nam acris & virulenta vrina, quæ per diuturnas gonorrhæas è prostatis in penis meatum instillat, non modo ipsius ductum lenem atterit & exulcerat, sed sæpe etiam vesicæ ceruicem, quo per totum fere vitæ discursum purulenta materia exsudat, & caro excrescens carnosum tuberculum efformat. In qua re nō placet meminisse aliarum caussarum, quæ hæc quoque vitia in meatibus vrinariis efficere solent, quod latius earum disputauerim differentias *lib. de intern. morb. cur. cap. proprio*, sed solum acris & virulentæ gonorrhææ. Sed horum morborum post gonorrhæam

G

horum iam ediscemus ex frequenti mictione cum dolore facta, & lotio excruciante ob pus crassum & acre, aut ipsius lotii substantiæ immersum ac delitescens ob tenuitatem. Quod si vrina his præmis-

sis sup-

Vrinæ viæ quibus tergantur & farctu liberentur.

Gonorrhæa & rebellis & quibus vincendum.

Caruncula Venerea & vlcera penis quibus curantur.

Inunctiones.

II. Purgationes.

Vrina suppressæ carunculæ & sinuosum ulcus similimum

sis [illegible] matur, excrescentis carnis testimonium [illegible] est. Quapropter primo accessu clysmis [illegible] vtens, quæ excrementa alui deponant, & materiam [illegible] placu[illegible] cent. Ante tamen quam vrina [illegible] primatur, [illegible] ulceri prouidendum est, quo

670 A magis ex[illegible] atur, & mundius fiat. Quo casu præmissa per[illegible] etiam aut catholicum purgatione, quæ [illegible] rem auferamus, vtendum est pilulis [illegible] *radice gentianæ cum aloes octuplo & mod[illegible] po[illegible]*, quas paulum ante cibum porriges: [illegible] calidior fuerit hominis natura, *seminum frigidorum* nonnihil addes. His facti s ad topica auxilia te conferes, inter quæ hæc probatiora comperimus: primum vlcera per syringam ablues diluto, quod recipit, *foliorum sanicula, absynthii, verrucariæ & rosarum rubearum ana* m. j. *lupinorum contusorum* ℥. ß. *plantaginis* m. j. fiat decoctum ad *lib.* j. ß. in quo percolato dissolue *syrupi rosarum siccarum & de absynthio ana* ℥. j. quibus aliquando addes, maxime si vlcus sordidum fuerit aut putrilaginosum, *mel rosaceum, myrrham & radicem aristolochiæ.*

Vlcera penis per syringam abluenda.

Dilutum.

Ablutione facta, in cerea candela linteo tenuissimo inuoluta & circumdata, vnguento aliquo intincta in penem immittes: vnguentum fiat hac lege, *tutiæ præparatæ, lapidis calaminaris præparati, cerusæ ana* ʒ. j. *tenuissimi pollinis, plumbi crudi, caphuræ ana* ʒ. j. *succi nicotianæ cocti ad mellaginem* ℥. ij. *olei è myrrha quod satis sit:* in cote marmorea diu terito, deinde in mortario plumbeo pistillo plumbeo subigito, donec fiat vnguentum. Hoc autem vlcera siccat & tergit, & si quid creuit corrosit: & idem officium præstat aqua, quæ recipit *aluminis crudi vnc. ij. albumina ouorum crudorum n. xv. succorum portulacæ, plantaginis, solani, semperuiui, nicotianæ, aquarum vlmariæ & rosarum & maluarum ana* ℥. iiij. agitentur diu simul omnia, deinde in ollam vitream ponantur, & aqua prouciatur in duplici vase. Aliam eiusdem efficaciæ conficies ex *maluis, violis, portulaca & parietaria*, in qua extrahantur mucagines *psyllii & althææ*, & facta leui colatura vsui seruetur.

Vnguentum.

B

i. Cicatricem quæ ducant, & attemperent.

Ad cicatricem tamen ducit & simul attemperat alia, quæ recipit *aquarum plantaginis & rosarum ana vnc.* iiij. *trochiscorum albi Rasis vnc.* ß. *boli armeni* ʒ. ß. colentur leuiter, & cum aqua hordei modicum prædictæ aquæ inijciatur. Efficacius tamen cicatricem conciliat id vnguentum quod recipit *corticum granatorum exusta, gallæ vstæ, tutiæ præparata, plumbi vsti ana* ʒ. ß. macerentur in aqua rosarum horis duodecim, deinde ad solem aut ignem siccentur, & in marmoreo lapide cum *oleo myrthino* fiat vnguentum. Aliud tamen efficacius parabis, quod recipit *gallæ immaturæ, nucum cupressi, baccarum myrthi, balaustiorum, malicorii vsti, calicum, glandium, mastiches ana* ʒ. j. omnia in exquisitum leuorem trita dies aliquot in succis *mespilorum & sorborum* macerentur, deinde siccentur & cum ℥. ij. *olei rosarum* lotiaqua rosarum, in qua liquatum sit *aluminis momentum & ceræ albæ* ℥. ß. fiat vnguentum in marmoreo lapide & in mortario plumbeo.

C

NOTA.

Sed diligentia non mediocri inspiciendum est, an pus, quod excidit, è penis vlcere oriatur, an decidat à prostatis. nam si ab his prodient, curatione hac non indiget, quinimo corpus longe deterius se habebit, nam sæpe per plures annos purulentam materiam prostatæ profundunt, nullo valetudinis discrimine, nulloq; penis vlcere: Quod nosces, q[illegible] nulla acrimonia [illegible] que molestia profundatur, velut ea, quæ ab vlcere penis [illegible] quæ dum vrina excernitur, null[illegible] morbis [illegible] torquet.

D

Suppressio vrinæ a caruncula, qualiter dignoscatur & differat a suppressione a calculo facta.

Verum quia vlcere neglecto [illegible] sordes in callum plerunq; concres[illegible] atque indur[illegible] tur, vel caro supra modum crescit, adeo vt difficultatem inferat vrinæ similem [illegible] quam calculus inferre assolet, ob id diligenter hoc ab illo distinguere & curare studebis. Sed hoc vitii causam internoscere licet, quod caruncula & callus retentam vrinæ cursum efficiunt, qua minime, vt in sanis, vrina pleno foramine ac sinore prorumpit, sed quodam quasi filo exit, hisque interdum rectus, sed obliquus ac sæpe in duas partes diuisus. Ad hæc dolor in mictionis fine crudelius quam dum vrina profluit, discruciat; Vrinæ enim nonnihil inter vesicæ ceruicem & carunculam remanet, quod non nisi maximo conatu & dolore exprimitur. Quod symptoma plerisque post coitum succrescit, cogente post carunculam in pene semine, quod summo conatu natura nititur pellere.

E

Calculus vero mictionem interruptam efficit, & cum exit, confertim excernitur & pleno cursu, non vt in carunculæ tenuiter: adhæc presso pene digitis, durum tuberculum deprehenditur, & immissa candela vel cathetere, velut offendiculum in via occurrit, ne facile in vesicam vsque pelli possit obsistens: grauitas ac podicis sensus in anum minime incumbit, vt fit in vesicæ calculo, neque inter meiendum egerendi desiderium inest, nisi forte id aliquando & rarissime accidat, [illegible] videlicet maximus tumor vesicæ collum opprimens, rectum quoq; intestinum premit. Ceterum id clarius disces cathetere vel candela; nam si nihil in via offendatur, calculum conijcere oportebit, sin aliquid, id carunculam vel carnem supercrescentem præesse pronunciato. Prætereà adeo sæpe caruncula crescit, quod lapidis more omnino vrinam supprimat, vel affluente ibidem magna humoris copia, qua facto tumore & in pus verso, maximis doloribus & febribus in puris mictum commigrat, si cito fiat, sin aliter, retro sursumque remeante vrina hominem cito perimit.

F

Vrinæ suppressionem a caruncula qui patiantur, & quantis ea sit periculis plena.

Hanc sane affectionem non solum patiuntur, qui gonorrhœa Gallica mox corripiuntur, sed hi etiam, quibus diu curata post annos reuersa, vel pullulans ex ea hoc vitium inopinato vel vrinam supprimit, vel eius ductum minuit, vel miseros doloribus & cruciatibus vesicæ ex vrinæ ardore torquet mille modis, longe grauioribus quam in lapide vesicæ: nam hunc cathetere vel motu à collo discedere haud difficile est: at dum his vrina supprimitur, vel hic morbus reciduus est, facile prædictas partes ex humorum affluxu inflammari contingit, quas si cathetere aut candela tractare velis, quo vrina exeat, ne his doloribus & suppressione moriatur homo, longe maiores conciabis, frustra tentato præsidio: nam ob id nihil vrinæ redditur, sed plerunq; inflammatione facta maiori, pressior redditur particula, minus vrinæ redditur, & forsan penis corruptione exuritur & putrescit, vel vlcus cancrosum seu calcinosum efficitur, & omnino incurabile redditur, vel ad minus cœlo humidiori ob aëris mutationem facto spongiæ modo caruncula adeo crescit, vt protinus suppressiones, dolores & difficultates succrescant. Quapropter semper pronunciato periculo huius mali

G

mali curationem aggredientis, ne quæ superuenire solent mala, curantis errori adscribantur.

671 A

Curandi ratio.

Curandi vero rationem longe cautius aggrediens, quam in quouis alio morbo, ob ea, quæ in curatione & citra ipsam ex vi & natura mali laborantibus superueniunt mala. In primis nisi vigeat mali sæuitia, in curatione incipienda cauere oportet intensum frigus, quod neruosis partibus sit aduersum: item æstuantem calorem, quod idoneus sit fluxiones mouere & humores excitare. Curatio igitur à blandioribus purgationibus (*nam vehementiora medicamenta omnino declinare oportet*)

A blandioribus incipiendum.

instituenda est, & clysmatis eiusdem naturæ: latius enim est bis terve lenibus purgare, quam prostratis viribus & agitatis atque exaltatis succis malum exacerbare. Nec verendum erit sanguinem mittere, tanto quidem parcius, quanto laborans doloribus & cruciatibus fuerit consumptus. His factis, si vetustum fuerit malum, primo fomentis & vnguentis blandioribus partem emollies, quam cathæreticis medicamentis vtaris. Verum si recens malum sit, hoc primo accessu adhibe,

B

1 Vnguentum carunculam absumens sine dolore.

good recipit *cerusæ, lithargyri præparati ana* ℥. ß. *olei rosarum è myrrha ana vnc.* j. & ß. *liquefacto igne tenuissimo*, adde *tutiæ, pompholygis præparatæ, styptici, spongiæ, vstæ*, omnibus in succo plantaginis maceratis & postmodum siccatis *ana* ʒ. j. *radicis aristolochiæ rotundæ, myrrhæ, aloes, mastyches, palearum plumbi crudi ana* ʒ. ß. *caphuræ* ʒ. ij. & ß. omnia in marmoreo lapide & in plumbeo mortario ad vnguenti spissitudinem subigito. Hoc sane vnguentum sine sensu doloris sordem in callum indutatum, & carunculam atq; vlcerum penis extuberantias seorsim absumit, & ad cicatricem perducit.

2 Eiusdem efficaciæ.

Eiusdem etiam efficaciæ est aliud, quod recipit *aloes* ʒ. ij *myrrhæ aristolochiæ ana* ʒ. j. *tutiæ præparatæ* ʒ. ß. fiat omnium puluis, & cum *styrace liquida* fiat massa, qua cerea candela inuoluatur, & in penem immitti possit. Cauendum tamen, ne acrioribus vtamur, nam ex doloris acerbitate longe maius damnum succrescit, quam ex medicamento beneficium, satius enim est diuturno tempore salutem accersere, quam breui damnum euocare.

Ab acrioribus abstinendum.

C

3 Certissimum.

Quapropter præter duo vnguenta nuper adducta, alio securissimo vti etiam poteris, quod recipit *sabinæ in vmbra siccatæ & tenuissime tritæ* ʒ. & ß. *cerati de mucaginibus* ℥. ß. *commisceantur*: carunculam enim & sine dolore exedit. Quibus adhibitis, si nihil profecisse videatis, ad alia auxilia te cōferes, quæ miræ sunt efficaciæ & omnino morsus expertia: namque nunquam committendum est, vt præsidii quod ad exedendam carunculam comparatum est, morsu & acrimonia fluxio & inflammatio crescant. Huius mirabilis naturæ est,

4 Miræ efficaciæ & sine morsu.

quod recipit *cerusæ* ℥. iiij. *tutiæ optime præparatæ & lotæ aqua rosarum* ℥. ß. *lithargyri auri præparati* ʒ. vj. *styptici selecti & in tenuissimum puluerem redacti & cribrati* ℥. j. ß. *caphuræ* ℥. ß. *mastyches, olibani, aloes ana* ℈ ij. comminuenda marmoreo lapide diligentissime conterantur, adiecto *plantaginis succo*, & ad Solem siccentur: & postea iterum exacte trita in mortario & pistillo plumbeo, adiecto *olei rosacei* quod sufficiat, accurate agitentur, donec fiat vnguentum.

5.

D

Consimilis etiam efficaciæ est, quod recipit *vnguenti rosarum Galen. vnguenti ex cerusa cum lythargyro* ℥. ij. *ana* ℥. . *succi plantaginis, & aquæ portulacæ ana* ℥. ß. agitentur diu & vsui seruentur.

Verum quia rarissime contingit, exedentia hæc medicamenta citra morsum & dolores sua munia perficere, ob id puto esse opus, alia quæ refrigerandi & leniendi ac mitigandi vires habeant, cuius naturæ est quod recipit *cerasi* ʒ. j. *olei rosarum* ℥. v. liquata vase duplici, in vas aliud transfundantur, & sensim ac diu aqua frigidissima subigatur, postremo autem *sempervivi aut solani succus defecatus* subigendo affundatur, aut *plantaginis & rosarum aqua*, vltimo adiiciatur caphuræ ʒ. j. & *opii in lacte soluti* ℈. iij. & fiat vnguentum, quo exterius pars illita mitescet, & interius, si vigentior sit necessitas.

Ceterum si præsidia hæc prodesse non videantur, & periculum sit, ne iterum suppressa vrina laborans periclitetur, ad calli ruptionem plumbeo penicillo aut cathetere deuenire cogit vrgentiæ ratio; tunc enim partem (*quo indolentior fiat*) præmollire oportet *oleis, inunctionibus & fomentis*, ac mox cerea candela tentare oportet primo, deinceps plumbeo penicillo, quod quidem, si laborans robustus sit, (*facta prius per aliquot dies victus & extra consilium ratione*) vno die efficere, consultius arbitror, quam vt lente fiat, doloribusq; iteratis diebus excitatis, fluxum humorum ad partem euocemus, quo succrescens inflammatio non solum curationi sit impedimentum, verum periculosæ vrinæ suppressionis causa. Crudele quidem opus est, sed longe crudelius, cum nil vrinæ redditur, permittere alio confugere vrinam, quo laborans citius periclitetur & certius. Quapropter facto tenui foramine, corpori prouidebis sanguinis detractione, si vel dolorosior in perfit particula, vel ob dolorem inflammationem vereatis: item *anodyna mitigatoria*, quæ dolore sedato reliquæ curationi locum cedant. Sic eo vteris præsidio, quod nuper scripsimus, & alio, quod recipit *lac caprillum, asininum aut humanum*: idem efficies succo *plantaginis*, maxime si copiosior sit sanguinis fluxio, *solani, sempervivi* extractis *aqua rosarum, aut è cucurbita, item mucago seminum cydoniorum & psyllii in aquis refrigerantibus extracta, adiecta caphura & diu agitata*: præterea *ouorum albumina in aqua rosarum aut plantaginis liquata; oxycratum simplex cum aqua aut succo plantaginis vel solani*. Tandem omni arte curabis symptomata præcauere, aut infirmare iuxta cuiusque naturam & indigentiam: tum vacuato corpore, tum aluo præmollita clysmate, aut alluitra cassia, doloribus mitigans fomentis, linimentis, ceratis & emplastris. Verum si ad inflammationem vsque peruenerit affectio, ipsam discutere lenibus & anodynis memoratis curabis: sin aliter emplastris quam citissime ad suppurationem duces, ne in sphacelismum commigret, quo tempore emplastris, quæ id prohibeant, adhibitis, partem scalpello minutis vlcusculis scindes, & chirurgo rem committis.

Carunculæ callosæ quibus [illegible] rumpendæ.

[illegible] quibus [illegible]

His factis, tunc curatio commodius procedet. Ceterum non raro eam impedit vrinæ ardor, ac dolor, quibus maior humorum vitiosorum copia ad ipsam vesicam euocatur: quo fit, vt omni diligentia curandum sit, ipsam tumorem reddere victu refrigeranti & humectanti, syrupo e portulaca, ex althea, papauere, & similibus, quæ abunde scripsimus *lib. de inter. morb. curatis*. Quibus factis

G

Ardor vrinæ quibus [illegible]

tunc

tunc quidem absoluta videbitur curatio, cum vrina liberrime, ac citra dolorem fluit, & catheter nullo offendiculo in vesicam facile intromittitur. Qua equidem præsidiorum forte nulla est adeo inueterata & contumax caruncula, quæ non sensim ac fere sine dolore exedatur, & radicitus exstirpetur, si probe, quæ dicta sunt, exsequaris: sin aliter, aut corpus cacochymum sit, mirum non est, si eisdem præsidiis, quæ multis fuere saluti, vrinæ subsequatur suppressio, & pudendarum partium inflammatio, abscessus atque corruptio. Quapropter à curatione cautius viuere conuenit: nam reuersio huius mali longe deterior & curatu difficilior habita est.

672 A

# DE MORBIS HEREDITARIIS, TRACTATVS VNICVS.

B

## *Eodem LVDOVICO MERCATO Auctore.*

EA est humanæ naturæ conditio & miserrima sors, vt non solum mille miseriarum modis ac morborum generibus, temporum iniuriis, casibus, ac rerum omnium insultibus obnoxia sit, verum & ab alimentis & potibus etiam ad vitam necessariis: nec non & à propriis animæ & corporis motibus, tam qui iucundi sunt & voluptuosi, quam à violentis, iratis, mœstis, & huius generis reliquis intrinsecus ortis, & vtcunque extrinsecus occursantibus, adeo labefactari contingat, vt vix hunc aut illum hominem reperias, qui mille modis corporis affectu aliquo, aut animi pathemate non conqueratur, ac misere infirmetur. Præter quæ omnia mala, quæ nobis omnibus iam in hac lacrymarum valle viuentibus subministrantur, hereditarium profecto aliud, cunctis grauius, difficilius & fere omnino immedicabile succrescit onus, à nostræ generationis principiis ortum, & à parentibus præstitum, quo longe miserabilius viuimus. Quippe euidentissimum est, parentum habituales morbos in filios & reliquam posteritatem transferri, eiusdem speciei & eisdem partibus, ac pari fixione & habituali permanentia inhærentes, ita vt raro aut nunquam in toto vitæ cursu nos deserant: & quod grauius est, cum pari potestate & efficacia ipsummet morbum in filios, nepotes & reliquam generationem traducendi. Quamobrem ingenui animi esse sum arbitratus, ad pensum grauitatis & miseriæ ac difficultatis hereditarii affectus, quam potuero diligentiam in præcautione & curatione eius adhibere: vt quantum permiserit caduca & labilis hominum conditio, ac possibile fuerit arti, labore & ingenio insudemus, tum præcauendo, tum curando, quo vita minus calamitosa & laboriosa euadat: aut si id possibile non fuerit, moneamus homines, ne fucatis quorundam Medicorum verbis decepti, substantiam suam perdant, inutiliter quærentes salutem, vbi non est. Faxit Deus omnipotens, vt eo caritatis & amoris erga proximos animo hunc laborem suscipiam, quod finiatur ad eius gloriam, & honorem, ac ad communem hominum salutem.

*Humanæ naturæ sors quam miserrima.*

C

*Hereditarius morbus vnde, & quam natura.*

*Scopus auctoris, præcauere, curare & monere.*

D

*Obiectio.*

Quod si quis dixerit, inutilem fore huiusmodi tractationem, quod opus non sit, de his quæ incurabilia facta sunt, amplius tractare, vt consuluerat Hippoc. 3. *de artícul.* expendat etiam, & animo concipiat, atq; magnifaciat eiusdem Hippoc. eadem parte responsum in hunc modum se habens: *At hoc facere multum refert, eiusdem enim professionis est, & hoc cognoscere. Oportet autem & incurabilia cognoscere, ne maxime lædant: prædictiones autem splendida sunt ac gloriosa ex cognitione, quo & qualiter & quando singula desinunt, siue eo vertantur, vt incurabilia fiant, siue curationis spem exhibeant.* Quibus verbis euidenter constat, quanti momenti sit, incurabilium morborum naturam, causas & statum nosse, saltem ne maxime lædant, aut quo leuamen aliquod suscipere possint.

E

Verum vt hæc res, quæ vt magni est momenti, ita prorsus difficilis existit, facilius & clarior euadat: & vt constet, cui auxiliares manus adhibere oporteat, & quomodo, cui vero secus, multa profecto difficilia & pulcra disceptanda nobis sese offerunt. Primum, *quis vere sit hæreditarius affectus:* secundum, *quot modis fieri possit*: tertium *quibus in partibus corporis affectus insit*: quartum *quibus modis in prædictis partibus inhæreat*: quintum, *quas sortiatur causas*: sextum, *an hæreditarius morbus curabilis sit, vel adeo incurabilis, quod omnino auxiliares manus denegare oporteat*: septimum & vltimum, *qua lege & ratione (si quando curare oporteat) auxilia illi præstare liceat.*

F

Circa primum, naturam h[illegible]editarii affectus genuina diffinitione patefacere [illegible]ndui. Quippe nil aliud est quam *qualitas, character, [illegible]gillatio, modus substantiæ, proportio quadam aut dispositio vel impressio præter naturam in vno pluribus aut omnibus membris genita impressa, à sui ortu ex vi seminis parentum, auorum aut proauorum, à simili affecto in eorum aliquo membro aut membris præter naturam quoque præexistente: quo veluti instrumento natura, vel causa alia vtitur, vt natos sibi similes gignat, & eadem labe fœdatos.* Quæ finitione constat, affectum hereditarium (*vt morbus est*) communem obtinere naturam cum reliquis morbis, ceterum vt hereditarius, longe diuersam, vt causas etiam habet diuersas. Primum quidem, communis existit cum reliquis morbis, quia vtcunq; sit, naturam habet, sitam vel in intemperie, vel in figura, vel in partium vnione. Atq; licet hoc verum sit, habent tamen hereditarii affectus id proprium & peculiare, quod etiamsi ex aliis morbis quidam sint in habitu & reliqui in dispositione, hi vero semper sunt in habitu & fixione adeo permanente, ac sanitas ipsa: præter id, quod dum tales incipiunt, semper cum principiis generationis originem sortiuntur. Non quidem vt reliqui affectus à causis præter naturam extrinsecus occursantibus aut intus genitis, sed à principiis naturalibus nimirum semine & sanguine menstruo tic dispositis. Quo fit, vt morbi hereditarii natura & conditio sit, esse habitum à principio generationis contractum, & in eandem generationis materiam impressum, ex parentum aut auorum sigilla-

*Hereditarius affectus quis vere sit.*

G

*Hereditarii affectus quid a ceteris morbis differant, & conueniant.*

*Hereditarii morbi natura & conditio.*

673 A tione ibidem impressa: non acquisitum, nec factum per recessum à sano, vel per causam sanum habitum euertentem, quemadmodum nobis nascentibus inhæret, eluceiq; per totum vitæ discursum. Qui sane habitus hereditarius licet præter naturam sit respectu actionum, quas vitiare natus est, naturalis tamen ac proprius censeri debet, ob principia prima & innata, quibus contractus fuit, siquidem cum tali habitu nascitur homo. Quamobrem censendum est, ratione impedimenti actionem esse præter naturam, ratione vero suorum principiorum haud secus naturalem esse, quam sanitatem.

Propēsiones infantium morbosæ sunt defectus quidā.

Est tamen considerandum, quod huiusmodi morbosæ propensiones infantium, quæ illos ob vitiatum aliquo modo semen comitantur, sunt defectus quidam, qui potius eueniunt ob impeditam naturam, quo minus possit intentum finem attingere, ratione alicuius imperfectionis & transmutationis factæ in propriis instrumentis, quemadmodum integritas, sanitas & robur sequuntur naturam liberam & validam, quæ omne impedimentum superat, quæque absolute superat materiam subiectam, habetq; instrumenta, quibus vti-B tur integra absolutaque. Vnde imperfectiones quæcunque contingunt in generatione, per accidens contingunt, & eadem fere ratione ac monstra: vt tamen & hoc addamus; quod semen in animantis corpore genitum, secum semper aliquid affert, quod refert naturam corporis, in quo fuit genitum, siue illud ad imperfectionem & defectum, siue ad absolutionem & perfectionem pertineat. Qua ratione genitum fuit particeps, non modo vitii, quod est in effectiuo principio, sed etiam si quod fit in materia, ea qua confectum & genitum est, nempe in vltimo alimento: quo fit; vt affectus ab his principiis ortus & hereditarius habitualis existat & connaturalis, quoad principia; morbosus vero, quoad actionum vitia.

Imperfectiones naturæ vnde.

Morbus aliquis quonam modo fiat hereditarius.

C Secundum suppositum fuit, disserere, *quonam modo morbus aliquis fiat hæreditarius?* In qua re statuendum est, haud secus nobis inesse aliquid morbosum & præter naturam ab ortu & nostræ generationis principiis, ac insunt & sunt in nobis, quæ naturalia existunt secundum speciem & indiuiduam conditionem cuiq; propriam & peculiarē. Quippe (*vt abunde dictum est libr. 3. de fœminarum morbis, c. de monstr. concep.*) triplex in nobis ad parētes elucet similitudo. Prima est in specie, (*qua deficiente monstrosus efficitur conceptus*) secunda in sexu, qua fœmina sicut mater, vel mas, vt pater filius nascitur. Tertia vero & vltima in proprietatibus indiuidualibus, quibus filius similis patri aut matri nascitur, quatenus pertinet ad particulares & indiuiduas delineationes, temperiei aut substantiæ, coloris vel configurationis modos.

Similitudo ad parentes in nobis triplex.

D Cuius doctrinæ gratia prænuntiare oportet tanquam integrum huius rei fundamentū, magnam esse facultatis formatricis varietatem, non tamen specificam, sed indiuiduam. Quippe facultas formatrix plurima à cœlo expāditur per continentē aërē gignens plantas, animalcula, metalla, & lapides, idq; in aqua, in aere, & in terra ac sub terra, quæ sane manet actus non contractus ad naturā indiuidi per signatam materiam, sed vnus specie actus *rosæ* aut *maluæ* gignit, alius *lumbricos*, qui cū non sit per proprietatem certæ materiæ coercitus,

Formatricis facultatis varietas magna.

producit semper sibi simile specie, non tamen simile huic vel illi indiuiduo, quia nō contrahitur & coercetur à signata materia. At formatrix, quæ in animatorum semine continetur, cum sit per signatam materiam contracta ab illa recipit, vt producat speciem similem, respondentem tamen certis definitisque affectibus & proprietatibus eius indiuidui, vnde decisa fuit.

Ceterum cum sit vis corpori informatrix residua in parentum membris, & sui similitudinem in testibus inducat, necessario inducet non solum similitudinē structuræ & temperiei ac modi substantiæ idoneam, adactus & ad formam, in qua B species consistit, sed & materię & qualitatum corporalium, quibus hanc similitudinem (*tam in his rebus, quæ sunt secundum naturam, quam in præternaturalibus & morbosis*) exquirimus. Quam sane similitudinem fieri dicimus ex temperie & spiritu à parentibus semini præstitis, quibus similis elucet in filio temperies, ac ea consequenti omnia, quæ temperiem sequuntur.

Item similis delineatio ob calorem illi & spiritum in semine implantatum, qui cum instrumentum sit formatiuæ facultatis, informatus structuræ parentis similem (*ni præpediatur*) delineabit in genito. Quibus suppositis (*quæ latius loco citato scribuntur*) de similitudine filiorum ad parentes, quatenus pertinet ad morbos ab his ad filios traductos, pari ratione & lege subaudiendum esse censeo. Siquidem vt naturalia filiis præstantur à parentibus, ita prorsus & quę morbosa sunt; vt euentu quotidiano comperimus, & Hippocratis sententia statuit, qui mancum aut mancos quoq; generare fœtus, vt macrocephalos, docuit. Sic profecto frigidi ventriculo & calidi iecore, ventriculo frigidos & calidos iecore generant: surdi vel muti surdos & mutos: calui caluos, cæsii cæsios, & distorti plerunque distortos, quemadmodum podagrici podagricos siue actu, siue potētia id velis intelligere: contagiosi vero contagiosos fere semper generant. Sed mirabile dictu est, quomodo hæc ita accidere possint, cum formatiuam facultatem laborare sit impossibile: quo fit, vt nulla ratione videatur, sanum non posse produci, quantumuis ex manco aut intēperato, vel aliter affecto prodeat si ipsa nō laborat. In qua re sciendum est, semen, quatenus pertinet ad rectam vim, quæ est ab immateriali principio, semper cupere & conari in genere assimilare formæ speciei, quatenus pertinet ad delineationem. Verum quia virtus generatiua, quæ agit hoc homine generando, est forma in materia & materia signata, quæ etiam materialiter concurrit, contrahitur non solum C generica vi ad hominis delineationem, sed ob materiæ sigillationem, ad eius structuram contrahendam, vt similis sit delineationi parentum.

Quæ sane delineatio & indiuidualis conditio, si ex genitoribus omnino sanis prodeat, sana quoque erit & nulla in facultatem formatiuam infertur vis, nullumque impedimentum ab ipsa materia, in qua est. Verum si membra parentis aliquo vitio insigniantur, cuius vestigium, sumei A 674 aut sigillum in seminis materiam crassiorem traducatur, procoldubio facultatem ipsam formatiuam euertit à recto, quantum ipsa materia seminalis euersa fuerit à sano: nam cum actiones non fiant à forma, nisi quatenus & quali-

tet est

tur est in materia & pro ratione eius: siquidem est altera pars naturæ: ob id effectus limitari ab ipsa materia debet, & nonnunquam à recto formæ actu deuiari, prout materia valuerit: quemadmodum videre est in forma grauium, quæ eius est naturæ & conditionis, vt recta descendat deorsum: quia tamen illa forma non operatur, nisi per materiam, si illa sit circumscripta ab obliquo, mouebitur per obliquum, vt aquæ contingit in riuulis: quippe illa solum nititur descendere ad centrum, quatenus pertinet ad principium intrinsecum sui, verum ratione materiæ, qua impeditur, & praue disponitur, oblique & mille motibus diuersis moueri cogitur.

Ita prorsus neq; anima vitiata est in huiusmodi morbis, neque materia (*vt materia est*) est causa vitii in generatione hominis, sed natura, quæ vitiata est propter materiam praue dispositam à parentum impresso sigillo: quia membrum parentis hoc vel illo morbo affectum, in generatione seminis ipsam materiam vitiauit, naturamque eius fecit ineptam generationi rectæ & sanæ, quia materia non recepit sanam sigillationem, & ob id vitiatur principium corporeum (*hoc est materia seminalis*) quo vitiatur etiam facultatis formatiuæ opus, ea parte, qua prædictum principium in parentibus, & eo morbo ac modo, quo afficiuntur. Quippe tale elucet in genito membrum, quale præfuit in generante, licet facultas de se non laboret, sed à principio materiali praue dirigatur: ita, vt praue dispositum supersit membrum ex ea materia praue sigillata ortum. Quo fit, vt similis elucear in membris geniti indispositio, temperie, figura aut modo substantiæ, qualis præfuit in generante ob adductam rationem. Quippe cum materia sit altera pars naturæ, & ea praue sigillata decidat, ob id vitiata in genito suscepto, quæ verè & propriè dici merentur vitia, naturæ seu materiæ generationis connaturalia sunt, & ad pensum ac modum dispositionum secundũ naturam in sanis: quia sicut in his à materia seu natura bene disposita, & bene disponente potentias ad operandum elucent mẽbra sana & omnes actiones incolumes, ita in illis hæreditario onere pressis, ab eadem materia, vt natura est altera pars compositi, prædicta vitia elucent, & sunt æque naturalia ac in reliquis: quia ab eisdem principiis naturalibus oriuntur. Quo fit, vt videantur multis modis incurabilia, vt latius disputaturus sum paulo inferius.

Hæreditarius morbus quibus in corporis partibus insit.

Tertium, quod præmitti oportere diximus, fuit, expendere, ac diligenter cognoscere, *quibusnam in partibus insint in generante vestigia hæc, vel character, aut sigillatio hæreditarij morbi?* Insunt profecto hæc vel in toto corpore, vt de elephantiasi, morbo Gallico, & similibus morbis videre est. Aliquando in partibus præcipuis, vt in cerebro, quemadmodũ contingit his, qui liberos gignunt surdos, mutos, epilepticos, cæcos, aut vitiose videntes, vel mille aliis capitis affectionibus insignitos. Sic de iecore eadem ratione & de ventriculo, pulmone aut corde subaudire licet. Pariter etiam reperitur in aliquo aut pluribus ex infimæ sortis membris, quemadmodum conspicimus in his, qui hæreditantur podagram, ischiadem, vesicæ aut renum calculum, vel alia vrinæ vitia. Qui sane omnes misere torquentur, nonnunquam actu suscepto morbo, sæpius tamen apparatu ad eum patiendum contracto & in aliis solo charactere aut sigillatione impressa, homine nihil patiente, filios tamen generante mille morbis obiectos aut obnoxios, vel similis charactere insignitos. In qua re statuendum primò est, affectus parentum, qui traducuntur ad liberos, non esse, quot sunt in parentibus, sed solum quæ insunt partibus infirmatis, ita, vt iam in habitum transierint. Quippe affectus potentiæ superioris ad informatricem non transeunt, cum ab ea neque à suis habitibus secedat vis seminis informatrix. Quo fit, vt quæ insunt sensitiuæ potentiæ, vel phantasiæ aut rationali, non transeant; vtpote sensationes, artes, scientiæ: non enim hæc traduci possunt, quia facultas animalis, cui insunt, solis animalibus propria, multo est supra gignẽtem etiam stirpibus communem. Pari quoque ratione, quæ insunt corpori informato, & nondum in habitum abierunt, sed adhuc pugnant cum natiuo membrorum statu, velut sunt febres putridæ aut fientes, cuiusuis membri intemperies, aut morbi huius census: at constitutio partium facta, & in mẽbri habitum versa traducitur: vt temperies totius facta, vel partis cuiusuis.

Hæreditarius morbus quibus modis in prædictis partibus inhæreat.

Quartum suppositum, quod mille modis necessarium fore arbitror, est ad vnguem scire, *quibusnam modis in prædictis partibus inhæreant prædicta hæreditaria vitia?* In qua re duo magni momenti sese offerunt consideranda: Vnum est, hunc habitum hæreditarium esse in duplici differentia: vnum actu morbosum lædentemque proprias indiuidui generantis & geniti actiones, vt videre est in manco, vel actu podagrico, ophthalmico aut nephritico filium generante mancum, podagricum, nephriticum aut ophthalmicum: reliquum vero præter naturam quoque & morbosum, cæterum non habentem læsas actiones actu, naturam tamen ipsas lædere. Exemplo est pater insalubri apparatu ad podagram, vel ad quemuis alium morbum affectus, non tamen podagra actu laborans, qui profecto generabit liberos eodem apparatu affectos; quos etiam affectio eadem actu vexabit, quauis caussa accedente, ex indispositione & potentia ad ipsam in membris à patre præstita: quia licet sani videantur viuere, leuissimis tamen de caussis in podagrã incidunt ex habitu podagrico à natiuitate contracto, aut ætate adueniente seniori, qua vires, quib⁹ habitui illi resistebat, imbecilliores fiunt, aut si ea diutino morbo praue ac diminute conualescat, reficiaturue.

Habitus hæreditarius duplex.

Podagricus cur non protinus in podagram incidat.

Sed mirabile dictu, *qui fiat, vt podagricus filius non protinus incidat in podagram, aut calculosum affectum, quem à patre accepit, sed transactis aliquibus annis?* Cui dubio dicendum est, id necessario ita debere fieri, quia interim, dum vigent & prælucent humiditates & principia naturalia, obruitur & delitescit hæreditaria conditio ac vitium: postea vero per adolescentiam consumpta natiua humiditate, elucet tunc hæreditarium vitium, & in actum morbosum deducitur: quod in omnibus morbis verum existit, sed non ita in epilepsia, quia puerorum humiditas huic malo aptissima est, & sic adhuc nuper natis elucet, sicut omnes alii morbi. Cuius distinctionis ratio fuit, si filios generatus fuit patre existente in actu morbi, non solum in habitu. Nam habitus, qui

contrahitur in filio, actu ostendit morbum hæreditarium, si actu pater laborabat: si vero non actu laborabat, in filio maiori ea parte contrahitur, & hæreditatur prauus habitus & vitiosus character, postea commigraturus à quauis occasione in morbum actu. Nam his occasionibus latitans ille habitus elucet, & filius euadit, sicut pater surdus aut podagricus, vel alio hæreditario morbo affectus.

[Hæreditarius morbus qualiter illæso filio transeat in nepotes.]

Secundum, quod maioris exsistit considerationis & difficultatis, est, ex prædictis morbis hæreditariis quosdam traduci in filios, siue cum actuali actionum læsione, siue cum potentia, aliis filiis manentibus illæsis, transferri in nepotes. Item ex filiis aut nepotibus quosdam illæsos superesse, alios vero hæreditario onere premi: non quidem solum in potentia & sigillo, sed in actu etiam aliquibus actionis euidenter affici. Vt si quis mutus, quia surdus nascitur, generet filios loquentes & audientes. Cæterum hi licet sani videantur, suorum filiorum quosdam generant surdos & mutos, propter sigillum latitans à parentibus impressum: alios vero loquaces & perspicaci auditu præditos. Et, quod magis mirandum est, ex surdis & mutis filios oriri loquentes, & hos rursus surdos ac mutos generare: quod de reliquis morbis hæreditariis pari ratione subaudire licet.

[Hæreditarius morbus quas sortiatur caussas.]

Quintum suppositum fuit, diligenter horum affectuum caussas inuestigare: quas procul dubio abditas atque cognitu difficiles esse arbitror: siquidem in semine vtriusque parentis & sanguine menstruo sitas esse constat, vt statuit Hippocrates *libr. de morbo sacro*, dicens: *Si enim ex pituitoso pituitosus, ex bilioso biliosus gignitur, & ex tabido tabidus, & ex lienoso lienosus*: quid prohibet, vt si auus, pater & mater hoc morbo correpti fuerint, etiam posteriorum ac nepotum aliquis eo corripiatur, semen enim à sanis sanum, à morbidis morbosum decidit. Quippe quocunque morbo pater, cum generat, tenetur, cum semine transfert in prolem: ita vt non minus morborum, quàm possessionum hæredes fiant. Sic & maternus sanguis primum fœtus alimentum, vt altera est temperamenti & constitutionis caussa, ita & morborum ac affectuum, quos mater eo tempore patitur traducit: sunt enim in his duabus substantiis parentum vitia: nam qua ratione sunt nostræ generationis principia & caussæ, ita accidentium ac morborum, qui præsunt in nobis. Considerare tamen oportet, præter has communes opiniones & generales caussas à nostris principiis mutuatas, alias adhuc subesse particulares & specialiores, quæ in hoc filio hanc partem vel illam laborare, simili morbo ac pater efficiunt. In qua re statuendum est, particulares affectus, siue quosuis alios hæreditarios, qui partem aliquam specialius obsident, duplicem in genere habere proximam occasionem.

[Particularium affectuum duplex occasio.]

Prima est imbecillitas eius particulæ, cuius affectio est, quam imbecillitatem hac in parte natiuam arbitramur, quæ in articulis duplici ratione fit deterior, tum ob eorum peculiarem conditionem constantem laxitate & mobilitate: tum propter hæreditariam impotentiam, quibus facile fluentia excrementa admittunt, quod etiam de reliquis partibus subandiri potest. Altera vero caussa est excrementorũ abundantia, quæ congeruntur, vel quod plura generentur, vel quod expurgentur quàm paucissima. Congerit autem corpus excrementa, vel ob aliquod à natura, & ab ipso ortu contractum vitium, vel ab externa aliqua caussa aut victus praua ratione. Sed his duabus vltimis prætermissis necessum est, qui aliquos habet hæreditarios morbos ab ipsa generatione, & ex vtero, aut ob patris vel matris vitiatũ semen, secum ducat aliquam harum caussarum, qua imbecilles euadant, & subinde aptiores ad suscipienda excrementa aliunde impulsa: & similiter ob internarum viscerum intemperiem, quæ deinde coguntur multa congerere excrementa, vel ob vtramque simul caussam. Est tamen considerandum, vitia hæc in triplici esse differentia: in figura nimirum cuiusuis prædictorum membrorum: in intemperie, & in modo substantiæ: quo fit, vt variæ sint consignandæ caussæ iuxta vnamquamq; prædictarum differentiarum.

[Vitia membrorum triplici differentia.]

[In figura.]

Figuræ enim vitium plerumque ad naturæ erratum, sed non raro ad consuetudinem refert Hippocrates *lib. de locis, aëre, & aqua*: qui loquens de commissis macrocephalorum capitibus inquit: *A principio quidem consuetudo in caussa fuit, vt tam longis capitibus essent, nunc autem natura ipsa cum consuetudine conspirauit, siquidem generalissimum apud eos putant, caput habere quàm maximè longum, consuetudinis autem hoc initium fuit: Cum recens infans natus est, caput eius adhuc tenerum ac molle exsistens, quàm celerrime constringunt: manibus captantes, cogunt in longitudinem augere: quin & vincula connectunt, ac aptis instrumentis colligant, quo rotunditas capitis prohibeatur, at longitudo augeatur. Ea consuetudo tantum effecit, vt eiusmodi capitum natura exsisteret: temporis vero progressu natura quoque tale produxit, vt non esset necesse consuetudine priori agere.* Quibus verbis euidenter constat, figuræ vitium ex consuetudine contractum in naturam transire: quod profectò de quouis alio figuræ vitio simili lege iudicari potest, non quod consuetudo quidquam efficiat aliud, quàm habitum & siccam cuiusuis figuræ stabilitatem, qua habitus efficitur, & quia habitus est ea dispositio, seu qualitas, qua potentiæ operantur immoleste & naturali modo, ob id omnia, quæ alicui insunt, siue consuetudine, siue duratione, siue caussæ efficacia fiant, non minus vertuntur in naturam, ac si à principiis naturalibus ortum duxissent. Quapropter vtcunque cuiusuis partis euertatur figura, & habitualiter fiat, immoleste & naturali modo operabitur, ac fiet aptum instrumentum operationibus naturæ, etiamsi operatio non sit pro ratione & modo illius speciei aut indiuidui. Quia tamen natura bene faciliterque disponitur, & inclinatur ad peculiarem actionem cum illo instrumento, naturaliter dicitur agere, quantumuis actio, quæ producitur, à sana, deflectatur. Quo fit, vt si ex ictu, casu, percussione, aut quauis alia caussa extrinsecus aut intrinsecus violenter & subito accedente, particula aliqua propriam amittat figuram, quia dolorose & moleste operatur, nunquam habitus acquiritur, ac ex consequenti natura non inclinatur ad actiones, nisi coacta: verum, si habitualis temporis tractu fiat, mirum non est, si more capitum macrocephalorum habitus ille & natura tempore eo vitio figuræ comparata, similem generet fœtum simili figuræ vitio insignitum. [in A 676] quo etiam actio illius partis deprauatæ facta elu-

ecat,

ceat, quacunque naturali modo & habitualiter, ac indolorosè fiat. Solent etiam huiusmodi figuræ vitia contrahi, non casu verso in naturam, vt dictum est, sed vitio formatricis facultatis, quam interdictet probe munus suum exsequi, vel materiæ, in qua est, quæ est pars natiuæ seminis, vel ea, circa quam operatur. Si e multi fœtus monstrosi prodeunt vno aut pluribus membris, quo casu possibile est, fœtum ob seminalem materiam tali sigillo signatam deformem quoque nasci eadem parte. Nam quia ratione vitiata materia seminis, quæ nata erat vitiatum fœtum producere, impeditur non raro talem effotmare, ob laudabiliorem materiam seminis alterius parentis, qua fœtus nascitur sanus, eadem ratione, dum vitium non impeditur caussa aliqua accedente, fœtum simili vitio insignitum prodire est certum. In qua re statuendum est, quod si vitium figuræ sit in membris nutritionis, proculdubio fœtus fiet non solum insalubris ea parte, sed morbosus, ob humoris deprauati generationem & propagationẽ: qui buiuos caussa deinceps plurium morborum exsistit: quos licet filius non contrahat, contrahet tamen deprauatam figuram eiusdem membri, qua similes patietur, & plures alios pro humoris copia aut qualitate. Sed licet hæ affectiones, quæ ex humoribus pendent, hæreditariæ debeant haberi, non tamen legitime hæreditariæ sunt, sed spuriæ, quia in filio nõ imprimitur patris character, sed vitiosus humor, qui similes morbos & aliquando diuersos parit, non tamen à simili charactere, sed à simili humore, vt filius morbo Gallico affectus, ob humores Gallicos, quos à patre aut ab vbere matris accepit, citra impressum in iecore characterem Gallicum. Si autem vitium in animalibus sit instrumentis, easdem patietur filius læsiones in actionibus ac pater, non alias, vt sufficientis alimentorum læsis contingit. Ratio huius diuersitatis est, quia hæ partes non generant humores, sed pariunt animales etiam actiones, quas profecto tales oportet esse, quales protulit pater, propter impressum in filio characterem; quo similes necessum est, aut edere actiones, aut pati affectiones. Temperamenti autem vitiati, vel modi substantiæ nulla caussa externa principium præstare potest, ni prius habitualis fiat in aliquo mẽbro, vel in toto corpore eadem intemperies, vel idem substantiæ modus. Quo tempore, cum iam temperamentum in habitum, vel naturã versum fuerit, facile est conijcere, simile in filius elucere in eodem membro, vel in toto. Itaque caussæ internæ aut externæ possunt efficere morbosum temperamentum, quod dum in dispositione & fieri solum fuerit, licet actiones vitiet, generationem tamen seu genitum non vitiabit: quo fit, vt in parentibus valetudinariis & morbosis filii nascantur vegetiores & sani. Cæterum, cum iam parentis vitium in naturam fuerit versum (*& natura hac in parte significet alteram substantia partem, videlicet materiam,*) ob id ea materia seminis; cuius forma est formatiua facultas, euidentissimum est, fieri genitum eisdem conditionibus, temperaturis & modo substantiæ insignitum, ea maxime parte, qua pater affectus erat. Cuius doctrinæ occasione statuendum est (*vt constet ex caussa, qua potius idem membrum eadem intemperie affectum, quam ex reliquis aliquod inficiatur*) humorem, quem natura in testes a semini gignendo transmittit, vt possit fieri materia seminalis, & altera pars illius principii nostræ generationis, ac induere formam seminis, nulla lege posse esse proficuum, nisi prius ex iecore sigillationẽ & idolum, seu inchoatam ac potentialẽ similitudinem omnium parentis membrorum susceperit, ita vt partes determinata ex determinata materia in potẽtia ad illum membrum fiant, non ex qualibet indistinctè, alioqui mõstrosus fieret conceptus, quia facultas formatiua nequiuit partes efformare, nisi ex determinata & simili materia cũ illis. Quo fit, vt si pars aliqua materiæ sigillationem recipiat, eadem sigillationem secum deferat in membrum, temperiem nimirũ, ac modum substantiæ similem: qua similitudine simile quoque in affectionibus & morbis euadet membrum.

*[Margin: a.i. In intemperie & modo substantiæ.]*

Sed dubitabit forsan aliquis, *quanam ratione, si semen à toto non decidit, tecur cum sanum sit, possit sigillare materiam morbosa alicuius membri similitudine affectam, vt membrum ex ea genitum consimilem affectionem genito præstet?* Cui dubitationi dicendum est, nec decidere à toto corpore semen actu, nec prodire à iecore prius, quàm aliquam omnium & cuiusque membri susciperat similitudinis sigillationem aut inchoationem: quippe sanguinis (*qui à morbo inchoationem cœperat recipere*) superabundans pars in quouis membro in testes delabitur, ea inchoatione & sigillo accepto à iecore & à membro, cuius alimenti est residuum, &, vt ferunt, excrementitum, vt vere fiat seminis materia: quia citra eam potentiam & sigillationem seminis materia non erit: quo fit, vt temperiei & modi substantiæ membri morbidi & sani inchoationem reciperet, qua deinceps in genito similis intemperiei & modi substantiæ eluceat modus. Itaque figuræ vitia, plerunque formatricis errato, ex impedimento materiæ succrescere, est arbitrandũ: temperamentum morbosum, ab humore, quo membrum efformatur: modi substantiæ vitium ab vtraque caussa.

*[Margin: Dubium. Hæreditariæ affectiones duplices. Solutio. 1.]*

Statuendum vlterius est, ea his hæreditariis affectionibus *Quasdam* esse solum in charactere, sigillo, aut impressione habituali, citra vllius actionis indiuidui læsionem. *Alias* vero præter habitum fixum, & in naturam versum, actualiter habitum illum lædere indiuidui aliquas actiones. Primæ sortis sunt ii, qui suscepto alicuius membri vitio à parentibus, illud non lædit ipsius membri, neque alterius actiones, sed in omnibus viuit sanus homo, potest tamen in genitum idem vitium & in idem mẽbrum transferre cum læsione actuali actionum eiusdem membri. Vt, verbi gratia: Si quis surdus aut mutus filium generet audientem & loquentem, qui rursus proprium filium surdum aut mutum gignat. Plerunque enim contigisse vidimus, ex auo podagrico, actu aut habitu, filium sanum suboriri, à quo (*quatenus sanus videatur,*) filius productus millies in podagram prolabitur. Ratio huius euentus est, quia character in membris impressus solum lædit efficaciam formatiuæ facultatis, quatenus ad speciei propagationem: quippe aliquando contingit, non solum formatiuam lædere, sed & peculiarem ac indiuiduam membri actionem: si primum contingat in filio, ipse sanus viuet, quatenus attinet ad indiuiduas actiones:

licet

præputium, ita vt per id vrinam emittat laborans, deinde sensim maiusculum efficere, & transactis quatuor aut quinque diebus, aliud maius, donec sensim & leniter ita præputium laxetur, quod glans facile detegi possit.

Caries gurgulionis palati aut faucium quibus curetur.

G Verum si in gurgulione, palato aut quauis alia faucium parte caries præfuerit seu vlcus, omni arte alio transferre fluxionem oportebit: primò quidem sanguine misso, expurganti medicamento adhibito, ac deinceps affixis cucurbitulis, & his præsidiis, quæ ad distantes partes distrahere possunt: ac si leue vlcus fuerit, solis collutionibus sanserit. Quod si grandis sit exulceratio, periculumque suffocationis præstiterit ex copiosiori humorum affluxu, venas quæ sub lingua sunt, rundere oportebit, tandem repellentibus vtendum est: quem vsum præstant gargarismata, quæ recipiunt *foliorum oleæ, myrthi, lentisci ana* m.j. *plantaginis* m.ß. *rosarum* p.ß. *hordei* p.ij. fiat decoctio ad

664 A *lib*.ij. & in colatura dissolue *vini malorum granatorum vnc*.ij. *diamoronis & syrupi rosarum ana vnc*.j. misce & fiant gargarismata. Verum in morbo Gallico placuit semper magis ad ea, quæ vehementer abstergant, & id, quod putridum est exedant, peruenire, quam ad fortiora adstringentia: ob id semper prædicta vlcera vel *aqua argentariorum*, exurimus, vel *vnguento AEgyptiaco*, quod putridum est exedimus. Primo enim (*præter dicta auxilia*) adhibebis id, quod recipit *hordei mundi, lentium excorticatarum, satureiæ, rosarum plantaginis ana* p. ß. fiat decoctum secundum artem *in lib*.iiij. *aqu*. ad medietatem, & colaturæ adde *mellis rosati* ℥.v. *myrrhæ puluerizatæ* ℥.iiij. & fiat lauacrum. Cui, si necessitas vrgeat, addere poteris *vnguenti AEgyptiaci modicum*, & cum purius redditur vlcus, addi potest parum licii aut cornu cerui vsti, cum mo-

Columellæ corrosio quibus prohibeatur.

B dico vino. Quod si ad corrosionem tendere columellam constet, tunc eo vteris lauacro, quod recipit *aqua argentariorum & vnguenti AEgyptiaci ana vnc*. ß. *pulueris cucurbitæ combustæ* ℥.j. *luteum oui*, fiat linimentum cum puluere *santalorum rubeorum*. Vsu tamen probatum est id, quod recipit *aqua plantaginis vnc*.ij. *aquarum solani & rosarum an. vnc*.j. *sublimati vnc*.iiij. feruean in vase vitreo, donec dissolutum sit sublimatum, deinde ab igne semoto vase, permittendum est aquam refrigerari, & fæce subsidere, ac defæcata aqua vsui seruetur: hanc sane iuxta maiorē aut minorem vlceris corruptionem aut laborantis insensibilitatem, poteris minus efficacem aut efficaciorem efficere. Post quorum vsum, temperatiori & refrigeranti gargarismate vteris ex decocto *hordei, maluarum, sanugraci, & seminis cytoniorum*. Cauere tamen valde hæc medicamenta oportet, vbi vel pars exquisito sit sensu, vel inflammata, aut corpus vitiosis succis redundans: quo tempore præsidium huc adiecta copiosiori aqua *plantaginis aut hordei*, ita moderari oportet, quod tuto adhiberi possit. Quo facto

Gargarisma siccanda extergens.

bis, semel ve in die os, faucesq; gargarismate quod siccando extergat colluet. Huius natura est, quod recipit *hordei* p.ij. *eupatorii, plantaginis morsus gallinæ, rosarum rubearum ana* m.j. decoquito in aquæ libris quatuor ad lib.iij. & percolato adde *mellis rosati aut syrupi rosarum vnc*.iij. *aluminis vsti, calchantis*

C *vsti ana* ℥.ß. Huic etiam præstat *oleum de myrrha*, quod mira quadam efficacia omnia vlcera maligna lenit, & citra morsum extergit, ita vt proficuum sit vlceribus, quæ omni alio auxilio exasperantur. Vlcera vero quæ serpendo prædict[illegible] partes erodunt, à prædicta munctione, *oleo* [illegible] *minæ cucurbitæ*, aut alio eius oatura mul[illegible] sunt, & pars illinienda vnguento quod [illegible] *therebynthinæ abietis vnc*.j. *elutæ aqua plantaginis*, & adde *hydrargyri vnc*.ß. & in ea extinguito, & [illegible] de *plumbi crudi pulueris tenuissimi* ℥.ij. *myrrhæ, mastiches puluerizata an*. ℥.[illegible] *olei myrtini*, q. [illegible] vnguentum. Hunc quoque vsum præstat *oleum* [illegible] *phure* arte chimica extractum. Verum si vlcera hæc occalluerint, ad longe efficaciora deuenire oportebit, qualis est *mercurii puluis* aliis vnguentis & oleis admixtus: quod sane præsidium vbi

Vlcera quæ serpentia curentur tractanda.

Vlcera vlcerum quibus [illegible] compescere.

D escharoticis opus est, proficuum existit: quo sane non solum sordes crassiores deterguntur, sed etiam callus exstirpatur, & gliscens pernicies prohibetur, nullo aut leui dolore, si probe conficiatur, & aliis aquis & mitioribus pulueris cicuretur & mansuetior fiat. Præparabis autem hac lege, *pulueris vnc*.j. *aqua plantaginis vnc*.ij. biduum maceratur finito, tunc *aqua vitæ* additur & succenditur, rursus *aqua plantaginis* additur, & post alios duos dies proiiciunt, & puluis siccatus vsui adseruatur cuius loco aliquando *AEgyptiaco* vteris vnguento. Quod si diu vlceri perstet adiuncta inflammatio, applicabis parti præsidium quod recipit *plumbi crudi puluerem cum semperuiuæ & plantaginis succo*. Item omni arte materiam per nares deriuare studebis, aut alio transferes, vel fontanellam alteri brachiorum affiges. Verum si palatum vlcus contingat, foramenque ab ossis discessu superstes, difficulter coalescere prædices, aut si curare tentaueris, quotidie scalpello sanguinem à circuitu foraminis extrahes, vt recenti facto vulnere, facilius

Vlcerum cum inflammatione quibus remedium.

E labra nouo sanguine fluentia coalescant. Quod si id fieri non possit, vt turpem vocem emendare possis, lichinum ea mastyche & cera confectum ibidem appone, dum caput lichini foramen occupet, quo intus permeare non possit, sic enim vua facile restituitur.

Vox quibus emendetur.

Verum in narium vlceribus, quæ facile sordidissima fiunt, & ad ossium corruptionem facilime deueniunt, primo quidem post vniuersalem corporis prouidentiam, & capitis peculiarem curam, studendum est ea præsidia adhibere, quæ fluxionem compescant & attemperent, & quod vlceratum est purgent & abstergant. In quem vsum inter alia probatū reperio illud quod recipit *corticis thuris, sanguinis draconis an*. ℥.j. *corticis malgranati* ℥.iij. *gummi tragacanthi leuiter assati* ℥.[illegible] ß. fiat puluis tenuis, qui in naribus immittatur, postea nares ipsas inunxerimus sequenti mucilagine, quæ recipit *chrysocollæ vnc*. ß. *calcis viuæ* [illegible] *aqua lota*, deinde *in aqua plantaginis vnc*.[illegible] ex quibus fiat prædicta *mucilago cum mucagine psyllii*. Alia etiam præstare poterit auxilia, quæ aliis vlceribus proficua scripsimus, semper tamen mineralibus pharmacis admista, nam resiccationem maximè narium ossa & carnes exoptant, ad excrementorum alluuiem, quę copiosa est, nec non & partium tutelam, quæ siccioribus gaudet. Hoc tamen scitu necessarium est, nimirum nulla lege vtendum esse inunctionibus ex hydrargyro in oris, faucium & narium vlceribus: periculū enim est, ne copioso humorum affluxu ad spirationem suffocatione periclitetur laborans: fas enim est, sudationibus

Vlcera narium Gallica quibus curentur.

Mucilago.

aut

sur apozematis vti, aut fontanellis, nisi vel corpus robustum fuerit, aut necessitas vrgentior, & quæ nullis cedat auxiliis.

### Capvt IX.

G

### De pustulis Venereis.

Licet statutum sit, Luem Veneream per se nullum morbum constituere, sed semper falsam aut veram alterius morbi imaginem repræsentare: cum hoc tamen cuicunq; morborum generi adeo insolubili nexu cohæret & coniungitur, quod verius videatur, eius naturam æmulari, quam idemmet affectus, cui coniungitur: eam tamen monstrat quibusdam accidentibus insignitam, quæ veram morbi Gallici naturam haud

668 A obscure monstrat. Quippe insignitur frequenter cutaneis quibusdam maculis, adeo pertinacis naturæ, vt licet aliis, quæ in aliis morbis efflorescunt, similes videantur, difficulter delitescant, aut ad maturitatem duci possint: item alopecia deformi, pustulis fœdissimis, tuberculis, vlceribus, nodis, tophis, ossiumque carie. Quorum quædam quibusdam magis insunt corporibus, alia aliis, & aliquando omnia alicui, prout vires aut corporis natura tulerit. Pustularum igitur, quæ morbo Gallico accidunt, non esse vnicam differentiam, euidenter constat: quippe duplicem earum naturam comperimus, quarum *Vna Crustam habet, & squamam seu pustulam*, quæ decidit: *Altera* vero *Exuberationem* quandam efficit, lauoribus variolis persimilem: hæc quidem pinguedini porci assimulatur, colorem habens in circuitu, subrubrum, & in medio album pallescentem. Quam sane distingues ab aliis cutis exuberationibus, eo

B quod indolorosa existat, & lentum vel nullum præter primam magnitudinem acquirat augmentum, raro ad suppurationem veniat, diu in parte durat, & sui vestigium & maculam deformem non parum in cutem imprimit. Pustularum vero, quæ squamam habent, hæc est natura, quod aliquando putrilaginem habent sub pustula, aliquando vero carnosam quandam exuberationem, quæ decisa pustula, diu in parte remanet. Vtcunque tamen sit, causam habet, quam superius diximus huic morbo communem & propriam; ceterum peculiaris est, vel facultatis naturalis robur, vel retrocessua materiæ ex bubone vel vlcere.

*Pustularum Gallicarum duplex natura.*

*1. Pustulæ exuberantes.*

*2. Pustulæ squamosæ.*

Curandi tamen ratio, quatenus pertinet ad generalia præcepta, eadem est cum prædictis affectionibus: quatenus vero ad pustulam ipsam pertinet, vnica tantum est curandi vis, quæ sane pustulas ipsas exsiccare docet, licet non desint, qui reprimentibus medicamentis vim & impetum

*Pustulę quibus curantur.*

C naturæ ad cutim, extinguere conentur. Quo tempore *aqua* vtuntur *hordeacea cum foliis rubi & rosarũ*, quod præsidium adhibere minime conuenit, nisi dum plus dolent, quam citra leuamen laborans ferre possit, aut nimio calore luxuriant & turgent: quo profecto tẽpore satius semper indicaui, partem abluere pustulatam *decocto Guaiacino cum plantagine & pimpinella*. Quem quoque vsum præstat *vnguentum tutiæ & diapompholyges* æquis portionibus mistum, vel *ceratum lythargyrii*. Verum inter pleraque medicamenta, quæ ad pustularum decisionem scripta comperimus, hoc vnum peculiarius meo & multorum iudicio, id munus præstare

NOTA.

constat, quod recipit *aquarum plantaginis & rosarum ana lib. j. aluminis, argenti sublimati ana* ℥. ij. accipiantur alumẽ & sublimatum & terantur, deinde ponantur in phiala vitrea & crassa, & igni apponantur, & bulliant ad medietatis consumtionem, postea vero residere sinito quinq; dierum spatio, ac limpidissimam aquam vsui adserua. Qua sane

D vtendum est, non simplici, sed cum dupla, tripla, vel maiori alterius aquæ parte, ne pars affecta plurimum exedatur: quod faciens iuxta rationem pustularum, aut effectus, quẽ extirpare nitimur, facto semper initio à dilutiori aqua, vt secuto experimento comperiamus, quãtum ipsius sit adiiciendum vel detrahendum. Sed puerorum & adultorum etiam pustulas faciei vel cuiusuis alterius partis exsiccat & cõterit *spuma decoctionis Guaiaci*: cui quoque vsus inter omnia, quæ diutissimo experimento proficua comperimus auxilia, illud mirabile mihi semper extitit, quod recipit *aquæ plantaginis & rosarum ana* ℥. iiij. *salis gemmæ, nitri & aluminis ana* ℥. iij. *sublimati* ʒ. j. bulliant ad tertias, & fiat colatura, cui adde *viridis æris* ℈. j.

*Pustulas faciei puerorum quæ exsiccant.*

### Capvt X.

### De Gallica gonorrhœa, ac de penis & colli vesicæ vlceribus & carunculis.

E

A Communi seminis inuoluntaria profusione (quam *gonorrhœam* Medici appellant) virulentam hanc gonorrhœam mille modis dissidere, omnibus conspicuum arbitror, si exacte expenderint, qualis naturæ sit, qua constet materia, & qua vis excernatur. Nam his, qui scortandi vsui omnis dediti sunt, tum ex frequenti attractu, tum etiam ex virulenta contagione à concubitu infecto contracta, hoc mali genus gonorrhϾ perfimile etiam morbo Gallico correptis non raro succrescere assolet. Quippe in Venereo & contagioso congressu pẽnis & omnia corporis ac partium pudendarum pori & meatus omnes aperiuntur: vapor ab inquinata fœmina aut viro sublatus in pudendum formiœ, aut viri, vasa spermatica, testes & partes semini gignendo & continendo dicatas, vel vterum sese extendit, & prædictarum constitutionem & habitum naturalem peruertit & conspurcat, ac humidas & laxas reddit, & suæ malignitatis labe inficit hac mucagine prostratas.

*Gonorrhœa Gallica quid ab altera medicorum differat.*

*Gonorrhœæ Gallicæ quæ causæ & causarum ordo.*

F Quo fit, vt quidquid per dictas partes prolabatur, in tetrum fœdumque virus album aut flauum degeneret: tuos inter dormiendum, tum secus, cum tentigine, ardore ac prurita, vel molestissimo dolore vel citra ipsum, prout virus acrimoniæ particeps plus minusve fuerit, quam in vasis spermaticis, vel prostatis ardore & virulentia prauæ affectis, contraxit. Nam qua ratione in diabete per renes transmissa vrina exarsit, per vesicę ceruicem sine morsu & punctionis sensu transire nequit, ita prorsus in virulenta gonorrhœa putrentem malignumq; succum, aut quæuis alia acrimonia nisteria, vbi in prædictis vasis incaluit, nequit sine ardore & acerbissimi doloris sensu, per penis foramen prolabi. Quo fit, vt easdem partes exulcerans, carnemque exedens, in vlcera fœda & carunculas crescentias vrinam obturantes, ac eius exitum vitiantes, promtissime degeneret, miserè sic affectos torquens. Quapropter nec temere negligenda est huiusmodi seminis profusio,

*Gonorrhææ symptomata grauissima.*

neque audacter cohibenda, siquidem vtroque excessu in longe grauiora mala euidentissimum est laborantes deferri. Nam si negligatur, sese altius insinuat, & in Veneream calamitatem commigrat, adeo vt vesicæ etiam ceruicem & ductum penis in transitu vellicet atque exulceret, ita vt dysuriam & stranguriam non raro conciret. Quod si temerario consilio supprimatur, sursum remeante pure, colligitur circa testes & perinæon eo copia, quæ suppurata, aperta vel dirupta cute

669 A

purulentam materiam profundat. Quæ omnia si quis diligenter euoluerit, contuleritque cum his, quæ dicta sunt *lib. de internorum morbor. cur. cap. de gonorrhœa*, facile reperiet, quantum hæc ab illa dessideant.

Gonorrhœa Galli ex quibus & quo ordine curetur.

Cognita igitur ex his, quæ præcesserunt (*vt ex virulento & contaminato concubitu*) & ex his, quæ in pene, testibus aut quauis alia parte adsunt, huius gonorrhœæ natura, illi curationem instituet, quæ duplici constet scopo: præter eam victus institutionem, quæ refrigeret & attemperet, & nimia non sit, ne corpus grauet, aut tenuis, ne facile in bilem & acrimoniam vertatur: cui vsui potus instituendus est ex *hordei decocto cum radice Chinæ*, tandem res omnes non naturales moderatas instituet. Primo curandum est, humorem confluentem ad vasa per partes inflammatas, quæ secundum inguina ad scrotum perrectant, per venas & arterias reuulsione & euacuatione diuertere. Postremo autem grauitam in vasis seminariis &

B

prostatis affectionem prauam, quæ purulentam materiam generat, coercere atque extinguere oportet.

Purgatio.

Sic primo mali accessu, ante vllam sanguinis detractionem, vias communes & renes purgante, & attemperante, vtendum est, eius naturæ existit *cassia, catholicon, syrupus violaceus ex infusionibus cum succo rosarum, aut liquore nouem infusionum rubearum, item manna cum sero lactis*. At si vel cum tentigine aut cuiusuis alterius plenitudinis præsentia gonorrhœa sit, verendum non est, ex axillari vtriusque brachii sanguinem mittere, sin aliter, aut imbecillior graciliorve & consumtus sit laborans; veteri omnino oportet sanguinem mittere.

Sanguinis missio.

Parti quibus prouidetur.

Ante tamen quam vniuersalem virulentiæ prouidentiam *Guaiaco aut sparta parella* instituas, parti prouidebis, vasa genitalia & partes iuxta renes & perinæon attemperando, cauens ne ante maiorum humorum Venerea labe infectorum

C

euacuationem, repellentibus vtaris. Sic primo accessu sat est *vnguentum rosaceum cum resumtiuo, vel vnguentum album cum caphura & grano vno opii*, quibus dorsum innunges & perinæon. Item ante maiora analia hoc vteris decocto quod recipit *hordei integri p. ij glycyrrhizæ contusæ, radicis althea & graminis ana ℥. ß. foliorum maluæ, violarum & plantaginis ana m j. coquantur in lib. ij. aquæ ad lib. ß*. Huic consimile, vt interius etiam refrigeretur, aliud efficies, quod recipit *seminum frigidorum maiorum mundatorum ana ʒ. ij seminis papaueris albi ʒ. j amygdalas dulces in aqua frigida maceratas & mundatas n. xxv*. contundantur, & adiice decoctionis præcedentis *lib. ß*. & facta colatura, porrige summo mane ℥ iiij. Poteris etiam idem beneficium consequi hoc quod recipit *seminis hyoscyami ʒ. j. seminis papaueris albi ʒ. j. & ß. seminis lactucæ ʒ. j. seminis melonum ʒ. ij. caphuræ ʒ. ß. fiat massa cum mithrydatii ʒ. j*.

I.

Decocta.

*& mucagine psyllii extracta in aqua parietariæ, capiat pilulas iij. summo mane*, donec tentigo & dolor cessent, deinde superbibat decocti supra positi ℥. iiij. aut tantundem *aquæ lactis vel decocti maluarum*. Quibus factis, extrinsecus secundo inunges eo, quod recipit *mucaginis seminis psyllii extractæ in aqua rosarum & plantaginis vnc. j. pasti llorum albarum Rasis cum caphura & opio ʒ. ij. olei rosati loti in aceto, vnguenti albi ana vnc. ß. caphuræ ʒ. ß.* fiat linimentum, quo testes & perinæon singulis diebus summo mane vngantur. Postea vero ad ea, quæ maioris sunt momenti per os sumta, & nonnihil purgando prædictas partes attemperant, te conferes. Huius naturæ est (si ardor & tentigo iam quieuerint, sin aliter minime) id quod recipit *therebynthinæ abietis ʒ. ij. & ß. eluto, in succo plantaginis*, datoque in cochleari cum *syrupo de althea aut violarum*: verum si iam ex toto ardor quieuerit, *therebynthina* admiscenda est irrorata *rhabarbaro*, quod duabus horis ante cibum porriges. Ceterum ad tergendas vrinæ vias & farctu liberandas, mirum in modum prodest potus, qui recipit *cineris siliquarum fabarum ℥. j aqua parietariæ tepidæ lib. j.* maceretur horis quatuor, deinde limpidissimum lixiuium percoletur, & adde *syrupi violarum vel de althea ℥. iiij*. porrige mane ℥. iij. duabus horis ante cibum: in recenti vero gonorrhœa hoc præsidio ne vtaris, nisi addideris loco aquæ *parietariæ* aquam *plantaginis aut hordei cum syrupo* de limonibus. At si adeo peruicax & rebellis gonorrhœa sit, quod cogaris (corpore prius mundo & præmunito) ipsam cohibere, hoc vtitor, quod recipit *aloes optimæ ℥. cretæ, succini, radicis gentianæ, aristolochiæ rotundæ, radicis dictamni, myrrhæ ana ʒ. j. mithridatii ana ʒ. & ß. therebynthinæ abietis ʒ. j*. cum mucagine altheæ fiat massa, cuius capiat pilulas tres alternis diebus ante prandium. Cauendum tamen est, restricta gonorrhœa, ne incaute laborans deinceps viuat, ne forte cohibita violentia, maioribus accidentibus & periculosioribus seuiat. Quapropter ad sudationes ex *diluctiori Guaiaco aut sparta parella* confugere oportet, aut ad frequentiores purgationes, siue per blanda medicamenta, siue per apozemata, quæ simul catharticum & alexipharmacum agant.

D

Lotiones.

II.

Purgatio.

Vrinæ viæ quibus tergantur & farctu liberentur.

E

Gonorrhœa si rebellis sit quo. m. cohibenda.

F

Quod si Venerea caruncula aut virulenta, vlcusve penem torserint, graue & miserabile malum laboranti succrescet, & quod difficulter curari solet. Quippe vrinæ difficultates, & alia pene innumera vitia adeo accersit, quod omnino vel curationem interturbent, vel nullius momenti ipsam reddant. Nam acris & virulenta vrina, quæ per diuturnas gonorrhœas è prostatis in penis meatum instillat, nō modo ipsius ductum lentum atterit & exulcerat, sed sæpe etiam vesicæ ceruicem, quo per totum fere vrinæ discursum purulenta materia exsudat, & caro excrescens carnosum tuberculum efformat. In qua re nō placet meminisse aliarum caussarum, quæ hæc quoque vitia in meatibus vrinariis efficere solent, quod latius earum disputauerim differentias *lib. de intern. morb. cur. cap. proprio*, sed solum acris & virulentæ gonorrhœæ. Sed horum morborum post gonorrhœam

Caruncula Venerea vlcera penis quibus oboriantur.

G

notitiam edisceemus ex frequenti mictione cum dolore facta, & lotio excruciante ob pus crassum & acre, aut ipsius lotii substantiæ immersum acdelescens ob tenuitatem. Quod si vrina his præmissis sup-

Vrina suppressæ carunculæ testimonium fidelissimum

[illegible] atur, excrescentis carnis testimonium fidelissimum est [illegible] propre primo accessu clysmatis vt [illegible], qui excrementa alui deponant, & materiam perspicue noscent. Ante tamen quam vrina supprimatur, vt eu prouidendum est, quo magis ex[illegible]ator, & mundus fiat. Quo casu præm[illegible] aut catholicum purgatione, qua [illegible] quantitatem auferamus, vtendum est [illegible] radice gentianæ cum aloes octuplo & [illegible] quas parum ante cibum potriges [illegible] fortior fuerit hominis natura, seminum [illegible]dorum nonnihil addes. His factis ad topica auxilia te conferes, inter quæ hæc probatiora comperimus: primum vlcera per syringam ablues diluto, quod recipit, *foliorum fœniculi, absynthii, verrucariæ & rosarum rubearum ana m. j. lupinorum contusorum ℥. ß. plantaginis m. j.* fiat decoctum ad *lib. j. ß.* in quo percolato dissolue *syrupi rosarum siccarum & de absynthio ana ℥. j.* quibus aliquando addes, maxime si vlcus sordidum fuerit aut putrilaginosum, *mel rosaceum, myrrham & radicem aristolochiæ.* Ablutione facta, in cerea candela linteo tenuissimo inuoluta & circumdata, vnguento aliquo intincta in penem immittes: vnguentum fiat hac lege, *tutiæ præparatæ, lapidis calaminaris præparati, cerusæ ana ℥. j. tenuissimi pollinis, plumbi crudi, sulphuris ana ʒ. j. succi nicotianæ cocti ad mellaginem ʒ. ij. olei e myrrha quod satis sit:* in cote marmorea diu terito; deinde in mortario plumbeo pistillo plumbeo subigito, donec fiat vnguentum. Hoc autem vlcera siccat & tergit, & si quid creuit conterit: & idem officium præstat aqua, quæ recipit *aluminis crudi vnc. ij. albuminum ouorum crudorum n. xv. succorum portulacæ, plantaginis, solani, semperuiui, nicotianæ, aquarum vlmariæ & rosarum & maluarum ana ℥. iiij.* agitentur diu simul omnia, deinde in ollam vitream ponantur, & aqua prouicia-tur in duplici vase. Aliam eiusdem efficaciæ conficies ex *malua, viola, portulaca & parietaria,* in qua extrahantur mucagines *psyllii & althææ,* & facta leui colatura vsui seruetur. Ad cicatricem tamen ducit & simul attemperat alia, quæ recipit *aquarum plantaginis & rosarum ana vnc. iij. trochiscorum albi Rasis vnc. ß. boli armeni ʒ. ß.* colentur leuiter, & cum aqua hordei modicum prædictæ aquæ iniiciatur. Efficacius tamen cicatricem conciliat id vnguentum quod recipit *corticum granatorum exusta, gallæ vstæ, tutiæ præparatæ, plumbi vsti ana ʒ. ß.* macerentur in aqua rosarum horis duodecim, deinde ad solem aut ignem siccentur, & in marmoreo lapide cum *oleo myrtino* fiat vnguentum. Aliud tamen efficacius parabis, quod recipit *gallæ immaturæ, nucum cupressi, baccarum myrthi, balaustiorum, malicorii vsti, calicum, glandium, mastyches ana ʒ. j.* omnia in exquisitum leuorem trita dies aliquot in succis *mespilorum & sorborum* macerentur, deinde siccentur & cum *℥. ij. olei rosarum* lotiaqua rosarum, in qua liquatum sit *alumini momentum & cera alba ℥. ß.* fiat vnguentum in marmoreo lapide & in mortario plombeo. Sed diligentia non mediocri inspiciendum est, an pus, quod excidit, è penis vlcere oriatur, an decidat à prostatis. nam si ab his prodient, curatione hac non indiget, quinimo corpus longe deterius se habebit, nam sæpe per plures annos purulentam materiam prostatę profundunt, nullo valetudinis discrimine, nulloq; peols vlcere. Quod noscees, q[illegible]

670 A

Vlcera penis per syringam abluenda.

Dilutum.

Vnguentū. B

i. Cicatricem quæ ducant, & attemperent.

C

NOTA:

D

nulla acrimonia nullaque molestia profundatur, velut ea, quæ ab [illegible]cere penis pr[illegible] quæ dum vrina excernitur, nullo e morbis laborantes torquet.

Verum quia vlcere neglecto, crassa sordes in callum plerunq; concrescit atque induratur, vel caro supra modum crescit, adeo vt difficultatem inferat vrinę similem ei, quam calculus inferre ad solet, ob id diligenter hoc ab illo distinguere & curare studebis. Sed hinc vitii causam internoscere licet, quod caruncula & callus tenuem vrinæ cursum efficiunt, qua minime, vt in sanis, vrina pleno foramine ac fluore prorumpit, sed quodam quasi filo exit, hisque minime rectus, sed obliquus ac sæpe in duas partes diuisus. Ad hæc dolor in mictionis fine crudelius quam dum vrina profluit, discruciat; Vrinę enim nonnihil inter vesicæ ceruicem & carunculam remanet, quod non nisi maximo conatu & dolore exprimitur. Quod symptoma plerisque post coitum succrescit, coexcito post carunculam in pene semine, quod summo conatu natura nititur pellere. Calculus vero mictionem interruptam efficit, & cum exit, confertim excernitur & pleno cursu, non vt a caruncula tenuiter: adhæc presso pene digitis, durum tuberculum deprehenditur, & immissa candela vel cathetere; velut offendiculum in via occurrit, ne facile in vesicam vsque pelli possit obsistens: grauitas ac ponderis sensus in anum minime incumbit, vt fit in vesicæ calculo, neque intermetendum egerendi desiderium inest, nisi forte id aliquando & rarissime accidat, [illegible] videlicet maximus tumor vesicæ collum opprimens, rectum quoq; intestinum premit. Ceterum id clarius disces cathetere vel candela; nam si nihil in via offendatur, calculum conicere oportebit, sin aliquid, id carunculam vel carnem supercrescentem præesse pronunciato. Præterea adeo sæpe caruncula crescit, quod lapidis more omnino vrinam supprimat, vel affluente ibidem magna humoris copia, qua facto tumore & in pus verso, maximis doloribus & febribus in puris mictum commigrat, si cito fiat, sin aliter, retro sursumque remeante vrina hominem cito perimit.

Hanc sane affectionem non solum patiuntur, qui gonorrhœa Gallica mox corripiuntur, sed hi etiam, quibus diu curata post annos reuersa, vel pullulans ex ea hoc vitium inopinato vel vrinam supprimit, vel eius ductum minuit, vel miseros doloribus & cruciatibus vesicæ ex vrinæ ardore torquet mille modis, longe grauioribus quam in lapide vesicę: nam hunc cathetere vel motu à collo discedere haud difficile est: at dum his vrina supprimitur, vel hic morbus reciduus est, facile prædictas partes ex humorum affluxu inflammari contingit, quas si cathetere aut candela tractare velis, quo vrina exeat, ne his doloribus & suppressione moriatur homo, longe maiores concitabis, frustra tentato præsidio: nam ob id nihil vrinæ redditur, sed plerumq; inflammatione facta magis pressior redditur particula, minus vrinæ redditur, & forsan penis corruptione exuritur & putrescit, vel vlcus cancrosum seu calcinosum efficitur, & omnino incurabile redditur, vel ad minus cœlo humidiori ob aëris mutationem facto spongiæ modo caruncula adeo crescit, vt protinus suppressiones, dolores & difficultates succrescant. Quapropter semper pronunciato periculo huius mali

Suppressio vrinæ a caruncula, qualiter dignoscatur & differat a suppressione a calculo facta.

E

F

Vrinæ suppressionem a caruncula qui patiantur, & quātis ea sit periculis plena.

G

mali curationem aggredieris, ob quæ superuenire 671 A assolent mala, curantis errori adscribantur.

Curandi ratio.

Curandi vero rationem longe cautius aggrediens, quam in quouis alio morbo, ob ea, quæ in curatione & citra ipsam ea vi & natura mali laborantis superueniunt mala. In primis nisi vigeat mali sæuitia, in curatione incipienda cauere oportet intensum frigus, quod neruosis partibus sit aduersum: item æstuantem calorem, quod idoneus sit fluxiones mouere & humores exurere. Curatio igitur à blandioribus purgationibus (*nam vehementiora medicamenta omnino declinare oportet*) instituenda est, & clysmatis eiusdem naturæ: tutius enim est bis terve leuibus purgare, quam prostratis viribus & agitatis atque excalfactis succis malum exacerbare. Nec verendum erit sanguinem mittere, tanto quidem parcius, quanto laborans doloribus & cruciatibus fuerit consumptus. His factis, si vetustum fuerit malum, primo fomentis & vnguentis blandioribus partem emollies, quam cathæreticis medicamentis vtaris. Ve-

A blandioribus incipiendum.

B rum si recens malum sit, hoc primo accessu adhibe, quod recipit *cerusæ, lithargyris præparati ana* ℥. ß. *olei rosarum è myrrha ana* [illegible] j. *&* ß. liquefacito igne remisso, adde *tutiæ, pompholygis præparatæ, stybii, spongiæ, vstæ*, omnibus in succo plantaginis maceratis & postmodum siccatis *ana* ℥. j. *radicis aristolochiæ rotundæ, myrrhæ, aloes, mastyches, pulueris plumbi crudi ana* ℥. ß. *caphuræ* ℥. ij. *&* ß. omnia in marmoreo lapide & in plumbeo mortario ad vnguenti spissitudinem subigito. Hoc sane vnguentum sine sensu doloris sordem in callum induratum, & carunculam atq; vlcerum penis eatubetantias sensim absumit, & ad cicatricem perducit.

1 Vnguentum carunculam absumens sine dolore.

Eiusdem etiam efficaciæ est aliud, quod recipit *aloes* ℥. ij. *myrrhæ aristolochiæ ana* [illegible] j. *tutiæ præparatæ* ℥ ß. fiat omnium puluis, & cum *styrace* liquida fiat massa, qua cerea candela inuoluatur, & in penem immitti possit. Cauendum tamen, ne acrioribus vtamur, nam ex doloris acerbitate longe maius damnum succrescit, quam ea medicamento beneficium, satius enim est diuturno tempore salutem accersere, quam breui damnum euocare.

2 Eiusdem efficaciæ.

Ab acrioribus abstinendum.

C Quapropter præter duo vnguenta nuper adducta, alio securissimo vti etiam poteris, quod recipit *sabinæ in vmbra siccatæ & tenuissime tritæ* ℥. *&* ß. *cerati de mucaginibus* ℥. ß. *commisceantur*: carunculam enim & sine dolore exedit. Quibus adhibitis, si nihil profecisse videatis, ad alia auxilia te conferes, quæ miræ sunt efficaciæ & omnino morsus expertia: namque nunquam committendum est, vt præsidii quod ad exedendam carunculam comparatum est, morsu & acrimonia fluxio & inflammatio crescant. Huius mirabilis naturæ est, quod recipit *cerusæ* ℥. iij. *tutiæ optime præparatæ & lotæ aqua rosarum* ℥. ß. *lithargyri auri præparati* ℥. vj. *stybii selecti & in tenuissimum puluerem redacti & cribrati* ℥. j. ß. *caphuræ* ℥. ß. *mastyches, olibani, aloes ana* ℈. ij. comminuenda marmoreo lapide diligentissime conterantur, adiecto *plantaginis succo*, & ad Solem siccentur: & postea iterum exacte tritam mortario & pistillo plumbeo, adiecto *oleo rosarum* quod sufficiat, accurate agitentur, donec fiat vn-

3 Securissimum.

4 Miræ efficaciæ & sine morsu.

5.

D guentum. Consimilis etiam efficaciæ est, quod recipit *vnguenti rosarum Galen. vnguenti ex cerusa cum lythargyrio* ℥. ij *ana* ℥. j. *succi plantaginis, & aquæ portulacæ ana* ℥. ß. agitentur diu & vsui seruentur.

Verum quia rarissime contingit, exedentia hæc medicamenta citra morsum & dolores sua munera perficere, ob id puto esse opus, aliis quæ refrigerandi & leniendi ac mitigandi vires habeant, cuius naturæ est quod recipit *cerusæ* ℥. j. *olei rosarum* ℥. v. liquata vase duplici, in vas aliud [illegible] fundantur, & sensim ac diu aqua frigidissima subigitur, postremo autem *semperuiuæ aut solani succus defæcatus* subigendo affundatur, aut *plantaginis & rosarum aqua*, vltimo adiiciatur caphuræ ℥ j. & opii in lacte soluti ℈. iiij. & fiat vnguentum, quo externa pars illita mitescet, & interius, si vrgentior sit necessitas.

Ceterum si præsidia hæc prodesse non videantur, & periculum sit, ne iterum suppressa vrina laborans periclitetur, ad calli expressionem plumbeo penicillo aut cathetere deuenire cogit vrgentiæ ratio tunc enim partem (*quo indolentior fiat*) præmullire oportet *oleis, inunctionibus & fomentis*, ac mox cerea candela tentare oportet primo, deinceps plumbeo penicillo, quod quidem, si laborans robustus sit, (*facta prius per aliquot dies intus & extra emollitione*) vno die efficere, consultius arbitror, quam vt leuiore fiat, doloribusq; lenimus diebus exacitatis, fluxum humorum ad partem euocemus, quo succrescens inflammatio non solum curationi sit impedimentum, verum periculosæ vrinæ suppressionis causa. Crudele quidem opus est, sed longe crudelius, cum nil vrinæ redditur, permittere alio confugere vrinam, quo laborans citius periclitetur & certius. Quapropter facto tenui foramine, corpori prouidebis sanguinis detractione, si vel dolorosior superfit particula, vel ob dolorem inflammationem vereatur: item *anodyna mitigatoria*, quæ dolore sedato reliquæ curationi locum cedant. Sic eo veteris præsidio, quod nuper scripsimus, & alio, quod recipit *lac caprillum, asininum aut humanum*: idem efficies succo *plantaginis*, maxime si copiosior sit sanguinis fluxio, *solani, semperuiui* extractis *aqua rosarum, aut è cucurbita, item mucago seminis cydoniorum & psyllii in aquis refrigerantibus extracta, adiecta caphura & diu agitata*: præterea *ouorum albumina in aqua rosarum aut plantaginis liquata; oxycratum simplex cum aqua aut succo plantaginis vel solani*. Tandem omni arte curabis symptomata præcauere, aut infirmare iuxta causasque naturam & indigentiam: tum vacuato corpore, tum aluo præmollita clystere, aut assumpta cassia, doloribus mitigatis fomento, linimentis, ceratis & emplastris. Verum si ad inflammationem vsque peruenerit affectio, ipsam discutere leuibus & anodynis medicaminibus curabis: sin aliter emplastris quam citissime ad suppurationem duces, ne in sphacellismum commigret, quo tempore emplastris, quæ id prohibeant, adhibitis, partem scalpello minutis vlcusculis scindes, & chirurgo rem committes.

Caruncula callosa quibus & quando rumpenda.

[illegible]

In inflammatione quid agendum.

His factis, tunc curatio commodius procedet, ceterum non raro eam impedit vrinæ ardor, ac dolor, quibus maior humorum vitiosorum copia ad ipsam vesicam euocatur: quo fit, vt omni diligentia curandum sit, ipsam mitiorem reddere victu refrigeranti & humectanti, syrupo è portulaca, ex althea, papauere, & similibus, quæ abunde scripsimus *lib. de inter. morb. curatio.* Quibus factis

G

Ardor vrinæ quibus mitigandus.

tunc

tunc quidem absolura videbitur curatio, cum vri-
na liberrime, ac citra dolorem fluit, & catheter
nullo offendiculo in vesicam facile intromittitur.
Qua equidem præsidiorum sorte nulla est adeo
inueterata & contumax caruncula, quæ non sen-
sim ac fere sine dolore exedatur, & radicitus ex-
stirpetur, si probe, quæ dicta sunt, exsequaris: sin

aliter, aut corpus cacochymum fit, mirum non
est, si eisdem præsidiis, quæ multus fuere saluti, vri-
næ subsequatur suppressio, & pudendarum par-
tium inflammatio, abscessus atque corruptio.
Quapropter à curatione cautius vinere conuenit:
nam reuersio huius mali longe deterior & curatu
difficilior habita est.

# DE MORBIS HEREDITARIIS, TRACTATVS VNICVS.

## *Eodem LVDOVICO MERCATO Auctore.*

Ea est humanæ naturæ conditio & miserri-
ma sors, vt non solum mille miseriarum
modis ac morborum generibus, temporum
iniuriis, casibus, ac rerum omnium in sulnbus ob-
noxia sit, verum & ab alimentis & potibus etiam
ad vitam necessariis; nec non & à propriis animæ
& corporis motibus, tam qui iucundi sunt & vo-
luptuosi, quam à violentis, iratis, mœstis, & hu-
ius censiis reliquis intrinsecus ortis, & vtcunque
extrinsecus occurrentibus, adeo labefactari con-
tingat, vt vix hunc aut illum hominem reperias,
qui mille modis corporis affectu aliquo, aut ani-
mi pathemate non conqueratur, ac miserè infir-
metur. Præter quæ omnia mala, quæ nobis omni-
bus iam in hac lacrymarum valle viuentibus sub-
oriuntur, hereditarium profecto aliud, cunctis
grauius, difficilius & fere omnino immedicabi-
le succrescit onus, à nostræ generationis principiis
ortum, & à parentibus præstitum, quo longe
miserabilius viuimus. Quippe euidentissimum
est, parentum habituales morbos in filios & reli-
quam posteritatem transferri, eiusdem speciei &
eisdem partibus, ac pari fixione & habituali per-
manentia inhærentes, ita vt raro aut nunquam in
toto vitæ cursu nos deserant: & quod grauius est,
cum pari potestate & efficacia ipsummet mor-
bum in filios, nepotes & reliquam generationem
traducendi. Quamobrem ingenui animi esse sum
arbitratus, ad pensum grauitatis & miseriæ ac dif-
ficultatis hereditarum affectus, quam potuero dili-
gentiam in præcautione & curatione eius adhi-
bere: vt quantum permiserit caduca & labilis ho-
minum conditio, ac possibile fuerit arti, labore &
ingenio insudemus, tum præcauendo, tum curan-
do, quo vita minus calamitosa & laboriosa eua-
dat: aut si id possibile non fuerit, monemus ho-
mines, ne fucatis quorundam Medicorum verbis
decepti, substantiam suam perdant, inutiliter
quærentes salutem, vbi non est. Faxit Deus omni-
potens, vt eo caritatis & amoris erga proximos
animo hunc laborem susciplam, quod honatur ad
eius gloriam, & honorem, ac ad communem ho-
minum salutem.

Quod si quis dixerit, inutilem fore huiusmodi
tractationem, quod opus non sit, de his quæ incu-
rabilia facta sunt, amplius tractare, vt consulue-
rat Hippoc. 3. *de articul.* expendat etiam, & animo
concipiat, atq; magnificiat eiusdem Hippoc. ea-
dem parte responsum in hunc modum se habens:
*At hoc facere multum refert, eiusdem enim professionis est,
& hoc cognoscere. Oportet autem & incurabilia cogno-
scere, ne maxime lædant: prædictiones autem splendida*

*sunt ac gloriosa ex cognitione, quo & qualiter & quando
singula desinunt, siue eo vertantur, vt incurabilia fiant, si-
ue curationem spem exhibeant.* Quibus verbis euiden-
ter constat, quanti momenti sit, incurabilium
morborum naturam, causas & statum nosse, sal-
tem ne maxime lędant, aut quo leuamen aliquod
suscipere possint.

Verum vt hæc res, quæ vt magni est momenti,
ita prorsus difficilis exsistit, facilior & clariorea-
dat: & vt constet, cui auxiliares manus adhibere
oporteat, & quomodo, cui vero secus, multa pro-
fecto difficilia & pulcra disceptanda nobis sese
offerunt. Primum, *quis vere sit hereditarius affectus:*
secundum, *quot modis fieri possit:* tertium *quibus in
partibus corporis affectus insit:* quartum *quibus modis
in prædictis partibus inhæret:* quintum, *quas sortiatur
causas:* sextum, *an hereditarius morbus curabilis sit,
vel adeo incurabilis, quod omnino auxiliares manus de-
negare oporteat:* septimum & vltimum, *quæ lege &
ratione (si quando curare oporteat) auxilia illi præstare
liceat.*

Circa primum, naturam h[illegible]editarii affectus
genuina diffinitione patefacere [illegible]dui. Quippe
nil aliud est quam *qualitas, character, sigillatio, modus
substantiæ, proportio quædam aut dispositio vel impressio
præter naturam in vno pluribus aut omnibus membris ge-
niti impressa, à suo ortu ex vi seminis parentum, aucorum
aut proauorum, à simili affecta in eorum aliquo membro
aut membris præter naturam quoque praexsistente: quo
veluti instrumento natura, vel causa alia vtitur, vt natos
sibi similes gignat, & eadem labe fœdatos.* Quæ diffinitio-
ne constat, affectum hereditarium (*vt morbus est*)
commonem obtinere naturā cum reliquis mor-
bis, ceterum vt hereditariis, longe diuersam, vt
causas etiam habet diuersas. Primum quidem,
communis exsistit cum reliquis morbis, quia vt-
cunq; sit, naturam habet, sitam vel in intemperie,
vel in figura, vel in partium vnione. Atq; licet hoc
verum sit, habent tamen hereditarii affectus id
proprium & peculiare, quod etiam si ex aliis mor-
bis quidam sint in habitu & reliqui in dispositio-
ne, hi vero semper sunt in habitu & fixione adeo
permanente, ac sanitas ipsa: præterid, quod dum
tales incipiunt, semper cum principiis generatio-
nis originem sortiuntur. Non quidem vt reliqui
affectus à causis præter naturam extrinsecus oc-
currentibus aut intus genitis, sed à principiis natu-
ralibus nimirum semine & sanguine menstruo sic
dispositis. Quo fit, vt morbi hereditarii natura &
conditio sit, esse habitum à principio generationis
contractum, & in eandem generationis mate-
riam impressum, ex parentum aut auorum sigilla-

Humana naturæ sors quam miserrima.

Hereditarii morbi vnde, & eorum natura.

Scopus auctoris, præcauere, curare & monere.

Obiectio.

Hereditarii affectus quis vere sit.

Hereditarii affectus quid a ceteris morbus differant, & conueniat.

Hereditarii morbi natura & conditio.

673 A ctione ibidem impressa: non acquisitum, nec factum per recessum à sano, vel per causam sanum habitum euertentem, quemadmodum nobis nascentibus inhæret, eluceiq; per totum vitæ decursum. Qui sane habitus hereditarius licet præter naturam sit respectu actionum, quas vitiare natus est, naturalis tamen ac proprius censeri debet, ob principia prima & innata, quibus contractus fuit, siquidem cum tali habitu nascitur homo. Quamobrem censendum est, ratione impedimenti actionem esse præter naturam, ratione vero suorum principiorum haud secus naturalem esse, quam sanitatem.

Propensiones infantium morbosæ sunt defectus quidã.

Est tamen considerandum, quod huiusmodi morbosæ propensiones infantium, quæ illos ob vitiatum aliquo modo semen comitantur, sunt defectus quidam, qui potius eueniunt ob impeditam naturam, quo minus possit intentum finem attingere, ratione alicuius imperfectionis & transmutationis factæ in propriis instrumentis, quemadmodum integritas, sanitas & robur sequuntur naturam liberam & validam, quæ omne impedimentum superat, quæque absolute superat materiam subiectam, habetq; instrumenta, quibus vti-

B tur integra absolutaque. Vnde imperfectiones quæcunque contingunt in generatione, per accidens contingunt, & eadem fere ratione ac monstra: vt tamen & hoc addamus, quod semen in animantis corpore genitum, secum semper aliquid affert, quod refert naturam corporis, in quo fuit genitum, siue illud ad imperfectionem & defectum, siue ad absolutionem & perfectionem pertineat: Qua ratione genitum fuit particeps, non modo vitii, quod est in effectiuo principio, sed etiam si quod fit in materia, ex qua confectum & genitum est, nempe in vltimo alimento: quo fit; vt affectus ab his principiis ortus & hereditarius habitualis existat & connaturalis, quoad principia; morbosus vero, quoad actionum vitia.

Imperfectiones naturæ vnde.

C Secundum suppositum fuit, differere, *quonam modo morbus aliquis fiat hæreditarius?* In qua re statuendum est, haud secus nobis inesse aliquid morbosum & præter naturam ab ortu & nostræ generationis principiis, ac insunt & sunt in nobis, quæ naturalia existunt secundum speciem & indiuiduam conditionem cuiq; propriam & peculiarẽ.

Morbus aliquis quonam modo fiat hereditarius.

Quippe (*vt abunde dictum est libr. 3. de fœminarum morbis, c. de monstr. concep.*) triplex in nobis ad parẽtes elucet similitudo. Prima est in specie, (*qua deficiente monstrosus efficitur conceptus*) secunda in sexu, qua fœmina sicut mater, vel mas, vt pater filius nascitur. Tertia vero & vltima in proprietatibus indiuidualibus, quibus filius similis patri aut matri nascitur, quatenus pertinet ad particulares & indiuiduas delineationes, temperiei aut substantiæ, coloris vel configurationis modos.

Similitudo ad parentes in nobis triplex.

D Cuius doctrinæ gratia præmittere oportet tanquam integrum huius rei fundamentũ, magnam esse facultatis formatricis varietatem, non tamen specificam, sed indiuiduam. Quippe facultas formatrix plurima à cœlo expãditur per continentẽ aërẽ gignens plantas, animalcula, metalla, & lapides, idq; in aqua, in aere, & in terra ac sub terra, quæ sane manet actus non contractus ad naturã indiuidi per signatam materiam, sed vnus speciei actus *rosæ* aut *maluæ* gignitur, alius *lumbrici*, qui cũ non sit per proprietates certæ materiæ coercitus,

Formatricis facultatis varietas magna.

producit semper sibi simile specie, non tamen simile huic vel illi indiuiduo, quia nõ contrahitur & coercetur à signata materia. At formatrix, quæ in animatorum semine continetur, cum sit per signatam materiam contracta ab illa recipit, vt producat speciem similem, respondentem tamen certis definitisque affectibus & proprietatibus eius indiuidui, vnde decisa fuit.

Ceterum cum sit via corpori informatrix residua in parentum membris, & sui similitudinem in testibus inducat, necessario inducet non solum similitudinẽ structuræ & temperiei ac modi substantiæ idoneam, adactus & ad formam, in qua

E species consistit, sed & materię & qualitatum corporalium, quibus hanc similitudinem (*tam in his rebus, quæ sunt secundum naturam, quam in præternaturalibus & morbosis*) exquirimus. Quam sane similitudinem fieri diximus ex temperie & spiritu à parentibus semini præstitis, quibus similis elucet in filio temperies, ac ex consequenti omnia, quæ temperiem sequuntur.

Item similis delineatio ob calorem illũ & spiritum in semine implantatum, qui cum instrumentum sit formatiuæ facultatis, informatus structuræ parentis similem (*vt prædicatur*) delineabit in genito. Quibus suppositis (*qua latius locis citatis scribuntur*) de similitudine filiorum ad parentes, quatenus pertinet ad morbos ab his ad filios traductos, pari ratione & lege subaudiendum esse censeo. Siquidem vt naturalia filiis præstantur à parentibus, ita prorsus & quę morbosa sunt; vt euentu quotidiano comperimus, & Hippocratis sententia statuit, qui mancum animal mancos quoq; generare fœtus, vt macrocephalos, docuit. Sic profecto frigidi ventriculo & calidi iecore, ventriculo frigidos & calidos iecore generant: surdi vel muti surdos & mutos: calui caluos, cæsii cæsios, & distorti plerunque distortos, quemadmodum podagrici podagricos siue actu, siue potẽtia id velis intelligere: contagiosi vero contagiosos fere semper generant. Sed mirabile dictu est, quomodo hæc ita accidere possint, cum formatiuam facultatem laborare sit impossibile: quo fit, vt nulla ratione videatur, sanum non posse produci, quantumuis ex manco aut intẽperato, vel aliter affecto prodeat si ipsa nõ laborat. In qua re sciendum est, semen, quatenus pertinet ad rectam vim, quæ est ab immateriali principio, semper cupere & conari in genere assimilare formæ speciei, quatenus pertinet ad delineationem. Verum quia virtus generatiua, quæ agit hoc homine generando, est forma in materia & materia signata, quæ etiam materialiter concurrit, contrahitur non solum à generica vi ad hominis delineationem, sed ob materiæ sigillationem, ad eius structuram contrahendam, vt similis sit delineationi parentum.

Quæ sane delineatio & indiuidualis conditio, si ex genitoribus omnino sanis prodeat, sana quoque erit & nulla in facultatem formatiuam infertur vis, nullumque impedimentum ab ipsa materia, in qua est. Verum si membra parentis aliquo vitio insigniantur, cuius vestigium, fomes A 674 aut sigillum in seminis materiam crassiorem traducatur, proculdubio facultatem ipsam formatiuam euertit à recto, quantum ipsa materia seminalis euersa fuerit à sano: nam cum actiones non fiant à forma, nisi quatenus & qualiter est

tur est in materia & pro ratione eius: siquidem est altera pars naturæ: ob id effectus limitari ab ipsa materia debet, & nonnunquam à recto formæ actu deuiari, prout materia valuerit: quemadmodum videre est in forma grauium, quæ eius est naturæ & conditionis, vt recta descendat deorsum: quia tamen illa forma non operatur, nisi per materiam, si illa sit circumscripta ab obliquo, mouebitur per obliquum, vt aquæ contingit in riuulis: quippe illa solum nititur descendere ad centrum, quatenus pertinet ad principium intrinsecum sui, verum ratione materiæ, qua impeditur, & praue disponitur, oblique & mille motibus diuersis moueri cogitur.

Ita prorsus neq; anima vitiata est in huiusmodi morbis, neque materia (*vt materia est*) est caus**B**sa vitii in generatione hominis, sed natura, quæ vitiata est propter materiam praue dispositam à parentum impresso sigillo: quia membrum parentis hoc vel illo morbo affectum, in generatione seminis ipsam materiam vitiauit, naturamque eius fecit ineptam generationi rectæ & sanæ, quia materia non recepit sanam sigillationem, & ob id vitiatur principium corporeum (*hoc est materia seminalis*) quo vitiatur etiam facultatis formatiuæ opus, ea parte, qua prædictum principium in parentibus, & eo morbo ac modo, quo afficiuntur. Quippe tale elucet in genito membrum, quale præfuit in generante, licet facultas de se non laboret, sed à principio materiali praue dirigatur: ita, vt praue dispositum supersit membrum ex ea materia praue sigillata ortum. Quo fit, vt similis eluceat in membris geniti indispositio, temperie, figura aut modo substantiæ, qualis præfuit in generante ob adductam rationem. Quippe cum materia sit altera pars naturæ, & ea praue sigillata decidat, ob id vitiata in genito suscepto, quæ verè & propriè dici merentur vitia, naturæ seu materiæ generationis connaturalia sunt, **C** & ad pensum ac modum dispositiunum secundũ naturam in sanis: quia sicut in his à materia seu natura bene disposita, & bene disponente potentias ad operandum elucent mẽbra sana & omnes actiones incolumes, ita in illis hæreditario onere pressis, ab eadem materia, vt natura est altera pars compositi, prædicta vitia elucent, & sunt æque naturalia ac in reliquis: quia ab eisdem principiis naturalibus oriuntur. Quo fit, vt videantur multis modis incurabilia, vt latius disputaturus sum paulo inferius.

Hæreditarius morbus quibus in corporis partibus insit.

Tertium, quod præmitti oportere diximus, fuit, expendere, ac diligenter cognoscere, *quibusnam in partibus insint in generante vestigia hæc, vel character, aut sigillatio hæreditarij morbi?* Insunt profecto hæc vel in toto corpore, vt de elephantiasi, morbo Gallico, & similibus morbis videre est. Aliquando in partibus præcipuis, vt in cerebro, quemadmodũ contingit his, qui liberos gignunt surdos, mutos, epilepticos, cæcos, aut vitiose videntes, vel mille aliis capitis affectionibus insi**D**gnitos. Sic de iecore eadem ratione & de ventriculo, pulmone aut corde subaudire licet. Pariter etiam reperitur in aliquo aut pluribus ea infimæ sortis membris, quemadmodum conspicimus in his, qui hæreditantur podagram, ischiadem, vesicæ aut renum calculum, vel alia vrinæ vitia. Qui sane omnes misere torquentur, nonnunquam actu suscepto morbo, sæpius tamen apparatu ad eum patiendum contracto & in aliis solo charactere aut sigillatione impresso, homine nihil patiente, filios tamen generante mille morbis obiectos aut obnoxios, vel simili charactere insignitos. In qua re statuendum primò est, affectus parentum, qui traducuntur ad liberos, non esse, quot sunt in parentibus, sed solum quæ insunt partibus infirmatis, ita, vt iam in habitum transierint. Quippe affectus potentiæ superioris ad informatricem non transeunt, cum ab ea neque à suis habitibus secedat vis seminis informatrix. Quo fit, **E** vt quæ insunt sensitiuæ potentiæ, vel phantasiæ aut rationali, non transeant; vt pote sensationes, artes, scientiæ: non enim hæc traduci possunt, quia facultas animalis, cui insunt, solis animalibus propria, multo est supra gignentem etiam stirpibus communem. Pari quoque ratione, quæ insunt corpori informato, & nondum in habitum abierunt, sed adhuc pugnant cum natiuo membrorum statu, velut sunt febres putridæ aut sientes, cuiuslibet membri intemperies, aut morbi huius census: at constitutio partium facta, & in membri habitum versa traducitur: vt temperies totius facta, vel patris cuiuslibet.

Hæreditarius morbus quibus modis in prædictis partibus inhæreat.

Quartum suppositum, quod mille modis necessarium fore arbitror, est ad vnguem scire, *quibusnam modis in prædictis partibus inhæreant prædicta hæreditaria vitia?* In qua re duo magni momenti sese offerunt consideranda: Vnum est, hunc habitum hæreditarium esse in duplici differentia: vnum actu morbosum lædentemque proprias indiuidui generantis & geniti actiones, vt videre est in manco, vel actu podagrico, ophthalmico aut nephritico filium generante mancum, podagricum, nephriticum aut ophthalmicum: reliquum **F** vero præter naturam quoque & morbosum, cæterum non habentem læsas actiones actu, naturam tamen ipsas lædere. Exemplo est pater insalubri apparatu ad podagram, vel ad quemuis alium morbum affectus, non tamen podagra actu laborans, qui profecto generabit liberos eodem apparatu affectos; quos etiam affectio eadem actu vexabit, quauis caussa accedente, ea indispositione & potentia ad ipsam in membris à patre præstita: quia licet sani videantur viuere, leuissimis tamen de caussis in podagrã incidunt ex habitu podagrico à natiuitate contracto, aut ætate adueniente seniori, qua vires, quib⁹ habitui illi resistebat, imbecilliores fiunt, aut si ea diutino morbo praue ac diminute conualescat, reficiaturve.

Habitus hæreditarius duplex.

Podagricus cur non protinus in podagram incidat.

Sed mirabile dictu, *qui fiat, vt podagricus filius non protinus incidat in podagram, aut calculosum affectum, quem à patre accepit, sed transactis aliquibus annis?* Cui dubio dicendum est, id necessario ita **G** debere fieri, quia interim, dum vigent & præsunt humiditates & principia naturalia, obruitur & delitescit hæreditaria conditio ac vitium: postea verò per adolescentiam consumpta natiua humiditate, elucet tunc hæreditarium vitium, & in actum morbosum deducitur: quod in omnibus morbis verum existit, sed non ita in epilepsia, quia puerorum humiditas huic malo aptissima est, & sic adhuc nuper natis elucet, sicut omnes alii morbi. Cuius distinctionis ratio fuit, si filius genitus fuit patre existente in actu morbi, non solum in habitu. Nam habitus, qui **A 675**

ceat, quamuis naturali modo & habitualiter, ac indolorosè fiat. Solent etiam huiusmodi figuræ vitia contrahi, non casu verso in naturam, vt dictum est, sed vitio formatricis facultatis, quam interdixit probe munus suum exequi, vel materia, in qua est, quæ est pars naturæ seminis, vel ea, circa quā operatur. Sic multi fœtus monstrosi prodeunt vno aut pluribus membris, quo casu possibile est, fœtum ob seminalem materiam tali sigillo signatam deformem quoque nasci eadem parte. Nam quia ratione viciata materia seminis, quæ nata erat vitiatum fœtum producere, impeditur non raro talem efformare, ob laudabiliorem materiam seminis alterius parentis, qua fœtus nascitur sanus. eadem ratione, dum vitium non impeditur caussa aliqua accedente, fœtum simili vitio insignitum prodire est certum. In qua re statuendum est, quod si vitium figuræ sit in membris nutritionis, proculdubio fœtus fiet non solum insalubris ea parte, sed morbosus, ob humoris deprauati generationem & propagationē: qui humor caussa deinceps plurium morborum existit: quos licet filius non contrahat, contrahet tamen deprauatam figuram eiusdem membri, qua similes patietur, & plures alios pro humoris copia aut qualitate. Sed licet hæ affectiones, quæ ex humoribus pendent, hæreditariæ debeant haberi, non tamen legitime hæreditariæ sunt, sed spuriæ, quia in filio nō imprimitur patris character, sed vitiosus humor, qui similes morbos & aliquando diuersos parit, non tamen à simili charactere, sed à simili humore, vt filius morbo Gallico affectus, ob humores Gallicos, quos à patre aut ab vbere matris accepit, citra impressum in iecore characterem Gallicum. Si autem vitium in animalibus sit instrumentis, easdem patiē: ut filius læsiones in actionibus ac pater, non alias, vt officinis alimentorum læsis contingit. Ratio huius diuersitatis est, quia hæ partes non generant humores, sed patiuntur animales etiam actiones, quas processu tales oportet esse, quales protulit pater, propter impressum in filio characterem; quo similes necessum est, aut edere actiones, aut pati affectiones. Temperamenti autem vitiati, vel modi substantiæ nulla caussa externa principium præstare potest, ni prius habitualis fiat in aliquo membro, vel in toto corpore eadem intemperies, vel idem substantiæ modus. Quo tempore, cum iam temperamentum in habitum, vel naturā versum fuerit, facile est conijcere, simile in filiis elucere in eodem membro, vel in toto. Itaque caussæ internæ aut externæ possunt efficere morbosum temperamentum, quod dum in dispositione & fieri solum fuerit, licet actiones vitiet, generationem tamen seu genitum non vitiabit: quo fit, vt in parentibus valetudinariis & morbosis filii nascantur vegetiores & sani. Cæterum, cum iam parentis vitium in naturam fuerit versum (*& natura hac in parte significet alteram substantiæ partem, videlicet materiam,*) ob id ex materia seminis; cuius forma est formatrix facultas, euidentissimum est, fieri genitum eisdem conditionibus, temperaturis & modo substantiæ insignitum, ea maxime parte, qua pater affectus erat. Cuius doctrinæ occasione statuendum est (*vt constet ex caussa, qua potius idem membrum eadem intemperie affectum, quam ex reliquis aliquod inficiatur*) humorem, quem natura in testes semini gignendo transmittit, vt possit fieri materia seminalis, & altera pars illius principii nostræ generationis, ac induere formam seminis, nulla lege posse esse proficuum, nisi prius ex iecore sigillationē & idolum, seu inchoatam ac potentialē similitudinem omnium parentis membrorū susceperit: ita vt partes determinatæ ex determinatæ materia in potētia ad illum membrum fiant, non ex qualibet indistincte, alioqui monstrosus fieret conceptus, quia facultas formatrix nequiret partes efformare, nisi ex determinata & simili materia cū illis. Quo fit, vt si pars aliqua materiæ sigillationem recipiat, eadem sigillatio secum deferat in membrum, temperiem eiusdē, ac modum substantiæ similem: qua similitudine simile quoque in affectionibus & morbis euadet membrum.

E

Sed dubitabit forsan aliquis, *quanam ratione, si semen à toto non decidat, necnon cum sanum sit, possit sigillare materiam morbosa alicuius membri similitudine affectam, vt membrum ex ea genitum consimilem affectionem genito præstet*: Cui dubitationi dicendum est, nec decidere à toto corpore semen actu, nec produci à iecore prius, quàm aliquam omnium & cuiusque membri suscipiat similitudinis sigillationem aut inchoationem: quippe sanguinis (*qui à morbis inchoationem cœperat recipere*) superabundans pars in quouis membro in testes delabitur, ea inchoatione & sigillo accepto à iecore & à membro, cuius alimenti est residuum, &, vt ferunt, excrementitum, vt vere fiat seminis materia: quia citra eam potentiam & sigillationem seminis materia non erit: quo fit, vt temperiei & modi substantiæ membri morbidi & sani inchoationem reciperet, qua deinceps in genito similis intemperiei & modi substantiæ eluceat modus. Itaque figuræ vitia, plerunque formatricis errato, ex impedimento materiæ succrescere, est arbitrandū: temperamentum morbosum, ab humore, quo membrum efformatur: modi substantiæ vitium ab vtraque caussa.

F

Statuendum vlterius est, ex his hæreditariis affectionibus *Quasdam* esse solum in charactere, sigillo, aut impressione habituali, citra vllius actionis indiuidui læsionem: *Alias* vero præter habitum fixum, & in naturam versum, actualiter habitum illum lædere indiuidui aliquas actiones. Primæ sortis sunt ii, qui suscepto alicuius membri vitio à parentibus, illud non lædit ipsius membri, neque alterius actiones, sed in omnibus viuit sanus homo, potest tamen in genitum idem vitium & in idem mēbrum transferre cum læsione actuali actionum eiusdem membri. Vt, verbi gratia: Si quis surdus aut mutus filium generet audientem & loquentem, qui rursus proprium filium surdum aut mutum gignat. Plerunque enim contigisse vidimus, ex auo podagrico, actu aut habitu, filium sanum suboriri, à quo (*quamuis sanus videatur,*) filius productus millies in podagram prolabitur. Ratio huius euentus est, quia character in membris impressus solum lædit efficaciam formatiuæ facultatis, quatenus ad speciei propagationem: quippe aliquando contingit, non solum formatiuam lædere, sed & peculiarem ac indiuiduam membri actionem: si primum contingat in filio, ipse sanus viuet, quatenus attinet ad indiuiduas actiones:

G

liceę

Margin notes: Dubium. — Hæreditariæ affectiones duplices. — Solutio. 1. — Vitia intemperie & modo substantiæ.

C D

677 A licet quatenus ad productionem suorum filiorū pertinet, ipsos eodem charactere & eadem sigillatione insignitos gignat. in quo non raro accedit lædi quoque individuam membri alicuius actionem, *qua læsione pater caruit*) ac pari podagram, vel surditatem aut ophthalmiam, quas pater nō patiebatur in eis partibus, nisi solum characterem in filio præstitum, quoad actionem specificam, quia in reliquis individui actionibus sanus aderat, *vt dictum est*. Secundi ordinis sunt ij. qui præter sigillationem habitualem & natiuam, actuali tamē læsionum actione infestantur, sigillatione reduceote membrum ad actum morbosum: vt si quis ophthalmia affectus, aut lepra, vel surditate, surdos, ophthalmicos & leprosos gignat. Qui quidē homines sic affecti non solum habent natiuam sigillationem, ad similes generandos, sed actu etiam affectos, non potentia solum, vt primi: quam sane diuisionem ad veram & genuinam curationem cuiq; præstandam vel denegandam, magni fore momenti sum arbitratus, si prius difficile

B quoddam dubium ad veram huius doctrinæ enodationem expositio, quod non parui esse momenti ad inuentionem modi curationis censeo.

IL.

Quæstio. Ex qua etiam diuisione suboritur non leuis dubitandi occasio, nimirum, *Cur, si character seu sigillatio transit à patre in filium, pater surdus aut mutus, (vel alio morbo affectus, licet imprimat similem characterem in filium, ipse tamen filius prædicto charactere insignitus, nec surdus, nec mutus nascatur: nepotem tamen generet surdum vel mutum, vel quouis alio affectu, reetu, quos auus patiebatur, actualiter insignitum, patre nunquam eo vitio actualiter laborante?*

Solutio. Cui dubitationi respondendū est, id posse fieri vel ò è duobus modis: vno, quia pater non imprimit in filium nisi characterem, vel sigillationem, dispositionem seu apparatū illum morbosum, quo filius facilè causis accedentibus incidit ob prædictum apparatum, seu habitum, in consimilem morbum, licet ipse natus fuerit sine actuali morbo, qua tamen cum illo apparatu ad ipsam nascatur. Qui sane filius poterit optime suam prolem generare, in quā ille morbus actualiter eluceat, maxime, si nullum

C fuerit impedimentum, quod interdicat effectum paternæ sigillationis. Quippe duo solent illum præpedire. primum humor siue secundum naturam, siue vecunque viciatus, aut supra modum abundans: quo humore infirmatur vis characteris & sigillationis paternæ, ac impeditur reduci ad actum: haud secus quàm in fanis corporibus contingit. Quippe quo saniora & humorum parciorum experetia sunt, consimiliorem sibi generant filium: quo vero prauis & copiosis succis abundant, longe magis dissimilem gignunt. Sic; profecto cum dispositio seu sigillatio partis sit natiua, rectius multo imprimetur, si nullus sit humor impressionem impediens quo fit, vt longe minus eluceat in filio sigillatio, quo magis pater succis abundauerit extraneis aut copiosis. Quo fit, vt in filiorum ratione non semper actualiter eluceat morbus parentis, in nepote tamen appareat ob additam rationem, quæ magis viget in auo, minus in filio, & iterum magis in nepote.

D *Præterea & secundo* idem impendit morbus alter, qui eluceat in auo aut filio [illegible] charactersem, ac imprimens suum vitium. *Secundum*, quod soler actum sigillationis vel præpedire, licet impri[illegible] potentialiter, vt in actum morbo[illegible] possit pe[illegible]re (*vt quæstioni respondeamus* est [illegible] menis aut sanguinis materni, in q[illegible] adest: quam vim aliquando contingit [illegible] ualere, & paterni seminis vitia [illegible] queat character actuali vitio imprimi, & [illegible] filio nil mali eluceat. Verum, si filius vxorem [illegible] cat, cuius sanguis & semen non sint [illegible] cacia, mirū non est, si in nepotibus eluceat auitum hæreditarium vitium. Quo fit, vt mi[illegible] non [illegible] naturam hac mira varietate ludere ob prædictas causas, quas multis arbitramur esse occultas. Et pari prorsus ratione constat, quod ex h[illegible] potibus quidam nascantur siue vitio [illegible] sed solum cum sigillatione impressa, quo [illegible] generatiuæ (*eo modo, quo dictum est* [illegible] læsionem membri alicuius, quatenus pe[illegible] indiuidui actiones: alii vero cum ead[illegible] tione, quā in filios possunt traducere [illegible] cum actuali læsione eiusdem membri, quatenus ad indiuidui actiones attinet. Vt si quis a[illegible] surdos, aut mutus, vel quouis alio affectu [illegible] læsus, ex filiis quosdam generet sanos [illegible] pertinet ad surditatem, & reliquos [illegible] ipse patitur, cæterum sigillatione impressa membrum, quæ clam & occulte filios & posteritatem surditate affectam cogat generare: quosdam vero surdos & mutos actuali surditate, ea lege, qua dictum est.

Probari etiam potest huiusmodi doctrina, quia licet vitiatum semen à vitiato corpore decisum, videatur necessario fœtum vitiaturum, & vitium illud debere propagari ad secundam vsq; vel tertiam generationem, cum omnes hæ generationes ab vno tantum principio ortum habuerint cum hoc tamen mirandum non est si is ordo intermedia aliqua generatione interrumpitur, qui postea in sequentibus iterum quasi repullulet, ita vt, cum auus, tum nepos, sint alicui morbo obnoxii, filius tamen sit eius penitus expers, licet aliquis frater eius eodem quoque morbo *vt auus aut nepos*) afficiatur. Nam si causæ, quæ necessario conueniunt in generatione animalis, ita essent necessariæ, vt minime possent [illegible] multis externis & internis occasionibus impediri mutarique, mirandum non esset. Sed cum loco citato Aristoteles statuat, facile posse mutari impedirique, facile quoque deficere possunt, & robur addi naturalibus principiis generationis, ita [illegible] termedia aliqua generatio integra & sine vitio euadat, quod tamen prior & po[illegible] traxerat. *vt etiam 4. de generatione an[illegible] bis Aristotelis colligi potest.* Quippe inquit *Natura mulieris vim plurimam habet ad imm[illegible] tandem in melius vel deterius rationem conceptus.* Nam multi fuere, qui cum muliere aliqua fœcundi fuerunt; cum alia vero steriles: hoc q; vel ob vniuersi corporis, vel ipsius vteri dispositionem naturam. Item a- G liqui cum vna muliere mares, cum altera semper fœminas procreauere, & inter [illegible] um cum vna integros, cum altera morbosos. Q[illegible] var[illegible] iatem non minus temporum mutat[illegible] in[illegible] re habeot, sicut & Lunæ status incre[illegible] na vel secus. Quod si hæ exter[illegible] æ ca[illegible] sæ [illegible] tam magnam vim habent in immutandis con[illegible], mirandum non est, si internæ quoque [illegible] sint efficere.

678 A ficere. Nam quid vetat, quod aui semen, quod prius contraxerat vitium aliquod ex aliqua occasione, præter naturæ rationem, aut ratione tempestatis, vteri, aut alterius ex præfatis causis, præsertim si materia, quam affert genitrix, optime se habuerit, adiutum, integrum gignat fœtum: non ita tamen, quin & ipse aliquam seruet labem & imperfectionem, ob vitium, quod in auo contraxerat, quæ si non apparuerit conspicua in filio, quatenus pertinebat ad eius generationem, potest tamen transire in semen eius. Quod si contingat illiusmodi carere auxiliis, quæ adfuere in eius generatione, in caussa erit, quod in nepotis generatione illa quasi repullulet & reuiuescat. Quibus perspectis facile soluitur dubium, nempe, si huiusmodi hæreditas morbosa sequitur naturam seminis, potest semen aui aliquid tone facere, dum nepos generatur, quia remanet infectio aliqua, vel vis relicta in patre, quæ licet impedita fuerit, quo minus possit eo tempore in actum deduci, non fuit tamen omnino deleta: & ob id nihil vetat etiam, quin semen à patre genitum, sit factum particeps illius confectionis, ita, vt nisi ea fuerit nactus impedimenta, vel quan-B do ea non habuerit adiuuantia, quæ conuenerant in eius conceptu, poterit conceptus, quo generandus est nepos, referre eam labem, quæ prius à morboso auo fuerat contracta, ita vt nepos auo potius, quam patri in huc quasi hæres succedat, licet illa labes non fuerit in paterno semine adeó insignis & euidens. Itaque caussa huius varietatis duplex exsistit: vna, quod informatrix licet habeat omnium paternorum membrorum simulachra, non æqualiter ab omnibus illis excitatur ad opus, sed à quibusdam magis, ab aliis minus aut nihil. Quo fit, vt aliquando non excitetur ad formandum membrum morbidum, ac ex consequenti ea parte sanus euadet filius: aliquando vero patris affectum in filii simili membro gignat, & filium producat morbidum ac patri similẽ: quod in nepotibus formatiua vis contrario modo potest efficere. Qua ratione fit, vt ex morbidi patris filiis quidam nascantur sani, quidam secus, & nepotes ex sanis succrescant morbidi, & econtra.

C Secunda vero caussa est, quoniam conata vis assimilare quandoque impeditur in opere: quod sane impedimentum fit tripliciter, vel quia similitudo in altero semine potentior est: vel quia inepta materia non potuit à formatrice contineri quoad similitudinem indiuiduam: vel tertio, quia imaginatio turbauit formatricis idolum, & suum imprimere coëgit. Sed quæstiuni præcipue respondent prima & secunda caussa. Vltimò statuendum est, vitia seminis eo magis delitescere & obscurari, quo magis à primo progenitore discedunt. Quippe in semine non solum continetur imago oculi, verbi gratiá paterni, sed & oculi aut cerebri aui aut proaui: nisi quód quo longius procedit vetustate obscuratur & delitescit imago. Quo fit, vt quidam ex natis morbos & vitia parẽtum, alii aui, alii proaui contrahant, mediis generationibus (*vt dictum est*) eisdem carentibus.

Curandi ratio. His suppositis, quæ necessaria erunt ad cognitionem morbi hæreditarii, ad venandasque eius D differentias & causas, ad curandi rationẽ & viam (*si quando ea vti oportuerit*) tempestiuum est deuenire. Quod sane opus longe maius facessit negotium, quàm reliqua, quæ huc vsque diximus, quantumuis difficilia & multis abdita extiterint. Nam si incurabiles exsistunt hæreditarii affectus, temerarium videtur ipsis auxiliares manus adhibere: si vero curationem admittunt ex hæreditariis morbis aliqui, inhumanum extitit, auxiliá denegare his, qui hæreditario onere vitam vniuersam miserè transigunt: si vero partim curabiles, & partim secus exsistant, humanissimum erit, cui auxilia profutura sint, qualia & quomodo adhibere oporteat præscribere. Quæ omnia prius diligenter scrutari oportebit, si enodauero vulgatam quandam controuersiam, qua differitur, *sintne curabiles morbi hæreditarij, an secus.*

An morbi hæreditarii curabiles exsistant. In qua re videtur omnino illis omnibus denegandas esse auxiliares manus, quod nullus veterum studuerit aliquod præsidium scribere, omnibus fere afferentibus, incurabilia esse mala, quæ E à principiis generationis suboriuntur, fulciuntque suum dogma his rationibus.

I. Argum. Argvmenta, quibus antiqui probarunt, esse incurabiles morbos hæreditarios, se habent in hunc modum. *Vt materia est altera pars compositi, & eius naturam complens, ita vitia materiæ erunt adeo naturalia & intranea, quod sicut citra subiecti corruptionem materia separari non potest, ita nec eius vitia emendari (& cum hæc vitia materiæ non constituunt rationem morbi, sed caussa: quare forma cui morbi tribuuntur vitia, morbi sunt, quod materia male disposita cohæreat, & ob id praue operetur.)* Sed *morbi hæreditarij, quos cum materia seminali simus à parentibus transmittit, ob vitium materiæ pullulant in toto composito:* Ergo *hac ratione corrigi nulla lege possunt:* Et minor probatur; *quia facultas seminis, quæ se habet veluti ipsius forma, adhæret huic seminali materiæ, quæ dum praue est sigillata à parentibus, praue etiam disponit facultatem, adeo, vt affectos quoque generet filios:* Sed *ta-* F *lis affectio naturalis est, & ex naturalibus principiis orta:* Ergo *minimè corrigibilis.*

II. Argum. Secvnda ratio sic probat prædictum axioma: *Omnis morbus hæreditarius est ut habitus non contractus per assuetudinem, sed per natiuam constitutionem:* Sed *habitus per assuetudinem adquisitus transit in naturam, quæ difficulter remouetur.* Ergo *contractus ex principiis fere impossibiliter auferetur. talis est morbus hæreditarius.* Ergo *incurabilis.*

III. Argum. Tertia ratio se habet in hunc modum: *Medica facultas solum docet demere, quod superabundat, & quod deest addere:* Sed *nullo horum modorum morbus hæreditarius curari potest:* Ergo. Minor probatur: *Non euacuatione, quia ea, quæ præter naturam abundant post generationem, eo, quod ex alimentosa materia fiant, vacuatione auferuntur: quæ vero naturalia in nobis insunt, vt morbi hæreditarij, nequaquam. Quippe contractus habitus nulla lege euacuatione demendus est. Item non curantur additamento, quia id non fiet, nisi per generationem: In genitis id* G *fieri est impossibile:* Ergo *nec morbi hæreditarij curari poterunt.*

## Conclusio rei veritatem continens.

Sit huius rei conclusio & veritas, ex morbis hæreditariis quosdam esse prorsus incurabiles: alios vero, qui ex toto curationem admittunt: & rursus alios, qui partim sunt curabiles: ac vltimo alios, qui in filio possunt curari in patre minime: & alios, qui in filio non curantur, in patre ta-

679 A men possunt præpediri, quo minus ad filios transferantur.

## Probatio huius conclusionis.

VT huius dubii enodatio clarior, absolutiorque euadat, primo omnia huius conclusionis verba diligenter euoluere oportet. Tenet quidem conclusio in primo loco, *quosdam morbos hæreditarios esse prorsus incurabiles*: & sufficienter videtur probatum superesse tribus argumentis propositis. Quod intelligendum est de his morbis, qui in potestate characteris in patre aut in filio citra actualem morbum siti exsistunt, quales sunt fere omnes, qui in membris principalibus & so-

Incurabiles quinam sint ex morbis hæreditariis. I.

B lidis partibus præsunt. Certum (enim) est, huiusmodi hæreditariam affectionem non magis posse curari, quàm naturalem affectum aut conditionem aliquam naturaliter, & ex principiis naturalibus contractam parti alicui aut toto affixam: similitudines enim natorum ad parentes vtcunque sint, maxime, quæ in figura consistunt, aut in peculiari aliqua conditione, aut modo substantiæ; difficulter aut nunquam curantur: ex quibus subest intelligentia ad proposita argumenta, quia solum verificantur de his morbis, qui hac lege hæreditarii fiunt.

II. Qui curabiles.

Secundo tenet conclusio, *esse alios morbos ex hæreditariis, qui prorsus curationem admittunt, licet cum difficultate*, quales sunt, qui ex patre Gallicis humoribus affecto in filiis elucent. In qua re pulchra & magni momenti sese offert distinctio: nam pater Gallico charactere infectum habet iecur, iecur quoque filii eodem insignitur, & tales filii ad tempus curantur: cæterum paulo post iterum relabuntur in vnam aut alteram ex Gallicis affectio-

C nibus. At si ex Gallica affectione in matre filius hæreditarium onus portauerit, vt maiori ex parte ex alimento intra vterum matris suscepto affectio prodit: ita extra vterum alimentis, maxime alexipharmacis illius affectionis, modus substantiæ ea labe infectus emendari potest. Præsertim cum certissimum sit, fœtum intra vterum ex puriori sanguinis materni parte alimentum capessere: quam veritatem probat euentus: nam conspicimus, valetudinariam & morbosam matrem filios producere pulcherrimos & boni habitus. Quod si ex nutrice aut ex matre, quæ post partum affecta fuit morbo Gallico, filius hæreditauerit hunc aut similem morbum, longe facilius curabitur mutato protinus alimento. Denique omnia vitia hæreditaria, quæ characterem maiori ex parte in humoribus habent impressum, licet difficulter curentur propter reuersiones & defluxiones, quæ in varias partes transferunt, curabiles tamē sunt, nam & euacuationes admittūt & renutritionem.

III. Qui partim curabiles, partim incurabiles.

Statuit tertio conclusio, *esse alios hæreditarios affectus, qui partim sunt curabiles & partim incurabiles*. Incurabiles quidem sunt, quatenus pertinet ad impressum characterem, siue in parte velis curate, siue in filio. Verum cum ex impresso characte-

D re aliquando vitietur actio animalis, quæ prorsus incurabilis exsistit: aliquando vero ex vegetabilibus ea, quæ humores generat: morbi vero, qui ab his humoribus vitiatis oriuntur, curabiles sunt, & omnes alii, qui actu præsunt ingenito ex prædicta causa: quippe ex his morbis multi consistunt in abundantia humoris efficientis vel podagram, vel ophthalmiam, aut reliquos affectus, quos sanguine misso, aut expurganti medicamento exhibito vel sudoribus curabis, vt in morbo Gallico, scabie aut elephantiasi conspicimus. Nam si cui filio pater præstiterit iecur calidum copiosam bilem generans, aut ventriculum frigidum cruditates efficientem, morbos ab his recrementis & vbertate sanguinis obortos, curabimus proculdubio, *vt dictum est*, sanguine misso aut expurganti medicamento exhibito, & sic in filio curantur vitia humorum, qui à patre producuntur,

E quia non habet filius characterem aliqua sui parte impressum: quod si habeat, curatur morbus, qui ex humoribus prodit, non tamen curabitur character seu sigillatio, haud secus quàm in patre, licet in vtroque accessiones & exacerbationes, quæ ab humoribus prodeunt, curari possint.

IV. Qui incurabiles, minime tamen curabiles in patre.

Vltimo tamen statuit conclusio, in filio esse mille affectus, qui non curantur, quia ob substantiæ tenuitatem fixius susceperunt contractum semel vitium: qui tamen, ne in nepotes & in posteritatem commigrent, præpediri optime possunt. Nam certum est, emendari posse aliquo modo susceptum à patre vitium, dum non inueterascit. Siquidem qua ratione naturam lapsam in meliorem & salubriorem mutare docet ars medica, docebit etiam hæreditarios affectus, & in salubrem substantiæ modum ac temperiem, quantumuis connaturales sint; Ergo, sicut illud impossibile non exsistit, ita neque hoc, ac ex consequenti hæreditarii affectus, saltem qui actu existunt, incurabiles omnino non sunt.

F Quæ omnia videntur posse probari multis rationibus. Primo, *quia solet imaginatio vehemens patris aut matris conceptus tempore filiorum individuas conditiones mutare, ac nonnunquam monstrosum efficere conceptum*. Ergo *poterit ars medica hæreditariam sigillationem euertere, & posteritatem citra parentum vitia & morbos insignire*, ac ex consequenti *non licet omnes hæreditarios affectus deploratos habere*.

Præstat vim prædictis rationibus altera, quæ non est minoris momenti, *siquidem vt monstrosi conceptus fiunt mutatis & euersa naturali temperie & substantia ac figura parentum: eadem profecto ratione poterit ab eisdem aut aliis auferri, & præpediri naturam & morbosus habitus, quo minus transferatur in posteritatem*: quod probatur, *quia non est maior difficultas in auferendo morbosum & hæreditarium habitum, vt fœtus euadat sanus, quàm auferendi & mutandi habitum naturalem, vt fœtus euadat monstrosus*.

Probat insuper prædictam conclusionis veritatem. *plures subesse causas, quibus dissimiles fiunt filii à parentibus in his, quæ naturalia sunt & similia*. Er-

G go *poterant esse alia, quæ dissimilia morbis, quæ morbosa sunt in parentibus, generare filium efficiant, ac ex consequenti sanum, quantumuis parentes morbosi fuerint. Sed Medicus, qui est imitator naturæ, poterit etiam artis instrumentis causas naturales supplere*; Ergo *poterit præpedire ac præcauere, quo minus filii nascantur paternis morbis fœdati*.

Verum vt Medicus possit prædictis instrumen- A 680 tis effectus naturalium causarum supplere, in memoriam reuocare oportet, ex morbis hæreditariis quosdam esse in charactere, sigillatione, qualitate, vel dispositione impressa in præcipuis parentum membris, quorum potestate & efficacia semen & sanguis menstruus disponuntur ad gignendum

dum filium simili morbo actu aut sigillatione laborantem, & aliquando citra manifestam actionis indiuiduæ læsionem. Quosdam vero esse in membro aliquo actu laborante, habenteque proprias actiones læsas, vt capite, oculis, articolis aut renibus, quorum actiones vitiatæ & mille modis corruptæ apparent. Sic prouideontiæ ratio duplex instituenda est: Vna characteri patri impresso, & filio nascituro imprimendo, altera vero membro aut corpori vniuerso actu laborante, siue in patre, siue in filio præsit, vt paulo inferius efficere monstrabo.

Hæreditarius character si adolescentiam præterierit, nulla ratione curari potest.

His *suppositis*, statuendũ etiam est, vt nulla subsit in conclusione dubitandi ratio, *hæreditarium characterem, seu morbidam sigillationem* (vbi actu & manifestè particula aliqua non laboret) *curari nulla ratione neque arte posse*, idque maxime, si adolescentiam præterierit homo: & hoc est, quod primæ tres rationes firmiter contra nostram conclu- B sionem videntur probare. Præter id, quod talis affectus connaturalis est, *vt Plutarchus libr. de sera num. vind.* statuit: quippe, inquit, eos, qui oriuntur à parentibus, qui laborant simili morbo, statim esse curandos (vt constet vis & efficacia illius verbi, *Si adolescentiam præterierint*) quasi dicat, proprietatem paternam esse irremediabilem causam horum morborum in filiis. Vt etiam Auicen. *cap. de nephritide* insinuauit. Quam sententiam ab Hippocr. acceperant ambo *libr. 2. prorr.* per hæc verba: *Nam qui hos morbos congenitos habet* (loquebatur de morbo sacro, tabe & podagra) *ægrè ab ipsis liberari potest.* Quibus constat, quam difficilis sit in huiusmodi morbis curatio, & quo tempore fieri debeat, si quando profutura est.

C Ratio prima est, quia cum vitia materiæ nostræ generationis emendari non possint, vt vitia materiæ alimentosæ & excrementitiæ reliquos alios morbos gignentis, quos mille modis curare possumus: constat, neque characterem deleri posse, neque omnino obscurari, haud secus, quam quæ in nobis secundum naturam insunt. Quippe euidentissimum est, characterem illum, seu sigillationem secundum alteram nostræ naturæ partem (*hoc est secundum materiam*) nobis inesse, haud secus, quam membra ipsa, quibus constamus, & eorum carnem, osseam, membranosam & corpulentam substantiam. Et sicut hæc omnia citra euidens damnum mutari, auferri, aut quouis alio modo euerti non possunt, ita neq; sigillationem aut characterem à principiis nostræ generationis impressum auferre, vel mutare possumus auxiliis vel medicamentis.

Liberi ne in praua sigillatione nascãtur, quibus prouideatur.

Cum hoc tamen tentandum est, prouidere & præcauere, quantum possibile fuerit, ne prorsus omnes filii in praua sigillatione nascantur: in qua etenim prouidentia duo sese nobis offerunt consideranda. *Primum* est, supposita difficili curatio- D ne, quo tempore, aut qua ætate auxiliares manus adhibere oportet, ne, qui sic afficiuntur, omnino videantur auxiliis destituti; etiamsi dictum sit, impossibiliter aut difficulter curari. *Secundum* est, qua lege præcauere oporteat (*si primum impossibile fuerit*) quo minus nascãtur filii hoc vitio aut charactere insigniti. Circa primũ statuendum est, ab ortu hominis hæreditario opere oppressi, ad vltimũ vsq; adolescentiæ tempus prædictum characterem curari, infirmari, deleri, aut saltem eius actus impediri aliquo modo posse: nam dum corpus durius, substantia eius sicçior & solidior mutatione ætatum efficitur, pene est impossibile, ipsum mutare: extenera enim carne facile aliquid mutari potest, aut alimentis, quod præest, vitiosum obscurari, aut in meliorem substantiæ modum mutari: difficulter inueterata mutari possunt, vt in omnibus rebus euidenter conspicimus, præsertim in eis, quæ ex loriatis principiis originem trahunt.

Hereditario morbo qua lege & ratione auxilia præstare liceat.

Cæterum, qua lege oporteat prædictum opus aggredi, & characterem auferre in parte, quo minus generet filios paterna labe infectos, audita facile potest quis dimere. Namque nil vulgarius apud Medicos non mediocris eruditionis reperiet quam medicamentis & aliis artis medicæ au- E xiliis corpus mundum & euacuatum reddere: quod sane opus potius turbare corpus natum existit & periculo plenum, quam quod quicquam vtile adferre possint: quinimo experimento fidissimo non semel probauimus, potius hæc omnia læsura fore, & sanum corpus perdere. longe efficaciore & potentiori manere sigillatione ad procreandos sibi similes filios, haud secus, quam quæ naturalia sunt, si ab excrementis, quæ impediunt, liberes, quæ operantur secundum totum suum esse completum citra impedimentum excrementorum aut humorum. Character enim & sigillationes innatæ non magis medicamentis & artis auxiliis cedent, quam quæ nobis secundum naturam exsistunt: certum enim est, innatum cuiusque temperamentum, aut modum substantiæ natiuum, si velis medicamentis & auxiliis mutare, efficies quidem, sed cum maximo corporis detri-

Character & sigillatio quibus medicamentis auferendæ.

mento: siquidem mutatio eius, quod secundum F naturam est, nullibi tendere potest, nisi ad statum præter naturam. Ergo alia via oportet sigillationem illam auferre & infirmare, quã medicamentis, quæ necessario læsura sunt. Quod sane insigne opus solum aggredieris per renutritionem, quæ contrarium habitum ei, in quo arbitrantur sigillationem consistere, alimentis inferat. Nam quemadmodũ per generationem factus fuit prædictus character, ita prorsus per adgenerationem seu nutritionem mutari, aut infectum fieri potest ætatis & diuturni temporis tractu. Quod si victu & debito vitæ instituto auferri non possit, id solum subsidium superest, ne omnem posteritatem eadem labe inficiat: nimirum, quod ab omni curatione & euacuatione desistat laborans: cum euidentissimum sit, & rationi consonum, quo corpus charactere aut sigillatione affectum purius casorsque ab excrementis & reliquis succis redundantibus fuerit, eo fixius & certius ac liberalius impressurum characterem, quod à nulla caussa præpediatur, neque deleatur aut infi- G rmetur eius efficacia & potestas. Certũ enim est, corpora sana, quo puriora sunt, & ab exspurcitia humorum libera eo facilius & certius sibi similem generare prolem: quia nihil est, quod impediat aut turbet formatiuam facultatem, ne materiam vitiet, quo minus similis producatur fœtus. Ve- A 681 rum, si huiusmodi corpus charactere affectũ humoribus sibi alienis & excrementis abundauerit, tanto magis profectò dissimilem generabit prolem, quanto eorum maiorem aut deteriorem sortiatur copiam. Atqui cum character seu sigillatio

sit

si connaturalis conditio & natura parentis, eo citius & certius sibi similem generabit fœtum, hoc est, eadem sigillatione affectum, quo purius & ab excrementis liberum fuerit corpus: & tanto rursus dissimilem, quanto prædictis succis alienis præpediatur, obscureturque characteris seu sigillationis efficacia.

Parentes ætate prouecti sudoribus, balneis, vacuationibus nō sunt contendi.

Quo euidenter constat, eos turpiter errare, qui parentes ætate iam prouectos (*præcautionis gratia, ne filios generent propria labe fœdatos*) vacuationibus, sudoribus, balneis, aut aliis præsidiis inaniter conterunt. Siquidem præter id, quod nullā vim habent ipsum characterem auferendi, vel obscurandi, corpus (*alioqui in cæteris omnibus sanum*) turbant & lædunt, aut forsan ob adductam rationem citius & certius, corpore reddito puriore ipsum cogunt genitum, simili sigillatione affectū, aut actu morbosum gignere: & hoc est, quod videntur probare rationes partis affirmatiuæ. Quapropter sic affectos, (*vt probant contrariæ rationes, quas ob id diluere non placuit, siquidem vim habent in prædicta morbi hæreditarij conditione*) curare non licet, si adolescentiam prætergressi sint.

Superest, quod secūdo loco proposuimus iuxta characteris ablationem esse necessarium: nimirum, diligenter curare & cauere, ipsum quantum possibile fuerit infirmare & obscurare, quo minus in posteritatem commigret. Quod profecto fiet necessario per veram curationem, non curatoriam, sed quæ contrarietate quadam vim habeat & potestatem infirmandi sibi coniunctam. In qua re id primum obseruatione dignum indicaui, ne vitium parentum in omnem posteritatem firmiter transeat: quod nunquam connubio iungi debent duo parentes ex eadem vitiata familia descendentes, quippe tunc facile & longe immedicabilius malum in filios trahetur, quod vtrumque semē eadem labe infectum sit. Quapropter consultissimum est, vt sigillatio paulatim exstinguatur, & delitescat, viros vxorem ducere alterius familiæ, vt fœminas nubere aliis viris. Ratio profecto in promptu est, nam cum constet, tam virum, quam fœminam semen, idque prolificum emittere, facile coniici potest, infectum corrigi posse accessu eius, quod purum & incorruptum est. Quod vero vterque parens semen emittat, præter id, quod Galen. 2. *de semine*, & mille in locis affirmat, Aristotel. etiam (*quem multi arbitrantur id negasse*) validissima ratione id probat, & nostram etiam in hac re sententiam: quippe statuens, *cur filius aliquando matri, & nonnunquam patri similis gignatur*, inquit, *quod aliquando motus à patre superat, & filius patri similis euadit: matri vero, quando superior est motus à matre*: quamuis mox dicat, *quod motus matris in potentia est, patris vero actu*. Quod licet intelligere in his, quæ semper potentia sunt: nam si potentia aliquando superior euadit, aliquo modo fit, & efficitur actu, ac ex consequenti efficaciam habere est statuendum. Quod etiam idem Aristot. 4. *de generatione animalium* eleganti ratione confirmauerat, dicens: *quod mas & fœmina contraria sunt: & quod quando alterum contrarium non potest alterum superare, res in alterum contrarium degenerat*. Quod euidēti exemplo comprobat: cum enim calidum nequit frigidum superare, necesse est, vt res transmutatur, in frigidum commigret. Quod si res sic se habet, & quæ rationem contrarietatis alicuius subinduunt, eatenus legem contrariorum seruare necesse est, quatenus rationem contrariorum retinent. Contrariorum autem lex est, vt mutuo circa idem subiectum se oppugnē. Nequit autem pugna fieri, nisi inter ea, quæ aliquo modo sunt in actu, ac ex consequenti fœmineum semen actu tenetur vires & efficaciam sortiri. Quod vlterius probant verba eiusdem auctoris sequentia: nam cum esset rationem redditurus, *cur motus illi patris soluantur*, ob quam solutionem filii interdum matri similes fiunt, interdum vero neutri illorum, imo nonnunquam nulli affinium, ait, *quod omne agens patitur à patiente, quod in diuersis generibus transmutationum ostendit* dicens: *Insuper, quod nunquam agens magis à patiente afficitur, quam in ipsum agat*: quinimo ex eius verbis colligi potest, eandē vim & efficaciam etiam menstruo sanguini inesse. Quippe magna diligentia curat ostendere, menstruum sanguinem eundem modum generationis sortitum esse, & eandem ferè naturam cum virili semine: nam & vtrumque est excrementum, & vtrumque (*vt ipse ait*) est excrementum sanguinis, quem ipse vltimum alimentum appellat: & quod ipsum potestate est tam corpus generandum, quàm omnes illius partes.

Quamobrem ex his omnibus duo magni momenti colligere possumus: primum, quod hæc generationis initia sunt consimilia, non tamen penitus & omnino: quia semen maris absolutius & perfectius euadit, vtpote effectum à calidiore efficiente: muliebre vero semen, quod aliquando sanguinem menstruum appellauit Aristoteles, non ita. Quo fit, vt inter se mutuo comparentur: Nam fœmineum magis materiæ & potentiæ passiuæ rationem seruat; maris vero agentis & principii actiui, licet aliquid passiui formatiui quoque; sed cum horum vnumquodque seorsum & per se consideratur, vtrumque aliquid actiui & aliquid passiui habet: licet alterum altero vtrumque magis & perfectius rationem seruet: quod etiam probari potest, quia sunt ex eadem materia, & ab eadem efficiente specie ambo genita.

Secundo, ad præcauendam ... [margin note: Secundo loco, præcautionis gratia, quærat aut vxor quem...]

Ex quibus omnibus colligitur secundo, ad præcauendam seminis labem necessum esse, vxorem aut virum quærere, qui temperie, modo substantiæ & fere in omnibus indiuidualibus conditionibus diffideat longis interuallis ab vxore: sic enim à generatione in generationē delitescet magis sigillum hæreditarium, vincens inculpatum semen, ac prævalens supra vitiosum & praue affectum: siquidem, vt dictum est, caussæ, quæ necessario conueniunt in generatione animalis, non sunt ita necessariæ & prorsus rebelles & indomitæ, quod non possint à multis externis & internis caussis impediri mutarique. Nam, *vt idem Aristot. dicit*, illæ facile possunt mutari & impediri, ac facile quoque deficere, ac nonnunquam caussis aliquibus impedimenta tolli, & robur addi naturalibus principiis generationis, ita, vt generatio integra & sine aliquo vitio euadat.

Cæterum, si præcautionis gratia filios curare libuerit, ne suos quoque filios eadem labe fœdent, id alimētis à teneris annis facito: & eo tempore appositis etiam præsidiis parti, iuxta naturam affectus hæreditarii, in qua scimus patrem fœdatum esse. Quæ sane auxilia vel resoluant innatam partis substantiam, vel exsiccent, aut substantiæ hume-

humectent: velut affectus ipse futurus postulasset, si actu iam exstitisset. Qua ætate transacta arbitrandum est, hæc omnia longe maiorem vim inferre, quàm naturalia possint ferre, & sigillatio forsan adhuc eadem permanebit. Quod sane considerare, magni est momenti in morbis hereditariis, ne frustra & inutiliter tempus, sanitatem & pecuniam laborantes conteramus.

At si morbus actu parentes vexauerit, *vt Gallicus affectus, podagra, renum vitia, scabies & impetigines*, tunc quidem ne in filios transferantur, omnibus auxiliis ab auctoribus scriptis in propriis cuiusque morbi capitibus eosdem curare licebit, prout vnusquisque postulauerit, haud secus, quam si non fuisset hereditarius, donec in meliorem statum videantur mutari; quo filios minus morbosos gignant. Quod sane opus exsequeris lentius & morbosius, quàm in quouis alio affectu non hereditario.

Quod si ne hæc omnia prodesse videantur, quin filii nascantur simili morbo affecti, parentum eo tempore victum & vitæ modum omnino & in contrarium mutare licebit, quo sanguis fiat aliquo modo diuersus, dummodo morbose non deuiet à naturali, & in affectum alium degeneret. Et hoc profecto est, quod instituimus aliquibus rationibus in principio probare: nimirum aliquos ex his morbis curare oportere, eos nimirum, qui in parentibus acto exsistunt; nam si solum in charactere fuerint, impossibile videtur: & eo impossibilius, quo laborans ab adolescentia distauerit, eamque longius prætereuerit.

Verum si ex parte characterem forinto, aut actu laborante, filii nascantur actu morbosi, *vt surdi, muti, ophthalmia*, aut alio vitio affecti, tunc quidem duplex erit curandi ratio: altera in adolescentia, quæ morbum & morbosum habitum deleat, *vt dictum est*, adhibitis præsidiis pro indigentia præsentis morbi, siue id per euacuationem, siue per temperantiam fieri debeat, & adhibita etiam vitæ & victus institutione, qua habitus in meliorem mutari possit. Ceterum si id concessum non fuerit, auxiliis id facito, tanquam si morbus hereditarius non fuisset; quæ sane auxilia medicinalia non sint solum, sed arte & industria oportet surdis & mutis subuenire. Quippe si surdus sit laborans, præter auxilia, quæ surditati prosunt, vociferationibus, aut tubæ sonitu, aurium meatus aperire oportebit: & postea formatis & articularis vocibus in recondito & obscuro loco oportebit docere surdum & mutum loqui: nam diu in hoc labore præstando, multi hoc onere hereditario oppressi, visi sunt recuperasse auditum & loquelam, quantum par est ad humanum consortium exercendum.

Surdi & muti ex hereditario morbo qualiter curandi.

Et hæc sunt, quæ in re tam difficili & à paucis explicata, mihi visa sunt sufficere, vt subsit ansa viris doctis altius philosophandi, & alia, quæ necessaria fuerint, addere, quo tractatio euadat Reipublicæ vtilior.

F I N I S.



## AVCTORIS PROTESTATIO.

*AD laudem & gloriam omnipotentis Dei, & sacratissimæ Virginis Mariæ, nec non & ad vtilitatem proximorum, hoc opus & omnia, quæ Deo fauente scripsimus & scripturi sumus, libentissime subiicio correctioni sacrosanctæ matris Ecclesiæ Romanæ: & si quid gratum visum fuerit, aut Reipublicæ vtile, Deo optimo maximo, ac Christo Domino Saluatori nostro acceptum refero, eique immortales gratias ago, cui laus, honor, & gloria sit per secula seculorum, Amen.*